HAR[illegible]IN
OPERA
VARIA

6615
172

JOANNIS HARDUINI OPERA VARIA.

VARIA.

OPERA

HARDUINI

JOANNIS

R. 85

JOANNIS HARDUINI

E SOCIETATE JESU

OPERA

VARIA.

Cum Indicibus & Tabulis æneis.

ARCHIVO HISTÓRICO PROVINCIAL

AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM DU SAUZET,

& HAGÆ COMITUM,

Apud PETRUM DE HONDT.

M. DCC. XXXIII.

M. DCC. XXXIII.

Apud PETRUM DE HONDT
& HAGAE COMITUM.

Apud HENRICUM DU SAUZET.
AMSTELODAMI.



Cum Imperiali & Regiæ
MAIESTATE.

OPERA

E SOCIETATE IESU

HARDUINI

IOANNIS

ATHEI DETECTI.

Præfatio.

SCriptorum hujus ætatis haud paucorum ſane, ex his qui in hac noſtra Gallia de rebus ad Religionem ſpectantibus differuerunt, impietatem quæ Deum tollit, in his Collectaneis, ipſo Deo haud dubie adſpirante, proferimus in apertam lucem. Ecquod enimvero dignius eſſe argumentum poteſt, in quo vir Chriſtianus & Catholicus Theologus ſtilum exerceat? Aut ecquis poteſt error eſſe, quem magis legentes, ſiquidem vere Chriſtiani ſunt, deteſtentur, ac refelli velint? Atqui tot ſunt fama ceteroquin & ingenio nihilo minus quam numero inſignes, qui ab annis centum hanc impietatem ſcriptis ſuis produnt apertiſſime; ut & mirari ſubeat a nemine hoc malum adhuc fuiſſe patefactum; & cauſa ſit juſtiſſima metuendi, ne ut ſerpere illud in dies, magisque ac magis creſcere cernimus, totam demum, ni Deus hanc peſtem avertat, religionem penitus ſubruat ac peſſumdet.

Paganismi, ut vulgus appellat, qui vero Numini ab omni ævo bellum indixit, reliquias merito ſuo ſcriptores iſtos appellaveris: qui quantumvis metu rogi vel carceris Catholicis plerumque verbis utantur in multis Chriſtianæ fidei capitibus exponendis, in nullo tamen eorum cum Catholicis plane conſentiunt; quoniam quod eſt omnium Chriſtianorum dogmatum fundamentum, verum Numen, quod Chriſtiani colimus, negant exſiſtere, etiam dum adſtruere Dei exſiſtentiam ſcriptis videntur. Excogitavit enim, ac demum adinvenit ſecta impia; (nam quis ſectam ibi factionemque vereatur agnoſcere; ubi eosdem omnium ſenſus, unam eamdemque & æque impiam omnium de divinitate orationem deprehendit?) Adinvenit, inquam, impietas, qua demum ratione de Dei exſiſtentia & natura docere homines videretur, etiam cum verum interim Deum abnueret, evelleretque ſcriptis ſuis ex hominum mentibus.

Nam quid illi tamdem pro Deo venditant? Ens præciſe, Ens omnis entis, Ens quod nullum genus entis excludit, ac proinde Ens infinitum vel indefinitum & indeterminatum; Eſſentiam in genere, Eſſentiam omnium eſſentiarum; Veritatem univerſalem, ſeu Verum in genere; Bonitatem univerſalem, ſeu Bonum in genere, indefinitum, indeterminatum, Bonum omnis boni: Pulcritudinem in genere, ſeu Pulcrum omnis pulcri tum corporei tum ſpiritalis; Formam intelligibilem unitatis ac realitatis, qua conſtant omnia quæ ſunt: Formam intelligibilem veri, boni, pulcri, recti, ſecundum quam tum vera formaliter & bona & pulcra & recta ſunt omnia, tum nos de ſingularum eſſentiarum ac naturarum veritate, bonitate, pulcritudine, ac rectitudine, judicamus ac pronunciamus; propterea-que Ratio univerſalis, aliisque nominibus, ab iisdem nuncupatur. Nam cum ſermonem habent iſti de Deo, nunc illud ut Realitatem, nunc ut Ens præciſe, nunc ut Verum, ut Bonum, ut Pulcrum, ut Rectum in genere, ut Eſſentiam omnium eſſentiarum ac veritatum, ut Illud quod decet, vel Quod neceſſe eſt eſſe, conſiderant. Itaque non unum illi, ſed plura Deo ineſſe nomina docent. Tametſi cum de exſiſtentia Dei diſputatur, quoniam oportet prius ſtatui quid ſit illud de quo quæritur utrum exſiſtat, & unum quæſtionis ſubjectum adſignari neceſſe eſt; eorum aliqui nomen unum eſſe adhibendum cenſuerunt, quod hæc omnia complecteretur, *Infinitum*, vel *Ens infinite perfectum*. Id vero ſi pro Deo habendum eſt, quis eſt nunc Afer aut Americanus, quis aliquando fuit aut futurus homo eſt, qui Deum verum non noverit, & ſæpe amarit? Quorſum contra A-

theos ſtilum exſerimus, cum nulli omnino ſint aut eſſe poſſint, id ſi Deus eſt, aut ſi nullus præter iſtud eſt?

Atqui ſic docent conceptis verbis ſcriptores, ut diximus, qui vulgo habentur haud ignobiles. Quorum e numero tantum undecim ſelegimus, quoniam certe fuere nobis conſtituendi fines ſcribendi. In his nullum e Calvini aut Lutheri grege ſcriptorem adducimus, præter unum obiter, qui Carteſii in Anglia interpres fuit; tum quod nemo in Gallia hanc hæreſim alterutram profitetur; tum quod utramque eodem impietatis principio niti ex his ipſis Collectaneis prudentes intelligent. Colligent autem ex eo iidem, verum Deum a ſolis Chriſtianis Catholicis agnoſci & coli; ſolam proinde Catholicam Religionem veram eſſe. Eorum igitur ſcriptorum nomina hæc ſunt:

I. CORNELIUS JANSENIUS. pag. 1
II. AMBROSIUS VICTOR, qui & ANDREAS MARTIN. 6
III. LUDOVICUS THOMASSINUS. 11
IV. FRANCISCUS MALEBRANCHIUS. 43
V. PASCHASIUS QUESNEL. 104
VI. ANTONIUS ARNALDUS. 160
VII. PETRUS NICOLLE. 162
VIII. BLASIUS PASCAL. 198
IX. RENATUS CARTESIUS. 200
X. ANTONIUS LE GRAND. *ibid.*
XI. SILVANUS REGIS. *ibid.*

Collectaneis deinde, quæ ex iſtorum ſcriptis decerpimus, ſubjungemus Indicem, quod ſummarium erit pernicioſorum dogmatum, totiusque doctrinæ peſtiferæ. In qua quidem quod eorum aliqui docent aperte, hoc ipſum cenſendi ſunt ceteri profiteri; ſiquidem impietatem quæ Deum tollit, ex qua eadem manare conſectaria neceſſe eſt, ex æquo omnes defendunt. Sed ea conſectaria deſcribere ex ſingulis ſuperſedimus; ſive quod de iis nonnulli eorum nihil prodiderunt; ſive quod ſatis habuimus de ſola divinitate quid ſentirent excerpere. Nemo certe ex illis unus quidpiam in libris ſuis habet, quod cum aliquo pugnet impiorum falſorumque dogmatum, quæ in his Collectaneis & in Indice repræſentamus. His porro dogmatibus quæ placita opponat Chriſtiana fides auxiliante Deo exponemus; & ſimul quomodo connexa ſint cum atheïsmo (ut Græca voce utamur, ubi Latina deficit:) quomodo ex atheïsmo, inquam, dogmata oriantur ac pendeant omnia, quæ hac ætate pertinaciſſime defendit Janſeniana hæreſis & Philoſophia Carteſiana, Deo ſimiliter donante indicabimus, & aperiemus.

OPERUM QUAE HOC VOLUMINE CONTINENTUR SERIES.

Athei Detecti. Pag 1.
Reflexions Importantes &c. 259
Platon Expliqué, ou Cenſure d'un Ecrit de M. l'Abbé FRAGUIER. 273
Pſeudo-Virgilius ſive Obſervationes in Æneidem. 280
Pſeudo-Horatius, ſive Animadverſiones criticæ in Horatii Opera. 328
Numismata Sæculi Theodoſiani. 363
Numismata Sæculi Juſtinianei. 461
Antiqua Numismata Regum Francorum. 549

ATHEI DETECTI.

CORNELIUS JANSENIUS,

EPISCOPUS IPRENSIS.

FUit hoc Ecclesiæ sæculo XVII. unus ex præcipuis istius ἀθεότητος instauratoribus, scriptor famosus, Cornelius Jansenius Iprensis Episcopus. Is enim Deum aliud nihil esse, præter Veritatem, quam in sua quisque mente affulgere videt; quam consulit, sibique respondentem audit, dum secum perpendit quid de re quaque sit statuendum; quam unusquisque sequitur, dum de qualibet re vere ac recte judicat; secundum quam denique veluti regulam pronunciare quisque de omni re cogitur, si quis ipsum sententiam roget, ni mentiri velit; quod in omni re decet, quod delectat; quod est ita bene, aliter non bene, tum in physicis rebus, tum in moralibus, tum in arte factis: denique quod non potest aut debet aliter esse; id quod Veritas rei cujusque nuncupatur: Ratio universalis, ordo intelligibilis, sapientia universalis & æterna: non alium, inquam, Deum esse pertendit Iprensis Episcopus prolixa disputatione: ex qua excerpta quædam ipsiusmet verbis hic repræsentamus: descriptis summa fide capitibus quatuor ferme integris e libro 1. de statu puræ naturæ; quarto, septimo, octavo, & nono: ut minime falsum ei crimen a nobis impingi Catholici viri, dum legent, oculis ipsis suis credant.

I. EXCERPTA EX CAPITE IV.

„ TRadit hoc apertissime Augustinus . . . . adversus Manichæos. . . . . Nam cum eos pedetentim eo ducere vellet, ut faterentur & ESSE „ DEUM, & hominem esse posse sapientem, hoc „ est, bonum ac beatum; nihil aliud profert, quam „ ESSE QUASDAM REGULAS VERITATIS; „ ut, *studendum esse sapientiæ; juste esse vivendum: „ Deteriora melioribus esse subdenda: Paria paribus „ comparanda: Propria suis quibusque tribuenda: A „ corruptione animum avertendum*: & hujusmodi; „ quas quilibet non nimium vitiis cœcatus ac depravatus, *tanquam regulas & lumina virtutum*, SUPRA MENTEM SUAM IMMUTABILITER „ FULGERE cernit, & ad sapientiam bonitatemque „ animi pertinere non dubitat. Illæ autem regulæ „ æternæ & incommutabiles, IN IPSA SEMPITERNA VERITATE, QUÆ DEUS EST, lucent, VEL IPSA POTIUS ÆTERNA VERITAS SUNT; quæ mentibus vitio non obcœcatis „ desuper splendet, & omnibus velut publicum lumen præsto est, & omnibus naturæ dignitate excellentior supereminet. AGIT HOC MAGNO „ CONATU AUGUSTINUS, non exigua parte libri secundi de Libero Arbitrio: (*cap.* 12.) *Quapropter*, inquit, *nullo modo negaverim esse incommutabilem Veritatem, hæc omnia quæ incommutabiliter vera sunt continentem; quam non possis dicere tuam, vel meam, vel cujusquam hominis; sed omnibus incommutabilia vera cernentibus, tanquam miris modis secretum & publicum lumen præsto esse, ac se præbere communiter.* Et paulo post: *Hanc ergo Veritatem, de qua jamdiu loquimur, &* IN QUA UNA TAM MULTA CONSPICIMUS, *excellentiorem putas esse, quam mens nostra est, an æqualem mentibus nostris, an etiam inferiorem?* Et „ cum invicte probavisset esse superiorem, eo quod „ SECUNDUM IPSIUS VERITATIS IMMUTABILES REGULAS, QUAS COMMUNITER „ CERNIMUS, judicemus, de ipsis vero nullo modo quis judicet; tamquam re confecta, concludit: „ *Quare si nec inferior, nec æqualis est; restat ut sit „ superior atque excellentior:* ET PROINDE VERITAS ILLA INCOMMUTABILIS VERUS „ DEUS EST. DE QUO INVENTO TRIUMPHANS, (*cap.* 13.) *Ecce tibi est*, inquit, IPSA „ VERITAS, mente scilicet sublimior: *amplectere „ illam, si potes, & fruere illa, &* DELECTARE „ IN DOMINO, *& dabit tibi petitiones cordis tui. „ Quid enim petis amplius, quam ut beatus sis? Et „ quid beatius eo, qui fruitur inconcussa, &* IN„ COMMUTABILI, & EXCELLENTISSIMA „ VERITATE! Et paulo inferius: *Et nos* IN LUCE „ VERITATIS *beatam vitam collocare metuimus? „ Immo vero, quoniam* IN VERITATE *cognoscitur „ &* TENETUR *summum bonum*, EAque VERITAS SAPIENTIA EST: *cernamus in ea teneamusque summum bonum, eoque perfruamur. Beatus quippe est, qui fruitur summo bono.* HÆC *enim* „ VERITAS OSTENDIT OMNIA BONA QUÆ „ VERA SUNT; *quæ sibi pro suo captu intelligentes „ homines vel singula vel plura eligunt quibus fruantur.* Et rursum: (*cap.* 14.) *Hæc est libertas nostra, cum* ISTI SUBDIMUR VERITATI: ET „ IPSE EST DEUS NOSTER. Et infra: SI ALIQUID

COMISION PROVINCIAL DE MONUMENTOS GRANADA

„ QUID EST EXCELLENTIUS IPSA VERI-
„ TATE, *ille potius Deus eſt: ſi autem non eſt*, IP-
„ SA JAM VERITAS DEUS EST. Cujus diſ-
„ curſus VERITATEM atque SOLIDITATEM,
„ QUEM MULTIS ALIIS IN LOCIS AUGUS-
„ TINUS FACIT, ET DE QUO INVENTO SIBI
„ MAGNOPERE GRATULATUR, admiratus E-
„ vodius, quicum diſputat, tanquam DE INVEN-
„ TO DEO TAM PROPINQUO MENTIBUS
„ NOSTRIS, in cujus ſempiternæ Veritatis communi-
„ bus regulis SE CERNERE SENTIEBAT QUID-
„ QUID VERUM de virtutibus cerneret; *Ego ve-*
„ *ro*, inquit, (*cap.* 15.) *incredibili omnino, & quam*
„ *tibi verbis explicare non poſſum, lætitia perfuſus,*
„ *accipio iſta*, & CLAMO ESSE CERTISSIMA.
„ *Clamo autem voce interiore, qua exaudiri cupio ab*
„ *ipſa* VERITATE, *& illi inhærere*, dilectione
„ ſcilicet, *quod non ſolum bonum, ſed etiam ſummum*
„ *bonum & beatificum eſſe concedo.*

„ Et hactenus quidem vidimus, AUGUSTINUM
„ LUCULENTISSIME PROBANTEM ESSE
„ DEUM, ex ipſis incommutabilibus regulis Veri-
„ tatis; ſeu EX IPSA, quæ in illis virtutum re-
„ gulis ac luminibus incommutabiliter fulget, VE-
„ RITATE, qua mens cujuſlibet eam cernentis,
„ raptim velut ictu coruſcationis attingitur. QUAM
„ DOCTRINAM SI QUIS ABJECTIORIBUS
„ ARISTOTELICÆ PHILOSOPHIÆ CONCEP-
„ TIBUS ASSUETUS fortaſſis MINUS CAPIT;
„ SCIAT ILLE IN AUGUSTINO ESSE SO-
„ LEMNISSIMAM, CREBERRIMAM, CELE-
„ BERRIMAM, CERTISSIMAMque: QUÆ NE-
„ QUE NEGARI, NEQUE TURBARI POTEST,
„ NISI POTISSIMAS BASES DOCTRINÆ IP-
„ SIUS, quam de Deo ſexcentis locis in ſuis operi-
„ bus tradit, labefactatas velit. Qua de re ſi locus
„ flagitaret, vel neceſſitas poſceret, non mihi diffi-
„ cile eſſet INTEGRUM VOLUMEN EX EJUS
„ DOCTRINA TEXERE, SICUT JAMDIU MI-
„ HI ANIMUS FUIT. Sed rem pulcherrimam,
„ graviſſimam, diviniſſimamque, maturiori adhuc
„ ætati ſervo, ac tempori magis vacuo ab occupatio-
„ nibus, tum urgentibus de divina gratia, tum Epiſ-
„ copalibus, quæ me ſuo quotidiano recurſu ac mole
„ premunt.

„ (Et paulo poſt:) Quæ ſane doctrina non ſolum
„ Auguſtini auctoritate, ſed ipſo quoque naturali
„ lumine rationis, ex quo totius ille diſcurſus eſt
„ hauſtus & pendet, videtur eſſe certa ac perſpicua.
„ Quid enim amplius flagites, ut animus rectus ſit,
„ ut juſtus, ut fortis, ut temperans, quam ut Ve-
„ ritatem incommutabiliter SINGULARUM VIR-
„ TUTUM PRÆSCRIPTA DICTANTEM, ſince-
„ riſſime, caſtiſſime, ardentiſſimeque diligat, & præ-
„ ter ipſam NIHIL DILIGAT? Quis animus rec-
„ tior, & erectior, & ab omni terrena fæce incor-
„ ruptior cogitari; quis Deo ſimilior fingi poteſt?
„ IPSE ENIM EST VERITAS INCOMMUTA-
„ BILIS; ſicut ipſa incarnata Veritas dicit? *Ego ſum*
„ *Veritas.* Et IPSA VERITAS EST SAPIEN-
„ TIA, ut Auguſtinus ſubinde dicit. Diligendo
„ ergo ſincere SOLAM IPSAM REGULARUM
„ ISTARUM VERITATEM MENTE SUA PRÆS-
„ TANTIOREM, NIHIL ALIUD SANE
„ QUAM DEUM INCOMMUTABILEM DILI-
„ GIT: UTPOTE QUI NIHIL EST ALIUD,
„ NISI ILLA VERITAS, QUAM VIDENDO
„ MENTE CONTINGIT, SICUT AUGUSTINUS
„ tum iſto loco, tum aliis plurimis ex profeſſo do-
„ cet. Unde & in libro ad Honoratum: (libro de
„ utilitate credendi, *cap.* 15.) *Cum ſapiens ſit Deo*
„ *ita mente conjunctus, ut nihil interponatur quod ſe-*
„ *paret*; DEUS EST ENIM VERITAS NEC
„ ULLO PACTO SAPIENS QUISQUAM EST SI
„ NON VERITATEM MENTE CONTINGAT:
„ *negare non poſſumus, inter ſtultitiam hominis, &*
„ *ſinceriſſimam Dei Veritatem medium quiddam inter-*
„ *poſitam eſſe hominis ſapientiam:* cui ſcilicet cre-
„ dendo paulatim ad VIDENDAM quoque IPSAM
„ VERITATEM illam incommutabilem, quam ſa-
„ piens VIDET ac diligit, manu quaſi ducatur. . .

„ Et iſta quoque ratio eſt, cur Auguſtinus tam
„ ſolemniter definiat, peccatum non eſſe aliud, quam
„ *dictum, factum, vel concupitum contra æternam*
„ *legem.* LEX ENIM ÆTERNA NIHIL EST
„ NISI IPSA VERITAS DEI: ſeu, ut expreſſius
„ dicam, VERITAS DEUS: juxta illud Auguſti-
„ ni; *Lex tua Veritas*, & VERITAS TU. Cujus
„ veritatis tamquam æternæ legis lucem ſibi fulgen-
„ tem & facienda dictantem, cum VIDET, & ſua
„ voluntate deſerit, neceſſario voluntate pervertitur,
„ diſtorquetur, fit pravus & perverſus, & peccat,
„ in quocumque naturæ ſtatu homo eſſe fingatur.

II. EXCERPTA EX CAPITE VII.

„ QUapropter ſicut Veritas, quæ diligenda præ-
„ ſcribitur ab Auguſtino, non ſignificat illam
„ conſonantiam ſigni creati cum re ſignificata;
„ ſed illam INCOMMUTABILEM ÆTERNAMque
„ VERITATEM, quæ cernitur ab iis qui legis æ-
„ ternæ præſcriptum vident; ita juſtitia, caſtitas, æ-
„ quitas, rectitudo, bonitas, &c. quas diligendas præ-
„ cipit, & in viſceribus per Teſtamentum novum ſcri-
„ bendas docet Auguſtinus, quarum dilectioni timo-
„ rem opponit; & ſine quarum dilectione nihil omnino
„ boni fieri poſſe conſtantiſſime tradit; ſignificat apud
„ ipſum, non affectus aliquos per modum acciden-
„ tium animo inhærentes, ut Stoïci & Peripatetici
„ ſolent accipere; ſed INCOMMUTABILEM illam
„ FORMAM JUSTITIÆ, & caſtitatis, & rectitu-
„ dinis, & bonitatis, &c. quam videt & ſequitur,
„ quiſquis quid ſit juſtum, & æquum, & rectum,
„ videt & ſequitur. Hæc FORMA JUSTITIÆ
„ ſemper STABILIS & IMMUTATA in quacum-
„ que hominis juſti mutatione permanet. Nam ſive
„ proficiat in juſtitia, AD ILLAM magis magiſque
„ tendit, ut INDE FORMETUR: ſive deficiat,
„ ab illa recedit; ſive pœniteat, ad illam redit.
„ NISI ENIM ALIQUA FORMA JUSTITIÆ
„ STABILIS IN ÆTERNUM PERMANERET,
„ QUAM MENTIS OCULIS CERNEREMUS;
„ non eſſet unde vel JUSTUM AB INJUSTO DIS-
„ CERNERE, vel profectum defectumque hominis
„ in juſtitia metiri poſſemus. Nam quo magis affectu
„ animi ſeu dilectione ſimiles ei ſumus, eo ſumus
„ utique juſtiores: quo magis diſſimiles, eo inju-
„ ſtiores. HÆC autem FORMA NON EST A-
„ LIUD NISI VERITAS INCOMMUTABILIS,
„ in qua juſtum, rectum, & caſtum eſſe videt,
„ cum aliquid ut tale vel non tale probat aut impro-
„ bat. Sed Auguſtinum de juſtitia audiamus: A-
„ PUD QUEM ISTA DOCTRINA NIHIL FA-
„ MILIARIUS ATQUE CERTIUS EST. (*libro*
„ 8. *de Trinit. cap.* 6.)..... *Homo ergo qui creditur*
„ *juſtus*, EX EA FORMA & VERITATE *dili-*
„ *gitur*, QUAM CERNIT & INTELLIGIT A-
„ PUD SE *ille qui diligit:* IPSA *vero* FORMA &
„ VERITAS *non eſt quomodo aliunde diligatur. Neque*
„ *enim invenimus aliquid tale præter ipſam.... quoniam*
„ SOLA IPSA *talis eſt, qualis ipſa eſt.* Et infra in fi-
„ ne ejuſdem libri, cum propoſuiſſet exemplum juſti
„ viri Apoſtolum Paulum diligentis, cum tamen ex
„ illa ÆTERNA JUSTITIÆ FORMA QUAM
„ CONSPICIMUS, a nobis diligi, ſic declarat: *Quid*
„ *eſt quod accendimur in dilectionem Pauli Apoſtoli,*
„ *cum iſta legimus, niſi quod credimus eum ita vixiſſe?*
„ *Vivendum tamen ſic eſſe Dei miniſtris, non de ali-*

„ *qui-*

„ *quibus auditum credimus, ſed* INTUS APUD NOS, „ VEL POTIUS SUPRA NOS IN IPSA VERI- „ TATE CONSPICIMUS..... *Et niſi* HANC „ FORMAM, QUAM *ſemper* STABILEM *atque* „ INCOMMUTABILEM CERNIMUS, *præcipue* „ *diligeremus, non ideo diligeremus illum, quia ejus* „ *vitam, cum in carne viveret,* HUIC FORMÆ „ *coaptatam & congruentem fuiſſe fide retinemus.* Et „ paulo poſt: *Ita & ipſorum vitam facit a nobis di-* „ *ligi* FORMÆ *illius dilectio; ſecundum quam vixiſ-* „ *ſe creduntur..... quia* IN DEO CONCIPIMUS „ *incommutabilem* FORMAM *juſtitiæ, ſecundum quam* „ *hominem vivere oportere judicamus .....* Et in „ Tractatibus in Joannem: (*Tract.* 35.) *Intelligit* „ *quis in Oriente juſtitiam: intelligit alius in Occiden-* „ *te juſtitiam: numquid alia eſt juſtitia, quam ille* „ *intelligit; alia, quam iſte? Separati ſunt corpore,* „ *& in uno habent aciem mentium iſtarum. Quam* „ *video juſtitiam hic conſtitutus, ſi juſtitia eſt, ipſam* „ *videt juſtus neſcio quot manſionibus a me carne ſe-* „ *junctus, &* IN *illius* JUSTITIÆ LUCE *conjun-* „ *ctus.....*

„ Cujuſmodi profecto teſtimonia, quæ in Augu- „ ſtino tam frequentia ſunt, ut non ſit dubium ea „ ex perſpectiſſima fundatiſſimaque Veritate profi- „ ciſci; liquidiſſime demonſtrant, juſtitiam, veri- „ tatem, caſtitatem, & ſimilia, quæ diligenda præ- „ ſcribit, longe aliter eſſe cogitanda, quam illos af- „ fectus animæ, quibus nos juſti eſſe dicimur..... „ Cernitur enim juſtitia, tamquam REGULA quæ- „ dam IMMUTABILITER FULGENS SUPRA „ MENTIS APICEM, quæ neque accedentium co- „ pia augeatur, neque recedentium minuatur, neque „ ullorum affectuum varietate varietur..... Quidquid „ ſecundum illam JUSTITIA fit, hoc rectum, hoc „ juſtum, hoc laudabile eſt: quidquid ab illa rece- „ dit, hoc pravum, injuſtum, damnabile eſt. EST „ ENIM PRIMA ILLA & PROFUNDA & IM- „ MUTABILIS REGULA JUSTITIÆ, juxta „ quam ſive juſti ſive injuſti, recte facta laudamus, „ & perverſa prohibemus, reprehendimus, & puni- „ mus. Idcirco enim juſta laudamus, quia ILLAM „ JUSTITIÆ REGULAM IN EIS LUCENTEM „ CERNIMUS: & injuſta culpamus, quia eam ibi- „ dem non cernimus.

III. EXCERPTA EX CAPITE VIII.

Cui titulus eſt: JUSTITIA ILLA DEUS EST, SICUT VERITAS, ET BONITAS, ET LEX ÆTERNA.

„ QUID EST IGITUR ILLA JUSTITIA „ OMNIBUS AD INTUENDUM EXPOSI- „ TA, ſine cujus dilectione impoſſibile eſt voluntatis opus eſſe juſtum aut bonum; & cujus dilectio „ in cordibus noſtris NONNISI DIFFUSA PER „ SPIRITUM SANCTUM CARITATE diffun- „ ditur? Reſpondetur, non eſſe aliud niſi LEGIS „ ÆTERNÆ VERITATEM, JUSTITIAM, AC „ RECTITUDINEM; ſeu (quod idem eſt) IPSAM „ ÆTERNAM LEGEM SEMPITERNA SUA „ VERITATE præſcribentem creaturæ rationali „ QUIDQUID in rebus agendis verum & juſtum & „ rectum eſt. HÆC AUTEM LEX JUSTITIÆ „ NON EST ALIUD NISI DEUS: NEQUE „ DEUS ALIUD QUAM VERITAS ET JUSTI- „ TIA & RECTITUDO SEMPITERNA: ILLA „ VIDELICET, QUAM IN HAC VITA ex ope- „ ribus obſcure CERNIMUS, non ſolum fide, ſed „ mentis rationalis intuitu: EX QUO FIDEN- „ TISSIME PRONUNCIAMUS, HOC DEBET „ FIERI, ISTUD NON DEBET: HOC VERUM, „ HOC JUSTUM, HOC RECTUM EST: ISTUD „ PERVERSUM atque DISTORTUM. Illa quip- „ pe juſtitia, quam hoc dicendo contuemur, & EX „ CUJUS LUCE nobis RADIANTE de ſingulis „ operibus ita decernimus, INCOMMUTABILIS „ atque ÆTERNA eſt ideoque SUPRA MENTES „ NOSTRAS TAMQUAM MUTABILES PRÆSI- „ DET, QUOD SANE NEMINI COMPETIT „ NISI SOLI DEO, QUEMADMODUM SÆPIUS „ AUGUSTINUS TRADIT. Hinc enim illud in „ Quæſtionibus ſuper Exodum. (*Quæſt.* 67.) *Lex* „ *Dei ſempiterna eſt,* QUAM *conſulunt omnes piæ* „ *mentes, ut quod in ea invenerint, vel faciant, vel* „ *jubeant, vel vetent, ſecundum quod illa incommuta-* „ *bili veritate perceperint. Numquid enim Moyſes,* „ *quamvis cum illo Deus loqueretur, per ſingula cre-* „ *dendum eſt quod conſulere ſoleret Deum, ſi quid eſ-* „ *ſet in diſceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum* „ *in hoc judicandi negotio a mane uſque ad veſperam* „ *detinebat? Et tamen* NISI SUÆ MENTI PRÆ- „ SIDENTEM DOMINUM CONSULERET, „ LEGEM*que ejus æternam ſapienter attenderet, quid* „ *juſtiſſimum judicare inter diſceptantes poſſet, non* „ *inveniret.....* Et in libris Confeſſionum: (*libro* „ 3. *cap.* VII.) *Et non noveram* JUSTITIAM „ VERAM INTERIOREM, *non ex conſuetudine* „ *judicantem, ſed ex lege rectiſſima omnipotentis Dei,* „ *qua formarentur mores regionum & dierum, pro re-* „ *gionibus & diebus:* CUM IPSA UBIQUE AC „ SEMPER ESSET, NON ALIBI ALIA, NEC „ ALIAS ALITER: *ſecundum quam juſti eſſent* „ *Abraham, Iſaac,* &c. Et infra: *Non intuebar* „ JUSTITIAM, CUI SERVIRENT *boni & ſancti* „ *homines, longe excellentius atque ſublimius habere* „ *ſimul omnia quæ præcipit Deus, & nulla ex parte* „ *variari,* &c. Ecce ex qua regula juſtitiæ, juſta „ & injuſta diſcernunt. Nempe EX ÆTERNA „ VERITATE, ex lege Dei ſempiterna MENTI- „ BUS HOMINUM PRÆSIDENTE, ex illa juſti- „ tia ex qua promulgantur leges hominum: QUAM „ QUISQUIS CONSULIT, DOMINUM CON- „ SULIT: quia videlicet, ut ſcriptum dicit, *Lex* „ *tua Veritas:* & SICUT AUGUSTINUS EX „ SCRIPTURA ADJICIT, VERITAS TU. „ Unde & ipſa æterna illa Veritatis lex non aliter ab „ Auguſtino definitur, quam *Ratio divina, vel vo-* „ *luntas Dei ordinem naturalem conſervari jubens, per-* „ *turbari vetans.* QUID AUTEM RATIO DI- „ VINA, & VOLUNTAS DEI, NISI DEUS? „ UT PROINDE QUI LEGEM ÆTERNAM „ CONSULIT, NONNISI DEUM CONSULAT „ MENTI SUÆ PRÆSIDENTEM, & ſuæ legis „ æternæ Veritate loquentem, non adhuc per ſpe- „ ciem ſicuti eſt, ſed in ænigmate.

„ Sed ipſum Auguſtinum audiamus, diſertiſſimis „ verbis explicantem, quid intelligat per illam juſti- „ tiam, quam in operibus bonis diligendam eſſe præ- „ ſcribit, ut opus poſſit haberi & eſſe bonum. Sic „ ergo nebulas omnis ambiguitatis abſtergit, in illo „ ipſo Sermone XVII. de verbis Apoſtoli; in quo „ magnopere ſatagit ut peccata caveantur, non timore „ pœnæ, ſed amore juſtitiæ. *Conſtituamus ante ocu-* „ *los, propter hoc quod dixi, exemplum certaminis.* „ *Interrogo utrum ames juſtitiam. Reſpondebis: A-* „ *mo. Quod non reſponderes veraciter, niſi te aliqua-* „ *tenus delectaret. Non enim amatur, niſi quod de-* „ *lectat. Delectare in Domino, ſcriptura dicit.* DO- „ MINUS AUTEM JUSTITIA EST. *Non enim* „ *tibi fingere debes Deum quaſi idolum. Inviſibilibus* „ *ſimilis eſt Deus: & ea* IN NOBIS *ſunt meliora,* „ *quæ ſunt inviſibilia.* ECCE APERTISSIME „ ASSERTUM, JUSTITIAM ILLAM QUAM „ VULT ESSE DILIGENDAM, ESSE DEUM. „ Ipſe eſt enim ſicut Veritas, ita & Juſtitia incom- „ mutabilis, & omnis æquitatis regula imperturbabi- lis:

„ lis: QUAM NISI CERNAMUS, NIHIL AUT „ JUSTUM AUT INJUSTUM SAPIENTER IN- „ TELLIGI AUT INTELLIGENTER DICI „ POTEST. Hujus regulæ dilectio, JUSTITIÆ, „ HOC EST, DEI DILECTIO EST, per quam „ divinæ juſtitiæ participes efficimur. Illi quippe „ diligendo adhæremus, conjungimur, agglutina- „ mur: & ſicut ipſe rectus & juſtus eſt, ita & nos „ recti & juſti reddimur; tantoque rectiores atque „ juſtiores, quanto tenacius illi regulæ juſtitiæ dile- „ ctione cohæremus.

„ Agit hoc luculente Auguſtinus alio in loco: „ (*Epiſt.* 222.) *Quapropter ſi animæ non poſſunt „ niſi etiam in ſeipſis utcumque vivere, quia ex eis vi- „ vunt & corpora, a quibus deſerta moriuntur*; QUAN- „ TO MAGIS VERA JUSTITIA ETIAM IN „ SEIPSA VIVERE INTELLIGENDA EST, „ QUA SIC VIVUNT ANIMÆ, *ut hæc amiſſa „ mortuæ nuncupentur, quamvis quantulacumque vita „ non deſinant vivere?* EA PORRO JUSTITIA „ QUÆ VIVIT IN SEIPSA, PROCUL DUBIO „ DEUS EST, & INCOMMUTABILITER VI- „ VIT. *Sicut autem hæc, cum ſit in ſeipſa vita, „ etiam nobis ſit vita, cum ejus efficimur utcumque par- „ ticipes*, ſcilicet dilectione: *Ita cum in ſeipſa ſit ju- „ ſtitia, etiam nobis fit juſtitia, cum ei cohærendo „ vivimus: & tanto magis minusve juſti ſumus, quan- „ to magis illi minusve cohæremus.*

„ Et paulo poſt: *Eſt plane ille ſummus Deus vera „ juſtitia, vel* ILLE VERUS DEUS SUMMA „ JUSTITIA; QUAM *profecto eſurire & ſitire*, hoc „ eſt ardenter diligere, *ea noſtra eſt in hac peregrinatione „ juſtitia; & qua poſtea ſaturari, ea noſtra eſt in „ æternitate plena juſtitia. Non ergo Deum noſtræ ju- „ ſtitiæ ſimilem cogitemus: ſed cogitemus nos potius „ tanto ſimiliores Deo, quanto eſſe poterimus ejus „ participatione juſtiores. Si ergo cavendum eſt, ne „ juſtitiæ noſtræ ſimilem putemus Deum; quoniam „* LUMEN QUOD ILLUMINAT, *incomparabiliter „ excellentius eſt illo quod illuminatur; quanto magis „ caveri oportet, ne aliquid inferius, & quodammodo „ decoloratius eum eſſe credamus, quam eſt noſtra ju- „ ſtitia?*

„ Et in libro de catechizandis rudibus, (cap. ult.) „ in quo Chriſtianiſmi candidatos de principiis Chri- „ ſtianæ fidei & modo diligendi Deum inſtruit, ru- „ diores monet ut colant & *diligant Deum gratis*. Ne „ vero in colendi ac diligendi Dei modo aberrantes, „ velut idolum viſibile pro Deo colerent; *ſed aman- „ dus eſt*, inquit, *non ſicut aliquid quod videtur ocu- „ lis, ſed* SICUT AMATUR SAPIENTIA, & „ VERITAS, & SANCTITAS, & JUSTITIA, „ & CARITAS, *& ſi quid aliud tale dicitur: non „ quemadmodum ſunt iſta in hominibus, ſed quemad- „ modum ſunt in ipſo fonte incorruptibilis & incom- „ mutabilis ſapientiæ*. Vides hic in utroque loco „ apertiſſime diſtinctam JUSTITIAM DEUM, a „ noſtra juſtitia: & hanc eſſe noſtram juſtitiam, ſi „ DEUM JUSTITIAM, HOC EST, ILLAM IN- „ COMMUTABILEM SEMPERque VIVENTEM „ AC VIGENTEM JUSTITIAM, tamquam in- „ flexibilem Veritatem, ideoque ſtabilem juſtitiæ re- „ gulam diligamus: & ei illa dilectione coaptemur, „ hæreamus, & efficiamur hærendo participes. Hanc „ alibi vocat INVISIBILEM PULCHRITUDI- „ NEM, cujus amore tamquam juſtitiæ dilectione „ bona facienda & mala vitanda ſunt.

„ Sed quid multis opus, ut probemus, ILLAM „ JUSTITIAM, quam ubique in operibus bonis di- „ ligendam præcipit, NON ALIUD ESSE NISI „ REGULAM illam JUSTITIÆ INFLEXIBI- „ LEM, QUÆ EST VERUS DEUS, MENTI- „ BUS HUMANIS IN ORIENTE & OCCIDEN- „ TE PRÆSIDENTEM? Illa ipſa loca, quæ præ- „ cedenti capite protulimus, ut eam non eſſe animi „ creati qualitatem probaremus, hoc omni alia Au- „ guſtini teſtificatione luculentius clamant. NAM „ QUID ALIUD EST AUT ESSE POTEST, NI- „ SI VERUS DEUS, ILLA JUSTITIA, de qua „ ibi dixit, quod ſit VERITAS INTERIOR „ PRÆSENS ANIMO, quam homines VIDENT? „ Quod ſit FORMA QUAM INTUENTUR, CUI „ INHÆRENT UT INDE FORMENTUR: For- „ ma, quam *videmus ac diligimus*, quando homi- „ nem juſtum diligimus, cum homo juſtus *nonniſi* EX „ ILLA FORMA *& veritate diligatur*, QUAM „ CERNIT APUD SE *ille* qui diligit: Quod ſit „ FORMA, QUAM SEMPER STABILEM atque „ incommutabilem CERNIMUS..... Quod ſit „ REGULA JUSTITIÆ, QUÆ CORUSCAT „ MENTI: cujus comparatione *reprehenditur pra- „ vum*, tamquam non conveniens rectitudini regu- „ læ: *Regula, quæ homine recedente non deficit, ac- „ cedente non creſcit:* Quod ſit JUSTITIA, QUÆ „ VIDETUR A CONSTITUTIS IN ORIENTE „ & OCCIDENTE: Quæ velut LUX PRÆSENS „ EST UBIQUE *omnibus omnique cogitanti*..... „ Juſtitia, *quæ nullo loco & ubique eſt:* Juſtitia, „ quam videmus, cum *juſte vivendum* IN IPSA „ VERITATE CONSPICIMUS: Denique, ut „ omnis tergiverſatio auferatur, INCOMMUTABI- „ LIS FORMA JUSTITIÆ, QUAM IN DEO „ CONSPICIMUS, *ſecundum quam hominem vivere, „ oportere judicamus*. Juſtitia *præcipiens, comminans, „ judicans, puniens*. Hæc & hujuſmodi, QUIBUS „ PLENUS EST AUGUSTINUS, certiſſime de- „ monſtrant, non aliam juſtitiam ab eo diligendam „ commendari, cum toties de juſtitiæ dilectione fa- „ tagit, quam illam INCOMMUTABILEM JUS- „ TITIÆ FORMAM, QUÆ SUPRA MENTES „ HOMINUM FULGET, VELUT ÆTERNA „ OMNIS JUSTITIÆ LEX, UNUS VIDELICET „ ET VERUS DEUS: qui non inſtar idoli huma- „ no phantaſmate cogitandus eſt: ſed tamquam ſem- „ piterna juſtitia, & veritas, & bonitas, & ſapien- „ tia: QUAM NISI QUIS INTUS IN ANIMO „ SUO taliter qualiter CONSULENDO VIDEAT, „ NEMO JUSTUM AB INJUSTO, RECTUM A „ PRAVO, BONUM OPUS A MALO DISCER- „ NERE POTEST: quemadmodum ſupra SÆ- „ PIUS AUGUSTINUS, ut vidimus declaravit. „ Hinc eſt, quod ut luculente ſenſum ſuum aperiret, „ dilectionem DEI & JUSTITIÆ ſubinde con- „ jungit, ut UNUM ESSET ALTERIUS EX- „ PLICATIO.

„ (*In epiſt. ad Gal.*) *Nondum juſtitiam* PROPTER „ DEUM, & PROPTER IPSAM JUSTITIAM „ *diligit; ſed eam ſibi vult ad conquirendum terrena „ ſervire*. Et adhuc expreſſius alio in loco: (*Tract.* „ 100. *in Joan.*) *Si ſe quiſquam juſtum fingat, & „ non ſit: ſed totum quidquid coram hominibus lauda- „ biliter agere videtur, non agat* PROPTER DEUM, „ HOC EST, PROPTER VERAM JUSTITIAM.

„ Et QUIA CHRISTUS DOMINUS EST IL- „ LA VERA & SEMPITERNA REGULA JUS- „ TITIÆ; hinc dilectionem Chriſti, & dilectio- „ nem juſtitiæ pro iisdem accipit. Nam cum dile- „ lectionem juſtitiæ plurimum duobus locis extu- „ liſſet, uno ait: (*Serm.* 15. *de verbis Apoſt. cap.* „ VII.) *Amor decerat, amor juſtitiæ, amor cari- „ tatis Chriſti*. Altero vero; (*Epiſt.* CXLIV.) *ita „ concluſit Apoſtolus, ut eamdem diceret caritatem „ Dei, quam dixerat Chriſti. Et* QUID EST A „ CARITATE CHRISTI ſeparari, NISI A „ CARITATE JUSTITIÆ? Cui conſonat ad un- „ guem diſcipulus Auguſtini ſanctus Proſper, quan- „ do in Pſalmum CXVIII. ſcribit: (*litt. Ain, in „ fine:*) *Id agit gratia, ut mandata Dei dilectione „ impleantur, quæ impleri timore non poterant. Di- „ liguntur autem ſuper aurum & topazion; id eſt, ſu-*

per

„ *per ea quæ pretiosa habentur in terra, quando in ob-*
„ *servantia mandatorum non aliquod temporale præ-*
„ *mium quæritur, sed* IPSA JUSTITIA : QUIA
„ NIHIL EST MELIUS EO BONO, QUO IPSE
„ HOMO FIT BONUS. QUÆ EST MANIFES-
„ TA PERIPHRASIS SUMMI ET VERI
„ DEI.

„ Quæ sane ratio est, quod quemadmodum illam
„ justitiæ incommutabilis formam diligi ac cerni tra-
„ dit, quandocunque aliquis justum ac rectum ali-
„ quid faciendum esse decernit; ita & BONITATEM
„ ipsam præcipit esse diligendam, CUJUS NOTIO
„ IN NOBIS LUCET, cum aliud alio melius esse
„ judicamus. Hoc enim impossibile est fieri, nisi re-
„ gula aliqua stabilis & æterna bonitatis affulgeat,
„ cui magis minusve consonet, quidquid pejus aut
„ melius esse dicimus. HÆC AUTEM BONITAS,
„ PERINDE UTI JUSTITIA & VERITAS,
„ DEUS EST. Unde Augustinus cum varia creata
„ recensuisset, (*Lib.* 8. *de Trin. cap.* III. *Tolle*, in-
„ quit, *hoc & illud*; *&* VIDE IPSUM BONUM
„ *si potes*; ITA DEUM VIDEBIS, *non alio bono*
„ *bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his*
„ *omnibus, vel quæ commemoravi, vel quæ alia cer-*
„ *nuntur, sive cogitantur, diceremus aliud alio melius,*
„ *cum vere judicamus, nisi esset nobis impressa notitia*
„ IPSIUS BONI, *secundum quod & probaremus ali-*
„ *quid, & aliud alii præponeremus, sic amandus est*
„ *Deus; non hoc & illud bonum, sed* IPSUM BO-
„ NUM. *Quærendum enim bonum animæ, non cui su-*
„ *pervolitet judicando, sed cui hæreat amando. Et*
„ QUI HOC NISI DEUS?

„ Inde quoque est, quod bonitatem non solum il-
„ lam, ex cujus dilectione animus justus & bonus
„ fit; sed etiam illam, juxta quam animus; quate-
„ nus animus, bonus dicitur, & rebus corporeis
„ præponendus; non aliud esse doceat, quam IPSAM
„ VERITATEM, VELUT ARTEM, in qua ani-
„ mam velut magnam creaturam & inferioribus præ-
„ ponendam approbamus. (*Libro* VIII. *de Trin. cap.*
„ III.) *Illud etiam*, inquit, *quod animus, tantum*
„ *quia est animus, etiam nondum eo modo bonus, quo*
„ *se convertit ad incommutabile bonum; sed (ut dixi)*
„ *tantum animus, cum ita nobis placet, ut eum omni*
„ *etiam luci corporeæ, cum bene intelligimus, præfera-*
„ *mus, non in seipso nobis placet, sed in* ILLA AR-
„ TE QUA *factus est. Inde enim approbatur factus,*
„ *ubi videtur fuisse faciendus.* HÆC EST VERI-
„ TAS & SIMPLEX BONUM. *Non enim est aliud*
„ *aliquid quam* IPSUM BONUM; AC PER HOC
„ ETIAM SUMMUM BONUM. Non enim minui
„ vel augeri bonum potest, nisi quod ex alio bono
„ bonum est. AD HOC *se igitur animus convertit ut*
„ *bonus sit, à quo habet ut animus sit.*

IV. EXCERPTA EX CAPITE IX.

„ HÆc autem bonitas & justitia non est illa
„ quam Peripatetici imaginantur, operis huma-
„ ni moralis dignitas, splendor, honestas, aut quo-
„ cumque alio nomine voces. Non talem operis
„ quantumcumque honesti voluntatem Augustinus
„ ex professo, & res ipsa, velut superbam, & non
„ in creatore, sed creatura gloriantem voluntatem
„ improbat, sicut supra fusius explicuimus. Sed est
„ illa incommutabilis justitia atque bonitas, hoc est, æ-
„ terna veritas, & lex omnipotentis Dei, quam in
„ ænigmate cernimus, cum aliquid ex ejus regula
„ conspecta, velut consonum aut dissonum probamus
„ aut improbamus. HÆC AUTEM JUSTITIA, HÆC
„ BONITAS, HÆC VERITAS, tamquam incom-
„ mutabilis lex omnis bonitatis, aut justitiæ, aut ve-
„ ritatis, quam videmus in creaturis, NON EST
„ ALIA NISI IPSE DEUS : qui non instar idoli,
„ ut ipse loquitur, aliquo phantasmate cujuscumque
„ creaturæ; sed UT VERITAS, UT JUSTITIA,
„ UT BONITAS, UT SAPIENTIA, cogitandus
„ & amandus est.

„ Hinc etiam apparebit, cur divinitus diffusa Spi-
„ ritus sancti caritate opus sit, ut animus in quo-
„ cumque tamdem opere à peccato liber sit: vel ut
„ opus quodcumque bonum, aut justum, aut rectum
„ sine peccato operetur. Nimirum, quia illa puri-
„ tas justitiæ & veritatis, QUÆ NON EST ALIA
„ NISI DEUS, non potest ullo modo à creatura di-
„ ligi, nisi ejus dilectio divinitus inspiretur : juxt-
„ ta.... regulam.... illam Augustini : (*Libro de*
„ *corrept. & grat. cap.* XI.) *Liberum arbitrium ad ma-*
„ *lum sufficit : ad bonum vero nihil est, nisi adjuvetur*
„ AB *omnipotenti* BONO : quæ in omnibus ejus o-
„ peribus decantata est.

„ Itaque ista vera ratio est, cur cum in libro de
„ spiritu & littera sexcenties istum *amorem justitiæ*,
„ qui in omnibus operibus bonis, tamquam genui-
„ nus caritatis fructus, emicare deberet, commenda-
„ re & inculcare statuisset; statim initio libri, (*cap.*
„ III.) objectum istius amoris explicans; *Nos dici-*
„ *mus*, inquit, *humanam voluntatem sic divinitus ad-*
„ *juvari ad faciendam justitiam, ut accipiat Spiritum*
„ *sanctum, quo fiat in animo ejus delectatio, dilectioque*
„ SUMMI ILLIUS ATQUE INCOMMUTABI-
„ LIS BONI, QUOD DEUS EST. Cujus causam
„ statim reddens, exponit per *delectari & amari id*
„ *quod agendum & quo nitendum est.* Et in decursu
„ cum sexcenties inculcasset dilectionem justitiæ per
„ Spiritum sanctum in animo fieri debere, hoc etiam
„ ibidem, (cap. 25.) UT BONUM DEI QUOD
„ DILIGUNT, SIT DEUS IPSE QUEM DILI-
„ GUNT : quia ISTA FORMA sempiterna bonita-
„ tis & justitiæ, quæ diligitur, NON ALIUD EST
„ QUAM SUMMUM atque INCOMMUTABILE
„ BONUM, AC DEUS IPSE QUEM DILI-
„ GUNT.

„ Hinc denique intelligitur.., quando toties dicit
„ Augustinus, quod per Spiritum sanctum *lex Dei*,
„ adeoque *justitia* in cordibus *scribatur quam culpa*
„ *deleverat*, (libro de spir. & litt. cap. 27.) nullo mo-
„ do hæc intelligenda esse de justitia, qua homo for-
„ maliter justus esse dicitur, hoc est, de habitu ca-
„ ritatis; sed de justitia illa exemplari, quæ est æ-
„ terna LEX DEI, & IPSE DEUS..... Ita-
„ que juxta sanctum Augustinum non ipsa caritas
„ tamquam hominis justitia in corde scribitur; sed
„ IPSA æterna & incommutabilis JUSTITIA, QUÆ
„ EST DEUS NOSTER; & unde habet lex omnis
„ temporalis quidquid justi continet; significatur
„ scribenda, in visceribus per caritatem. Et hæc
„ justitia sic scripta, est istud *mentis bonum*, *intelli-*
„ *gibile bonum*, quod commemorat, ut BONUM DEI
„ QUOD DILIGUNT, SIT DEUS IPSE QUEM
„ DILIGUNT.

„ Caritas igitur vinculum glutinosum est, quasi
„ unio ipsa, qua DEUS JUSTITIA SEMPITER-
„ NA cordi conjungitur & inscribitur, ut anima
„ mortua PER IPSAM SUBSTANTIAM DEI
„ caritate sibi conjunctam VIVIFICETUR, &
„ sanctificetur, & PARTICEPS FIAT DEI, eo
„ magis ac magis, quo arctius & profundius ei per
„ caritatis incrementum copulatur. Unde Augustinus
„ in Joannem scribens, cum præmisisset pietatem,
„ pulchritudinem, castitatem, veritatem, esse immu-
„ tabilem; mutabiles autem esse pulchros, castos, ve-
„ races; adjicit : (*Tract.* 39. *in Joan.*) *Deus igitur*
„ *immutabilis est, anima mutabilis :* ..... *Si est*
„ *verax anima, est veritas apud Deum, cujus est par-*
„ *ticeps anima : cujus particeps si non fuerit anima,*
„ *omnis homo mendax.* Et in alio tractatu participa-
„ tionem istam declarat fieri, quatenus PER IPSAM
„ SUBSTANTIAM DEI ANIMA VIVIFICA-
„ TUR, SICUT CORPUS PER IPSAM SUBS-

„ TANTIAM ANIMÆ. (*Tract.* XXIII. *in Joan.*) „ *Insinuavit nobis* Dominus JESUS *animam* „ *humanam*, *& mentem rationalem quæ ineſt ho-* „ *mini*, *non ineſt pecori*, *non vegetari*, *non beatifi-* „ *cari*, NON ILLUMINARI, NISI AB IPSA „ SUBSTANTIA DEI. *Et quamvis leniri & of-* „ *fendi poſſit etiam per corporis ſenſus*; *beatitudinem* „ *tamen ejus*, *qua fit beata ipſa anima*, *non fieri niſi* „ *participatione* ILLIUS VITÆ, SEMPER VIVÆ, „ INCOMMUTABILIS, ÆTERNÆque SUBS- „ TANTIÆ, QUÆ DEUS EST: UT QUOMO- „ DO ANIMA, *quæ inferior Deo eſt*, *id quod ipſa* „ *inferius eſt*, *hoc eſt*, CORPUS FACIT VIVE- „ RE; SIC *eamdem animam non facit beate vivere*, „ *niſi quod ipſa anima eſt ſuperius*, &c..... Quæ „ autem beatitudinis, eadem plane & vivificationis „ & ſanctificationis ratio eſt; prout ipſe etiam in eo- „ dem tractatu tangit: *Nec poſſunt* VIVERE *ani-* „ *mæ*, NISI EARUM VITA SIT DEUS, „ SICUT IPSÆ SUNT VITA CORPORUM, „ &c.....

„ Hanc doctrinam de juſtitiæ dilectione, HUC „ USQUE AB AUGUSTINO TRADITAM, A „ PERIPATETICIS REMOTISSIMAM, ſi quis „ eorum non intelligat, oret Deum ut intelligat. „ QUOD SI QUIS RIDEAT ME ISTA DICEN- „ TEM, inquit quodam loco, (*libro* X. *Confeſſ. cap.* „ XII.) ET EGO DOLEAM RIDENTEM ME. „ QUOD SI IN AUGUSTINO INTELLGEN- „ DO ME FALLI PUTET, videat ne forſan ipſe „ fallatur. TESTIMONIA ENIM TAM EVI- „ DENTIA SUNT, totiusque doctrinæ tam accu- „ rata conſonantia, ut non poſſit in alios ſenſus ſine „ apertiſſima abſurditate torqueri. Ad me quod at- „ tinet, hoc ingenue profiteor, difficile me reperire „ poſſe in Auguſtino doctrinam CREBRIUS, CLA- „ RIUS, & INCULCATIUS traditam, quam eam „ de qua loquimur. Ut niſi lectoris tædio parcere vo- „ luiſſem, non operoſum fuiſſet, (abſit dicto arro- „ gantia,) juſtum opus de hac ſola difficultate ela- „ borare; & quemlibet Peripateticum contradicto- „ rem, qui eam ab Auguſtini auctoritate remotam „ vellet, teſtimoniorum copia & claritate, totiusque „ doctrinæ ſancti Auguſtini mole & conſonantia op- „ primere.

Ex Janſenii ſcriptis hæc nunc excerpſiſſe ſufficiat: in quibus qui Atheiſmum non videt, cœcum hunc & hebetem eſſe nihil veremur affirmare: qui videt autem, is ſimul intelligit, caute admodum & conſiderate dixiſſe Innocentium X. in Conſtitutione adverſus quinque Janſenii opiniones, ſe *non intendere tamen per hanc declarationem & definitionem ſuper prædictis quinque propoſitionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii.* Denique idem agnoſcet eſſe Janſenianum hominem, non modo, ut quidam feſtive dicebat, Calvinianum qui Miſſam audit vel celebrat; ſed etiam plane Atheum. Neque enim de gratia ſolum irreſiſtibili cum Calvino facit; ſed in reliquis omnibus fere erroribus convenit reipſa inter eos, ſolis vocibus diſſident: in Atheïſmo certe prædicando Janſenianus audacior eſt: id quod ſequentium ſcriptorum Excerpta aperte, ni fallimur, ſuadebunt.

II. AMBROSIUS VICTOR.

OFfert ſe forte nobis ſecundo loco, qui occultato ſuo nomine, metu fortaſſis publicæ animadverſionis, AMBROSIUM VICTOREM ſe voluit nuncupari, P. ANDREAS MARTIN è Congregatione Oratorii in Gallia, Edidit ille *Philoſophiam* (ut appellat) *Chriſtianam*; falſa profecto appellatione, ſi ſumus nos Chriſtiani. Volumini ſecundo fecit hunc titulum: *Sanctus Auguſtinus de exiſtentia & veritate Dei.* Non alium autem ab eo Deum agnoſci, præter Veritatem, quæ omnibus animis ratione utentibus illuceſcit, innataque ipſis eſt, & neceſſario cogit eosdem ad rectum de re qualibet judicium ferendum; ex uno capitum illius libri Indice qualem ipſe contexuit, deprehendere ſtatim nemo non poſſit, qui non ſit prorſus hebes. Indicem illum igitur ſumma fide ipſius verbis hic repreſentamus.

Cap. I. *Chriſtum Dominum non ſolum ad credendum nos hortatum eſſe, verum etiam ad id quod crederemus intelligendum.* Eo ſpectant iſti prædicatores Philoſophiæ Chriſtianæ ut ſuadeant, non ad alia nos credenda cogi, quam quæ poſſint animo atque humana ratiocinatione intelligi: ut certe neceſſe eſt, ſi Deus docens ea mortales, quæ credi velit ab ipſis, non alius eſt (ut iſti ponunt) quam ipſamet innata animis ratione utentibus lux veritatis. Ex Auguſtino probat iſte hoc placitum, ex libro 2. *de libero arb.* cap. 2.

Cap. 2. DEUM ESSE, SI QUA SIT NATURA *ſimpliciter immutabilis, æterna, increata, per ſe veriſſima, infinita, & creatura qualibet intellectuali præſtantior.* Eſt hujus capitis argumentum, ut ille affirmat, ex libro 2. *de libero arbitrio*. cap. III. & VI. & ex libro *de vera Religione*, cap. XXXI. Eo ſpectat iſte, ut doceat, (quod & mox patebit, & factitatum à Janſenio vidimus;) cum animus cernat in ſeipſo æternum aliquid & immutabile, ſcilicet lucem Veritatis; ſeque illa Veritatis luce eſſe inferiorem intelligat, ſiquidem ab ipſa dirigitur ut bene agat; illam oportere ut animus Deum ſuum eſſe fateatur. Interim abutuntur iſti egregie nomine *Naturæ*, cum naturam dicunt Veritatis & Juſtitiæ. Metuunt ſcilicet viſus hominum de ſe, niſi dicant Deum ſuum alicujus eſſe naturæ.

Cap. III. VERITATEM, QUAM IMMEDIATE CONSPICIMUS, *cum regulas æternæ veritatis intuemur, eſſe incommutabilem: idque tum ex ratione numerorum, tum ex ſapientiæ regulis demonſtrari.* Ex libro 2. *de libero arb.* cap. VIII. & X. libro de immortalitate animæ, cap. IV. & aliis locis. Eſſe bis bina quatuor, inquit, omnes conſpiciunt: & hanc numerorum rationem eſſe immutabilem vident. Nec ſi omnis iſte mundus concidat, poterit iſta ratio non eſſe. Sic ſuum unicuique tribuendum eſſe, animum à corruptione avertendum eſſe, juſtum eſſe ut omnia ſint ordinatiſſima, veriſſimum eſt & immutabile. Efficere enim nulla ratione poſſis, ut juſtum id non ſit. Similem huic gemino titulo idem in tertio volumine, quod inſcriptum eſt, *Sanctus Auguſtinus, De Deo*, capiti XIII. titulum iſtum poſuit: DEUM, *cum illud ſit, quo nihil eſt ſuperius, non ſolum eſſe quid noſtra mente præſtantius, ſed æternum quidpiam & immutabile:* ID EST, IPSAM VERITATEM, *quæ & mente noſtra ſuperior, & omnino incommutabilis eſſe reperitur.* Ex libro 2. *de lib. arb.* cap. VI. & XV.

Cap. IV. ÆTERNAM ESSE VERITATEM. Ex libro XII. *de Trinit.* cap. XIV. libro 2. *de lib. arb.* cap. XVI. libro *de immortal. animæ*, cap. V. *Quid enim tam*

tam æternum quam circuli ratio, vel si quid est aliud simile in artibus? Et hæc etiam descripsit in præfatione sua quadam P. Malebranchius, qui de Dei exsistentia & natura in suis omnibus libris paria sentiens, magistro se usum esse in ea re sæpe gloriatur, isto ipso Ambrosio Victore.

Cap. v. INCREATAM ESSE VERITATEM: *cum sequentes rationes* IPSAM NEC AB HOMINIBUS, *nec ab ullo alio factam esse convincant.* Ex libro 2. *de Doctr. Christ.* cap. XXXII. XXXVIII. & aliis locis. Institutæ certe non sunt ab hominibus, exempli gratia, leges numerorum, sed indagatæ potius atque inventæ. Nam quis possit efficere, ut ter terna aut non sint novem, aut non possint efficere quadratam figuram? Nec Philosophi sapientiæ disciplinam tripartitam esse voluerunt; sed tripartitam esse animadvertere potuerunt; Physicam, Logicam, Ethicam. Ergo, inquit, Veritas est increata.

Cap. VI. *Veritatem non fieri cum discitur, sed in seipsa jam exsistentem inveniri præsentem animo.* Ex libro *de immortal. animæ*, cap. IV. libro XIV. *de Trin.* cap. VII. libro *de vera Religione*, cap. XXXIX.

Cap. VII. *Scientiam, non quidem Platonis, sed alio quodam sensu ideo reminiscentiam esse, quia* VERITAS, *etiam antequam discatur, jam menti præsto est, ut cogitatione possit intelligi.* Ex libro 2. *Soliloq* cap. XX. Libro X. *Confess.* cap. XI. Libro XII. *de Trin.* cap. XV. Libro I. *Retract.* cap. VIII.

Cap. VIII. *Veritatem, licet animo semper præsentem, in memoria tamen proprie non esse, nisi postquam eam didicimus:* IPSAMque DE NOVO IN DISCIPLINAM TRAJICI, *quatenus memoriæ commendatur; non per aliquas sui species, quas nullas habet; sed per intellectionum præteritarum vestigia quædam, quibus & nos intellexisse, & modi quo intelleximus veritatem, recordamur, ut ad eam facile liceat recurrere.* Ex libro X. *Confess.* cap. XVII. XVIII. XIX. XX. &c.

Cap. IX. IMMENSAM *esse Veritatem, quam* INCREATAM *esse jam ostendimus.* Ex libro 2. *de libero arb.* cap. VII. IX. X. XII. &c. Nam quis hoc immensum neget, inquit, quod communiter omnibus ratiocinantibus atque intelligentibus præsto est? Est autem una sapientia præsto communiter omnibus: cujus quanto magis quisque fit particeps, tanto est sapientior. Ubique Veritas præsidet omnibus consulentibus se; & simul respondet omnibus etiam diversa consulentibus. Ubique est Veritas, ubique est sapientia. Intelligit quis in Oriente justitiam: intelligit alius in Occidente justitiam: numquid alius aliam? Ergo eamdem quæ ubique est; foris admonens, intus docens.

Cap. X. *Veritatem esse* INFINITAM, *ut patet ex veritate numerorum.* Ex libro XII. *de Civit. Dei*, cap. XVIII. Numeros enim esse infinitos certissimum est: quorum ratio sive proportio suam habet a Veritate necessaria immutabilitatem: quemadmodum & quidquid est umquam vel uspiam verum. Ergo est infinita: siquidem quidquid est verum aut esse potest, infinitum est.

Cap XI. *Veritatem per se sic veram esse, ut verius nihil habeat, quod imitetur ut vera sit.* Ex libro 2. *Soliloq.* cap. XVIII. & XIX. Libro 2. *de Ordine*, cap. XV. & XVI. & aliis locis.

Cap XII. *Veritatem esse* BONUM IPSUM *sine participatione bonum.* Ex libro VIII. *de Trinit.* cap. III. Non est, inquit, Veritas, bonum hoc vel bonum illud, sed bonum omnis boni: id propter quod amantur omnia quæ amantur. Græci dicunt τὸ αὐτὸ ἀγαθόν.

Cap. XIII. *Veritatem esse creatura qualibet intellectuali præstantiorem: idque probatur:* 1. *Quia immutabilis est Veritas.* 2. *Quia creatura quælibet intellectualis secundum ipsam judicat.* Ex libro 2. *de libero arb.* cap. VI. XII. & XIV. Libro *de vera Religione*, cap. XXIX. Libro IX. *de Trin.* cap. VI. & VII. Libro VIII. cap. IX. & aliis locis. Mens nostra, inquit, est mutabilis; quandoquidem nunc perita, nunc imperita invenitur. Veritas autem semper est eadem. Conspicimus, exempli gratia, incommutabilem formam justitiæ, secundum quam hominem vivere oportere judicamus. Nullus de illa judicat, nullus sine illa judicat bene. Ergo præstantior ipsa est animo intellectuali qui judicat, nec umquam recte, nisi ea prius consulta, & secundum ipsam.

Cap XIIII. *Probatur tertio, Veritatem esse qualibet intellectuali creatura præstantiorem, quia ipsam perficit secundum intellectum,* QUEM INCREATA SUA LUCE FORMALITER ILLUSTRAT. Ex Tract. I. *in Joan.* aliisque locis. Cum cogitat, inquit, & ratiocinatur animus, quidquid in ea ratiocinatione verum est, non ei tribuendum est; sed LUMINI VERITATIS, à quo pro sui capacitate vel tenuiter illustratur, ut verum is aliquando in ratiocinatione sentiat; ut possit JUSTUM AB INJUSTO SECERNERE. Nulla enim ratiocinatio est, nisi cum mentem perfundit lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lumen autem illud est ipsa Veritas, quæ menti cuilibet dicit intus, Hoc justum, hoc verum; injustum istud, falsumve est.

Cap. XV. *Veritatem, & quidem solam, docere nos, ex dictis ostenditur; cum ipsa sit, & sola quidem, quam intus mens nostra consulit; cum apud semetipsam, utrum verum sit aliquid, an falsum, attente consideret. Homines autem esse tantum* MONITORES. Ex libro *de Magistro*, cap. XI. & sequentibus.

Cap. XVI. *Probatur quarto, Veritatem esse creatura qualibet intellectuali præstantiorem, quia ipsam perficit secundum voluntatem: cum creatura intellectualis bona, justa, sapiens, ac beata non fiat,* NISI VERITATIBUS INCREATIS *inhærendo, quæ* IN ÆTERNA VERITATE *fulgent.* Ex libro *de Moribus Eccl. Cath.* cap. IV. V. VI. Libro 2. *de libero arb.* cap. XIII. & XIX. Libro I. *Soliloq.* cap. XV. Libro *de vera Religione*, cap. LV. aliisque locis.

Cap. XVII. *Veritatem esse qualibet intellectuali creatura præstantiorem, quia creatura quælibet intellectualis fit pulchra, summam & perfectam pulchritudinem diligendo, quæ in ipsa conspicitur, & ex cujus amore movemur ad homines, quos justos esse credimus, diligendos; licet plerumque corpore sint deformes.* Ex libro VI. *de Musica*, cap. X. XIII. & XIV. aliisque locis. Habes enim duos servos, inquit; unum deformem corpore, alium pulcherrimum: sed illum deformem fidelem, alterum infidelem. Dic mihi quem plus diligas. Et video te amare invisibilia; fidem nimirum, quæ est pulchritudo certe. Sic amas & justitiam, quæ & ipsa est animi pulchritudo. Ubi sunt autem istæ regulæ scriptæ, ubi quid sit justum & injustus agnoscit, ubi cernit habendum quod ipse non habet? Ubi ergo scriptæ sunt, nisi IN LIBRO LUCIS illius, quæ VERITAS dicitur, unde omnis lex justa describitur? Ea ipsa Pulchritudo dicitur; & per illam pulchritudinem pulchra sunt omnia quæ oculis vel animo placent. Et nos pulchri sumus, amando justitiam, quæ semper pulchra est. Catholici vero prorsus negant, tum pulchritudinem, sive formam pulchritudinis intelligibilem Deum esse: contrarium profiteri aïunt Atheorum esse: tum Deum negant in hac vita, ut pulcher est, diligi: tantum amari dicunt hic oportere, non ut bonum in genere, sed ut bonus est.

Cap. XVIII. *Ejusdem argumenti continuatio.* Ex eodem libro VI. *de Musica*, cap. XIII. Tract. XXXII. & XL. *in Joan.* Libro VIII. *de Trin.* cap. VI. & IX. Libro IX. cap. VI. Libro XIV. cap. XV. aliisque locis.

Cap.

Cap. XIX. EX DICTIS DEUM EXSISTERE COLLIGITUR, ET IPSUM A VERITATE NON DISTINGUI: QUAM QUIDEM NON ESSE NIHIL, SED VERE AC SUMME ESSE DEMONSTRATUR. Ex libro 2. *de libero arb.* cap. VIII. & XV. Tract. 1. *in Joan.* Libro VII *Confess.* cap. X. Libro XI. cap. XVIII. Libro *de duabus animabus*, cap. 1, 2, 3. Libro *de Moribus Manich.* cap. 1. & aliis multis locis. Est enim, inquit, illa hactenus explicata Veritas, SUBSTANTIA (accepto scilicet abusive ab ea secta *substantiæ* vocabulo;) viva, perpetua, omnipotens, infinita, ubique præsens, ubique tota, nusquam inclusa: DEUS IGITUR. NUMQUID NIHIL EST VERITAS, pergit idem, quoniam neque per finita, neque per infinita locorum spatia diffusa est? SI NON ESSET, non amaretur, nec merito laudaretur. SI NON ESSET, videri non posset. VERITATEM autem VIDEMUS ambo singulis mentibus. Jure isti profecto metuunt, ne Deus suus, Veritas illa nempe quam prædicant, nihil esse existimetur: at de Deo vero, quem Christiani colunt, eccui tamdem etiam insanienti talis potest suspicio suboriri? Non ille Deus igitur Christianorum est.

Idem in volumine tertio operis sui, cui titulum fecit, *Sanctus Augustinus de Deo*, exsistentiam Dei probat eodem argumento; *quod licet* OMNIUM CLARISSIMUM, *brevissimum*, *ac* SOLIDISSIMUM VIDEATUR, *à Philosophis tamen* (Catholicis scilicet vel eo nomine) *aut omnino prætermittitur, aut non ea saltem diligentia, quam sublimis illius dignitas exigit, illustratur.* Atque hujus deinde argumenti summam hoc syllogismo repræsentat: NATURA *simpliciter & absolute immutabilis, Deus est: Datur autem natura simpliciter & absolute immutabilis: cum* VERITATEM *illarum regularum, quæ vulgo dici solent æternæ veritatis, simpliciter & absolute immutabilem esse pateat.* ERGO DATUR DEUS.

Mox addit ille, quod & Jansenium feciſſe superius vidimus, improbari quidem hanc ratiocinationem cum suis consectariis, ab his qui PERIPATETICÆ scholæ principiis plus satis addicti sunt: sed esse primum præjudicia deponenda; tunc vero deinde quemlibet agniturum esse vim argumentationis. *Quis enim*, inquit, *negandum istud arbitretur, naturam simpliciter & absolute immutabilem esse Deum: cum excellentem adeo naturam à nullo pendere, ideoque non ab alio, sed* A SEIPSA NECESSARIO EXSISTERE *constet? Quis etiam simpliciter & absolute immutabilem esse non videat* VERITATEM ILLAM QUAM INTUS MENTIS ASPECTU CERNIMUS, *cum æterna temporalibus, incorruptibilia corruptibilibus esse meliora, justum esse ut omnia sint ordinatissima, esse prorsus impossibile ut idem sit simul & non sit, aliaque plura ejusmodi vera, clare conspicimus?* Huic argumentationi, pergit ille, quis dare manus jure dubitet, *cum* SANCTUS AUGUTINUS, VIR SCILICET ACUTISSIMI ET SOLIDISSIMI, SI QUOD UMQUAM EXSTITERIT, INGENII, HOC DISCURSU PLANE CONVICTUS SIT? Itaque peculiare volumen impendit ratiocinationi huic dilatandæ ex verbis Augustini, ut quidem dicit, (neque enim istud nunc vacat excutere;) magno, ut ipse quidem pronunciat, rei Philosophicæ ac Theologicæ emolumento. Nam *supremi alicujus Numinis exsistentiam*, inquit, *tanta tum perspicuitate, tum soliditate demonstrat, ut à nemine prorsus negari possit, nisi veritatem primorum & maxime immutabilium principiorum, quale istud est, Idem esse simul & non esse penitus impossibile est, aliter habere se posse concesserit.* Sed illo nunc omisso volumine, reliqua solius secundi voluminis capita, sive capitum argumenta, nunc exhibenda sunt.

Cap. XX. *Refellitur responsio, qua forte responderi posset;* VERITATEM, DE QUA LOQUIMUR, NON ESSE NATURAM PER SE SUBSISTENTEM: (ita quidem Catholici respondent:) *sed sensibilium duntaxat imagines per sensus attractas in animam.* Ex libro 2. *de libero arb.* cap. VIII. Libro IV. *de Gen. ad litt.* cap. 1. 2. & VII. Libro 2. *Soliloq.* cap. XX. & aliis locis. At de quo certe Numine venire potest in mentem alicui vel dubitare num sit istud aliquid subsistens aut vivens, is omnino verus Deus non est: non nisi Atheorum is Deus est. Sed ludibrio homines habet iste, cum sui similibus, dum axiomata vera quælibet, aut veritatem qua sunt vera formaliter, Naturam per se subsistentem vocat: id quod eo sensu dicunt, quoniam ex hominum arbitrio non pendet ut vera sint ea; quippe cum sint ea nemine cogitante æternæ veritatis; & quamvis quis ea neget, vera perstant: & ut Galli dicunt, *La verité subsiste toujours.* At Naturæ per se subsistentis nomine aliud longe intelligunt Catholicorum Philosophicæ ac Theologicæ scholæ; nempe vel corpus vel spiritum; & hunc sive finitum & creatum, sive increatum & infinitum.

Cap. XXI. *Iis tantum, qui simpliciter incommutabilis naturæ quanta sit majestas, non attendunt,* VILIOREM VIDERI VERITATEM, QUAM UT INCREATA SAPIENTIA, HOC EST, IPSE DEUS ESSE CREDATUR. Ex libro XII. *de Trin* cap. XI. Libro 2. *de libero arb.* cap. XI. At ex eorum me certe numero esse, qui non modo vilius quiddam esse illam quam tantopere jactitant naturam Veritatis, sed enim nonnisi impie obtrudi eamdem pro Deo, quanta possum contenta voce prædico; deque eo sensu mihi ipse vehementer cum Christianis Catholicis gratulor.

Cap. XXII. *Eorum objectio refellitur,* (Catholicorum scilicet omnium,) *qui justitiam, hoc est, justitiæ seu veritatis ac sapientiæ regulas immutabiles* NON ESSE VIVENTES, IDEOQUE NEC ESSE DEUM OBJICIUNT. Ex epist. CCXXII. ad Consentium. Quod vero dicis, inquit, VIDERI TIBI NIHIL VIVUM SECUNDUM SUBSTANTIAM INESSE JUSTITIÆ, ideoque te non posse adhuc Deum, id est, viventem naturam, justitiæ similem cogitare; quia justitia, sicut dicis, non in se, sed in nobis vivit: immo nos potius secundum illam vivimus, ipsa vero per se justitia nequaquam vivit: Ad hoc ut tibi ipse respondeas, illud intuere utrum recte dici possit, Vitam ipsam non præcipue vivere, qua fit ut vivat quidquid vere vivit. Cum sit igitur in scipsa vita, etiam nobis fit vita, cum ejus efficimur participes. Ita sicut absurdum est dicere, candidum non esse candorem; sic absurdum est dicere, sapientem non esse sapientiam, cujus participatione anima fit sapiens; & quæ, tametsi desipiat anima, manet tamen in se sapientia. Atqui non metuunt certe atholici, ne quis sibi objiciat, non videri Deum, cujus exsistentiam probant in scriptis suis, esse quid vivum secundum substantiam. Metuunt id illi soli, quibus id pro Deo est, cui nonnisi metaphorica vita, metaphorica natura sive substantia, & subsistentia metaphorica convenit; cujusmodi Athei isti sunt, quibus Deus non est nisi Veritas rerum, qua verum ac pulchrum est formaliter, quidquid est verum ac pulchrum.

Cap. XXIII. *Illam seu sapientiam seu Veritatem,* QUAM IMMUTABILEM ESSE CONSPICIMUS, *esse quidem à Deo, sed ita ut æqualis ipsi genita sit.* Ex libro de beata vita, sub finem: & ex libro de vera Religione, cap. XXXVI. Qui Veritatem pro Dei Filio obtendunt, iidem pro Deo seu Patre, quem oportet esse ejusdem naturæ cum Filio, habent Unitatem; vel Ens præcise; cui æqualem similemve ab ipsa gigni vel creari Veritatem aiunt; generatione, ut apparet, æque ac creatione tantum metaphorica; in qua etiam explicanda, quo pacto dici generatio possit, ut Catholice saltem loqui videantur, valde laborant. Veritatem interim Filium Dei vocant idcirco,

circo, quoniam verum quidquid est, id etiam est unum: & idem idcirco verum, quia unum & Ens. Ergo Unitas, inquiunt, est causa Veritatis; & est Veritas simillima Unitati, ad quam tendit semper & adspirat: quod est esse Filium Patri simillimum.

Cap. XXIV. *Ista* SAPIENTIÆ CUM SUO PRINCIPIO *ex Scripturis Sacris demonstratur* ÆQUALITAS; *& omnibus aliis rebus ipsa præfertur:* QUONIAM LUX EJUS CLARISSIMA, QUÆ MENTIBUS NOSTRIS, UT VIDEATUR, EST INTIME PRÆSENS, *inexstinguibilis, seu prorsus immutabilis est.* Ex libro de Moribus Eccl. Cath. cap. XVI. & XVII. Atqui non æqualitatem Divinæ sapientiæ cum suo principio, sed identitatem cum essentia, & realem nihilominus distinctionem Filii a Patre defendunt Catholici: qua de distinctione verbum nullum faciunt aut facere possunt Athei isti, quibus sola Veritas, seu vera realitas omnium entium pro Deo est. Solam æqualitatem Veritatis cum Unitate, quam & consubstantialitatem qualemcumque nuncupant, jactare possunt, jactantque assidue, ad offundendam legentium imperitorum mentibus caliginem.

Cap. XXV. *Falsum esse, quod velut indubitatum vulgo supponitur: in hoc scilicet viæ statu nihil nisi corporeum & per corporum similitudines intelligi: ideoque* NEC INCREATAM VERITATEM, *nec aliam quamlibet naturam intelligibilem,* IN SE PERCIPI. Ex libro de vera Religione, cap. III. Ex Epist. olim LXXXV. nunc CCXXII. in editione Lovan. aliisque locis plurimis. At Deum in se percipi in hoc viæ statu, certe Catholici, ac veri Numinis assertores, vere ac juste negant.

Cap. XXVI. *Explicatur ille scripturæ locus,* Non videbit me homo, & vivet. Ex Epist. CXII. cap. XIII. ex libro IX. *Confess.* cap. X. & aliis locis. Nam IPSA, inquit, DEI SUBSTANTIA videri in hac vita potest ab his, qui abstrahunt ab hac vita mentem, qui mentem ab omni carnis sensu sevocant.

Cap. XXVII. *Alius iste Scripturæ locus exponitur,* Deum nemo vidit umquam. Ex eadem Epist. ex libro contra Epist. Fundamenti, cap. XV. & aliis locis. Occurrendum enim fuit his sacrarum litterarum testimoniis, quibus negatur aperte id quod affirmat iste cum Malebranchio, Dei substantiam immediate conspici in hac vita; eamque veritatis lucem illam esse, in qua omnia vera conspicimus.

Cap. XXVIII. *Nullam veritatem immutabilem solis naturæ viribus posse intelligi: sicque ex dictis non posse colligi, quod naturaliter* ESSENTIA DIVINA *videatur.* Ex epist. CXII. & Tract. XL. *in Joan.* Neque enim qui extrinsecus, inquit, verba facit, hic docet; sed quæ interius menti loquitur Veritas. Veritas autem Deus est. Non ergo solis naturæ viribus Veritatem homo discit, ne quidem bis bina esse quatuor; sed solius Dei beneficio; ipsa scilicet sola Veritate magistra, quæ Dei Verbum propterea, Dei lux, Dei sapientia nuncupatur.

Cap. XXIX. *Deo, non autem menti nostræ tribuendum esse verum omne quod loquimur.* Ex Comment. in Psal. CII. Libro I. de Doctr. Christ. in Prol. & Tract. XIV. in Joan. Quoniam si verum loquitur, non hoc a se mens habet, sed a luce Veritatis, qua illustratur; quæ Deus, inquit, ipse est. Quamobrem nihil habet de se mens humana, nisi mendacium. Quid enim habere mens possit absque Veritate, præter privationem Veritatis; quæ privatio ipsummet mendacium est?

Cap. XXX. *Magistrum nostrum esse Deum solum, non hominem.* Ex libro *de Magistro*, Tract. 3. *in Epist. Joan.* aliisque locis.

Cap. XXXI. *Quod a Deo veri cognitio ridicule peteretur, si solis naturæ viribus eam assequi posset intellectus.* Ex libro II. *de peccat. meritis & remiss.* cap. XIX. aliisque locis.

Cap. XXXII. *Peccatum superbiæ, propter quod in desideria cordis gentiles Philosophi traditi sunt, in eo fuisse positum, quod Dei cognitionem se fuisse naturaliter assecutos arbitrarentur.* Ex Tract. XIV. *in Joan.* aliisque locis. Gentilium igitur Philosophorum crimen hoc fuit; quod cum Veritatem quidem omnibus communem agnoverint, non hanc illi tamen cognitionem Veritati ipsimet adscripserint, sed naturæ suæ rationali: neque hanc Veritatem Deum esse ipsum intellexerint.

Cap. XXXIII. *Aliis Philosophis Platonici præferuntur: quod ad intelligendam Veritatem intellectum nostrum divinitus adjuvandum esse docuerunt.* Ex libro VIII. *de Civit Dei*, cap. VII. IX. X. Idem in volumine tertio, titulum hunc fecit capiti XV. *Eadem ratione & methodo Platonicos Philosophos Deum invenisse, ceteris omnibus idcirco longe præferendos.*

Cap. XXXIV. *Auxilium illud divinum ac* SUPERNATURALE, *quo nostra mens* AD IMMUTABILEM ALIQUAM VERITATEM *indiget, esse* LUCEM VERITATIS IPSIUS INCREATAM, QUA FORMALITER ILLUSTRARI DEBET, UT IPSAM CONSPICIAT. Quot hic errorum portenta, Deus immortalis! quamquam ex impietate quis miretur innumeros similes exoriri? Gratiam supernaturalem appellat, lumen quo verum aliquid esse agnoscimus, in Geometricis etiam disciplinis: quoniam ad naturam præcise consideratam illud adjicitur: nec habet quidquam ista hypothesis, quod vere possit supernaturale dicere. Lucem vero Veritatis, qua illustratur humana mens, ut verum aliquid esse pronunciet, esse increatam, ut isti assidue occinunt, quis nisi ejusdem impietatis conscius istis concedat? Quis ipsamet divinitate formaliter illustrari mentes hominum etiam in altera vita, nedum in ista: in ista autem quis divinitatem conspici fateatur? Et hæc iste tamen placita dicit ab Augustino tradi, libro II. *de libero arb.* cap. XII. *In Psalm.* IV. XLI. XLVI. &c. Serm. VIII. *de verbis Domini*, aliisque multis locis: quibus alii adjiciunt etiam quæst. LI. e libro LXXXIII. quæst.

Cap. XXXV. *Veritatem immutabilem, ut intellecta conspiciatur, non solum per modum lucis, sed etiam* PER MODUM SPECIEI DEBERE MENTIBUS NOSTRIS IMMEDIATE SEIPSA IMPRIMI. Ex libro de Immortal. animæ, cap. X. Libro VIII. *de Trin.* cap. VII. VIII. Libro *de utilitate credendi*, cap. XV. Libro *de vera Religione*, cap. LV. &c.

Cap. XXXVI. *Ipsam Veritatis æternæ lucem, licet omnibus ubique præsentem, a pluribus tamen non percipi; seu quia mente cæci sunt, seu quoniam intentionem animi convertunt ad alia.* Ex Tract. I. XIII. & XXXV. *in Joan.* aliisque locis.

Cap. XXXVII. *Veritatis lucem in nobis proprie non crescere; sed ea mentem nostram magis ac magis illustrari, cum in ejus cognitione proficimus: ipsumque Deum, quamvis ubique totum, magis tam & minus a creaturis capi posse.* Ex Tract. XIV. *in Joan. Epist.* LVII. &c.

Cap. XXXVIII. *Quantumcumque Veritatem incommutabilem conspiciamus in hac vita, nos tamen beatos hinc non effici: quoniam ex parte tantum, non autem plene veritatem conspicimus: ideoque per speculum in ænigmate videre dicimur; quia* MAGIS PER FIDEM *ambulamus, quam* PER SPECIEM: CUM LONGE PAUCIORA SINT, *quæ de Deo jam intelligimus, quam ea quæ credimus tantum.* Ex libro I. *Retract.* cap. XIV. & libro II. *de Doctr. Christ.* cap. VII. At non secundum magis & minus, sed toto genere discrepare Catholici docent visionem beatam a cognitione qualibet hujus vitæ, sive sit fides, sive sit scientia.

Cap. XXXIX. *Divinam Trinitatem a nobis nondum conſpici, licet* NATURAM VERITATIS *incommutabilem, ſeu bonum incommutabile,* VIDEAMUS: *ſicque in Deo eſſe quod* INTELLIGENDO CONSPICIMUS: *eſſe etiam quod non conſpectum credamus.* Ex libro XV. *de Trinit.* cap. VI. VII. & ſequentibus. Conſpicimus, inquit, & intelligimus Veritatem, quod eſt Verbum Dei: Trinitatem autem ipſam integram credimus potius quam videmus; quoniam nihil eſt in rebus creatis, quod ſit Trinitatis perfecta imago.

Cap. XL. *Nec ipſam Veritatis incommutabilis naturam a nobis hic degentibus ita cerni, ut omnem veritatem in hac vita poſſimus cognoſcere.* Ex Tract. XCVI. & XCVII. *in Joan* aliisque locis.

Cap. XLI. *Licet intellectu conſpiciamus incommutabilem* SUBSTANTIAM; *creaturas tamen, ideoque contextum ſæculorum ordinem, a nobis in ea non videri, ſicut in ipſa cernuntur a beatis.* Ex libro XI. *de Civit. Dei,* cap. XXIX. Libro IV. *de Trin.* cap. XV. aliisque locis. Quemadmodum *naturæ*, ut vidimus, ſic etiam *ſubſtantiæ* nomine abutuntur, cum ſubſtantiam incommutabilem Veritatis & Sapientiæ dicunt; ne nullius ſubſtantiæ Deum arguantur agnoſcere.

Cap. XLII. *Hujus vitæ* VISIONEM *eſſe tantum inchoatam,* &c. Ex libro II. *Soliloq.* cap. XX. & aliis locis.

Cap. XLIII. *Quantulumcumque illud, quod hic de Deo cernimus, perſtrictim tantum & raptim perſpici, cum patriæ viſio æterna perſiſtat.* Ex Comment. *in Pſal.* XLI. &c.

Cap. XLIV. *In hac vita non videri niſi difficillime Veritatem:* UNDE *aliud intelligitur diſcrimen, quo* VISIONEM NOSTRAM *a viſione patriæ licet diſtinguere.* Ex libro XI. *de Civit. Dei,* cap. 2. Libro IV. *de Gen. ad litt.* cap. XXXII. & aliis locis.

Cap. XLV. *Iſtam* VIDENDÆ *Veritatis difficultatem ex peccato tantum proficiſci.* Ex libro *de vera religione,* cap. XXI. aliisque locis.

Cap. XLVI. *Profundam & horrendam illam ignorantiam, qua fit, ut infantium mentes, nec ſeipſas,* NEC VERITATEM, HOC EST, IPSUM DEUM, *cognoſcere poſſint, non eſſe homini naturalem; ſed pœnam originalis peccati juſtiſſimam.* Ex libro I. *de peccatorum meritis & remiſſ.* cap. XXXVI. & ſequentibus. Si homo non peccaſſet, hoc eſt, ut aïunt, ſi corruptibile bonum non amaret, nec ipſe corruptibilis eſſet, ſed qualis creatus eſt permaneret, Veritati ſemper mente conjunctus, & ſimiles ſui procrearet.

Cap. XLVII. *Creaturas intellectuales ab omni labe peccati puras* VIDISSE DEUM: *idque oſtenditur primo de Angelis: qui ſtatim atque creati ſunt, &* DIVINAM ESSENTIAM, ET CREATURAS IN VERBO, *priusquam in ſeipſis extra Verbum ſunt intuiti.* Ex libro XI. *de Civit. Dei,* cap. IX. & XI. & XII. Libro II. *de Gen. ad litt.* cap. VI. & VIII. Libro IV. cap. XXII. XXIII. XXIV. Libro *de corrept. & grat.* cap. X. aliisque locis. Negant Catholici dici poſſe, niſi ab his qui & æternos eſſe Angelos credant, nec Verbum aliud agnoſcant, præter lumen Veritatis quod omnibus animis affulget, Angelos ſtatim atque creati ſunt, aut divinam eſſentiam aut in Verbo creaturas vidiſſe. Viſionem Dei intuitivam aïunt fuiſſe præmium ſervatæ Deo fidei.

Cap. XLVIII. *Primos etiam parentes fuiſſe* CREATOS IN STATU BEATITUDINIS, IN QUO DEUM IMMEDIATE CONSPICERENT: *quoniam alias miſeri, ſtulti, tenebroſi, informes, & vitioſi ante peccatum exſtitiſſent.* Ex libro XI. *de Civit. Dei,* cap. XII. aliisque locis. Si Deus utique non eſt niſi lux Veritatis, quæ animos dirigit ut vere judicent & recte agant; cum certe qui ea luce ſit deſtitutus, neceſſe eſt in tenebris eſſe, atque adeo in tenebris fuiſſe primos parentes neceſſe eſt, niſi Deum immediate conſpexerint.

Cap. XLIX. *Humanam, ſicut & Angelicam, intellectualem creaturam in primo creationis ſtatu per hoc fuiſſe formatam, quod rationes rerum æternas in* VERBO *conſpexerit.* Ex libro III. *de Gen. ad litt.* cap. XX.

Cap. L. *Primos parentes* IN IPSA DEI ESSENTIA *cognoviſſe præcepta non tantum naturalis, ſed fortaſſis etiam poſitivi juris: quale illud eſt, quo primitus Adamo præceptum fuit, ne ipſe de ligno ſcientiæ boni & mali comederet.* Ex libro VIII. *de Gen. ad litt.* cap. XXVII. & libro XI. cap. XXXIII.

Cap. LI. *Hominem ex illa beatitudine lapſum eſſe per peccatum, &* A PRIMA DEI VISIONE *per ſenſibilium rerum cupiditatem fuiſſe impeditum.* Ex libro III. *de libero arb.* cap. XXIV. & aliis locis.

Cap. LII. *Adhuc tamen* AD IPSAM DEI VISIONEM *hominem poſt lapſum aſſurgere poſſe per creaturas, a quibus admonetur ſive excitatur* AD INTUENDUM DEUM: *& in quarum conſideratione mentis oculum prius exercet, ut inde ſanior factus atque vegetior,* INCREATAM LUCEM *poſtea facilius poſſit intueri: huncque verborum iſtorum eſſe ſenſum:* Inviſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Ex libro II. *de libero arb.* cap. XVI. Libro *de vera Relig.* cap. LII. &c.

Cap. LIII. *Ad inviſibilia Dei mente conſpicienda per creaturas veluti per gradus ipſos etiam gentiles Philoſophos aſcendiſſe.* Ex libro VIII. *de Civit. Dei,* cap. VI. & Serm. LV. *de verbis Dom.* cap. I.

Cap. LIV. *Mirum videri non debere, quod immutabilis ac æterna Dei Veritas, ſicut animabus prava cupiditate cæcatis, ita etiam ipſis dæmonibus ſeipſam* MANIFESTANDO *loquatur.* Ex libro II. *de Sermone Domini in monte,* cap. IX. Dæmon ipſe igitur eſſentiam divinam ſubinde VIDET immediate.

Cap. LV. *Deum nonniſi difficillime, & a paucis tantum, in quibus natura nimium depravata eſt, ignorari poſſe: quamvis tamen animo, cum Deum cogitat, verba deſint, quibus illud ineffabile,* QUOD INTUETUR, *proprie poſſit exprimere.* Ex libro VIII. *de Trin.* cap. III. aliisque locis.

Cap. LVI. *Mentem humanam ad conſpiciendum Deum purgandam eſſe per fidem: quæ licet re ſeu dignitate ſit inferior, ordine tamen temporis prior eſt quam ratio.* Ex libro *contra Epiſt. Manichæi,* cap. XLII. & aliis locis.

Gratulatur denique ſibi in fine libri, ipſis Auguſtini verbis, e libro VI. *Confeſſ.* cap. VII. de cognita, ſero licet, Veritate.

Hoc ſummarium eſt ſecundi voluminis Philoſophiæ Chriſtianæ, ut appellat iſte: cujus in quinque voluminibus ſimilis plane furfuris, tres nihilominus e ſacra Facultate Pariſienſi Theologi Doctores jurati teſtantur, *nonniſi* AUGUSTINI *placita ex diverſis ejusdem libris paſſim diſperſa fideliter & accurate excerpta & collecta ſe deprehendiſſe: opus* proinde *illud eſſe utiliſſimum, quo brevis & ad manum haberetur univerſæ propemodum tanti Eccleſiæ Magiſtri doctrinæ elucidatio. Pariſiis, anno* 1667.

III. LUDO-

III. LUDOVICUS THOMASSINUS,

E Congregatione Oratorii in Gallia.

EAdem autem omnino, & aliquanto etiam apertius explicata, Ludovici Thomaſſini in Theologicis Dogmatibus de Deo uno trinoque ſententia eſt: cujus e vegrandibus voluminibus pauca quædam dumtaxat delibare animus eſt; cum ſi quis velit omnia quæ ſunt ab eo impie de eo argumento ſcripta repræſentare, tria ipſa quæ edidit Theologicorum Dogmatum volumina ſint exſcribenda.

Itaque libro I. cap. V. num. 2. *Omnes*, inquit, *naturaliter & ANTE OMNIA SENSUUM TYROCINIA, appetunt* BONUM, SAPIENTIAM, VERITATEM: *ergo anticipatam habent quamdam horum notitiam.* AT HÆC OMNIA NON ALIUD SUNT QUAM DEUS IPSE. *Nam* BONUM *appetitur non hoc aut illud, ſed plane* OMNE ET SUMMUM. *In hoc autem vel illud particulare bonum mens rapitur, conſuetudinis vitioſæ & ſenſuum præſtigiis excantata. Quocirca quaſi ſe ſibi reddens, illud ut impar protinus faſtidit, altius ſuſpirat: & quamvis millies vitiorum pondere deprimatur, & ad ſenſibilia bona retorqueatur, amplitudinem ſuæ ſitis numquam obliviſcitur, ad altiora anhelat, nec conquieſcit umquam. Mens ergo Deum eſurit fame inexſtincta.* &c. Et mox poſt deſcriptum Auguſtini locum e lib. II. *de lib. arb.* cap. IX. ita concludit: *Et* BONI *ergo, & SAPIENTIÆ ET VERITATIS, ſicut & beatitatis,* QUÆ OMNIA DEUS EST, *ut appetitio, ita & prænotio* NATURALITER INSITA *eſt.*

Ibidem, num. 3. *Amor etiam quidam* JUSTITIÆ *inſidet naturaliter pectoribus injuſtorum. Injuſti enim plerumque juſtos amant & admirantur: non amant autem juſtos homines, niſi qua juſtos: id eſt, propter* FORMAM JUSTITIÆ, *quam in eorum moribus fulgeſcentem conſpicantur. Ergo* IPSAM JUSTITIÆ FORMAM NATURALITER *& intelligunt & diligunt. Neque enim juſtos propter juſtitiæ formam naturaliter diligerent, niſi naturaliter intelligerent.* AT ILLA JUSTITIÆ FORMA, *quam admirantur & oſculantur, & propter quam juſtos homines amplexantur etiam injuſti,* NON ALIUD QUAM DEUS EST. NEQUE ENIM INANE ANIMI SOMNIUM EST, NEC NIHILUM EST, NEC CREATURA ULLA EST, *ut omnibus perſpicuum eſt. . . . . Hoc argumentum late perſequitur* AUGUSTINUS, nempe libro VIII. *de Trin.* cap. VII. & ultimo, unde quædam ibi exſcribit. Exponenti mihi interdum amicis hanc impiam hypotheſim, aïentique ex Janſenii, Thomaſſini, ſimiliumque ſententia, Deum nihil aliud eſſe, niſi Veritatem quæ menti præfulget, ut de re quaque ſanum feratur judicium; opponunt amici Veritatem eam nihil eſſe vivum ac ſubſiſtens, nec proinde Deum eſſe poſſe. At ecce hoc ipſum ſibi Janſenius ipſe, Thomaſſinus, ſimilesque opponunt, quoniam id opponi a Catholicis poſſe ſentiunt. Quod igitur amicis expono, hoc ipſum eſt quod Janſenius, Thomaſſinus, Ambroſius Victor, Malebranchius, aliique docent; neque ego quidquam ipſis impingo falſi criminis.

Cap. VI. num. 1. docet Dei exſiſtentiam declaraſſe Patres, *ex judicio quo naturaliter* JUSTA *ab* INJUSTIS, *meliora a deterioribus diſcriminant omnes, & incommutabiles quasdam ſapientiæ &* JUSTITIÆ REGULAS *in ore paſſim habent, & ob* OCULOS MENTIS POSITAS SIC VIDENT, *ut de iis dubitare nullatenus poſſint. Ac primo bona a malis, juſta ab injuſtis diſcernere omnes poſſunt, nec ſenſuum aut magiſtrorum beneficio id poſſunt. At id non poſſent, niſi* FORMAM ALIQUAM BONI ET JUSTI *menti obverſantem vel inhærentem haberent. Sanctus Remigius, & Eccleſia Lugdunenſis:* Lux lucet in tenebris, &c. Nempe ex libro de tribus Epiſt. cap. XXVII. Cui loco Thomaſſinus hæc ſtatim ſubjicit: *Quo nihil planius dici poteſt. Hinc enim palam fit, &* LUCEM ILLAM, QUA JUSTA AB INJUSTIS DISPESCUNTUR, DEUM IPSUM ESSE: *& illam naturaliter in infidelium cordibus radiare: & ab ipſis tamen terga illi obverti, ut per ipſam magis quam illam videant: eamque lucem* SUÆ MENTIS *eſſe,* NON DEI *credant:* &c. Ego vero ex illorum eſſe me numero profiteor; qui hanc lucem neque Deum neque Dei eſſe formaliter, ſed mentis humanæ dotem agnoſcunt, tametſi ex vero Deo eſt velut efficiente cauſa. Notio eſt convenientiæ vel repugnantiæ inter ſe terminorum, qui conſiderantur & comparantur.

Cap. VIII. Ubi rurſum ex Patribus multa congeſſit in eamdem ſententiam, demum num. VI. *Illuſtravit hæc omnia*, inquit, *& emergentibus inde ſcrupulis obviavit Marſilius Ficinus:* nempe Theologiæ Platonicæ libro XII. cap. VII. cui titulus eſt: *Tertia confirmatio per mentem, ſecundum Auguſtinum.* Nam Auguſtinum iſte ſequitur ac deſcribit, ut Ambroſius Victor, cui præivit. Hoc igitur Marſilii caput VII. Thomaſſinus deſcribit & approbat: cum nihil reipſa dici poſſit ea Marſilii oratione magis ἄθεον. Eſt enim ejusmodi: *Docent hoc* (Deum eſſe ſcilicet) *communes quoque* BONITATIS VERITATISque *ipſius intelligentiæ, quas in ſuperioribus probavimus ineſſe mentibus omnium, ex eo quod* VERA & BONA *aſſidue comparant. Quod ſi* VERITAS IPSA ET BONITAS DEUS EST, *ſequitur ut* DEUS TOTIES HOMINUM MENTIBUS ILLUCESCAT, QUOTIES PER DEUM TAMQUAM NORMAM VERA ET BONA DIJUDICABIMUS. *Docet idem etiam* IPSIUS ESSE *notio omnibus inſita. Nam omnes homines judicant illud quidem nullo modo eſſe; iſtud vero eſſe, ſed imperfecto modo: hoc, eſſe modo perfectiori. Talis autem in eſſendo gradatio neque fit, neque cognoſcitur, niſi per acceſſum* AD ESSE SUMMUM, QUI DEUS EST, *atque inde receſſum. Acceſſum vero ad ipſum, vel receſſum ab ipſo, videre non poteſt, niſi* QUI IPSUM VIDET: &c. (Quæ hic omittit Thomaſſinus, hæc ſunt apud Ficinum: VIDENT *autem* IPSUM *viri peritiores alio inſuper pacto: quando videlicet omnia rerum genera ſubalterna ad generaliſſima, & illa usque ad ipſum quod dicitur* ENS SIMPLEX *abſolutumque reſolvunt. Tale ens aut figmentum falſum eſt, aut* EST DEUS. *Non poteſt autem* ENS IPSUM *falſo eſſe, ſi modo aliquid* IN REBUS EST VERE. *Si comparatio illa de rerum gradibus, atque hæc reſolutio non fit niſi per* SUMMI & ABSOLUTI ESSE *virtutem,* UTIQUE FIT PER DEUM, QUO FORMATUS *intellectus & comparat & reſolvit.* Plura ſi quis ex Ficino volet paris impietatis, legat librum II. *Theologiæ Platonicæ*, cap. III. ut & caput quintum; ubi inter cetera hæc ſunt digna notatu de

Deo: *Nemo vero dubitare debet Deum ſemper eſſe; quando* DEUS EST IPSUM SEMPER: *immo* SEMPITERNITAS IPSA EST IPSE DEUS. Sed ad Thomaſſinum, unde digreſſa eſt oratio, revertamur.

Pergit ille igitur Ficinum exſcribens: *Accedit ad hæc, quod* IPSUM ESSE *usque adeo perſpicue fulget, ut* NEQUEAT COGITARI NON ESSE. *Sicut enim ipſum quod dicitur nihil, occurrit nobis expers omnino non eſſendi; &c. Hac ratione* ESSE *occurrit nobis evidentiſſime; & recte animadvertentibus nobis occurrit* UT DEUS. *Quod duabus præterea rationibus confirmatur. Prima, quia* ESSE *uſque adeo manifeſtum eſt, ut ſingulis quæ cognoſcuntur,* SEMPER COGNOSCATUR & IPSUM. *Qui enim vocat hominem & album,* ESSE *in hominis ſpecie ait & albi. Secunda, quia* PER IPSUM ESSE *cetera cognoſcuntur. Ipſum vero per ſemetipſum &c.* IPSUM ERGO ESSE ABSOLUTUM, QUI DEUS EST, *primum eſt, quod mentibus miro quodam pacto ſe offert, quod illabitur,* QUOD EFFULGET, QUOD CETERA OMNIA PATEFACIT: CUIUS FORMAM & *notionem quamvis perpetuam in nobis quodammodo poſſideamus, perque illam,* & IN ILLA *reliqua cognoſcamus; non tamen iſtud animadvertimus: ſicut neque oculus conſiderat videre ſolis lumen continue, &c.* Quid, amabo, ἄθεον eſt, ſi hic Marſilii locus non eſt? Bonitas & veritas univerſalis, norma per quam judicamus de ſingulis rebus, Deus eſt. Ipſum eſſe, Deus eſt. Nimirum illud quod non poteſt cogitari non eſſe, quod in ſingulis quæ nominantur occurrit, quod ſe primum mentibus offert, quod cetera manifeſtat, in quo cetera cognoſcimus, etſi non animadvertimus. Nam de homine vel equo albo cogitare non potes, quin de Deo cogites: hæc enim cogitas habere Eſſe, quod ipſum Deus ipſe eſt. Ens, inquam, ſimplex, abſolutum, & ſummum, ad quod pervenitur demum per genera ſubalterna, aut Deus eſt aut nihil. Non eſt autem nihil. Ergo Deus eſt. Vah ἀθεότητα. Et hunc tamen Marſilium Ficinum deoſculantur hodie deſcribuntque Platonicæ, hoc eſt, illius quæ veri Numinis expers eſt, Theologiæ ſectatores, tum alii, tum quos hic appellamus.

Cap. XXII. num. 2. exſiſtentiam Dei ex Auguſtini verbis demonſtrat, libro IX. *Confeſſ.* cap. X. quorum iſtud ſummarium exhibet: *Hæc eſt prorſus*, inquit, *ſtructura graduum, quibus ad Deum conſcenditur. Clamat natura corporea ſe non eſſe Deum, cum mutabilia, & ſenſus ac ſapientiæ inania.... ſint corpora omnia. Hinc ergo aſcenditur ad naturam animarum & mentium. Sed & ipſa exerte vociferatur ſe non eſſe Deum, cum & ipſa mutabilis ſit, poſſitque ſapientiæ & juſtitiæ ut conſors, ita exſors eſſe.* AD IPSAM *ergo* SAPIENTIÆ & VERITATIS & JUSTITIÆ NATURAM *gradus promovendus eſt, quæ nulli obnoxia mutationi eſt, nec poteſt umquam ſui ipſius vacua aut inanis fingi. Nec enim vel fingendo in mentem venire poteſt, quod aut ſapientia deſipiat, aut mentiatur Veritas, aut Juſtitia injuſte quid ſanciat.*

Num. 3. deſcribit Auguſtinum, libro VII. *Confeſſ.* cap. X. confitentem ſe rurſum ea progreſſione *ad Dei veri intelligentiam primum veniſſe, atque ita emerſiſſe tandem ex Manichæorum deliramentis.* Ejus ratiocinationis hanc deinde ſummam verbis ſuis exhibet. *Liquet a natura corporum mutabili, inanimi, bruta, ad naturam animarum rationalium ſcandendum eſſe, ſi ad ſummam perfectiſſimamque* SUBSTANTIAM *molimur iter. Liquet naturam animarum rationalium ſuæ ſibi mutabilitatis conſciam & ipſam eſſe, ſive acceſſu ad incommutabilem ſapientiam proficiat, ſive deficiat receſſu. Liquet* SUPRA NATURAM *animarum rationalium eſſe* NATURAM SUMMAM & INCOMMUTABILEM SAPIENTIÆ ET VERITATIS. NEC ENIM NIHIL EST VERITAS ET SAPIENTIA; CUM ANIMARUM FORMA, VITA, *perfectio, & beatitas ipſa ſit. Incommutabilis eſt ſapientia & veritas; cum nec ſapientia deſipere, nec veritas mentiri poſſit.* SUPRA MENTES & *animas omnes eſt ſapientia & veritas, cum tota mentium & animarum mutabilitas ad incommutabilem ſapientiam & veritatem aſſequendam enitatur.* Annon ille deinde merito aſſeverat, cap. IV. num. 9. cum Auguſtino *in Pſal.* XIII. & LII. rarum eſſe admodum genus hominum, quos Atheos appellamus; cum vix quiſquam homo ſit, etiam injuſtiſſimus, qui Juſtitiam non intelligat & agnoſcat?

Cap. XXIII. titulus eſt: *Exiſtentia Dei demonſtratur ex immutabilibus ſapientiæ, numerorum, figurarumque regulis, animæ rationali ſemper conſpicuis, & jugiter obverſantibus. Primum ex Auguſtino.* Nempe ex libro VI. *de Muſica*, cap. IV. VI. VII. IX. X. XII. XIII. Libro II. *de Ordine*, cap. XIX. Libro II. *de libero arb.* cap. VIII. aliisque locis; ex quibus concludit in tit. num. 12. ÆTERNA & *incommutabilis eſt, tum regula, tum* LUX, QUA CERTUM AB INCERTO SECERNIMUS. DIVINUM ERGO LUMEN EST.

Libro II. capitis tertii titulus eſt: *Quod Deus ſit ipſa* UNITAS, *ex ſanctis Patribus oſtenditur:* &c. Et num. XII. ex Latinis Patribus: *Prodibit ante alios* AUGUSTINUS: *qui ut omnibus inſit* UNITAS; *ut omnium natura, ſalus, & incolumitas, ſit* SUA UNITAS, UNITATIS *omnium conditricis & conſervatricis veſtigium; breviter; ſed luculenter exprimit, libro* I. Confeſſ. *cap. ult. Meam incolumitatem, veſtigium ſecretiſſimæ* UNITATIS EX QUA ERAM, *curæ habebam.* Thomaſſino igitur aliisque, Deus ſive Pater illa archetypa UNITAS eſt, cujus veſtigium unitas ſingulorum entium & incolumitas eorundem eſt. Hic plane Lucilii Vanini, athei famoſiſſimi, Deus eſt. Nam & is unitatem docuit cauſam rerum omnium effectricem, materialem, formalem, ac finalem eſſe.

Libro III. capitis ſexti titulus eſt: *De Veritate: Quod ſola ſit vera intelligentium magiſtra: Magiſtri autem qui dicuntur,* MONITORES *ſint. Quod eam ſuis mentibus præſidentem omnes conſulant pro intelligendis veris, pro dirimendis litibus, pro moribus regendis, pro componenda vita.* Num. I. *Vera intelligentes ſola intus docet ſempiterna Veritas.* Num. IV. *Præſidentem intus menti noſtræ Veritatem æternam conſulimus, & audimus docentem....* Num. V. ITA MENTIUM SOLUS VERUS MAGISTER *Chriſtus, veritas & ſapientia ſempiterna.* Num. VI. *Etiam ad mores regendos conſulitur intus* SUMMA VERITAS, *cum ſe ſe intra ſe recipiunt, morum regulas ſerio expenſuri. Multis evincitur,* NON HUMANÆ MENTIS LUCEM TUNC CONSULI, SED PRÆSIDENTEM MENTIBUS VERITATEM INCOMMUTABILEM. Num. IX. *Ne fabrilium quidem* ARTIUM *magiſtri ſua perpolire poſſunt opera, niſi* SUMMAM INTUS VERITATEM *ſubinde conſulant, audiant, & ſequantur.* Fabri ipſi, ſi neſcis, quisquis hæc legis, Chriſtum conſulunt, Chriſtum magiſtrum habent: Ipſe enim eſt Veritas univerſalis & ſempiterna. Num. XV. NON REGULÆ LEGESque JUSTITIÆ *inſcriptæ penetralibus animi noſtri,* TAM VERE CONSULUNTUR, QUAM SEMPITERNA IPSA VERITAS ET JUSTITIA, *quæ eas inſcripſit.* Atque hæc ille omnia, ut Ambroſius Victor, Auguſtini teſtimoniis confirmat, ex libro præſertim De Magiſtro.

Libro IV. capiti tertio præfixit hunc titulum: *Rurſus ex ſanctis Patribus demonſtratur Deum incorporeum eſſe, ex eo.... quod ſolus omnino* INCORPOREUS SIT DEUS. *Denique ex eo quod* VERITAS, *ſapientia & juſtitia ſit.* Hoc eſt dicere, ut ſuperius vidimus, Deum non eſſe niſi veritatem illam & ſapientiam, quam ratione utentes animæ conſulunt, per quam veluti normam vera a falſis ſecernimus. Itaque qui Deum aliter concipiunt, ait ille cap. XII. num. I. *Manichæos* eſſe *carnales*, qui *Deum imaginantur, ut corpus æternum, immenſum, lucidiſſimum, potentiſſimum, immortale, immutabile.* Nititur iſte Catho-

Catholicos abominando etiam Manichæorum nomine infamare. Sed dum incorporeum nihil admittit præter Deum solum, incorporei nomine nihil aliud intelligit, quam quod sit mere intelligibile, ut Veritas, Justitia, & Sapientia, uti supra vidimus: cetera omnia corpora esse pertendit: nec ullam agnoscit substantiam mere spiritalem, cujusmodi ex sententia Catholicorum tum verum Numen, tum alterius generis & Angelus & anima rationalis est.

Libro VI. (nam multa prætermittimus, ne tædio sit tam prolixa series;) de visione Dei hæc habet in primis capitum argumenta, iis plane consentanea, quæ ex Ambrosio Victore descripsimus.

Cap. 2. Visio seu potius contemplatio æternæ veritatis mentibus creatis & animabus rationalibus quasi CONNATURALIS EST. Quia connaturale profecto est menti rationali lumen internum, quòd consulat & sequatur. Hoc vero qui pro Deo habent, negant consentanee possibilem esse statum puræ naturæ, in quo scilicet non sit homo conditus ad Deum intuitive conspiciendum.

Cap. VI. De visione Dei seu intelligentia, juxta sanctos Patres Angelo hominique in ipso eorum conditu indulta & QUASI CONGENITA. Quia nempe habuere lumen incommutabile, omnibus commune mentibus, quæ ratione utuntur.

Num. 1. *Angeli hominesque dum conderentur, donati fuere contemplatione & præsentia Dei tam clara tamque perspicua, ut visio, fruitio, beatitudo, a sanctis Patribus vocata sit. Id enim conceptis verbis affirmat Augustinus*, in Psal. LXX. & libro XIV. *de Civit.* cap. XXVI. Id deinde Thomassinus cap. VII. multis probat argumentis: exempli gratia, quod alioqui misera, stulta, informis, vitiosa fuisset a Deo creata Angelica & humana mens: quod *imago Dei germana & intaminata non esset, nisi* DEI VERBUM *contemplaretur sibi præsentissimum intimumque.* Recte, si quidem Verbum Dei non aliud sit, ut iste ponit, præter incommutabilem illam Veritatem, quæ rationali menti affulget; secundum quam veluti normam verum a falso, pravum a recto secernimus. Secus, si verus præterea Deus agnoscatur, ut Catholici faciunt, cujus visio intuitiva nulli profecto creaturæ connaturalis est; sed ex gratuita Dei munificentia ut sit alterius vitæ præmium reservatur.

Cap. VIII. in eodem argumento hærens, num. 1. *Perspicua illa*, inquit, *divinorum intelligentia, seu contemplatio, debebatur cognationi, intimæque præsentiæ* VERITATIS *incommutabilis & mentis creatæ.... Mens ergo Angeli hominisque ad* IMAGINEM *&* SIMILITUDINEM VERITATIS *cum sit, necesse est, illi proxima & conjunctissima sit. Qui igitur fiet, ut lux oculo, id est,* VERITAS MENTI ADSIT *&* INSIT, *nec utrumque videatur?* &c.

Cap. IX. num IX. *Illa prior Dei visio, seu potius intelligentia, tametsi quodammodo naturalis, erat tamen donum gratiæ.* Donum gratiæ isti vocant, quidquid est ipsi substantiæ præcise consideratæ super additum. Immo vero quidquid exsistit, atque adeo ab Ente summo est, qui Deus ipsorum est. *Nam & ipsa natura*, inquit ille, *cujus conspicua illa Dei contemplatio summum decus & honestamentum erat, donum Dei singulare, &* GRATIA *est* GRATIARUM *omnium maxima. Quid enim magis gratis & immerenti datum, quam ipsum esse?*

Cap. X. *De* VISIONE DEI, *juxta sanctos Patres mortalibus post peccatum hominibus, vel instar crepusculi ex priori die residua, vel instar diluculi ex futuro anticipata.* Num. IV. id probat ex inspectione veritatis æternæ numerorum & FIGURARUM, allato in eam rem Augustini testimonio, e libro II. de libero arb. cap. VIII. cujus hæc clausula est: *His & talibus multis documentis coguntur fateri, quibus disputantibus Deus donavit ingenium, & pertinacia caliginem non obducit, rationem veritatemque* NUMERORUM *& ad sensus corporis non pertinere, & invertibilem sinceramque consistere, & omnibus ratiocinantibus ad vivendum esse communem.* Quibus hæc statim subjungit Thomassinus: VERITAS ERGO ISTA, *cum intelligibilis, invertibilis, æterna sit,* DEUS EST: *& tamen sola ratione & mente videtur tam conspicue,* UT NIHIL CLARIUS VIDERI POSSIT. Et post allata Augustini verba de numeris, e libro I. *de Musica*, cap. 2. *Vides*, inquit, *numeros, qui tam conspicue videntur, incommutabiles videri, &* IN DEO, QUI INCOMMUTABILIS VERITAS EST, VIDERI. Ut Malebranchius, sic iste, omnia vidit in Deo, præterquam se ἀθεΐζειν.

Cap. XIII. num. 1. *Omnem Dei perspicuam* VISIONEM, *sive intelligentiam.... qua carptim & raro etiam nunc gaudemus, non aliter tamen obtingere, quam* CITRA ULLIUS SPECIEI CREATÆ INFUSIONEM, IPSO IMMEDIATE VERBO DIVINO *sistente se & ostendente, & mentem miro quodam & inexplicabili modo* INFORMANTE. Ut Veritas utique mentem informat immediate. Quantum vero Ecclesia Catholica abhorreat ab istis placitis, quid necesse est a nobis hoc loco dici, cum res aperta sit? Hoc si verbum divinum est, stulti Judæi & Mahumetani sunt, qui nobis objiciunt Trinitatem, quam ipsi æque ac nos vident & intelligunt.

Cap. XVI. num. 1. *Videri Deum a beatis non alia specie intelligibili, quam* VERBO IPSO MENTEM INFORMANTE. Num. X. *Et hic in exsilio, & ibi in patria, nec Pater nisi per Filium, nec Filius nisi per Spiritum sanctum percipitur: aut verius, non intelligitur Pater nisi per Filium in Spiritu sancto: id est, nisi* SPIRITU SANCTO SEMETIPSUM COMMISCENTE *&* CONTEMPERANTE, *ut eo roborati feramus & suscipiamus Verbum, seu speciem in qua & per quam* DEUS VIDETUR. Nempe Spiritus sancti nomine motum intelligit: quo mens excitatur ad lumen Veritatis contemplandum, & in ea luce ac per ipsam quodnam sit Ens vere unum ac exsistens.

Cap. XXI. num. 1. & XV. Angelos & primum hominem in beatitudine supernaturali Deique visione conditos primum esse: simul Angelos viatores fuisse & comprehensores creatos: quo in statu nihilominus mereri potuerint & peccare: quemadmodum nos possumus, quibus ea visio subinde raptim contingit.

Num. VI. Nam & ab exsulantibus, inquit, in hac adhuc mortalitate, immo & a peccatoribus, intelligendi scilicet acuta vi præditis, & sapientibus, certum est CLARE ET DILUCIDE DEUM VIDERI & INTELLIGI, saltem ad quædam momenta: quamquam ea visio irruentibus mox phantasmatibus interturbari consuevit.

Num. XI. Dæmones ipsi DEUM CLARE VIDENT, saltem subinde. Vident enim perspicacius quam nos, ut sunt eximia intelligendi facultate a natura præditi, regularum Ethicæ, connexionum Logicæ, principiorum cujusque scientiæ, veritatem æternam, incommutabilem, infinitam, ubique se præbentem: neque ullo phantasmate obnubilantur, quippe expertes corporis. Quod dæmonibus autem conceditur, damnatis quoque denegari non potest; nisi DEMENTATI omnes ii dicantur esse, qui sunt in inferno inferiori; hoc est, absque ulla commemoratione Veritatis, absque ratiocinatione, absque lumine naturali, cum quo omnes nascimur: quo propterea ne Deum videant, destitui illos dicit Augustinus, libro de vera Relig. cap. LII. Quæ omnia novæ Theologiæ placita apparet ex eo derivari, quod Deus & Verbum ei non sit, nisi Veritas & Lumen naturale: quo proinde destitui necesse sit, quisquis a Deo sejunctus in æternum dicitur.

Libro VII. qui *est de scientia & voluntate Dei*, cap. I. num. 3. conceptis verbis negat VERE DE DEO DI-

CI SCIENTIAM. Certe si Deus non est nisi τὸ ὄν, ut isti ponunt, non aliter dici potest Deus sciens, quam quia scientes facit. Est enim secundum istos τὸ ὄν causa omnis entis. Est autem scientia aliquod ens. EST ERGO, inquit, *in Deo scientia, id est, fons & principium totius scientiæ. Est Deus sapientia, hoc est, auctor largitorque sapientiæ. Nec enim qualis in nobis est, vel a nobis intelligitur scientia & sapientia, istiusmodi Deo adscribenda est*, NISI IN MODUM PRINCIPII & CAUSÆ; *ut qui totius sapientiæ & intelligentiæ dator dispensatorque sit. Et eo fortassis pertinet illud Pauli: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Ea sane Augustini sententia est, qui* SCIENTIAM, UTI ET POENITENTIAM *Deo in scripturis tribui ait, miro & ineffabili modo, sed longe diversissimo ab eo, quo hæc eadem nobis congruunt:* nempe libro *ad simplic.* quæst. 2. At Catholici Doctores aliter inesse Deo scientiam & sapientiam statuunt, aliter pœnitentiam. Hanc ei ἀνθρωποπαθῶς tantum adscribunt, hoc est, impropric dumtaxat & metaphorice, quoniam Deus humano more & affectu tunc loquens inducitur. At sciens & sapiens vere, propric, ac formaliter est, ut & intellectivus; nec tantum causaliter. Est enim ea perfectio simpliciter simplex, veri Numinis, hoc est veri spiritus & infinite intelligentis index.

Num. VIII. *Hæc est prorsus majestas Veritatis, ut qua prima causa, qua* IPSUM ESSE, OMNIA SCIAT, QUIA OMNIA EST, *omnia continet, omnia in seipsa videt.* Veritas, inquit, causa rerum est; ipsum esse verum est: est enim quodcumque est, quia verum ens est: Ergo Veritas ut est ens entium, causa formalis & efficiens entium, novit omnia entia: nisi quis dicat nescire Deum quid faciat.

Num. X. *Illud in primis observandum, Unitatis suæ simplicissimo apice omnia a Deo &* NOSCI & CREARI. *Ut enim cum esse ejus unum, &* IPSUM UNUM *sit, eo tamen omnia parturit & profundit ex se entia; ita unitatis suæ contemplatione & intelligentia, rerum prorsus omnium scientiam habet.* Hoc est dicere, Veritas ut Unitas est, principium est rerum omnium: ergo sunt in Veritate & Unitate omnia. Quid enim est quod non unum verumque sit? Ergo Unitas Veritasque omnia novit, quatenus omnia facit & creat. Sic Deus, inquit, qui Unitas & Veritas entium est, novit omnia.

Sed sim profecto infinitus, si singula prosequar: cum totius operis ne versus quidem unus expers sit illius doctrinæ pestiferæ, quæ Deum verum e mundo tollit; pro Deo Unitatem ac Veritatem entium; Unum, Ens, Bonum simplex, indeterminatum & absolutum obtrudit.

Hinc illa capitis XIII. & sequentium doctrina, non peccare homines, nisi quia deseruntur a Deo: quod sane necesse est consequi ex eo quod Deus non sit nisi τὸ ὄν. Nam ubi aliquid boni est, ab Ente certe, ut loquuntur, istud ibi esse necesse est: atque hoc illud est quod dicunt adjuvari hominem invictissima, omnipotenti, irresistibili gratia. Nam quodcumque est, cum est, non potest non esse. Ex quo vicissim sequitur, cum bonum homini deest, id pariter necesse esse, quia deest; quod est ab Ente & Bono & Vero destitui; ac proinde a Deo (ut volunt) deseri: ita ut non possit homo sic derelictus non deficere & peccare. Hæc origo & radix quinque Jansenii propositionum est.

Hinc illa toto libro VIII. & IX. obstinata defensio prædestinationis ante prævisa merita. Ex eodem enim principio sequitur, prædestinationem reipsa nullam esse, præter ipsam futuritionem salutis; quæ est in ea hypothesi idcirco præcise futura, quia futura est, non ob merita hominum libera prævisa. Nec potest, inquit, prædestinationem aliter defendere, qui gratiam Augustinianam defenderit. Nam ex istiusmodi gratia consectarium illud esse certum ac necessarium Catholici omnes confitentur, inter quos & Jansenius Iprensis, inquit ille, cap. VII. num. XVI.

Hinc illa denique, libro decimo, qui prolixissimus est, *gratiæ invictissime efficacis, nec effectu umquam suo frustrabilis* defensio: quam ille sic suscipit, ut a Jansenio nihil omnino discedat. Quid enim interest, utrum commemores, sæpissime voluntatem a Deo excitari, priusquam ad opus omnino consentiat; ac veluti fatigatam tot repetitis ictibus, tamdem ictui motuive ultimo, invictissimo, irresistibili, nec frustrabili, obtemperare voluntatem; quæ Thomassini hypothesis est: an illis omissis prioribus gratiæ motibus, qui suum quidem habuere, sed non ultimum effectum, neque enim potuere; illum solummodo commemorare, veluti præcipuum, positumque maxime in controversia, qui ineluctabiliter & irresistibiliter producit imperatum lege divina opus: quæ hypothesis Jansenii est. Præsertim cum illi etiam a Thomassino tantopere jactati priores gratiæ motus, ab ipso etiam Jansenio commemorentur in prima e quinque propositionibus, ubi *volitiones conatusque* nuncupantur.

De Trinitate autem, de qua tractatum unum scripsit tomo tertio, quis non animadvertit, etiam nobis tacentibus, sane & Catholice sentire vel scribere non posse eum, cui lumen menti rationali congenitum, vel τὸ ἓν εἶναι, Bonitasque necessario rebus omnibus insita, pro Deo sit? Itaque de Dei natura quid iste sentiat potissimum in præsenti quærimus: ex his quæ prodidit de Trinitate pauca admodum describemus.

Capitis quinti titulus est, DEUM ESSE UNITATEM IPSAM *summe fecundam, nec imparis sibi prolis fecundam.* Catholici Deum esse Unitatem ipsam plane negant: nec fecunditatem Unitatis agnoscunt, nisi metaphoricam: nec Deum prolis fecundum, sed Patrem dicunt.

Capitis sexti titulus: *De eodem ex Patribus Latinis,* DEUM ESSE IPSUM UNUM (hoc est, τὸ ἓν) *cujus nec unitati fecunditas, nec fecunditati unitas officit.*

Cap. VII. *De natura mentis, rationis, sapientiæ, Veritatis, quæ una est &* DEUS EST: *tum sapientia generans in Patre, tum sapientia genita in Filio, tum spiritus sapientiæ & veritatis in Spiritu sancto. Hi quoque tres unum sunt,* OB UNAM NATURAM SAPIENTIÆ & VERITATIS, *in tres illas hypostases dilatatam, etsi una eademque sit.* Ut ut est de sapientia genita, quæ locutio Theologis accuratioribus displicet; certe Spiritus sanctus, ut est tertia sanctissimæ Trinitatis persona, non est spiritus sapientiæ & veritatis. Sic loqui amant ii quidem, quibus Veritas pro Numine est. Catholici eo verbo aliud quam donum creatum vetant intelligi, quod per appropriationem Verbo tribuitur, quemadmodum spiritus caritatis Spiritui sancto. Nec Spiritum sanctum aliter definiri sinunt, quam Terminum subsistentem Amoris, sive Amorem subsistentem, quo se Pater & Filius diligunt.

Capitis XVII. titulus est: *Ita unum natura, trinum personis esse Deum, ut numero ibi nec unum sit, nec tria. Quid* TRIA *dicantur. Cur non plura.* Catholici e diverso dicunt aperte omnino, & Deum esse unum numero, & in Deo esse numero tres personas, cum ordine prioris & posterioris secundum originem. Dicunt, quod iste negat, esse in Trinitate *reapse & proprie numerum*: nec Trinitatem aiunt esse *summitatem unitatemque supra omnes numeros eminentissimam*: nam id de Ente dumtaxat & uno absoluto & indeterminato recte affirmatur; in quo tres conceptus metaphysici pro totidem personis impie obtruduntur. Denique nec TRIA dicunt; quæ vox res inanimas potius, quam viventes personas, denotat; sed TRES profitentur.

Num. V. Docet ille cum suo Augustino, libro V. de Trinit. cap. IX. TRES PERSONAS DICI IN DEO

DEO, NON UT ILLUD DICERETUR, SED NE OMNINO TACERETUR. Ubi certe Trinitas non eſt, niſi qualem iſte agnoſcit; hoc eſt, niſi Unitas, Veritas, & Nexus amborum, ibi perſonæ aut hypoſtaſes nonniſi improprie & inſigni abuſu vocum, aſſignari poſſunt: quemadmodum nec ſubſtantiâ ibi proprie eſt, vel eſſentia, vel natura: ſed valde improprie; quo iſti ſenſu ſubſtantiam & naturam Veritatis incommutabilem jactitant.

Cap. XXI. Verbum Dei Filium Dei docet ex Auguſtino, tum libro *de vera Religione*, cap. XXXVI. tum libro de Gen. ad litt. imperf. eſſe Veritatem, quæ ſimilitudo Unitatis eſt: hoc ratiocinio, quod ex allatis hoc capite Auguſtini verbis ſic Thomaſſinus efficit. Ex eo autem, quem ille Deum, quem Filium Dei agnoſcat, Theologi Catholici facile vel me tacente intelligent. *Unum*, inquit, *declarat ille*, Auguſtinus ſcilicet, *eſſe primum omnium principium, ſcilicet* IPSUM UNUM; *ex quo fit, ut quæ ab eo oriuntur* OMNIA, AD UNUM *quoque* CONTENDANT, UNITATEM *ſuam ſervent, tamquam ſummæ* UNITATIS VESTIGIUM. *Quam non poſſint autem corpora* UNITATEM PRIMI PRINCIPII *propius imitari, ipſa eorum natura docet, quæ tota in minutiſſimas partes ſecabilis eſt. Utcumque tamen illam affectant & ſequuntur, & ne eſſent quidem, niſi quodammodo* UNUM *eſſent. Propius accedunt ad* UNUM *ſpiritales, rationales, & intellectuales ſubſtantiæ, & ad illud tota virium intentione ſeſe recolligunt: tantoque proximiores ei fiunt, quanto aliæ aliis meliores & recentiores & ſuperiores ſint. Cum ergo omnia, infima, media, ſumma, ad ſummi Principii* UNITATEM & SIMILITUDINEM *conſpirent & connitantur, ut quam poſſunt perfectiſſimam conſequantur; neceſſe eſt haud dubio, ut illam tamdem aſſequatur, quod innaſcibili principio proximum eſt. Eo non* ANHELARENT OMNIA, *ſi eo perveniri non poſſet. Eſt haud dubie* SUMMA ILLA SIMILITUDO, AD QUAM SUSPIRANT OMNIA, *ad quam pro ſuo quæque modo aſſurgunt.* SUMMA ILLA SIMILITUDO *jam* VERITAS EST. *Si qua enim ex parte a Veritate abluderet, ſumma & perfectiſſima ſimilitudo non eſſet, ſi Veritas autem eſt, ipſamet ergo eſt* SUBSTANTIA *primi Principii, quæ ſola ſui ſimilis eſt, ſola talis ac tanta, qualis & quanta ipſa eſt.* Et paulo poſt: *Non anhelarent tanto ardore, tanta conſpiratione, ad imitationem, ad ſimilitudinem, ad imaginem primi Principii, quæ ab eo exoriuntur* OMNIA, *ſi imaginaria, ſi temeraria, ſi impoſſibilis eſſet ea imago & ſimilitudo per varios gradus proficiens, & tamdem perfectiſſima.* Denique concludit: *Vides quam neceſſario, quam evidenter credi & dici debuerit Verbum Dei, Filius Dei, ſimilitudo ejus perfectiſſima, ſimilitudo ipſa, imago ipſa, totam implens eſſentiam & perfectionem imaginis & ſimilitudinis,* VERITAS, FORMA OMNIUM FORMARUM, *character ſubſtantiæ Dei.* Egregia ſcilicet demonſtratio exiſtentiæ Verbi ſeu Filii Dei hæc eſt; ſed quæ ſolis placeat Atheis. Deus eſt, inquit, τὸ ἕν, UNUM, ſive IPSA formaliter UNITAS. Ab Unitate fiunt omnia, vel ſingula potius, unum: & tendunt omnia ad Unitatem, tum ſpiritus, tum etiam corpora: unde cauſa etiam finalis omnium Unitas eſt: Tamdiu enim ſingula ſunt incolumia, quamdiu ſervant ſuam Unitatem: ſunt enim ſingula entia unum aliquid: & ſic habent in ſe veſtigium ſummæ Unitatis, quæ *Pater* appellatur a Chriſtianis. Quod ſi tendunt ad Unitatem, quæ Pater eſt; etiam equus & mulus, pomum & pirum; nec aſſequi eam poſſunt, ſed imitari tantum, eique ſimilia eſſe; ergo eſt etiam quædam perfecta ſimilitudo Unitatis, quæ Veritas appellatur, a Chriſtianis etiam Filius Dei & Imago Patris; quoniam ſimillima profecto eſt Unitati ſimilitudo ipſa Unitatis, imago Unitatis. Ergo præter Unitatem, quæ Pater eſt & primum rerum principium, quam repræſentant ſuo modulo, & ad quam anhelant ſuſpirantque ingenti ardore ſumma, media, infima, quæcumque ſunt in ſe quid unum; eſt etiam Veritas, ſive ſimilitudo Unitatis, quam imitantur & repræſentant quæcumque optant eſſe ſimilia Unitati per ſuarum inter ſe partium convenientiam. Ergo eſt Imago Unitatis Veritas, ac proinde Filius Patris. Eadem *forma formarum omnium*; quoniam non eſt formatum aliquid, niſi habeat a Veritate ut ſit verum ens, ac propterea unum. Non hæc, amabo, ſub verbis interdum Catholicis mera ἀθεότης eſt? Non huic doctrinæ omnes ultro ſubſcripſerint, quos Atheos vere appellamus? Trinitatem certe eſſe Unitatem, Veritatem, Pacem, & ſimilia non legimus in ſacris libris: neque ita adoleſcentes in Catecheſibus inſtituimus: nec Verbum Dei eſſe ſimilitudinem Unitatis Apoſtoli docuerunt.

Cap. XXV. num. III. cum Auguſtino, libro I. *de Doctr. Chriſt.* cap. V. Trinitatem ait eſſe *unam quamdam ſummam rem*, SI TAMEN REM, *& non rerum omnium cauſam*, SI TAMEN CAUSAM: *nec enim facile inveniri quid de eo dicatur; niſi quod ex eo, per eum, & in eo ſint omnia.* Hoc eſt dicere, Deum qui in tribus perſonis ſubſiſtit, nec rem eſſe, nec cauſam proprie: id quod certe de Ente vel Uno præciſe vere pronunciatur: at de Deo vero dici niſi impie non poſſe videtur.

Num. VII. & XI. non aliam ſe deitatem agnoſcere, Trinitatemve, profitetur, præter eam naturam, quæ ſola ſuperior eſſe poteſt natura rationali: nempe naturam ſapientiæ, veritatis, & caritatis; cujus æternis & incommutabilibus legibus non poteſt non eſſe eſſentialiter obnoxia natura quæcumque intellectualis: & ſupra quam certe qui negant eſſe quidquam, Deum verum ii negant exſiſtere.

Tomus de Verbi Dei incarnatione, totus eſt Atheus; a capite ad calcem. Incidi fortuito librum aperiens ſub finem, in pag. 844. & titulum iſtum capitis XL. libri XI. quo veri Dei exſiſtentia, & Chriſti divinitas, & ſanctorum cultus, aperte impugnatur. Eſt enim hujusmodi: *In ſanctis colitur & amatur Veritas, Sapientia, Juſtitia, quod totum Deus eſt, quod totum Chriſtus eſt. Non tam ipſis ergo, quam Deo in ipſis tribuitur cultus, amor, invocatio.*

Infinita ſunt, eodemque ἀθεότητι nixa principio, quæ colligi poſſunt ex Theologicis Dogmatibus Thomaſſini: ſed ea in præſenti omittimus, properantes ad clariora. Nam inſcriptis ab eodem Gallica lingua voluminibus quanto ſeges eſt, Deus immortalis, errorum uberior; Et ea tamen eſt proponenda hoc loco, quoniam vernaculo ſermone ſenſus ille ſuos magis perſpicue ſubinde patefecit. Libros igitur ex illis quos edidit aliquot ſeligemus; unde loca inſigniora quæ excerpſimus, ut ſe offerent, hic deſcribentur.

> Ex libro cui titulum fecit; *La Méthode d'étudier & d'enſeigner Chrétiennement & ſolidement la Philoſophie par rapport à la Religion Chrétienne & aux Ecritures. A Paris*, 1685. *avec Approbation.*

Libro I. cap. I. Non poteſt, inquit, animus ſeipſum noſſe, quin ſimul Veritatem æternam & incommutabilem noverit, cujus eſt recipiendæ capax, cui intimius quam ſecum ipſe cohæret. Pag. II. *Il en eſt de meſme de la nature des Anges & de la ſuprême divinité. Notre ame en eſt comme un miroir & une brillante image. Dès qu'elle ſe ſera familiariſée avec elle-meſme, par de frequens retours ſur elle, elle n'aura nulle peine à concevoir une multitude innombrable de natures raiſonnables & intellectuelles comme elle, & plus parfaites qu'elle. Elle n'aura pas beſoin meſme de faire de fort grands efforts pour découvrir la* VERI-

RITE' ETERNELLE: *tant parce qu'elle eſt plus preſente & plus intime à l'ame, que l'ame à elle-mesme: que parce que* L'AME NE PEUT SE CONNOISTRE SANS CONNOISTRE EN MESME TEMS & AVEC LA MESME PROPORTION LA VERITE' ETERNELLE & IMMUABLE, *dont elle eſt une pure capacité. Car l'ame raiſonnable, la raiſon & l'intelligence, n'eſt qu'une faculté avide & capable de la* VERITE'. *Ainſi elle ne peut ſe connoiſtre elle-mesme ſans reconnoiſtre la Vérité, qui eſt ſon objet, & la fin de tous ſes deſirs. De mesme qu'on ne peut connoiſtre la nature de l'œil corporel, ſans avoir quelque connoiſſance de la lumiere.*

Cap. II. Veritatem illam æternam, inquit, qui videt, Deum videt. Nam hæc & æterna ſapientia eſt, & Verbum Dei. Itaque Deum videbat Adamus in ſtatu innocentiæ; neque quidquam ei deerat ad perfectam felicitatem, præter illius viſionis perpetuitatem. Neque enim aut per fidem Deum cognovit; quoniam hæc ſub genere, inquit, opinionis eſt: nec, quoniam recentioribus Theologis ita loqui placet, per viſionem intuitivam, quia deerat perſeverantia perpetuitaſque viſionis; ſed per claram evidentiam Verbum vidit. Pag. 17. *Nous comprenons fort bien que la ſageſſe éternelle eſt elle-mesme* LE VERBE *ou* LA PAROLE *de Dieu; & qu'elle n'eſt ſon Verbe, que parce qu'elle eſt ſa ſageſſe. C'eſt par elle que le Pere des lumieres forma & éclaira le premier homme, lui apprenant à penſer ſagement, afin qu'il puſt enſuite ſagement parler. C'eſt-à-dire, que Dieu écrivit la ſageſſe dans ſon eſprit, afin que ſa langue en puſt eſtre interprete.* Pag. 19. *C'eſt la doctrine, je ne dirai pas ſeulement des anciens Philoſophes, mais des Peres de l'Egliſe, & des Ecritures mesme, que c'eſt le peché ſeul, qui a mis un mur de ſeparation entre Dieu & nous: & qui a jetté un voile entre* LA VERITE' ETERNELLE *& l'ame raiſonnable: qu'enfin il n'y a qu'à purifier ſon cœur, & l'œil de l'entendement, pour* VOIR DIEU. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Auſſi Moyſe nous repreſentant l'état de l'homme avant ſa déſobeïſſance, nous fait comprendre fort clairement, qu'il jouïſſoit* DE LA PRESENCE DE DIEU, *& entendoit ſa parole. Et S. Auguſtin a repeté en cent rencontres, que l'homme innocent* JOUISSOIT DE DIEU, *qu'*IL VOIOIT DIEU, *&* QU'IL NE MANQUOIT RIEN *à ſa felicité, que de perſeverer dans ce haut degré de contemplation, où il avoit eſté créé: & eſtre aſſuré qu'il ne s'en priveroit jamais lui mesme. S. Gregoire Pape & les autres Peres de l'Egliſe, ont ſuivi S. Auguſtin en ce point. Et ſi depuis quelques ſiecles l'Ecole de Theologie a changé de langage, ça été plutoſt en effet un changement de langage que de ſentiment: puiſqu'on n'a pu nier que les Anges & l'homme dans leur prémier état, avant leur chute, ou leur confirmation en grace, n'ayent eu l'intelligence des choſes divines, que* NOUS N'APPRENONS *que par la foi.... Entre la foi & la viſion claire & intuitive, il y a un milieu. C'eſt l'intelligence, qui eſt cette connoiſſance claire, certaine, & inconteſtable, dont nous connoiſſons les premiers principes de toutes les ſciences, qui ſont ſi clairs & ſi certains, qu'on ne peut les démonſtrer, c'eſt-à-dire; les rendre plus évidens & plus conſtans par d'autres preuves. C'eſt dans cette ſorte d'évidence qui eſt au deſſous de la vuë bienheureuſe & au deſſus de la foi & de l'opinion, que le premier homme voioit les verités divines* DE LA SAGESSE ETERNELLE. *Et c'eſt pour cela que les Theologiens de l'Ecole ſe ſont abſtenus de lui attribuer la viſion de Dieu.* Sunt in hac certe oratione effata ſaltem tria; quæ nemo Catholicus non ſtatim agnoſcat ortum habere ex Atheismo; hoc eſt, ex ea hæreſi vel impietate potius, cui pro Verbo Dei lux eſt Veritatis communis omnibus animis ratione utentibus, ſecundum quam de re qualibet ſapienter pronunciat. Iſta nimirum: Angelos in ſtatu viæ, & Adamum in ſtatu innocentiæ vidiſſe clare & perſpicue Deum & Verbum Dei. Fidem ſub genere opinionis eſſe; Intelligentiam primorum principiorum, quæ vera eſſe in Verbo videmus, ut aïunt, eſſe fide longe potiorem.

Pag. 26. tam formaliter lucem animorum noſtrorum docet eſſe ſapientiam æternam, quam lux ſolis lux eſt oculorum. *On ſçait,* OU ON DOIT SÇAVOIR, *que l'intelligence créée ne peut découvrir ni appercevoir aucune verité, qu'elle ne ſoit* ECLAIRE'E *de la* SAGESSE ETERNELLE: *comme l'œil de noſtre corps ne peut rien voir qu'à la lumiere du ſoleil.*

Regulæ ipſæ artium, inquit, pulchritudinis, convenientiæ, unitatis, cum ſint ſemper eædem, atque adeo ÆTERNÆ, & eædem ubique, ac proinde IMMENSÆ, non poſſunt niſi in Verbo Dei ſubſiſtere, in Veritate, in qua fundantur, & vivunt, & ex qua oriuntur. Itaque ſi artifices opificeſque contemplando pertingant uſque ad conſiderationem Veritatis, quæ has leges regulaſque præſcribit, etiam ipſi ſapientes & Philoſophi, hoc eſt, ut iſte intelligit, Theologi ſunt. Nam ubi Deus non eſt niſi Veritas omnibus naturaliter communiterque ſe manifeſtans, & ſapientia dirigens ad recte judicandum, Theologia non niſi Philoſophiæ genus eſt; nec Theologi aliud quam Philoſophi ſunt.

Pag. 28. *Nous avons donné cet avertiſſement plus d'une fois, en traitant de la lecture des Poëtes, que les Arts qui travailloient exterieurement ſur une matiere ſenſible, étoient reglés par des lumieres & des regles inviſibles, intelligibles &* ETERNELLES, DE JUSTESSE & DE PROPORTION, DE CONVENANCE & D'UNITE'; *ſur leſquelles l'artiſan avoit les yeux de ſon eſprit arreſtés, pendant que ſes mains en faiſoient l'execution ſur la matiere. Or toutes ces regles de proportion, de convenance, & d'unité, étant toujours les mesmes, & toujours preſentes à tous les eſprits par toute la terre, & pendant la durée de tous les ſiecles, elles ne peuvent* SUBSISTER *que dans le* VERBE *divin, & dans la* SAGESSE ETERNELLE, *comme dans leur* SOURCE ORIGINALE. *C'eſt pour cela qu'on peut mettre les ſçavans & habiles artiſans au nombre des ſages & des* PHILOSOPHES, *s'ils élevent leurs eſprits juſqu'à* CETTE DIVINE LUMIERE QUI LES ECLAIRE *continuellement du plus haut des Cieux.* Et cap. XXIII. num. XIV. *C'eſt ce que l'Ecriture nous a ſi ſouvent inculqué, que pour* LES ARTS *mesme Dieu donne aux hommes ſon eſprit de ſageſſe & d'intelligence. Et c'eſt auſſi ce que nous avons déja ſi ſouvent repeté* APRES S. AUGUSTIN, *que quand les* ARTISANS *travaillent à leurs ouvrages, ils arreſtent leurs mains & les yeux de leur corps ſur la matiere: mais que les yeux de leur eſprit ſont en mesme tems élevés* A LA CONTEMPLATION DES REGLES ETERNELLES *de* BEAUTE', *de* PROPORTION, *de* CONVENANCE, & D'UNITE', QUI LUISENT AU DESSUS DE LEURS TESTES, *toujours expoſées aux yeux des ſçavans & des Artiſans, & toujours les mesmes* EN TOUS LIEUX & EN TOUT TEMS, *ſans que la fantaiſie des hommes y puiſſe rien changer: leur eſprit & leur jugement étant forcé de ſe conformer à elles, & de juger de tous les ouvrages de l'art,* SANS ENTREPRENDRE JAMAIS DE JUGER D'ELLES. *Ainſi* S. AUGUSTIN *conclut que toutes les beautés viſibles deſcendent de la* BEAUTE' INVISIBLE & INCORRUPTIBLE DE DIEU, QUI EST AU DESSUS DES AMES RAISONNABLES, SE MONTRE A ELLES, *& deſcend par elles juſques dans leurs mains, & de leurs mains dans la matiere qui leur eſt propoſée. C'eſt ainſi que tous les Arts ſe réduiſent à la Philoſophie, émanent d'elle, & doivent eſtre gouvernés par elle. Car comme* LES ARTISANS APPRENNENT DE LA VERITE' & DE LA SAGESSE DE DIEU *les regles qu'ils ſuivent en faiſant leurs ouvrages, en les approuvant ou les desapprouvant; auſſi doivent-ils apprendre d'elle les regles de bien uſer de toutes ces beautés ſenſibles, & de les rapporter à leur divine ori-*

origine : parce que ces autres regles ne ſont pas moins ETERNELLES & IMMUABLES, COMME VIVANTES DANS LA VERITE' E'TERNELLE DE DIEU, *viſibles & presque palpables à tous ceux qui tournent les yeux de leur ame vers elles.* „ At ego, „ Deus meus, etiam hinc tibi dico hymnum; quo„ niam PULCHRA TRAIECTA per animas in ma„ nus artificioſas AB ILLA PULCHRITUDINE ve„ niunt, QUÆ SUPER ANIMAS EST, cui ſuſpi„ rat anima mea die ac nocte, libro &c. *Confeſſ.* cap. „ XXXIV.

Sic idem libro II. cap. VIII. num. 9. *Or pour faire voir que ceux meſmes, dont l'eſprit affaiſſé ſous le poids de la matiere & des néceſſités de la vie, ne s'éleve jamais juſqu'à conſiderer les raïons du* SOLEIL DE LA VERITE', *ne laiſſent pas de juger & d'agir à la faveur* DE SA LUMIERE; *il ne faut que rappeller le ſouvenir de ce que* S. AUGUSTIN *nous a déja dit pluſieurs fois des Peintres, des Architectes, des Sculpteurs, & des autres ſemblables. Car tout, ce qu'ils donnent de* SYMMETRIE & de BEAUTE' *à leur ouvrage, deſcend de la ſource de toutes les beautés,* QUI EST LE VERBE..... *ſi les ouvrages meſmes des Arts ne reüſſiſſent, & ne meritent d'eſtre eſtimés beaux, que lorsque l'artiſan a conſulté autant de fois* LA VERITE' ETERNELLE, *qu'il leur a donné de couleurs & de traits : Que peut-il y avoir en toute noſtre vie, dans nos mœurs, dans nos affections, nos penſées, nos deſſeins, nos occupations ſérieuſes, nos études, nos divertiſſemens, en quoi nous ne devions la conſulter & l'entendre, pour ſuivre ſa lumiere & ſes divines regles; & pour faire qu'en tout & à tous momens ce ne ſoit pas noſtre raiſon en chef qui nous conduiſe; mais* LA SAGESSE ETERNELLE *qui guide & qui entraine noſtre raiſon. Mais il ne faut pas douter, que ce ne ſoit* DANS LES SCIENCES & DANS LES ETUDES PRINCIPALEMENT, *qu'il faut avoir l'oreille de l'eſprit attentive* AUX PAROLES DE LA VERITE', QUI PRESIDE & BRILLE SUR NOUS....

Proh ! Deus immortalis ! (neque enim ſinit illata Deo injuria diutius gemitum continere, ne erumpat :) quæ iſta hominum, qui ſe Chriſtianos dicunt, vel cœcitas, vel audacia eſt ! Nos Deo revelante didicimus eſſe Deum verum, & tres in Deo perſonas, Patrem, Verbum, & Spiritum ſanctum : ut nomine Patris divina mens agnoſcatur ſeipſam & omnia intelligens; nomine Verbi aut Filii, terminus ſubſiſtens hujus intellectionis, a Patre productus : nomine Spiritus ſancti, amor ſubſiſtens Patris & Filii, ex utroque procedens. Audax impietas, cui hæc Trinitas, cui divinitas ipſa vera diſplicet, ut hanc (ſi fieri poteſt) ex animis hominum deleat, hæc quæ ſolummodo Deus voluit de ſe prædicari, & fidelibus credenda proponi, pæne omnino ſilentio prætermittit; quoniam hæc in ſua Trinitate quemadmodum in proprio ac nativo verborum ſenſu reperiat aut exponat, invenire non poteſt. Diverſa ab his deinde excogitat ſupponitque nomina, quibus alia longe Trinitas, quam quæ colitur a Chriſtianis, alius omnino inducatur Deus. Pro Patre ponunt Unitatem, cujus veſtigium eſt in rebus ſingulis : nam quælibet earum eſt una certe. Pro Filio ponunt Veritatem, Pulchritudinem, Sapientiam ; cujus veſtigium eſt in rebus omnibus : ſiquidem vel vera certe ſunt in ſua quæque ſpecie entia, vel pulchra, vel ſapienter facta. Pro Spiritu ſancto denique, Unitatis illius Veritatisque ſeu Pulchritudinis nexum ; qualem res ſingulæ creatæ in ſeipſis exhibent. Annon eſt iſtud non oblique modo, ſed aperte Deo bellum indicere ? non ſe Atheis ipſis adjungere, quorum nemo certe eſt, qui non Unitatem ſummam in rebus, ſummamque & univerſalem Veritatem Pulchritudinemve ultro agnoſcat? Dicant, qui de hoc argumento ſcribunt, ſi Chriſtiani haberi volunt, Patrem, Verbum, & Spiritum ſanctum : nec aliis utantur nominibus; cum ſint hæc aperta ſatis, nec alia ſint nobis a Chriſto & Apoſtolis tradita : & eadem ſint idonea certe ad ideam veri Numinis in animis ingenerandam & conſervandam : alia quæcumque non modo non ſimiliter convenientia ſint veræ divinitati ac Trinitati, ſed impietati potius ſuffragentur, ac veri Numinis ideam ex mortalium animis penitus eliminent.

Cap. IV. Sapientiam dicit, cujus eſt mentio in libro Job, naturam divinam perſonamque eſſe, quæ ſit & increata, quoniam non ſit ab hominibus; & immutabilis ac ſimul immenſa, hoc eſt, eadem ubique locorum ac gentium. Audet itaque pro Verbo Dei Sapientiam illam, quam quiſque conſulit ſequiturque cum ſapienter agit, obtrudere : hanc Veritatem æternam, hanc æternam increatamque Sapientiam appellare, hanc a Jobo dicere habitam fuiſſe naturam perſonamque divinam. Pag. 45. *Voici une partie des paroles de Job ſur ce ſujet, chap. 28.* „ Habet argen„ tum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt „ ubi conflatur. Sapientia vero ubi invenitur.... Pag. 46. *Mais le plus important eſt d'obſerver, que l'on commence dés le tems de Moyſe, quatre ou cinq cens ans aprés Abraham, & autant avant Salomon, à parler de la* SAGESSE ETERNELLE, COMME D'UNE NATURE & D'UNE PERSONNE DIVINE, *qui eſt en Dieu, & qui nous vient de Dieu; qui a produit le monde, & qui le gouverne; ou par qui Dieu l'a produit une fois, & le gouverne toujours : qui s'applique particulierement aux hommes pour leur inſpirer l'intelligence & la ſainteté.... De là vient que comme l'or par exemple eſt le meſme par tout le monde & dans tous les ſiecles, parce que les hommes le trouvent tout fait, & ne le font pas : car s'ils le faiſoient, ils en feroient de cent manieres differentes & biſarres, comme il paroiſt dans tous les ouvrages de l'art : Auſſi les maximes & les verités de la ſageſſe ſont* TOUJOURS & PAR TOUT *les meſmes, parce que les hommes ne les inventent pas, mais qu'ils les découvrent & les* VOIENT BRILLER AU DESSUS DE LEURS TESTES, DANS LE SEIN DE LA VERITE' ETERNELLE & IMMUABLE : *au lieu que les conjectures & les opinions dont les hommes ſont les auteurs, changent avec les tems & les lieux, & ſont auſſi inconſtantes que les hommes meſmes. Tout ce raiſonnement eſt certainement compris dans les paroles de Job que j'ay rapportées : & l'importance m'en a paru ſi grande, que j'ay cru en devoir remarquer l'Epoque.* Certe poſtulat eorum hypotheſis, qui Verbum Dei, ſecundam Trinitatis perſonam, non aliam norunt, præter Veritatem, quam quiſque conſulit ut recte judicet; poſtulat hæc, inquam, eorum hypotheſis, ut omnibus temporibus & apud omnes gentes viris præſertim acutis Verbum Dei cognitum fuiſſe oſtendant; atque adeo totam ipſam Trinitatem. Eam ob rem, ubicumque mentio occurrit Sapientiæ, ſive quæ mentes conſulentes ſe dirigit, ſive quæ in orbe univerſo apparet, (eadem enim ubique ſapientia eſt :) ibi ſtatim ſecundam Trinitatis perſonam commemorari hypotheſis iſtius defenſores clamant.

Capite eodem, Verbum Dei ponit nihil aliud eſſe præter Veritatem, quæ mortales docet, primum quidem per rerum creatarum univerſitatem, qua ſe conveſtivit : nam quæ pars eſt univerſi, in qua non eluceat Sapientia? Deinde per legem, quam ſimiliter induit : eſt enim certe in lege Veritas : denique per carnem, quam cum aſſumpſit, quodammodo pariter induit : ut ſint hæ tres veluti formæ, quas per vices induerit eo fine ut per has loqueretur, & nos earum contemplatione erudiret. Quod ſi verum eſt, tergeminam habemus hypoſtaticam Verbi unionem, aut verius nullam. Pag. 49. *Si nous avons aſſés de force d'eſprit pour concevoir, que c'eſt la meſme* SAGESSE ETER-

ETERNELLE, *qui pouſt ſe proportionner à nous, &* POUR SE FAIRE VOIR SOUS DES VOILES SENSIBLES, *à ceux qui n'euſſent pu ſouffrir l'éclat de ſa majeſté,* SE COUVRIT *premierement de tout ce monde ſenſible, & ſe fit admirer dans le luſtre de toutes ces beautés exterieures;* SE REVESTIT *après cela* D'UNE LOI GROSSIERE, *mais telle qu'il la falloit à des hommes alors groſſiers & charnels:* S'ENVELOPPA *enfin de* NOSTRE CHAIR, *& publia ſon Evangile, qui n'eſt que ſa propre vie dans la chair, reduite en preceptes:* COMME *ſa vie, ne fut que ſon Evangile mis en pratique & executé par des actions & des ſouffrances proportionnées. Or cette* DIVINE SAGESSE, QUI A PRIS TOUTES CES FORMES DIVERSES POUR NOUS PARLER, *pour nous inſtruire, & pour nous ſanctifier comme par degrés,* PAR LE LIVRE DE LA NATURE, *par les tables de la loi Moſaïque, enfin* PAR LA CHAIR, PAR L'EVANGILE *& la vie de Jeſus-Chriſt, eſt* UNE MESME SAGESSE, QUI FAIT SON SE'JOUR *dans le cœur de tous ceux qui l'aiment, & ſur les lévres de tous ceux qui en parlent ou qui la loüent.*

Eone igitur Verbi unio hypoſtatica cum humanitate recidit, aut in eo poſita eſt, quod in homine illo ſane ſapiente, qui Chriſtus dicitur, elucet Sapientia illa ipſa, qua & nos ſapientes ſumus, erudiens nos, quomodo ſint mores componendi; quemadmodum elucet in hac univerſitate Sapientia eadem, ſive Pulchritudo, quæ omnia admirabili modo facta eſſe clamat? Quid atheum eſt, ſi iſtud non eſt?

Capite ſexto tergeminam prodit Verbi divini nativitatem eſſe: primam ineffabilem in ſinu Patris, alteram, ad mundum hunc conſtituendum: poſtremam ad communem vitæ cum hominibus conſuetudinem ineundam. Quæ quidem ſi Verbum Dei nihil eſt aliud, quam Veritas per effecta ſubinde diverſa docens mortales, ſatis ſane commode dicuntur & intelliguntur: de Verbo Dei autem, quod Catholici colimus, nec dici poſſunt, nec intelligi. Noſci enim hominibus, hoc eſt, apparere eis, toties Veritas dici poteſt, quoties ſe manifeſtat. Itaque & in conditione mundi, & in aſſumptione carnis, cum per iſta certe Veritas mortales multa ſcitu digna edoceat, cum prima illa apparuere, tunc hominibus quodammodo naſci Veritas dici potuit. Et priuſquam illam orbis molitionem aggrederetur, cogitari animo quidem Unitas prior ſua ſimilitudine poteſt, per quam cuncta efficit unitati ſimilia & vera: at iſta prioritas qualiscumque, cum ineffabilis ab iſtis GENERATIO appellatur, nos iſti rident luduntque; cum ſit reipſa imaginaria, vana, nulla. Verbi divini, quæ ſecunda ſanctiſſimæ Trinitatis perſona eſt, non nativitatem Catholici, ſed generationem unicam & æternam perpetuamve credunt & confitentur: natum idem ad univerſi fabricationem dicere iidem perhorreſcunt. Sic autem Thomaſſinus, pag. 71. „ Dominus poſ„ ſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quid„ quam faceret a principio.... *C'eſt manifeſtement la deſcription* D'UNE PERSONNE QUI EST LA SAGESSE MESME, *qui eſt plus ancienne que le monde & les tems, qui a creé & ordonné le monde avec le Createur, enfin* QUI EST LA MESME SAGESSE QUI SE PLAIST A SE COMMUNIQUER *aux hommes.... Ces converſations de la ſageſſe avec les hommes étoient des préſages &* COMME DES PRE'LUDES DE SON INCARNATION. (Scilicet ante hominem ſapientiſſimum, præmitti decuit minus ſapientes, per quos eadem Sapientia ceteros erudiret.).... *Salomon parla plus d'une fois de cette* NAISSANCE INCONCEVABLE DE LA SAGESSE DANS LE SEIN DE SON PERE, *où elle reſide éternellement:* & HORS DU SEIN DE SON PERE POUR VENIR CRE'ER LE MONDE; & POUR ENTRER *en un commerce encore* PLUS PARTICULIER AVEC L'HOMME. Quibus pro Patre Unitas eſt, pro Verbo ſeu Filio Veritas, hoc eſt, forma unitatis & veritatis, quæ in ſingulis entibus creatis apparet, quoniam eſt unumquodque eorum unum ac verum; hi generationem Verbi ineffabilem & inenarrabilem eſſe ſexcenties prædicant; quoniam dici profecto non poteſt, quo demum genere actionis gignat Unitas Veritatem. At Catholici facile explicant quo modo gignatur a Patre Verbum; cum nemo ſit qui non animo comprehendat, Mentem intelligentem, dum actu intelligit, producere quamdam imaginem ſpeciemve, in quam veluti intueatur. Tantum in Deo terminum hunc intellectionis eſſe ſubſiſtentiam perſonam diſtinctam realiter ab intelligente ſeu producente, non intelligunt Catholici Chriſtiani, ſed Deo revelanti credunt.

Capite ſexto eodem, num. 8. notitiam Verbi divini Philoſophiæ genus eſſe docet, & hoc a Salomone fuiſſe transmiſſum ad Græcos.

Pag. 27. *Il faut obſerver en cela le progrés que le genre humain* FAISOIT DE SIECLE EN SIECLE *dans la connoiſſance de la divinité &* DES PERSONNES DIVINES *dans l'unité très ſimple de Dieu. Il falloit une longue ſuite de ſiecles pour rendre les hommes capables* DE CETTE PHILOSOPHIE. *Salomon ne communiqua pas ſeulement aux hommes de plus grandes lumieres: mais il les fit auſſi paſſer dans les provinces éloignées, ſoit par ſes ouvrages qui y furent portés, ſoit par le concours des étrangers qui venoient de tous coſtés pour voir couler de ſa bouche les torrens d'une ſcience toute divine.* AUSSI ON NE TARDA GUERES APRE'S LUI DE CONNOISTRE LE VERBE ETERNEL DANS LA GRECE, *& d'en faire des deſcriptions fort reſſemblantes à celles que Salomon en avoit faites, comme nous le dirons dans la ſuite.* Ergo huic ſcriptori ſi credimus, cognitio Trinitatis, res eſt paulatim ab hominibus acquiſita, perfectaque ſtudio ac diſciplina, non ſtatim ac ſemel a Chriſto tradita: res Philoſophiæ, hoc eſt, Metaphyſicæ, non fidei ſolius: quæ perſonas aſſignat qualeſcumque duntaxat & metaphoricas, quas habere Ens fingitur ab acutis & perſpicacibus ingeniis; non quæ diſtinctionem realem confitetur perſonarum proprie dictarum, quam fideles credunt: non res novi dumtaxat Teſtamenti propria, ſed veteris etiam, & gentilismi ſimiliter: quamquam a Judæis diſſeminata dicitur, ut populo Dei aliquid privatæ laudis tribuatur. At iſta certe vera eſſe non poſſunt, præterquam in ea hypotheſi, quæ pro Trinitate aſſignat Unitatem Veritatemque entium, & nexum utriuſque.

Eodem libro I. cap. VII. num. 7. Veritatem quam Zorobabel, ex egregiis Philoſophis unus, ſumme commendavit, (libro III. *Eſdræ*, cap. III. nam & apocryphorum teſtimonio librorum utitur, quos factio pariter ſcelerata confinxit:) ipſummet eſſe Verbum Dei dicit: ſiquidem eſt ipſa æterna, inquit, invicta, immutabilis, lex incorrupta, vita, Dei denique omnipotentia. *Zorobabel parla... pour* LA VERITE'.... *Il fit voir que* C'ETOIT ELLE QUI AVOIT PRODUIT CET UNIVERS, *& qui le gouvernoit: qui étoit l'objet de l'admiration, du culte & de l'amour du genre humain: qui étoit* ETERNELLE, INVINCIBLE, & IMMUABLE, *qui étoit la* LOY *incorruptible de juſtice:* ENFIN QUI ETOIT LA VIE, & *la* TOUTE PUISSANCE DE DIEU MESME, „ Nonne magnificus eſt qui hæc fecit, „ & VERITAS magna, & fortior præ omnibus? „ Omnis terra VERITATEM invocat, & ipſam „ benedicit. Et Veritas manet, & invaleſcit in æter„ num, & vivit & obtinet in ſæcula ſæculorum. Et „ non eſt in judicio ejus iniquum: ſed fortitudo & „ regnum & poteſtas & majeſtas omnium ævorum. „ Benedictus Deus Veritatis.... *Zorobabel, qui étoit* UN VRAI PHILOSOPHE, *éclairé & paſſionné de la ſageſſe éternelle, ayant ouvert le diſcours de la Verité.....*

Cap. XII. num. 16. Veritatem, quam particulatim

tim ac veluti membratim Philosophi docuerunt, ipsum Dei Verbum esse ait, particulatim consideratum. Pag. 29. *Il est sans doute que par ce nom de Barbares*, SAINT CLEMENT *d'Alexandrie entend principalement les Hebreux, ou leurs ancestres les Chaldéens en remontant jusqu'à Noë. Aussi veut-il que la* VERITE' *ait esté le partage de toutes les sectes des Philosophes, & qu'elles en ayent toutes enlevé* UNE PORTION: *comme si elles avoient divisé entre elles* LA SAGESSE DU VERBE ETERNEL. „ Lib. I. „ *Strom.* pag. 218. Sic ergo & Græca & Barbara „ Philosophia, ÆTERNÆ VERITATIS avulsam „ quamdam particulam, non ex Bacchi mythologia, sed ex VERBI QUOD SEMPER EST „ Theologia decerpsit.

Capite eodem, num. 19. exsistentiam Dei naturaliter homini notam esse hoc argumento docet; quod animus corporibus antecellit: animos igitur multo plures esse oportere quam corpora: colligari autem animos omnes summa quadam & omnipotente lege sapientiæ, quæ in officio omnes contineat: hanc autem Deum esse. Pag. 132. *L'ame est naturellement persuadée, qu'elle est elle mesme une nature intelligente ou raisonnable: que par cet avantage elle excelle sur tous les corps; qu'il est juste & necessaire pour la beauté de l'Univers, qu'il y ait encore plus d'intelligences que de corps: & qu'il y ait* UNE SUPREME & TOUTE PUISSANTE LOI DE SAGESSE & DE JUSTICE, *qui contienne toutes ces intelligences dans le devoir.*

Capite eodem, num. 23. Ægyptios, teste Jamblicho, natura duce Deum supremum agnovisse, Unitatem scilicet, quæ est principium essendi, hoc est, Verbi divini: quod ab Unitate idcirco processit ut daret esse huic universo. Pag. 133. *Pour la Theologie, Jamblic assure, que* LE DIEU *souverain dans la doctrine des Egyptiens, étoit l'*UNITE', *au dessus de l'Estre & de l'Intelligence: qu'aprés lui ils mettoient la Sagesse & l'Intelligence Eternelle, qui met toutes les creatures au jour.* „ Primus Deus est Principium, „ Unitas, superenter Ens, IPSUM UNUM, super „ ens, super intelligibile totum. Nam opifex intellectus, qui & Veritatis Dominus est, atque sapientia, quatenus, in generationem progrediens, occultam latentium rationum potentiam traducit in „ lucem; Amum Ægyptiaca lingua vocatur. C'EST PARLER ASSEZ CLAIREMENT DE L'UNITE' DE DIEU LE PERE, & DE SA SAGESSE ETERNELLE. *Plutarque assure que dans le Temple de Minerve en Egypte on lisoit cette Inscription,* QUI CONTENOIT L'ELOGE DU VERBE ETERNEL, QUI EST L'ESTRE MESME. „ Ego „ sum OMNE QUOD EXSISTIT, EST, & ERIT, „ meumque peplum nemo adhuc mortalium detexit. *C'étoit manifestement faire allusion à cette obscurité tenebreuse & lumineuse tout ensemble, où Dieu se fit voir à Moyse, aprés lui avoir dit qu'il etoit* L'ESTRE *mesme:* Ego sum qui sum. *Plutarque nous découvre encore fort clairement comment les Egyptiens* AVOIENT UNE CONNOISSANCE ASSEZ EXACTE DU VERBE DIVIN, *quand il raisonne avec eux de cette sorte:* „ Quod Mens & Verbum Dei, cum esset per „ se in invisibili & in abdito, processit motu ad creationem.... *Ces veritez* SONT IMPRIME'ES AU FOND DE NOSTRE AME PAR LE DOIGT DE LA NATURE. *La superstition des païens les détournoit, & ne pouvoit pas néanmoins les effacer ou les corrompre entierement.*

Capite XVI. num. 23. Didicisse Augustinum ex Platonicis Dei naturam & exsistentiam. Ab his enim ipsum edoctum animadvertisse, ferre se judicium de rebus omnibus, de earum pulchritudine ac deformitate, per quasdam regulas æternas & immutabiles, & immensas, omnibus ratione utentibus animis dominantes, iisdemque longe excelsiores ac superiores, quibus verum a falso secerneret: quæ proinde a summa & immutabili Veritate, quæ dicit, *Hoc ita esse debet, illud non ita*, velut a fonte profluerent, hoc est, a Verbo Dei. Platonicis proinde Verbum Dei fuisse percognitum: siquidem Verbum Dei illa Veritas est, quæ dicit in omni re. *Hoc ita debet esse, illud non ita.* Pag. 192. *Ce Pere* (S. AUGUSTIN) *témoigne dans ses Confessions, que ce fut par la lecture des ouvrages des Platoniciens, qu'il commença à concevoir une substance intellectuelle sans corps... Il apprit de ces Philosophes, que quand il portoit jugement des natures mesme corporelles, & de toutes leurs beautez, il le faisoit par* DES REGLES INCORPORELLES, ETERNELLES, & IMMUABLES, *par lesquelles* IL DISTINGUOIT LE VRAI DU FAUX, *le certain de l'incertain, le bien du mal, le beau du difforme, le plus beau du moins beau, le juste de l'injuste, & le plus juste du moins juste: & il jugeoit de ces choses par des regles,* QU'IL E'TOIT FORCE' DE SUIVRE, *& de juger par elles, & non d'elles, parce qu'elles sont* IMMUABLES, *toujours les mesmes,* EN TOUS LIEUX & EN TOUT TEMS, *également* DOMINANTES *sur les esprits, de toutes les natures intelligentes,* AU DESSUS DESQUELLES *par consequent elles s'élevent, comme* LA VERITE' IMMUABLE & ETERNELLE EST ELEVE'E AU DESSUS *des* INTELLIGENCES CREE'ES, *qui ne sont par consequent ni éternelles ni immuables.* (August. lib. VII. *Conf.* cap. IX. Num. 17.) „ Quærens enim unde approbarem pulchritudinem „ corporum, & quid mihi præsto esset integre de „ mutabilibus judicanti, & dicenti: HOC ITA ESSE „ DEBET, ILLUD NON ITA: inveneram incommutabilem & veram VERITATIS ÆTERNI„ TATEM, SUPRA MENTEM meam commutabilem..... *Enfin parlant à Dieu, il lui confesse que c'étoit lui qui lui avoit procuré quelques livres des Platoniciens,* OU IL AVOIT TROUVE' CE QUE L'EVANGILE NOUS ENSEIGNE DE LA DIVINITE' DU VERBE. „ Procurasti mihi quos„ dam Platonicorum libros, & ibi legi non quidem „ his verbis, sed HOC IDEM OMNINO multis & „ multiplicibus suaderi rationibus, quod *in principio „ erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & „ Deus erat Verbum.*

Cap. XVIII. num. 9. Zenonem de Verbo Dei, per quod omnia facta sunt, ea ipsa prodidisse, quæ sacris litteris continentur. Pag. 212. *De là vient que selon Diogene Laërce, Zenon mettoit deux principes, la matiere ou le Chaos; & la cause efficiente, qui est le Verbe divin.* „ Videtur illis duo esse rerum omnium „ principia, efficiens videlicet, & patiens. Quod igitur patitur, esse substantiam materialem, qualitate „ haud vestitam: efficiens autem esse VERBUM „ DEUM, QUOD IN IPSA EXSISTAT. τὸ δὲ „ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ Λόγον τὸν Θεόν. C'EST CONVENIR AVEC L'ECRITURE, *que le monde a esté fait du chaos, qui en a été la matiere;* & PAR LE VERBE, *qui est* LA PAROLE & *la sagesse divine, & Dieu mesme.* Num. 10. *Delà vient peut-estre qu'ils faisoient Dieu* L'AME DU MONDE, *comme Platon, parce qu'il le remplit, le meut, le soutient,* & L'ANIME EN QUELQUE MANIERE, *le rempliſſant de* VIE, *de mouvement, de sentiment, & d'intelligence, non comme une cause informante, mais comme une ame mouvante & assistente.* Quod primum igitur de Deo norunt Philosophi, Verbum Deus est: qui ex materia mundum fecerit; quoniam videlicet sine ea Veritate, quæ dicit, *Hoc ita debet esse*, ut proxime antea dictum est, in universo factum est nihil; omnia per ipsam facta sunt.

Cap. XXII. num. 13. A Tullio Cicerone pariter scriptum quemdam librum esse, quo se inflammatum senserit ad amorem sapientiæ æternæ, quæ Deus est. Pag. 261. *Mais on en peut encore mieux juger par le livre qu'il composa de l'Exhortation à la sagesse, &*

qu'il nomma Hortenſius. *Car S. Auguſtin confeſſe, que dés le moment qu'il euſt lu ce livre, étant encore fort jeune, il fut embraſé de l'amour de la ſageſſe; ſon cœur fut changé, & ſe tourna vers* DIEU: *tout le monde commença à lui déplaire, & il n'eut plus de paſſion que pour la beauté incorruptible de la Sageſſe..... Voila à quoi doit ſe terminer l'amour & l'étude de la Philoſophie,* A L'AMOUR DE LA SAGESSE ETERNELLE, QUI EST DIEU MESME. Amor Dei, qui Chriſtianos facit, Philoſophia vere ipſa eſt, ut quidem iſte ponit: ſapientia, cujus amorem inſtillat animis lectio Hortenſii a Cicerone ſcripti, Deus ipſe eſt.

Cap. XXIII. num. 3. Ingenitam nobis eſſe ab ortu iſtam ſapientiam æternam. *Voila à peu prés ce que nous dit la* SAGESSE ETERNELLE *dans nos Ecritures: que c'eſt elle qui nous reçoit au ſortir du ſein de nos méres, qui nous éclaire, qui prend ſoin de nous élever....*

Libro II. capiti I. titulum hunc, fecit: *De la connoiſſance du vrai Dieu,* IMPRIME'E *par la nature meſme dans nos ames, comme du* PREMIER PRINCIPE DE TOUS *les eſtres, de* LA LOI ETERNELLE, *&* DE LA REGLE DES ESPRITS, *reconnuë par les Philoſophes.* Cognitio Dei, inquit, inſita eſt a natura hominum animis: ita ut a puero noſcant omnes & Patrem, hoc eſt, Ens, eſſe primum omnium Entium principium: (quid enim prius in omni re, quam quod ens ſit?) deinde & Filium, hoc eſt, Veritatem, quæ de ſingulis ita pronunciat: *Hoc debet ita eſſe, iſtud non debet*: quæ Veritas prælucet mentibus noſtris, eaſque in judicando dirigit. Sic Patris & Filii cognitio apud Philoſophos res eſt pervulgata.

Cap. I. exſiſtentiam Dei copioſe ac fuſe docet primum ratiocinandi principium eſſe, ab ortu natis ingenitum, & idem adeo evidens, ut illud demonſtrari opus non ſit: ſine qua nulla fieri omnino ratiocinatio poſſit, nec ulla haberi certa cognitio. Ex quo fit ut hanc negare non poſſit, niſi qui ratiocinandi vim omnino amiſerit. Eſt enim lux ad ratiocinandum neceſſaria, Deus ipſe. An enim certam aliquis habere cognitionem rei cujuſquam poteſt, quin norit rem ita eſſe, nec poſſe aliter ſe habere? Minime certe. Atqui inveniſſe Veritatem, quæ dicit, Hoc ita debet eſſe, ſive neceſſitatem ſic & non aliter exſiſtendi, eſt Deum inveniſſe: Lex, ſive lux, ſive regula, ſive evidentia, quæ adhibetur ad diſcernendum verum a falſo, hoc ipſum eſt quod Deus verus vocatur. Ergo certam habere cujuſquam rei notitiam nemo poteſt, quin Deum invenerit: & primum cujusvis ſcientiæ principium, exſiſtentia Dei eſt: quandoquidem primum omnis ſcientiæ principium eſt, Verum omne exſiſtere, quod per ſcientiam inquiritur & indagatur. Num. 2. *Pour l'exiſtence de Dieu, c'eſt-à-dire, d'une intelligence ſuprême, éternelle, infinie, très-parfaite, dans la dépendance de laquelle ſont toutes les autres natures, ſoit intelligentes, ou purement corporelles; la pluſpart des anciens Philoſophes ſont convenus, que tous les hommes* EN ESTOIENT NATURELLEMENT PERSUADE'S PAR UNE CONNOISSANCE SECRETE, DONT ILS SONT PRE'VENUS EN ENTRANT AU MONDE: *parce que* LA NATURE DE SA DIVINE MAIN A ECRIT *dans le fond de leur ame, & y fait retentir continuellement cette importante verité. Ciceron ſera un digne interprete du conſentement de tous les Philoſophes, & de toutes les nations du monde ſur ce point: Et il nous apprendra, que* CETTE PROPOSITION, QUE DIEU EST, SE TROUVE ENTRE CES PREMIERS PRINCIPES DES SCIENCES *& des connoiſſances humaines,* TRES-EVIDENS & TRES-CLAIRS, SANS' LESQUELS ON NE POURROIT EN FAÇON QUELCONQUE RAISONNER, NI EXAMINER, NI CONNOISTRE AUCUNE CHOSE. *Cicero lib.* I. *de Nat. Deor.* Et Num. 4. *C'eſt cela meſme qui nous ſervira à éclaircir l'une des deux difficultez, qui ont pu ſe preſenter à l'eſprit ſur ce diſcours de Ciceron: ſçavoir, comment* LA PERSUASION DE L'EXISTENCE *de* DIEU, EST UN DE CES PREMIERS PRINCIPES SI CLAIRS, QU'IL N'EST PAS NECESSAIRE DE LES DE'MONTRER, & PAR LESQUELS ON DE'MONTRE TOUT LE RESTE; *enfin* SANS L'AIDE DESQUELS ON NE PEUT JAMAIS BIEN RAISONNER. *Car il faut bien que cela ſoit, puiſque les meſmes hommes & les meſmes nations, qui perdent la connoiſſance de Dieu, perdent auſſi la raiſon, & tombent dans l'aveuglement & dans la brutalité, s'ils n'y étoient déja auparavant tombés, Dieu eſt le ſoleil intelligible de la Verité: & comme celui qui ne voit pas le ſoleil eſt aveugle; auſſi l'eſprit qui ne voit pas l'inviſible ſoleil de ſageſſe, eſt dans un aveuglement bien plus déplorable, que celui du corps...* Et num. 5. *Enfin ce ne ſeroit pas voir les objets ſenſibles d'ignorer que c'eſt la lumiere du ſoleil qui éclaire l'air, qui éclaire les objets & les yeux... Auſſi* NE PEUT-ON DIRE QU'ON AIT RAISONNE' SUR QUELQUE CHOSE, *on qu'on l'ait entenduë, ſi on a ignoré que la lumiere d'un ſoleil intelligible étoit auſſi répanduë ſur l'entendement, qui raiſonne ſur l'objet ſur lequel on raiſonne, & ſur les maximes de la Logique naturelle, ſuivant leſquelles neceſſairement on raiſonne, ſi on veut bien raiſonner. Pourquoi le monde corporel, pourquoi les animaux déraiſonnables auroient-ils leur ſoleil, & que le monde intellectuel, & les natures intelligentes & raiſonnables, n'auroient pas le leur? Pourquoi le ſoleil viſible ſeroit-il ſi neceſſaire, qu'on ne pourroit rien voir ſans ſa lumiere: & que le ſoleil intelligible ſeroit inutile* POUR L'INTELLIGENCE DE LA VERITE'? *Enfin peut-on dire avec exactitude* AVOIR RAISONNE' *&* COMPRIS UNE VERITE', *ſi on n'a compris que* LA CHOSE NE PEUT PAS ESTRE AUTREMENT; *& que* C'EST UNE NECESSITE' IMMUABLE QUE LA CHOSE SOIT AINSI, *& qu'on en raiſonne ainſi?* OR DE'S QU'ON A TROUVE' UNE NECESSITE' *&* UNE VERITE' IMMUABLE, *&* *par conſequent* ETERNELLE, N'A T'ON PAS TROUVE' DIEU! Quis continere hic ſe poſſit quin exclamet: O cælum! o terra! Hiccine Deus eſt? Veritas, ſive Neceſſitatem magis placet appellare, quæ dicit animis noſtris, in qualibet ratiocinatione, Hoc ita debet eſſe, aliter eſſe non poteſt; cogitque nos ita confiteri, hæc, inquam, Veritas Neceſſitasve exſiſtendi in rebus ipſis, & de iis ita ratiocinandi, Deus eſt? hic Chriſtianorum Deus eſt? Hoc Galli, hoc Presbyteri, nullo contradicente palam ſcribunt? Pergit tamen iſte id inculcare. *Et cette lumiere meſme, qui* NOUS FAIT DISTINGUER *les* RAISONNEMENS CERTAINS DES INCERTAINS, LES VRAIS DES FAUX, *& les neceſſaires des probables; auſſi bien que les regles conſtantes & éternelles, qui conduiſent noſtre raiſon pour la faire bien raiſonner: ne ſont-ce pas autant de convictions ſecretes que nous avons* DE LA LUMIERE *&* DE LA VERITE' IMMUABLE *&* ETERNELLE, TOUTES LES FOIS QUE NOUS RAISONNONS JUSTE? *Car nous ſommes* INTERIEUREMENT CONVAINCUS, *quoi que nous n'y faſſions pas réflexion,* QU'IL Y A UNE LUMIERE, UNE LOI, UNE REGLE, QUI DOIT ESTRE INDISPENSABLEMENT SUIVIE POUR ATTEINDRE LA VERITE'. OR C'EST CE QUON APPELLE DIEU. *Car* LA MEILLEURE IDE'E *que nous puiſſions nous former de lui, ou celle plutoſt qu'il a formée lui meſme, eſt celle qui le fait regarder, comme* LA LOI, *le maiſtre & le ſouverain dominateur de toutes les natures intelligentes,* QUI NE PEUVENT AGIR, *c'eſt-à-dire,* RAISONNER QUE PAR DE'PENDANCE DE LUI, *&*

SELON

SELON LES REGLES QU'IL LEUR PRESCRIT.

Num. 6. Quam Deum porro exſiſtere, inquit, certum eſſe & evidens cuilibet homini ratione utenti vidimus, tam neceſſe eſt eidem conſtare de unitate Dei. Lucem enim illam, legemve aut regulam, qua certo quis aliquid novit, quia neceſſe eſt rem ſic eſſe nec aliter eſſe poſſe; qua verum quisque ſecernit a falſo; in qua denique vera cuncta cernimus; neceſſe eſt unam eſſe & communem omnibus, atque ipſammet eſſe Unitatem. Atqui hanc eſſe deïtatem illam, inquit, quæ animis ratione utentibus dominatur, Philoſophi omnes confitentur. Neceſſe eſt igitur deïtatem eſſe unam, ipſamque eſſe Unitatem. *Or ce n'eſt pas dans quelque multitude que ce ſoit, qu'on peut rencontrer la Divinité veritable, mais dans l'unité. . . . . Car ſi la* DIVINITE' DONT NOUS AVONS UNE CONNOISSANCE AUSSI ANCIENNE & AUSSI INTIME QUE NOTRE AME, EST LA LOI & LA REGLE DE TOUTES LES NATURES INTELLIGENTES, *& de tous leurs raiſonnemens :* SI C'EST SELON LES PHILOSOPHES MESMES LA LUMIERE DE LA SAGESSE ET DE LA VERITE', DANS LAQUELLE NOUS VOIONS TOUT CE QUE NOUS VOIONS DE VRAI ET DE CERTAIN, LE DISTINGUANT DU FAUX & DU PROBABLE; *il eſt viſible que cette divinité ne peut être qu'une, &* L'UNITE' MESME.

Num. 2. Si credimus Auguſtino, inquit, evidentius multo unicuique conſtat Deum eſſe, quam ſe vivere. Nam ſi quidem ratiocinatur, videt ille perſpicue, neceſſarium eſſe aliquod principium apte ratiocinandi, recte ac concinne ædificandi, certo diſtinguendi verum a falſo: ita ut poſſit quis dicere, Rem ita neceſſe eſt eſſe. Atqui lux illa, illa Neceſſitas ſic vel ſic exſiſtendi in rebus, ut bene quæque ſit; illa quæ ſic nobis loquitur intus Veritas, quæ ratiocinationes noſtras componit, norma ipſa divina eſt, Deus ipſe eſt. Ergo quamvis certo ſciat quisque ſe vivere, videt evidentius Deum exſiſtere ſemper oportere. S. AUGUSTIN *a dit de meſme, qu'il douteroit plutôt de ſa propre vie, que de l'*EXISTENCE DE LA VERITE' ETERNELLE, *qui ſe rend viſible & palpable par tant de belles & admirables creatures. Libro* VII. Confeſſ. *cap.* 10. „ Faci„ liusque dubitarem vivere me, quam NON ESSE „ VERITATEM, quæ per ea quæ facta ſunt, intel„ lecta conſpicitur. *Nous ſommes certains de notre vie; mais nous ne voions pas qu'il ſoit abſolument neceſſaire que nous ayons une vie, & que le contraire ne puiſſe jamais arriver. Mais nous voions clairement, qu'il eſt abſolument neceſſaire, qu'un auſſi beau & auſſi admirable Palais que ce monde, ſoit l'ouvrage des mains d'un ſage & puiſſant ouvrier : qu'il eſt impoſſible qu'il ſe ſoit fait lui meſme, ou qu'il ſe gouverne ſi puiſſamment & ſi ſagement, ſans une puiſſance & une ſageſſe ſupréme qui y domine. Nous* VOIONS *meſme dans l'*EVIDENCE DE LA VERITE', *la certitude de ce raiſonnement. Et nous ne pouvons douter, quand nous y faiſons réflexion, qu'il n'y ait* UNE LUMIERE DIVINE QUI REGLE NOS RAISONNEMENS, *& nous fait diſtinguer le certain du douteux, & le vrai du faux, & le bien du mal :* COMME *il y en a une corporelle, qui éclaire nos pas, & nous empeſche de nous égarer.* Certo videmus, inquit, nullam eſſe hujus univerſi partem, de qua non vere pronunciemus. Hoc ita bene eſt, hoc ita neceſſe eſt eſſe. Atqui neceſſitas illa ſic exſiſtendi, quæ mentes noſtras ipſas convenit, cogitque eas ita confiteri, dum pulchritudinem Univerſi conſiderat, Veritas eſt, Deus eſt. Omnia ergo Deum auctorem habent, ut ſint: nec univerſum hoc ſine Deo effectore & conſervatore conſtat: & Deum iſta docentem intus agnoſcit; hæc in Deo, hoc eſt, in ea Veritate, intuetur, quisquis utitur ratione.

Eamdem Auguſtini ſententiam exponit iterum cap. VIII. num. 4. *Il dit en un autre endroit, qu'*APR'ES AVOIR TROUVE' QUE DIEU ESTOIT, *&* QU'IL ESTOIT LA VERITE', *il en avoit toujours conſervé le ſouvenir.* IL VEUT DIRE *apparemment, ce que les Platoniciens ont quelquefois dit, qu'on ne peut jamais oublier les veritez claires & neceſſaires, qu'on a une fois connues. On peut n'avoir jamais penſé, ni par conſequent connu que le tout eſt plus grand que la partie, que la ligne droite eſt la plus courte entre deux points donnés : que trois & quatre font ſept : qu'une meſme choſe ne peut pas eſtre & n'eſtre point : que la vertu eſt préferable au vice : qu'il faut rendre à un chacun ce qui lui eſt dû : on peut, dis-je, n'avoir jamais penſé à ces veritez & autres ſemblables, qui ſont les premiers principes des ſciences. Mais après qu'on les a connues, il eſt impoſſible de les oublier. . . . .* OR S. AUGUSTIN *atteſte qu'il avoit connu que Dieu exiſtoit, &* QU'IL ESTOIT LA VERITE' MESME, AVEC LA MESME EVIDENCE, QUE NOUS VOIONS CES VERITEZ INCONTESTABLES *des premiers principes, &* QUE NOUS SOMMES ASSUREZ D'ESTRE EN VIE. *Car qui peut avoir oublié qu'il eſt en vie?*

Et num. 5. *Voila une autre raiſon pourquoi ce ſaint homme n'avoit garde d'oublier Dieu, & n'avoit pas meſme beſoin de penſer ſouvent à l'évidence avec laquelle il l'avoit connu plus certainement meſme* QUE SA PROPRE VIE : PARCE QU'IL NE PEUT PAS ESTRE VRAI QUE NOUS VIVIONS, QU'IL N'Y AIT UNE VERITE' QUI NOUS MONSTRE DANS SA LUMIERE CLAIRE & IMMUABLE, QUE CE QU'ON VOIT SI CLAIREMENT, EST CERTAIN : *& que quand on dormiroit, & qu'on ſongeroit, on vivroit :* & QUE SI CES VERITEZ SONT EVIDENTES & IMMUABLES, *il n'eſt pas moins conſtant* QU'IL Y A UNE LUMIERE EVIDENTE & IMMUABLE DE VERITE' *qui nous les fait voir.* (Lux iſta & Veritas, hæc nimirum eſt: Neceſſe eſt vivere, quisquis ſe ſentit vivere. Neceſſitas ſic ratiocinandi, inquit, Veritas, quæ cogit id agnoſcere, Deus eſt.) Pergit deinde : *C'eſt ce qu'il dit encore plus au long un peu plus bas : qu'il avoit trouvé la* VERITE' *en en elle meſme* AU DESSUS DE LUI, PARCE QU'ELLE PRE'SIDE A TOUTES LES INTELLIGENCS *& à toutes les ames raiſonnables, toujours preſte à répondre à leurs conſultations, quelles qu'elles puiſſent eſtre. . . . .*

Capiti octavi hic titulus eſt: *On juſtifie par* S. AUGUSTIN *ce qui a eſté dit* DES IDE'ES DIVINES, QUI NE SONT AUTRE CHOSE QUE LA VERITE' ETERNELLE: & *de l'obligation des vrais Philoſophes à les conſulter dans tous leurs raiſonnemens & dans toute leur conduite.*

Num. XI. De rebus fidei ratiocinari ut intelligantur, nihil aliud eſt, inquit, niſi easdem ad divinam ipſam Veritatem referre, de iis eamdem conſulere, ut clare in ipſius Veritatis ſeu Verbi luce perſpiciamus ea quæ fides obſcure docuit. Hoc eſt fidei dogmata ad rationis examen revocare: quam enim iſte æternam

nam ac divinam increatamque Veritatem appellat, ipsum lumen est rationis naturalis. *Jesus-Christ le Verbe divin & la sagesse incarnée a parlé dans son Evangile: mais il a voulu que la foi des fidelles ayant receu ses paroles les rapportast à la* VERITE'.ETERNELLE *& à la sagesse* INCREE'E, QUI EST LUI MESME, POUR EN APPRENDRE L'INTELLIGENCE. Lib. XI. *Confess.* cap. VIII. „ Sic „ in Evangelio per carnem aït, & hoc insonuit foris „ auribus hominum, ut crederetur, & INTUS „ QUÆRERETUR, & INVENIRETUR IN „ ÆTERNA VERITATE, ubi omnes discipulos „ solus & bonus magister docet. *Ce n'est pas soumettre* A LA RAISON DE L'HOMME *les paroles & les actions de la Verité incarnée, que d'en* RAISONNER POUR LES COMPRENDRE: PARCE QU'EN RAISONNER N'EST AUTRE CHOSE QUE DE LES RAPPORTER A LA MESME VERITE' INCREE'E, *& attendre* QU'ELLE NOUS FASSE VOIR DANS LA LUMIERE DE L'INTELLIGENCE, CE QU'ELLE NOUS AVOIT FAIT DE'JA *toucher dans l'obscurité de la* FOI. Vox enim Christi, inquit, gignere fidem vel opinionem potest: at cum illud ipsum Christi dictum evidenter mens percipere quærit, ac reipsa percipit, id uni Verbo interius loquenti debet. Num. 12. *C'est ainsi que Jesus-Christ est le principe qui nous parle:* Principium qui & loquor vobis, *dit-il lui mesme dans l'Evangile de S. Jean: parce que c'est proprement* LE SEUL VERBE ETERNEL QUI PARLE, *non à nos oreilles exterieures, mais au fond de nostre ame;* & QUI NOUS Y FAIT VOIR EN EVIDENCE *les veritez, dont toutes les creatures ensemble, & la Chair mesme du Verbe, ne pourroient nous donner que des* AVERTISSEMENS, DE LA FOI, DES OPINIONS, *mais non l'intelligence.*

Num. 15. Cum igitur in Veritate quæ est communis omnium hominum aliquid veri detegimus, non est iste ingenii nostri partus: sed lumen ipsum Verbi est, antiquioris mundo & homine (nam per leges quas dictat Veritas, seu Ratio Λόγος, factus uterque est:) lumen æternæ Veritatis; cui oppositos tantum a peccato obices depulimus labore nostro, ut per se corusçaret. *De ce mesme principe il faut encore conclure, que puisque* LA VERITE' EST UN TRESOR PUBLIC, EXPOSE' INDIFFEREMMENT A TOUS, *sans pouvoir estre affecté ou* APPROPRIE' A AUCUN EN PARTICULIER: *nous ne devons jamais cacher ou taire des veritez qui sont des richesses publiques & communes à tout le monde.... Quelque effort que nous ayons donc fait pour découvrir une verité, c'est toujours un bien public que nous avons trouvé, &* NOUS NE POUVONS SANS INJUSTICE NI NOUS L'APPROPRIER NI EN PRIVER NOS FRERES. *Car enfin cette* VERITE' N'EST PAS UNE PRODUCTION DE NOSTRE ESPRIT, *mais* UNE LUMIERE PLUS ANCIENNE QUE NOUS ET LE MONDE. *Nostre travail n'a servi qu'à oster les obstacles que nostre peché avoit mis entre la Verité & nous. Cette* LUMIERE EST ESSENTIELLEMENT UN TRESOR COMMUN *à toutes les natures intelligentes, dont on ne peut vouloir priver les autres, sans vouloir s'en priver soi mesme.* Ex impietate quis credat confectarium esse caput severioris ethicæ? Si quid in luce Veritatis deteximus veri, id nisi impertiamur ceteris, fures sumus, sacrilegi sumus. Quid ita? quia rem divinam, quæ communem se optat omnibus esse, velut propriam vindicamus.

Num. 16. Cum eamdem unam veritatem homines duo vident, non hanc alter certe in alterius animo videt; sed ambo in illa ÆTERNA VERITATE, quæ est omnibus intelligentiis superior, & ipsis intima. Hæc enim est quæ tot mentes, tot gentes diversas, intervallis locorum ac temporum disjunctissimas, in unam cogit convenire sententiam de rebus propemodum infinitis: argumento certissimo has ab ipsis veritates percipi in luce suprema, communi, æterna, infinita, & eadem evidentissima. *Aussi quand deux personnes connoissent la mesme Verité, ni l'un ni l'autre ne la voit dans l'esprit de son frere; mais l'un & l'autre la voit* DANS LA VERITE' ETERNELLE, QUI EST AU DESSUS DE TOUTES LES INTELLIGENCES, *& en mesme tems* AU DEDANS *&* AU MILIEU D'ELLES. Lib. XII. *Confess.* cap. 25. „ Si ambo videmus verum esse „ quod dico, ubi quæso id videmus? Nec ego in „ me, nec tu in me, sed ambo IN IPSA „ QUÆ SUPRA MENTES NOSTRAS EST IN„ COMMUTABILI VERITATE. *C'est aussi une merveille que nous ne sçaurions assés considerer, que tant de differens esprits, de tant de diverses* NATIONS, *en des* TEMS *&* DES LIEUX *si éloignés, soient néanmoins forcés de faire le mesme jugement d'une infinité de choses, sans qu'il soit en leur pouvoir de* RAISONNER *autrement.* C'EST UNE PREUVE CONSTANTE, QUE CE N'EST PAS DANS EUX MESMES *qu'ils* DE'COUVRENT CES VERITEZ: MAIS DANS UNE LUMIERE SUPERIEURE, COMMUNE, ETERNELLE, INFINIE, *&* SI EVIDENTE, *qu'il leur est impossible de ne lui point acquiescer.*

Et Num. 17. *Tous les hommes étant devenus naturellement menteurs depuis leur premiere revolte contre la* VERITE'; *d'où leur viendroient tant de veritez, sans lesquelles* LEUR COMMERCE NATUREL *ne pourroit subsister un seul moment: si ce n'est de cette* LUMIERE DU SOLEIL INTELLIGIBLE, UNIVERSELLEMENT RE'PANDUE *par tout le monde* INTELLECTUEL, *qui renferme les natures intellectuelles, & les ames raisonnables?* Libro XIII. *Confess.* cap. XXV. „ Neque enim alio præter te in„ spirante, credo me verum dicere, cum tu sis Ve„ ritas, omnis autem homo mendax. Et ideo qui „ loquitur mendacium, de suo loquitur. Ergo ut „ verum loquar, de te loquar. *Tant de menteurs ne diroient pas tant de veritez, si* LA BEAUTE' *&* LA LUMIERE *d'une* VERITE' SUPREME *ne* PRE'DOMINOIT, *ne les forçoit de l'aimer encore un peu, de confesser qu'ils ne peuvent se passer d'elle, & de ceder à la violence de sa clarté?*

Capite 10. Quantumvis a seipso interdum dissidere Plato videatur, egregie tamen ab eo pronunciatum, fuisse, Philosophum cum & scientiæ capacem unum esse, qui Verbo divino immediate adhæserit, & per illud se Patri conjunxerit, qui est Unitas & Bonitas suprema. Solum quippe Verbum inter Patrem & homines fungi Mediatoris officio, nec Mediatore alio opus esse, aut locum ei esse posse, ut Augustinus sapientissime monuit. Num. 5. *Mais voici d'autres erreurs. . . . . Platon dit que Dieu ne se mesle point avec l'homme, & que ce sont les démons, qui en sont les Mediateurs, & qui lient quelque commerce entre des natures si disproportionnées. Platon avoit donc alors oublié le plus beau de tous ses principes: Que le Contemplateur, le* PHILOSOPHE, *le* SEUL CAPABLE DE SCIENCE, *est celui* QUI S'ATTACHE IMMEDIATEMENT AU VERBE DIVIN; *&* PAR LUI A SON PERE, QUI EST L'UNITE' *&* LA BONTE' SUPREME. C'EST DONC LE SEUL VERBE QUI EST LE MEDIATEUR ENTRE LA NATURE INTELLIGENTE *&* LE PERE, SANS QU'IL SOIT BESOIN D'AUCUNE AUTRE MEDIATION. His ille verbis, præter impietatem toto sparsam opere, quæ Verbum appellat Veritatem supremam, sive Necessitatem ita essendi & non aliter, ut bene sit; sanctorum quoque & Angelorum, immo etiam Christi ipsius ut homo est, quæ longe est superioris ordinis, inter Deum & homines mediationem aufert. Quorsum

enim, ut idem deinde ſubjicit, aut qua tamdem ratione inter Mentem humanam & Lucem Veritatis, ſecundum quam mens humana pronunciat, mentis alterius opera intercedat, ſi Deus ipſa eſt, nec alius præter ipſam Deus eſt? Num. 6. *En effet* QUEL MEDIATEUR PEUT-ON IMAGINER, QUI INTERVIENNE ENTRE L'INTELLIGENCE & LA VERITE'. *Ce ne ſera plus une intelligence, ſi l'entendement creé n'atteint* IMMEDIATEMENT LA VERITE'. *Il eſt meſme* IMPOSSIBLE QU'IL Y AIT UN MILIEU ENTRE LA RAISON & LA VERITE', *entre* L'ENTENDEMENT & LE VERBE. *Les demons ne ſont au plus que des intelligences: & ils auroient auſſi beſoin d'entremetteurs entre leur* ENTENDEMENT & *la* VERITE'. S. AUGUSTIN A DONC TRES-SOLIDEMENT REMARQUE', QU'ENTRE DIEU QUI EST LA SAGESSE & *la* VERITE', *& entre nos ames qui ſont raiſonnables,* IL NE PEUT Y AVOIR DE MILIEU: *& que la ſainte Ecriture nous enſeigne avec beaucoup de ſageſſe, que ce ſont nos ſeuls pechez qui ſéparent nos ames de Dieu; & qu'il n'y a qu'à ſe purifier, pour s'unir très-étroitement à lui. Platon en demeuroit d'accord, quand il diſoit, ce que tous les Platoniciens ont dit aprés lui; que comme l'œil pur & ſain s'unit au raïon très-pur du ſoleil; en ſorte que c'eſt nuire à cette union, de vouloir interpoſer quelque choſe: auſſi l'œil de l'intelligence par ſa pureté s'unit à la pureté du* VERBE & *de ſes* IDE'ES DIVINES. Et num. 8. *Si le* PHILOSOPHE, *ſi le* CONTEMPLATEUR, *ſi le* LEGISLATEUR, *ſi l'*HOMME D'E'TAT S'UNIT A DIEU, & AUX DIVINS EXEMPLAIRES DE SON VERBE *ſans mediation quelconque; pourquoi le Preſtre, le Sacrificateur, & le Prophete ne le feront-ils pas?*

Capite XI. FATI nomen non eſſe omnino rejiciendum dicit, ſiquidem aptiſſime convenit omnipotenti voluntati Dei. Num. 5. *Plutarque expliquant les ſentimens de Platon, diſtingue trois ſortes de Providence: La premiere & la plus haute eſt celle de Dieu. La ſeconde, celle des Anges ſuperieurs. La troiſiéme, celle des Genies, qui veillent ſur la vie & ſur les actions des hommes.....* ON PEUT DONNER LE NOM DE DESTIN *à ces trois Providences: mais en ſorte que la premiere, qui eſt la volonté toute puiſſante de Dieu,* SOIT LA MAITRESSE DE TOUT AUTRE DESTIN. Quibus enimvero Deus non eſt, niſi Lex æterna quæ dicit, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet: hi certe fato fieri omnia debent confiteri.

Quoniam vero hæc hypotheſis, quæ verum Deum non habet, cogitur Angelos effectores corporum, extra elementa, ſtatuere: idcirco primum innumerabiles iſte in ipſo aëre Angelos ponit, eoſdemque antiquiores corporibus; nec ipſos tantummodo, ſed & ſubſtantiam illam intelligentem, ex qua rationales animas decerpi putat. Cap. XI. num. 8. *C'étoit la tradition la plus ancienne des Philoſophes, puiſée apparemment dans nos Ecritures; puiſque Pythagore le pere des Philoſophes Grecs en étoit perſuadé, au rapport de Diogene Laerce, qui lui fait dire;* „ TOTUM AEREM PLENUM ESSE ANIMIS, eosque dæmones & heroas exiſtimari; atque ab his, hominibus „ immitti ſomnia, & ſigna, atque morbos..... Item cap. XII. num. 4. *La ſeconde remarque eſt, que le raiſonnement des peuples & des Philoſophes ne s'éloignoit pas tout à fait de la verité; puiſque l'* ECRITURE & LA RAISON *ſont d'intelligence, pour nous faire croire,* QUE TOUT CE MONDE EST REMPLI DE SUBSTANCES INTELLECTUELLES *ou* ANGELIQUES, QUI EN SONT COMME L'AME: *mais une ame d'autant plus belle, plus ſage, & plus puiſſante, qu'elle eſt plus attachée à Dieu, &* PLUS DEGAGE'E DE LA MATIERE, *ſur qui elle domine d'autant plus puiſſamment, qu'elle eſt plus intimement elle meſme* ANIME' E& DOMINE'E PAR LA SAGESSE ETERNELLE, QUI GOUVERNE TOUT CE MONDE PAR LEUR MINISTERE. Et num. V. *Nous avons fait voir dans les chapitres précédens, que les Philoſophes admettoient volontiers cette multitude innombrable d'* ESPRITS ANGELIQUES RE'PANDUS PAR TOUT LE MONDE.

Et cap. XIII. num 2. *Ainſi ce que Platon appelle ici l'*AME (du monde) *ſemble eſtre toute* LA NATURE INTELLECTUELLE, *ſoit dans les Anges, ſoit dans les hommes, toujours ſuperieure* A TOUS LES CORPS; *& qu'on ne peut concevoir ſans un ſouverain moderateur,* QUI PRESIDE A CETTE INFINIE MULTITUDE D'ESPRITS, *les reünisſe & les contienne ſous l'empire des loix d'*UNE JUSTICE SUPREME & ETERNELLE. *Or cette nature ainſi conceüe ſelon Platon, pour regir tous les corps* SELON LES REGLES *d'une* SAGESSE & *d'une* BEAUTE' *vraiment divine, eſt* EN UN SENS TRES-VERITABLE L'AME DU MONDE CORPOREL, PLUS ANCIENNE QUE CE MONDE, & IMMORTELLE. *Car on ne peut ſe former une idée plus juſte de l'*AME QUI DOIT FORMER, REGIR, & EMBELLIR TOUT LE MONDE CORPOREL, *qu'*EN CONCEVANT UNE INTELLIGENCE, PLEINE DE LUMIERE & DE SAGESSE, QUI CONDUISE *ce* GRAND UNIVERS, SELON LES LOIX & *les regles* DE LA SAGESSE ETERNELLE & IMMUABLE, *qu'elle contemple en Dieu; afin de faire* DE CE MONDE MATERIEL UNE IMAGE PARFAITE DU MONDE INTELLIGIBLE & DIVIN. (Hoc eſt, ſecundum iſtos, ut ſit mundus iſte ita ut eſſe oportet. Nam eſſe ut oportet, eſt eſſe divine, eſt lex divina, eſt ipſe Deus.) *Cette* AME DOIT ESTRE IMMORTELLE, PUISQUE SA PROPRIETE' NATURELLE EST DE SE NOURRIR DES VERITEZ ETERNELLES DE DIEU, & D'EN TRACER UNE IMAGE SUR CE MONDE MATERIEL. *Enfin* ELLE EST PLUS ANCIENNE QUE LES CORPS; *puiſque la nature de l'intelligence, eſt celle qui étant la plus proche & la plus approchante de la nature divine, doit auſſi en eſtre émanée la premiere. C'eſt auſſi ce que* S. AUGUSTIN, *a remarqué, que Dieu commença par former la lumiere, avant que de tirer du cahos tous les autres corps. C'eſt enfin ce que dit l'Ecriture en pluſieurs endroits; où nous liſons que la ſageſſe a été formée avant toutes les creatures, & que Dieu l'a répanduë enſuite dans tout l'Univers. Car quoi que cela* SE DOIVE *premierement entendre, de la* SAGESSE ETERNELLE, QUI EST LE VERBE DIVIN; *il eſt néanmoins juſte de l'étendre auſſi à la nature Angelique, ou intelligente. Parce que comme Dieu orne, embellit, & gouverne tout ce monde par ſa ſageſſe éternelle; auſſi la* SAGESSE ETERNELLE *uſe d'elle pour cela du miniſtere de la ſageſſe Angelique.*

Et num. 3. *Je vois bien qu'on peut nous oppoſer l'exemple de l'*AME RAISONNABLE, QUI SEMBLE ESTRE PLUS JEUNE QUE SON CORPS. *Mais Platon fait une réponſe qui ſemble reſoudre cette difficulté d'une maniere très-ſpirituelle. Car il dit que la nature la plus excellente & la plus divine,* EST TOUJOURS LA PLUS ANCIENNE: *que le conducteur eſt avant celui qu'il conduit; & un Prince avant ſon ſujet: D'où il s'enſuit que l'*AME EST AVANT LES CORPS.

Denique num. 4. *Il y a bien plus de neceſſité pour la beauté & la perfection du monde, qu'il y ait* DES VIES, & DES AMES, & *des intelligences, que des corps.* AINSI LES AMES ETANT PLUS NECESSAIRES, SONT AUSSI PLUS ANCIENNES. *Les mouvemens des Aſtres ſont toujours les meſmes & uniformes: &* LE VULGAIRE GROSSIER *en infere quelquefois que ce ne ſont que des corps ſans ame. Or il faut en conclure tout le contraire.*

Car

Car la NATURE DES CORPS *eſt d'elle meſme indifferente pour des mouvemens differens, & facile à changer de l'un à l'autre : au lieu qu'il n'y a point de conſtance, d'uniformité, &* d'IMMORTALITE' *meſme, qui approche de celle d'une ame, ou d'une intelligence, qui eſt fortement attachée à la contemplation, à l'amour & à l'imitation des* LOIX FERMES *& des* BEAUTEZ TOUJOURS LES MESMES DE LA VERITE' IMMUABLE. *Ce ſont les Intelligences immuablement attachées à la ſageſſe immuable de Dieu, qui donnent l'ordre, la beauté, & la ſtabilité aux corps & aux mouvemens toujours uniformes de toute la nature.* Intelligentias immutabiliter Sapientiæ, quæ Deus eſt, adhærentes, Angelos vocat, qui ſemper vident, & in adminiſtratione mundi, vel effectione operum mirabilium neceſſario ſequuntur; Quod oportet, & quod decet eſſe. Quæ lex, vel Sapientia, & Pulchritudo, ut volunt, Deus ipſe eſt.

Eodem num. 4. Immutabilitatem Angelorum animarumque beatarum, ipſam eſſe formaliter Dei immutabilitatem docet; hoc eſt, legis æternæ, quæ dicit, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet; cui legi ſic adhæreſcunt, ut ab ea nec diſtrahi poſſint nec divelli. *On ne peut rien imaginer, pour relever la dignité & l'excellence de l'*AME RAISONNABLE *& intelligente. Car comme* LA NATURE DE LA VERITE' *& de la* SAGESSE, *de la ſainteté & de la juſtice, eſt* TOUJOURS *la meſme &* IMMUABLE; *parce que c'eſt* LA NATURE *de l'*IMMUTABILITE' MESME; *auſſi une intelligence abſorbée dans la contemplation & dans l'amour de* LA VERITE' *& de la* JUSTICE IMMUABLE, *devient elle-meſme* IMMUABLE *en ſa maniere: de ſorte qu'il eſt impoſſible de trouver en toute la nature des choſes creées une conſtance ou une fermeté qui approche de la ſienne: puiſque la ſienne eſt la premiere effuſion de celle de Dieu,* OU PLUSTOST CELLE DE DIEU MESME, A LAQUELLE CETTE AME EST INSEPARABLEMENT ATTACHE'E. Unde concludit num. 5. *L'ordre & la beauté du monde corporel demandoit donc avant toutes choſes* CES AMES, *& ces intelligences, qui lui communicaſſent la ſtabilité & l'uniformité éternelle, qu'elles* EMPRUNTENT IMMEDIATEMENT DE DIEU. *Et par ce raiſonnement de Platon il eſt évident, que s'il a donné* UNE AME AU MONDE, *ç'a été une ame raiſonnable & intelligente. Car c'eſt dans l'intelligence abiſmée dans la contemplation de Dieu qu'eſt cette ſtabilité uniforme, qui ſe répand ſur les corps & ſur les mouvemens de ce monde materiel.* Dum Angeli mundi gubernatores ſemper ſequuntur τὸ δέον καὶ τὸ πρέπον, *quod oportet & quod decet*, ſtabili & conſtanti ratione mundi partes omnes adminiſtrantur.

Quod ſi Deus etiam non eſt niſi Lux & lex illa, quæ dicit nobis intus, Hoc ita eſſe debet, illud non ita; Hoc decet, illud non decet; quæ & Veritas appellatur, ſecundum quam mens quælibet ratiocinatur; ratio autem vita eſt cujuslibet rationalis eſſe Deum ipſum formaliter; ejusdemque animi immortalitatem aliud nihil eſſe, quam cum ea Luce Veritatis, hoc eſt, cum Deo conjunctionem ejusmodi, quæ diſſolvi non poſſit. Eo ſpectat iſte iterum cap. XIV. cui titulum facit, *Autres preuves de l'*IMMORTALITE' DE L'AME *ſelon Platon, Socrate, & Ariſtote.* Nam num. 1. ſic ait: *Platon fait paſſer Socrate à des raiſons un peu plus ſerieuſes; quand il lui fait conſiderer les* IDE'ES ETERNELLES DE LA JUSTICE, DE LA VERITE', DE LA BONTE', & CES REGLES IMMUABLES DE TOUS LES JUSTES RAISONNEMENS; *d'où il s'enſuit, que* L'AME RAISONNABLE DOIT ESTRE D'UNE NATURE EXCELLENTE & DIVINE, PUISQU'IL LUI EST NATUREL DE VOIR & D'ECOUTER, *de* CONTEMPLER *& de* GOUSTER DES LUMIERES & DES VERITEZ ETERNELLES, QUI SONT DIEU MESME. Plato, *in Phædone*, p. 384.

Capite XV. mire æſtuat ille, ubi de anima belluarum ſermonem habet. Nam cum pudeat ipſum adeo cum Carteſio delirare, ut aſſerat brutas animantes meras eſſe machinas; malitque ex Philoſophia vulgari cujus auctor ipſe Deus eſt, *Gen.* I, 30. agnoſcere brutas animantes ex prævia cognitione agere; cum pro Deo ipſi ſit illa Lex ſive Lux quæ ſecreto dicit ſubſtantiæ cogitanti, Hoc ita debet eſſe; ſecundum quam legem pariter belluæ interdum agunt, non poteſt expedire, quomodo non & ipſæ ſint immortales: ſiquidem ingenitam eis, ut homini & Angelo, neceſſe eſt hanc lucem eſſe; cum ſi ex diſciplina accepiſſe eam dicantur, ruet demonſtratio exiſtentiæ Dei, quam affert impia hypotheſis; petita ab exiſtentia Veritatis infinitæ ingenitæ animæ rationali. Num. 3. *Entre les quatre élemens, & entre les corps meſmes en general, il n'y en a point dont on puiſſe former un mouvement perpetuel &* VITAL, TEL QU'EST L'AME: *mais encore moins dont on puiſſe former* DES PENSE'ES, DE LA PRE'VOYANCE, *de la docilité, de l'éloquence, de la ſubtilité à inventer, de la memoire, de la haine ou de l'amour, du deſir ou de la crainte, de la joie ou de la triſteſſe: Ce ſont là les caracteres de l'ame, dont on ne ſçauroit trouver la moindre trace, ſoit dans les quatre élemens, ſoit dans la Nature corporelle, quelque étenduë qu'elle puiſſe avoir : toutes les qualitez & toutes les proprietez des corps en eſtant infiniment éloignées.* Num. 4. *Il eſt vrai que* CES MESMES FACULTEZ *conviennent auſſi* AUX AMES DES BESTES; DE L'IMMORTALITE' DESQUELLES NOUS NE DEVONS PAS NOUS INQUIETER..... *Il y a bien plus de ſujet de dire, que s'il y a des preuves ſi fortes, pour empeſcher* LA DISSOLUTION DES AMES DES BESTES, DANS LESQUELLES NOUS DE'COUVRONS AUSSI DE LA MEMOIRE, DE LA PRE'VOYANCE, & TOUTES SORTES DE PASSIONS; *il faut croire qu'il y en a de bien plus invincibles pour l'ame raiſonnable.* Num. 5. *Laiſſons* LES AMES DES BESTES, DONT IL N'A PAS PLU A DIEU DE NOUS DONNER *beaucoup* DE CONNOISSANCE, *& dont nous avons déja dit ce qui nous ſembloit le plus probable & le plus conforme à l'Ecriture*; (nempe libro II. cap. XII. num. 6. his verbis: *L'eau & la terre, il en faut dire autant de l'air qui les environne, contiennent une infinité de* VIES *&* D'AMES, *dont tous les animaux privez de raiſon ſont animez, & où elles retournent aprés leur mort. . . . . Les ames des poiſſons, des oiſeaux, & des animaux terreſtres étoient donc dans les Elemens, puiſqu'elles en ſortirent: & elles ne pouvoient y eſtre, ſans que Dieu les y euſt creées en creant les elemens dans le* CAHOS.) *Ce que nous ſoumettons néanmoins au jugement & à la cenſure de tous ceux qui ont ou de la doctrine, ou le rang d'autorité pour décider dans l'Egliſe.* LAISSONS, *dis-je, cette matiere, où il ne ſeroit pas difficile de mettre d'accord ce que nous en avons dit, avec ce que Ciceron vient de dire: puiſque de faire rentrer* CES AMES DANS LE SEIN MESME DES ELEMENS, COMME DANS LES MESMES RESERVOIRS DE LA NATURE, OU ELLES AVOIENT ESTE' CREE'ES, *& dont elles étoient ſorties pour venir* ANIMER LEURS CORPS; *ce n'eſt nullement les diſſiper ou les perdre. C'eſt au contraire empeſcher qu'on ne les croie diſſipées ou reſoluës en atomes. C'eſt d'ailleurs lever la difficulté, que font ceux qui demandent, comment* LES AMES DES BESTES *ne ſont point* CREE'ES *à leur naiſſance, ou comment elles* NE SONT POINT ANEANTIES *à leur mort, s'il n'en eſt rien après leur mort, & s'il n'en preéxiſtoit rien avant leur naiſſance.* Num. 6. *Laiſſons, dis je encore une fois, ces queſtions* SUR L'AME DES ANIMAUX *privés de raiſon, pour*

pour revenir à l'ame raiſonnable ; & pour dire qu'il y a pour elle des raiſons toutes particulieres, qui ne peuvent avoir lieu dans les autres.....

Num. 13. Veritatem, de qua toties hactenus ſermonem habuit, ipſum certiſſime Deum eſſe aſſeverat. *J'ay dit que c'étoit un digne exercice de l'eſprit humain : parce que* LA NATURE DE LA VERITE' EST SI GRANDE, *ſi éminente, ſi charmante,* SI DIVINE, ET SI CERTAINEMENT DIEU MESME, *que c'eſt quelque choſe de grand, d'éminent, de charmant, de divin, & digne d'un Dieu en terre, non ſeulement de la poſſeder, mais de* L'ENTREVOIR, *de la connoiſtre à demi, de la rechercher avec une ſoif ardente, & un empreſſement extréme.*

Et libro III. cap. 1. num. 9. C'EST CE DIEU, CETTE JUSTICE, CETTE BEAUTE', *à laquelle nous devons nous rapporter nous meſmes, & tout ce qui émane de nous, en affections, en deſirs, en actions.* Et ejuſdem libri tertii cap. VIII. num. 15. *Macrobe avoit admirablement bien compris la doctrine de Platon, & celle de ſon imitateur ou de ſon interprete Ciceron, dans l'abbregé qu'il nous en a donné. Car il réduit tous les préceptes & toutes les loix de la Republique de Platon à deux points : dont le premier eſt, que la fin & le but de tout le gouvernement politique, eſt de rendre tous les citoiens amateurs de la veritable juſtice, ce qui fait* L'ESSENCE DE LA VERITABLE RELIGION. CAR CETTE JUSTICE VERITABLE C'EST DIEU MESME.

Libro II. prius laudato, cap XVIII. num. XI. humani corporis formationem, Dei eſſe opus eatenus ſtatuit, quatenus ſapientiæ fuit, cujus ex legibus ac regulis Angeli humanum corpus effecerint. *Il eſt vrai* QUE LES ANGES ONT AIDE' A LA FORMATION DES HOMMES, PUISQUE C'EST L'EXPLICATION QUE QUELQUES-UNS DONNENT AUX PAROLES DE LA GENESE, *où Dieu ſemble appeller des aides à la creation de l'homme :* „ Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Mais ce miniſtere des Anges n'empeſchoit pas que Dieu & ici & ailleurs* NE FUST LE CREATEUR IMMEDIAT DE TOUTES CHOSES. Confer Aug. libro IX. *de Gen. ad litt.* cap. XV. & XVI. & lib. VII. *de Civit. Dei*, cap. XXIV.

Capite eodem XVIII. num. 12. mundum hunc aït, ut abſoluta eſſet imago Verbi divini, diverſi generis animantibus fuiſſe a Deo refertum. *Dieu pour donner la derniere perfection au monde, &* POUR EN FAIME *une* IMAGE ACHEVE'E DE SON VERBE, *lui a donné toutes ſortes d'animaux.* . . . . Quod ſi Verbum divinum aliud nihil eſt quam Veritas, qua vera ſunt quæcumque ſunt vera, ut iſti loquuntur, & ut dicitur in epiſt. Læoni IX. attributa ad Michaëlem Cerularium, cap. VII. conſectarium profecto eſt abſolutam perfectamque eſſe Verbi divini imaginem, rerum creatarum univerſitatem.

Capite XIX. nihilo minus ineptum inſulſumque dicit eſſe, de immenſitate ſive de virtuali extenſione Dei diſputare, quam de immenſitate ſive extenſione Veritatis, Unitatis, Bonitatis, cujus thronum circumeunt Angeli. Num. 8. *Les mouvemens rapides & orbiculaires (des Cieux) ſont une repreſentation ſymbolique & une ſuite du mouvement éternel & de la rapidité de ces Intelligences bienheureuſes* A L'ENTOUR DU TROSNE DE LA SUPREME UNITE', DE LA BONTE', DE LA BEAUTE' DE DIEU, *ſe mouvant toujours en lui, ſans ſe ſeparer ou s'éloigner jamais de lui.* Et num. 10. DIEU EST LA VERITE', L'UNITE', *la* BONTE', *la* JOYE: EN CELA IL N'Y A POINT D'EXTENSION, *point* D'ETENDUE. *La Nature intellectuelle eſt dans un mouvement continuel de contemplation & d'amour, vers* L'UNITE', *la* VERITE', *&* *la* BONTE' *divine : elle tend à* Y ARRIVER, *& y étant arrivée elle tend à la penetrer toujours, & à s'y plonger davantage.*

Capite XX. quod Naturam appellamus, hoc ipſummet Deum eſſe : Veritatem nimirum & ſapientiam, quæ per res ſingulas ſeipſam mortalibus manifeſtat. Num. 5. *C'eſt la ſageſſe, la beauté, & la bonté de Dieu, qu'on* ENVISAGE DANS TOUTES LES NATURES PARTICULIERS, PLUSTOST QU'ELLES MESMES: *& on ne voit en elles que des* TRACES ANIME'ES DE LA DIVINITE'. *Ce* QU'ON APPELLE LA NATURE, EST DIEU MESME : PARCE QUE C'EST LA RAISON, LA VERITE', *& la ſageſſe éternelle, qui s'exprime elle meſme avec une éloquence incomparable, & fait de tout ce monde un livre vivant, & comme un Prédicateur qui s'explique par autant de bouches qu'il y a de creatures.* Et num. 7. *Ce Philoſophe* (Seneque) *leur apprend. . . . . que* C'EST DIEU MESME QUI EST LA NATURE, *c'eſt-à-dire, une ſageſſe, une bonté, & une liberalité incomprehenſible.*

Ibidem, num. 5. eatenus tantum propter hominem factam hanc eſſe rerum univerſitatem aït, quatenus ſolus homo, ex omnibus quæ Natura condidit, poteſt hic uti, & per illa agnoſcere Veritates intelligibiles. Neque enim qui verum Deum non habet, id poteſt profiteri quod fides Chriſtiana docet; Deum condidiſſe hunc mundum aſpectabilem propter hominem; non quia cum res omnes crearet, de homine etiam cogitabat; ſed quia hunc unum haberet in creandis rebus aliis omnibus propoſitum ſibi finem, nihil ut niſi in uſum, vel oblectationem, vel inſtitutionem, atque emendationem hominum faceret. At iſte aliter de eo argumento & callide : *Auſſi Seneque dit plus bas, qu'il ne faut pas ſe laiſſer perſuader, que nous en ſoions moins obligés à l'Auteur de la Nature,* PARCE QUE C'EST SA NATURE, *&* QUE QUAND L'HOMME NE SEROIT PAS, TOUT IROIT DE MESME. *Il y a autant de puerilité que d'ingratitude dans cette penſée. Parce que les Cieux, les Aſtres, & tous les autres membres de ce monde ſont conduits & ſoutenus par* DES VIES *&* DES INTELLIGENCES BIENFAISANTES A NOSTRE E'GARD. (At non hoc quæritur, utrum dæmones, ut vocant, ſive Angeli, erga homines benefici ſint; ſiquidem & ſpecies ipſas animantium tueri dicuntur; ſed utrum, qui hoc univerſum condidit Deus, illud propter hominem unice condiderit.) *Nous ſommes nous-meſmes une partie du monde, &* COMME LES PARTIES SONT POUR LE TOUT, LE TOUT EST AUSSI POUR LES PARTIES. (Non ergo magis univerſum propter hominem, quam eſt homo propter univerſum.) LA NATURE, *avant que de nous faire, a penſé à nous; & en faiſant tout ce qui ſert à nos beſoins, ou à nos divertiſſemens, elle le faiſoit pour nous. . .* L'HOMME SEUL CONNOIT DIEU *&* SES ANGES, *les Cieux & la terre :* LA NATURE *n'a rien de plus grand : au moins elle n'a perſonne à qui elle prenne plus de peine & plus de plaiſir à étaler ſes grandeurs.* . . . . . Num. 6. *Il eſt auſſi fort difficile de croire que cette beauté ſe rapporte au plaiſir ou à l'utilité des ſaints Anges. Car* N'AYANT POINT DE CORPS QU'ILS ANIMENT VERITABLEMENT; *n'ayant ni les yeux du corps, ni l'ouïe de l'ame ſenſitive,* COMMENT POURROIENT-ILS SE REFERER A EUX-MESMES *des beautez & des harmonies corporelles, ſoit dans les corps meſmes, ſoit dans les mouvemens de ces corps? Tout cela ne peut donc proprement eſtre rapporté qu'à l'homme, qui a des ſens exterieurs pour profiter des beautez ſenſibles, & pour s'élever au deſſus d'elles par ſa raiſon, qui y découvre les veritez intelligibles, qu'on veut d'enhaut lui inſinuer par elles.* EN CE SENS TRES-VERITABLE *&* TRES-IMPORTANT, *il eſt certain que tout le monde corporel a eſté fait pour l'homme, puiſqu'il étoit propre & neceſſaire à l'homme ſeul, pour lui ſervir de degré, afin de s'élever à Dieu.*

Libro

Libro denique tertio, in quo de moribus disputat, primum statuit nullum esse opus bonum posse, nisi ex amore Dei casto fiat. Severioris sive austerioris disciplinæ moralis Magistri semper videri student Athei. Quid ita? Quoniam pro Deo ipsis est ipsamet Justitia, ipsa Veritas quæ dictat officium; pulchritudo quæ mentes delectat rationales, τὸ πρέπον. Atqui amare Deum propter aliquid aliud, certe peccatum est. Hoc est enim diligere aliquid plus quam Deum. Amare igitur Justitiam, non propter ipsam, peccatum est: siquidem istud est secundum istos amare aliquid plusquam Deum. Quod non fit igitur ex solo Dei amore, peccatum est. Sic illi impietatis defensores, pii volunt existimari. Cap. I. num. I. *Le fondement & la maxime la plus importante de toute la Morale & de la* POLITIQUE DES HOMMES, *est que* DIEU EN DOIT ESTRE LE PREMIER PRINCIPE *& la derniere fin. C'est une verité que* LA NATURE MESME *nous enseigne, & dont la Philosophie ancienne est demeurée d'accord. Platon nous a déja dit, que nos esprits ayant parcouru toutes les autres beautez comme par degrez, parviennent enfin* A UNE SUPREME BEAUTE', *l'amour de laquelle a esté la fin de tous nos travaux précédens. Car* CETTE BEAUTE' PREMIERE, *est* ETERNELLE, UNIVERSELLE, PURE, TRES-SIMPLE, *d'elle-mesme, en elle-mesme, toujours la mesme: dont toutes les autres* BEAUTEZ *sont* PARTICIPANTES..... *Cette* BEAUTE' SUPREME EST AUSSI LA VERITE', LA SAGESSE, *&* l'HONNESTETE': *parce qu'en tout cela nous ne concevons qu'*UNE BEAUTE' INTELLIGIBLE *& divine,* (scilicet τὸ καλὸν νοητὸν) *pour laquelle toutes les natures intellectuelles* NE PEUVENT PAS S'EMPECHER *d'avoir du respect, de l'estime, de l'admiration, &* de L'AMOUR. . . .

Et num. 8. *Les vertus morales ont donc aussi leur lustre & leur prix: mais il n'y a que ces vertus puisées dans* LA CONTEMPLATION DE LA BEAUTE', DE LA VERITE', *&* DE LA JUSTICE SUPRE'ME, *qui soient parfaites & divines, &* DIGNES D'UN PHILOSOPHE PASSIONNE' POUR LA SAGESSE. DIEU EN EST LE COMMENCEMENT, DIEU EN EST LA FIN, PARCE QU'IL EST CETTE JUSTICE ETERNELLE, *&* CETTE LOI INCORRUPTIBLE DE VERITE', *dont les vraies vertus sont des ruisseaux, qui reprennent leurs cours vers la source d'où ils sont partis.* Et num. 9. C'EST CE DIEU, CETTE JUSTICE, CETTE BEAUTE', *à laquelle nous devons nous rapporter nous-mesmes, & tout ce qui émane de nous, en affections, en desseins, en actions.*

Et num. 8. cap. VII. *C'est le point plus important & le plus essentiel de la morale, que* CE QUE NOUS APPELLONS L'HONNESTETE', L'EQUITE', *la justice, la charité, la vertu,* DOIT ESTRE AIME', *cultivé, & suivi pour soi-mesme, &* PAR LE MOTIF DE SA PROPRE BEAUTE': *&* QU'A MOINS DE CELA IL N'Y A PLUS NI VERTU, *ni justice, ni charité, ni honnesteté. Or d'où vient cette persuasion; & d'où vient que presque tous les Philosophes en sont demeurez d'accord; & que tous ceux qui ont passé pour sages & pour vertueux ont esté dans ce mesme sentiment?* OU EST, *&* QUELLE EST CETTE BEAUTE', *qui l'emporte tellement sur toutes les autres, qu'elles lui sont necessairement toutes referées, & qu'elle ne se rapporte qu'à elle-mesme? Cela ne se peut expliquer qu'en reconnoissant que cette* BEAUTE' DE LA JUSTICE *&* DE LA VERTU, *de la charité, & de la sagesse, est celle* DE LA LOI ETERNELLE, *&* DU VERBE DIVIN, QUE NOUS VOIONS; *quoi que nous ne la voyions que de loin; & quoi que nous ne soions pas encore capables de la voir dans la splendeur de sa gloire.*

Eodem cap. I. num. 2. Quod homines bona etiam peritura sæpe diligant, id fieri ait EX INGENITA sibi propensione erga bonum seu pulchrum universale, æternum, infinitum, ac Deum proinde: quæ propensio omnibus animi motibus præcipue dominatur. *Ce qui nous apprend, que si* TOUTES LES NATURES RAISONNABLES *courent avec ardeur après la beauté; & si elles s'attachent souvent à des beautez particulieres, finies, temporelles, passageres, & changeantes; c'est* PARCE QU'ELLES ONT UNE CONNOISSANCE NATURELLE *d'*UNE BEAUTE' INFINIE *&* ETERNELLE, UN INSTINCT, *ou plutost comme une impetuosité vers elle.* CE QUI FAIT QU'ELLES TENDENT A ELLE EN TOUTES CHOSES, COMME A LEUR PRINCIPE *&* A LEUR FIN. Ad Deum in omnibus spectamus ac tendimus, quoniam τὸ καλὸν, inquit, quod delectat, quod pulchrum est, quodam naturæ instinctu quærimus ac diligimus.

Capite tertio, locum Dei negat esse ullum, præter animum viri sapientis, auctorem Senecam secutus; & sacras ipsas, ut credi volunt, etiam litteras. Num. 3. „ QUIS SIT SUMMI BONI LOCUS, „ *quæris?* ANIMUS. *Hic nisi purus & sanctus est, Deum non capit.* „ C'EST CE QUE DIT L'E- „ CRITURE, ANIMA JUSTI SEDES SA- „ PIENTIÆ. At ficta hæc scriptura est: Vera dicit, *Cælum sedes mea,* Isai. LXV. I. *Dominus in cælo sedes ejus,* Psal. X. ubi cælum, si Veritas ac Justitia pro Deo est, non nisi metaphorice potest accipi, nempe pro anima justi, aut virtute ejus, quemadmodum a Thomassino accipitur, tomo III. de poëtis Christiane ediscendis, pag. 558. *Lucain fait prononcer des oracles à Caton, qui confirment cette verité: Que nos ames sont immediatement dépendantes de Dieu &* ATTACHE'ES A LUI.... *instruites de ses veritez* PAR LUI MESME DANS LE PLUS PROFOND DE SON ESSENCE: *enfin qu'*ELLES SONT LE TROSNE DE DIEU, *qui reside* PLUS PARTICULIEREMENT DANS LES AMES IMMORTELLES, *& dans la Vertu, qui* EST L'AME DES AMES, *comme* DANS UN CIEL QUI LUI EST PROPRE.

> *Est ne Dei sedes, nisi terra, & pontus, & aër,*
> *Et Cælum, & Virtus?* Lucan. lib. VII. versu 577.

Capite quarto, minime mirum videri debere ait, si Philosophi veteres doctrinam de excolendis moribus Evangelio simillimam scriptis tradiderint: siquidem ex ejusdem Veritatis fonte, inquit, & lex naturalis & lex Evangelica prodeunt; & in Verbo ipso divino primam illi virtutum originem perspexerunt. Num. 7. *Ces raisonnemens sont également judicieux & solides: & on auroit peut-estre de la peine à croire, que la* PHILOSOPHIE *eust pu arriver à une* MORALE *si sublime & si semblable à celle de l'Evangile; si* NOUS N'AVIONS PRIS SOIN D'INCULQUER CETTE *verité,* QUE C'EST LA MESME SAGESSE E- TERNELLE, QUI A DICTE' LA LOI EVANGELIQUE, *& qui avoit écrit la loi naturelle dans le fond des ames raisonnables.* OR LE PREMIER PRINCIPE *de* LA LUMIERE DE LA RAISON *& de la loi naturelle, aussi bien que de celle de l'Evangile, est que* SUR TOUTES LES NATURES INTELLIGENTES *ou raisonnables* REGNE UNE LOI DE VERITE' *&* DE JUSTICE, *&* UNE SAGESSE TOUTE PUISSANTE, *de qui elles relevent, & à qui elles sont essentiellement soumises.* Et cap. VII. num. I. *Tout ce qui a esté dit à la fin du chapitre précedent, nous a déja fait appercevoir, que* LES ANCIENS PHILOSOPHES *avoient découvert la premiere origine des vertus* DANS LA SAGESSE ETERNELLE, OU DANS LE VERBE DIVIN, OU SUBSISTENT *éternellement* LES IDE'ES *&* LES *exem-*

exemplaires primitifs de toutes les natures creées, & de toutes les perfections creées, & par conſequent des vertus, ſelon le raiſonnement de Macrobe après les Platoniciens.

Eodem capite ſeptimo, animum hominis aït tam eſſe naturaliter pium, religioſum, Chriſtianum, quam eſt naturaliter rationalis: unde nemo homo eſt, cui non aliqua inſit Dei cognitio, ut Juſtitia eſt; multo vero magis Deum & Verbum Dei ipſum norunt, qui Rempublicam probe adminiſtrant: hos enim, & eos qui quidlibet eſſe potius perpetiendum apud ſe ſtatuunt, quam juſtitiam deſerendam, legem hujuſmodi in Verbo Dei conſtanter intueri. Num. 4. CES REGLES & CES MAXIMES, *qu'il faut tout faire & tout ſouffrir, plutoſt que de violer les loix de la religion, de la charité, & de la juſtice: ces regles, dis-je, & ces maximes* NE SUBSISTENT *nulle part ſur la terre: Et néanmoins* TOUS LES HOMMES *qui y font un peu de réflexion,* LES VOIENT, *les admirent, les eſtiment; & ou ils les ſuivent, ou ils réverent ceux qui les ſuivent: ils les* VOIENT, COMME ILS VOIENT LEURS PENSE'ES *& leurs ames, comme ils voient les penſées des autres hommes: enfin ils les* VOIENT *ſi nettement & ſi clairement, qu'ils ne doutent pas, que pour ne pas s'éloigner d'elles, il ne faille tout ſacrifier & tout perdre. Il faut donc croire qu'*ON VOIT CES VERITEZ *& ces regles, ces maximes &* CES BEAUTEZ INTELLIGIBLES, DANS LA LOI ETERNELLE, *que* NOUS CONNOISSONS TOUS *en partie* DANS LA VERITE' IMMUABLE & DANS LE VERBE DIVIN.

Et num. 17. *C'eſt Dieu meſme qui renferme toutes les loix dans* LA LOI SUPREME, QUI EST SA PROPRE ESSENCE. *Ainſi* DIEU, *les Anges, & les hommes,* C'EST A DIRE, LA LOI & LA SAGESSE ETERNELLE, *avec toutes les natures intelligentes & raiſonnables, ſont une ſocieté, un état, & un empire divin..... Ainſi* L'HOMME EST UN ANIMAL NATURELLEMENT RELIGIEUX, LIE' DE COMMERCE & DE SOCIETE' AVEC DIEU, COMME AVEC LA LOI ETERNELLE DE JUSTICE: *& cela eſt* AUSSI EVIDENT & AUSSI NECESSAIRE, QU'IL EST EVIDENT & NECESSAIRE QUE LA RAISON AGISSE RAISONNABLEMENT *ſelon la loi de la verité & de la juſtice..... De là vient que ni de tous les animaux il n'y en a aucun qui connoiſſe Dieu excepté l'homme: ni de tous les hommes* IL N'Y EN A AUCUN QUI N'AIT QUELQUE CONNOISSANCE DE DIEU.

Et cap. VIII. num. II. *C'eſt ce qu'il dit* (Platon) *encore un peu plus bas, concluant de là que le fondement de toute police loüable eſt la Religion, la connoiſſance & l'amour de Dieu; parce que* LA NATURE RAISONNABLE A UNE CONNEXION ESSENTIELLE AVEC LA RAISON OU AVEC LA LOI INCORRUPTIBLE & ETERNELLE, QUI N'EST AUTRE QUE LE VERBE DIVIN. *Ainſi il faut que ceux qui gouvernent les Etats, ſoient Philoſophes, ſages, contemplateurs & amateurs de la ſageſſe & de la* LOI *éternelle, & qu'ils ſe regardent ſimplement comme des peintres, qui font ſur la terre une copie d'un original celeſte.*

En quam multa ex uno volumine deſcribimus, & quanto plura tamen præterimus? Quæ quidem Doctores Theologos etiam cum elogio approbaſſe, quis demum Catholicus non obſtupeſcat? cum eo in primis & ſpectent & collineent univerſa, ut veri Numinis ideam ex animis legentium deleant.

Ex opere cui titulum fecit
Idem THOMASSINUS,

La Méthode d'étudier & d'enſeigner Chrétiennement & ſolidement les Poëtes. *A Paris*, 1681. & 1682.

Veniamus ad opus ejuſdem alterum, tomos tres omnino complexum, de modo ſtudendi poëtis, eoſdemque Chriſtiane & cum fructu docendi, approbante Pariſienſi Doctore Theologo, D. Pirot.

In præfatione, præter alia prave dicta, num. XXIX. legem naturalem & æternam aït Deum ipſum eſſe. *Il faut conſiderer cette loi naturelle, comme* LA LOI ETERNELLE, QUI EST DIEU MESME, *qui nous parle par la bouche des hommes, lorſque quelque méchans qu'ils ſoient, ils nous donnent des préceptes de vertu.*

At tomo I. libro I. cap. XI. (nam plurima nunc omittimus, ut ea præſertim exhibeamus, quæ ad Dei exſiſtentiam eſſentiamque pertinent, qualem iſte vult eſſe credi:) legem æternam & immutabilem juſtitiæ & æquitatis, cui omnes homines obtemperandum eſſe neceſſario intelligunt, eſſe ipſum Deum docet. *Enfin il faut obſerver que les vainqueurs & les vaincus, les heureux & les malheureux, Paris, Helene, les Grecs & les Troïens, prétendent tous avoir le droit &* LA JUSTICE *dans leur parti, quoi que leurs réſolutions & leur démarches ſoient entierement oppoſées.* TANT IL EST VRAI, QU'IL Y A UNE LOI ETERNELLE & IMMUABLE DE JUSTICE & D'EQUITE', A LAQUELLE TOUS LES HOMMES SONT INDIFFEREMMENT ASSERVIS: ET CETTE LOI D'EQUITE' N'EST AUTRE QUE DIEU, *de l'aveu meſme des Poëtes, que nous citerons ailleurs.* Et cap. XVI. num. 3. pag. 211. *Ces trois Legiſlateurs avoient deſſein de faire comprendre, que toutes les loix humaines, qui ſont juſtes & raiſonnables, ſont comme* DES ECOULEMENS & DES RUISSEAUX EMANEZ *de la loi divine & immuable, qui eſt* LA SOUVERAINE RAISON, *la ſageſſe, la* VERITE', & LA JUSTICE ETERNELLE. Et tomo II. libro II. cap. I. num. I. pag. 152. *Noſtre nature après le peché étant demeurée &* RAISONNABLE *d'un coſté, & de l'autre* ESCLAVE DES SENS: *elle* N'A PU *ſe dépoüiller de* LA CREANCE *d'un* PREMIER PRINCIPE, *& d'une* SUPREME LOI DE VERITE' & DE JUSTICE, PARCE QU'ELLE EST DEMEURE'E RAISONNABLE: *ni ſe dégager ſi bien de* LA SERVITUDE DES SENS, *qu'elle s'attachaſt à ce ſouverain Maiſtre de l'Univers, ſans mélange d'aucune image corporelle.* Quaſi vero quod pendet animus a phantasmatis quæ per ſenſus accipit; id adſcribendum Adami peccato ſit. Sed, quod, caput eſt, nemo homo, inquit, non ratiocinando ponit eſſe aliquam legem veritatis & æquitatis: Atqui hæc Deus eſt: ergo nemo homo non credit Deum eſſe.

Libro II. cap. IX. num. 12. pag. 428. artifices aït, ut in priore opere dixit, opus ſuum efficere ex legibus incorruptis aptæ partium compoſitionis, & condecentiæ, æqualitatis, pulchritudinis, convenientiæ, & proportionis; ex quibus ipſi quidem judicant, de quibus tamen ipſi non judicant, quoniam ſunt & ſupra ipſos poſitæ, & mundo ipſo vetuſtiores. *C'eſt une intelligence vraiment digne d'admiration, & une ſageſſe émanée ſans doute de la ſageſſe éternelle, de ſçavoir arranger, polir, figurer, & embellir une matiere corruptible,* SUR DES LUMIERES & DES LOIX INCORRUPTIBLES DE JUSTESSE, D'EGALITE', DE BEAUTE' DE CONVENANCE, & DE PROPORTION, DONT TOUS LES HABILES ARTISANS CONVIENNENT, QU'ILS SUIVENT, SELON LESQUELLES ILS JUGENT DES OUVRAGES, MAIS DESQUELLES ILS N'ENTREPRENNENT PAS DE JUGER, PARCE QU'ELLES SONT AU DESSUS D'EUX, PLUS ANCIENNES QU'EUX, & PLUS ANCIENNES QUE LE MONDE. Cum ſit τὸ καλὸν νοητὸν, idea pulchri, ſive lex pulchritudinis, quæ Deus & Verbum eſt, ut iſte vult, immutabilis, ac proinde æterna; idcirco antiquior mundo Deus & Ver-

Verbum ab eo dicitur, quoniam totam pulchri ideam in se ad amussim mundus exhibet; pulcherrimus enim est, tametsi mutabilis. Est enim mutabili prius quod immutabile est.

Tomo II. libro II. cap. 2. num. 10. pag. 176. Aspectabilem hanc rerum universitatem ait a permeante divinitate veluti animari: partes quaslibet idcirco sanctitate quadam præditas, velut opera ac templa divinitatis habendas in summo honore esse: (Certe si Deus non est nisi pulchritudo, τὸ καλὸν, templum Dei etiam sol erit; cum sit pulcherrimus.) Addit repletam eamdem universitatem esse animis, geniis, spiritibus, Angelis, qui sic uni pareant internæ & æternæ legi, concordesque sint inter se in administratione universi, ut unum omnes efficere spiritum videri possint, qui ANIMA MUNDI sit: parum propterea interesse, an Angeli vox in sacris litteris, an Dei, dicatur; cum per Angelos agat omnia & loquatur ipsa divinitas: neque sit omnino aliquid quod vires Angelicas superet. *Il est aisé à ceux qui lisent, ou qui expliquent les Poëtes, de s'étendre sur les beautez qui restent dans cette doctrine: qui mettent éternellement devant les yeux les veritez suivantes: Que tout ce monde est* PENETRE' *de* DIEU: QU'IL EN EST COMME L'AME: *Que* SA PRESENCE *& son impression donne à toutes choses, non seulement l'estre & l'action, mais une dignité &* UNE ESPECE *de* SAINTETE', *qui doit nous les faire reverer, non comme des Dieux, mais comme les ouvrages &* LES TEMPLES DU VRAI DIEU: *Que tous ces ouvrages de Dieu sont* SI BEAUX *& si achevez, qu'*ON A PU LES PRENDRE *pour des* DIEUX: *que tout est conduit dans ce monde avec tant d'ordre & tant de sagesse, que quelques-uns ont cru* TOUTES CHOSES ANIME'ES *d'*UN ESPRIT ETERNEL DE SAGESSE: *Que tout* CE MONDE EST REMPLI D'UNE INFINITE' D'AMES, *de* GENIES, *d'*ESPRITS, *d'*ANGES: *Que tout se meut & tout se fait par leur ministere: Que ce n'est point par* UNE NECESSITE' VIOLENTE, *ou par un enchaisnement de causes privées de sentiment, ou par un arrangement de machine, que toutes choses se font dans le monde; mais* PAR UNE VIE, UNE INTELLIGENCE UNE SAGESSE, *qui est par tout & qui fait tout: &* PAR UNE INNOMBRABLE MULTITUDE *d'*INTELLIGENCES, *qui sous les ordres de cette sagesse éternelle meuvent, reglent, & conduisent toutes choses: Que toutes ces intelligences par leur parfaite concorde, & par leur entiere subordination à la supréme intelligence,* NE FONT EN QUELQUE MANIERE QU'UNE INTELLIGENCE & COMME UNE AME, QUI AGITE *& qui regle toutes les parties de ce grand monde: Que dans les Ecritures mesmes les paroles & les personnes des Anges sont quelquefois si peu distinguées de celles de la* SUPREME DIVINITE', *qu'il est difficile de les bien démesler; & qu'il est mesme* SOUVENT PEU NECESSAIRE *de les distinguer; parce que c'est toujours Dieu qui parle & qui agit par ses Anges.* Et tomo III. libro I. cap. v. pag. 69. num. 14. Euripide laudato in eam rem, subjicit: *On ne peut rien dire, ni de plus précis, ni de plus clair, pour faire comprendre, que* LA PUISSANCE DE DIEU *&* DE SES ANGES, N'A POINT DE BORNES, *& dispose de toutes choses sans y jamais trouver d'obstacle, qui puisse en empescher l'effet.* Atqui nova hæc & ab atheis conficta religio est; qui quod sacræ certe litteræ non dicunt, Angelis omnia plena esse fingunt, ut habeant nimirum causam omnium rerum viventem aliquam ac subsistentem, qui Angelos omnipotenti virtute agendi pæne Deo ipsi æquant: qui ex omnibus aiunt ob incredibilem inter se consensum fieri velut ANIMAM MUNDI UNAM, per quam hæc regatur universitas: qui denique ut & ipse Deus hunc mundum regere quoquo modo dicatur, hunc aiunt ab Angelis gubernari ex insita animo lege veritatis & pulchritudinis, quæ DEUS est. Nihil horum certe habent sacræ litteræ. Sed est istud profecto pro uno vero Numine quod nusquam agnoscunt, infinitam deorum multitudinem inducere, quibus & æternitatem & omnipotentiam coguntur asserere.

Eodem tomo II. libro II. cap. xx. num. 9. pag. 410. cum templa dicari Justitiæ, Virtuti, Pietati, prisci voluere; non illas intellexere, inquit, virtutes imperfectas, quæ in hominibus insunt, quæ regulæ seu normæ instar esse non possunt ceteris hominibus; sed eam Justitiam ac Veritatem, quæ omnibus animis dominatur, qualis in seipsa subsistit & consideratur. *Or il y a beaucoup de vraisemblance, que quand Ciceron vouloit qu'on consacrast des temples à la Sagesse, à la Vertu, & à la Pieté, il n'entendoit rien moins que ces vertus, telles qu'elles sont dans les hommes, où elles ne sont que fort imparfaites, sans fermeté &* SANS INFLUENCE SUR LES AUTRES HOMMES. *Mais il se proposoit & vouloit qu'on proposast au culte public des vertus parfaites, inebranlables, efficaces, enfin accompagnées d'une puissance & d'une fecondité divine, pour sanctifier tous les hommes:* TELLES QUE SONT LES VERTUS VRAIMENT EXEMPLAIRES QUI SONT EN DIEU, & QUI SONT DIEU MESME. Num. 10. *C'est ce que de l'aveu de Lactance mesme les Philosophes, & les Poëtes, qui étoient plus anciens que les Philosophes, ont connu que la Vertu & la Justice qu'on honoroit, n'étoit pas celle qui fait la plus belle qualité des hommes: mais* CELLE QUI DOMINE SUR TOUS LES JUSTES: *qui les rend justes* PAR SES INFLUENCES; *qui est la source primitive de la Justice, dont ils ne sont que des ruisseaux; & qui abandonna la terre & se retira dans le Ciel, quand l'impieté eust couvert toute la face de l'Univers. Cette Justice* QUI QUITTA LA TERRE, *& se retira au Ciel, n'étoit pas cette* QUALITE' *louable des Justes, qui embellit leur ame.* C'ETOIT DONC LA JUSTICE SUBSISTENTE EN ELLE MESME. Quo sensu dicant isti viventem subsistentemque in seipsa Justitiam, superius vidimus, pag. 4. 8. 27. &c.

At tomo III. multo plures congerit iste plenas ἀθεότητος ratiocinationes. Nam statim libro I. cap. 1. num. 1. veram divinitatem dicit esse rationem, legem, sapientiam, veritatem, justitiam æternam & immutabilem, quæ animis omnibus ratione utentibus conspiciendam se præbet, quam nemo potest ignorare, quam omnes coguntur in omni vitæ suæ ratione sequi. Hanc ita fuisse cognitam veteribus poëtis, testibus Chrysippo, Cicerone, & Platone. Hanc vero legem, Deum ipsum esse, quem nemo ratione utens possit nescire, Lactantio ita narrante Ciceronem & Platonem vere prodidisse. *L'article de* LA CREANCE D'UN SEUL DIEU SUPRE'ME, *moderateur de cet Univers, est sans doute le point le plus essentiel, & comme le fondement de toute nostre Religion.* Num. 3. *Nous ne pouvons pas dans la vie presente nous former une idée plus grande ou plus noble de la* VERITABLE DIVINITE', *que de concevoir, qu'*ELLE EST LA RAISON, LA LOI, LA SAGESSE, LA VERITE', LA JUSTICE ETERNELLE & IMMUABLE, A LAQUELLE TOUTES LES NATURES RAISONNABLES *& intelligentes sont essentiellement sujettes; &* A LAQUELLE ELLES DOIVENT SE CONFORMER *& se soumettre dans l'autorité & la superiorité qu'elles ont sur la nature corporelle. Cependant c'est cette mesme idée de la divinité, que Chrysippe découvroit dans les Poëtes Grecs les plus anciens. . . . . Mais Ciceron s'explique nettement & plus décisivement dans un autre endroit, où marchant sur les brillans vestiges de Platon, il déclare, que* LA LOI ETERNELLE & LA RAISON SUPRE'-

Et num. 4. pag. 349. *Marcellus avoit voüé un temple à l'Honneur & à la Vertu, dans la Guerre qu'il fit aux Gaulois.* Honori & Virtuti. *Les Pontifes ne voulurent pas enfermer deux divinitez dans une ſeule chapelle. Il fallut donc en baſtir deux. Il faut encore dans cet exemple démeſler ce que l'inſtinct & la lumiere naturelle faiſoit confuſément connoiſtre à Marcellus, & ce que la ſuperſtition y verſoit de tenebres. Il y avoit de l'erreur à ſéparer* LES PERFECTIONS DIVINES, *& en faire comme autant de divinitez differentes, auſquelles on dédiaſt des autels. Mais* LA NATURE *enſeignoit à Marcellus, que* LA VERTU, *& la juſtice qui rend honneur à la Vertu,* E'TOIT QUELQUE CHOSE DE DIVIN, E'LEVE' AU DESSUS DE TOUS LES HOMMES, COMME UNE BEAUTE' & UNE LOI DE VERTU & DE JUSTICE TOUJOURS LA MESME, IMMUABLE & ETER-

TERNELLE, CETTE BEAUTE' E'CLATANT, & CETTE LOI SUBSISTANT DANS TOUTE LA TERRE & DANS TOUS LES SIECLES, *ſoit que les hommes s'y attachent, ou qu'ils s'en éloignent. Toutes ces veritez étoient dans le cœur de Marcellus: & ſi on l'euſt interrogé diſtinctement & de ſuite ſur tous ces points, il euſt répondu comme en étant convaincu par la lumiere naturelle; Voila le principe de ces vœux, de ces temples & de ces ſacrifices.* Verum Numen, inquit, Marcellus agnovit; legem illam ſcilicet ac lucem internam æternamque, quæ cogit omnes ubique animos omne virtutis genus magni facere & amplecti. Error hic unus Marcelli fuit; quod pro lege illa virtutes coleret ex ea lege manantes. Quamquam ſi de ea lege quid ſentiret interrogaretur, ſtatim Naturæ admonitu colendam eam eſſe ante omnia prædicaret, & ex polytheïta fieret Chriſtianus.

De Chriſto ſervatore Deo & homine pauca dixit iſte in hoc opere: ſed qualem ipſum agnoſcat Deum, hæc quamvis pauca manifeſte produnt. Nempe cum ille Virtutem pro divinitate habeat, Chriſtum idcirco Deum haud ægre a gentibus agnitum fuiſſe dicit, quod erant aſſuetæ divinitatem, hoc eſt, virtutem veſtitam intueri humana carne, vita, anima, rebusque geſtis ſapientum virorum. Quod eſt ſatis aperte profiteri, eatenus in Chriſto divinitatem eſſe, ſeu Chriſtum Deum eſſe, quod ſit ſapientia longe majore, quam ceteri mortalium, indutus ac præditus. Cap. IV. num. 9. pag. 366. *Et pour ce qui concerne la religion & les myſteres de Jeſus-Chriſt; les hommes ſe trouvoient* TOUT ACCOUTUMEZ A CROIRE & A INVOQUER LA DIVINITE', REVESTUE DE LA NATURE, DE L'AME, DE LA CHAIR, DE LA VIE, & DE TOUTES LES ACTIONS VERTUEUSES *d'un* HOMME. AINSI ILS NE POUVOIENT AVOIR *d'*ELOIGNEMENT JUSTE DE CROIRE UN HOMME DIEU. *La difficulté venoit de ſa Croix ou de ſa Morale, qui tend à crucifier les paſſions déreglées de l'homme. Mais la nature & l'inſtinct de la raiſon venoient encore au ſecours. Car les plus ſublimes vertus, qui tendent à détruire les vices de la maniere la plus parfaite, ſont certainement d'intelligence avec la lumiere naturelle de la raiſon qui les autoriſe, & nous force de les admirer & de les loüer toutes.* Quis vero Catholicus, aut quis etiam infidelis ignorat, quamlibet inſtructus virtute homo concipiatur animo, immenſum quantum nihilominus intereſſe, ut idem homo Deus eſſe intelligatur, qualem eſſe Chriſtum Catholici profitentur?

Sed erit profecto apud legentes juſta excuſatio & venia, quod plura ex ſcriptore iſto deſcribere ſuperſedemus; cum nulla multitudo ſimilium locorum factura ſatis cuiquam ſit, cui iſta non ſufficiant, ad ἀθεότητα comprobandam. Neque enim hic atheum appellamus, ut vulgus imperitum ſolet, qui quoniam verum Deum negat ullum eſſe, omni ſe flagitiorum genere propterea commaculat: ſed eos hoc nomine tantum comprehendimus, qui verum Numen nullum agnoſcunt, & iidem nihilominus componere ſe vitam moreſque profitentur ad normam virtutis legisque naturalis, quam pro Deo habent.

IV. FRANCISCUS NICOLAUS MALEBRANCHIUS,

E Congregatione Oratorii, Pariſiis.

QUarto loco prodit ex eodem ſodalitio ſcriptor in Gallia famoſus, Ambroſii Victoris, ut ſæpe ipſe gloriatur, diſcipulus, P. Franciſcus Nicolaus Malebranchius. Is certe impiam hypotheſim apertiſſime omnium atque audaciſſime protulit in publicam lucem, ac defendit, & Gallici ſermonis elegantia perpoliyit. Huic pro Deo eſt Ens ſeu Verum præciſe, Ens ſeu Verum ſine ullo fine ac limite, a quo & per quod eſt vere quidquid eſt in rerum natura. Et quod eſt in illo Ente Bonum indeterminatum; τὸ ἀγαθὸν, τὸ πρέπον, τὸ θέον, Rectitudo entium, Ordo rerum, Ordo ſapientiæ immutabilis, ſapientia qua quidque formaliter eſt ut eſſe illud oportet, quas etiam leges ſapientiæ immutabiles & ſimpliciſſimas vocat; quales ſunt leges motus & mechanicarum artium: Lex æterna, Neceſſitas, ſic & non aliter exſiſtendi, eademque Veritas, quoniam eſt forma univerſalis omnis veri rectique in omnibus quæ ſunt vel eſſe poſſunt; ac propterea Ratio hominum quoque & Angelorum quotquot ſunt mentibus inſita, cogit eas de re quacumque recte pronunciare, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet: Unde & Lux animorum vocatur & eſt; ſecundum quam de rebus Phyſicis, Geometricis, Ethiciſque, & aliis, judicamus. Denique ob eam & ipſam cauſam Verbum Dei etiam jure nuncupatur, & Ratio univerſalis, & Magiſter noſter. Quamobrem in Verbo Dei Deoque videre ſe omnia gloriatur: tametſi novit ea occaſione hunc verſiculum in ſe fuiſſe jactitatum, & a plebe ipſa decantatum;

Lui qui voit tout en Dieu, n'y voit pas qu'il eſt fou.

Hujus ἀθεότητος documenta corradere & congerere hoc loco ex libris ab eo ſcriptis, tametſi ſunt numero multi, deliberatum eſt; neque omnia certe, nam eſſet iſtud infinitum, ſed inſigniora dumtaxat. Id quod moleſtum eſſe nemini debet, ſi conſiderarit, graviſſimam impietatis accuſationem eſſe: quæ ne temere proinde jacta videatur, multis eget ſtabiliri argumentis. Ordiamur ab eo volumine, quod cetera ejuſdem ſcriptoris opera & tempore fere antecedit, & mole certe ac diligentia vincit; & quo ſe plurimum ille jactat hodieque poſt annos triginta quam primo lucem aſpexit: adeo ut in ceteris fere omnibus cum titulo jungat iſtius primi operis ac ſui commendationem: *Par l'Auteur de la Recherche de la Verité:* Auctore eodem, inquit, ac libri qui inſcribitur *Diſquiſitio Veritatis.*

§. I.

Ex libro inſcripto, *Recherche de la Verité*, edito Pariſiis, anno 1678. in 4°.

PAg. 5. Voluntatem definit, naturalem motum; quo ferimur in bonum indeterminatum & in ge-

nere: hoc vero indeterminatum ac generale bonum, ipſum aït Deum eſſe. *Par ce mot de volonté, je prétens ici déſigner l'impreſſion ou le mouvement* NATUREL, *qui nous porte vers* LE BIEN INDETERMINE' & EN GENERAL. *Et par celui de liberté, je n'entends autre choſe que* LA FORCE QU'A L'ESPRIT *de détourner cette impreſſion vers les objets qui nous plaiſent; & faire ainſi que nos inclinations naturelles ſoient terminées à quelque objet particulier; leſquelles étoient auparavant vagues & indeterminées vers* LE BIEN EN GENERAL OU UNIVERSEL; C'EST A DIRE, VERS DIEU QUI EST SEUL LE BIEN EN GENERAL; *parce qu'il eſt le ſeul, qui renferme en ſoi tous les biens.* Atqui Chriſtianorum Deus non eſt bonum in genere ſive indeterminatum; nec voluntas creata aut cum illud proſequitur, diligit Deum: aut cum verum Deum diligit, indeterminata & vaga eſt; ſed Deo tamquam objecto determinato ac ſpeciali adjungit & applicat ſe; tametſi non eſt mens neſcia omne genus bonorum in Deo contineri. Bonum indeterminatum, atheorum dumtaxat Deus eſt; quem dum magnopere prædicant, atheïsmum callide & occulte ſerunt. Conſulit iſte caute hypotheſi ſuæ, cum brutas animantes omni cognitione exuit, omnique appetitu. Nam id facere quidem itáque ſtatuere cum Carteſio videtur, ut poſtea dicemus, ne Deum ſuum, Bonum ſcilicet indeterminatum, noſſe ac deſiderare belluæ quoque dicantur. Nec denique ſentit Catholice de Libertate, cum hac illam definitione circumſcribit; Vim qua mens pollet transferendi ſe ab amore Boni in genere ad amorem boni particularis.

Pag. 201. triumphanti ſimilis, negat illuſtriore, ſublimiore, aut ſolidiore argumento probari poſſe Dei exſiſtentiam, quam eo quod petitur ex idea infiniti. Quoniam nimirum quod mens cogitat, ut paſſim dicunt, certe eſt Ens: & eſt illud illimitatum & infinitum, quemadmodum & Bonum & Verum quod continetur in Ente: & facit ens verum ac bonum. Verum enim ac bonum univerſale complectitur in ſe quidquid eſt verum ac bonum aut eſſe poteſt. Ergo eſt infinitum. Ergo eſt etiam increatum. Creatum enim eſſe non poteſt, quod eſt illimitatum & infinitum. Ergo ens quod mens omnis creata neceſſario cogitat, cui ab ortu conjungitur, cujus idea eſt ei innata, a quo mens nulla poteſt ſejungi, Deus ipſe eſt. Nec poteſt pulchrior haberi de Dei exſiſtentia demonſtratio, quam eſt iſta, quæ petitur ex idea Entis illimitati & indeterminati, ac propterea infiniti & infinite perfecti. Et arridet, proh ſuperi! hæc ratiocinatio Chriſtianis! in qua pro Deo nihil niſi τὸ ὄν, hoc eſt, ens formale ſeu veritas formalis omnium entium obtruditur, qua mens ipſa cogitans formatur ut vere ſit & vere cogitet. Quis porro atheus non hunc ultro amplexetur Deum? Verba hæc ſunt Malebranchii: *Enfin* LA PREUVE DE L'EXISTENCE DE DIEU LA PLUS BELLE, LA PLUS RELEVE'E, LA PLUS SOLIDE, *&* LA PREMIERE, *ou celle qui ſuppoſe le moins de choſes,* C'EST L'IDE'E QUE NOUS AVONS DE L'INFINI. *Car il eſt conſtant que l'eſprit apperçoit l'infini, quoi qu'il ne le comprenne pas: & qu'*IL A UNE IDE'E TRES-DISTINCTE DE DIEU, QU'IL NE PEUT AVOIR QUE PAR L'UNION QU'IL A AVEC LUI: PUISQU'ON NE PEUT PAS CONCEVOIR QUE L'IDE'E D'UN ESTRE INFINIMENT PARFAIT, QUI EST CELLE QUE NOUS AVONS DE DIEU SOIT QUELQUE CHOSE DE CREE'. Stare hæc ratiocinatio non poteſt, niſi & τὸ πᾶν, hoc eſt, univerſum ponatur eſſe æternum, prius quidem in chao, deinde ſub ea forma qua nunc eſt; & ſubſtantia animæ cogitantis de Ente & vero infinito ſive terminato corporeæ ſubſtantiæ pariter coæterna.

Addit Malebranchius deinde ibidem, non modo ſemper obverſari animo ideam entis infiniti; verum etiam finiti entis nihil a nobis niſi in infinito percipi; niſi prius percipiatur ipſum ens infinitum; ex quo ente infinito deinde quiddam mens detrahit, ut in infinito finitum intelligat. Unde conſequitur, neque quidquam a nobis reipſa videri, aut omnino videri poſſe niſi in Ente infinito, qui Deus eſt; neque quidquam diligi, niſi amore Dei, quem indefinenter diligimus, hoc eſt, boni infiniti ſeu indeterminati. *Mais non ſeulement l'eſprit* A L'IDE'E DE L'INFINI, *il l'a meſme avant celle du fini. Car* NOUS CONCEVONS L'ESTRE INFINI, DE CELA SEUL QUE NOUS CONCEVONS L'ESTRE, SANS PENSER S'IL EST FINI OU INFINI. *Mais afin que nous concevions un eſtre fini, il faut neceſſairement retrancher quelque choſe de* CETTE NOTION GENERALE DE L'ESTRE, *laquelle par conſequent* DOIT PRECEDER. *De ſorte que l'on peut dire, que* SI NOUS NE VOYIONS DIEU *en quelque maniere,* NOUS NE VERRIONS AUCUNE CHOSE: DE MESME QUE SI NOUS N'AIMIONS DIEU, *je veux dire,* SI DIEU N'IMPRIMOIT SANS CESSE EN NOUS L'AMOUR DU BIEN EN GENERAL, NOUS N'AIMERIONS AUCUNE CHOSE. *Car cet amour étant noſtre volonté, nous ne pouvons rien aimer, ni rien vouloir ſans lui: puiſque nous ne pouvons aimer des biens particuliers, qu'en déterminant vers ces biens le mouvement d'amour que Dieu nous donne pour lui. Ainſi* COMME NOUS N'AIMONS AUCUNE CHOSE, QUE PAR L'AMOUR NECESSAIRE QUE NOUS AVONS POUR DIEU; NOUS NE VOIONS AUCUNE CHOSE QUE PAR LA CONNOISSANCE NATURELLE QUE NOUS AVONS DE DIEU. *Et toutes les idées particulieres que nous avons des creatures,* NE SONT QUE DES LIMITATIONS DE L'IDE'E DU CREATEUR; *comme tous les mouvemens de la volonté pour les creatures, ne ſont que des déterminations du mouvement pour le Createur.*

Et pag. 538. *Si nous n'avions point en nous meſme* L'IDE'E DE L'INFINI, & SI NOUS NE VOYIONS PAS TOUTES CHOSES PAR L'UNION NATURELLE DE NOSTRE ESPRIT AVEC LA RAISON UNIVERSELLE, & INFINIE, *il me paroiſt évident que nous n'aurions pas la liberté de penſer à toutes choſes. Car l'eſprit ne peut vouloir s'appliquer qu'aux choſes dont il a quelque idée: Et il n'eſt en ſon pouvoir de penſer actuellement qu'aux choſes ausquelles il peut vouloir s'appliquer. Ainſi on oſte à l'homme la liberté de penſer à tout,* SI ON SE'PARE SON ESPRIT DE CELUI QUI RENFERME TOUT. *De plus.* NE POUVANT AIMER QUE CE QUE NOUS VOIONS, *ſi Dieu nous donne ſeulement des idées particulieres, il eſt evident qu'il détermineroit de telle maniere tous les mouvemens de noſtre volonté, qu'il ſeroit neceſſaire que nous n'aimaſſions que des Eſtres particuliers. Car enfin* SI NOUS N'AVIONS PAS D'IDE'E *de* L'INFINI, NOUS NE POURRIONS PAS L'AIMER. *Et ſi ceux qui aſſurent poſitivement qu'ils n'ont point d'idée de Dieu, diſoient les choſes comme elles ſont, je ne craindrois point de dire qu'ils n'ont jamais aimé Dieu. Car il me paroiſt très-certain, qu'on ne peut aimer que ce qu'on voit.* Ens, inquit, hoc ipſo quod eſt Ens illimitatum, neceſſarium eſt. Stultum eſt enim dicere, Ens poſſe non exſiſtere. Huic mens noſtra naturaliter ac neceſſario conjungitur: neque enim poteſt animus non ſemper cogitare Ens: alioqui nullum ens ſingulare poſſet ille animo cogitare cum vellet; niſi videlicet ſemper ſibi conjunctum & objectum menti haberet Ens ſeu verum infinitum, in quo tamquam in univerſali omnia entia ac vera continentur. Nam quomodo poſſet cogitare *ens hoc*, niſi prius cogitet *ens*, deinde *hoc*? Ens autem illud neceſſarium eſt ratio formalis cur ſint quæcumque ſunt. Nam idcirco ea ſunt, quia neceſſe

tunc

tunc est ea esse, & ea sic esse. Et ad omne genus entium lex ista pertinet. Propterea Ens quod mens anto omnia cogitat, non modo Ens infinitum & necessarium, sed etiam ut est animo ratione utenti regula judicandi, Ratio infinita ac necessaria, Ratio Universalis appellatur a Malebranchio, aliisque; a quibus etiam pro Deo habetur.

Denique pag. 543. *Delà on peut juger* QUE C'EST EN DIEU OU DANS UNE NATURE IMMUABLE, QUE L'ON VOIT TOUT CE QUE L'ON CONNOIST PAR LUMIERE OU IDE'E CLAIRE: *non seulement parce qu'on ne voit par lumiere, que* LES NOMBRES, L'E'TENDUE, & LES ESSENCES DES ESTRES, *lesquelles ne dépendent point d'un acte libre de Dieu, ainsi que j'ai déja dit: mais encore parce qu'on connoist ces choses d'une maniere très-parfaite* . . . . . Quiquid, inquit, clare percipimus, id verum, id necesse est sic esse; quia illud in illa ipsa veritate sive essendi necessitate percipimus, quæ semper animo obversatur, & eadem est Ens necessarium atque immutabilis naturæ, ac Deus proinde. Ejusmodi sunt leges numerorum, bis bina sunt quatuor, similesque: corporum actualis extensio: & rerum essentiæ sive notiones universales. Hæc autem omnia sunt infinita. Ergo ens necessarium, sive necessitas sic & non aliter exsistendi, in qua mens rationalis clare videt ista, est etiam ens infinitum: ergo Deus. Quod autem in Deo videmus, certe non potest aliter esse: alioqui nos Deus ipse falleret, quod est dictu absurdum: & quod est necesse sic esse, posset aliter esse, quæ sunt duo pugnantia.

Hæret in eodem argumento pag. 202. adjicitque, Augustino teste, inquit, etiam ab impiis quibusque Deum diligi eo amore, quo bonum amant indeterminatum. In Deo certe ab iisdem videri veritates immutabiles & æternas, in luce Veritatis quæ communis est omnibus mortalibus, quam omnes in rebus omnibus investigant, in Veritate proinde quæ Deus est. Non quod veritates illæ sint Deus ipse, ut forte censuit Augustinus, inquit iste; sed quod ideæ, ex quibus veritates istæ pendent, hoc est, necessitas sic & non aliter exsistendi quæ singulis inest, in Deo, vel Deus etiam ipse, sit: quæ fortassis ipsa, inquit, mens est Augustini. Increata siquidem, immutabilis, immensa, æterna, supra res omnes constituta Veritas, ea Necessitas est: quæ sunt omnes divinæ dotes. Malebranchium audiamus. *Je ne crois pas* QU'IL Y AIT DES THEOLOGIENS QUI NE TOMBENT D'ACCORD, QUE LES-IMPIES AIMENT DIEU *de cet amour naturel dont je parle. Et S.* AUGUSTIN *&* QUELQUES AUTRES PERES *assurent comme une chose indubitable, que* LES IMPIES VOIENT DANS DIEU LES REGLES DES MŒURS *&* LES VERITEZ ETERNELLES. DE SORTE QUE L'OPINION QUE J'EXPLIQUE, *ne doit faire peine à personne. Voici comme parle S. Augustin:* lib. XIV. *de Trin.* cap. III. Ab
„ illa incommutabili LUCE VERITATIS, ETIAM
„ IMPIUS, dum ab ea avertitur, quodammodo tan-
„ gitur. Hinc est quod etiam impii cogitant æterni-
„ tatem, & multa recte reprehendunt, rectèque lau-
„ dant in hominum moribus. Quibus ea tamdem re-
„ gulis judicant, NISI IN QUIBUS VIDENT,
„ QUEMADMODUM QUISQUE VIVERE DE-
„ BEAT, etiamsi nec ipsi eodem modo vivant? UBI
„ AUTEM EAS VIDENT? Neque enim in sua na-
„ tura. Nam cum procul dubio mente ista videan-
„ tur, eorumque mentes constet esse mutabiles, has
„ vero REGULAS IMMUTABILES, videat quis-
„ quis in eis & hoc videre potuerit..... UBINAM
„ ergo sunt ISTÆ REGULÆ scriptæ, nisi IN LI-
„ BRO LUCIS ILLIUS, QUÆ VERITAS dici-
„ tur, unde lex omnis justa describitur..... in qua
„ videt quid operandum sit etiam qui operatur injus-
„ stitiam: & ipse est qui ab illa luce avertitur, a qua
„ tamen tangitur.

IL Y A DANS S. AUGUSTIN UNE INFINITE' DE PASSAGES SEMBLABLES *à celui-ci; par lesquels il prouve* QUE NOUS VOIONS DIEU *dès cette vie, par la connoissance que nous avons des veritez éternelles.* LA VERITE' EST INCREE'E, IMMUABLE, IMMENSE, ETERNELLE, AU DESSUS DE TOUTES CHOSES. *Elle est vraie par elle-meme. Elle ne tient sa perfection d'aucune chose. Elle rend les creatures plus parfaites;* & TOUS LES ESPRITS CHERCHENT NATURELLEMENT A LA CONNOISTRE. IL N'Y A RIEN QUI PUISSE AVOIR TOUTES CES PERFECTIONS QUE DIEU. DONC LA VERITE' EST DIEU. *Nous voions de ces veritez immuables & éternelles.* DONC NOUS VOIONS DIEU. CE SONT LA LES RAISONS DE S. AUGUSTIN. *Les nostres en sont un peu differentes: & nous ne voulons point nous servir injustement de l'autorité d'un si grand homme pour appuier nostre sentiment.*

Nous pensons donc que les veritez, mesme celles qui sont éternelles, comme que deux fois deux sont quatre, ne sont pas seulement des estres absolus; tant s'en faut que nous croions qu'elles soient Dieu. Car il est visible, que cette verité ne consiste que dans un rapport d'égalité qui est entre deux fois deux, & quatre. Ainsi nous ne disons pas que nous voyions Dieu en voiant les veritez, COMME LE DIT S. AUGUSTIN: *mais* EN VOIANT LES IDE'ES DE CES VERITE'S. *Car les idées sont réelles: mais l'égalité entre les idées, qui est la verité, n'est rien de réel. Quand par exemple on dit que du drap que l'on mesure a trois aunes, le drap & les aunes sont réelles. Mais l'égalité entre trois aunes & le drap n'est point un estre réel. Ce n'est qu'un rapport, qui se trouve entre les trois aunes & le drap. Lors qu'on dit que deux fois deux sont quatre, les idées des nombres sont réelles: mais l'égalité qui est entre eux, n'est qu'un rapport. Ainsi selon nostre sentiment nous voions Dieu, lorsque nous voions des veritez éternelles:* NON QUE CES VERITEZ SOIENT DIEU, *mais parce que les idées dont ces veritez dépendent, sont en Dieu. Peut-estre meme que* S. AUGUSTIN *l'a entendu ainsi.* Homo vanus subtilis ingenii famam quærit, qui norit distinguere inter veritatem numerorum, & Veritatem quam Deum esse pertendit. Nam illa, inquit, veritas, Bis bina sunt quatuor, ne quidem est ens absolutum, nedum est ipsa Deus. Est siquidem mera relatio æqualitatis inter bis bina & quatuor. At non illa certe relatio Deus est. Sed idea objectiva, inquit, hujus veritatis & similium, in Necessitate sic exsistendi, sive in Veritate universali, hoc est, in Deo est & in Deo videtur. Num propterea Malebranchius, dum subtilis est, atheus non est?

Et pag. 390. *Les hommes ne peuvent aimer, que parce que Dieu les pousse sans cesse* VERS LE BIEN EN GENERAL, C'EST A DIRE, VERS LUI. *Car Dieu ne les a creés que pour lui; il ne les conserve jamais sans les tourner & sans les pousser vers lui. Ce ne sont pas eux qui se meuvent* VERS LE BIEN EN GENERAL; *c'est Dieu qui les meut.* ILS SUIVENT SEULEMENT PAR UN CHOIX *entierement libre cette impression selon la loi de Dieu; ou ils la déterminent vers de faux biens, selon la loi de la chair.....* Atqui ab impiis certe Deum ullo modo amari nemo Theologus fatebitur, nisi qui sit Atheologus; hoc est, nisi qui pro Deo habeat Bonum indeterminatum, Bonum in genere, Bonum quod omnia, etiam equi porcique, appetunt; si quidem vivunt, ac sentiunt. Ab impiis etiam piisve hominibus videri quidquam in Deo dum hic sumus, nemo nisi ex impio grege fatebitur: cui nempe pro Deo est Ens necessarium, sive Necessitas entium; hoc est, quæ rei cuilibet inest sic & non aliter exsistendi, ut bene sit. Denique veritates æternas & immutabiles, quas animo percipimus, aut Deum ipsum

ipſum eſſe, aut in Deo videri qui dixerit; aut Veritatem, cujus eſt cognoſcendæ cupida mens omnis, qui pro Deo habuerit, neque hunc ego verear Atheum dicere; nec Catholicus quiſquam certe diſſentiet.

Pag. 205. Per ideam, ſpeciemve impreſſam, ſiquidem omnis idea eſt ſingularis, ac proinde limitata, negat poſſe repræſentari animo Ens ſine limite, Ens immenſum, Ens univerſale & infinitum: illud ergo immediate animo conſpici; neque umquam vel momento uno excidere ex animo Entis ideam: atque adeo neminem eſſe, qui non momentis ſingulis Dei meminerit. Ecquis enimvero non ſemper Eſſe ſe ſaltem confuſe cogitat? ac proinde quis non de Ente cogitat, quod eſt omnibus principium exſiſtendi? *On ne peut concevoir*, inquit Malebranchius, *que quelque choſe de creé puiſſe repreſenter l'infini:* QUE L'ESTRE SANS RESTRICTION, *l'Eſtre immenſe*, l'ESTRE UNIVERSEL *puiſſe eſtre apperçeu par une idée, c'eſt-à-dire, par un eſtre particulier*, PAR UN ESTRE DIFFERENT DE L'ESTRE UNIVERSEL & INFINI. Et pag. 280. *Cette* PRESENCE CLAIRE, INTIME, NECESSAIRE DE DIEU, JE VEUX DIRE, DE L'ESTRE SANS RESTRICTION PARTICULIERE *de l'Eſtre* INFINI, DE L'ESTRE EN GENERAL, A L'ESPRIT *de l'homme, agit ſur lui plus fortement que la preſence de tous les objets finis.* IL EST IMPOSSIBLE QU'IL SE DE'FASSE *entierement de* CETTE IDE'E GENERALE DE L'ESTRE, *parce qu'il ne peut ſubſiſter hors de Dieu . . . . On peut bien eſtre quelque tems ſans penſer à ſoi meſme; mais on ne ſçauroit, ce me ſemble, ſubſiſter un moment ſans penſer* A L'ESTRE: *& dans le tems meſme qu'on croit ne penſer à rien, on eſt neceſſairement plein de* L'IDE'E VAGUE & GENERALE *de* L'ESTRE. Rident Catholici, ſed cum ſtomacho, hæc audientes cum probe noverint, Ens illud quod infinitum ac ſine limitatione & univerſale & Ens in genere vocat iſte; Ens illud, cujus idea nulla forinſecus advenit; ipſum eſſe formale ens, quo ens unumquodque eſt quod eſt; quodque neceſſario percipitur diligiturque ab animali, hoc ipſo quod vivit: cum ſit illa proprietas atque natura potentiæ vitalis, ut ſentiat ametque ſe vivere, ac proinde eſſe: ſeque ſemper eſſe, ut & vivere, cogitet & amet: ac propterea eſſe in genere ſemper cogitet optetque. At iſtud Eſſe, de quo ſuſtinere cogitationem aut abſtrahere mentem homo non poteſt, Deum verum eſſe, ne dæmones quidem ipſi credunt. Alium certe pertimeſcunt Deum.

Pag. 274. refellit eos, quibus non placet allata ab ipſo ratiocinatio, qua utitur ad demonſtrandam Dei exſiſtentiam. Aïunt enim ex eis nonnulli, ſed minus aſtuti, ex idea Entis infiniti colligi ejus exſiſtentiam, ex hypotheſi tantum quod exſiſtat. Quemadmodum ex idea corporis infinite perfecti ejuſdem exſiſtentia colligitur, ſi modo exſiſtat nimirum, quoniam, niſi exſiſteret, infinite perfectum, quale eſſe ponitur, non eſſet. Merum itaque ſophiſma contineri ea ratiocinatione aïunt. Quibus Malebranchius reponit, aliam Entis infiniti, aliam corporis infiniti conditionem eſſe. In iſto enim conjungi duo ſecum invicem pugnantia, nempe cum corpore infinitionem. At Ens ſi concipitur, neceſſario exſiſtit actu: ſiquidem objecti concipitur, neceſſario exſiſtit actu: ſiquidem objecti tum ipſum perceptionis ſive cognitionis eſt. Fieri enimvero poſſe, ut corpus tale non ſit; ut autem Ens non ſit, fieri omnino aut cogitari non poſſe. Etiamſi nihil ſingulare exſiſteret, nihilominus tamen Ens exſtiturum eſſe, quia per ſe eſt, nec cogitari clare poteſt Ens non eſſe. Qui Deum eſſe non vident, non Deum illos ut eſt, ſive ut eſt Ens præciſe conſiderare; ſed ut Ens tale, atque adeo aliud quam quod eſt ipſum. Poſſe quidem eſſentiam rei creatæ in Deo, hoc eſt, in Ente neceſſario, ſive in Neceſſitate ſic & non aliter exſiſtendi ut bene ſit, perſpicue videri abſque exſiſtentia actuali; quoniam exſiſtere eam neceſſe non eſt extra Deum; tametſi quæ ſit eſſentiæ illius neceſſitas, in Deo videtur: Deum autem, ſive Ens, non poſſe niſi in ſeipſo videri; ac proinde neceſſario exſiſtere, ſi concipiatur. Prolixa quidem ratiocinatio hæc eſt: ſed digna lectu, cum vix alia tam perſpicue prodat hominis ἀβεότητα. Nam ecquod ens pro Deo objicit, quam quod eſt formaliter in omni ente? Verba hæc ſunt ipſius. *Il y en a d'autres enfin, qui prétendent, que cette preuve de l'exiſtence de Dieu eſt un ſophiſme: & que l'argument ne conclut, que ſuppoſé qu'il ſoit vrai que Dieu exiſte*; COMME SI ON NE LE PROUVOIT PAS. VOICI NOSTRE PREUVE. (Carteſii argumentationem ſuam quoque eſſe profitetur.) *On doit attribuer à une choſe ce que l'on conçoit clairement eſtre renfermé dans l'idée qui la repreſente. C'eſt là le principe general de toutes les ſciences.* L'EXISTENCE NECESSAIRE *eſt renfermée dans l'idée qui repreſente un* ESTRE INFINIMENT PARFAIT. *Ils l'accordent. Et par conſequent on doit dire, que* L'ESTRE INFINIMENT PARFAIT EXISTE. *Oui, diſent-il, ſuppoſé qu'il exiſte. . . J'avouë que ſi je faiſois un tel argument: On doit attribuer à une choſe ce que l'on conçoit clairement eſtre renfermé dans l'idée qui la repreſente. On conçoit clairement l'exiſtence neceſſaire renfermée dans l'idée d'un corps infiniment parfait. Donc un corps infiniment parfait exiſte. Il eſt vrai, dis-je, que ſi je faiſois un tel argument, on auroit raiſon de me répondre, qu'il ne concluroit pas l'exiſtence actuelle d'un corps infiniment parfait: mais ſeulement que ſuppoſé qu'il y euſt un tel corps, il auroit par lui-meſme ſon exiſtence. La raiſon en eſt, que l'idée de corps infiniment parfait eſt une fiction de l'eſprit, ou une idée compoſée; & qui par conſequent peut eſtre fauſſe ou contradictoire; comme elle l'eſt en effet. Car on ne peut concevoir clairement de corps infiniment parfait. Un eſtre particulier & fini, tel que le corps, ne pouvant pas eſtre conceu univerſel & infini Mais* L'IDE'E DE DIEU OU DE L'ESTRE EN GENERAL, *de* L'ESTRE SANS RESTRICTION, *de* l'ESTRE INFINI, *n'eſt point une fiction de l'eſprit. Ce n'eſt point une* IDE'E COMPOSE'E, *qui renferme quelque contradiction. Il n'y a rien de plus ſimple, quoi qu'elle comprenne tout ce qui eſt, &* TOUT CE QUI PEUT ESTRE. *Or cette idée ſimple & naturelle* DE L'ESTRE OU DE L'INFINI, *renferme* L'EXISTENCE NECESSAIRE. *Car il eſt évident que* L'ESTRE (*je ne dis pas* UN TEL ESTRE) *a ſon exiſtence par lui-meſme: & que* L'ESTRE NE PEUT N'ESTRE PAS ACTUELLEMENT; *étant impoſſible & contradictoire que le veritable Eſtre ſoit ſans exiſtence. Il ſe peut faire que les corps ne ſoient pas, parce que les corps ſont de tels eſtres, qui participent de l'Eſtre, & qui en dépendent. Mais* L'ESTRE SANS RESTRICTION EST NECESSAIRE, *il eſt indépendant, il ne tient ce qu'il eſt que de lui-meſme. Tout ce qui eſt, vient de lui. Mais* QUAND IL N'Y AUROIT AUCUNE CHOSE EN PARTICULIER, IL SEROIT: PARCE QU'IL SEROIT PAR LUI MESME, & QU'ON NE PEUT LE CONCEVOIR CLAIREMENT COMME N'E'TANT POINT; *ſi ce n'eſt qu'on le repreſente comme* UN ESTRE EN PARTICULIER, *ou comme* UN TEL ESTRE; *& que l'on conſidere ainſi toute autre idée que la ſienne. Car ceux qui* NE VOIENT PAS QUE DIEU SOIT, *ordinairement ils ne conſiderent point* L'ESTRE, *mais* UN TEL ESTRE, & PAR CONSEQUENT UN ESTRE QUI PEUT ESTRE OU N'ESTRE PAS.

On peut voir l'eſſence de cette creature, ſans en voir l'exiſtence: on peut voir en Dieu ce qui la repreſente ſans qu'elle exiſte. C'eſt pour cela que l'exiſtence neceſſaire n'eſt point renfermée dans l'idée qui la repreſente, N'E'TANT POINT NECESSAIRE QU'ELLE SOIT AFIN QU'ON LA VOIE. *Mais il n'en eſt pas de meſme de l'Eſtre infiniment parfait:* ON NE

LE

LE PEUT VOIR QUE DANS LUI MESME: *Car* IL N'Y A RIEN DE FINI QUI PUISSE REPRESENTER L'INFINI. L'ON NE PEUT DONC VOIR DIEU QU'IL N'EXISTE. *On ne peut voir l'eſſence d'un Eſtre infiniment parfait, ſans en voir l'exiſtence*: ON NE LE PEUT VOIR SIMPLEMENT COMME UN ESTRE POSSIBLE. *Rien ne le comprend.* ET SI ON Y PENSE, IL FAUT QU'IL SOIT.

Quot hic fere voces, quot certe ſententiæ, tot fallaciæ ſunt, tot ſophiſmata, ad fallendos homines, ad Atheïſmum inducendum ingenioſe conficta. Ad hoc fere effatum univerſæ referuntur. Exſiſtentia neceſſaria continetur in idea Entis infinite perfecti. Quæ propoſitio ſic eſt diſtinguenda: In idea Entis infinite perfecti, quod ſit reapſe diſtinctum ab Univerſo, & cauſa illius efficiens extrinſeca tantum; in hac, inquam, idea quæ quidem minime eſt clara, ſed aliunde tamen certo vera eſt continetur exſiſtentia neceſſaria, concedo: in idea Entis infinite perfecti, quod ſit realiter indiſtinctum ab Univerſo, & cauſa illius, non efficiens proprie; ſed in mente quidem exemplar rerum ſolummodo, etiam poſſibilium, & modus illarum verus ac neceſſarius; extra mentem autem, formale ens omnium entium; ſubdiſtinguo: in illius idea continetur exſiſtentia neceſſaria abſolute, nego: neceſſaria ex hypotheſi mundi jam a Deo conditi, iterum ſubdiſtinguo: & illa idea non eſt veri Numinis idea, ſed Veri tantum, ſeu Veritatis, *du Vrai*, concedo: & eſt illa idea veri Dei, nego. Atqui prioris dumtaxat iſtius generis eſt Ens, cujus Malebranchius ideam nobis eſſe innatam contendit, cum aliis, quorum dicta in hac lucubratione exhibemus, quodque ea factio pro Deo proponit. Neceſſitas enim eſt ſic & non aliter exſiſtendi, ut res quæque bene ſit: Quæ cum animo obverſatur, tamquam regula judicandi, Veritas & Verum ab iſtis, & Juſtitia, & Sapientia, & Ratio Univerſalis appellatur; & quoniam ſine ea lege nihil eſt in rerum natura, idcirco & Ens univerſale, & Ens ſeu Verum infinitum, & Cauſa rerum omnium dicitur. Non eſt autem certe illius Entis (nam & Ens præciſe vocatur, l'*Eſtre tout court*;) non eſt illius, inquam, Entis exſiſtentia extra mentem neceſſaria, niſi ex hypotheſi conditi a Deo univerſi. Ergo exſiſtentia Dei recte probatur ex idea entis infinite perfecti, quam habemus innatam; nego conſequentiam. Sit enim ſane, quod tamen falſum putamus, ſed ſit illius etiam Entis ſeu Veri ingenita homini ab ortu idea, non hanc ipſe ſibi animus confingat uſu & conſideratione rerum: exſiſtere ea probat ſolummodo ens verum & bonum, τὸ ὄν & τὸ ἀγαθὸν, quod animus naturaliter cogitat & appetit: hoc tantum. At quantum ab iſto Vero & Ente diſtat verum Numen? Nec denique recte Ens illud dicitur infinite perfectum in ſe & extra mentem, quandoquidem ſic majus univerſo non eſt: ſed in mente dumtaxat, ut eſt ibi regula judicandi etiam de poſſibilibus, quæ ſic & non aliter debent eſſe ex hypotheſi quod exſiſtant: ac ne ſic quidem eſt infinite perfectum realiter, ſed repræſentative tantum.

Pag. 472. & 477. Neceſſitatem illam ſic & non aliter exſiſtendi ut res quæque ſit, quæ animis hominum ratione utentium ſe ultro objicit, quam Ens verum neceſſario in ſe comprehendit, Veritatem ut ſexcenties, appellat intimam, quæ ſit aſſidue conſulenda a nobis; quippe cum vere *unus magiſter noſter Chriſtus* ipſa ſit. Pag. 472. *Il y en a pluſieurs*, QUI RENTRANT EN EUX MESMES, CONSULTENT LA VERITE' INTERIEURE, SELON LAQUELLE *on doit juger de toutes choſes.* Et pag. 477. *J'abandonne donc mon droit aux Lecteurs attentifs, qui ſont les juges naturels des livres; & je les conjure de ſe ſouvenir de la priere que je leur ay déja faite dans la Préface de la Recherche de la Verité, & ailleurs; De ne juger de mes ſentimens, que ſelon les réponſes* CLAIRES & DISTINCTES *qu'ils recevront de* L'UNIQUE MAISTRE DE TOUS LES HOMMES, *après qu'ils l'auront* INTERROGE' PAR UNE ATTENTION SERIEUSE. At nos Catholici non dicimus interrogari Chriſtum attendendo ad ea de quibus pronunciandum ſit; ſed ipſum, ubi opus eſt, rogamus attente. Et ut de rebus ad religionem quoquomodo pertinentibus judicium feramus, non illa ſolum reſponſa conſulimus, quæ Veritas ſive Ratio Entium ſuggerit, ut ſunt ea in ſtatu naturali; quod unum vult iſte, dum ideas jactat diſtinctas & claras; ſed etiam quæ Deus dictat per revelationem.

Pag. 480. Deum nihil aliud eſſe niſi BONUM in genere; feciſſe nos Deum ad ſe, quoniam appetitum nobis indidit BONI in genere. *Dieu nous pouſſe ſans ceſſe vers le* BIEN EN GENERAL. CAR *Dieu nous a faits & nous conſerve* POUR LUI: *il veut que l'on aime tout ce qui eſt bon: Il eſt le premier ou plutôt* L'UNIQUE MOTEUR. Et pag. 482. *Apparemment Dieu nous pouſſe toujours d'une égale force vers lui.* CAR IL NOUS POUSSE VERS LE BIEN EN GENERAL *autant que nous en ſommes capables. Et nous en ſommes en tout tems également capables: parce que noſtre volonté ou noſtre capacité naturelle de vouloir eſt toujours égale à elle meſme.* Hæc vero, ut infra dicemus, propenſio voluntatis humanæ ad bonum in genere, ac proinde ad Deum, ut iſte vult, & a Deo, ſiquidem eſt a Natura; hæc, inquam, gratia univerſalis ſecundum Malebranchium eſt, data ex voluntate Dei generali ſalvandi omnes homines. Eatenus enim dumtaxat, inquit, vult Deus omnes homines ſalvos fieri, quatenus ex æquo omnibus indidit amorem Boni in genere.

Pag. 488. Summæ rationi, quæ Deus eſt, hominis animum eſſe conjunctiſſimum: intentionem animi ad dignoſcendum verum, orationem ad Deum eſſe, quam ille ſemper exaudiat. *Voici donc tout le myſtere. L'homme participe* A LA SOUVERAINE RAISON, & LUI EST UNI: *& la Verité ſe découvre à lui à proportion qu'il s'applique à elle, & qu'il la prie. Or le deſir de l'ame eſt une* PRIERE NATURELLE, *qui eſt toujours exaucée . . . . . Dieu ſeul eſt l'auteur de nos connoiſſances: & nos volontez en ſont les cauſes occaſionnelles.*

Pag. 489. Perſonæ nomen, ex Auguſtino, lib. VII. *de Trin.* cap. IV. & lib. V. cap. IX. excogitatum a Theologis fuiſſe dicit: non ut quid eſſet Pater & Filius & Spiritus ſanctus exponerent, ſed ne nihil omnino dicerent. Quod eſt aperte profiteri, metaphoricam atque impropriam vocis illius in Trinitate acceptionem eſſe. *Le mot de* PERSONNE, *ſelon S. Auguſtin, a eſté dit du Pere, du Fils, & du S. Eſprit;* NON *tant pour exprimer nettement ce qu'ils ſont, que pour ne ſe pas taire ſur un myſtere dont on eſt obligé de parler.*

Pag. 493. Deum omnia prorſus agere, ſed cum ratione: hujus autem rationis participes eſſe omnes animas ratione utentes. Quo dicto intelligit, fieri omnia ex hac lege neceſſaria, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet. Hic enim illi Deus; hæc Ratio ſumma & univerſalis eſt, cuivis etiam homini nota. *Que penſe, par exemple, le commun des hommes, lors . . . . qu'on leur démontre l'exiſtence de Dieu . . . . qu'il n'y a qu'un* DIEU OU UNE CAUSE VERITABLE QUI FAIT TOUT EN TOUTES CHOSES: *qu'il* N'Y A QU'UNE RAISON SOUVERAINE, *à laquelle toutes les Intelligences participent . . . . ? Ils penſent qu'on prononce des paroles vuides de ſens.* &c. At cum de Deo quem Catholici colunt, ſermonem ipſi habent, nemo ita deſipit, ut dari ſibi putet verba ſenſus expertia. Non igitur Ratio illa univerſalis, Deus ille eſt quem Catholici prædicant, & colunt, ac metuunt.

Pag. 494. Certiores homines ob hanc cauſam eſſe de exſiſtentia Dei, quam de ſuorum exſiſtentia corporum;

rum; quod conjungitur mens humana immediate cum ipsa Dei substantia, quæ ipsa formaliter Lux animi est, ut norunt ii, Augustino teste, qui se colligere norunt. *Les hommes sont* PLUS CERTAINS DE L'EXISTENCE DE DIEU, *que de celle des corps: & lors qu'ils* RENTRENT DANS EUX MESMES, *ils découvrent plus clairement certaines volontez de Dieu, selon lesquelles il produit & conserve tous les Estres, que celles de leurs meilleurs amis, ou de ceux qu'ils ont étudié toute leur vie. Car* L'UNION DE LEUR ESPRIT AVEC DIEU, *& celle de leur volonté avec la sienne,* JE VEUX DIRE, AVEC LA LOI ETERNELLE, *ou* AVEC L'ORDRE IMMUABLE, *est* UNE UNION IMMEDIATE, *directe, &* NECESSAIRE . . . . . *C'est cette* UNION IMMEDIATE *& directe, qui n'est connuë, dit S. Augustin, que de ceux dont l'esprit est purifié, laquelle nous éclaire dans le plus secret de nostre raison, & nous exhorte & nous émeut dans le plus intime de nostre cœur.*

Et pag. 501. *Au reste, j'ay fait cette remarque, principalement afin que l'on fasse une sérieuse réflexion sur ces veritez: Que les corps ne peuvent agir sur les esprits, ni se faire voir à eux; & que ceux qu'on regarde en ouvrant les yeux, sont bien differens des idées qui les representent & qui nous affectent. Que* NOSTRE AME NE TROUVE SA LUMIERE, SA VIE, *&* SA NOURRITURE QU'EN DIEU: *qu'elle ne peut avoir de rapport* IMMEDIAT *& direct qu'*A LUI: *& que le rapport qu'elle a avec son corps & ceux qui l'environnent, dépend nécessairement de celui qu'elle a* AVEC LA SUBSTANCE EFFICACE & LUMINEUSE DE LA DIVINITE'. SUBSTANCE *qui nous découvre les creatures comme possibles, ou comme existentes, ou comme nous appartenantes, selon les diverses manieres dont elle nous affecte,* ENTANT QU'ELLE EST REPRESENTATIVE. Docet his verbis, ut priores, rationalem omnem animum, cum se colligit, in Ente universali, hoc est, in Ordine illo immutabili, in illa Lege æterna, quæ dicit, Hoc ita debet esse, istud non debet; videre clare & perspicue quomodo quidque esse oporteat, ut bene sit. Hanc vero legem æternam & immutabilem, qua constant rerum essentiæ, esse Deum: hanc immediate menti esse conjunctam, & præsentem ei semper adesse: Deum proinde per suam ipsius substantiam immediate esse rationali menti conjunctum; Deum vitam illius ac lucem; & proprium ipsius, quo uno libenter pascitur, cibum esse. Nec possibilia tantum, inquit, sive rerum essentias exhibet menti Deus: sed & si quid exsistere animadvertimus, si quid sentimus, id exsistere, id nos sentire, Deus ipse, non circumstantia corpora admonent. Quod dum dicit, homo vafer tamen & impius nihil aliud intelligit, quam nos id reipsa & vere cognoscere vel sentire. Sed cum Deum non agnoscat alium quam Quod reipsa ac vere exsistit, sive Esse rerum omnium, Deo velut unicæ rerum omnium causæ effectrici tribuere cogitur ex hypothesi sua impia, quidquid reipsa fit & est.

Pag. 509. In Deo ipso immediate, in sapientia illa ipsa secundum quam Deus vult & efficit quidquid vult & facit, sive in immutabili illo ordine, in immutabili natura, videri a nobis atque intelligi, quidquid perspicue intelligimus. Denique Ordinem illum immutabilem, Verbum Dei, Filium Dei esse; quo formaliter rationales sumus. L'ORDRE, LA VERITE', LA SAGESSE ETERNELLE, *est l'exemplaire de tous les ouvrages de Dieu: & cette sagesse* N'EST POINT FAITE. *Dieu qui fait tout, ne la fit jamais, quoi qu'il l'engendre toujours* PAR LA NECESSITE' DE SON ESTRE. . . . . *Dieu peut bien ne rien produire au dehors: mais s'il veut agir, il ne le peut que* SELON L'ORDRE IMMUABLE DE LA SAGESSE QU'IL AIME NECESSAIREMENT. *Car la Religion &* LA RAISON *m'apprennent qu'il ne fait rien sans son Fils, sans son* VERBE, *sans sa sagesse. . . . . Cette sagesse, selon laquelle Dieu veut tout ce qu'il veut,* ME FAIT CLAIREMENT CONNOISTRE *que celà est contre l'Ordre. Et* JE LE VOIS CLAIREMENT DANS CETTE MESME SAGESSE, PARCE QU'ELLE EST LA RAISON SOUVERAINE & UNIVERSELLE, *à laquelle tous les esprits participent, pour laquelle toutes les intelligences sont creées,* PAR LAQUELLE TOUS LES HOMMES SONT RAISONNABLES. CAR NUL HOMME N'EST A SOI MESME SA RAISON, SA SAGESSE; *si ce n'est peut-estre lorsque sa raison est une raison particuliere, sa lumiere une fausse lueur, sa sagesse une folie.*

Comme la plus part des hommes ne sçavent pas distinctement, QU'IL N'Y A QUE LA SAGESSE ETERNELLE QUI LES E'CLAIRE, *&* QUE LES IDE'ES INTELLIGIBLES QUI SONT L'OBJET IMMEDIAT DE LEUR ESPRIT NE SONT POINT CREE'ES: *ils s'imaginent que les* LOIX ETERNELLES *&* VERITEZ IMMUABLES SONT ETABLIES TELLES *par une volonté libre de Dieu. Et c'est ce qui a fait dire à M. Desiartes, que Dieu a pu faire que deux fois quatre ne fussent pas huit: & que les trois angles d'un triangle ne fussent pas égaux à deux droits: parce qu'*il n'y a point d'ordre, *dit-il*, point de loi, point de raison de bonté & de verité, qui ne dépende de Dieu: *& que c'est lui* qui de toute éternité a ordonné & établi comme Souverain, legislateur les veritez éternelles. *Ce sçavant homme ne prenoit pas garde, qu'il y a un ordre,* UNE LOI, UNE RAISON SOUVERAINE, *que Dieu aime necessairement,* QUI LUI EST COETERNELLE, *&* SELON LAQUELLE IL EST NECESSAIRE QU'IL AGISSE, *supposé qu'il veuille agir. Car Dieu est* INDIFFERENT *dans ce qu'il fait au dehors: mais* IL N'EST PAS INDIFFERENT, QUOIQUE PARFAITEMENT LIBRE, *dans la maniere dont il le fait: il agit toujours de la maniere la plus sage, & la plus parfaite qui se puisse:* IL SUIT TOUJOURS L'ORDRE IMMUABLE & NECESSAIRE. Inter Cartesium & Malebranchium dissensio est verbo tenus, quam iste tamen valde exaggerat. Utrique pro Deo est Ens necessarium, ac proinde infinitum, quantum esse infinitum potest, Ens formale omnium entium, quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futura sunt. Jam vero rationem ac legem, secundum quam nunc sunt omnia in rerum natura ordinatissima, ab Ente manasse libere ab æterno dicit Cartesius; quoniam Ens spectatum metaphysice, hoc est, Natura, abstrahit ab illo vel illo rerum Ordine; ac potuit proinde, si vellet, alias leges condere; tametsi nunc cogitur quas ab æterno instituit sequi. Malebranchius e diverso legem ac rationem, secundum quam sunt omnia nunc ordinatissima, Enti ipsi formali rerum omnium contendit esse coæternam; ipsam esse Verbum ac Filium Dei, lucem animorum rationalium increatam, nec factam; in qua vident, Hoc decet, istud non decet; a qua discedere aut defiectere ne Deo quidem ipsi fas est. Itaque hunc Ordinem immutabilem uterque esse Enti formali rerum omnium consubstantialem confitetur: sed alter factum, genitum inenarrabili ratione contendit alter, ut magis Catholice sapere existimetur; tametsi nihilominus, quam ille, atheus est. Nam quod adjicit, Deum semper agere sapientissimo ac perfectissimo modo, immutabilemque & necessarium Ordinem semper sequi, nihil aliud significat, quam fieri & exsistere omnia semper quam ordinatissime, secundum leges motuum necessarias atque immutabiles: Quod quid aliud est, quam pro Deo Fatum inducere; hoc est, ut Cicero definit, ordinem seriemque causarum quarum una alteri nexa rem gignit. Ab ea amentia longissime abhorrent Catholici Theologi, qui Deum facere semper optimum docent. Nam neque adstrictum esse Deum dicunt legibus motuum; cum sæpe numero, quoties nimirum

rum edit miracula, has leges negligat: Neque cum ſapientiam ſuam conſulere Deus dicitur, aut leges illas intelligunt, quas unice ſpectant athei, quippe qui nihil extra corpora in mundo agnoſcant; aut quod ſit optimum Deo, quippe cum nihil boni ex ulla re Deo accedat; nam ipſe certe plenus eſt & ſufficit ſibi: aut quod ſit optimum in ſe, cum ſejuncto fine propter quem aliquid fit, nihil melius altero ſit: ſed quod ſit optimum homini, propter quem Deus omnia facit; omnia, inquam, tum quæ naturæ opera, tum quæ gratiæ vel ſupernaturalia appellantur. Spectat igitur Deus & ſemper facit quod eſt optimum homini, ut ſanctificetur ſerviens Deo ſuo, & ut glorificet optime Deum. Quo ſenſu nihilominus vere dicitur, *Prov.* XVI. 4. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*; quoniam ipſa hominis ſanctificatio in Dei laudem ultimo redundat. Sed proxime propter hominem univerſa fecit & quidem optime. Hoc enim illud eſt quod ſubinde dixit Moſes de ipſomet opere dierum: *Et vidit Deus quod eſſet bonum*, hoc eſt, homini optimum, ut in Chronologia Veteris Teſtamenti explicuimus. Quidquid ergo facit, facit propter hominem Deus, & optimum homini facit, & liberrime facit, non ex neceſſitate, ſed ex gratuita liberalitate, & ex deſiderio ut ipſi homini bene & optime ſit. Quem ſi in ſtatu puræ naturæ creaſſet, ſemper nihilominus quod eſſet optimum homini in eo ſtatu faceret, tametſi non feciſſet hominem optimum in ſe. Neque enim (ut diximus) facit Deus ſemper optimum in ſe; alioquin hominem neque in ſtatu naturæ puræ, neque in ſtatu naturæ elevatæ, ſed in ſtatu ipſo beatitudinis ſtatim condidiſſet; ſed tantum facit ſemper optimum homini, qualem creare voluit. Quantum autem ab hac doctrina diſtent athei, quis non videt: cum negent ipſi Deum ſuum aut propter aliquem finem, aut certe propter hominem mundum hunc condidiſſe, aut gubernare, aut miracula proprie dicta facere, cum lubet; ut Index horum Collectaneorum multis locis indicabit?

Pag. 534. Quemadmodum Janſenium vidimus ſupra agnoſcentem ſe riſui fore cum ſimilia proferret; ſic iſte ſentit ſe fore ludibrio Catholicis talia effutientem deliria. At hæc ille nihilominus vera eſſe pertendit, quamvis exſibilandum ſe præſentiat; nimirum divina ipſa luce atque eſſentia colluſtrari mentes eorum, qui verum vident: quoniam videlicet certum deliberatumque eſt ei, nihil ea Veritate, quæ dicit, Hoc decet, iſtud non decet, divinius agnoſcere. *Je* PRE'VOIS *bien que tout ce que je pourrai dire ſur ce ſujet, n'entrera jamais dans l'eſprit de certaines gens. Mais ce principe, qu'*IL N'Y A QUE DIEU QUI NOUS ECLAIRE, *& qu'il* NE NOUS ECLAIRE, QUE PAR LA MANIFESTATION D'UNE RAISON OU D'UNE SAGESSE IMMUABLE & NECESSAIRE, *me paroiſt ſi conforme à la Religion: que dis-je? ſi abſolument neceſſaire,* POUR DONNER A QUELQUE VERITE' *que ce puiſſe eſtre* UN FONDEMENT CERTAIN & INEBRANLABLE, *que je me crois indiſpenſablement obligé de l'expliquer & de le ſoutenir autant qu'il me ſera poſſible. J'aime mieux qu'on m'appelle* VISIONNAIRE, *qu'on me traite d'*ILLUMINE', *que de demeurer d'accord, que les corps ſoient capables de m'éclairer: que je ſois à moi-meſme* MON MAISTRE, MA RAISON, MA LUMIERE, *& que pour m'inſtruire ſolidement de toutes choſes, il ſuffiſe que je me conſulte moi-meſme, ou des hommes, qui peut-eſtre peuvent faire grand bruit à mes oreilles, mais certainement qui ne peuvent répandre la lumiere dans mon eſprit.* Niſi ſapientia ipſa divina, inquit, quæ Verbum Dei eſt, menti meæ immediate affulſerit, (nempe lux illa intima, quæ dicit, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet; nec aliter poteſt eſſe, ut bene ac vere ſit: (nulla veri cognitio, nulla rei cujuſquam haberi certa demonſtratio poteſt. Id a Thomaſſino quoque ſæpe dictum ſuperius vidimus.

Pag. 535. cum a Philoſophis homo definitur, Animal rationis particeps, Rationem illam univerſalem deſignari dicit, idemque Verbum Dei, quod & in Deo & Deus ipſe eſt: & conjunctione neceſſaria cum hac Ratione, contineri differentiam hominis eſſentialem. Et Rationem illam quidem eſſe infinitam, cum exhauriri non poſſit, ſiquidem eſt ad reſpondendum de omni quæſito in quocumque homine & apud gentes quaſlibet paratiſſima. Eamdem immutabilem eſſe & neceſſariam; Rationem Dei proinde ipſam eſſe, neque creatam dici poſſe, ſiquidem infinita & neceſſaria ſit: Deo quoque ipſo, hoc eſt, Ente formali rerum omnium, ſi fas eſt ita loqui, ſuperiorem eſſe tenetur; nec poteſt eas non conſulere ſemper & ſequi. Non eſſe igitur a Deo, hoc eſt, ab Ente infinito diſtinctam hanc Rationem, conſubſtantialem ei & coæternam eſſe: nec vero aliam omnino eſſe poſſe; ſiquidem unica, non multiplex ſapientia poteſt eſſe. Hanc quisquis audit, moderatore non egere, cujus regatur conſiliis: hanc enim Dominam ac Deum eſſe. Sic ille: *Il n'y a perſonne qui ne convienne, que tous les hommes ſont capables de connoiſtre la Verité: & les Philoſophes meſme les moins éclairez, demeurent d'accord que l'homme* PARTICIPE A UNE CERTAINE RAISON QU'ILS NE DETERMINENT PAS. *C'eſt pourquoi ils le définiſſent,* ANIMAL RATIONIS PARTICEPS. *Car il n'y a perſonne qui ne ſache du moins confuſément, que* LA DIFFERENCE ESSENTIELLE DE L'HOMME *conſiſte dans* L'UNION NECESSAIRE QU'IL A AVEC LA RAISON UNIVERSELLE: *quoi qu'on ne ſache pas ordinairement quel eſt celui qui renferme cette raiſon, & qu'on ſe mette fort peu en peine de le découvrir. Je vois par exemple, que deux fois deux ſont quatre; & qu'il faut préferer ſon ami à ſon chien; & je ſuis certain qu'il n'y a point d'homme qui ne le puiſſe voir auſſi bien que moi. Or je ne vois point ces veritez dans l'eſprit des autres, comme les autres ne le voient point dans le mien.* IL EST DONC NECESSAIRE QU'IL Y AIT UNE RAISON UNIVERSELLE, QUI M'E'CLAIRE, & TOUT CE QU'IL Y A D'INTELLIGENCES. *Car ſi la Raiſon que je conſulte n'étoit pas la meſme qui répond aux Chinois, il eſt évident que je ne pourrois eſtre auſſi aſſuré que je le ſuis, que les Chinois voient les meſmes veritez que je vois.* AINSI LA RAISON QUE NOUS CONSULTONS, QUAND NOUS RENTRONS DANS NOUS-MESMES, EST UNE RAISON UNIVERSELLE. *Je dis, quand nous rentrons dans nous-meſmes; car je ne parle pas ici de la raiſon que ſuit un homme paſſionné. . . . .*

Ibid. *Je ſuis certain que les idées des choſes ſont immuables, & que les veritez & les loix éternelles ſont neceſſaires. Il eſt impoſſible qu'elles ne ſoient pas telles qu'elles ſont. Or je ne vois rien en moi d'immuable ni de neceſſaire: Je puis n'eſtre point, ou n'eſtre pas tel que je ſuis: Il peut y avoir des eſprits qui ne me reſſemblent pas. Et cependant je ſuis certain qu'il ne peut y avoir d'eſprits qui voient des veritez & des loix differentes de celles que je vois. Car tout eſprit voit neceſſairement que deux fois deux ſont quatre; & qu'il faut préferer ſon ami à ſon chien. Il faut donc conclure, que la Raiſon que* TOUS LES ESPRITS CONSULTENT, EST UNE RAISON IMMUABLE & NECESSAIRE.

Ibid. *De plus il eſt évident, que* CETTE MESME RAISON EST INFINIE. *L'eſprit de l'homme conçoit clairement qu'il y a ou qu'il peut y avoir un nombre infini de triangles, de tetragones, de pentagones intelligibles, & d'autres ſemblables figures. . . . .*

Pag. 536. *Je pourrois apporter beaucoup de ſemblables exemples; dont on peut conclure, non ſeulement que l'eſprit de l'homme eſt borné, mais que* LA RAISON QU'IL CONSULTE EST INFINIE. *Car enfin l'eſprit* VOIT CLAIREMENT L'INFINI *dans*

Denique nec veritates tantummodo ſpeculativas, ſed & eas quæ ad mores pertinent, in illa luce, quæ Deus eſt, inquit, etiam injuſti cernunt, teſte Auguſtino. *Nous ne voions pas ſeulement en Dieu les nombres, les figures, toutes les veritez ſpeculatives; mais encore les veritez de pratique,* les loix eternelles, les regles immuables de la morale. „ In Deo conspicimus incom- „ mutabilem formam justitiæ, ſecundum „ quam hominem vivere judicamus. *De Trinit.* liv. „ 8. chap. 9. *Et plus bas, liv.* 14. *ch.* 15. Sed „ commemoratur ut convertatur ad Dominum, tam- „ quam ad eam lucem, qua etiam cum ab illo „ averteretur, quodammodo tangebatur. Nam hinc „ eſt quod etiam impii cogitant æternitatem, & mul- „ ta recte reprehendunt, rectequc laudant in homi- „ num moribus. Quibus ea tamdem regulis judi- „ cant, niſi in quibus vident quemadmo- „ dum quiſque vivere debeat, etiamſi nec ipſi eodem „ modo vivant? Ubi eas vident? Neque enim in ſua „ natura, cum procul dubio mente iſta videantur, „ eorumque mentes conſtet eſſe mutabiles; has vero „ regulas immutabiles videat quiſquis & „ hoc videre potuerit; nec in habitu ſuæ mentis, „ cum illæ regulæ ſint juſtitiæ, mentes vero eorum „ conſtet eſſe injuſtas. Ubinam ſunt iſtæ regulæ „ ſcriptæ, ubi quid ſit juſtum & injuſtus agnoſcit; „ ubi cernit habendum eſſe quod ipſe non habet? „ Ubi ergo ſcriptæ ſunt, niſi in libro lucis illius, „ quæ veritas dicitur, unde omnis lex „ juſta deſcribitur?

Sic demum concludit: *Il ſeroit inutile de tranſcrire un plus grand nombre de paſſages, pour prouver que* Saint Augustin a cru *que* la sagesse eternelle est la lumiere des intelligences: *& que* c'est par la manifestation de sa substance, *entant qu'archetype de tous les ouvrages poſſibles, entant qu'*art immuable, *que* Dieu nous eclaire interieurement, *& ſans l'entremiſe d'aucune creature.* „ Humanis mentibus nulla natura interpo- „ ſita præſidet. *De Muſica*, libro vi. cap. 1. & *De utilitate credendi*, cap. xv.

Sed ex Præfatione hujus operis hactenus ſatis. Jam tomo 1. pag. 27. ponit extenſionis ideam, ſive ſpatii extenſi, quæ eſt animis hominum inſita, quam clauſis oculis vident, neceſſariam, æternam, immutabilemque eſſe; communem omnibus ſpiritibus, quæ deleri ex animo nihilo magis poſſit, quam idea Dei, hoc eſt, Entis, aut Infiniti, aut Entis indeterminati: hæc enim eſſe ſynonyma. In ea vero extenſionis idea, circuli aliarumve figurarum ideas formaſve conſpici: hanc non eſſe mentis figmentum, ſed (ut ejus verbo utar) realitatem habere maximam; ſiquidem exhauriri cogitando non poteſt: hanc in Deo eſſe, in natura immutabili & æterna, ac proinde divina, ſcilicet in Ratione univerſali, quæ Deus in Deo eſt, quandoquidem veritas eſt unitati conſubſtantialis. Acceptum vero id totum eſſe ex Auguſtino. *Vous avez*

l'idée

*l'idée de l'eſpace ou de l'*ETENDUE: *d'un eſpace, dis-je, qui n'a point de bornes. Cette* IDE'E EST NECESSAIRE, ETERNELLE, IMMUABLE, COMMUNE A TOUS LES ESPRITS, *aux hommes, aux hommes, aux Anges, & à Dieu meſme. Cette idée, prenez y garde, eſt ineffaçable de voſtre eſprit, comme celle de* L'ESTRE, *ou de* L'INFINI, *de* L'ESTRE INDETERMINE'. *Elle lui eſt toujours preſente. Vous ne pouvez vous en ſéparer, ou la perdre entierement de veuë. Or c'eſt de cette vaſte idée que ſe forme en nous non ſeulement l'idée du cercle & de toutes les figures purement intelligibles, mais auſſi celles de toutes les figures ſenſibles. . . . . Conſiderez ſeulement qu'il faut bien que cette idée d'une étenduë infinie* AIT BEAUCOUP DE REALITE', *puiſque vous ne pouvez la comprendre. . . . . .* Et pag. 33. TOUTES NOS IDE'ES CLAIRES *ſont* EN DIEU, *quant à leur* REALITE' INTELLIGIBLE. *Ce n'eſt qu'en lui que nous les voions. Ne vous imaginez pas que ce que je vous dis ſoit nouveau.* C'EST LE SENTIMENT DE S. AUGUSTIN. *Si nos idées ſont éternelles, immuables, neceſſaires, vous voiez bien qu'elles ne peuvent ſe trouver que* DANS UNE NATURE IMMUABLE. *Oui, Ariſte, Dieu voit en lui-meſme l'étenduë intelligible. . . . & encore un coup* CE N'EST QU'EN LUI QUE NOUS LA VOIONS. *Car nos eſprits* N'HABITENT QUE DANS LA RAISON UNIVERSELLE, DANS CETTE SUBSTANCE INTELLIGIBLE, *qui renferme les idées de toutes les veritez que nous découvrons. . . .* Et pag. 40. LA RAISON UNIVERSELLE *eſt une* NATURE IMMUABLE, *& elle ne ſe trouve qu'en Dieu.*

Pag. 41. Extenſionem intelligibilem eſſe infinitam, immutabilem, neceſſariam, & æternam; ac proinde realem & immenſam; atque adeo Deum, vel (quod eodem recidit) in Deo, hoc eſt, in Veritate ſeu Ratione univerſali eſſe: eoque argumento invictiſſime effici, Deum eſſe, in quo ſit & extenſio infinita, quæ menſura ſit extenſionum omnium, propter immenſitatem ſuam; & Ratio ſeu Veritas univerſalis, quæ forma ſit & regula omnium idearum in quolibet ſcientiæ genere, in qualibet orbis parte: ac proinde etiam ideæ extenſionis. Eſt enim omnis homo conjunctus quam arctiſſime cum Ratione univerſali. L'E'TENDUE INTELLIGIBLE *infinie n'eſt pas une modification de mon eſprit. Elle eſt* IMMUABLE, ETERNELLE, NECESSAIRE. *Je ne puis douter* DE SA REALITE', *& de ſon* IMMENSITE'. *Or* TOUT CE QUI EST IMMUABLE, ETERNEL, NECESSAIRE *&* SUR TOUT INFINI, N'EST POINT UNE CREATURE, *& ne peut appartenir à la creature.* DONC *elle appartient au Createur, & ne ſe peut trouver qu'en Dieu.* DONC IL Y A UN DIEU *&* UNE RAISON. *Un Dieu, dans lequel ſe trouve l'archetype que je contemple du monde creé que j'habite. Un Dieu, dans lequel ſe trouve* LA RAISON QUI M'ECLAIRE *par les idées purement intelligibles qu'elle fournit abondamment à mon eſprit, & à celui de tous les hommes. Car je ſuis ſûr que* TOUS LES HOMMES SONT UNIS A LA MESME RAISON QUE MOI. Hæc ſententia loci iſtius eſt: Cum dico, Dei ſapientiam, duo dico; & Deum, & Sapientiam ejus. Deum autem cum dico, Ens dico indeterminatum. Hoc enim Deus eſt; Ens infinitum, vel indefinitum, ſiquidem omnia entia etiam poſſibilia complectitur. Sapientiam divinam, inquam cum dico, Regulam dico neceſſariam, æternam, & immutabilem, ſecundum quam quodlibet ens debet eſſe ut bene ſit: Quæ mentibus creatis ſuggerit, Hoc ita debet eſſe, iſtud non debet. Quoniam autem hanc omnis homo in mente habet, & huic immediate conjungitur, & ſiquidem eam ſequatur, rationalis eſſe cenſetur, idcirco Ratio appellatur; in moralibus, Sapientia. Secundum illam autem regulam omnes etiam figuræ Geometricæ recte fiunt; & in ea regula videtur omnium figurarum rectitudo aut inæqualitas. Ergo in ea eſt cujuſlibet Geometricæ figuræ idea, ac proinde omnis extenſionis. Nam in extenſione intelligibili hæ figuræ continentur, ac veluti deſcriptæ cernuntur. Sunt autem harum figurarum leges ſive ideæ, ſive rationes, æternæ & immutabiles: ergo in natura immutabili & in Ratione æterna videntur: ergo in Deo: Ergo & Deus exiſtit & Ratio. En quam ratiocinationem, ac demonſtrationem exiſtentiæ Dei, a ſe in Auguſtini libris deprehenſam fuiſſe jactat Malebranchius.

Pag. 42. Cum extenſionem intelligibilem, ſive ideam ſpatii extenſi, animus contemplatur, ſubſtantiam divinam ipſam, hoc eſt, Veritatem videri; cum nihil aliud poſſit mens clare percipere; neque tamen ipſam in ſe, aut qualis totaliter in ſe eſt, tunc videri; hoc eſt, ſecundum omnes veritates, quas Veritas ſumma in ſe continet; ſed ſolummodo ut eſt participabilis ab ea re creata quam oſtendit in ſe contineri, quamque intuemur: eoque ſenſu non incommode negari poſſe Deum ipſum videri. *Lors que vous contemplez l'*E'TENDUE *intelligible, vous ne voiez encore que l'archetype du monde materiel que nous habitons, & celui d'une infinité d'autres* POSSIBLES. *A la verité* VOUS VOIEZ ALORS LA SUBSTANCE DIVINE, *car* IL N'Y A QU'ELLE QUI SOIT VISIBLE, OU QUI PUISSE E'CLAIRER L'ESPRIT. *Mais vous ne la voiez pas en elle-meſme, ou ſelon ce qu'elle eſt.* VOUS NE LA VOIEZ QUE SELON LE RAPPORT QU'ELLE A *aux creatures materielles, que ſelon qu'elle eſt participable par elles, ou qu'elle en eſt répreſentative. Et par conſequent ce n'eſt point* DIEU, *à proprement parler, que vous voiez; mais ſeulement la matiere qu'il peut produire.*

Et pag. 43. VOUS VOIEZ CERTAINEMENT PAR L'ETENDUE INTELLIGIBLE INFINIE QUE DIEU EST. *Car il n'y a que lui qui renferme, ce que vous voiez: puiſque* RIEN DE FINI NE PEUT CONTENIR UNE REALITE' INFINIE. *Mais vous ne voiez pas ce que Dieu eſt. Car la divinité n'a point de bornes dans ſes perfections: & ce que vous voiez, quand vous penſez à des eſpaces immenſes, eſt privé d'une infinité de perfections. Je dis ce que vous voiez: & non* LA SUBSTANCE QUI VOUS REPRESENTE CE QUE VOUS VOIEZ. *Car* CETTE SUBSTANCE, *que vous ne voiez pas en elle-meſme, a des perfections infinies. Aſſurément* LA SUBSTANCE *qui renferme l'étenduë intelligible, eſt* TOUTE PUISSANTE. *Elle eſt infiniment* SAGE. *Elle renferme une infinité de perfections & de realitez. Elle renferme par exemple une infinité de* NOMBRES *intelligibles. Mais cette étenduë intelligible n'a rien de commun avec toutes ces choſes.*

Denique pag. 44. *Ainſi la ſubſtance divine dans ſa ſimplicité, où nous ne pouvons atteindre, renferme une infinité de perfections intelligibles toutes differentes, par leſquelles Dieu nous éclaire, ſans ſe faire voir à nous* TEL QU'IL EST, OU SELON SA REALITE' PARTICULIERE *& abſoluë: mais* SA REALITE' GENERALE *&* RELATIVE *à des ouvrages poſſibles.* Solus, inquit, Deus, hoc eſt, ſola Veritas, tametſi ſimpliciſſima, continet infinitas perfectiones: continet enim in ſe & facit extra ſe quidquid eſt verum, quidquid eſt vere, quidquid eſt ut eſſe debet; ſive in extenſione, ſive in eſſentia, ſive in numeris. Ergo Veritas Deus eſt. Quod enim infinitum & æternum eſt, Deus eſt. Ergo quidquid verum vides, cum in Veritate videas, in Deo vides: non tamen propterea Deum ipſum adæquate vides; ſed tamen quod verum vides; in Deo vides. Ergo cum extenſionem intelligibilem infinitam vides, cum vera ſit, in Deo vides. Nam infinitum videri niſi in infinito non poteſt. Ergo cum extenſionem intelligibilem infinitam vides in Veritate, quæ eſt infinita,

finita, Deum vides esse. Veritas enim extensionem illam intelligibilem dicit, & alia infinita multa: sed nunc tibi istam dicit tantummodo. Verum lepidus est Sophista Malebranchius, cum dicit Veritatem, quæ est Ens simplicissimum & indeterminatum, infinitas in se perfectiones continere; quasi actu contineat eas, quemadmodum Deo eas inesse Catholici profitentur; hoc est, ut ens physicum singulare extra res creatas, non ut metaphysicum tantum, cujusmodi veritas essentiarum ac numerorum est.

Pag. 45. usque ad 48. Deum esse ens præcise dicit, sive Infinitum, sive Ens indeterminatum Realitatem, Perfectionem indeterminate, Infinitum omni modo; Ens cujus cogitatio numquam ex animis nostris vel momento uno elabitur aut excidit; Ens absque circumscriptione aliqua; uno verbo Ens, ideam Dei esse. Quamobrem fieri non posse ut de Deo cogites, quin ipse sit; quandoquidem ut idea Entis videatur fieri non potest, nisi adsit ipsum: cum idea illa objectiva sit ipsum Ens; neque sit hoc Ens vel illud; sed Ens; ac Deus proinde. Inde fit primum, pergit ille, ut hæc propositio, *Deus est*, omnes ceteras propositiones claritate & perspicuitate antecellat, ac certare cum illa possit, *Ego cogito, ergo sum*. Nam ut ex cogitatione exsistentia, sic ex idea seu cogitatione Entis Ens colligitur, quod cogitationi objicitur, Hoc vero Deus est, inquit. Deinde fit ut ipsa Dei essentia, pernoscatur; cum synonyma sint hæc tria nomina, Deus, Ens, Infinitum. *Il n'y a que Dieu, que* L'INFINI, *que* L'ESTRE INDETERMINE', *ou que l'infini infiniment infini, qui puisse contenir la realite infiniment infinie, que je vois quand je pense* A L'ESTRE, *& non à tels & tels estres, ou à tels & tels infinis. En second lieu il est certain que l'idée de* L'ESTRE, DE LA REALITE', *de* LA PERFECTION INDETERMINE'E, *ou de* L'INFINI EN TOUTES MANIERES, *n'est point la substance divine entant que representative de telle creature, ou participable par telle creature. Car toute creature est necessairement un tel estre* . . . . Pag 46. *L'idée de* L'ESTRE SANS RESTRICTION, *de* L'INFINI, *de* LA GENERALITE', *n'est point l'idée des creatures, ou l'Essence qui leur convient.* . . . . L'ESTRE SANS RESTRICTION, *en un mot* L'ESTRE, C'EST L'IDE'E DE DIEU. *C'est ce qui le represente à nostre esprit tel que nous le voions en cette vie.*

Pag. 47. SI ON PENSE A DIEU, IL FAUT QU'IL SOIT. *Tel estre, quoi que connu, peut n'exister point. On peut voir son essence sans son existence, son idée sans lui. Mais on ne peut voir l'essence de l'infini sans son existence,* L'IDE'E DE L'ESTRE SANS L'ESTRE.

Pag. 48. *Ainsi vous voiez bien que cette proposition,* IL Y A UN DIEU, *est par elle-mesme* LA PLUS CLAIRE DE TOUTES LES PROPOSITIONS *qui affirment l'existence de quelque chose; & qu'elle est mesme aussi certaine que celle-ci,* Je pense, Donc je suis. VOUS VOIEZ DE PLUS CE QUE C'EST QUE DIEU, PUISQUE DIEU & L'ESTRE *ou* L'INFINI, NE SONT QU'UNE MESME CHOSE. *Mais encore un coup, ne vous y trompez pas. Vous ne voiez que fort confusément & comme de loin,* CE QUE C'EST QUE DIEU. *Vous ne le voiez point tel qu'il est: parce que quoi que vous voiez* L'INFINI, *ou* L'ESTRE SANS RESTRICTION, *vous ne le voiez que d'une maniere fort imparfaite. Vous ne le voiez point comme un* ESTRE SIMPLE. *Vous voiez la* MULTIPLICITE' DES CREATURES *dans l'infinité de l'estre increé: mais vous n'y voiez pas distinctement* SON UNITE'. *C'est que vous ne le voiez pas tant selon* SA REALITE' ABSOLUE, *que selon ce qu'il est par rapport aux creatures possibles, dont il peut augmenter le nombre à l'infini, sans qu'elles égalent jamais la realité qui les represente. C'est que vous le voiez comme* RAISON UNIVERSELLE, *qui éclaire les intelligences selon la mesure de lumiere qui leur est necessaire maintenant pour se conduire, & pour découvrir ses perfections entant que participables par des estres limitez. Mais vous ne découvrez pas cette proprieté qui est essentielle à l'infini, d'estre en mesme tems un & toutes choses.* Sive Veritatem in genere, sive verum in genere; sive verum, sive ens, sive Realitatem & perfectionem indeterminatam dixeris, inquit, nihil interest. Est hoc Unum ac Verum in rebus, Ratio in mente docens quid verum sit. At quid hoc est aliud, nisi pro Deo objicere realitatem indeterminatam quæ est vel esse potest in rebus, & quæ abstrahente eam intellectu a rebus, mentem dirigit ut de re quaque pronunciet, & tunc Ratio appellatur? At cum verum Numen cogitamus, determinatum ac singularem, æternum infinitumque actu spiritum intelligimus, sine ullo respectu ad res creatas, etiam possibiles. Non est Deus realitas entium, non est illa intelligibilis generalitas entis. Deum prorsus negat, qui sic probat Deum exsistere.

Sic pag. 51. *C'est donc en un sens* LA SUBSTANCE MESME DE DIEU QUE NOUS VOIONS. *Mais nous ne la voions en cette vie que d'une maniere si confuse & si éloignée, que* NOUS VOIONS *plutost* QU'ELLE EST, *que* CE QU'ELLE EST: *que nous voions plutost qu'*ELLE EST LA SOURCE *& l'exemplaire de tous les estres, que sa propre nature ou ses perfections en elles-mesmes.* Nec aliter sane videri potest Realitas entium intelligibilis, quam si videatur vera illius idea, ac proinde in Veritate, hoc est, in Deo, ut vult Malebranchius, videatur.

Pag. 52. *Je ne vous nie pas qu'on ne voie* LA SUBSTANCE DE DIEU EN ELLE-MESME. *On la voit en elle-mesme en ce sens, que l'on ne la voit point par quelque chose de fini qui la represente. Mais on ne la voit point en elle-mesme en ce sens, qu'on atteigne à sa simplicité, & que l'on y découvre ses perfections.* Veri substantia, inquit, in se videtur, quia non per aliam speciem potest videri Veritas, quam per seipsam: non videtur autem ut in se est, hoc est, secundum omnes quas simplicitate sua complectitur veritates, aut secundum eam virtutem simplicissimam, qua verum omne complectitur.

Pag. 207. *Je sçay qu'il y a un Dieu* OU UN ESTRE *infiniment parfait.* CAR SI J'Y PENSE, *& certainement j'y pense,* IL FAUT QU'IL SOIT; *puisque rien de fini ne peut representer l'infini.* Ridicule, siquidem tam conceptus entitatis finitæ infinitum potest exhibere menti, quam singularis conceptus universale. Neque Ens quod necessario menti obversatur, Deus est; hoc est, spiritus infinitæ actu perfectionis, sed sola Realitas entium indeterminata, hoc est, illius realitatis idea.

Sic pag. 287. *Par la divinité nous entendons tous* L'INFINI, L'ESTRE SANS RESTRICTION, L'ESTRE INFINIMENT PARFAIT. *Or rien de fini ne peut representer l'infini.* DONC IL SUFFIT DE PENSER A DIEU POUR SÇAVOIR QU'IL EST. *Ne soyez pas surpris, Theotime, si Ariste me passe cela; c'est qu'il en est déja demeuré d'accord.*

Denique pag. 313. *Il est vrai que* LA NOTION DE L'ESTRE *infiniment parfait est profondément gravée dans nostre esprit.* NOUS NE SOMMES JAMAIS SANS PENSER A L'ESTRE. *Mais bien loin de prendre cette notion vaste & immense de* L'ESTRE SANS RESTRICTION *pour mesurer par elle la divinité qui* SE PRESENTE A NOUS SANS CESSE, *nous la regardons cette* NOTION *immense,* COMME UNE PURE FICTION DE NOSTRE ESPRIT. *C'est, Ariste, que l'Estre en general ne frappe point nos sens.* Ecquid sane differt Realitas intelligibilis in genere, aut Generalitas entis, ab Universali sive in rebus, sive abstracto in mente? Nihil prorsus. At ideam veri Numinis nemini sano vel sobrio venire potest in mentem, ut dicat, merum eam

mentis

mentis noſtræ abſtrahentis opus & figmentum eſſe; ſiquidem idea eſt ſpiritus infiniti & ſingularis.

Pag. 53. Sentit id ſibi a Catholicis opponi poſſe: nempe mentis opus *generalitatem* illam *entis* eſſe. *Ariſte. Vous me convainquez, Theodore : mais il me reſte encore quelque doute. C'eſt qu'il me ſemble que l'idée que j'ay de* L'ESTRE EN GENERAL, *ou de* L'INFINI, *eſt* UNE IDE'E DE MA FAÇON. *Il me ſemble que l'eſprit* PEUT SE FAIRE DES IDE'ES GENERALES *de pluſieurs idées particulieres. . . . .* R. *Je vous ſoutiens que vous ne pourriez jamais penſer à ces formes abſtraites & de genres & d'eſpeces, ſi l'idée de* L'INFINI, *qui eſt inſeparable de voſtre eſprit, ne ſe joignoit tout naturellement aux idées particulieres que vous appercevez. . . Mais l'eſprit joint ſans réflexion à ſes idées finies l'idée de* LA GENERALITE' *qu'il trouve dans l'infini.* Atqui dictum iſtud fictumque eſt gratis. Univerſale enim & infinitum mens percipit, porrigendo ſive extendendo quam vult & poteſt longiſſime ideam quam primum hauſit ex rebus ſingularibus ejusdem generis vel ſpeciei.

Pag. 68. & 69. Hominem nihil omnino noſſe, niſi beneficio Rationis Univerſalis; hoc eſt, Rationis omnibus communis hominibus, & de rebus omnibus pronunciantis: cujus in ſubſtantia, quæ eſt lucis pleniſſima, omnia mens contuetur : Hanc eſſe Verbum divinum & æternum, hanc Dei Sapientiam, quæ ſit cauſa formalis cognitionum noſtrarum: hanc Veritatem immutabilem, neceſſariam, æternam, communem eſſe omnibus ſpiritibus, etiam damnatorum: quanto ergo magis Sinarum animis ac Tartarorum, Francorum Hiſpanorumque communem, ſiquidem vident in ea pariter univerſi, bis bina eſſe quatuor, quod tibi non vis fieri id non eſſe alteri faciendum, ſimileſque veritates. *Comprenez bien cette importante verité. L'homme n'eſt point à lui-meſme* SA PROPRE LUMIERE. *Sa ſubſtance, bien loin de l'éclairer, lui eſt inintelligible elle-meſme. Il ne connoit* RIEN QUE PAR LA LUMIERE DE LA RAISON UNIVERSELLE, QUI ECLAIRE TOUS LES ESPRITS, *que* PAR LES IDE'ES INTELLIGIBLES *qu'elle leur découvre dans* SA SUBSTANCE TOUTE LUMINEUSE. (Nihil certe mens humana novit niſi per lumen naturale, univerſale, commune omnibus hominibus; hoccine autem Verbum Dei eſt? Omnino, inquit Malebranchius:) Pag. 69. C'EST UNIQUEMENT LE VERBE DIVIN QUI NOUS E'CLAIRE *par les* IDE'ES *intelligibles qu'il renferme. Car il n'y a point deux ou pluſieurs Sageſſes, deux ou pluſieurs* RAISONS UNIVERSELLES. LA VERITE' EST IMMUABLE, NECESSAIRE, ETERNELLE, *la meſme parmi nous & les étrangers, la meſme* DANS LE CIEL & DANS LES ENFERS. *Le* VERBE ETERNEL *parle à toutes les nations le meſme langage,* AUX CHINOIS *& aux Tartares, comme aux François & aux Eſpagnols : Et s'ils ne ſont pas également* E'CLAIRE'S, *c'eſt qu'ils ſont* INEGALEMENT ATTENTIFS. . . . *Deux fois deux ſont quatre chés tous les peuples. Tous entendent* LA VOIX DE LA VERITE', *qui nous ordonne de ne point faire aux autres, ce que nous ne voulons pas qu'on nous faſſe.*

Pag. 179. Veritatem interius docentem, quæ Verbum Dei & Ratio univerſalis eſt, & communis hominum magiſtra, eam eſſe per quam rationales efficimur, & æquales inter nos. *C'eſt toujours* LA VERITE' INTERIEURE *qui nous inſtruit. . . .* LA RAISON NOSTRE COMMUN MAISTRE. . . . *Je vous fais l'honneur de vous croire* RAISONNABLE. *Cet honneur eſt grand. Car tout homme,* PAR LA RAISON, LORS QU'IL LA CONSULTE *& qu'il la ſuit, devient* SUPERIEUR *à toutes les creatures.* (Junctus Deo ſcilicet, fit rebus omnibus ſuperior, ut Deus ipſe.) *Il juge par elle, & condamne* SOUVERAINEMENT: *ou plutoſt c'eſt elle qui décide & qui condamne par lui. Mais ne croiez pas que je me ſoumette à vous. Ne croiez pas non plus que je m'éleve au deſſus de vous. Je ne me* SOUMETS *qu'à* LA RAISON, *qui peut me parler par vous, comme elle peut vous parler par mon entremiſe.* Nihil iſte vult credi, quod Ratio non manifeſtet iis qui eam conſuluerint ut magiſtram.

Et pag. 302. L'AME NE CONNOIST QUE DANS LA SUBSTANCE INTELLIGIBLE DU VERBE DIVIN. Et pag. 321. *J'ay bien de la joie, Ariſte, de voir que vous eſtes convaincu, non ſeulement que la puiſſance de Dieu eſt la cauſe efficace de nos connoiſſances. . . . Mais encore que* SA SAGESSE EN EST LA CAUSE FORMELLE, QUI NOUS ECLAIRE IMMEDIATEMENT, *& ſans l'entremiſe d'aucune creature. Je vois bien que Theodore* (ſeipſum deſignat) *vous a entretenu de cette matiere : je lui dois auſſi ce que vous tenez de lui, & qu'il dit* TENIR DE SAINT AUGUSTIN.

Pag. 319. & 320. Veritatem quamlibet ex iis quæ dicuntur æternæ, eſſe immutabilem, atque adeo in ſubſtantia immutabili divinitatis (hoc eſt, Veritatis ſummæ) eſſe, in eaque cerni a nobis: oportere iſtud autem in confeſſo eſſe apud omnes. *Dieu voit que deux & deux ſont quatre. Vous le voiez : je le vois... Vous voiez une verité commune à tous les eſprits. . . . Vous voiez une verité immuable, neceſſaire, éterneile. Car vous eſtes ſi certain de l'immutabilité de vos idées, que vous ne craignez point de les voir demain toutes changées. Comme vous ſçavez qu'elles* SONT AVANT VOUS, *auſſi eſtes vous bien aſſuré qu'elles ne ſe diſſiperont jamais. Or ſi vos* IDE'ES *ſont* ETERNELLES & IMMUABLES, *il eſt évident qu'elles ne peuvent ſe trouver que* DANS LA SUBSTANCE ETERNELLE & IMMUABLE *de* LA DIVINITE'. CELA NE SE PEUT CONTESTER. C'EST EN DIEU SEUL QUE NOUS VOIONS LA VERITE'. *C'eſt en lui ſeul que ſe trouve la lumiere qui l'éclaire lui & toutes les intelligences. . . .* NE DISPUTONS POINT DE CES PRINCIPES: ILS SONT EVIDENS *&c.* At non conſentiunt certe Catholici, qui & verum Numen colunt, nec innatas agnoſcunt ideas, inſitasve homini ab exortu; ſed ſolam vim cogitandi, informandique ideas ex conſideratione rerum, vel ex auditu a magiſtris: nedum adeo deſipiunt, ut videri nunc quidquam in Deo putent. Lucem illam, quæ communis eſt rationalibus animis, lumen aiunt eſſe naturale, a Deo ingenitum omni menti, ut de rerum eſſentiis, principiisve vitæ moralis, ſimiliter omnes judicent. Eam ob rem dici quidem merito Deum lucem hominum, non formaliter tamen; ſiquidem lux iſta creata a Deo, non Deus ipſe eſt; ſed cauſaliter dumtaxat ſeu efficienter. Neque Veritatem, quam mens intelligit, patiuntur dici, ut iſte paſſim appellat, ſubſtantiam intelligibilem & immutabilem Verbi divini; *la ſubſtance intelligible & immuable du* VERBE DIVIN: neque enim aut ſubſtantiam Verbi, qui de Deo & Verbo Catholice ſentiunt, ſed perſonam dicunt: aut omnino perſonam Verbi vel Dei ſubſtantiam appellari, niſi ab atheis, hanc formaliter lucem communem mentium, putant poſſe.

Pag. 211. Invenire etiam voluit homo ad fallendum ſe aliosque nimium ingenioſus, quemadmodum de Veritate diceret, id quod Catholici de vero Numine profitentur. Nempe ſufficere ſibi ipſi Deum, absque ullo ad res creatas reſpectu: quoniam ex idea Entis perfecti non conſequitur neceſſario materiam exſiſtere. Quamvis enim, exempli gratia, nullæ exſiſterent res numerandæ, nihilominus verum eſſet & erit, bis bina eſſe quatuor: &, Omnia oportere eſſe ordinatiſſima: quam Legem ponit iſte Deum & Verbum eſſe, & Ens infinite perfectum. *La notion de* L'ESTRE INFINIMENT PARFAIT *ne renferme point de rapport neceſſaire à aucune creature.* DIEU SE SUFFIT *pleinement à lui-meſme. La matiere n'eſt*

donc point UNE EMANATION NECESSAIRE *de la Divinité.* DU MOINS, *ce qui me ſuffit preſentement*, IL N'EST PAS EVIDENT *qu'elle en ſoit une émanation neceſſaire. . . . . La volonté de créer des corps n'eſt point neceſſairement renfermée dans la notion de l'Eſtre infiniment parfait, de* L'ESTRE QUI SE SUFFIT PLEINEMENT A LUI-MESME. *Bien loin de cela, cette notion ſemble exclure de Dieu une telle volonté. Il n'y a donc point d'autre voie que la revelation qui puiſſe nous* ASSURER *que* DIEU A BIEN VOULU CRE'ER DES CORPS. Sed homo vafer hic tria diſſimulat. Primum eſt, tametſi ex notione Entis perfecti non conſequitur neceſſario materiam aut ullam rem creatam exſiſtere; tamen aut Ens illud metaphyſicum eſt tantummodo, indiſtinctum phyſice a rebus creatis, quæ veræ ſunt; quod ſibi ſufficiens eſſe prædicatur: quale illud principium generale eſt, Oportet eſſe omnia ordinatiſſima: aut ſi ens reale phyſicum intelligitur, certe neque eſt illud infinite perfectum, quod humana mens neceſſario cogitat; neque ſine alterutro, ſine corpore, inquam, aliquo indeterminato, vel ſpiritu, ſaltem confuſe poteſt concipi; exſiſtere reipſa ſine utroque, vel alterutro ſaltem determinato non poteſt. At Deus verus & eſſe & concipi clare ſine utroque poteſt; nec verus eſt Deus, qui aliter concipitur. Alterum eſt, emanationem materiæ ab eo dici, tantum neceſſariam negari. At emanatio materiæ ab Ente dici quoquomodo metaphorice vel metaphyſice poteſt: a vero Numine non emanare poteſt, ſed creari. Denique quod neceſſariam tamen eſſe eam emanationem negat, non conſequi eam neceſſario ex idea ea probat; at ex ipſomet ente non neceſſario ſequi, ſi phyſicum ens ſit, non probat: immo vero cum ens infinite perfectum ſecundum Malebranchium ſit ens formale omnium entium, neceſſario aut corporeum aut ſpiritale, aut utrumque eſt. Quod autem negat conſtare certo poſſe de exiſtentia corporum abſque revelatione divina, abſurda nec ſatis ſibi conſtans conſecutio ea eſt, ad quam ſua eum hypotheſis pertrahit. Cum enim Deum non agnoſcat, præter Realitatem entium; omnia a Deo immediate fieri vel emanare cogitur confiteri; quia ſunt certe res omnes a Realitate, quemadmodum homines ſunt ab humanitate. Ergo & ideæ corporum, non a corporibus, ſed a Deo ſunt, ſiquidem ſunt reales. Nec ſunt illæ tamen propterea certæ; nam & ideæ falſæ de corporum exſiſtentia perinde ſunt a Deo ac veræ, ut ipſe alibi confitetur; hoc eſt, a Realitate. Deinde cum ſint ſenſus cauſæ occaſionales ac naturales idearum; ſenſus autem ſint fallaces, ut plurimis experimentis manifeſtum eſt; oportet & ideas ſingulares nullas eſſe certas. Non ergo quod Deus oſtendit & revelat, (revelatio enim dicenda eſt ea productio idearum, cum a Deo ſit:) id omne neceſſario certum eſt: ſed veriſimile tantum eſt ob multitudinem motivorum credendi. Illud vero tantummodo certum eſt, quod eſt immutabile; & quod Veritas, quæ Deus eſt, per ſe & in ſua ſubſtantia immediate oſtendit. Sic fides, quæ eſt *ex auditu*, in genere tantum opinionis eſt; tametſi ob multitudinem *apparentiarum*, hoc eſt, ſimilium & ſibi conſentientium idearum non poſſit dici certo falſa; ſed veriſimillima; at veriſimillima tantum; & longe infra intelligentiam rerum poſita, quas in Verbo percipimus, hoc eſt, in Veritate neceſſaria. Quæ omnia quantum a pietate Chriſtiana, a certitudine Chriſtianæ fidei, & a bono ſenſu abhorreant, quid neceſſe eſt a nobis oſtendi, cum res Theologis Catholicis perſpicua ſit? Nihil vero affingi a nobis, tum neceſſaria harum propoſitionum ſeries & connexio demonſtrat peritis Logices; tum ipſius Malebranchii confeſſio multis locis; præſertim vero pag. 328. Reſponſionis ad librum Arnaldi, De veris & falſis ideis. *Je ne conclus pas que les choſes ſoient préciſément à cauſe de l'apparence que j'en ay. Mais je conclus, que les choſes ſont par la foi, jointes aux apparences que j'ay. Ainſi j'ay autant l'apparence de l'Alcoran, que celle de la Bible. Mais la foi me fait recevoir la Bible, & rejetter l'Alcoran. Je ſuis donc certain qu'il y a des corps, puiſque l'Ecriture me l'apprend. Or je rejette l'Alcoran, & je reçois la Bible, à cauſe des* APPARENCES *que Dieu, qui n'eſt point trompeur, m'a données d'Apoſtres, de miracles, &* D'AUTRES MOTIFS DE CREDIBILITE', *par rapport à la Bible: & qu'il ne m'a point donné de ſemblables motifs de credibilité par les apparences que j'ay eues des livres qui traitent de l'hiſtoire de Mahomet, & par pluſieurs autres raiſons.* Sed ad librum quem nunc expendimus, revertamur.

Pag. 311. Ne ipſe atheus habeatur, atheum eſſe cenſendum dumtaxat illum affirmat, qui cum Benedicto de Spinoſa Mundum pro Deo eſſe velit. *Cet impie de nos jours, qui faiſoit ſon Dieu de l'Univers, n'en avoit point. C'étoit un veritable athée.* An vero qui pro Deo affert Ens & verum intelligibile, Ens formale ſive Realitatem omnium entium, tum exiſtentium, tum poſſibilium, ut facit Malebranchius, diſtat multum ab eo, qui τὸ πᾶν, hoc eſt, univerſum pro Deo habet, ut Spinoſa? Nihil equidem intereſſe arbitror.

Pag. 321. *J'ay bien de la joye, Ariſte, de voir que vous eſtes convaincu, non ſeulement que la puiſſance de Dieu eſt la cauſe efficace de nos connoiſſances; car je penſe que vous n'en doutez pas: mais encore que ſa ſageſſe en eſt la* CAUSE FORMELLE, *qui nous éclaire immediatement, & ſans l'entremiſe d'aucune creature. Je voi bien que Theodore vous a entretenu ſur cette matiere. Je lui dois auſſi ce que vous tenez de lui, & qu'il dit tenir de S. Auguſtin.* Theod. *Nous convenons donc vous & moi, que Dieu eſt infiniment ſage, & cela eſſentiellement & par lui-meſme, par la neceſſité de ſon Eſtre. Que les hommes ne peuvent eſtre ſages, que par la lumiere de la ſageſſe divine: Que cette lumiere leur eſt communiquée en conſequence de leur attention, qui eſt la* CAUSE OCCASIONNELLE *qui determine l'efficace des loix generales de l'union de leur eſprit avec la* RAISON UNIVERSELLE.

Tomo ſecundo eadem ſæpius occinit, quæ deſcribere jam pertædet; pauca tamen & hinc e plurimis ſeligenda. Pag. 131. *L'eſprit de l'homme eſt auſſi* UNI A DIEU, A LA SAGESSE ETERNELLE, *à* LA RAISON UNIVERSELLE, QUI ECLAIRE TOUTES LES INTELLIGENCES. *Et il y eſt encore uni par des loix generales, dont* NOSTRE ATTENTION *eſt la cauſe occaſionnelle qui en détermine l'efficace. Les ébranlemens qui s'excitent dans mon cerveau ſont la cauſe occaſionnelle ou naturelle de mes ſentimens. Mais la cauſe occaſionnelle de la preſence des idées à mon eſprit, c'eſt mon attention. Je penſe à ce que je veux.*

Pag. 159. *La* LOI DIVINE. . . . *ce* CODE *éternel, ainſi que l'appelle S. Auguſtin.* . . . *la* VOLONTE' *de l'Eſtre infiniment parfait.* . . . *Le* VERBE DIVIN *eſt* LA LOI DE DIEU MESME. . . . . *Tous les eſprits, les uns plus, les autres moins, ont la liberté de conſulter cette loi.* . . . Quot nominibus Veritatem ſuam iſte deſcribit, ut Catholicus, ſi fieri poteſt, habeatur! Lex divina eſt, Voluntas entis perfecti, Verbum Divinum, Sapientia æterna, Codex æternus, Ratio Univerſalis, Deo conſubſtantialis quam mens quælibet cum libitum eſt conſulit. Pag. 294. *Dieu trouve ſa* LOI *écrite dans* SA SUBSTANCE. *En un mot, il ſuit toujours* LA RAISON, *parce qu'elle lui eſt* CONSUBSTANTIELLE. *Or cette* MESME RAISON *nous apprend que le plus noble ne doit pas eſtre ſubordonné au moins noble, &c.*

Pag. 257. Ideam Ordinis, quem vidimus in alio opere Verbum ipſum Dei eſſe ab eo appellatum, inſitam dicit ingenitamque omnibus hominibus eſſe, atque

que his verbis optime declarari: OPORTET: JUS POSTULAT: ÆQUUM EST. Hic Malebranchio Deus, hoc illi Verbum Dei est. *Depuis le peché nos idées sont si confuses, & la* LOI NATURELLE *est tellement éteinte, que nous avons besoin d'une loi écrite. . . . Comme la plupart des hommes* NE RENTRENT POINT *en eux-mesmes, ils n'entendent point cette voix interieure qui leur crie*, Non concupisces... *Néanmoins ils n'ont jamais pu effacer entierement l'idée de* L'ORDRE; *cette* IDE'E GENERALE, *qui répond à ces mots*, IL FAUT, ON DOIT, IL EST JUSTE DE. *Car le moindre signe réveille cette idée ineffaçable dans les enfans mesmes qui sont encore pendus à la mamelle.* Ipsi lactentes ideam habent Verbi divini: naturaliter Christiani scilicet.

Pag. 299. Docet haud obscure, non alia de causa bestiis animas a se adimi, quam ne, si cognoscere eæ dicantur id quod suæ naturæ conveniens est, Verbum Dei, hoc est, ut interpretatur, Ordinem, & Quod oportet, cognoscere easdem ac diligere cogatur confiteri. *Si vous donnez aux bestes une ame plus noble que leur corps*, (hoc est, animam cognoscentem; qua cognoscendi dote corpus caret:) *donnez leur aussi une fin plus noble que celle de jouir des corps. Si vous les supposez capables de connoistre & d'aimer*, QU'ELLES SOIENT DONC CAPABLES DE CONNOISTRE LA VERITE' & *d'*AIMER L'ORDRE. Huic concinit Magister ipsius Ambrosius Victor, ejusdem hæreseos de bestiis inanimis acerrimus propugnator, in titulo capitis XXVII. tomi sexti, quem inscripsit, *De Anima Bestiarum. Ostenditur quinto*, inquit, *bestiam quoque, si detur, animam* ÆTERNÆ VERITATIS LUCI CONTUENDÆ IDONEAM *esse: quia nimirum est & Dei seu summæ Trinitatis imago*; (*quatenus nempe se esse, nosse, amare novit & amat.*) *Et* LUX *quædam spiritalis & incorporea, ejusdem proinde cum* INCORPOREA VERITATIS LUCE *generis; & se vivere verbi gratia vel sentire* MANIFESTA QUADAM LUCE *certissima: cum humanam mentem ejusdem incorporeæ ac æternæ lucis capacem esse iisdem ipsis argumentis probet Augustinus.*

Pag. 301. Obstinate hæret in ea hæresi Malebranchius. *Ariste. Non, Theotime, vous ne me persuaderez jamais ce paradoxe, que les bestes n'ont point d'ame, & qu'elles ne sentent point de douleur, lorsqu'on les maltraite.* Theotime. *Je vous persuaderai donc que la chasse vous est défenduë. Car le gibier est une nation paisible & innocente, qu'il ne vous est pas permis de guerroyer & de massacrer.* Ariste. *Raisons metaphysiques!* Theotime. *Il est vrai, mais démonstratives pour ceux qui les examinent avec une attention serieuse.*

Jam summa hæc Malebranchianæ demonstrationis est, Quod Christus sit Deus, & Quod Christiana religio sola sit vera, pag. 233. & sequentibus, tomi hujus secundi. Deus, hoc est, Bonum, τὸ ἀγαθὸν, Deus, inquam, est infinitus, homo finitus. Proportio autem infiniti ad finitum nulla est. Accedere ergo ad Deum, sive Bonum, quod est Deo placere, homo finitus non potest, nisi per aliquid infinitum, cui uniatur, quod sit consubstantiale Deo. Norit ergo homo non posse hominem accedere ad Deum, nisi deïficatum: sed deïficari se posse credat & speret, per unionem cum Verbo Dei, hoc est, cum Ratione Universali; quandoquidem Christus ita unitus Verbo fuit, & propterea Deus fuit, & placuit Deo. Ergo adjungat se homo Christi divinitati, quæ est Ratio universalis. Hoc qui fecerit, testatur Deo se præ illius adeptione universum mundum nihili pendere, quod est sacrificium Deo dignissimum. Sic accedet ad Deum; hoc est, is erit, qualem esse eum oportet. Sociniani cæci sunt, inquit, qui nesciant Rationem Universalem esse Verbum. Itaque cum Christum dicant esse purum hominem, non habent per quem accedant ad Deum. Si persuasum Socinianis esset Rationem Universalem ipsam divinitatem esse, jam illi & Christum esse Deum agnoscerent, & satagerent (ut ille fecit) huic divinitati conjungi, ac per eam ad Deum, hoc est, ad Bonum accedere; & jam essent illi similes nobis, Catholici. Qui Christum esse Deum credunt, hoc est, Rationi Universali conjunctissimum, hi sciunt se per hanc divinitatem Christi posse ad Deum accedere, nec aliter posse. Ergo Christiana religio sola vera religio est, quippe quæ sola istud doceat; quæ sola, inquam, viam docet, qua certo quis accedat ad Deum, & conjungatur Deo, hoc est, summo Bono in genere. Fac posse hominem fortiter ac juste quidpiam facere absque cognitione Christi Dei, inquit; carebit ille tamen merito fidei, si Christum neget Deum esse, seu Rationem Universalem esse perfecte conjunctam humanitati Christi: quod e contrario si agnoscat ac prædicet, simul is de Deo sentiet ut oportet; nempe nihili esse ducenda omnia quæ sunt in universo, præ cultu & amore summi Boni per Christum, hoc est, per Rationem Universalem. Hæc præclara hominis istius Theologia est: quæ 1o. Deum verum negat esse aliquem præter Bonum in genere, quod Ens infinite perfectum vocat. 2o. Divinitatem Christi esse Rationem Universalem, cui nos æque atque ille, tametsi non constanter & arcte, ut ille, conjungimur. 3o. Solo nobis exemplo prodesse Christi humanitatem. Denique, ut alia nunc omittam, Christianam religionem in sola conjunctione cum Ratione universali positam esse, atque adeo mere naturalem esse; & propterea sectam in Christiana religione quamlibet veram esse, quæ Sociniana modo non sit. Et Catholicus a Catholicis, nisi sint ignari & hebetes, Malebranchius habebitur? Verba ipsius, quæ hoc loco sunt prolixa ad fastidium, & interdum perplexa, describere supersedemus: locum indicasse, & sententiarum summam integra fide exhibuisse, in præsenti sufficiat.

Pag. 361. Extensionem intelligibilem, hoc est, ideam extensionis in Deo & Deum Deique substantiam ipsam proinde docet esse: quid ita? Quia Deus est ipsa Realitas universalis. Est autem extensio intelligibilis Realitas, & in Realitate continetur. Est ergo in Deo & Deus, non absolute quidem & adæquate; sed ut est Deus, hoc est, Realitas per extensionem repræsentabilis. Ridet autem deinde Catholicos, ut solet, qui nihil esse arbitrentur extensionem istam intelligibilem, nempe nihil reale physicum extra mentem, nec Deum proinde. At ipse reale maxime quiddam esse contendit, quoniam secundum ipsum Necessitas illa ipsa est ut sint in omni corpore partes actu extra partes; hoc idea extensionis naturaliter exhibente & exigente. Hæc autem, inquit, necessitas realis est, eademque æterna & immutabilis: ergo Deus, vel in Deo certe, qui aliud nihil est secundum ipsum, quam Necessaria & intelligibilis veritas seu Realitas entium. En cur tam obstinate defendat Extensionem intelligibilem Deum esse. L'IDE'E DE L'ETENDUE, *ou l'*ETENDUE INTELLIGIBLE, *n'est point une modification de l'ame*; & ELLE NE SE TROUVE QU'EN DIEU; *parce que cette étenduë est* INFINIE, *& que nostre esprit est fini: qu'*ELLE EST IMMUABLE, NECESSAIRE, ETERNELLE, COMMUNE A TOUTES LES INTELLIGENCES: *Qualitez assurément qui ne peuvent convenir aux modifications d'une creature. Or cette étenduë est* EFFICACE; *elle peut agir dans l'esprit. Elle peut l'éclairer, le toucher, le modifier en mille manieres. Car cette étenduë, qui est l'archetype de la matiere,* N'EST QUE LA SUBSTANCE DE DIEU, *entant que representative des corps. . . .* LORS QU'ON PENSE A L'ETENDUE *les yeux fermez, & le cerveau sans images, alors cette* E'TENDUE INTELLIGIBLE *affecte l'ame d'une pure perception.* ELLE PAROIST TELLE QU'ELLE EST, IMMENSE, NECESSAIRE, ETERNELLE. *On ne remarque point de difference*

dans ſes parties intelligibles, parce qu'elle touche par tout également l'eſprit. Et comme cette étenduë le touche legerement, ON LA REGARDE ORDINAIREMENT COMME N'AYANT POINT DE REALITE': *car naturellement on juge de la realité des choſes par l'impreſſion qu'elles font en nous. Il naiſt de là deux erreurs tout oppoſées: l'une que* L'IDE'E DE L'E'TENDUE N'EST RIEN: *& l'autre que la matiere eſt éternelle & infinie, parce que telle eſt ſon idée. Cela ſoit dit en paſſant: car il ne faut pas preſentement nous arreſter à combattre ces erreurs.*

Pag. 375. Subſtantia Dei formaliter vegetari atque illuminari rationales animos, dicit, teſte Auguſtino: Ex quo neceſſe eſt conſequi, vivere animos formaliter ipſa Dei ſubſtantia, quæ Ratio Univerſalis & Lumen naturale eſt: quæ quoniam cibus hominis in Euchariſtia eſt, & in cælo erit. Mortem proinde impiorum, quæ hos a Deo ſeparat, non aliam eſſe, quam quæ mentem a ſuis ideis, quantum fieri illud poteſt, atque a vero ſuo lumine divellit ac disjungit. *Car encore un coup, il n'y a que* LA SUBSTANCE DIVINE *qui nourriſſe l'ame & qui lui donne* LA VIE, *qui puiſſe l'éclairer & la rendre heureuſe.* „ Inſinuavit nobis, *dit S. Auguſtin,* (Tract. XXIII. „ in Joan.) animam humanam & mentem rationalem „ NON VEGETARI, NON BEATIFICARI, „ NON ILLUMINARI, NISI AB IPSA SUBS„ TANTIA DEI. *Convaincus de cette grande verité, qu'exprime* SENSIBLEMENT *la divine Euchariſtie,* &c. Et in margine, *Meditations Chrétiennes, Medit.* 17. *n.* 7. ubi legitur. *Car ſi maintenant tu manges réellement mon corps & bois mon ſang, tu ne dois pas douter que tu ne te nourriſſe dans le Ciel* DE MA SUBSTANCE. *Je te marque donc par l'Euchariſtie, que je ſuis réellement* LA RAISON *& la nourriture de l'homme.* Quod eſt dicere; ſola divinitas Chriſti, hoc eſt, Ratio Univerſalis cibus eſt hominis, quia ſola ipſa eſt realiter cibus mentium: Ergo ſi nunc dum *ſenſibiliter* panem & vinum ſumis, (nihil enim aliud ſenſus percipiunt:) *realiter*, hoc eſt, per mentem manducas corpus & ſanguinem bibis Chriſti hominis Rationi Univerſali conjunctiſſimi; ſive, quod idem eſt, ſi probe meditaris mortem & paſſionem Chriſti, & quid Ratio deinde a te poſcat; quo cibo *realiter* ſola mens paſcitur; multo magis etiam in cælo Ratio eadem ipſa Univerſalis cibus tuus erit. Nam hoc *ſenſibiliter* docet Euchariſtia; hoc eſt, per manducationem ſenſibilem panis ſimul, & realem Verbi ſeu Rationis Univerſalis, quæ per fidem fit. Aut hæc Malebranchii ratiocinatio hoc loco eſt, quæ fidem evertit Euchariſtiæ; aut quæ ſit illa, non video. Certe ſolum nomen Tranſſubſtantiationis admittere videtur velle, in libro *De la Recherche de la Verité,* pag. 213. *On ne doit pas entreprendre de donner des explications faciles & intelligibles des choſes, que les Peres & les Conciles n'ont point entierement expliquées. Et* IL SUFFIT DE TENIR LE DOGME DE LA TRANSSUBSTANTIATION, SANS EN VOULOIR EXPLIQUER LA MANIERE. *Car autrement ce ſeroit jetter des ſemences nouvelles de diſputes & de querelles, dont il n'y a déja que trop.* Negat de Tranſſubſtantiationis modo diſputandum: id quod iis quoque ſolemne eſt dicere, quibus Tranſſubſtantiatio myſtica, quæ per fidem fit, una placet. Sed de hoc alias. Interim idem pag. 367. Operis in quo nunc verſamur, pœnas inferni quasnam fore exiſtimet, deſcribit; nempe quales indicavimus. *C'eſt la mort des impies qui eſt terrible: cette mort* QUI LES SEPARE DE DIEU: *cette mort* QUI SEPARE L'ESPRIT, AUTANT QU'IL LE PEUT ESTRE, DE SES IDE'ES, QUI LE PRIVE DE SA PROPRE LUMIERE, *& le plonge pour l'éternité dans ces tenebres exterieures, dont Jeſus-Chriſt parle ſi ſouvent dans l'Evangile.* Cum impios dici oporteat a Deo ſeparari, nec Deum iſte agnoſcat niſi Veritatem, quæ dicit, Hoc oportet, iſtud non decet; ſeparationem hanc neceſſe eſt in eo poni a defenſoribus hujus hypotheſis, quod nihil veri videant impii, nullam partem veræ lucis aut rationis habeant, ſolo ſenſu ad dolendum præditi.

Ex libro quem inſcripſit, *Réponſe du P. Malebranche à Mr. Regis.*

Nonniſi priorum fere librorum plena faſtidii repetitio ſe hic offert, ubi eadem ſe prodit impietas, atque in illis. Tantum loca igitur quædam exſcribemus, quorum quæ ſit ſententia, ex antedictis ſatis perſpicuum eſt.

Pag. 79. *Je ſoutiens donc que* CETTE RAISON UNIVERSELLE, QUI ECLAIRE INTERIEUREMENT TOUS LES HOMMES, *&* QUI A PRIS CHAIR *ſenſible* POUR S'ACCOMMODER *à leur foibleſſe, & leur parler par leurs ſens, eſt* LA SAGESSE *de* DIEU MESME, *en qui ſe trouvent toutes les idées & toutes les veritez.* Hoc eſt dicere, Rationem univerſalem, nempe eam quæ communis eſt omnibus animis ratione utentibus, ut doceret per carnem homines, quaſi condeſcenſione quadam humanitati Chriſti ſe conjunxiſſe; cum reipſa eadem, non veritates illas dumtaxat, quas per Chriſtum hominem loquitur, ſed alias in ſe contineat numero infinitas, quas quotidie creatis mentibus manifeſtat.

Pag. 74. *Je ne conclus pas qu'on voie* LA PROPRE ESSENCE DE DIEU *qui repreſente tous les corps. Je dis au contraire. . . . qu'on ne peut conclure que les eſprits voient l'eſſence de Dieu, de ce qu'*ILS VOIENT TOUTES CHOSES EN DIEU. *Car en effet, il eſt faux que* L'ESSENCE DE DIEU *repreſente les corps. C'eſt* L'IDE'E DE L'ETENDUE *qui les repreſente. Certainement cette idée eſt en Dieu: mais elle n'eſt point ſon eſſence.* QUI DIT ESSENCE, *dit* L'ESTRE ABSOLU, QUI NE REPRESENTE RIEN DE FINI. *Car c'eſt* LA SUBSTANCE *de* DIEU *priſe relativement aux creatures, ou entant que participable par elles, qui les repreſente.* Hic ordo rerum, inquit, ſive idearum eſt. 1o Deus eſt Quod eſſe oportet: eſt hoc Ens infinitum, quod nemo tunc videt abſolute ut eſt in ſecundo videt alia in ipſo: Deinde in Deo eſt idea extenſionis corporum poſſibilium & impenetrabilitatis partium; Eſt enim etiam ipſa Quod oportet eſſe. Hanc igitur in Deo videmus, ut eſt continens in ſe extenſionem. In idea deinde illa extenſionis videmus triangulos, circulos, & quaſlibet figuras. Tametſi igitur hæc videntur in Deo, non propterea Deus, hoc eſt, Dei eſſentia abſolute ſpectata videtur, ſive ut eſt Unitas vel Realitas præciſe; ſed inadæquate tantum, ut dicit ordinem ad illa, ut eſt participabilis ab illis, ut eſt illorum repræſentativa.

Pag. 79. *La queſtion ſe réduit à ſçavoir ſi cette* IDE'E *de* L'ETENDUE *eſt une modalité de l'ame. Je prétens que non: parce que cette idée eſt trop vaſte; qu'*ELLE EST INFINIE. . . . *& que toutes les modalitez d'une ſubſtance finie, ſont neceſſairement finies.* C'EST DONC UNE NECESSITE' QUE CETTE IDE'E NE SE TROUVE QU'EN DIEU, PUIS QU'IL N'Y A QUE LUI D'INFINI. *Je prétens que l'*IDE'E DE L'ESTRE EN GENERAL, *ou de l'*ESTRE INFINI, DANS LAQUELLE NOUS VOIONS EN GENERAL *&* CONFUSEMENT TOUS LES ESTRES, *comme nous voions tous les corps dans l'idée de l'étenduë: je prétens, dis-je, que cette idée de l'Eſtre infini ne ſe peut trouver qu'en Dieu. C'eſt en cela que conſiſte toute la force de mon raiſonnement, contre l'opinion de Mr. Regis.*

Urget adverſarius Malebranchium, apud iſtum, pag. 100. Si Deus ſit totum ſive omne Ens, ſive Ens univerſale; conſectarium eſſe, ut & Deus ſit Natura univerſalis, & entia ſingularia partes Dei vel integrantes vel ſubjectivæ ſint. Partes integrantes dicuntur

tur eæ, ex quibus totum aliquod componitur. Subjectivæ, quæ non sunt actu in toto universali, sed potestate tantum; ut diversæ species unius generis, homo & brutum in animali. Atqui pugnat hoc consequens cum idea Dei, quem constat esse rem maxime singularem ac determinatam. Non est igitur Deus sive totum sive omne Esse, sive Ens universale, sed causa efficiens omnium entium. *Mr. Regis continuë ainsi:* „ *En effet, si Dieu étoit Tout estre ou l'Estre* „ *universel, comme cet Auteur l'enseigne, il faudroit* „ *que tous les Estres fussent des parties integrantes ou* „ *des parties subjectives de Dieu. . . . Or les Estres* „ *ne sont pas des parties integrantes de Dieu. . . Les* „ *Estres ne sont pas non plus des parties subjectives de* „ *Dieu: parce que s'ils l'étoient,* DIEU SEROIT „ UNE NATURE UNIVERSELLE, *qui n'*EXIS- „ TEROIT *que dans l'entendement de celui qui la con-* „ *cevroit: ce qui répugne à l'idée de Dieu: laquelle le* „ *represente comme* LA CHOSE *du monde la plus* SIN- „ GULIERE *&* LA PLUS DETERMINE'E. *Il* „ *reste donc que Dieu n'est Tout estre ou Estre universel,* „ *qu'en ce qu'il est la cause efficiente, mediate ou im-* „ *mediate de tous les Estres.* Sane Malebranchium adversarius aut non intellexit, aut noluit intelligere, ut dissidere ab ipso videretur. Neque enim ut Spinosa, sic Malebranchius, τὸ πᾶν sive Ens universum dicit Deum esse; cujus sint res creatæ integrantes aut subjectivæ; quod stultum est, inquit Malebranchius, & impium cogitare: sed esse Deum Ens universale, Ens præcise, Quod oportet, Ordinem immutabilem rerum omnium etiam possibilium; quæ substantia, sive natura, ut vocat, & essentia participabilis est a rebus creatis. Denique nihil a se proferri de hoc argumento gloriatur, in quo non sibi jamdudum præiverit AUGUSTINUS. Pag. 101. *De bonne foi, Monsieur, avez-vous prétendu combattre mon sentiment, lorsque vous avez prouvé, que Dieu n'est pas l'Estre universel, parce que tous les Estres ne sont pas des parties integrantes ou subjectives de la divinité? Prenez garde, je vous prie; le monde en concluroit que vous n'entendez pas ce que vous lisez.* . . . . . Et pag. 106. *Donc le P. Malebranche a raison d'assurer que Dieu est* L'ESTRE GENERAL, *l'Estre universel, enfin* L'ESTRE TOUT COURT: *non que les creatures soient des parties integrantes ou subjectives de* SON ESSENCE: *c'est là un sentiment impie, que Mr. Regis est bien aise de combattre, apparemment pour remplir le vuide de sa Metaphysique.* . . . . *Dieu est* L'ESTRE UNIVERSEL, *parce que son essence est participable par les creatures. Si Mr. Regis fust venu* DU TEMS DE S. AUGUSTIN, *& qu'il lui eust proposé l'objection qu'il fait au P. Malebranche; peut-estre qu'il l'eust traité de stupide: lui qui prétend, que les figures que les Geometres contemplent,* HABITENT DANS LA VERITE' OU DANS LE VER- „ BE. . . . . *Quis enim mente tam cœcus est,* „ *qui non videat istas figuras, quæ in Geometrica do-* „ *centur,* HABITARE IN IPSA VERITATE, „ AUT IN HIS ETIAM VERITATEM? *Soliloq.* „ *liv. 2. chap.* VIII. *sur la fin.*

Pag. 67. *Le Chrêtien. Je répons à voſtre premiere objection. . . . . La toute-puiſſance eſt renfermée dans l'idée de l'Eſtre infiniment parfait. . . . . Dieu voit en lui-meſme* L'IDE'E DE L'ETENDUE, *il peut donc vouloir en produire. S'il le veut, & que cependant elle ne ſoit pas produite, il n'eſt pas tout-puiſſant, ni par conſequent infiniment parfait. Niez donc l'exiſtence d'un Eſtre infiniment parfait; ou avoüez qu'il a pu créer la matiere, & meſme que lui ſeul l'a creée,* PUISQU'IL LA MEUT, & L'ARRANGE *dans l'ordre que nous admirons. Car. . . . . s'il n'avoit pas fait la matiere, il ne ſçauroit pas ſeulement les changemens qui lui arrivent, ni meſme* SI ELLE EXISTE. Ab ente, ſive a Realitate, inquit, Veritate, Ordine, Pulchritudine, quæ Deus eſt, eſt illa materiæ pulchra diſpoſitio, quam in unaquaque re miramur, quia reale quiddam eſt: ergo cum materia ſit reale quiddam, eſt ipſa pariter a Realitate; alioqui ne quidem Realitas ſive Deus ſciret, an materia exſiſtat nec ne. Nam ſcire Deum aliquid exſiſtere, ut ſuperius dictum eſt, eſt illud ipſum velle & efficere. Catholici de vero Deo dicunt; ſi per impoſſibile non effeciſſet ipſe aliquid eorum quæ exſiſtunt, nihilominus exſiſtere illud, ſive exſtiturum eſſe, ſciret ab æterno; quoniam eſt diſtincta virtualiter ſcientia ipſius infinita a potentia creativa.

Ad ſecundam objectionis partem Malebranchius ſic reſpondet, pag. 71. *Le Chrêtien. Oüi ſans doute, l'étenduë, celle que vous appercevez immediatement & directement,* L'ETENDUE INTELLIGIBLE, *eſt* ETERNELLE, NECESSAIRE, INFINIE. *Car c'eſt l'idée ou l'archetype de l'étenduë creée, que nous appercevons immediatement: &* CETTE IDE'E EST L'ESSENCE ETERNELLE DE DIEU MESME, *entant que relative à l'étenduë materielle, ou entant que repreſentative de l'étenduë dont cet Univers eſt compoſé. Cette* IDE'E *n'eſt point faite,* ELLE EST ETERNELLE. *Mais l'étenduë dont il eſt queſtion, celle dont cette idée eſt le modelle, eſt creée dans le tems par la volonté du Tout-puiſſant. Eſt-ce que vous confondez encore les idées des corps avec les corps meſmes? De l'exiſtence de l'idée qu'on apperçoit d'un Palais magnifique, en peut-on conclure l'exiſtence de ce Palais?..* Pag. 73. *Il eſt donc évident, que de l'exiſtence neceſſaire des* IDE'ES, ON N'EN PEUT POINT CONCLURE L'EXISTENCE NECESSAIRE *des Eſtres dont ces idées ſont les modelles. On peut ſeulement dans les idées des Eſtres découvrir les proprietez: parce que ces Eſtres ont eſté faits par celui là-meſme* EN QUI NOUS VOIONS LEURS IDE'ES.

Abruptus hoc loco dialogus eſt, ἀτελεύτητος, nec ſibi quidem ſatisfactum eſſe Sinenſi reponente: quod Cenſor libelli fortaſſis, quæ ſubjungebantur juſſit expungi. Negat Malebranchius actualis extenſionis æternitatem ex idea extenſionis neceſſario colligi, quandoquidem naturam ejus ſolummodo, non etiam exſiſtentiam, idea ejus, hoc eſt, Realitas, ac Veritas, ſive Deus ipſe, ut vult Malebranchius, repræſentat: æternam propterea eſſe non negat. Factam dicit eſſe in tempore; quid eo autem verbo intelligat, non exponit. Silet denique de ejuſdem extenſionis infinitate.

LELEVELIUS.

In dimicatione adverſus Silvanum Regis, adlegit ſibi Malebranchius adjutorem, nomine Lelevelium, inferioris notæ ſcriptorem; ſed cui ſubinde tamen & ſententias & verba ipſa ſuggeſſiſſe Malebranchius videtur, in libro quem ſic inſcripſit ille Gallice,

La vraie & la fauſſe Metaphyſique,
par Mr. de Lelevel, pour
la défenſe du P. Malebranche,
contre Mr. Regis.

Ex eo etiam libro quædam excerpere & exhibere loca vice coronidis placet; quibus nulla erit noſtra fere animadverſione opus; adeo ſunt ea ſimilia anteriobus.

Pag. 21. *C'eſt l'ame qui apperçoit; & l'objet qui l'éclaire eſt par lui-meſme intelligible. Il ne reſte donc plus qu'à examiner quel eſt cet objet* QUI RENFERME LES IDE'ES DE TOUS *les eſtres corporels. C'eſt ſans doute* UN OBJET IMMENSE, *un objet* INCREE', *un objet très-ſimple dans ſa varieté ſous laquelle il ſe preſente à nous, un objet* INEPUISABLE. *Et* A QUI *peut convenir tout cela, ſinon* A CELUI QUI PAR SA NATURE EST TOUJOURS PRESENT AUX ESPRITS: *qui dans la ſimplicité de* SA SUBSTANCE *renferme les perfections de tous les Eſtres particuliers, & qui peut ſe preſenter comme il lui plaiſt, tantoſt ſelon qu'il repreſente telle ſubſtance, tantoſt ſelon qu'il en repreſente une autre?*

Pag. 22. *C'eſt faute d'avoir diſtingué ces deux choſes,* LA PERCEPTION, & L'IDE'E; *que Mr. Regis anéantit au lieu d'établir* LA DEMONSTRATION DE L'EXISTENCE *d'un Eſtre infiniment parfait. Car ſur ce fondement que toute idée doit avoir une cauſe exemplaire,* (COMME SI TOUTE L'IDE'E N'E'TOIT PAS ELLE-MESME L'ORIGINAL:) *il conclut de ce que nous avons l'idée d'un Eſtre infiniment parfait, qu'il eſt néceſſaire que cet Eſtre exiſte.*

Et

Et il ne voit pas qu'il y a contradiction, qu'un Eſtre infini en tout ſens, tel qu'eſt l'Eſtre parfait, ſoit repreſenté par une idée finie, telle que ſeroit celle qui ne ſeroit que la modification de mon ame. Il ne voit pas que cet Eſtre ne ſçauroit eſtre repreſenté: & que ſi nous en avons une idée, comme certainement nous l'avons, C'EST LUI MESME QUI EST CETTE IDE'E, OU QUI SE DE COUVRE *à l'ame ſelon quelques-uns de ſes attributs. Car il faut bien remarquer qu'il n'en eſt pas de l'Eſtre infini, comme des eſtres bornez & particuliers: On peut voir l'idée de tel eſtre ſans que cet eſtre exiſte: parce qu'on ne voit point cet eſtre en lui-mesme, & qu'on le voit par une idée qui n'a point de liaiſon néceſſaire avec lui. Mais* IL EST CLAIR, QUE L'ESTRE INFINI NE SAUROIT ESTRE REPRESENTE' QUE PAR SON ACTUELLE PRESENCE.

Pag. 27. *Rien n'empeſche, dit Mr. Regis, qu'une idée qui eſt diſſemblable à ſon objet, quant à ſon eſtre formel, ne ſoit ſemblable au mesme objet quant à ſon eſtre objectif. Mr. Regis doit ſavoir, qu'on ne ſe paie plus de mots. On demande ce que c'eſt que l'eſtre objectif d'une idée, qui eſt une veritable modification. On demande comment cet eſtre objectif peut eſtre infini dans une modification finie. Car enfin il faut qu'il ſoit infini, pour repreſenter un objet infini. Enfin on demande, d'où cette idée, toujours finie en elle-mesme en qualité de modification, peut proceder pour eſtre infinie quant à ſon eſtre objectif. . . . . Qu'il prouve que* L'INFINI *eſt la cauſe exemplaire d'une idée finie, & que cette mesme idée repreſente* L'INFINI. Reſpondent Philoſophi Catholici, objectum ideæ quoad ſubſtantiam finitæ, ab ipſa mente pro vi ſibi a Deo inſita fingi; eſſe illud objectum in ſuo eſſe reali extra mentem infinitum actu, ſi Deus ſit; ſed non iſtud repræſentare mentem ſibi poſſe totum adæquate: Ens autem præciſe, quod vocant *l'Eſtre tout court*, nec extra mentem eſſe non identificatum tam rebus creatis, quam vero Numini; & cum eſt illud objective in intellectu, totum ibi eſſe repræſentative; fingente ſibi animo hanc ideam ſimplicem, Quod non repugnat eſſe: Hanc ideam, ſive hoc objectum in mente, non eſſe infinitum, niſi potentia; quatenus applicari poteſt huic & illi certæ ideæ compoſitæ, immo innumerabilibus ideis compoſitis: Stultos proinde & atheos eſſe, qui hanc ideam objectivam innatam homini eſſe, Ens eſſe infinite perfectum, denique Deum eſſe ipſum affirmant: aut aliud colligi ex ea poſſe, etiamſi innata homini eſſet, quam exiſtere poſſe quidquid non repugnat eſſe.

Pag. 29. *Après tout, Mr. Regis a l'idée de Dieu, de* L'INFINI; *& il voit bien que cette idée lui eſt commune avec toutes les intelligences. . . . . Pag. 30. Que Mr. Regis ne fait-il une attention entiere à l'idée qu'il a de Dieu? Il reconnoiſtroit que ſon eſprit appercevant l'infini en tout ſens, c'eſt une neceſſité qu'il ait une perception & un objet: Une perception finie, puiſqu'elle eſt la modification d'une ſubſtance finie: Mais* UN OBJET INFINI, *puis qu'on voit qu'il a eſté avant nous, & qu'il ſera toujours* APRE'S NOUS: UN OBJET QUI SE COMMUNIQUE A TOUS, *puiſqu'on voit que tous y peuvent découvrir les mesmes qualitez.*

Pag. 31. *Quoi que Mr. Huet prétende n'avoir pas l'idée de Dieu, cela n'empeſche pas qu'il ne l'ait auſſi bien que Mr. Regis. Il faut le lui prouver. Il penſe, quand il lui plaiſt, à un petit cercle, à un plus grand, & à un autre encore plus grand. Comment cela? N'eſt-ce pas qu'il conçoit dans l'idée qu'il a de l'étendue, divers points également éloignés d'un ſeul, qu'on appelle le Centre; & qu'il en prolonge le diametre autant qu'il veut? Il penſe à un cercle en general, c'eſt-à-dire, à un cercle dont il ne détermine point la grandeur. Comment cela? Si ce n'eſt parce qu'il a* L'IDE'E DE LA GENERALITE', *qu'il répand ſans y penſer, ſur l'idée particuliere du cercle? Or* CETTE IDE'E DE LA GENERALITE' *n'eſt pas l'idée de* TEL ESTRE: C'EST DONC L'IDE'E DE L'ESTRE. ET QU'EST-CE QUE L'IDE'E DE L'ESTRE, SI CE N'EST L'IDE'E DE L'INFINI, DE DIEU MESME? . . . . . Pag. 32. *Or je dis que* CETTE IDE'E DE L'ESTRE OU DE L'INFINI, C'EST L'ESTRE OU L'INFINI MESME. *J'en ay dit la raiſon: qui eſt, que ne pouvant y avoir pluſieurs infinis, & que l'infini ne pouvant eſtre repreſenté par aucune choſe finie; c'eſt une neceſſité,* PUISQUE NOUS EN AVONS L'IDE'E, QU'IL SOIT LUI-MESME SON IDE'E, ET QU'IL EXISTE. *Diſtinguons preſentement à la maniere de l'Ecole, l'idée formelle de l'idée objective, & attachons des idées à ces termes. L'idée objective* SERA L'ESTRE, L'INFINI TOUJOURS PRESENT & UNI IMMEDIATEMENT AUX ESPRITS. *Et l'idée formelle ſera la perception de l'ame, la modification qu'elle reçoit à la preſence de l'infini.* Immo vero conceptus formalis ipſa eſt imago objecti per intellectionem producta, ſpecies expreſſa, vitalis repræſentatio. Conceptus objectivus, res ipſa eſt quæ intellectui cognoſcenda proponitur; ut ſol pro ut ab intellectu cognoſcitur.

Pag. 36. *Où eſt le Carteſien, qui ne voit pas, que* L'INFINI EST LA REALITE', *d'où nous* FORMONS, OU PLUTOST *d'où nous tirons* NOS IDE'ES: *puis qu'il n'y a que l'infini, qui dans la ſimplicité de ſa nature, puiſſe renfermer cette multiplicité d'idées, que nous voions bien que nous n'épuiſerons jamais.* Pœnituit eum dixiſſe, quod ex vera Philoſophia didicerat, formare ſibi quemque ſuas ideas; haurire vel educere eas ex infinito poſtea maluit dicere.

Pag. 39. *Dieu n'eſt point corps; & il eſt plus au-deſſus des eſprits, que les eſprits ne ſont au deſſus des corps. Il eſt* L'ESTRE SANS RESTRICTION, L'ESTRE INDETERMINE', L'ESTRE INFINI, *qui renferme en ſoi toutes les perfections des corps & des eſprits.* MAIS QUI N'EST NI CORPS NI ESPRIT. *Il eſt* L'ESTRE *en un mot; dont l'idée nous penetre, quoique nous ne puiſſions le comprendre, ni exprimer ce qu'il eſt.* Hic ſe prodit iſte aperte atheum; qui ideam *Generalitatis*, ſive Realitatis univerſalis, Deum ipſum dicat eſſe; cum Realitas illa univerſalis aut extra mentem non ſit, aut ſi ſit, rebus etiam ipſis creatis identificetur, & ſit earum ens formale, nec proinde Deus eſſe poſſit. Atheus eſt, qui dicit Deum eſſe Ens in genere; qui negat Deum eſſe hoc ens, etſi infinitum; qui Deum nihilo magis Spiritum dicit, quam corpus, eſſe: qui ideam denique objectivam infiniti, quæ ſtatim ſe animis offert, ipſummet infinitum dicit eſſe quod Deus ſit, ut diximus.

Pag. 51. *Pour peu d'attention qu'il y apporte, il verra que* LA LUMIERE NATURELLE EST UNE SUBSTANCE QUI E'CLAIRE IMMEDIATEMENT TOUS LES ESPRITS: *que* CETTE LUMIERE EST E'GALEMENT PRESENTE A TOUS: *mais que tous ne la contemplent pas également. D'où il arrive que tous n'en ſont pas également éclairez. Il verra que la perception claire & diſtincte, eſt une modification de l'ame tournée vers cette* LUMIERE ETERNELLE: *Que la clarté & l'évidence eſt* CETTE LUMIERE MESME, *entant qu'elle éclaire & convainc l'eſprit: Et que la connoiſſance de la choſe, tirée de la choſe mesme, eſt celle qui naiſt de la contemplation des idées, qui ſont les* ARCHETYPES *de toutes les creatures.* Pag. 53. *Si Mr. Huet connoiſt d'autres lumieres, que* CETTE LUMIERE IMMUABLE & ETERNELLE, *qui ſe répand dans nos eſprits, à l'occaſion de ce que nous regardons, de ce que nous liſons, de ce que nous entendons, & ſuivant noſtre attention; il nous fera plaiſir de nous en donner une notion claire & diſtincte.* Nunc id inculcat, quod centies Malebranchius occinuit; Lumen commune animorum,

morum, quod se præbet communiter omnibus, æternum & immutabile, SUBSTANTIAM esse Lucis, Veritatem in genere sive universalem, quæ manifestat evidenter singulas in se veritates, & immediate cuilibet menti conjungitur; denique Lumen ipsum naturale esse. Sic Verbum Dei, secunda sanctissimæ Trinitatis persona, quæ secundum istos Lumen istud ipsum est omnibus commune, Lumen ipsum naturale est. At si Verbum istiusmodi est, num Pater, & Deus, is Deus, & Pater est, quem Christiani colunt?

Pag. 79. *Le grand principe de Mr. Descartes, c'est que Dieu fait tout; & qu'il ne partage en aucune maniere la puissance réelle avec ses creatures.*

Pag. 73. *Ce seroit peu que les substances fussent également parfaites en elles-mesmes, il faut encore selon Mr. Regis, qu'elles soient aussi anciennes que la vo-* „ *lonté de Dieu*, parce que cette volonté est éternel- „ lement agissante. *Il n'ose pourtant dire, que ces substances dont le monde est fait, soient éternelles: Elles ne sont, dit-il, que* perpetuelles. *Et si on lui dit, que ce n'est que changer de nom, & qu'on ne concevra jamais que des substances que la volonté de Dieu a toujours creées, ne soient pas éternelles:* Il suf- „ fit, *répond t'il*, qu'elles soient dépendantes & ca- „ pables de changement, pour ne pouvoir prétendre „ au titre d'éternelles. *Il ne s'agit donc que du titre, & non pas de la chose.* Atqui non mundum quidem; sed materiam, certe ex qua mundus hic conditus est, ni fallor, ab ipso Malebranchio video pariter æternam adstrui. Nec adversario suo certe, Silvano Regis, litem super ea sententia movit. Quin etiam ipse in præfatione libri inscripti, *Entretiens sur la Metaphysique & sur la Religion*, ubi Petro Faydit respondet, qui hoc ipsum ei objicit, criminationem eam non depellit candide, sed fucum vult legentibus facere. Sic enim ille:

Le mesme Auteur m'attribuë de croire que LA MATIERE EST ETERNELLE. *Il avoit déja avancé cette calomnie dans sa Critique des Memoires de Mr. de Tillemont. . . . . Voici comme il parle:*

„ *On sera peut-estre surpris que sur le fait de l'E-* „ *ternité de la matiere j'aye cité le P. Malebranche,* „ *qui non seulement ne la croit pas comme Mr. Regis,* „ *mais qui mesme la réfute: liv. 2. de la Nat. & de* „ *la Grace nomb.* LIII. *& Medit.* IX. *nomb.* 3. 4. 5. „ *&* 6. (*Il devoit plutost citer les nomb.* 10. 11. *&* „ 12.) *Mais il est bon d'observer qu'il ne la réfute,* „ *que parce qu'il suppose, que ceux qui la font éternel-* „ *le, la font aussi increée &* INDEPENDANTE „ *de Dieu, & immobile. D'ailleurs il ne nie que l'é-* „ *ternité du monde tel qu'il est; c'est-à-dire, de cette* „ *portion de* LA MATIERE UNIVERSELLE, „ *qui compose les corps enfermez dans nostre tourbillon,* „ *la terre, la lune, le soleil, l'air, les étoiles, & les* „ *planetes, que tout le monde convient avoir receu leurs* „ *formes au jour de la creation. Mais il ne nie pas* „ *que la matiere en general, ou l'étenduë subsistante* „ *n'ait été creée de toute éternité, & ne soit une ema-* „ *nation libre & volontaire de Dieu, & comme le pre-* „ *mier fruit de son action interne. C'est uniquement* „ *ce que vouloit dire Platon* &c. Deinde sic adversario Malebranchius respondet:

Tout ce discours est faux. Il suffit de lire la Meditation IX. *& l'endroit mesme du Traité de la Nature & de la Grace, citez par l'Auteur, pour s'en convaincre. Dans le nombre* LIII. *de la seconde partie du Traité, je me fais cette objection: Ou le monde est digne de Dieu, ou il en est indigne. S'il est digne de Dieu, il doit estre éternel. Et s'il en est indigne, il ne devoit point estre tiré du néant. Donc &c.* „ *Et j'y ré-* „ *pons ainsi: Il est mieux que le monde soit, que de* „ *n'estre pas: Mais il seroit mieux qu'il ne fust point* „ *du tout que d'*ESTRE ETERNEL. IL FAUT „ QUE LA CREATURE PORTE LE CARACTERE ESSENTIEL DE LA DEPENDANCE *&c. L'Auteur ne devoit donc pas s'opiniatrer à soute-* „ *tenir*, que je ne nie pas que la matiere n'ait esté „ creée de toute éternité, *puisque dans l'endroit mesme qu'il cite, non seulement je le nie, mais que j'en rends cette raison*, que LA CREATURE DOIT „ PORTER LE CARACTERE DE LA DE- „ PENDANCE.

At est istud aperte satis non aliam materiæ mundive æternitatem negare, quam quæ cum independentia a Deo esset conjuncta: quod unum etiam æternitatis genus a Malebranchio negari adversarius contendit; atque ipsemet etiam, quod mirere, Malebranchius profitetur in illa ipsa Meditatione IX. quam hic nihilominus audet pro sua defensione allegare: Sic enim ibi habet, eo ipso num. 10. quem præcipue ab adversario considerari oportuisse ipse conquerenti similis admonet: *L'étenduë intelligible te paroist éternelle, necessaire, infinie: crois ce que tu vois. Mais ne crois pas que* LE MONDE SOIT ETERNEL, NI QUE LA MATIERE QUI LE COMPOSE, SOIT IMMENSE, ETERNELLE, NECESSAIRE. *N'attribuë pas à la creature ce qui n'appartient qu'au Createur; & ne confons pas ma substance que Dieu engendre par la necessité de son Estre, avec mon ouvrage, que je produis avec le Pere & le Saint Esprit par une action entierement libre.* Et num. 5. *Si la matiére étoit* INCREE'E, *Dieu ne pourroit la mouvoir ni en former aucune chose.* Si non esset nimirum materia a Realitate, si non quoquomodo penderet a Realitate Universali, quæ Malebranchio Deus est; nihil ex ipsa certe efficere, ac ne ipsam quidem movere Realitas posset. Repugnat enim, & quod reale sit, a Realitate non esse; & quod a Realitate non sit moveri realiter. Hoc illud est quod eo dicto Malebranchius intelligit. Qui si Deum verum agnosceret, cum Catholicis fateretur, si esset, ex hypothesi impossibili, materia increata & æterna, nihilominus a Deo motum variamque formationem & compositionem esse accepturam. Neque hoc ipsi negant Sociniani, qui materiam Deo reipsa coæternam ponunt. Ergo Malebranchio curæ solum hoc loco fuit, ut legentes falleret: nec æternitatem materiæ mundove adimit, quam quæ conjuncta sit cum independentia a Deo, hoc est, ut Malebranchiani intelligunt, ab Ente indeterminato, & Realitate Universali; paremque faceret creaturam cum Patre, hoc est, cum Ente illo indeterminato; emanationemque materiæ ab Ente & Realitate, haud valde absimilem ei, qua Verbum, hoc est, Veritas Universalis, ab Unitate seu Ente manat. Quod hæreticum esse & mixtum impietate dogma, quis non videt?

Sed hactenus de Malebranchio abunde dictum esto: cum si omnia expendi oporteat, quæ sunt in ejus voluminibus detestanda, nullus sit finis futurus. Ipsius interim sortem, quisquis Christianus est, mecum lugeat; & Deum Opt. Max. oret, ne ut vixit ab annis amplius triginta, quibus varias edidit lucubrationes, Atheus moriatur.

Exemplum enim hic commemoravimus similis exitus in uno quopiam Malebranchii discipulo; quod exemplum recitatur a quodam ejusdem disciplinæ assectatore, in libro qui inscribitur hoc titulo:

Mélanges d'histoire & de litterature, recueillis par Mr. de Vigneul-Marville. A Rouën, 1700.

Tomo 1. pag. 324. *N. né à Bourdeaux, se fit Moine assez jeune: mais devenu inquiet, il apostasia, & se déguisa si bien, qu'on n'entendit plus parler de lui, que trente ans après, qu'il fut reconnu par un Religieux de son Ordre chez Mr. le Marquis de Vardes, à qui il enseignoit la Philosophie de* DE'S- CARTES. . . . . *C'étoit un des plus habiles Cartesiens de son tems. Il n'écrivoit rien, se contentant de*

de penſer pour s'inſtruire ſoi-meſme, ou pour inſtruire deux ou trois de ſes amis. Sa métode d'étudier, ou plutoſt de méditer ſur les ſciences, approchoit aſſez de celle du P. MALEBRANCHE, *qui conſiſte* A CONSULTER LE VERBE OU LA SAGESSE ETERNELLE *dans le ſilence des paſſions. . . . . Le jour qu'il mourut, il commanda à ſon valet de porter une lettre à la poſte. Ce valet qui le vit extraordinairement changé, quoi que ſans maladie apparente, lui dit qu'il ſeroit plus à propos d'aller querir un Confeſſeur & le Medecin. Mais* LE BON HOMME *ne voulant entendre parler ni de l'un ni de l'autre, le valet partit, & à ſon retour il trouva la lampe éteinte, &* SON MAISTRE MORT: *ce qui l'effraia beaucoup.*

Scriptor horum Commentariorum dicitur Cartuſianus eſſe e Monaſterio de Gaillon in diœceſi Ebroicenſi, cui nomen Bonaventura d'Argonne, una cum Abbate de Garence. Quiſquis is eſt, ipſemet etiam Malebranchianæ ſectæ addictiſſimum ſe profitetur, pag. 391. *La premiere des ſix loix fondamentales de l'Academie de gl'Intronati:* Orare, Prier. *Ce n'eſt pas à dire, Pſalmodier comme des Chanoines, ou faire oraiſon comme des Camaldoli: mais contempler* LES CHOSES SUPERIEURES, & CONSULTER DANS LE FONDS DE NOSTRE ESPRIT, LA SAGESSE ETERNELLE QUI Y PRE'SIDE & NOUS ECLAIRE. *Les Paiens meſme ont bien conçu qu'il y a un Dieu, qu'il falloit ſolliciter par des prieres, afin d'eſtre aſſiſté d'un certain Genie, qui fait concevoir les grands deſſeins,* DONNE LA FORME AUX PENSE'ES, *l'ornement & la grace au diſcours. Auſſi Homere le plus excellent des Poëtes profanes, &* GRAND IMITATEUR DU STILE DE MOYSE, *ſe tourne vers* DIEU, *& l'invoque dés l'entrée de ſon Poeme: ce qui a ſervi depuis, & ſert encore aujourd'hui de modelle aux Poëtes heroiques. Platon qui s'étoit formé ſur Homere, tenoit les yeux de l'eſprit attachés ſur la Divinité,* LA SOLLICITOIT PAR LA MEDITATION *& la priere de répandre ſur lui les lumieres, qui l'ont fait appeller le divin Platon. . . . Tous nos Philoſophes Chrétiens ſe ſont attachés à la Divinité par la priere & par la contemplation: & comme l'a dit un d'entr'eux:* „ *Il n'eſt pas plus vrai* „ *que les enfans tirent leur ſubſiſtence du ſein de leurs* „ *meres, qu'il eſt vrai que les contemplatifs tirent leur* „ *ſubſiſtence ſpirituelle du ſein de Dieu. Cette verité a paru dans tous les ſiecles: Mais jamais perſonne ne l'a renduë plus ſenſible, que* LE PHILOSOPHE MODERNE, *qui a fait voir dans* LA RECHER- „ CHE DE LA VERITE', QUE NOUS NE „ SOMMES POINT NOSTRE LUMIERE A „ NOUS-MESME: *que les corps qui nous environnent* „ *ne peuvent nous éclairer; que les intelligences meſmes* „ *ne contenant point dans leur eſpre* LA RAISON „ QUI LES REND SAGES. *ne peuvent communi-* „ *quer cette* RAISON *à noſtre eſprit:* QUE LA „ SAGESSE ETERNELLE EST LA SEULE „ LUMIERE DES ANGES & DES HOMMES, „ *&* SEULE LUMIERE UNIVERSELLE „ DES ESPRITS. *Ce qui établit invinciblement la neceſſité de la contemplation & de la priere.* Quid dici Malebranchianæ impietati ſimilius quam iſtud eſt, aut quid magis ἄθεον poteſt cogitari? Orare, inquit, oportet: ſed quid orare eſt? Non eſt pſallere, non precari atque obſecrare; ſed meditari res ſupernas, præſidentem menti noſtræ Sapientiam ac veritatem æternam conſulere: quam pagani ipſi invocabant; Homerus in primis; cum diceret; Μῆνιν ἄειδε Θεὰ; nam Θεὰ hic Deus ille verus eſt, quem Moſes invocabat; Genius idem ille eſt, ex quo lepos orationi advenit, & ſententiis venuſtas ac nobilitas; illa, inquam, Veritas & Sapientia, qua Spiritus aluntur, tum Angelici, tum humani: illa denique Ratio Univerſalis quæ Sapientes facit. Sic enim in ſua Diſquiſitione Veritatis Philoſophus Recens docet: αὐτὸς ἔφα.

Excerpta quædam alia ex libro P. MALEBRANCHII, quem inſcripſit, *Traité de la Nature & de la Grace.*

COnqueſtus eſt apud me nuper Amicus, quicum hæc Excerpta communicaram, prætermiſiſſe me multa, ex libro Malebranchii De Natura & Gratia, quæ nihilominus eſſent animadverſione digna, quam priora: præſertim vero ea, in quibus Chriſtum eſſe gratiæ cauſam occaſionalem docet. Huic Amici æquiſſimæ expoſtulationi ut ſatisfacerem, hanc quoque partem Malebranchianæ doctrinæ viſum eſt operæ pretium hoc loco ſubjicere, & præter alia nonnulla ſuperius prætermiſſa diligenter expendere.

Pag. 4. *Jeſus-Chriſt, qui eſt le Chef de l'Egliſe, eſt le commencement des voies du Seigneur; c'eſt le premier né des creatures: & quoi qu'il naiſſe parmi les hommes dans la plenitude des tems,* C'EST LUI QUI EST LEUR MODELLE DANS LES DESSEINS ETERNELS DE SON PERE. C'EST A SON IMAGE *que tous les hommes ont eſté formés; ceux qui ont precedé la naiſſance temporelle, auſſi bien que nous. . . .* Pag. 5. *La qualité de Chef marque nettement, que Jeſus-Chriſt comme homme, n'eſt pas ſeulement cauſe meritoire de la Grace, mais encore* OCCASIONNELLE, *Phyſique, diſtributive; puis qu'il répand ſon Eſprit dans les membres qui compoſent ſon Egliſe.* Hoc eſt ſtatim dicere, Chriſtum ut hominem cauſam eſſe non modo meritoriam, (hoc eſt ut Malebranchius intelligit, dignum ſe Chriſtum præſtitiſſe, quem homines reſpiciant & imitentur:) ſed etiam cauſam idcirco gratiæ occaſionalem eſſe, quoniam exemplar eſt omnis juſtitiæ, quam Ratio univerſalis, conditrix rectrixque hominum & Angelorum, optavit ineſſe unicuique menti creatæ: ſecundum quem veluti ſecundum exemplar cum Ratio univerſalis & Sapientia conditrix & gubernatrix rationalium mentium velit ceteras mentes creatas formare; & ipſe etiam, hoc eſt, Sapientia eadem incarnata deſideret homines & Angelos ſumme Sapientes eſſe, tum ipſe per ſe, tum ipſius deſideria, occaſio ſive cauſa occaſionalis a Malebranchio dicuntur eſſe omnis juſtitiæ & virtutis, quam Ratio & Sapientia univerſalis homi-

minibus & Angelis physice inserit: cum reipsa nihil illa occasionalis causa & physica nisi causa quædam exemplaris sit, secundum quam oporteat prædestinatos omnes vitam componere, si spectetur Christus ut homo; sin autem simul ut Deus, sapientia sit ipsa divina formaliter efficiens homines sapientes, ut vult Malebranchius, exemplo & imitatione Christi. Id vero quoniam Veritas non efficit, hoc est, quoniam vere non fit, nisi in animis Christum hominem considederantibus; idcirco, nec aliter certe, Christum ut homo est dicit iste esse causam occasionalem, meritoriam, physicam, & unicuique pro suo modulo distributivam gratiæ. Pag. 9. *Enfin Jesus-Christ étant* LE PREMIER DES PREDESTINEZ, *puisque nous ne sommes prédestinez qu'en Jesus-Christ, Dieu qui n'a fait le monde que pour les prédestinez*, Omnia propter electos, *a du, pour ainsi dire, penser à Jesus-Christ*, AVANT TOUTES CHOSES. Primum in unoquoque genere, inquit, est mensura ceterorum. Voluit Deus, hoc est, decebat, omnes homines esse perfectos: ergo Christo similes. Ergo Christus primus est in intentione naturæ: Et necessario venire Christum oportuit, & necesse fuit Adamum peccare, & reformari prædestinatos ad exemplum Christi. Necesse est enim evenire omnia, uti eveniunt, si Deus non est nisi Veritas sive Realitas ipsa formalis entium, ut impia secta ponit. Ita certe statui Malebranchiana hypothesis de Christo causa occasionali gratiæ necessario postulat. Quam iste hypothesim idcirco excogitavit, ut prodesse nobis Christum in aliquo genere causæ inveniret; cum prodesse reipsa Christus hominibus, nisi sola doctrina, non possit, secundum quam reformari prædestinatos oporteat, si Deus ipse non est, ut censet Malebranchius, nisi Sapientia ita in carne loquens, quemadmodum in solis & cælorum admirabili fabrica loquitur; sive etiam per Symbola vel Sacramenta, & per quoscumque doctores. Quo vero in sacrorum voluminum loco legit iste fecisse Deum *omnia propter electos?* Legimus quidem Paulum *sustinuisse omnia propter electos*, 2. Tim. 2, 10. at Deum omnia fecisse, aut mundum non fecisse nisi propter electos, non legimus. Omnia propter hominem fecit, ut salvi fieri possent omnes homines, si vellent. Hypothesis impia & Malebranchiana, quæ Deum non habet, præter Veritatem ac Realitatem formalem rerum omnium, non potest profiteri Deum fecisse quidpiam propter hominem: cum Deus ille, hoc est, Veritas formalis entium, finem agendi alium non habeat, nisi ut agat. Tamen Malebranchius (quod mirere,) nunc dicit mundum a Deo conditum non esse nisi propter electos, & scripturam dicti sui testem allegat; sed mendaciter. Nam neque id scriptura dicit, nec alium apud impios sensum habet, quam sapienter, hoc est, secundum regulas ac legis motuum immutabiles, condita esse omnia, ut soli Sapientes ita esse omnia intelligerent: neque enim Sapientiam rerum omnium conditricem de insipientibus curare, sed de solis Sapientibus, quibus solus bonam mentem inspirat. Id vero quis Christianus Catholicus ferat?

Pag. 9. *Et Jesus-Christ mesme. . . demande à son Pere, qu'il lui donne cette gloire, qu'il a possedée en lui avant que le monde fust*, C'EST A DIRE, *avant que Dieu eust pris le dessein de* FORMER *le monde.* Ut id obiter dicatur, creare mundum, ex Malebranchii sententia, formare est: quod & Grotius Socinizans, & æternitatis materiæ propugnator, in principium Genesecos dixit; *Priusquam crearet sive* FORMARET *Deus.*

Pag. 13. *Il faut dire la mesme chose de l'aneantissement des substances. A ne considerer que la puissance de Dieu, il peut les aneantir. Mais si on consulte sa sagesse, on découvre qu'il n'en fera rien.* Si quam substantiam Deus annihilaret, leviter is, inquit, & insipienter ageret. Sane, si Deus non est nisi Realitas intelligibilis entium: ex qua quocumque modo emanasse materia intelligatur, immutabiliter tamen emanasse pariter intelligitur, quia emanasse tantum, & ab æterno, non vere creata initio temporis fuisse in ea hypothesi intelligitur.

Pag. 16. *Il est certain que les Peres & tout ce qu'il y a de Theologiens, ont tâché de rendre raison de leur foi, & qu'on doit mediter les veritez de la Religion*, POUR ACQUERIR L'INTELLIGENCE DE CE QUE L'ON CROIT DE'JA. *Mais afin d'oster tout scrupule sur la conduite que j'ay tenuë, je vais faire voir, que S. Augustin mesme l'approuve par son exemple & par ses raisons. Consentius avoit quelques difficultez sur la Trinité. . . . Il lui écrivit a lui mesme, comme à un homme* DONT L'ESPRIT PENETROIT LES PLUS HAUTS MYSTERES. . . . *Néanmoins il lui déclare d'abord, que sa pensée est*, QU'IL NE FAUT POINT CHERCHER LES RAISONS DE NOS MYSTERES, *mais* S'EN TENIR UNIQUEMENT A LA FOI. *Epist.* 221. . . . *Mais voici la réponse de S. Augustin:* „ Quod autem petis, ut quæs„ tionem Trinitatis, hoc est, de unitate divinitatis „ & discretione personarum, caute prudenterque dis„ cutiam. . . Hæc dixerim, ut fidem tuam ad amo„ rem intelligentiæ cohorter, ad quam Ratio vera „ perducit, & cui, fides animum præparat. . . . . *On voit donc par cette épitre de S. Augustin, que ceux qui trouvent à redire à ma conduite, sont du sentiment de Consentius, & que S. Augustin condamne.* Nihil fide credimus, inquit, Malebranchius, quod non conari debeant, qui Ratione uti norunt, intelligentia percipere; ne mysterio quidem sanctissimæ Trinitatis excepto. Sane si Religionis Christianæ placita ad Metaphysicam pertinent, ut Malebranchio cum asseclis suis placet.

Pag. 24. *J'avouë néanmoins, que la foi enseigne beaucoup de veritez, qu'on ne peut découvrir par l'union* NATURELLE DE L'ESPRIT AVEC LA RAISON. *La Verité éternelle ne répond pas à toutes nos demandes: car nous demandons quelquefois plus que nous ne pouvons recevoir. Mais il ne faut pas que cela nous serve de prétexte pour couvrir* NOSTRE PARESSE & NOSTRE INAPPLICATION. *Nous demandons plus que nous ne pouvons recevoir, lorsque nous apportons* PEU D'ATTENTION *à des sujets trop composez, ou que nous ne raisonnons pas sur des idées claires. Le commun des hommes se lasse bientost dans la priere naturelle, que l'esprit* PAR SON ATTENTION *doit faire* A LA VERITE' INTERIEURE, *afin qu'il* EN REÇOIVE LA LUMIERE & L'INTELLIGENCE. *Et fatiguez qu'ils sont de cet exercice penible, ils en parlent avec mépris, ils se découragent les uns les autres, & mettent à couvert leur foiblesse & leur ignorance sous les apparences trompeuses d'*UNE FAUSSE HUMILITE'. *Comme font ceux qui sont du sentiment de Consentius, condamné par S. Augustin.* Homo vafer multa dicit per fidem tradi, quæ percipi non possint sola naturali conjunctione mentium cum Ratione. At idem callide simul adstruit, si ad naturalem illam conjunctionem Rationis cum mente, accesserit intenta animi consideratio, tunc vero Rationem, seu Veritatem æternam & intimam, hoc est, Lumen naturale, de omnibus omnino respondere interrogantibus se. Ceterum falsæ ac simulatæ humilitatis sive modestiæ esse, in sola fide velle acquiescere; inertium ingeniorum propriam fidem esse, quæ nolit mysteria meditando percipere; sapere eos solummodo, qui orant assidue, hoc est, ut interpretatur, qui ad percipienda quæ fide credimus, animum studiose intendunt. Nihil hic cetero profert Malebranchius, quod non ex illo impio ipsius principali effato consequatur, Deum non esse alium, præter intelligibilem Veritatem.

Pag. 29. *Un excellent Ouvrier doit proportionner son action à son ouvrage; il ne fait point par des voies fort com-*

composées ce qu'il peut executer par les plus simples : il n'agit point sans fin, & ne fait jamais d'efforts inutiles. Il faut conclure de là, que Dieu découvrant dans les tresors infinis de sa sagesse une infinité de mondes possibles, comme des suites necessaires DES LOIX DES MOUVEMENS QU'IL POUVOIT E'TABLIR, *s'est déterminé à creer celui* QUI AUROIT PU SE PRODUIRE *& se conserver par les loix les plus* SIMPLES, *ou qui devoit estre le plus parfait, par rapport à la simplicité des voies necessaires à sa production, ou à sa conservation.*

Pag. 30. *Dieu pouvoit sans doute faire un Monde* PLUS PARFAIT *que celui que nous habitons. Il pouvoit par exemple, faire en sorte que la pluie, qui sert à rendre la terre féconde, tombast plus regulierement sur les terres labourées, que dans la mer, où elle n'est pas si necessaire. Mais pour faire ce Monde plus parfait,* IL AUROIT FALLU *qu'il eust changé* LA SIMPLICITE' DE SES VOIES, *& qu'il eust multiplié* LES LOIX DE LA COMMUNICATION DES MOUVEMENS, *par lesquels nostre Monde subsiste.* Pag. 32. *En effet,* JE SUIS PERSUADE' *que les loix du mouvement necessaires à la production, & la conservation de la terre, & de tous les astres qui sont dans les cieux, se reduisent à ces deux-ci: La premiere, que les corps mûs tendent à continuer leur mouvement en ligne droite. La seconde, que lors que deux corps se rencontrent, leur mouvement se distribuë dans l'un & dans l'autre à proportion de leur grosseur; en sorte qu'ils doivent ensuite se mouvoir avec une égale viteſſe. Ces deux loix sont la cause de tous les mouvemens* QUI CAUSENT CETTE VARIETE' DE FORMES *que nous admirons dans la Nature. J'avouë néanmoins, qu'il ne paroist pas que la seconde s'observe jamais dans les experiences qu'on peut faire sur ce sujet. Mais c'est que nous ne voions que ce qui arrive dans les corps visibles, & que nous ne pensons point aux invisibles qui les environnent; lesquels faisant par l'efficace de cette mesme loi le ressort des corps visibles, obligent les mesmes corps visibles à rejaillir, & à ne point observer entre eux cette mesme loi. . . . . Or ces deux loix sont si simples, si naturelles, & en mesme tems si fécondes, que quand on n'auroit point d'autres raisons pour juger que ce sont celles qui s'observent dans la Nature, on auroit tout sujet de croire, qu'elles sont établies par celui qui agit toujours par les voies les plus simples. . . . & qui opere une infinité de merveilles* PAR UN TRES-PETIT NOMBRE DE VOLONTEZ. *Il faudroit un livre entier pour prouver ce que je dis ici de la fecondité des deux loix generales des communications des mouvemens. On jugera à peu prés que je ne parle point en l'air, si on sçait exactement les principes Physiques de Mr. Descartes. Mais cela n'est point essentiel à mon sujet. Il suffit que les loix de la Nature soient generales.* Homines audaciſſimi, ut Deum e mundo tollant, fingunt quas lubet leges motuum ; & has immutabiles esse statuunt, generales, ac simpliciſſimas, quas neceſſe sit obſervatas fuiſſe in conditione seu formatione mundi, quamvis fateantur ex his alteram non posse experimento comprobari. Tamen, quasi uterque conſiliarius Dei fuerit, adhibitas ab eo has leges duas fuiſſe ponunt, vel abſque eo potius obſervatas; quoniam perſuaſiſſimum sibi esse asseverant easdem sufficere, ut mundus hic, qualis nunc est, conſtitui potuiſſe abſque veri Dei opera ulla exiſtimetur. Cum e contrario valde incertum sit, an sint simpliciſſimæ eæ leges, quas in condendis singulis naturis ac formis hujus univerſi secutus est Deus; an non potius multiplices & occultas eas esse voluerit, aliasque in aliis; nec certe simpliciſſimæ rationes agendi magis verum Numen Opificem univerſi deceant quam compoſitæ; quandoquidem verum Deum decet quodcumque vult. Quæ fingitur autem simplicitas immutabilitasque legum motus, quibus (ut volunt iſti) hoc conſtat univerſum, quid aliud quam Fatum, sive neceſſaria ex cauſis & earum motu effectuum conſecutio est, qualis utique foret, exiſtente mundo, etſi Deus verus nullus exiſteret, qualem Catholici colunt? Hujusmodi sunt hypotheſes atheorum, ut concipi eæ nullo labore possint, ſolo motu materiæ semel impreſſo ab insito ei igne & calore, Deo qualem colimus nihil operæ conferente. Ad has, inquam, hypotheſes confingendas ac defendendas deveniunt ii, quibus cum Malebranchio Deus non est niſi intelligibilis Veritas & Rectitudo; cujus cum sit univerſalis & immutabilis idea, non possunt esse ejusdem volitiones aut leges niſi generales, immutabiles, ac semper uniusmodi. Hinc fit etiam, ut gratiam, qua Deus ad virtutem homines excitat, unius tantum generis possint adſignare, nimirum per se semper efficacem.

Pag. 46. *Dieu s'aimant par la neceſſité de son Estre, & se voulant procurer une gloire infinie, un honneur parfaitement digne de lui, conſulte sa sageſſe ſur l'accompliſſement de ſes deſirs. Cette divine sageſſe remplie d'amour pour celui dont elle reçoit l'estre par une generation éternelle & ineffable, ne voiant rien dans toutes les creatures poſſibles, dont elle renferme les idées intelligibles, qui ſoit digne de la Majeſté de ſon Pere, s'offre elle-mesme pour établir en ſon honneur un culte eternel, & comme Souverain Preſtre lui offrir une victime, qui par la dignité de ſa perſonne ſoit capable de la contenter.* Metaphorica apud Malebranchium & aſſectatores ejus hæc omnis oratio est; quæ nonniſi hunc sensum reipſa habet: Id quod in Sapientia univerſali divinum est, hoc est, eximium, nonniſi ab homine Sapiente coli ut oportet. Quam ob cauſam dicit iſte, Sapientiam obtuliſſe se, ut in homine sacerdotem ageret, victimamque Deo dignam offerret. At stultum est & hæreticum dicere, Sapientiam æternam amore Dei Patris incensam, obtuliſſe se ei ut ageret sacerdotem. Partes hæ fuere Chriſti hominis, ut homo erat, Sapientia & caritate creata inſtructus; tametſi ejus sacrificio ex perſona Verbi humanitati unita dignitas infinita acceſſit. Verbum formaliter sacerdotem dicere ii soli possunt, quibus (ut Malebranchio) pro Verbo Ratio univerſalis, hoc est, lumen naturale mentium, est.

Pag. 48. *L'Ecriture ſainte nous apprend, que c'est Jeſus-Chriſt qui doit faire toute la beauté, la ſainteté, la grandeur, & la magnificence de ce grand Ouvrage.* Pag. 49. *La raiſon nous apprend auſſi ces mesmes veritez.* Hoc est dicere, non potuiſſe a Deo mundum ſapienter conſtitui, quam qualis nunc est; nec proinde niſi Verbum incarnaretur. Sic ex hypotheſi conditionis mundi neceſſariam statuit incarnationem fuiſſe. Quo iſte dicto aliud nihil intelligit, niſi in univerſo exiſtere neceſſario oportere hominem ſapientia immutabiliter præditum: in quod intuens Natura velut in exemplar perfectiſſimum mentes creatas ei similes redderet; quantum finerent leges motuum immutabiles & viſorum.

Pag. 50. *Ainſi l'Ecriture & la Raiſon nous apprennent, que c'est à cauſe de Jeſus-Chriſt que le Monde ſubſiſte; & que c'est par la dignité de cette Perſonne divine, qu'il reçoit une beauté, qui le rend agreable aux yeux de Dieu. Il s'enſuit, ce me ſemble, de ce principe que Jeſus-Chriſt est le* MODELLE *ſur lequel nous ſommes faits; que nous avons eſté formez à ſon image & à ſa reſſemblance; & que nous n'avons rien de beau, qu'autant que nous ſommes ſes expreſſions & ſes figures.* Pag. 51. *Nous jugeons de la perfection d'un ouvrage, par la conformité qu'il y a entre cet ouvrage, & l'idée que la ſageſſe éternelle nous en donne: car il n'y a rien de beau, ni rien d'aimable, que par rapport à la* BEAUTE' *eſſentielle, neceſſaire, & independante. Or* CETTE BEAUTE' INTELLIGIBLE S'E'TANT RENDUE SENSIBLE, *devient encore en cet état la regle de la beauté & de la perfection. Ainſi* TOUTES LES CREATURES CORPORELLES DOIVENT ENCORE

CORE RECEVOIR D'ELLE *leur beauté & leur éclat. Tous les eſprits doivent avoir les mesmes penſées & les mesmes inclinations que l'ame de Jeſus, s'ils veulent eſtre agreables à ceux, qui ne trouvent rien de beau, ni rien d'aimable, que ce qui eſt conforme à la ſageſſe & à la verité.* Propter Chriſtum, inquit, hic mundus ſubſiſtit: ex ipſo eximium huic mundo decus accedit: ipſe exemplar eſt, cui ſimiles nos eſſe oportet, ſi pulchri, hoc eſt, ſi recti & juſti eſſe cupimus. Nihil enim pulchrum in eo præſertim genere, niſi quod intelligibili Sapientiæ conforme ſit; Quæ cum facta ſit ſenſibilis in carne, quantum quidque ſimile vel ipſi illi indeterminatæ pulchritudini eſt, vel ideæ quam de re quaque a Sapientia æterna Chriſtus habet, ſive corporeum illud ſit, ſive ſpiritale, tantum habet & pulchritudinis. At hæc Malebranchii ratiocinatio ponit primum quidem, Chriſtum haud aliter Deum eſſe, quam quia eſt ipſe Sapientia viſibilis ſeu loquens per carnem, ut diximus: deinde ipſum, ideamque quam habet Sapientia æterna inditam de quacumque re, cauſam tum exemplarem tum occaſionalem eſſe, cur ipſa etiam in mundo corpora pulchra & eximia ſint.

Pag. 53. *Il s'enſuit de ce principe, que pour établir cette varieté de recompenſes, qui fait la beauté de la celeſte Jeruſalem, il falloit que les hommes fuſſent ſujets ſur la terre, non ſeulement aux afflictions qui les purifient, mais encore aux mouvemens de la concupiſcence, qui leur font remporter tant de victoires, en leur livrant un ſi grand nombre de divers combats. . . . Le* PECHE' DU PREMIER HOMME *qui a fait entrer dans le monde les maux qui accompagnent la vie, & la* MORT *qui la ſuit,* E'TOIT NECESSAIRE; *afin que les hommes après avoir eſté éprouvez ſur la terre, fuſſent légitimement comblez de cette gloire, dont la varieté & l'ordre feront la beauté du Monde futur.* Ut, inquit, vel mundus iſte, vel futurus talis eſſet, qualis Sapientiam Dei decet, neceſſe fuit Adamum peccare. Quod eſt profiteri, omnia, ut ſunt in mundo, neceſſario fuiſſe futura, & reliqua deinceps ita fore.

Pag. 56. *Ainſi le premier homme pouvant par la force de ſa charité perſeverer dans la juſtice originelle, il ne falloit pas que Dieu l'appliquaſt à ſon devoir* PAR DES PLAISIRS PRE'VENANS: *N'ayant point de concupiſcence à vaincre, Dieu ne devoit pas prévenir ſon libre arbitre* PAR LA DELECTATION DE SA GRACE: *Enfin ayant generalement tout ce qui lui étoit neceſſaire pour meriter ſa recompenſe, Dieu qui ne fait rien d'inutile,* DEVOIT LE LAISSER A LUI MESME, *quoi qu'il prévit ſa chute; puiſqu'il vouloit le relever en Jeſus-Chriſt,* CONFONDRE LE LIBRE ARBITRE, *& faire éclater ſa miſericorde.* Janſenianum virus hæc oratio complectitur, & omnem gratiam actualem ponit eſſe efficacem per ſe, nihil ad bonum opus arbitrio hominis conferente; cum Adamum dicit potuiſſe quidem, vi caritatis habitualis quam habebat, hoc eſt, vi inſiti ſibi amoris erga Bonum in genere, perſeverare in eo: ſed deſertum a Deo fuiſſe, nulla præveniente actuali inſpiratione ſeu delectatione indeliberata incitatum ad perſeverandum: quam ſi habuiſſet, reipſa perſeveraſſet.

Pag. 58. *Comme Dieu eſt une cauſe generale, dont la ſageſſe n'a point de bornes, il eſt neceſſaire pour les raiſons que j'ay dites auparavant, que dans l'ordre de la Grace, auſſi bien que dans celui de la Nature,* IL AGISSE COMME CAUSE GENERALE; *& qu'ayant pour fin ſa gloire dans la conſtruction de ſon Egliſe,* IL E'TABLISSE LES LOIX LES PLUS SIMPLES *&* LES PLUS GENERALES, *& qui ont avec leur effet une plus grande proportion de ſageſſe & de fecondité.* Certe Ens univerſale, qui Deus Malebranchii eſt, per ſe leges tantum univerſales edicit; ſingulare nihil ſancit aut efficit, niſi quid efficiendum ſit occaſionaliter, occaſione intervenientium cauſarum, ſive corporearum, ſive ſpiritalium; hoc eſt, ſive volitionis aut deſiderii alicujus, ſive motus corporum. Tantum dicit, exempli gratia, Totum eſſe majus ſua parte, ſuum cuique tribuendum, Amicum cani præferendum, & ſimilia dat præcepta ac monita? Quantumvis autem, inquit, pauci admodum ſalvantur per rationes illas gubernandi ſimpliciſſimas ac generales, vetat tamen Sapientia æterna & univerſalis alias adhiberi. Vetat enim Deum aliter agere, quam ut Ens generale, ſi ipſum Ens generale Deus eſt. At ſi verus Deus eſt aliquis, reponunt Catholici, & curam ille gerit de ſingulorum ſalute, & rationes gubernandi compoſitas ex multis & variis ſollicitandi modis per ſe ipſe adhibet, ubi opus eſt, ubi priores non ex voto proceſſerint, ad mores hominum in melius immutandos.

Pag. 69. *Ainſi on peut aſſurer, que Dieu veut veritablement le ſalut de tous les hommes: qu'il fait pour eux* TOUT CE QU'IL PEUT FAIRE, *agiſſant comme il doit agir: Que s'il y avoit* QUELQUE ORDRE DE GRACE AUSSI SIMPLE *& plus fecond,* AUSSI DIGNE DE SA SAGESSE *& plus utile aux hommes, qu'il l'auroit choiſi: & qu'ainſi* IL SAUVE AUTANT DE PERSONNES QU'IL EN PEUT SAUVER, *agiſſant ſelon les regles adorables que* SA SAGESSE *lui preſcrit.* Ut ſunt leges, inquit, quibus mundus adminiſtratur, non poteſt Deus plures ſalvare homines quam reipſa ſalvat, ſalva ipſius Sapientia. Dic ergo aperte, Malebranchi, fato ſalvari quicumque ſalvantur. At negant Catholici ullum eſſe Ordinem Gratiæ, qualem comminiſceris, ut ſplendida appellatione Fatum occultes. Negant, inquam, leges ſibi Deum ſimplices, immutabiles, ac generales præſtituiſſe, ſecundum quas hominum voluntates ad amorem recti & æqui pertraheret. Proprium illud eſſe Entis in genere aïunt, & Ordinis menti creatæ quidem cuilibet intelligibilis, ſed Chriſtianis Catholicis, cum pro Deo obtruditur vehementer exoſi, qui Deum aïunt multo plures poſſe ac velle ſincere ad ſalutem perducere, quam reipſa perducit; & alium alio prorſus modo ad bonam frugem vel adducere per ſeipſum vel invitare: illas denique multiplices vias occultasque quas adhibet, non modo infinita Dei Sapientia dignas eſſe, ſed & immenſa ipſius erga homines caritate. Hæc niſi cum Catholicis profiteris, non es de Eccleſia.

Pag 70. *Vouloir que Dieu donne à tous momens* PAR DES VOLONTEZ PARTICULIERES, *des graces inutiles à ceux qui les reçoivent, à ceux qu'il prévoit devoir eſtre plus capables & plus criminels par le mépris qu'ils en feront; c'eſt vouloir qu'un Eſtre ſage ne proportionne pas les moiens avec la fin; ou que Dieu ne veüille point de bien à ceux à qui il applique le ſang de Jeſus-Chriſt: c'eſt vouloir ſoutenir des paradoxes.* Negat dari hominibus a Deo per ſe immediate, ſive per volitionem peculiarem gratias quas prævideat inefficaces fore. Et Catholicus iſte, non potius Janſenianus eſt? Mitto quod iſtud effatum oritur ex idea Entis in genere, quod pro Deo impie obtruditur, ut diximus. Nam de vero Numine Catholici prædicant, ipſum omnino bene velle his, quibus dat gratias, quas prævidet carituras effectu vitio voluntatis creatæ: ejuſmodi auxilia plane cum eo fine congruere, quem propoſuit ſibi Deus: Neque enim propoſitum Deo eſſe, abſolute ſalvare homines, ſed ſi ipſi velint: quoniam vult ipſe non tamquam Dominus donum, ſed tamquam agonotheta præmium dare legitime certantibus. Huic autem certe fini aſſequendo non ſunt accommodata auxilia per ſe efficacia; ſed vel ſufficientia ſolummodo, vel efficacia ex prævisione futuri conditionate conſenſus.

Pag. 71. *Comme Jeſus-Chriſt a pour nous une charité* IMMENSE, *& qu'il veut nous ſauver tous,*

AUTANT

AUTANT QUE LE PEUT PERMETTRE LA SIMPLICITE' DES LOIX GENERALES DE LA NATURE & DE LA GRACE. Hoc perinde eſt ac ſi dixeris, ardere aliquem incredibili deſiderio ut ſim ego Papa, quantum id fieri ſinent leges immutabiles & generales motuum. Quid ego cuiquam referre gratiæ debeo pro tam otioſa erga me caritate, quamvis quis eam immenſam vocet? Et quid votum iſtud ab eo differt, quo quis optaverit eſſe me Papam, ſi rerum contingentium ſeries vel caſus id afferat?

Pag. 73. *Que les pecheurs n'entrent-ils dans l'Ordre de la Grace? que ne ſuivent-ils les conſeils de Jeſus-Chriſt? que ne ſe préparent-ils à recevoir la pluie du Ciel? Ils ne peuvent la meriter; mais ils peuvent* EN AUGMENTER L'EFFICACE *à leur égard. Ne peuvent-ils pas* PAR AMOUR PROPRE, *ou* PAR LA CRAINTE DE L'ENFER, *éviter beaucoup d'occaſions de pecher, ſe priver des plaiſirs, du moins de ceux dont ils n'ont point encore gouté, & dont par conſequent ils ne ſont point encore eſclaves? Ils peuvent ainſi oſter quelques empeſchemens à l'efficace de la Grace, & préparer la terre de leur cœur, en ſorte qu'elle devienne féconde, lors que Dieu répandra ſa pluie ſelon les loix generales qu'il s'eſt preſcrit.* Quid Malebranchium inter & Janſenium intereſt? Nihil prorſus. Quid enim refert, utrum gratiam a Deo peculiari & immediata volitione dari cum Janſenio dixeris, an occaſionaliter tantum, ſi nullam dixeris effectu ſuo carere, nullam dari homini peccanti, qua poſſit vincere laudabiliter concupiſcentiam renitentem? Nam quod dicit Malebranchius, amore proprio, vel timore pœnæ, ſimilibuſque inferioris notæ incitamentis reddi poſſe gratiam magis efficacem; neque hoc Janſenius negat; nam eas conſiderationes ex æquo ambo conjunctas eſſe cum peccato cenſent; neque propterea dicit alteruter propter vincendam cupiditatem tunc gratiam dari; aut negat eam effectu eo carere propter quem datur; ſed majorem tantum ſive ulteriorem ejus progreſſum ait impediri; ſive potius effectum, ad quem producendum data non eſt.

Pag. 75. *Mais ſi Dieu agiſſoit dans l'Ordre de la Grace par des volontez* PARTICULIERES, *s'il faiſoit* EFFICACEMENT *dans tous les hommes tous leurs bons mouvemens & toutes leurs bonnes œuvres* AVEC UN DESSEIN PARTICULIER, *je ne vois pas comment on pourroit juſtifier* QU'IL AGIT PAR LES VOIES LES PLUS SIMPLES, *lorſque je conſidere tous ces détours par leſquels les hommes arrivent où Dieu les conduit. Car je ne doute point, que ſouvent Dieu ne donne à un homme plus de cent bonnes penſées par jour. Je ne comprens pas non plus, comment on pourroit accorder ſa ſageſſe & ſa bonté avec* TOUTES CES GRACES INEFFICACES, *auſquelles la malice des hommes reſiſte. Car Dieu étant bon & ſage, n'eſt-il pas évident, qu'il doit proportionner les ſecours aux beſoins,* S'IL LES DONNE DANS UN DESSEIN PARTICULIER DE SOULAGER. Dicit aperte hic duo Malebranchius, quæ Catholici palam negant eſſe orthodoxa. Primum eſt, dedecere Deum per ſe ſingulari volitione ſingulos gratiæ motus homini inferere, abſque interventu cauſæ occaſionalis. Alterum, a Dei Sapientia & bonitate abhorrere, ut gratiæ auxilium ex peculiari & ſincera voluntate opem homini ferendi impertiat, niſi ſit illud per ſe efficax. Janſeniana & hæretica hæc Malebranchii profeſſio eſt.

Pag. 91. *J'ay prouvé dans le premier Diſcours la neceſſité des cauſes occaſionnelles dans* L'ORDRE DE LA GRACE, *auſſi bien que dans* CELUI DE LA NATURE. Hoc eſt, tam in actibus humanis, quam in reliquo univerſo. Nam Ordinem Gratiæ Malebranchius appellat, leges immutabiles ac generales, ex quibus pro ratione viſorum, ſive objectorum, & cogitationum, actus humani fiunt. Naturæ Ordinem vocat; leges pariter immutabiles ac generales, ex quibus pro ratione intervenientium cauſarum gignuntur imbres aut ſiccitates, aliaque cauſarum inanimarum & irrationalium effecta. Catholici Ordinem Naturæ ſic agnoſcunt, ut illum & peculiari ſemper Dei volitione conſervari regique cenſeant, & peculiari ſæpe volitione a Deo leges a ſe præſtitutas mutari, ut imbres vel ſiccitatem exempli gratia precibus fidelium concedat. Ordinem vero Gratiæ nullum agnoſcunt; nullas generales immutabilesve ordinario curſu leges, quas in rerum ſenſu vel ratione carentium adminiſtratione tantum admittunt, ut diximus; in liberis voluntatibus gubernandis ad ſingulos actus attendere Deum peculiari voluntate aïunt, oblato ad ſingulos tum recte tum meritorie efficiendos auxilio.

Pag. 91. 92. *Mais je vais faire voir, par les preuves que la foi me fournit, que Jeſus-Chriſt eſt effectivement cette cauſe* occaſionnelle. . . . *qui determine immanquablement l'efficace de la loi generale de la Grace.* Senſit Malebranchius ſcilicet, opponi poſſe adverſus impiam ſuam hypotheſim, quæ Deum & Chriſtum nullum agnoſcit, præter Sapientiam & Rationem univerſalem, quæ in Chriſto homine ita videatur loqui, quemadmodum per opera Naturæ eadem Sapientia mortales docet: ſenſit, inquam, opponi poſſe a Catholicis, inde conſequi, nihil nobis prodeſſe Chriſtum ut homo eſt, niſi exemplo & doctrina: Gratiæ, quæ nobis eſt ad conſequendam ſalutem neceſſaria, cauſam nullo modo Chriſtum eſſe: quod certe placitum Chriſtianorum aures averſantur. Catholicis profitentibus, eſſe Chriſtum hominem Gratiæ cauſam, 1° meritoriam; eo quod morte ſua & obedientia meritus eſt apud Patrem & Deum, ut gratiæ auxilia tum ſufficientia ad ſingulos bonos actus, tum efficacia certi generis Pater hominibus impertiret. 2° Miniſterialem; ipſo tum ut ſummo Pontifice per ſua Sacramenta moraliter & infallibiter movente Patrem & Deum, ut ea ſuſcipientibus gratiam ſanctificantem & dona habitualia largiatur: tum ut Eccleſiæ capite membris ſingulis ad ſingulos actus imperante a Deo & Patre auxilia actualia ad bene & meritorie operandum. Horum nihil, ut poſtea videbimus, Malebranchium ſinit profiteri impia ſua hypotheſis. Itaque excogitavit quo genere cauſæ auctorem eſſe Gratiæ Chriſtum agnoſceret, ſalva hypotheſi ſua, quæ Deum negat verum ullum eſſe. Dixit eſſe Chriſtum cauſam gratiæ occaſionalem. Cujus dicti quæ ſententia ſit, ipſo Chriſto donante, mox aperiemus.

Pag. 92. *Comme il n'y a que Dieu qui agiſſe immediatement & par lui-meſme ſur les eſprits, & qui produiſe en eux toutes les diverſes modifications dont ils ſont capables; il n'y a que lui qui répande en nous ſa lumiere, & nous inſpire certains ſentimens, qui déterminent nos diverſes volontez. Ainſi il n'y a que Dieu qui puiſſe comme cauſe veritable produire la Grace dans les ames. Par* cauſe veritable, *j'entens une cauſe qui agit par ſa propre force.* Nullam eſſe vim vere activam cauſarum ſecundarum, ut in aliis ſcriptis ſuis, ſic in iſto profitetur; id quod reſpectu gratiæ in genere cauſæ efficientis phyſice nemo ſanus negat.

Pag. 93. *Mais comme tous les hommes ſont enveloppez dans le peché originel. . . . il n'y a que Jeſus-Chriſt qui puiſſe eſtre cauſe meritoire de la Grace. . . . Mais nous ne cherchons ni la cauſe qui produit la Grace par ſon efficace propre, ni celle qui la merite par ſon ſacrifice & ſes bonnes œuvres. Nous cherchons celle qui régle & qui détermine l'efficace de la cauſe generale; celle qu'on* PEUT APPELLER SECONDE, PARTICULIERE, OCCASIONNELLE. Cauſam gratiæ meritoriam quo ſenſu Chriſtum agnoſcat, non audet uberius uſquam exponere. Hoc autem loco nihil aliud profitetur, quam Chriſtum ſolummodo ob dignitatem perſonæ & operum ſanctitatem, efficere in animis eam ut oportet conſiderantium, cognitionem veri

& amorem boni; hoc ipſum tum bene vivendo tum ex obedientia moriendo eſſe promeritum ac conſecutum. Meruiſſe ipſum ut homo eſt apud Deum & Patrem, tamquam apud juſtum remuneratorem pietatis, cui par gratiæ conferendæ, immo ea infinite majus perſolutum ſit a Chriſto pretium, ut gratiam ſive habitualem ſive actualem ei Pater infunderet, quem ipſe Chriſtus deſignaret, cum Catholicis profiteri ubique Malebranchius refugit.

Pag. 93. *Car afin que* LA CAUSE GENERALE AGISSE PAR DES LOIX *ou* PAR DES VOLONTEZ GENERALES, *& que ſon action ſoit reglée, conſtante, & uniforme, il eſt abſolument neceſſaire qu'il y ait quelque cauſe occaſionnelle qui détermine l'efficace de ces loix, & qui ſerve à les établir. Si le choc des corps, ou quelque choſe de ſemblable, ne déterminoit l'efficace des loix generales de la communication des mouvemens, il ſeroit neceſſaire que Dieu mût les corps par des* VOLONTEZ PARTICULIERES. . . . *il eſt donc neceſſaire que dans l'*ORDRE DE LA GRACE, *il y ait quelque cauſe occaſionnelle* QUI SERVE A EN ETABLIR LES LOIX, *& qui en détermine l'efficace: & c'eſt cette cauſe qu'il faut taſcher de découvrir.* Ponit ubique velut pro confeſſo, Deum eſſe Ens univerſale, quod eſt impium; & cauſam proinde generalem in diſpertienda gratia, quod eſt hæreticum ex impietate ortum. Dum vero deinde adjicit, cauſa aliqua occaſionali opus eſſe, cujus gratia inſtituantur leges generales, & cujus interventu fiant eædem efficaces; ludibrio habet iſte homines, qui id cujus gratia Deus aliquid facit, cauſam occaſionalem vocet. Quod etſi verum eſſet, cauſa occaſionalis legum a Deo præſtitutarum in ordine gratiæ, vel potius omnium ſingularium decretorum, quæ Catholici ponunt in Deo, non Chriſtus ſolus, ſed ipſi etiam electi forent: ſiquidem ubi finis eſt ædificatio corporis myſtici, tam membra ſpectantur quam caput; & caput ipſum propter membra deſignatur: finis enim cur deſignatur caput, is nimirum eſt ut ſint membra capiti ſimilia: eſt autem finis prior in intentione: ac proinde cauſa ipſius Chriſti occaſionalis ipſimet cenſendi eſſent electi: aut denique ordinis Gratiæ, ſive legum ſecundum quas Gratia diſpertitur, tam eſſent electi certe cauſa occaſionalis, quam Chriſtus eſt. Hoc ipſe Malebranchius verbis ſequentibus cogitur confiteri.

Pag. 96. *Il s'enſuit de là, que Dieu ayant deſſein de former ſon Egliſe par Jeſus-Chriſt, n'a pu, ſelon ce deſſein, chercher ailleurs que dans Jeſus-Chriſt,* ET DANS LES CREATURES UNIES PAR LA RAISON A JESUS-CHRIST, *les cauſes occaſionnelles,* QUI SERVENT A E'TABLIR LES LOIX GENERALES DE LA GRACE, *par leſquelles l'Eſprit de Jeſus-Chriſt ſe répand dans ſes membres, & leur communique ſa vie & ſa ſainteté. . . . Les Anges mesmes ne ſont point établis cauſes occaſionnelles de la Grace interieure. Ils ſont auſſi bien que nous, membres du Corps dont Jeſus-Chriſt ſeul eſt le chef. Ils ſont miniſtres de Jeſus-Chriſt envoiés pour le ſalut des ſaints. Je veux qu'ils puiſſent produire quelques changemens dans les corps qui nous environnent, & mesme dans celui que nous animons; & qu'ainſi ils puiſſent oſter quelques empeſchemens à l'efficace de la Grace. Mais certainement ils ne peuvent diſtribuer aux hommes un don ſi precieux: ils n'ont point de pouvoir immediat ſur* DES ESPRITS, QUI PAR LEUR NATURE LEUR SONT EGAUX. . . . *Ainſi la cauſe occaſionnelle de la Grace ne ſe peut rencontrer qu'en Jeſus-Chriſt, ou en l'homme.* Si Chriſtus ſecundum divinitatem non eſt niſi Ratio Univerſalis, ut vult Malebranchius, tam de Chriſti corpore myſtico Angeli certe quam homines ſunt; tam ſunt enim certe rationales, nec hominibus potiores; quippe cum eadem omnes mentes creatæ Univerſali Ratione rationales ſint; & omnes eæ per rationem omnibus communem Chriſto uniuntur; & propter ipſas inſtitutæ ſunt leges generales a Deo, ex quibus & Spiritum Chriſti, hoc eſt, Sapientiam, & ſalutem, ſi poſſint utrumque ſalvis iiſdem legibus conſequi, conſequantur. At hæc omnia Malebranchii placita Catholici abominantur.

Pag. 97. *Mais comme il eſt certain que la Grace n'eſt pas accordée à tous ceux* QUI LA SOUHAITENT, *ni auſſi toſt qu'ils la ſouhaitent, & qu'elle eſt ſouvent donnée* A CEUX QUI NE LA DEMANDENT PAS; *il s'enſuit que meſme nos deſirs ne ſont point les cauſes occaſionnelles de la Grace. Car ces ſortes de cauſes ont toujours très-promptement leur effet, & ſans elles l'effet ne ſe produit jamais.* Quod hic iſte primum dicit, gratiam non dari omnibus petentibus, ipſa prima propoſitio Janſenii eſt; contraria promiſſioni Chriſti, & liberalitati Dei injurioſa, qui dixit: *Petite, & accipietis.*

Pag. 99. *Il nous falloit un* MEDIATEUR, *non ſeulement pour nous donner accés auprés de Dieu, mais pour eſtre la cauſe naturelle ou occaſionnelle des faveurs que nous eſperons de lui.* Mediatorem Chriſtum ſuperius vidimus ab iſto appellari ſecundum divinitatem in primis, hoc eſt, ut quidem vult ſecundum intelligibilem Sapientiam, quæ cum facta eſt in carne ſenſibilis, admonet nos officii noſtri; & cum a nobis deinde excipitur, conjungit nos Deo, hoc eſt, Recto Ordini, Sapientiæ & Rationi Univerſali.

Pag. 100. *Le zele qu'a Jeſus-Chriſt pour la gloire de ſon Pere, & l'amour qu'il porte à ſon Egliſe, lui inſpirent ſans ceſſe* LE DESIR *de la faire la plus ample, la plus magnifique, & la plus parfaite qui ſe puiſſe. Ainſi comme l'ame de Jeſus-Chriſt n'a point une capacité infinie, & qu'il veut mettre dans le Corps de l'Egliſe une infinité de beautez & d'ornemens;* ON A TOUT SUJET DE PENSER, *qu'il y a dans cette ame ſainte* UNE SUITE *continuelle de penſées & de deſirs, par rapport au Corps myſtique qu'elle forme ſans ceſſe. Or* CE SONT CES DESIRS CONTINUELS DE L'AME DE *Jeſus, qui tendent à ſanctifier ſon Egliſe, & à la rendre digne de la majeſté de ſon Pere,* QUE DIEU A E'TABLIS CAUSES OCCASIONNELLES *de l'efficace des* LOIX GENERALES *de la Grace. Car la Foi nous apprend, que Dieu a donné à ſon Fils une puiſſance abſoluë ſur les hommes, en l'établiſſant Chef de ſon Egliſe: Et cela* NE SE PEUT CONCEVOIR, *ſi les diverſes volontez de Jeſus-Chriſt ne ſont ſuivies de leurs effets. . . . . Jeſus-Chriſt a merité cette ſouveraine puiſſance ſur les hommes, & cette qualité de chef de l'Egliſe,* PAR *le ſacrifice qu'il a offert ſur la terre: & il eſt entré après ſa reſurrection en pleine poſſeſſion de ce droit. C'eſt preſentement* QU'IL EST *le ſouverain Pontife des biens futurs, &* PAR SES DIVERS DESIRS IL PRIE *ſans ceſſe ſon Pere pour les hommes. Et comme* SES DESIRS SONT CAUSES OCCASIONNELLES, *ſes* PRIERES *ſont toujours exaucées: ſon Pere ne lui refuſe rien, comme nous l'apprend l'Ecriture. Cependant il faut qu'*IL PRIE *&* QU'IL DESIRE *pour obtenir: parce que les cauſes occaſionnelles,* PHYSIQUES, NATURELLES, *(car ces trois termes ſignifient ici la meſme choſe) n'ont point par elles-mesmes la puiſſance de rien faire: & que toutes les creatures, Jeſus-Chriſt meſme conſideré comme homme, ne ſont d'elles-mesmes que foibleſſe & qu'impuiſſance.* Catholici hic vehementer reclamant. Deridet primo hoc genus cauſæ phyſicæ, quod nihil poſſit efficere; neque Chriſtum, ut homo eſt, dicunt eſſe cauſam phyſicam gratiæ, ſed moralem tantum. Chriſtum tamen illi, etiam ut homo eſt, eximie potentem eſſe contendunt, accepta a Deo & Patre omni poteſtate in cælo & in terra; præſertim ut certo & infallibiliter impetret quibus nominatim velit tum auxilia gratiæ actualis, tum ſanctificantem gratiam. Non poteſt hoc Malebranchius profiteri de Deo & Chriſto ſuo. Nam cum Deus ei non ſit, niſi Sapientia

pientia universalis, qua formaliter Sapientes sumus, & qua Deum esse formaliter Christum putat; nihil Christum posse definit, nisi ut Deus est. Desideria ipsa Christi circa salutem hominum, a divinitate ponit esse elicitive, hoc est, ut vult Malebranchius, a Sapientia intelligibili, quæ jure concipitur quidquid est bonum desiderare. Hinc Christus qui est Sapientia in carne, electos esse similes sui certe desiderat, hoc est, per tribulationes & passiones ad gloriam pervenire. Et est desiderium istud, inquit, tum munus sacerdotii ejus, tum causa occasionalis cur dentur electis auxilia ad salutem consequendam. Hoc enim vult Deus, quod vult Christus, hoc est, quod Sapientia & Ratio universalis desiderat per hominem qualemcumque, maxime vero per istum, qui Christus dicitur; quippe qui solus habet perpetuo pro omnibus hominibus ejusmodi desideria; cum solus post mortem vivat, & in cælum per mortem ascenderit, ubi propterea sic Pontificem agit. Contra Malebranchium ita differentem docet Ecclesia, 1°. Christi preces proprie dictas preces esse, non mera desideria: nec desideria ipsa a divinitate elicitive, sed a sola humanitate esse, adjuta tamen dono ardentissimæ caritatis erga Deum & homines. 2°. Preces Christi pro justificandis vel adjuvandis hominibus, nihilo minus dum viveret exauditas fuisse certo & infallibiliter, quam nunc sunt. 3°. Nec causam denique gratiæ Christum esse occasionalem tantum, (quo verbo non aliud intelligit Malebranchius, nisi primum ac potissimum exemplar, cujus similitudinem Sapientia universalis velit exprimi in electis:) sed vere causam moralem; impetratoriam scilicet certo & infallibiliter gratiæ quam velit, sive sufficientis, sive efficacis in certo genere, sive demum sanctificantis.

Pag. 102. *Je ne crois pas qu'on trouve de difficulté jusques ici; si ce n'est peut-estre dans ce dernier article, dans lequel je dis que Jesus-Christ* PRIE SON PERE. *Car il y a des personnes* QUI L'ONT TROUVE' FORT MAUVAIS. *Mais je parle comme S. Paul aux Romains, & aux Hebreux; & comme Jesus-Christ mesme;* „ Ego rogabo Patrem, & alium „ Paraclitum dabit vobis. Mentitur Malebranchius, ut fallat legentes, & eosdem mentiendo pelliciat ad impietatem suam. Nemini Catholico displicet, dici Christum, ut homo est, vere orare: hoc est enim advocatum agere apud Patrem, & interpellare Deum pro nobis; id quod Christum facere Joannes & Paulus testantur. Sed admonere vult homo vafer, se nullas in Christo preces proprie dictas agnoscere; & scripturæ loca, in quibus preces Christi proprie dictæ manifeste adstruuntur, ipsaque illa ipsiusmet Christi aperta promissio, *Ego rogabo Patrem*, de desideriis solummodo accipienda esse. Enimvero quis esse potest orationi vel precibus locus, ubi verus Deus non est qui preces exaudiat? Quid aliud præter desiderium inefficax esse potest, ubi Deus non est præter constantiam ac rectitudinem legum immutabilium motuum ac viforum? Desiderare in ea hypothesi ut bene cuique ac prospere cuncta eveniant Christus ut homo potest: orare, vel obsecrare, vel deprecari, omnino non potest ipse Christus: nedum id homo alius quisquam potest. Hinc est quod Malebranchius preces semper desideria interpretatur; ut non semel proxime; *Par ses* DESIRS IL PRIE: IL PRIE & IL DESIRE: *Et comme ses* DESIRS *sont causes occasionnelles, ses* PRIERES *sont toujours exaucées:* ut & pag. 248. *Les* PRIERES OU LES *divers* DESIRS *de Jesus-Christ:* Pag. 259. SES DESIRS OU SES PRIERES: & sic passim alibi. Et non deinde Malebranchius deridet dentibus homines, dum Catholicum simulans, Atheismi principia & quæ sunt ex principiis consectaria docet, nemine obloquente?

Pag. 103 *Dans tous ces articles je ne parle de Jesus-Christ que selon son humanité, selon laquelle il a receu toute puissance dans le Ciel & sur la terre: parce que toutes ses* PRIERES OU SES DESIRS, *qui certainement sont en son pouvoir,* (*car* AUTREMENT IL N'AUROIT AUCUN POUVOIR:) *sont executez en consequence des qualitez de Pontife sur la maison de Dieu, de Roi d'Israël, d'Architecte du Temple éternel, de Mediateur entre Dieu & les hommes, de chef de l'Eglise: ou* POUR PARLER EN PHILOSOPHE, (*car* J'AY ECRIT CE TRAITE' POUR DES PHILOSOPHES:) *de cause occasionnelle,* NATURELLE *ou distributive de la Grace; de cause qui détermine l'efficace* DE LA LOI GENERALE, *par laquelle Dieu veut sauver tous les hommes en son Fils.* Magnificos quosque idcirco congerit titulos, qui Christo tribuuntur in libris sacris, ut oblique doceat, nihil his significari quam quod ipse excogitavit: eatenus nimirum causam esse occasionalem Christum, quod nemini sit concessum ut sit Sapiens vel justus, nisi talis sit, quales generatim Sapientia æterna quæ in Christo est, desiderat esse homines hujus vel illius conditionis & ordinis. Huc recidit, si Malebranchio credimus, omnis illa potestas quæ data est Christo in cælo & in terra. Tolle hoc desiderium, inquit, nullius erit potestatis Christus. Nunc vero cum id reipsa semper eveniat, quod Christus desiderat fieri; tum quia nihil desiderat, nisi quod Ratio & Sapientia per suas leges immutabiles efficit in universo; tum quia Sapientia universalis, de se indeterminata, ab illo exemplari, qui Christus dicitur & desideriis quæ ipsa in eo excitat, determinatur, ad homines reliquos similiter sanctificandos: eximie potens, inquit, ea ratione censendus est Christus. Hic nos iterum deridet dentibus Malebranchius. Quidni enim & nos sic potentes dicimur, qui omnia desideramus fieri quæ facit verum Numen? Quin nostra æque atque Christi desideria Deus spectat, cum sint æque omnia a Sapientia & Ratione universali? Recte nec semel admonet Malebranchius, se Philosophis ut Philosophum scribere, hoc est, ut ethnicum ethnicis, non ut Christianis Christianum.

Pag. 104. *Jesus-Christ ayant donc successivement diverses pensées, par rapport aux diverses dispositions dont* LES AMES EN GENERAL *sont capables, ces diverses pensées sont accompagnées de certains* DESIRS *par rapport à la sanctification de ces ames. Or ces* DESIRS *étant causes occasionnelles de la Grace, elles doivent la répandre sur les personnes en particulier, dont les dispositions sont semblables à celle* A LAQELLE L'AME *de Jesus-Christ pense* ACTUELLEMENT: *& cette Grace doit estre d'autant plus forte & plus abondante, que ces desirs de Jesus sont plus grands & plus durables.* Huc ergo recidit tota ratio causæ occasionalis, quam unam Malebranchius Christo concedit: nempe quod gratia id omne in uno certo hominum genere universim spectato efficit, de quo tunc Christus cogitat, quod in eo desiderat gratiam efficere. Facit nimirum ex avaris liberales, ex ebriosis sobrios, ex iracundis mites; quoniam ita fieri, ut sint homines Christo similes, tum leges motuum ac viforum poscunt, tum Sapientia in homine Christo desiderat. Hæc autem Christi desideria sequitur Deus; siquidem nullum bonum affectum cuiquam ingerit Sapientia universalis, nisi ut similis Christo fiat. Nam primum in unoquoque genere est mensura ceterorum. Sic Christus, auctore Malebranchio, est causa occasionalis efficientiæ gratiæ, hoc est, primum exemplar, cui Sapientia universalis, per bonos affectus, quos efficaciter quibus vult ingerit, vult homines esse similes. En quo, inquam, recidit tota Christi in nos efficientia; en quo Capitis Ecclesiæ & Pontificis ratio redit: en quomodo Malebranchius censet esse eum causam gratiæ occasionalem.

Pag. 106. *Les divers mouvemens de l'ame de Jesus étant causes occasionnelles de la Grace, on ne doit pas*

eſtre ſurpris, ſi elle eſt quelquefois donnée à de grands pecheurs, ou à des perſonnes qui n'en font aucun uſage. . . . . Si dans ce moment Jeſus-Chriſt penſe actuellement AUX AVARES, *par exemple; les* AVARES *recevront la Grace. Ou bien Jeſus-Chriſt ayant beſoin pour la conſtruction de ſon Egliſe des eſprits d'un certain merite, qui ne s'acquiert d'ordinaire, que par ceux qui ſouffrent certaines perſecutions, dont les paſſions des hommes ſont les principes naturels; en un mot, Jeſus-Chriſt ayant beſoin des eſprits de certains caracteres, pour faire dans ſon Egliſe certains effets,* PEUT EN GENERAL S'APPLIQUER A EUX, *& par cette application répandre en eux la Grace qui les ſanctifie: de meſme que l'eſprit d'un Architecte penſe* EN GENERAL AUX PIERRES QUARRE'ES, *par exemple, lors que ces ſortes de pierres ſont actuellement neceſſaires à ſon batiment.* Eamdem occinit cantilenam. Cauſa occaſionalis, inquit, gratiæ a Deo collatæ avaris, vel magnis ingeniis, Chriſti deſiderium eſt, de his generatim cogitantis: tum quia ordo poſcit nihil ut in electis fiat, niſi quod & quale Chriſtus, ſive Ratio univerſalis in Chriſto, voluerit: tum quia Sapientia univerſalis, quæ eſt de ſe indeterminata, determinatur a deſideriis Chriſti, hoc eſt, a ſeipſa, ut eſt in Chriſto volens homines eſſe Chriſto ſimiles. Ergo Chriſti deſiderium leges generales, quibus Sapientia vellet omnes homines eſſe probos indeterminate, ad imitationem Chriſti determinat. Non quod Chriſtus de Paulo magis quam de Joanne ſanctificando cogitet, aut omnino de quoquam nominatim; ſed univerſim de his, exempli gratia, qui ob certam indolem futuri ſint Eccleſiæ utiliores; ut de quadratis lapidibus architectus, non de hoc vel iſto cogitat. His ergo cum Sapientia in Chriſto deſideret uberem gratiam dari, dabitur his quibus per leges immutabiles motuum ac viſorum dari licebit. Et hoc eſt, inquit, eſſe deſiderium Chriſti cauſam gratiæ occaſionalem.

Pag. 107. *Mais comme l'ame de Jeſus-Chriſt n'eſt point une cauſe generale, on a raiſon de penſer, qu'elle* A SOUVENT DES DESIRS PARTICULIERS *à l'égard de certaines* PERSONNES EN PARTICULIER. . . . . *Nous avons, par exemple, ſujet de croire que la vocation de Saint Paul a eſté l'effet de l'efficace d'*UN DESIR PARTICULIER *de Jeſus-Chriſt.* NOUS DEVONS *meſme regarder les* DESIRS *de l'ame de Jeſus, qui* ONT GENERALEMENT *rapport* A TOUS LES ESPRITS D'UN CERTAIN CARACTERE, COMME DES DESIRS PARTICULIERS, *quoi qu'ils embraſſent pluſieurs perſonnes; parce que ces deſirs changent à tous momens, comme ceux des cauſes particulieres.* Hoc eſt dicere, paucos admodum eſſe, quos nominatim deſideret Chriſtus ſalvos fieri; de quibus peculiari deſiderio & affectu ſpeciali cogitet: ſpecialem tamen affectum & peculiare deſiderium in Chriſto recte vocari deſiderium generale, quod ad unum certum quoddam genus hominum pertinet, ad avaros, exempli gratia, ad ebrioſos, ad divites, ad principes, ad ſacerdotes. Neque enim vult Malebranchius poſſe Chriſtum de ſingulis ſimul fidelibus, aut de electis ſingulis ſemper actu cogitare; nedum de ſingulis hominibus: ſed tantum de alio ſubinde atque alio hominum genere & ordine. Sed jactet ille quantum libuerit, cauſam occaſionalem; & phyſicam etiam vocitet, ut ſuperius diximus; niſi cauſam moralem Chriſtum appellet illius gratiæ, quæ data eſt Paulo, hoc eſt, cauſam quæ Deum volitione ſua vel prece infallibiliter exaudienda permoverit ad gratiam phyſice producendam, Chriſtianus Catholicus non eſt: neque aliud cauſæ occaſionalis ac phyſicæ nomine intelligit, præter vel exemplarem, quam contemplari Deus cogitetur, cum juſtos homines facit: vel eam, quæ occaſione humanitatis, cui conjuncta Sapientia & Ratio univerſalis eſt, determinet Sapientiam illam ipſam, ut velit communicare ſe hominibus eo modo, qui ſimiles illos Chriſto efficiat. Niſi denique divinam voluntatem ab humana Chriſti voluntate proprie deprecante fuiſſe permotam fateatur, non eſt de Eccleſia.

Pag. 110. *D'où vient que Jeſus-Chriſt, qui eſt une cauſe occaſionnelle intelligente, abandonne tant de pecheurs, & tant de nations? Ou pour venir à la plus grande difficulté, d'où vient que Jeſus-Chriſt abandonne meſme les juſtes, les membres de ſon Corps, ceux qui lui ſont étroitement unis par la charité? Car à l'égard des pecheurs, ou de ceux qui ne l'invoquent point, on peut dire qu'il les neglige comme indignes de ſes ſoins. Mais d'où vient qu'*IL DONNE AU JUSTE EXPOSE' A LA TENTATION, *une* GRACE *telle, qu'il* PRE'VOIT *bien qu'avec ſon ſecours il ne laiſſera pas de ſuccomber. Cette Grace* ETOIT SUFFISANTE *en toutes manieres: il ne dépendoit que du juſte de la rendre efficace:* JE LE VEUX. *Mais que Jeſus-Chriſt ne la donnoit-il un peu plus forte, puiſqu'il prévoioit la chute d'un de ſes bien aimés enfans? . . . . . Afin d'expliquer plus nettement la maniere dont Jeſus-Chriſt agit en qualité d'Architecte ſur des materiaux qui ne ſont point encore partie de ſon Temple, & en qualité de Chef à l'égard des juſtes, qui ſont les membres de ſon corps; il faut que je diſe* CE QUE JE PENSE *de la* SCIENCE *de l'ame Sainte de Jeſus-Chriſt, qui regle tous ſes deſirs, par rapport néanmoins à la Loi divine,* L'ORDRE IMMUABLE & NECESSAIRE: *car les volontez de Jeſus-Chriſt ſont conformes à celles de ſon Pere. . . . .* Pag. 113. *Je dis donc que Jeſus-Chriſt connoit à plus forte raiſon les creatures poſſibles, que l'exiſtence & les rapports de celles que Dieu a faites, parce qu'il connoit les premieres par le droit que donne* L'UNION *avec le* VERBE, *qui les renferme avec le Verbe, & qu'il ne connoit les autres que par une eſpece de revelation. . . . . Je croi donc que Jeſus-Chriſt comme homme ſçait toutes choſes: Mais il faut prendre garde, qu'il y a bien de la difference entre tout ſçavoir habituellement, & tout ſçavoir actuellement; entre tout ſçavoir, & penſer à tout: ce qu'on confond preſque toujours. Il n'y a perſonne qui ne ſache que 2 fois 2 ſont 4: & il y a peu de gens qui y penſent actuellement. Un Geometre ſçait ſon Euclide: mais il eſt ſouvent bien du tems ſans penſer à aucune des propoſitions de cet Auteur. . . . . Or l'ame de Jeſus-Chriſt eſt unie perſonnellement au Verbe; & le Verbe entant que Verbe renferme tous les eſtres poſſibles & tous leurs rapports; il renferme toutes les veritez immuables, neceſſaires, éternelles. Jeſus-Chriſt comme homme ne veut pas plutoſt penſer à certaines veritez, qu'auſſi-toſt elles ſe découvrent à ſon eſprit. . . . Il connoit meſme l'exiſtence, les modifications, les rapports des creatures, mais par une eſpece de revelation que ſon Pere lui en fait dés qu'il le ſouhaite. . . . . Jeſus-Chriſt comme homme ſçait donc toutes choſes. . . Mais il ne penſe pas actuellement à toutes: & cela eſt évident: car l'*AME DE *Jeſus-Chriſt* N'A PAS UNE CAPACITE' D'ESPRIT INFINIE. . . . . Pag. 118. *Une connoiſſance toujours actuelle de nos penſées & de nos beſoins, & paſſés & futurs, lui ſeroit donc fort importune. Mais de plus, elle lui ſeroit entierement inutile, & à lui & à nous. . . .* Pag. 119. *Car de meſme qu'un Architecte peut former ſon deſſein, & conſtruire un édifice, ſans ſe mettre en peine d'où lui viennent les materiaux qu'il emploie:* AINSI *Jeſus-Chriſt, par l'union qu'il a avec le Verbe, peut former ſes deſſeins & ſes deſirs,* SANS PENSER AUX DISPOSITIONS ACTUELLES *de tous les hommes.* IL LES A AVERTIS *par les conſeils qu'il leur a donnés dans l'Evangile, de ſe mettre en tel état, que la Grace ne leur ſoit point inutile. Il ne doit point regler ſes deſirs, cauſe diſtributive de ſes graces, ſur la negligence*

gence ou la malice des hommes; mais sur l'état où se trouve l'Ouvrage qu'il construit, sur les desseins qu'il forme sans cesse, SUR L'IDE'E DES BEAUTEZ *dont il veut embellir son Eglise.* Pag. 120. *Tant que Jesus-Christ agit en qualité d'Architecte, il ne regle ses desirs que sur* SES DESSEINS. *Il lui est indifferent d'avoir dans son Temple, Paul ou Jean, si l'un & l'autre sont semblables à l'idée qui détermine ses desirs: comme il est indifferent à un Architecte, qui n'a besoin que d'une pierre quarrée ou d'une colomne, d'avoir celle qui est à droite ou à gauche, si elles sont semblables en tout. Ainsi le desir de Jesus-Christ répandant la Grace qui donne le mouvement aux hommes pour* S'APPROCHER DE LUI *& se mettre entre ses mains, les premiers venus, les vigilans sont ceux qu'il emploie à son edifice. Mais dés que les hommes ont suivi le mouvement de la Grace, je crois qu'il est sûr que Jesus-Christ est averti de leurs dispositions: & que lors qu'il les a placés dans son Temple, ou qu'il les a faits parties de son Corps, il ne leur arrive aucun besoin, aucune tentation, qu'il n'en soit averti, & qu'il n'y pourvoie.* Pag. 121. *Jesus-Christ consideré comme Chef de l'Eglise, est donc averti de tous nos besoins, avant mesme qu'il s'applique particulierement à vouloir les sçavoir. Son Pere prévient sa charité sur cela :* IL ME SEMBLE *que l'Ordre le veut ainsi. Peut-estre mesme qu'il sçait actuellement l'effet qu'aura le secours qu'il nous donne, avant mesme qu'il nous le donne: & c'est ce qui fait la difficulté. Car Jesus-Christ aime les justes; il cherit tendrement ceux qui lui sont unis par la charité. Or il est averti de la tentation qui presse* UN DE SES MEMBRES, *& il peut lui donner des* GRACES VICTORIEUSES. *S'il prévoit donc qu'avec un tel secours, quoique le juste puisse vaincre, il sera néanmoins vaincu, pourquoi n'augmente t'il pas ce secours? Il veut que le juste remporte la victoire; pourquoi donc ne proportionne t'il pas les moiens à la fin, s'il connoit actuellement le rapport des moiens avec la fin!* Pag. 122. *Pour moi j'aimerois mieux croire, que Jesus Christ comme homme, ou comme cause occasionnelle de la Grace, ne sçait point actuellement la détermination future de la volonté du juste auquel il donne le secours; que de croire qu'il manque en un sens, de bonté & de charité pour ses membres.* JE VEUX *que Jesus-Christ comme homme connoisse toutes les déterminations futures de nos volontez, de mesme que je connois que* 2 *fois* 2 *sont* 4. *Mais je doute* QU'IL Y PENSE TOUJOURS ACTUELLEMENT; *& je ne crois pas qu'il veüille toujours* Y PENSER, POUR REGLER SUR CETTE CONNOISSANCE LA DISTRIBUTION DE SES GRACES. Pag. 123. *L'Ordre voulant que Jesus-Christ comme homme agisse en homme,* IL FAUT QUE SON ACTION NE PORTE POINT LE CARACTERE DE SCRUTATEUR DES CŒURS. Quot hic verba, tot sunt fere hæreses, aut graves errores. Deseri a Christo justos dum statim affirmat, cum Jansenio facit; cum dari gratiam a Deo ex sincero conversionis affectu, nisi sit ea gratia per se efficax, negat. Nam ironice concedit sufficientem dici eam posse, quam Deus prævideat cariturum effectu. Docet præterea in conversione hominum peccatorum, quæ ad Ecclesiæ ædificationem necessaria est, Christum de nemine nominatim cogitare; quid alicui privatim ad id opus vel utile sit, minime dispicere: parum curæ ei esse, num Paulus an Joannes convertatur ad vitam emendatiorem: tantum in mente eum habere ideas generales rerum quæ ad decorem Ecclesiæ conferant; in voluntate generalia tantum desideria, ut secundum ideas illas Ecclesiæ ædificium construatur. Christum, ut caput Ecclesiæ est, nosse concedit, aut prænovisse potius dudum antea, quid cuique fidelium opus sit futurum: hanc enim cognitionem *admonitionem* idcirco ambiguo verbo appellavit, ne ad singulos actus, singulasve tentationes hominis justi, hanc Christo notitiam advenire, aut potius præsentem adesse animo, fateatur. Sed negat deinde nosse Christum ut homo est, quem quæque gratia in justis, cum tentantur, effectum habitura sit; nisi quo modo novit veritates necessarias. Quod est dicere, omnem gratiam esse quidem determinatæ efficientiæ ex qua proinde quid sequatur tam certo noverit, quam novimus nos ex bis binis fieri quatuor: sed non semper actu de ea efficientia cogitare. Quamvis autem Christus nosset quo se voluntas hominis justi acclinatura esset, negat tamen Christum ex illa scientia desiderare accommodata omni tentationi auxilia; quandoquidem accommodata auxilia non sunt, nec digna Sapientia vel caritate Christi; inquit, nisi quæ sint efficacia per se; non illa certe, quæ quamvis præsto sint, nihilominus justus cadit. Itaque cum desiderat Christus dari homini tentato auxilia, non videt, inquit, ecquid illa sint effectura. Negat denique ulla dari a Deo & Christo auxilia efficacia ex prævisione futuri conditionate consensus; sive (quod idem est) scientiam mediam prorsus abnegat. Ad hæc omnia falsa dogmata delabi necesse fuit eum, cui Deus non est, nisi Ordo intelligibilis naturæ, sive Leges immutabiles, necessariæ & æternæ, motuum ac visorum, ex quibus omnia in universo fiunt necessario. Nam hunc Ordinem ut causa physica, vel moralis immutare, aut determinare, sive quo velit convertere, nihilo magis potest Christus in cælo positus, salva illa Malebranchii hypothesi, quam Sol vel Luna, ut exemplo utar, quod ipse affert, pag. 95. & 96. Itaque desiderium Christi, inquit, de conversione hominum speciale eatenus dicitur, quod specialia hominum genera respicit, avaros, divites, iracundos: ad justi autem perseverantiam, si forte de aliquo cogitet, desiderat dari ei gratiam, qualem status ipsius postulat. Quod desiderium Sapientiæ quæ in Christo est, Sapientia eadem Universalis, inquit, exsequitur secundum leges suas generales & immutabiles.

Pag. 128. *Les divers* DESIRS *de l'ame de Jesus-Christ répandant la Grace, on conçoit donc clairement, d'où vient qu'elle ne se répand pas également sur tous les hommes, & qu'elle se répand sur certaines personnes plus abondamment en un tems qu'en un autre. Comme l'ame de Jesus-Christ ne pense point en un mesme tems à sanctifier tous les hommes, elle n'a point en mesme tems tous les desirs dont elle est capable. Jesus-Christ* N'AGIT SUR SES MEMBRES QUE PAR DES INFLUENCES SUCCESSIVES. Desideriorum Christi efficientiam, qualem defendit, ut verbis exaggeret, influxum vocat: cum reipsa totum eo recidat, ut non simul omnibus fidelibus, nedum omnibus hominibus prospiciat; sed nunc avaris, nunc iracundis, nunc aliis hominum generibus Sapientia divina in Christo aliud alio tempore gratiæ genus desideret, quod idoneum sit ad illorum conversionem efficiendam, nisi cupiditas vel desidia eorumdem obsit.

Pag. 129. *Il est vrai que tous les justes reçoivent sans cesse l'influence du Chef qui leur donne la vie; & que lors qu'ils agissent par l'Estre de Jesus-Christ, ils meritent & reçoivent de nouvelles graces, sans qu'il soit necessaire que l'ame de Jesus-Christ* AIT QUELQUES DESIRS PARTICULIERS QUI EN SOIENT LES CAUSES OCCASIONNELLES. *Car l'ordre, qui veut que tout merite soit recompensé, n'est point en Dieu une loi arbitraire: c'est une loi necessaire, & qui ne dépend point d'aucune cause occasionnelle. Mais quoi que tel qui a fait une action meritoire, puisse en estre recompensé,* SANS QUE L'AME *de Jesus-Christ* AIT ACTUELLEMENT *quelques desirs* PAR RAPPORT A LUI: *cependant il est certain qu'il n'a merité la Grace, que* PAR LA DIGNITE' *&* LA SAINTETE' *de l'*ESPRIT *que Jesus-Christ lui a communiqué. Car les hommes ne sont agreables à Dieu, &*

& NE FONT RIEN DE BIEN, *qu'autant qu'ils ſont unis à ſon Fils par charité.* Occurrit Malebranchius objectioni Catholicorum, aïentium ex eo conſequi, ipſos per ſe fideles ac juſtos poſſe novam gratiam promereri, abſque ulla Chriſti, ut homo eſt, cauſalitate occaſionali. Reſpondet id ſane conſequi, nihil tamen juſtum propterea promereri, niſi ex eo quo prædituſ eſt Spiritu Chriſti. At hic ipſe Spiritus, ſecundum Malebranchium, aliud nihil eſt præter Sapientiam & amorem recti, quod lumine naturali agnoſcitur; cum Chriſtum ſecundum Spiritum, ſive ſecundum divinitatem, nihil eſſe aliud ponat, præter Rationem & Sapientiam univerſalem, communemque omnibus mentibus: abſque qua ratione & Sapientia cum nihil boni certe fiat, docet iſte cum Baïanis nihil boni fieri niſi ex caritate & Chriſti Spiritu poſſe. Sic Chriſto, ut homo eſt, minime cogitante de his nominatim qui perſeverant, multi ex iis auxilia obtinent quibus perſeverent.

Pag. 131. *Il faut encore avoüer, que ceux qui obſervent les conſeils de Jeſus-Chriſt, par l'eſtime qu'ils en font, & par la crainte qu'ils ont des peines futures,* SOLLICITENT, *pour ainſi dire, par leur obeiſſance, la charité de Jeſus-Chriſt* DE PENSER A EUX, QUOI QU'ILS N'AGISSENT ENCORE QUE PAR AMOUR PROPRE. *Mais* TOUTES *leurs actions ne ſont point cauſes occaſionnelles, ni de la Grace, puiſqu'elles n'en ſont point infailliblement ſuivies: ni meſme des mouvemens de l'ame de Jeſus-Chriſt à leur égard, puiſque ces mouvemens ne manquent jamais de la répandre. Ainſi il n'y a que les* DESIRS *de Jeſus-Chriſt, qui ayent infailliblement leur effet comme cauſe occaſionnelle.* Audacter iſte adjicit, ne ipſam quidem juſtorum obedientiam in ſequendis Evangelicis conſiliis Chriſtum movere ut de ipſis cogitet. At ex eo ſequitur etiam fruſtra rogari Chriſtum a nobis; cum nihilo magis profecto poſſit oratio, quam obſervatio conſiliorum Chriſti, ipſum admonere, ut de nobis nominatim cogitet, ſollicitusque ſit. Quantumvis enim preces, quæ precum natura eſt, ſollicitare Chriſtum videantur, ut iſte dicit ad fallendos legentes, non tamen admonent reipſa, aut permovent. Itaque oratio & obedientia illa cauſa ſufficienter, inquit, occaſionalis non eſt. Cur? Quoniam, inquit, cauſam occaſionalem ſuus ſemper effectus conſequitur. Ergo Chriſtus ſolus dicendus eſt cauſa occaſionalis gratiæ: quam videlicet leges Sapientiæ univerſalis ſemper impertiunt per Chriſtum, hoc eſt, juxta deſideria Chriſti ut homo eſt, quæ divina ipſa ei afflavit Sapientia.

Pag. 131. *Or l'on peut conſiderer en l'ame de Jeſus-Chriſt des* DESIRS *de deux ſortes: des deſirs actuels, paſſagers,* & PARTICULIERS, *dont l'efficace ne dure que peu de tems:* & *des* DESIRS STABLES & PERMANENS, *qui conſiſtent dans une diſpoſition ferme & conſtante de l'ame de Jeſus-Chriſt par rapport à certains effets, qui* TENDENT A L'EXECUTION DE SON DESSEIN EN GENERAL. . . . Pag. 132. *C'eſt par des* DESIRS ACTUELS, *paſſagers,* & PARTICULIERS *de l'ame de Jeſus, que la Grace ſe répand ſur des perſonnes qui n'y ſont point préparées,* & *d'une maniere* QUI A QUELQUE CHOSE DE SINGULIER & D'EXTRAORDINAIRE. *Mais c'eſt par des deſirs permanens qu'elle eſt donnée reguliérement à ceux qui reçoivent les Sacremens avec les diſpoſitions neceſſaires.* Hoc eſt dicere, deſideria Chriſti de ſanctificatione hominum eſſe duûm generum. Alia eſſe tranſeuntia & actualia, ſed extraordinaria & miraculoſa; ut gratiam nimirum quidam habeant, ad eam ſuſcipiendam minime præparati. Alia ſtabilia ac permanentia, ut recipiant eam, quotquot diſpoſiti accedunt ad Sacramenta. Nonniſi gratiam actualem recipi in Sacramentis ponit ea hypotheſis: nemini vero ibi ex affectu Chriſti ſpeciali dari: Nec prioribus etiam illis deſideriis tranſeuntibus & extraordinariis, cujusmodi erga Paulum Apoſtolum cogitari poteſt fuiſſe dicit Malebranchius, aut poteſt ſalva ſua hypotheſi dicere, permotum fuiſſe Deum, ſive (ut appellat) Ens univerſale, tamquam cauſa morali, hoc eſt, qua tamquam jubente vel deprecante effectus producitur, gratiam converſionis Paulo impertiret.

Pag. 134. *Entre les deſirs actuels & paſſagers de l'ame de Jeſus, il y en a certainement qui ſont plus durables & plus* FREQUENS *que les autres: & la connoiſſance de ces* DESIRS *eſt d'une extrême conſequence* POUR LA MORALE. *Sans doute Jeſus-Chriſt penſe plus ſouvent à ceux qui obſervent ſes conſeils, qu'aux autres hommes. Les mouvemens de charité qu'il a* POUR LES FIDELLES, *ſont plus* FREQUENS *& plus durables, que ceux qu'il a* POUR LES LIBERTINS *& pour les impies. Et comme tous les fidelles ne ſont pas également diſpoſés à entrer dans* L'EGLISE DES PREDESTINEZ, *les deſirs de l'ame de Jeſus ne ſont pas à l'égard d'eux tous également vifs, frequens, & durables.* Extra deſideria illa Chriſti, inquit, ſingularia, extraordinaria, ac perrara, de quibus dictum eſt proxime, alia ſunt particularia ſive ſpecialia, ſed frequentiora multo prioribus; nec tamen illa erga ſingulos homines, ſive ſimul, ſive ſucceſſive; ſed circa diverſa hominum genera univerſim ſpectata. Nam de juſtis ſæpius libentiusque cogitat, quam de impiis impuriſve: nunc de his generatim qui præceptis tantum, nunc de iis qui Evangelicis etiam conſiliis obſequuntur. Hoc illud eſt quod iterum docet conceptis verbis, pag. 136. *Comme la volonté de Jeſus-Chriſt eſt entierement conforme à l'Ordre, duquel tous les hommes ont naturellement* QUELQUE IDE'E; *on pourroit encore découvrir par la raiſon, que l'ame de Jeſus-Chriſt a plus de penſées &* de DESIRS *par rapport à certaines perſonnes, que par rapport à d'autres. Car l'Ordre demande, que Jeſus-Chriſt répande plus de graces ſur ceux, par exemple, qui ſont appellez aux Ordres ſacrés; ou ſur ceux qui ont une vocation qui les engage par neceſſité dans le commerce du monde; en un mot ſur ceux qui ſont les principales parties dans le corps de l'Egliſe militante, que ſur ceux qui n'ont vuë ſur perſonne,* &c.

Pag. 137. *Nous avons prouvé que les divers* DESIRS *de l'ame de Jeſus ſont les cauſes occaſionnelles de la Grace . . . Voions maintenant de quelle eſpece de Grace ils ſont cauſes occaſionnelles. Car bien que Jeſus-Chriſt ſoit cauſe meritoire de toutes les Graces, il n'eſt pas neceſſaire qu'il ſoit cauſe occaſionnelle des graces de lumiere, & de certaines graces exterieures qui préparent à la converſion du cœur, mais qui ne peuvent l'operer. Car Jeſus-Chriſt eſt toujours cauſe occaſionnelle ou neceſſaire, ſelon l'ordre établi de Dieu, à l'égard de* TOUTES LES GRACES QUI OPERENT LE SALUT. Pag. 141. *Ainſi la Grace dont Jeſus-Chriſt eſt cauſe occaſionnelle, & qu'il répand ſans ceſſe en nous comme Chef de l'Egliſe, n'eſt point la Grace de lumiere, quoi qu'il* NOUS AIT MERITE' CETTE GRACE.... *C'eſt* LA GRACE DE SENTIMENT. *C'eſt la* DELECTATION PRE'VENANTE *qui produit & qui entretient la charité dans nos cœurs: Car* LE PLAISIR PRODUIT *& entretient naturellement l'amour des objets qui le cauſent, ou qui ſemblent le cauſer. C'eſt auſſi l'horreur qui ſe répand quelquefois ſur les objets ſenſibles, laquelle nous en donne de l'averſion, & nous met en état de ſuivre noſtre lumiere dans les mouvemens de noſtre amour.* Pag. 143. *Ainſi la lumiere eſt la Grace du Createur,* la DELECTATION *eſt la Grace du Reparateur. La lumiere eſt communiquée par Jeſus-Chriſt comme ſageſſe éternelle: La delectation eſt donnée de Jeſus-Chriſt comme ſageſſe incarnée.* Quod deſiderat Chriſtus, inquit, non eſt ut videant Veritatem: vident enim, ſiquidem rationales ſunt: ſed deſiderat ut avari liberalitatis, ebrioſi ſobrietatis, impuri caſtitatis amore capiantur. Hoc de-

ſide-

ſiderium Chriſti, quod ipſum, ut vult, non ſpeciale erga ſingulos generum, ſed erga genera dumtaxat ſingulorum eſt, ſemper exſequitur Sapientia univerſalis, Ordo intelligibilis, quo regitur & adminiſtratur hoc univerſum; qui eo ſpectat ut nemo juſtus habeatur, niſi ſimilis Chriſto deſideriiſque ejus, hoc eſt, deſideriis ejusdem Sapientiæ univerſalis incarnatæ fiat. Huc recidit, ut ſæpe diximus, influxus Chriſti in nos, ut homo & Caput hominum eſt. Huc redit cauſalitas ejus occaſionalis, ex Malebranchio; quod exemplo ejus, & juxta deſideria ejus divinæ Sapientiæ, Sapientia eadem facit ſe a nobis amari ac diligi, animum delectando. Quemadmodum lumen Sapientiæ univerſalis, inquit, facit rationales, & donum iſtud Creatoris eſt; ſic delectatio in bono propter ſpem incorruptionis exemplo Chriſti obtinendæ facit Chriſtianos & juſtos, & donum iſtud Reparatoris eſt, ſive Sapientiæ Reparatricis. Illud a Sapientia intelligibili & æterna communicatur; iſta ab eadem Sapientia incitante ad ſui amorem & imitationem Chriſti. Nam quem non delectet ſpes immortalitatis potiundæ, qualem ei in Chriſto proponit Sapientia facta propterea ſenſibilis? Hoc eſt, Malebranchii ſenſu, diffundi in nos gratiam per Sapientiam incarnatam; & hanc eſſe cauſam occaſionalem gratiæ nobis impertitæ: Quoniam videlicet Sapientia intelligibilis, quæ Deus eſt, inquit, non vult eſſe nos Sapientes, aut Sapientiam diligere, niſi qualem Sapientia illa ipſa divina in Chriſto nos habere deſiderat. Hæc doctrinæ illius pars, ut apparet, impia & hæretica eſt; ſed nec minus altera, quæ ſtatuit Chriſtum cauſam non eſſe occaſionalem (ut appellat) niſi illius gratiæ quæ ſalutem operatur. Ex quo ſequitur, Chriſtum non eſſe Caput niſi Prædeſtinatorum: nec gratiæ ſufficientis Chriſtum, ut homo eſt, cauſam occaſionalem eſſe. Catholicis e diverſo reclamantibus, tam a Chriſto, ut homo eſt, velut a cauſa morali gratias ipſas ſufficientes eſſe, tam ex ſincero converſionis affectu, quam efficaces, quales ſupra diximus.

Pag. 149. *Je ne vois dans l'ordre établi de la Nature que deux cauſes occaſionnelles, qui répandent la lumiere dans les esprits, & qui déterminent ainſi* LES LOIX GENERALES DE LA GRACE DU CREATEUR: *l'une qui eſt en nous, & qui dépend en quelque ſorte de nous: l'autre qui ſe rencontre dans le rapport que nous avons avec tout ce qui nous environne. La premiere n'eſt autre choſe que les divers mouvemens de nos volontez. La ſeconde eſt la rencontre des objets ſenſibles qui agiſſent ſur noſtre esprit, en conſequence des loix de l'union de noſtre ame avec noſtre corps.* Hæc ſunt quæ nos *viſa* ſuperius appellavimus; objecta ſcilicet, quæ nos circumcingunt, feriuntque ſenſus & mentes. Leges motuum ac viſorum, inquit, Veritatem ſeu Rationem univerſalem inſtar cauſæ occaſionalis determinant, ut hoc vel illud verum animo exhibeat ac retegat.

Pag. 149. *Le ſentiment interieur que nous avons de nous-mesmes, nous apprend que nos deſirs produiſent ou excitent en nous la lumiere; & que* L'ATTENTION DE L'ESPRIT EST LA PRIERE NATURELLE, PAR LAQUELLE NOUS OBTENONS QUE DIEU NOUS ECLAIRE. *Car tous ceux qui* S'APPLIQUENT A LA VERITE', *la découvrent* A PROPORTION DE LEUR APPLICATION. *Et ſi noſtre priere n'étoit point interrompuë, ſi noſtre attention n'étoit point troublée, ſi nous avions quelque idée de ce que nous demandons, & ſi nous demandions avec la perſeverance neceſſaire, nous ne manquerions jamais d'obtenir, autant que nous ſommes capables de recevoir.* Malebranchiana hypotheſis, ut jam diximus, quippe quæ Deum nullum verum agnoſcit, ſed pro Deo ponit Rationem univerſalem, Sapientiam intelligibilem, & naturale atque commune omnibus Lumen, nullum precationis, obſecrationis, aut deprecationis genus admittit; nullam orationem, præter intentam animi in objecto quolibet, etiam Mathematico, contemplando conſiderationem.

Pag. 180. *Ce mouvement naturel & continuel de l'ame vers* LE BIEN EN GENERAL, *vers* LE BIEN INDETERMINE', *vers* DIEU; *c'eſt ce que j'appelle ici* VOLONTE': *parce que c'eſt ce mouvement qui rend la ſubſtance de l'ame capable d'aimer differens biens.* Pag. 181. *Ce mouvement naturel de l'ame vers* LE BIEN EN GENERAL *eſt* INVINCIBLE: *Car il ne dépend point de nous de vouloir eſtre heureux. Nous aimons neceſſairement ce que nous connoiſſons clairement, & ce que* NOUS SENTONS VIVEMENT ESTRE LE VRAI BIEN. TOUS LES ESPRITS AIMENT DIEU PAR LA NECESSITE' DE LEUR NATURE: *& s'ils aiment autre choſe que Dieu par le choix libre de leur volonté, ce n'eſt pas qu'ils ne cherchent* DIEU, *ou la cauſe de leur bonheur: mais c'eſt, qu'ils ſe trompent: c'eſt que ſentant confuſément, que les corps qui les environnent, les rendent heureux, ils les regardent comme des biens, & par une ſuite naturelle & ordinaire ils les aiment & s'y uniſſent. Mais l'amour de tous ces biens particuliers n'eſt point* NATURELLEMENT INVINCIBLE. *L'homme,* CONSIDERE' TEL QUE DIEU L'A FAIT, *peut s'empeſcher d'aimer les biens qui ne rempliſſent pas toute la capacité qu'il a d'aimer. . . .* Pag. 182. *Or ce pouvoir d'aimer ou de ne pas aimer les biens particuliers, la* NON-INVINCIBILITE' *qui ſe rencontre dans le mouvement, qui porte les eſprits à aimer ce qui ne leur paroit pas en tout ſens renfermer tous les biens; ce* POUVOIR, *cette* NON-INVINCIBILITE' *c'eſt ce que j'appelle* LIBERTE'. *Ainſi en mettant la définition en la place du défini, cette expreſſion, Noſtre volonté eſt libre, ſignifie que le mouvement naturel de l'ame vers* LE BIEN EN GENERAL, *n'eſt point* INVINCIBLE *à l'égard du bien en particulier.* Aliud, inquit, voluntas, aliud libertas eſt. Voluntas motus eſt animi naturalis ac perpetuus verſus Deum, hoc eſt, ut interpretatur, verſus Bonum in genere, Bonum indeterminatum, τὸ ἀγαθὸν, Bonum quod naturæ ſuæ neceſſitate omnis mens creata diligit, Bonum quod etiam tum quærimus, cum concupiſcentiæ morem gerimus. Et eſt hic animi motus neceſſarius, invincibilis: nemo enim poteſt non beatum ſe cupere eſſe, ac proinde nemo poteſt non Deum amare. Jam ſuperius, pag. 59. Malebranchii ἀθεότητα, quæ eſt hic luce meridiana clarior, in Dei ſui deſcribenda natura, animadvertimus. Libertas, pergit hic idem, quam Catholici definiunt, facultatem eligendi bonum quod Deus offert, vel malum quod concupiſcentia appetit; verius Facultas eſt amandi vel non amandi bona ſenſibilia; ad quorum amorem, inquit, non ferimur naturali invincibilitate, ita ut per aliquam humanam ſaltem rationem, ſi divina lux & delectatio veri deſit, non poſſimus abſtinere. Atqui hanc libertatis humanæ definitionem Janſenius ſalva hæreſi ſua ultro admittit. Negat enim profecto, cum ex concupiſcentia peccamus, nos naturali invincibilitate peccare, qualis eſt in lupis, qui naturali invincibilitate oves rapiunt & vorant; aut in equis, qui naturali ſemper invincibilitate hinniunt. Nam qui homo hodie eſt ebrioſus, poteſt idem cras eſſe ſobrius, ſaltem metu pœnæ; hoc eſt, ut vult, leviore peccato, ſi motivum caritatis abſit. Hoc etiam Janſenius, inquam, contendit & clamat.

Pag. 192. 193. *On s'imagine ordinairement, que la* LIBERTE' EST E'GALE DANS TOUS LES HOMMES, *& que c'eſt* UNE FACULTE' ESSENTIELLE AUX ESPRITS; *la nature de laquelle demeure toujours la meſme, quoi que ſon action varie ſelon les divers objets. . . . On ſe ſoulage l'eſprit, on le délivre de toute application, lorſqu'on donne à toutes choſes une* FORME ABSTRAITE, *dont l'eſſence conſiſte dans une eſpece d'indiviſible. Mais on ſe trompe.*

La Liberté N'EST POINT UNE FACULTE' *telle* QU'ON SE L'IMAGINE. *Il n'y a pas deux perſonnes également libres à l'égard des mesmes objets. . . . . Ceux qui ont des paſſions violentes, & qui ne ſont point accoutumez à y reſiſter, ſont moins libres que ceux qui les ont genereuſement combattuës. . . .* Pag. 194. *Il eſt vrai que ſelon l'inſtitution de la nature tous les hommes ſont également libres :* CAR *Dieu ne pouſſe point invinciblement les eſprits à aimer aucun bien particulier. Mais la concupiſcence corrompt le cœur & la raiſon : & l'homme ayant perdu le pouvoir d'*EFFACER LES TRACES DES PLAISIRS SENSIBLES, *& d'arreſter les mouvemens de ſa concupiſcence, cette liberté, égale dans tous les hommes, s'ils n'euſſent point peché, eſt devenuë inégale ſelon les differens degrez de leur lumiere, & ſelon que la concupiſcence agit diverſement en eux.* Libertatem nullam veram agnoſcit, in indifferentia activa voluntatis poſitam ad conſentiendum gratiæ oblatæ, vel diſſentiendum, poſitis omnibus ad agendum prærequiſitis. Catholicos aït vehementer allucinari, qui ſic ſentiant: qui nimirum exiſtiment omnes homines, cum peccant, inſtructos eſſe ſufficienti auxilio, quod pro modo tentationis nunc modicum, nunc abundantius ſit, ut poſſint æque omnes proportione ſervata peccatum vitare ; manente ex æquo in omnibus ita adjutis facultate agendi vel non agendi, poſitis omnibus ad agendum prærequiſitis ; quæ eſt eſſentia libertatis & indiviſibilis notio. Qui Catholicos ſuper hac definitione libertatis deridet, num Catholicus ipſe eſt ?

Pag 207. *S'il eſt donc vrai, que le plaiſir produiſe naturellement l'amour ; & que ce ſoit* COMME UN POIDS, QUI FAIT PANCHER L'AME VERS LE BIEN *qui le cauſe, ou qui ſemble le cauſer ; il eſt viſible que* LA GRACE DE *Jeſus-Chriſt, ou la Grace de ſentiment,* EST EFFICACE PAR ELLE-MESME. *Car encore que* LA DELECTATION PRE'VENANTE, *lorſqu'elle eſt foible, ne convertiſſe pas entierement le cœur de ceux qui ont des paſſions trop vives ; néanmoins* ELLE A TOUJOURS SON EFFET, *en ce qu'elle porte toujours vers Dieu.* ELLE EST TOUJOURS EFFICACE EN QUELQUE MANIERE: *mais elle ne fait pas toujours l'effet* QU'ELLE POURROIT FAIRE, *parce que la concupiſcence s'y oppoſe.* Hoc eſt aperte cum Janſenio profiteri, omnem gratiam interiorem, ſive prævenientem delectationem, eſſe per ſe efficacem ; hoc eſt, ſuam ſemper omnem efficientiam vi ſua nativa exſerere, quantum poteſt ; quandoquidem ad vincendam concupiſcentiam non omnis datur : quamvis poſſet illa delectatio plus efficere quam facit, ſi nulla ei obſtaret concupiſcentia. Quid horum negat, quid non ultro Janſenius dat ? Annon & ipſe in prima propoſitione e quinque damnatis delectationes prævenientes efficaces agnoſcit, quibus etiam tum volumus & conamur, cum præceptum tamen non implemus ?

Pag. 208. *Par exemple, il y a dans un baſſin d'une balance un poids de dix liv es : On met dans l'autre baſſin un poids de ſix livres ſeulement. Ce dernier poids* PESE VERITABLEMENT *: car ſi l'on en mettoit encore autant, ou ſi l'on en oſtoit ſuffiſamment de l'autre baſſin, ou enfin, ſi l'on* SUSPENDOIT *la balance plus prés du baſſin qui eſt le plus chargé, ce poids de ſix livres emporteroit la balance. Mais quoi que ce poids peſe, il eſt viſible que ſon* EFFET DE'PEND *toujours* DES POIDS QUI LUI RESISTENT, *& de la maniere dont ils lui réſiſtent. Ainſi* LA GRACE DE SENTIMENT EST TOUJOURS EFFICACE PAR ELLE-MESME: *elle diminuë toujours l'effort de la concupiſcence, parce que* LE PLAISIR DONNE *naturellement* DE L'AMOUR *pour la cauſe qui le produit, ou qui ſemble le produire. Mais quoique cette* GRACE *ſoit* TOUJOURS EFFICACE PAR ELLE-MESME, *elle dépend, ou pluſtoſt* SON EFFET DE'PEND *des diſpoſitions actuelles de celui à qui elle eſt donnée. Le poids de la concupiſcence lui reſiſte,* &c. Hoc ipſum eſt quod proxime ſuperius dixit ; prævenientem delectationem id ſemper efficere, ad quod efficiendum datur a Deo ; nec umquam ei reſiſti ne faciat id propter quod datur, ſed tantum ne id efficiat, quod faceret etiam tunc cum modica eſt, ſi cupiditas nulla obſiſteret. Quam ingenioſa hæreſis eſt, ut excogitet qua poſſit arte religionem ſubruere !

Pag. 210. *Et il ne faut pas s'imaginer que Dieu répande la grace* PAR DES VOLONTEZ PARTICULIERES, *dans le deſſein qu'elle produiſſe en nous certains effets,* & RIEN DAVANTAGE. *Car lorſqu'on dit que la Grace* PRODUIT TOUJOURS DANS LE COEUR L'EFFET POUR LEQUEL DIEU LA DONNE, *l'on ſe trompe, ſi l'on ſuppoſe que Dieu agiſſe comme les hommes dans des vuës particulieres. Dieu* RE'PAND SA GRACE DANS UN DESSEIN GENERAL QU'ELLE SANCTIFIE TOUS CEUX QUI LA REÇOIVENT, *ou* SELON QUE LA CAUSE OCCASIONNELLE LE DETERMINE *à la répandre. Il voit bien néanmoins qu'elle n'aura pas dans certaines perſonnes tout l'effet qu'elle* AURA DANS LES AUTRES, *non ſeulement à cauſe de l'inégalité de la force du coſté de la Grace, mais encore de l'inégalité de la réſiſtance du coſté de la concupiſcence.* Diſcrimen hic ſuæ hæreſeos a Janſeniana Malebranchius profert. Negat nimirum a Deo dari gratiam ex peculiari voluntate ut hunc vel illum ſingularem producat effectum. Impertiri gratiam a Deo contendit vel generali tantum voluntate, quemadmodum cauſam, inquit, univerſalem decet, ut ſuſcipientes ſanctificet, vel pro eo ut cauſæ occaſionales poſcent, exſerat vim ſuam : quamvis prævideat Deus in quibusdam plus quam in aliis effecturam eam eſſe, ob minorem concupiſcentiæ reſiſtentiam. Janſenius e diverſo, omiſſis cauſis occaſionalibus effecta omnia peculiari Dei voluntati adſcribit ; hoc eſt, ut etiam ipſe vult, Realitati univerſali, ex qua dicit omnem realitatem immediate profluere, ſive intervenire dicatur occaſionalis cauſa, ſive de eo genere cauſæ fileatur, cujus mentionem facere, aut vim tantopere prædicare, Philoſophum magis ethnicum, quam Theologum, ſapit.

Pag. 211. *Comme la concupiſcence* N'A PAS ENTIEREMENT DE'TRUIT LA LIBERTE' *de l'homme, la Grace de Jeſus-Chriſt,* TOUT EFFICACE QU'ELLE SOIT, N'EST POINT ABSOLUMENT INVINCIBLE. *On peut vaincre un plaiſir ſenſible, lorſqu'il eſt foible. On peut* SUSPENDRE *le jugement de ſon amour, lorſqu'on n'eſt point entraiſné par quelque paſſion trop violente ; & lorſqu'on ſuccombe à l'attrait de ce faux plaiſir, on eſt coupable par le mauvais uſage de ſa liberté. De mesme* LA DELECTATION DE LA GRACE N'EST POINT ORDINAIREMENT INVINCIBLE. ON PEUT *ne point ſuivre les bons mouvemens qu'elle inſpire, leſquels nous éloignent des faux biens que nous aimons. Cette Grace ne remplit pas l'ame de telle maniere,* QU'ELLE L'ENTRAINE VERS LE VRAI BIEN, SANS CHOIX, SANS DISCERNEMENT, SANS CONSENTEMENT LIBRE. *Ainſi lorſqu'on s'abandonne à ſon mouvement,* & QU'ON AVANCE, *pour ainſi dire,* PLUS QU'ELLE NE NOUS POUSSE INVINCIBLEMENT ; *lorſqu'on ſacrifie les plaiſirs de la concupiſcence, qui diminuoient ſon efficace ; ou enfin* LORSQU'ON AGIT PAR RAISON, *ou qu'on aime le vrai bien comme on doit l'aimer,* ON MERITE *par le bon uſage qu'on fait de ſa liberté.* Pag. 213. *On merite, en ce qu'on* AVANCE, POUR AINSI DIRE, VERS LE BIEN, APRE'S QUE LE PLAISIR A DETERMINE' LE MOUVEMENT DE L'AMOUR. Negat Malebranchius aut concupiſcentiam, aut gratiam, eſſe abſolute, gratiam vero eſſe plerumque invincibilem. Cur ? Quoniam, inquit, concupiſcentia certe, cum debilis eſt,

eſt, vinci poteſt, etiam humana conſideratione: Gratia autem, ſive præveniens delectatio, non ita voluntatem implet, ut eam abducat & trahat verſus ſummum bonum, abſque delectu, abſque judicio, abſque conſenſu libero. At hæc libertas dumtaxat a naturali neceſſitate eſt, reponunt Catholici. Quod ſi progreſſio fiat ultra, ut ita dicam, inquit, quam nos impellit invincibiliter ea delectatio; quæ bona quidem per ſe, ſed meritoria non eſt; quoniam non ex ratione eſt, ſed ex innato ac neceſſario amore Boni in genere; ſed ſi ratione ſummum bonum eligimus, tunc eſt actus meritorius; ad quem delectatio præveniens determinavit voluntatem. At neque quidquam horum Janſenius negat; neque dicit hanc delectationem eſſe ſemper fere invictam, *ordinairement invincible*; ſed tunc tantum cum determinat voluntatem ad implendum præceptum. Nam unde multi volunt & conantur, ut Janſenius confitetur in prima propoſitione e quinque damnatis, niſi ex delectatione præveniente, quæ tamen non eſt ita invicta, ut plenum conſenſum neceſſario abripiat?

Pag. 216. 217. *Enfin peut-eſtre qu'outre la privation de tous les plaiſirs prévenans & autres, Jeſus-Chriſt ſouffroit interieurement* CES SECHERESSES EFFROIABLES, *que les ames remplies de charité ne* PEUVENT MIEUX EXPRIMER *que par* L'ABANDON DE DIEU, *ſelon ces paroles de Jeſus-Chriſt en croix: Mon Dieu, mon Dieu, pourquoi m'avez-vous abandonné?* Malebranchius hic quoque manifeſte Calvinizat; id quod facere eum ſua, ut & Calvinum, cogit impia hypotheſis. Nam ſi Deus non eſt, niſi Sapientia intelligibilis, ſive Ratio univerſalis; non eſt cui Chriſtus ſatisfacere ſolvendo poſſit pro humano genere. Itaque ſatisfactio excogitanda alterius generis eſt, ut poſſit (quod Chriſtiani Catholici poſtulant) Chriſti ſatisfactio prædicari. Itaque ſatisfeciſſe Chriſtum Malebranchius & Calvinus aïunt, qui nihil amplius facere debuerit aut potuerit; qui tale tormentum ſuſtinuerit, ut majus quantum ad ſubſtantiam, judicio ſane ſentientium, ferre non potuerit; nempe damnatorum pœnam, quæ ſit privatio guſtus veri boni, ſuſtinuiſſe idcirco, ut exhiberet nobis in ſemetipſo, quanta peccato pœna debeatur, atque ita fideles a peccando abſtineret. Quod eſt profiteri reipſa, ſola nobis doctrina Chriſtum profuiſſe. Catholicis reclamantibus, aïentibusque, neque ſe Chriſtum dicere his verbis derelictum a Patre, ut ea tormenta ſubiret, ſed ut facerent in eum adverſarii quæcumque vellent: nec ſatisfactionem Chriſti prædicandam eſſe, ſed ſatisfactiones infinitas, hoc eſt, infinitos meritorum & ſatisfactionum gradus, qui nobis per Sacramenta & alia media applicantur ad placandum Deum, & ad amicitiam ejus promerendam.

Pag. 232. *Il eſt viſible que nul eſprit fini ne peut juger avec quelque aſſurance, de l'effet qu'une grace particuliere doit produire en nous. Car outre que la combinaiſon de tout ce qui concourt à la rendre efficace, ou à produire ſon effet, renferme quelque choſe d'infini, cette combinaiſon n'eſt pas ſemblable à celle* DES RESSORTS & DES FORCES MOUVANTES, *dont les effets ſont toujours infaillibles &* NECESSAIRES. Dictum iſtud a Malebranchio eſt, ne Chriſtus ipſe exiſtimetur, ut homo eſt, certo noſſe, quousque progreſſura ſit in aliquo homine gratiæ efficientia; quoniam non talem, inquit, præveniens delectatio neceſſitatem infert voluntati, qualis deprehenditur in effectis automatorum, occultorumve organorum. Quam quidem neceſſitatem ſolam a gratiæ efficientia quisquis excludit, a Janſenio non diſcedit.

Pag. 249. *Les cauſes occaſionnelles ne produiſent point leur effet* PAR LEUR EFFICACE PROPRE; *c'eſt par l'efficace de la* CAUSE GENERALE. *C'eſt auſſi par l'efficace de la puiſſance de Dieu, que l'ame de Jeſus-Chriſt opere en nous;* CE N'EST POINT PAR L'EFFICACE DE LA VOLONTE' HUMAINE. . . . *Ainſi il applique & diſtribuë lui-meſme ſes dons comme cauſe occaſionnelle. Il diſpoſe de tout dans la Maiſon de Dieu, comme un fils bien aimé dans la maiſon de ſon Pere. Je crois avoir démontré dans la Recherche de la Verité, qu'*IL N'Y A QUE DIEU QUI SOIT CAUSE VERITABLE, *ou* QUI AGISSE PAR SON EFFICACE PROPRE; *& qu'il ne communique ſa puiſſance aux creatures, qu'en les établiſſant cauſes occaſionnelles pour produire quelques effets. J'ai prouvé, par exemple, que les hommes n'ont la puiſſance de produire quelque mouvement dans leur corps, que parce que Dieu a établi leurs volontez cauſes occaſionnelles de ces mouvemens: Que le* FEU *n'a la puiſſance* DE ME FAIRE SOUFFRIR *de la* DOULEUR, *que parce que Dieu a établi le choc des corps cauſe occaſionnelle des communications des mouvemens; & l'ébranlement violent des fibres de ma chair, cauſe occaſionnelle de ma douleur. . . .* Pag. 251. *Donc il eſt certain que Jeſus-Chriſt ſelon ſon humanité eſt cauſe occaſionnelle de la Grace, ſuppoſé que j'aye bien prouvé qu'*IL N'Y A QUE DIEU QUI AGISSE DANS LES ESPRITS, *& que* LES CAUSES SECONDES N'AYENT POINT D'EFFICACE PROPRE: *Ce que doivent d'abord examiner ceux qui veulent entendre mes ſentimens, & en porter leur jugement. Je dis de plus que perſonne n'eſt ſanctifié* QUE PAR L'EFFICACE DE LA PUISSANCE *que Dieu a communiquée à Jeſus-Chriſt, en l'établiſſant cauſe occaſionnelle de la Grace. . . . .* Pag. 252. *C'eſt* PAR SON OPERATION INTERIEURE, κατ' ἐνέργειαν, *que ſon Egliſe ſe forme; & qu'ainſi il a eſté établi de Dieu* LA SEULE CAUSE OCCASIONNELLE, *qui* PAR SES DIVERS DESIRS *& ſes diverſes* APPLICATIONS *diſtribuë les graces, que Dieu comme cauſe veritable répand ſur les hommes.* Quot & quam magnifica verba congerit iſte pravo ſenſu, ut nihil dicat niſi quod Catholicam de Chriſto aliiſque capitibus fidem convellat! Id ſane ſibi jamdudum fuiſſe exprobratum, cum hujusmodi placita primum publicavit, ipſemet verbis ſequentibus confitetur. Pag. 253. *Pour moi je ne comprens pas, comment on peut douter de ces raiſons, ni ſur quel fondement on peut traiter de* NOUVEAUTE' DANGEREUSE *une verité* TRES-EDIFIANTE, *& auſſi ancienne que la Religion de Jeſus-Chriſt. Je veux que mes expreſſions ſoient nouvelles; mais c'eſt qu'elles me paroiſſent très-propres pour expoſer diſtinctement une verité, que je ne puis démontrer que confuſément par des termes trop generaux. Ces mots de* CAUSES OCCASIONNELLES *&* LOIX GENERALES *me paroiſſent neceſſaires, pour faire comprendre diſtinctement* AUX PHILOSOPHES, POUR LESQUELS J'AY ECRIT *le Traité de la Nature & de la Grace, ce que la plus part des hommes ſe contentent de ſçavoir confuſément.* Qui omnia Religionis capita Philoſophice tractat, ut Malebranchius facere ſe ſubinde præ ſe fert ipſe, is ethnicus mavult quam Chriſtianus audire: cum fidem Chriſtianam credi velit Philoſophiam tantum & Metaphyſicam eſſe. Qui negat cauſas occaſionales habere vim aliquam effectivam, fallere legentes vult, dum cauſas appellat, quæ non dant ullum eſſe. Qui voluntati humanæ Chriſti ad producendam in nobis gratiam adimit efficientiam moralem, hæreticus eſt. Nec minus ille improbus eſt, & fallere vult homines, qui nihilominus cauſalitatem occaſionalem Chriſti ἐνέργειαν & operationem interiorem appellat; cum tamen & cauſam occaſionalem ullam neget habere vim agendi, & hanc cauſalitatem eo redigat, ut Sapientia univerſalis, qua hic mundus regitur, idcirco faciat homines Sapientes Sapientiâ divinâ ſuâ & Chriſti, quia vult eos eſſe tales omnino, quales eſſe eos eadem

ipſa Sapientia cupit in Chriſto. Nam qui ſic eam cauſalitatem, ut Malebranchius, intelligit & exponit, nullam reipſa cauſalitatem in producenda gratia Chriſto, ut homo eſt, tribuit; ſed ſoli Sapientiæ univerſo, ut homo eſt, tribuit; ſed ſoli Sapientiæ univerſali totam adſcribit. Qui denique cauſis ſecundis negat vim aliquam ineſſe activam, ſive liberis, ſive neceſſariis, is pariter ethnicus Philoſophus eſt, non Chriſtianus; ethnicus, inquam, & atheus, qui Dei omnia efficientis nomine nihil aliud intelligat præter ipſam Realitatem entium ac Veritatem intelligibilem, Legesque immutabiles, ſecundum quas quidque eſt.

Pag. 256. *Puis qu'on ne peut nier que Jeſus-Chriſt longtems* AVANT QUE DE NAISTRE OU DE MERITER, *n'ait pû eſtre cauſe meritoire des graces qui ont eſté données aux Anges & aux Saints de l'ancien Teſtament; on doit, ce me ſemble, demeurer d'accord, que* PAR SES PRIERES *il a pu eſtre cauſe occaſionnelle des mesmes graces,* LONGTEMS AVANT QUE DE LES AVOIR DEMANDE'ES. . . . . Pag. 257. *Ainſi comme Dieu aime ſon Fils, & qu'il ſçait que ce Fils aura de tels* DESIRS *à l'égard de ſes anceſtres, & de ceux de ſa nation, &* MESME A L'E'GARD DES ANGES QUI DOIVENT ENTRER DANS L'EDIFICE SPIRITUEL DE L'EGLISE, & COMPOSER LE CORPS DONT IL EST LE CHEF; *il ſemble qu'il doive accomplir les deſirs de ce Fils avant qu'ils ayent eſté formez: afin que les Elus qui ont précedé ſa naiſſance, & qu'il a acquis par le merite de ſon ſacrifice, lui appartiennent auſſi particulierement que les autres & qu'il ſoit leur chef auſſi veritablement qu'il eſt le noſtre.* Falſa ſaltem ſunt hæc omnino, ut graviore nunc cenſura abſtineam. Nec fuit Chriſtus cauſa meritoria proprie dicta auxiliorum gratiæ, quæ ſunt impertita hominibus ante ipſum natis; nec preces ejus occaſio illius impertiendæ fuerunt, antequam eæ fierent. Nihil tamen aut ſub Vetere Teſtamento Judæi, aut homines alii, acceperunt, niſi propter Chriſtum, propter dignitatem perſonæ ejus, & ut membrorum ejus numerum augerent. Nam caput ipſe & Rex omnium hominum futurus erat. Sic Delphino propter ipſius perſonæ dignitatem, antequam naſcatur, aut aliquid mereatur, vel poſtulet, deſtinantur a patre miniſtri & aulici, qui ei ſerviant ſubjectique ſint. Angelis autem propter merita Chriſti quidquam datum fuiſſe, pariter falſum eſt; cum neque Chriſtus Angelorum, ut diximus, caput ſit; neque ſint illi de corpore Eccleſiæ. Angelorum caput Chriſtum eſſe ſtatuunt ii, qui Chriſtum, non ut homo eſt creatis inſtructus donis, ſed ut Sapientia eſt facta ſenſibilis (ut loqui amant) caput eſſe mentium quarumlibet Sapientiam ſectantium volunt; quoniam Sapientiam Chriſti & noſtram, ipſammet formaliter divinitatem eſſe cum Malebranchio & *αθέοις* ponunt. Catholici Chriſtum, ut homo eſt, Caput Eccleſiæ dicunt eſſe, hoc eſt, omnium in ſe credentium, ejuſdemque cum ipſo naturæ. Nam caput & membra certe ejuſdem naturæ eſſe neceſſe eſt. Dum cauſam igitur occaſionalem Chriſtum fuiſſe per deſideria ſua, priuſquam deſideraret, fingit Malebranchius, cauſam occaſionalem gratiæ Chriſtum vult eſſe, ut ſæpe diximus, quatenus vult Sapientia univerſalis, quam is pro Deo habet, ſimiles ei eſſe, & deſideriis quæ ipſa in Chriſto excitat, quoſcumque Sapientiæ ſuæ luce colluſtrat, ſive Chriſtum illi anteceſſerint, ſive poſt illum ſint nati.

Pag. 257. Agnoſcit ipſe Malebranchius ſuæ doctrinæ inſulſitatem, cum cauſas occaſionales confitetur debere effectum proxime antecedere, ſi vere occaſionales ſint. *J'avoue qu'il ſeroit à propos, que les cauſes meritoires & occaſionnelles* PRE'CEDASSENT *leurs effets, plutoſt que de les ſuivre; & que* L'ORDRE MESME DEMANDE QUE CES CAUSES & LEURS EFFETS EXISTENT EN MESME TEMS. . . . . *Mais comme la Grace étoit abſolument neceſſaire aux Anges & aux Patriarches, elle ne pouvoit eſtre differée.* . Pag. 258. *Néanmoins quand on accorderoit que Dieu n'a point établi de cauſe occaſionnelle pour toutes les graces qui ont eſté données aux Anges & aux* PATRIARCHES; *je ne voi pas que l'on en puiſſe conclure, que maintenant Jeſus-Chriſt ne répand point dans le Corps de l'Egliſe l'eſprit qui lui donne l'accroiſſement & la vie; qu'il ne prie point pour elle; ou bien que* SES DESIRS OU SES PRIERES *n'ont point infailliblement leur effet: en un mot, qu'il n'eſt point la cauſe occaſionnelle qui applique aux hommes les graces qu'il leur a meritées. Dieu a donné avant Jeſus-Chriſt la Grace* PAR DES VOLONTEZ PARTICULIERES: JE LE VEUX, SI ON LE SOUHAITE. *La neceſſité de l'ordre le demandoit: La cauſe occaſionnelle* SELON L'ORDRE *ne pouvoit eſtre ſi toſt établie: Les Elus étoient* EN TRES-PETIT NOMBRE. *Mais preſentement que la pluie de la Grace eſt generale dans toute la terre. . . . quelle raiſon a t'on de croire, que Dieu faſſe encore* AUTANT DE MIRACLES *qu'il nous donne de bons ſentimens? Car enfin* TOUT CE QUE DIEU FAIT PAR DES VOLONTEZ PARTICULIERES EST CERTAINEMENT UN MIRACLE, *puiſqu'il n'arrive point par des loix generales qu'il ait établies, & dont l'efficace ſoit déterminée par des cauſes occaſionnelles. Mais comment peut-on penſer, qu'il faſſe* POUR SAUVER *les hommes* TOUS CES MIRACLES INUTILES A LEUR SALUT; *je veux dire qu'il leur donne* TOUTES CES GRACES AUSQUELLES ILS RESISTENT, *parce qu'elles* NE SONT POINT PROPORTIONNE'ES *à la force actuelle de leur concupiſcence? . . .* Pag. 260. *Car en effet les graces qui ont précedé Jeſus-Chriſt, ne doivent point eſtre comparées à celles qu'il a diſtribuées après ſon triomphe. Si elle étoient* MIRACULEUSES, *on doit penſer qu'elles étoient* EXTRE'MEMENT RARES. Si non fuit, inquit, cauſa gratiæ occaſionalis Chriſtus ſub Vetere Teſtamento, oportet tunc datas fuiſſe gratias ex peculiari volitione Dei, ac proinde miraculoſas fuiſſe & raras. Extra Judaïſmum non videtur Malebranchius velle quemquam fuiſſe virum probum: & ex Judaïſmo paucos, raros, vix alios extra *Patriarchas*. Poſt Aſcenſionem Chriſti datam fuiſſe uberiorem gratiam dicit, ob deſideria ejus vehementia, & ob dignitatem perſonæ. Quo ille dicto ſolummodo intelligit, Apoſtolos tanto gratiæ augmento donatos fuiſſe a Sapientia univerſali, quantam Ratio & Ordo poſceret, ut ſimiles eſſent Chriſto, & deſideriis Sapientiæ ejuſdem univerſalis quæ erat in Chriſto. Sed nec deſideria Chriſti, ut homo eſt, dicit fuiſſe circa ſingulos Apoſtolos, nec Chriſtum ipſum veris ac proprie dictis precibus interpellaſſe Patrem; & per eas, ut caput hominum eſt, infallibiliter impetraſſe & impetrare quotidie ſingulis hominibus gratiam actualem, tum ſufficientem, tum efficacem; ut eſt autem Miniſter & Pontifex Novi Teſtamenti, gratiam ſanctificantem per Sacramenta; hoc eſt, per actionem ſuam humanam, qua moraliter Deum permovet ad producendam illam phyſice, in quibuſcumque nominatim produci eam velit. Nihil horum dicit Malebranchius; nihil horum poteſt ſalva ſua hypotheſi confiteri: quæ tamen omnia fides Catholica docet. Sed præterea hic illud effatum hæreticum adjicit, quod jam ſuperius deprehendimus; nempe auxilium gratiæ nullum eſſe idoneum ad concupiſcentiam vincendam, niſi ſit per ſe efficax: nec proinde Sapienter poſſe cogitari Deum velle ſincere ſalutem hominum, ſi dicatur ſpeciali, atque adeo (ut quidem ait) miraculoſa voluntate dare gratias, quibus hominem prævideat eſſe reſtiturum. At e diverſo Catholici eas ipſas ex ſincerea & ſpeciali volitione converſionis vel ſanctificationis a Deo dari aſſeverant; nec ſpeciales illas volitiones inter miracula computant; aut erga ſolos Veteris Teſtamenti *Patriarchas* exſtitiſſe olim eas, non etiam erga univerſos Judæos

ac

ac gentiles. Veri Numinis ea dos propria eſt, ut de ſingulis æque per ſe abſque cauſa occaſionali provideat, ac ſi quiſque eſſet in univerſo ſolus. Dei, quem Malebranchius colit, non eadem vis ac poteſtas eſt. Nam quid Ens univerſale, aut Sapientia univerſalis, aut Univerſale bonum, efficere veri vel boni per ſe poſſit, niſi a materia motuque determinetur? Plane nihil. Et hanc tamen impotentiam Malebranchius divinam Sapientiam, legeſque generales nuncupat, quas ſibi præſtituit Deus, & vias ſimpliciſſimas, quæ maxime deceant Cauſam generalem; ſimilibuſque verbis ubique exaggerat. Et innumeri etiam dicuntur eſſe, quos iſte tanta impietate aſperſit, quos dementavit? O Sancta fides! O Spretum Numen! judica cauſam tuam.

Pag. 261. *Car il étoit néceſſaire que Jeſus-Chriſt penetraſt les Cieux, reçût la gloire & la puiſſance de cauſe occaſionnelle des vrais biens, avant que d'envoier le S. Eſprit.* Hoc eſt dicere in hypotheſi Malebranchiana, non potuiſſe Chriſtum prius eſſe cauſam occaſionalem gratiæ, quam in cælos aſcendiſſet. Nam cum illa hypotheſis finem Sapientiæ univerſali in condendo mundo & homine propoſitum fuiſſe ponat, homines non Chriſto patienti, ſed triumphanti, ſimiles reddere; neceſſe fuit Chriſtum in cælos aſcendiſſe prius, quam cauſa occaſionalis eſſet; hoc eſt, quam Sapientia eadem univerſalis deſideria Chriſti voluntati injiceret habendi ſimiles ſui electos; & congruenter illis ſuis & Chriſti deſideriis ſanctificaret quoslibet, qui ſimiles Chriſto triumphanti eſſe cuperent, ſimile eis deſiderium ingerendo. Nam eo motivo ſolo, nempe deſiderio potiundæ æternitatis bona eſſe opera hominum Baïani & Janſeniani contendunt. Ergo prius aſcendiſſe Chriſtum in cælos oportuit, quam eſſet cauſa occaſionalis gratiæ & bonorum operum ex ea gratia. Quod eſt profiteri ſolo exemplo Chriſtum, ut homo eſt, prodeſſe hominibus. At Catholici poteſtatem moralem, tum ſanctificandi, tum largiendi gratiam actualem, æque habuiſſe Chriſtum docent, dum in terris degeret, quam nunc habet, cum regnat in cælis. Nam quod dictum eſt Joan. VII, 39. *Nondum erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus*, cum de Spiritu Sanctificante dictum putat Malebranchius, errat neſciens ſcripturas: nam de Spiritu interpretandi ſcripturas & prophetias Veteris Teſtamenti ibi ſermo eſt. Finem vero quem ſibi propoſuit Deus in condendo mundo & homine, non vitam illam æternam aiunt eſſe; ſed ut quiſque pro ſuo modulo & pro ratione accepti talenti Deo in hac vita ſerviret; mercede quidem homini propoſita, cujus ſpe ac deſiderio animaretur; ſed quæ finis non eſſet Dei creantis hominem, ut in epiſtolam ad Romanos fuſius expoſuimus.

Pag. 263. *Seconde objection. C'eſt Dieu qui donne à l'ame de Jeſus-Chriſt* TOUTES LES PENSE'ES *&* TOUS LES MOUVEMENS *qu'elle a dans la formation de ſon Corps myſtique. De ſorte que d'un coſté les* VOLONTEZ *de Jeſus-Chriſt* DE'TERMINENT, *comme cauſes occaſionnelles ou naturelles,* l'EFFICACE *des* VOLONTEZ GENERALES *de Dieu: de l'autre c'eſt Dieu meſme qui détermine les diverſes volontez de Jeſus-Chriſt. Ainſi* CELA REVIENT AU MESME. *Car enfin les volontez de Jeſus-Chriſt ſont toujours conformes à celles de ſon Pere. J'avouë que les volontez particulieres de l'ame de Jeſus-Chriſt ſont toujours conformes à celles de ſon Pere; mais ce n'eſt pas que* LE PERE AIT DES VOLONTEZ PARTICULIERES QUI RE'PONDENT A CELLES DU FILS, *& qui les* DETERMINENT. *C'eſt ſeulement que les volontez du Fils ſont toujours conformes* A L'ORDRE EN GENERAL, *qui eſt neceſſairement la* REGLE *des volontez divines & de toutes celles qui aiment Dieu. Car* AIMER L'ORDRE, C'EST AIMER DIEU; *c'eſt vouloir ce que Dieu veut, c'eſt eſtre juſte, ſage, reglé dans ſon amour. L'ame de Jeſus-Chriſt veut former à la gloire de ſon Pere le Temple le plus grand, le plus magnifique, le plus achevé qui ſe puiſſe. L'*ORDRE *le veut ainſi: car on ne peut rien faire de trop grand pour Dieu. Toutes les diverſes penſées de cette ame, toujours appliquée à l'execution de ſon deſſein,* LUI VIENNENT AUSSI DE DIEU, OU DU VERBE *auquel elle eſt unie. Mais toutes ces diverſes penſées ont certainement pour cauſes occaſionnelles* SES DIVERS DESIRS: CAR ELLE PENSE A CE QU'ELLE VEUT. *Or ces divers deſirs ſont quelquefois entierement libres: apparemment* LES PENSE'ES QUI EXCITENT CES DESIRS *ne portent pas toujours invinciblement l'ame de Jeſus-Chriſt à les former & à vouloir les executer. Il eſt également avantageux au deſſein de Jeſus-Chriſt, que ce ſoit Pierre ou Jean qui faſſe l'effet que la regularité de ſon ouvrage demande. . .* Pag. 266. *Car apparemment l'ame de Jeſus-Chriſt* OCCUPE'E D'AILLEURS A CONTEMPLER *les beautez & à gouter* LES DOUCEURS INFINIES DU VRAI BIEN, *ne doit pas, ce me ſemble, ſelon l'ordre, vouloir penſer dans* LE MESME TEMS *à tous les ornemens qu'elle veut donner à ſon Egliſe, & aux divers moiens d'executer chacun de ſes deſſeins.* Perſtat Malebranchius in ea hæreſi, quæ negat aut Deum aut Chriſtum peculiari erga quemquam volitione ei gratiam impertiri. Datur, inquit, gratia unicuique pro eo ut cauſæ occaſionales poſcunt, ab his legum generalium & Cauſæ univerſalis vis atque efficientia determinatur. In his autem occaſionalis cauſa quædam generalis eſt Chriſtus ipſe, cujus deſiderium, a Sapientia ipſa univerſali excitatum, ſemper eadem Sapientia univerſalis implet. Eſt enim in Deo, ſive in Sapientia univerſali & Recto Ordine, inquit, deſiderium univerſale boni, & indefinitum ſive indeterminatum; quoniam eſt ipſa Ens infinitum, & Bonum indeterminatum, & Cauſa univerſalis. Anima Chriſti autem, quia finita eſt, habet deſideria finita circa ſanctificationem vel ſalutem hominum; ſed generalia, ut diximus; quamvis ſpecialia etiam dici poſſunt, quod ſunt circa ſpecialia hominum genera. Neque enim Chriſto curæ eſt, inquit, an Joanni gratia, velut decidens imber e cælo, contingat, an Paulo; dummodo ædificetur Eccleſia, qualem Sapientia univerſalis & Rectus Ordo rerum requirit. Et ſunt illa deſideria voluntati Patris conſentanea; non quod ſint in Patre, inquit, ſive in Ente infinito, ſpecialia actu deſideria, cujuſmodi ſunt in Chriſto; ſed quod ſunt ea Recto Ordini conſentientia; quem qui ſequitur ac diligit, Deum ipſum diligit ſequiturque. Eſt enim, ut ſuperius dictum eſt juxta Malebranchium, & Ordo ipſe formaliter, & Ordinis item ſive æternæ legis lator Deus. Nec tamen decet, inquit, animam Chriſti aſſidue & omni tempore, eo, exempli gratia, quo ſummi Boni contemplatione ac delectatione diſtinetur, ad ea deſideria concipienda avocare mentem. Quot hic effata, Chriſtiane lector, tot ſunt contraria fidei Catholicæ placita. Negant Catholici Rectum Ordinem intelligibilem, ipſummet formaliter Deum eſſe; aut qui Rectum Ordinem diligit, negant propterea Deum ab eo diligi. Deus ille atheorum eſt. Specialia erga ſingulos homines volitione docent gratiam a Deo phyſice, moraliter a Chriſto, ut homo eſt, diſpertiri: Deo, & Chriſto, ut homo eſt, dicunt ſummæ curæ eſſe, ut & Paulus & Joannes gratiam ſufficientem veniendi ad cognitionem veritatis, aliamque poſtea uberiorem accipiant, ſi priori conſenſerint: Neque alia cauſa conſentientem eſſe humanam Chriſti voluntatem cum divina, quam quia cujuſmodi ſpeciatim divina volitio eſt, ſimillima ei eſt & humana; juxta illud Joan. V, 19. NON POTEST FILIUS *a ſe facere* QUIDQUAM, NISI QUOD *viderit Patrem facientem.* QUÆCUMQUE *enim ille fecerit,* HÆC *&* *Filius* SIMILITER FACIT. Quæ Chriſti verba Cauſam univerſalem, & leges

ipſius generales in gubernatione hominum, & occaſionales cauſas Malebranchii penitus ſubruunt; cum doceant Chriſtum, ut homo eſt, nihil prorſus efficere, niſi quod prius viderit Patrem ſpeciatim decreviſſe ut fieret. Negant denique Catholici, ob viſionem Dei & gaudium de contemplatione ea, vel tantillum interrumpi curam ac providentiam Chriſti circa ſingulos homines, & maxime erga fideles, ut Paulus ait. Quiſquis autem alicui ex his capitibus contradicit, hunc hominem eſſe de Eccleſia negant.

Pag. 273. *Mais ſi Dieu donne ſa Grace* PAR UNE VOLONTE' PARTICULIERE, IL A QUELQUE DESSEIN PARTICULIER. *Or comme ſa Grace a ce funeſte effet, Dieu eſt fruſtré dans ſon attente, puis qu'il l'a donnée dans un deſſein particulier de faire du bien à ce pecheur.* Negat, ut ſupra ſæpiſſime, dari poſſe a Deo peculiari volitione gratiam, quam prævideat effectu carituram: quoniam dedecet Deum, inquit, a ſua ſpe & exſpectatione decidere; quod neceſſe eſt conſequi, ſi peculiari volitione ac ſincere benevola alicui gratiam impertiat, qua neglecta homo magis reus fiat.

Pag. 274. *Cependant la pluspart des hommes n'ont point de peine à croire, que les pluies ſont des ſuites neceſſaires des* LOIX GENERALES DES COMMUNICATIONS DES MOUVEMENS: *&* IL Y EN A PEU QUI NE SENTENT QUELQUE REPUGNANCE A CROIRE QUE DIEU NOUS DONNE PAR DES VOLONTEZ GENERALES TOUS CES MOUVEMENS DES GRACES *dont nous empeſchons les effets. Il y a bien de l'apparence, que cette diſpoſition des eſprits vient de ce que* NATURELLEMENT ON PENSE QUE DIEU AGIT *à peu près de la meſme maniere que nous agiſſons: & qu'*A TOUS MOMENS IL A POUR LES HOMMES DES VOLONTEZ PARTICULIERES, *en quelque choſe ſemblables à celles que nous avons à l'égard de nos amis. Car quoi que de bouche* ON CONFESSE QU'IL Y A DES DIFFERENCES INFINIES ENTRE LA MANIERE D'AGIR DE DIEU *&* LA NOSTRE; *néanmoins comme on juge ordinairement des autres par rapport à ſoi-meſme, ſans y faire de reflexion,* PEU DE PERSONNES CONSULTENT SERIEUSEMENT L'IDE'E DE L'ESTRE INFINIMENT PARFAIT, *lorſqu'ils veulent parler de Dieu. Et parce qu'*IL Y A QUELQUE AIR DE NOUVEAUTE' DANS CE QUE JE DIS, *cela fait* JE NE SÇAY QUELLE PEINE *à l'eſprit, qui ſe défie avec raiſon de tout ce qui n'eſt point ordinaire.* Homo ſimulationis artificio eximie eruditus, quamdam ſuæ hypotheſi ineſſe ſpeciem novitatis modeſte confitetur, cum ipſa ſumma ſit cumulataque impietas. Catholici enim ipſi ſunt, ut manifeſtum eſt, quos hic ſuggillat, cum dicit pleroſque quidem homines leges quaſdam agnoſcere generales, ſecundum quas imbres decidunt; paucos autem eſſe admodum, qui non ægerrime adduci ſe patiantur ut credant, gratiam ſimiliter quæ effectu caret, ex legibus quibuſdam pariter generalibus dari. Naturæ ineſſe nobis, ut Deum cogitemus momentis ſingulis curam noſtri gerere ſpecialem, & ſpeciales exſerere volitiones de ſalute vel ſanctificatione hominum ſingulorum, maxime fidelium; quamvis fateamur, plurimum, atque adeo infinite intereſſe, inter modum agendi divinum, ac noſtrum. Paucos omnino, hoc eſt, Malebranchianos dumtaxat, Entis infinite perfecti ideam ut par eſt contemplari, hoc eſt, Sapientiæ & Rationis Univerſalis, ſive Recti Ordinis intelligibilis, ut Cauſam eſſe tantum generalem eam intelligant; quæ nihil proinde per ſe ſingulare poſſit efficere, niſi interventu materiæ & motus. Catholici ipſi ſunt, inquam, quorum iſte fidem & orthodoxa placita hoc loco exprimit ac deridet, ut ſuam ex adverſo impietatem adſtruat.

Pag. 277. *Je ſçai, par exemple, que* QUELQUES PERSONNES ONT DIT, *que* JE RENDOIS INUTILES TOUTES LES PRIERES, *& que j'oſtois aux hommes la confiance qu'ils doivent avoir en Dieu: parce que Dieu agiſſant par* DES VOLONTEZ GENERALES, ON NE DEVOIT POINT, SELON EUX, ESPERER DU CIEL DES SECOURS PARTICULIERS. *J'avouë que ſi cette ſeule conſequence étoit renfermée dans mes principes, ils ſeroient heretiques,* IMPIES. *Car on renverſe la Religion, ſi l'on oſte l'eſperance & la confiance qu'on doit avoir en Dieu.* . . . . . Pag. 278. *Mais tant s'en faut que mes principes portent au deſeſpoir, qu'ils enſeignent au contraire aux juſtes, & meſme aux pecheurs, d'une maniere, qui me paroiſt très-conſolante, les moiens d'obtenir de Dieu les choſes* DONT ON A BESOIN. Pag. 278. *Car ſi nous ſommes juſtes,* NOS PRIERES SONT MERITOIRES; *& ſi elles ſont meritoires,* L'ORDRE VEUT *qu'elles ſoient exaucées. Et parce que* L'ORDRE *eſt à l'égard de Dieu meſme une* LOI *infiniment plus inviolable, que les loix qu'il a établies pour la conſtruction de ſon ouvrage, il ne manque jamais de faire ce que l'ordre lui preſcrit. Ainſi les prieres des juſtes ne ſont jamais inutiles.* . . . *Mais ſi nous ſommes pecheurs, il eſt certain que* NOS PRIERES *par elles-meſmes* SONT INUTILES. *Car Dieu n'écoute point les pecheurs:* L'ORDRE *ne le veut pas. Néanmoins il ne faut pas* NOUS DESESPERER. „ Nous avons pour Avocat auprès du „ Pere, Jeſus-Chriſt qui eſt juſte. Il eſt venu pour „ ſauver les pecheurs. *Ses prieres ſont toujours & très promptement exaucées. Prions en ſon nom, ou adreſſons-nous à lui.* NOS PRIERES LE SOLLICITERONT A FORMER QUELQUES DESIRS *par rapport à nous: & ſes* DESIRS *ſont les cauſes occaſionnelles, qui déterminent infailliblement l'efficace de la* LOI GENERALE DE LA GRACE, *par laquelle Dieu veut ſauver tous les hommes en ſon Fils.* Oppoſitum ſibi fuiſſe a Catholicis Doctoribus confitetur, ex hypotheſi ipſius conſequi, fruſtra Deum & Chriſtum orari, fruſtra in Deo & Chriſto ſpem collocari, ſi nihil Deus & Chriſtus ſpecialis opis conferunt petentibus. Quid ad hæc reponit? Vel juſtum eum eſſe dicit qui orat, vel peccatorem: Ac ſi quidem juſtus eſt, exaudiri certo preces ejus; Rectum quippe Ordinem ſic flagitare. Sin autem peccator eſt qui orat, per ſe quidem preces peccatorum incaſſum eſſe; ſed eas tamen urgere Chriſtum, ut pro nobis illud deſideret quod poſtulamus: Deſideria autem Chriſti cauſas eſſe gratiæ occaſionales. At hoc eſt dicere ſolummodo, ex neceſſaria cauſarum exigentia conſequi, ut qui Sapientiæ, quam habet, poſcat prorogationem, certo ſit illam habiturus: ſi poſcat autem Sapientiam qua caret, cum peccator ſit, non exaudietur ipſe quidem; ſed Chriſtum tamen, inquit, noſtræ preces urgebunt: deſideria autem Chriſti ſunt cauſæ gratiæ occaſionales certæ & infallibiles. Eſto, reponunt Catholici, ſed generales tantummodo, ut ipſe Malebranchius confitetur. Quæ ſpes igitur eſt reliqua hominibus impetrandæ ſpecialis opis, ſi neque Deus, neque Chriſtus, ſpecialem poſcentibus ſpeciali volitione optat & confert opem? Si non eſt, qui exaudiat, verus Deus, ſingulorum ſemper intentus precibus, ſed nihil præter Ens indeterminatum, Sapientiam intelligibilem, quæ dicatur Cauſa ſolummodo univerſalis, cum reipſa nihil ſit? Si contemplatione denique Veritatis ac delectatione ſummi boni mens Chriſti ſic diſtinetur interdum ac ſemper fere fortaſſis, ut avocetur ab hominum precibus audiendis? Spes nulla eſt certa prorſus ſubſidii ſpecialis impetrandi; nulla in Dei providentia, quem Catholici credunt exaudire ſingulos ad ſe confugientes; nulla in Chriſti caritate & attentione ad preces noſtras, ſive ſint eæ de bonis ſpiritalibus, ſive de bonis temporariis obtinendis, ſive de avertendis malis: Nam quid in his potiſſimum poſſit Ens indeterminatum, & Sapientia

pientia univerſalis? Nihil plane. Chriſtum Malebranchius jubet orari: Recte id quidem: ſed num propterea inane eſſe oportet confugium immediatum ad Deum? Quod Malebranchius profert ex Joan. IX, 31. *Peccatores Deus non audit*, abutitur de more ſcripturis: dictum eſt enim ibi ſolummodo de miraculis, quæ petentibus illis Deus jure denegat. Et quod demum adjicit fore, ut preces noſtræ Chriſtum urgeant, in hypotheſi Malebranchiana aliud nihil ſignificat, niſi formam habituras eas eſſe vehementer urgentium; ſed ad aures Chriſti, ut homo eſt, non dicit eaſdem eſſe perventuras. Dicit hoc & illud, hoc eſt, preces noſtras & Chriſti deſideria; ſed non dicit hoc ex illo eſſe ſecuturum; ne preces noſtras eſſe cauſes occaſionales deſideriorum Chriſti fateatur, quod ſuperius aperte negavit, pag. 96. Itaque plenum fraudis ac fallaciæ diverticulum iſtud eſt, quod hoc loco impietati ſuæ quærit: quantumvis declamator audax æque ac fraudulentus plenam illud eſſe ſolatii tum juſtis tum peccatoribus jactitet.

Pag. 292. *La conduite d'un Eſtre bon, ſage, conſtant, & immuable, doit avoir un caractére de Sageſſe, de bonté, de conſtance & d'immutabilité. L'Ordre le demande...* Pag 300. *Ainſi l'ordre des decrets divins, qui renferme* LA PREDESTINATION DES SAINTS, *n'eſt point que Dieu veüille d'abord ſauver tels & tels; & qu'enſuite il conſulte ſa Sageſſe, pour découvrir les voies qui peuvent executer ſes deſſeins.* C'EST FAIRE AGIR DIEU COMME LES HOMMES, *qui ſe repentent ſouvent de leurs entrepriſes, à cauſe qu'ils ne comparent point tous les moiens avec la fin. . . . . Le principe de la Prédeſtination eſt* LA SAGESSE & „ *la ſcience de Dieu.* O altitudo divitiarum Sapien- „ tiæ & ſcientiæ Dei! *Ce n'eſt point ſa volonté ſeparée de ſa Sageſſe: Car Dieu ne fait & ne veut* RIEN EXECUTER SANS ELLE: *il ne fait & ne veut rien ſans ſon Fils. C'eſt encore moins les Elus qui le déterminent à les prédeſtiner, ou à former les decrets qui renferment leur prédeſtination.* CELA EST IMPERTINENT EN TOUT SENS. Quod hi ſalventur, inquit, iſti non ſalventur, non eo fit, quod hos potius Deus quam illos velit eſſe ſalvos; nedum quod hos prævideat Deus potius quam illos gratiæ ſuæ ſufficienti eſſe libere conſenſuros: nam eſt iſtud, inquit, perabſurdum: ſed quod Deus ita fieri vult Sapienter: vult enim quidem ſalutem omnium hominum, ſed ſecundum leges immutabiles, quas in mundi adminiſtratione Sapientia univerſalis præſtituit; ſecundum quas neceſſe eſt aliquos eſſe ſalvos, reprobos autem multo plures eſſe. Animadvertendum eſt obiter, dedita ſemper opera Malebranchium Sapientiam eſſentialem in Deo cum Verbo perſonali ſeu Filio confundere; quoniam ſua eum hypotheſis, ut jam vidimus ſuperius, cogit ea duo ſola voce diſtinguere. Nam quis adeo deſipiat, ut velit ab Ente indeterminato Sapientiam univerſalem diſtinguere realiter, quemadmodum diſtinguitur realiter Verbum a Patre? Nihil ergo Verbum aliud a Sapientia eſſentiali & univerſali in ea hypotheſi oportet eſſe.

Pag. 302. *N'eſt-il pas évident, que c'eſt ſa Sageſſe qui l'oblige à agir d'une* MANIERE SI SIMPLE & SI GENERALE, *que la Grace n'eſt pas toujours donnée au pecheur* ASSEZ FORTE, *ou dans* DES MOMENS ASSEZ FAVORABLES *pour le convertir entierement,* OU POUR ESTRE UTILE A LA CONVERSION DE CELUI QUI LA REÇOIT? Sapientiam univerſalem, inquit, & Ens indeterminatum, qui Deus eſt, decet agere modo ſimpliciſſimo & univerſali: tantummodo legibus nimirum generalibus poſitis, quæ nihil per ſe poſſint agere, ſed cauſarum occaſionalium, hoc eſt, materiæ & motus interventu determinentur ad hoc vel illud producendum. Ex quo fiat ut ex Sapientia Dei, hoc eſt, ex illis legibus immutabilibus conſequatur, obtingere multis gratiam prorſus inutilem ad emendationem morum. Sic enimvero ſe Deum gerere in diſpertienda gratia, inquit, ſua eum cogit Sapientia, quæ ſimpliciſſima ſimul & univerſaliſſima eſt. At hoc quidem dicto, atque etiam altero, quo idem affirmat, inutilem eſſe ad mutationem morum gratiam quæ non ſit efficax, niſi rigidiſſimus adſtruitur ſaltem Prædeſtinatianiſmus, cœcus ſum.

Pag. 303. *Enfin* IL EST EVIDENT, QUE LA PREDESTINATION, *de la maniere que je l'explique,* N'A RIEN DE DUR. *Car perſonne ne peut trouver à redire, que Dieu aime infiniment plus ſa Sageſſe, que ſon Ouvrage.* Salvi ſint igitur pauci illi, quos leges immutabiles motuum ac viſorum pertraxerint ad ſalutem; pereant ceteri: Sapienter interim Deus agit, cum a legibus ſuis, quas oportet eſſe ſemper eaſdem, immutabiles, univerſales, & ſimpliciſſimas, non diſcedit. Annon enim cariorem, inquit, ſuam ei Sapientiam iſtiuſmodi æquum eſt eſſe, quæ Filius ejus eſt, quam quantumcumque hominum condidit! Quis tam moroſus aut ſtupidus poteſt eſſe, ut id ægre ferat? Manifeſtum addit deinde eſſe, meridianaque ipſa luce clarius, non habere quidquam acerbi aut ſævi hanc ſuam rationem Prædeſtinationis explicandæ. O audaciam hominis ſingularem! Nam ſi ita eſt, jam ſunt Lutherus, Calvinus, & Janſenius, abſolvendi.

Adjecit in eo volumine Malebranchius inſtar coronidis opuſculum hoc titulo, *Défenſe de l'Auteur de la Recherche de la Verité, contre l'accuſation de Mr. de la Ville.* De crimine hæreſeos circa Tranſſubſtantiationem Malebranchium palam libro edito, dedicatoque Epiſcopis Eccleſiæ Gallicanæ, poſtulavit P. Ludovicus le Valois Jeſuita, ſub nomine Ludovici de la Ville: quoniam Malebranchius in Diſquiſitione Veritatis ſcripſerat extenſionem actualem de eſſentia materiæ eſſe, neque eſſe alteram ſine altera ulla vi poſſe; quo effato labefactari & convelli fidem Tranſſubſtantiationis Catholici omnes conſentiunt. Nihil aliud autem Malebranchius tantæ accuſationi reponit, niſi certum eſſe indubitatumque effatum illud ſuum, tum ratione, quam quidem multiplicem affert, ſed profecto inanem; tum Auguſtini ſuffragio, epiſt. III. cap. 2. epiſt. XXVIII. cap. 2. epiſt. LVII. cap. VI. Contra epiſt. Manichæi, cap. XVI. Libro XVI. de Trinit. & alibi. Neque hoc pugnare contendit cum Tranſſubſtantiatione, quæ in Concilio Tridentino traditur. Sed quemadmodum conciliari hæc duo oporteat, dicere adeo refugit ac reformidat, ut eum pœniteat id ſe aliquando pollicitum eſſe facturum. Pag. 8. *Je m'étois* MESME AVANCE' DE DIRE, QUE S'IL E'TOIT A PROPOS, *j'expliquerois* COMMENT *accorder ce ſentiment avec ce que les Peres & les Conciles nous ont laiſſé,* COMME DE FOI, *ſur le myſtere de la Tranſſubſtantiation.* Et pag. 42. *Je ſoutiens de plus, que Mr. de la Ville n'a point fait voir, que ce ſentiment de l'*ESSENCE DE LA MATIERE, *fuſt contraire à la Tranſſubſtantiation: qu'il ne s'eſt objecté que des réponſes faciles à réſoudre, afin de triompher plus facilement de ſes adverſaires: qu'il n'a point combattu* LES MIENNES; *qu'apparemment il ne les a pas ſceuës: & que de l'humeur où je vois qu'il eſt,* JE NE ME CROIS NULLEMENT OBLIGE' DE LES LUI DIRE. Sic iſte ſuperbe ſemper adverſarios aſpernatur; & cum vehementer ab eis urgetur ac premitur, negat dignos eos eſſe, quibus mentem ſuam aperiat; pergitque ſcribere nihilominus ac tueri nefariam hypotheſim ſuam in ſingulis capitibus: interimque audaces eſſe eos exclamat, qui dum rationes ejus arcanas ignorant, quibus poteſt, ſi velit, Tranſſubſtantiationem cum actuali materiæ extenſione conciliare, crimen ei impingunt hæreſeos. Verum hac ille ſuperbia quid proficit; niſi quod hoc affectato ſilentio docet aperte, non

non ſe Tranſſubſtantiationis nomine id intelligere, quod Catholici omnes, periti, imperitique, credunt, quia Catholici & fideles ſunt; hoc eſt, totius ſubſtantiæ prioris, atque adeo materiæ panis & vini, deſtructionem factam a Deo; & alterius ſubſtantiæ, hoc eſt, Corporis & Sanguinis Chriſti ſubrogationem; ſed converſionem ſolummodo myſticam, quæ mente & fide, ſive (ut loquuntur) Spiritu Sancto peragitur?

En præclaram Malebranchii doctrinam in libro De Natura & Gratia. Nec tamen omnia hic exhibemus: nam quis poſſit par eſſe faſtidio perferendo, quod in exſcribendis refellendiſque tot portentis dogmatum non poteſt non ſummum eſſe? Progrediamur ad alterum.

V. PASCHASIUS QUESNEL.

EXcepit poſt Arnaldum Janſeniani gregis Patriarchatum Paſchaſius Queſnel, qui Congregatione Oratorii deſerta, ad caſtra confugit ejuſdem nominis Congregationis in Belgio. Is vero, tacito ſuo nomine, quod Catholicis omnibus ſciret eſſe inviſum, Novum Teſtamentum edi Gallice curavit, ex verſione Montenſi Romæ damnata; appoſitis Adnotationibus ad ſingulos quoſque verſus: *Le Nouveau Teſtament en François, avec des Réflexions Morales ſur chaque ſujet. A Paris*, 1696. Quibus quidem in Adnotationibus, totius fere Theologiæ Janſenianæ, hoc eſt, impietatis ſive atheïsmi præcipua dogmata continentur. Scribendi vero genere utitur, ad pietatem quidem mirifice compoſito; ut nihil niſi ex intimo Chriſtianæ pietatis ſenſu, nec alio fine, quam ut idem ſenſus in animis legentium ingeratur, prolatum exiſtimes: ita tamen ſubinde vafro tectoque, ut ambigue malit, quam aperte loqui: arbitratus hac arte, a ſuis ſe probe intelligendum eſſe; Catholicos autem verituros ex verbis ambiguis crimınationem contexere. At hominis impietatem prodent, uti Deo juvante ſperamus, non ea ſolum quæ ille de Dei natura & de Trinitate Commentariis ſuis aſpergit; ſed reliqua multo magis, quæ ſunt cum impietate connexa dogmata. Sunt enim ea & numero plurima, & per ſe magis apta ad malitiam hominis, totiusque Janſenianæ ſectæ, patefaciendam. Neque enim ſunt eæ Adnotationes de rebus disjunctis, nec ullo modo inter ſe cohærentibus: ſed ab uno omnia, ut Deo dante oſtenſuri ſumus, deducta principio; ſcilicet ab Atheismo: Quam ut a ſe ſuſpicionem depellat, jactitat ſe in Præfatione operis illius, ut in aliis lucubrationibus, quas pro defenſione Janſenianæ cauſæ conſcripſiſſe fertur, diſcipulum Auguſtini eſſe.

I.

Quæ de Dei natura Queſnelius prodit impie, in Notis ad Novum Teſtamentum.

AN enim aliud Numen colere cenſendus ille eſt, quam prius appellati quatuor ſcriptores, qui non aliis nominibus Deum, Chriſtumque, ſeu Verbum, deſignet, quam quæ vidimus ab iisdem eſſe uſurpata? nec alia de Deo prædicet, quam quæ Enti ac Realitati univerſali, aut Veritati quidem intelligibili, conveniant; Deo autem vero, quem Chriſtiani colunt, minime congruant? Certe non Atheus ille dumtaxat exiſtimandus eſt, qui aperte & conceptis verbis Deum eſſe aliquem neget, ſed & ille etiam multo ſceleſtior eſt habendus, qui cum Dei nomen ſemper in ore habeat, pro Deo tamen haberi velit ſive Realitatem entium præciſe, ſive Rationem Univerſalem, & Commune Lumen omnium mentium, quam & Veritatem intelligibilem, & Neceſſitatem primorum principiorum vocant. Quid enim ſceleſtius, quam verum Numen e mundo tollere, eamque amentiam ſub pietatis ſpecie hominibus propinare?

Eo ſpectant autem haud dubie Lucis ac Veritatis nomina, Lucis Angelorum & hominum; quibus ille nominibus ſexcenties utitur, quemadmodum quos hactenus appellavimus, ut Deum & Chriſtum ſignificet.

In ipſa Commentariorum fronte ſingulis tomis quatuor imaginem juſſit inſculpi, cum lemmate, VERITAS, inter Symbola quatuor Evangeliſtarum: quaſi initio operis id ſe facturum profiteatur, quod reipſa præſtitit, nihil ſe toto nimirum opere, præter eam intelligibilem Veritatem, quam habet pro Numine, commendaturum eſſe.

Pag. 180. in *Matth.* XIII, 54. *O Sageſſe du Fils de Dieu, o puiſſance du Pere. . . . Que noſtre foi vous reconnoiſſe, vous adore, vous invoque, comme* LA SAGESSE INCREE'E *&* *incarnée*, COMME LA LUMIERE DES ANGES *&* DES HOMMES, *cachée dans l'obſcurité de noſtre chair, & humiliée dans les eſprits orgueilleux des ſages du monde.* Verbum incarnatum Sapientiam dicit eſſe intelligibilem, & illud ipſum lumen Veritatis toties decantatum, quod & homines pii atque Angeli conſulunt & ſequuntur; impii ſeu prudentes hujus ſæculi, quamvis illud in ſe habeant, aſpernantur, abjiciunt, ac propterea quodammodo humiliant & affligunt.

Pag. 220. in *Matth.* XVII, 5. PARLEZ, *Seigneur, à mon* COEUR, *mais parlez en maiſtre, en* FILS UNIQUE *de Dieu, & comme* LA VERITE' PERSONNELLE, *& le principe de l'amour éternellement ſubſiſtant.* Et in 1. Joan. 2, 27. pag. 491. *L'homme* NE PEUT ESTRE ENSEIGNE' INTERIEUREMENT QUE PAR LE MAISTRE CELESTE. *Les hommes frappent l'oreille du corps, le ſaint Eſprit ouvre celle du cœur, lui parle, & s'enfait obeïr.* Vocem Veritatis, ſeu Veritatem, quæ animos omnium hominum docet, in qua vera eſſe vident quæ vera ſunt, ipſum eſſe formaliter Filium Dei dicit; ſolum Magiſtrum noſtrum ſecundum divinitatem Chriſtum eamdem eſſe, ut ſæpe numero prius a nobis appellati dixere; denique ipſam formaliter Veritatem perſonalem eſſe. Quo vocabulo Verbum Dei perſonale minime arbitramur a Theologo Catholico, qui quidem depellere a ſe velit omnem ſuſpicionem erroris, poſſe appellari. Neque enim aut Veritas, aut aliud abſolutum ac ſubſtantiale nomen, nomen perſonale eſt. Toti convenit divinitati. Sed placet his qui Verbum aliud nullum agnoſcunt, præter illam Veritatem, Veritatis nomen, quaſi Verbi proprium ſit, quoniam illud eſt ſuæ hypotheſi accommodatius, ſæpius uſurpare. Amorem autem perpetuo ſubſiſtentem, æque ac Malebranchius appellat amorem inſitum ac neceſſarium Boni in genere, ſive ſummi Boni; hoc eſt, Boni univerſaliſſimi, τὸ καλὸ? nam & hic æternus eſt; quippe qui dum vivit animus, non poſſit extingui.

Præterea Verbum Dei dicit, quæ ſecunda ſanctiſſimæ Trinitatis perſona eſt, eſſe formaliter fontem lucis, qua homines rationales ſunt, qua formaliter illuſtrantur, ut officia ſua noverint; ut verum a falſo, pravum a recto diſcernant, quoniam eſt æterna ipſa Veritas, abſque qua nec ratiocinari mens ulla poſſit,

possit, nec quidquam ea nisi stultitia & mendacium, tenebræ & peccatum sit. Id quod de Ratione universali, de Necessitate primorum principiorum, de Luce Veritatis mentium omnium communi, ut diximus, vere pronunciatum est; si tamen his est nominibus appellanda. Hanc enim vero quisquis deserit, profecto aberrat a vero & recto. At non eo indicio secunda Trinitatis persona a Theologis Catholicis designatur: quippe qui noverint, etsi per impossibile Trinitas non esset, nihilominus fore hanc Rationem (ut iste appellat) æternam, sive Lucem Veritatis in mentibus hominum & Angelorum: fontemque illius fore, ut est, in Sapientia essentiali Dei. Hujus enim veluti quoddam effluvium est, ratio naturalis & perspicacitas insita intelligentibus animis ad intuendam Veritatem, hoc est, convenientiam ac proportionem terminorum, vel eorumdem repugnantiam inter se: neque a Verbo personali manat illa perspicacitas, ut Verbum personale est. Quesnelius in *Joan.* I, 4. pag. 3. *Le saint Esprit en* 3. *lieu nous annonce la gloire du Verbe* PAR RAPPORT AUX CREATURES *vivantes, spirituelles, & intelligentes. Il n'est pas seulement* UN ESTRE *vivant &* LUMINEUX, *mais il est la vie & la lumiere par sa naissance éternelle, le principe de toute vie creée, &* LA SOURCE *de toute* LA LUMIERE DES ESPRITS. *O Sagesse increée,* VERITE' *éternelle, lumiere sainte & vivifiante, vie bienheureuse & le bonheur mesme! Hors de vous rien que folie & que mensonge; que tenebres & que peché.* Atqui sunt certe absque notitia Verbi multa opera bona Judæorum atque gentilium: tametsi non sunt absque notitia veri: Non est ergo Verbum illa veritas, absque qua nihil nisi mendacium in homine & tenebræ sunt.

Ibid. in *Joan.* I, 5. *Ce qui reste de connoissance du bien &* DE LUMIERE NATURELLE *dans les pecheurs, c'est-à-dire,* LA RAISON MESME, *est une* PARTICIPATION DE LA LUMIERE ETERNELLE DU VERBE. *Et cependant la pluspart* OU L'IGNORENT, *ou ne pensent pas à lui en rendre hommage. . . . . Combien souvent nous ne connoissons* CETTE LUMIERE, *que pour la rejetter,* QUAND ELLE NOUS FAIT VOIR NOSTRE DEVOIR!

In *Joan.* I, 8. pag. 4. *Ce n'est point l'homme qui nous éclaire, fust-il un saint Jean.* LE VERBE DE DIEU, LA VERITE' ETERNELLE, EST SEULE NOSTRE LUMIERE. Immo vero, inquiunt Catholici, homo hominem docet; dum alter vi scientiæ quam comparavit, alteri ingenitam perspicacitatem excitat & accendit, ut convenientiam terminorum inter se vel repugnantiam animadvertat. Neque Verbum Deus ulla ratione esse aut dici potest illa æterna Veritas & lux intima, ut appellant, quam uterque in judicando consulit; seu verius illa terminorum convenientia, quos perpendit & confert inter se; aut Atheorum illud Verbum Deus, non Christianorum est.

In *Joan.* I, 9. pag. 5. *Adorons le Fils de Dieu* COMME LA LUMIERE & LA RAISON SOUVERAINE, ORIGINAIRE, *& substantielle,* QUI ECLAIRE TOUT HOMME *qui vient au monde:* L'AME N'ESTANT PAS CAPABLE DE PENSER, DE RAISONNER, DE DISCERNER LE VRAI DU FAUX, LE BIEN DU MAL, *que par ce qui lui est communiqué de lumiere par cette* RAISON ETERNELLE. Veritas intelligibilis, quæ & suprema & æterna Ratio, inquit; quæ nempe quidquid est verum rectumque complectitur, ipse Filius Dei est; ipse formaliter regula bene judicandi, fons omnis ratiocinationis ac lucis cujuslibet particularis, qua verum hoc ab illo falso, pravum a recto secernimus. Eadem priorum oratio, nec dispar proinde sententia est.

In *Joan.* I, 18. pag. 19. *Le sein du Pere est la source de toute* VERITE', *& où en mesme tems toute* VERITE' *reside. Et comme il n'y a que* LE FILS, LA VERITE' ETERNELLE, *qui soit dans ce sein adorable, c'est* PAR LUI SEUL *que toute verité nous doit venir: les unes par le canal* NATUREL DE LA RAISON: *les autres, par le* CANAL SURNATUREL DE LA REVELATION. O LUMIERE DIVINE! O VERITE' ETERNELLE! *Que mon cœur* SOIT COMME UNE GLACE *propre à recevoir l'impression de vostre image!* Veritatem æternam iste, ut alii ex eadem secta, centies occinit, eodem sensu. Filium Dei qui est in sinu Patris, hanc ipsam statuit Veritatem esse, quæ sui imaginem in mentibus nostris velut in speculo imprimit. Catholici e diverso istud velut impium detestantur; nec magis Filium quam Patrem, nec minus Patrem quam Filium esse Veritatem æternam clamant, divinitatis istud per se esse attributum docent. Supernaturalem autem revelationem videtur appellare eam, quæ mysteria docet contingentia; cujusmodi est Incarnatio, Passio, Resurrectio: quæ quoniam contingentia sunt, sola intelligendi facultate naturali cognosci eorum existentia non potest.

In *Joan.* VI, 46. *L'Ecole du Pere enseignant les hommes, est une ecole cachée aux sens, & connuë* DU FILS SEUL. *Dieu n'est* VISIBLE QU'AUX YEUX INVISIBLES DU COEUR. *Ce sont ceux-là qu'il faut ouvrir. . . qu'il faut exposer à* CETTE LUMIERE *invisible &* ETERNELLE. *Jesus par la* PROPRIETE' DE SA NAISSANCE ETERNELLE, *est le témoin &* LE CANAL DE TOUTE VERITE', *&* LE PRINCIPE DE TOUTE CONNOISSANCE DE DIEU. *C'est donc en vous & par vous, o Jesus, qu'il la faut chercher. C'est de vous seul qu'on la peut recevoir.* Jesum secundum proprietatem nativitatis æternæ esse originem ac fontem omnis creatæ veritatis, principium effectivum ac formale sub quo omnis cognitionis de Deo, soli prædicant Athei; soli isti perstringunt legentium oculos hoc splendido verborum fulgore. Hi sunt, quibus Jesus secundum divinitatem, sive divinitas Jesu alia non est nisi Veritas intelligibilis. Hanc ut Catholici videantur, qualitercumque nasci dicunt isti a Patre, hoc est, ut intelligunt, ab Veritate: ac vi suæ originis suæque naturæ fontem esse, a quo quælibet veritas ad nos derivetur: quæ lux æterna idcirco dicitur, quoniam est immutabilis & mentes illustrat. At Verbum Dei Deus, sive Jesus secundum proprietatem generationis æternæ, nec omnino operatur ad extra, nec est principium effectivum aut formale sub quo omnis veritatis vel cognitionis de Deo. Est hoc divinitatis attributum; neque ita quidem, ut sit ipsa principium formale sub quo cognitionum nostrarum, sed solummodo efficiens extrinsecum ac separatum. Tametsi enim per appropriationem omnis illuminatio gratiæ Verbo tribuitur, nihilo tamen a Verbo magis quam a Patre effective est.

Eodem recidit, quod Veritatem docet iste, sive lucem ac regulam recte judicandi, veritatem ipsam formalem quæ mentibus nostris affulget, primam morum excolendorum legem, ipsum formaliter Deum Patrem & Filium esse. In *Matth.* V, 48. Pag. 53. *Dieu en lui-mesme est* LA PREMIERE LOI *& le premier modelle de la perfection de l'homme & du Chrestien.* In *Luc.* X, 16. C'EST LA MESME VERITE' QUI EST DANS LE PERE PAR SON ESSENCE, DANS LE FILS *par sa naissance éternelle,* DANS LES APOSTRES *par la tradition divine,* DANS LES EVESQUES *par la tradition Apostolique.* Dum eamdem formaliter in Deo & in nobis esse Veritatem dicit, quem alium, quam ipsam formaliter Veritatem, qua illustramur, Deum habere se profitetur? Christum secundum divinitatem, seu Verbum Dei Deum, quem Pater Filium genuit, qui carnem susceperit, censet ipsam illam Veritatem esse, qua formaliter illustramur, quam quisque, dum se

colligit, tametsi Christum hunc esse nescit, consulere se & contemplari putat. In *Marc.* xi, 18. pag. 154. 155. *Quo audito, principes sacerdotum & scribæ quærebant quomodo eum perderent.* LA VERITE' *partage toujours les hommes. Les uns ne pensent qu'à l'étouffer, & à la crucifier; pendant que les autres l'admirent, l'aiment, l'embrassent, & la pratiquent. C'est une chose terrible de voir ici qui sont ceux qui prennent le parti de* LA PERDRE, *sans doute ne croiant pas le faire, mais croiant au contraire avoir pour eux la* VERITE'. Et in versum 31. 32. & 33. *Combien l'esprit d'Adam cherche de détours pour ne se point laisser vaincre par* LA VERITE'. . . . *Miserable état, de se roidir avec d'autant plus d'opiniastreté contre elle, qu'on la connoist davantage; & d'emploier* LA LUMIERE QUE LA RAISON REÇOIT DE LA VERITE', *pour se défendre contre* LA LUMIERE DE LA VERITE' MESME! JESUS *ne* SE DE'COUVRE *point aux hypocrites. On est indigne de* LA VERITE', *quand on ne la cherche que pour la combattre.* In *Marc.* xiv, 61. pag. 211. *Rursum summus sacerdos interrogabat* EUM. *Mon Dieu, qu'il y en a, qui* SEMBLABLES A CET HOMME, INTERROGENT LA VERITE' ETERNELLE, SANS LA CONNOISTRE, *ou pour la deshonorer & la persecuter? Quand on l'interroge avec un cœur double, ou elle ne répond pas, ou elle ne répond que pour aveugler & endurcir davantage. Interrogeons nostre cœur avant que d'*INTERROGER LA VERITE', *afin de connoistre s'il est en état de l'écouter & de profiter de ses réponses.* Hoc illud est quod dici a prioribus sæpe vidimus, & a Thomassino in primis, pag. 12. Verbum Dei, sive Christum Jesum secundum divinitatem, Veritatem intelligibilem eam esse, quam omnes homines consulunt pro intelligendis veris, pro dirimendis litibus, pro moribus regendis, pro componenda vita.

Inde est quod qui Veritatem deserit, Deum ipsum contumelia afficit; & qui a Veritate seu luce rectæ rationis deseritur, a Deo viciissim spernitur, & humiliatur. In 2. *Thess.* II, 10. pag. 159. *L'homme* HUMILIE DIEU *en préferant le mensonge & l'illusion diabolique à* LA VERITE' DIVINE. *Mais Dieu humilie terriblement l'homme à son tour, lorsque retirant* SA VERITE', *il laisse regner sur lui le mensonge.* Sperni Deum ab homine, qui mandata Dei spernat, etiam Catholici confitentur: humiliari propterea Deum non dicunt, nisi qui pro Deo Veritatem intelligibilem habent, quam viri probi deseri dum vident, dolent.

Verbum esse Magistrum hominum iterum inculcat; Veritatem illam nimirum æternam, qua mentes hominum illustrantur; cujus principium, inquit, Pater est. In *Joan.* viii, 27. pag. 159. *Adorons Dieu le Pere, comme la plenitude, la source, &* LE PRINCIPE ETERNEL DE LA VERITE' ETERNELLE, *& son sein adorable, comme la source de toutes les veritez du salut. C'est l'Ecole où le Verbe mesme les apprend sans les avoir ignorées,* POUR *les enseigner aux hommes, comme leur* MAISTRE. Catholici nec Patrem dicunt principium esse Veritatis æternæ, siquidem nec principium productivum divinitatis est: nec Verbum dicunt Veritatem illam intelligibilem esse, quam isti tantopere prædicant: nec denique discere Verbum a Patre ut doceat homines. Hæc tria hæretice tantum aut impie dici censent. Veritas certe intelligibilis nec est nec esse potest nisi propter homines instituendos, docendos, regendos, similesve mentes intellectuales. At Verbum Dei Deus non est propter ipsas; sed propter semetipsum. Idem in *Joan.* viii, 44. pag. 167. *Le fonds de Jesus-Christ c'est* LA VERITE': *& quand il l'enseigne, il la trouve en lui-mesme. Car* IL EST LA VERITE' MESME: *& il en est* LA SOURCE *& le pere à nostre égard.*

Per Verbum agnosci Patrem sæpe iste cum impia secta inculcat. Vere profecto, si Veritas intelligibilis & Lux mentium nostrarum, ut appellant, Verbum est: Unitas autem & Realitas omnium entium, Pater est. Secus, si verum Numen agnoscitur, quod Catholici colunt. Nam in vero quidem Numine, eadem luce sive fidei sive intuitivæ visionis Pater & Filius cernitur, & alter æque in altero; in hac certe vita neuter per alterum. At de Filio, qualem jactat impia secta, Quesnelii hæc oratio est, verbis magnificis & ad pietatem compositis impietatem proferentis, in *Joan.* I, 1. pag. 1. *Que de grandeur & de majesté, que de beautez & de lumieres, dans ces premieres paroles, qui sont l'Evangile de la trés-sainte Trinité!* SA CONNOISSANCE DEVOIT COMMENCER PAR CELLE DU FILS DE DIEU: A QUI IL EST PROPRE DE FAIRE CONNOISTRE SON PERE, *comme* ESTANT SON IDE'E, SON IMAGE, *& sa* PAROLE SUBSTANTIELLE, *coëternelle, égale à lui en toutes choses.* Cognitio illius Trinitatis, quam agnoscit impia secta, initium certe ducit a cognitione Veritatis intelligibilis quoniam quod verum esse agnoscitur, id statim esse unum intelligitur; nec potest aliter intelligi unum, nisi quia verum. At veræ cognitio Trinitatis necesse est ut incipiat a prima persona, hoc est, a Patre, quem nosse primum oportet esse principium Filii productivum, deinde & Spiritus Sancti una cum Filio. Nec Verbi proprium est effective inferere in mentibus nostris cognitionem Patris: siquidem id commune toti Trinitati est. Nec denique sermo, *la Parole*, vel potius Verbum Patris idcirco est, quia Patrem manifestare ipsius veluti officii ac muneris sit; sed præcise quoniam terminus subsistens divinæ intellectionis est. Neque enim operatur ad extra Verbum ut Verbum est.

Rursum in *Joan.* xiv, 8. pag. 289. *Qui voit le Fils, voit aussi le Pere, à cause du rapport essentiel de leurs personnes, & de l'unité de leur nature. Oüi, Seigneur, c'est à vous seul qu'il appartient* DE NOUS MONSTRER VOSTRE PERE, *puisque vous seul le connoissez; vous seul estes* SON IDE'E COETERNELLE, *le caractere de sa substance, l'image invisible de ses perfections, la* LUMIERE *qui procede de cette lumiere, &* QUI PEUT SEULE SE RE'PANDRE DANS TOUS LES ESPRITS CREE'S. Ita priores dixere centies, Veritatem intelligibilem unam esse, quæ possit in mentes creatas illabi, & in iisdem diffundi lucis instar, quæ & se ipsam & alia in se manifestet.

Alibi Deum esse dicit illam formaliter legem justitiamque æternam, quam inspicere, in quam intueri debeat homo assidue, ut probus ac frugi sit. Et lex illa quidem tum in se Deus, inquit; tum etiam postea & in Christi carne, in qua se conspicuam reddidit. In *Eph.* v, 1. pag 33. LA PREMIERE LOI, LA RAISON SOUVERAINE, *& le modelle parfait, que nous avons à suivre, c'est* DIEU. . . . *Jesus-Christ est la* SECONDE LOI, LA SECONDE RAISON, *& le second modelle des Chrétiens.* Aliud est dicere, considerari posse atque adeo oportere in Deo & Christo quid imitemur; id quod Catholici ultro certe prædicant: aliud, quod soli Athei dicunt, Veritatem intelligibilem & Justitiam & Legem æternam, quæ mentes humanas formaliter illustrat, sive formam illam intelligibilem summæ Justitiæ, quam mens intuetur, ipsum Deum, ipsum secundum divinitatem Christum esse. In *Tit.* II, 12. pag. 257. *Un homme prétend injustement avoir de la religion & de la pieté, quand il en fait exactement les exercices exterieurs, s'il* NE REGARDE LA LOI *&* LA JUSTICE ETERNELLE, COMME LA REGLE *sur laquelle il doit former ses desirs, ses mœurs, & ses actions.*

Inde est quod videri Deum vel Christum a beatis in cælo, nihil aliud esse dicat, quam Veritatem æternam videri; ipsam illam quam hic universi quærimus;

rimus : quæ hic quidem ſubinde & carptim, ſed raro admodum pura cernitur. Quæ ſi quis cum his conferat quæ de eo argumento ex Thomaſſino, Malebranchio, aliiſque decerpſimus, intelliget eodem prolata eſſe conſilio, atque ex iiſdem eſſe deducta principiis. In *Marc.* IX, 6. pag. 115. *Les bienheureux. . . entreront dans le ſein de Dieu, où chacun entendra éternellement cette parole, Celui-ci eſt mon fils :* C'EST LA VERITE' ETERNELLE, ESSENTIELLE, IMMUABLE, QUE TU AS DESIRE'E, *que tu as cherchée, que tu as enfin trouvée. Ecoute-la, non des oreilles du corps, mais de toute ton ame, qui en ſera nourrie, raſſaſiée, beatifiée durant toute l'Eternité? Alors la loi, les prophetes, la ſcience, les langues, les miniſteres, les écritures &c. diſparoiſtront : & l'Egliſe ne verra plus que Jeſus-Chriſt en Dieu, & que Dieu en Jeſus-Chriſt.* LA VEUE DE LA VERITE' *eſt rarement pure en cette vie. On ne la voit, on ne la cherche, on ne l'aime gueres ſeule & toute nuë. Que de veuës, que de recherches que de deſirs qui lui déplaiſent, ſe meſlent ordinairement avec elle! Ce n'eſt que ſur la montagne de la celeſte Sion, que Jeſus-Chriſt &* LA VERITE' *ſe voient ſeuls, & ſont aimés uniquement.* Ergo & in hac vita, Queſnelio teſte, Deum videmus, dum Veritatem intuemur; ſed non pure, quia non abſque animi avocatione ad alia.

In *Marc.* XIV, 25. pag. 198. LA VUE DE LA VERITE' TOUTE NUE *eſt un torrent de volupté & de joie, qui enyvre l'ame, lui fait oublier toutes les miſeres & toutes les amertumes de la terre; & la tranſporte hors d'elle-meſme pour ne plus vivre que* DANS LA VERITE', DE LA VERITE', & POUR LA VERITE'. O VERITE' ETERNELLE, *que l'eſperance de ſe raſſaſier de vous dans le Ciel,* porte VOS DISCIPLES A VOUS GOUSTER, SUR LA TERRE, A SE NOURRIR DE VOUS, *à s'attacher à vous, à ne deſirer que vous, à ſe ſacrifier pour vous!* Sic priores ſæpe loquentes audivimus: Verbum Dei, cibum Angelorum, cibum hominum eſſe; quoniam nihil aliud niſi Veritas intelligibilis. Sed diſcipulos Veritatis qui ſe tantopere prædicant, hi ſunt mendaces. Non eſt Veritas, quam hic deguſtamus, qua hic nutrimur, ipſum Verbum aut Deus ipſe, cujus conſpectu in cælis recreabimur & paſcemur. Eſt Deus quidem ſecundum ſuum eſſe reale, objectum Veritatis ſeu veræ cognitionis : at ne ipſum quidem eſſe ejuſdem objectivum in mente, quamvis verum, Deus ipſe reipſa ac formaliter eſt.

In *Luc.* VIII, 55. pag. 167. *Quand nous ſerons reſſuſcitez de cette reſurrection qui ſe fait en un inſtant, c'eſt alors que nous mangerons dans le roïaume de Dieu* CE PAIN QUI EN FAIT LA VIE, & *que nous ſerons raſſaſiez de* CE PAIN DE NOSTRE AME, QUI EST DIEU MESME COMME VERITE' ETERNELLE.

In *Luc.* XIV, 15. pag. 280. LE PAIN *du roïaume de Dieu* C'EST DIEU MESME. C'EST DE LUI, COMME VERITE' ETERNELLE, *que ſera* NOURRI & *raſſaſié celui qui aura nourri Jeſus dans ſes membres. C'eſt par* L'INFUSION, *la communication, & l'union intime du* BIEN SOUVERAIN, *que ſeront nourris ceux qui auront fait part aux pauvres de leurs biens periſſables.*

In *Apoc.* II, 7. pag. 546. *Plus heureux encore, qui aprés une victoire parfaite, ſera pleinement & ſans voiles raſſaſié* DE LA VERITE' DANS LE CIEL. In cap. XXI, 23. pag. 675. *La vuë de l'humanité ſainte, où toute la plenitude de la divinité habite, ſera partie de la beatitude éternelle. C'eſt une lampe adorable,* OU LA LUMIERE DE LA VERITE' INCREE'E LUIRA *dans l'éternité pour en éclairer les ſaints, pour les en* NOURRIR, & *pour leur découvrir tous les tréſors de la ſageſſe & de la ſcience de Dieu cachez en Jeſus-Chriſt.* Glorificata, inquit, caro Chriſti docebit invicte beatos, vere ſibi profuiſſe, quod Chriſtum ſecuti ſunt & imitati; ſic decuiſſe, ſic fieri oportuiſſe. Ita illi in Chriſto intelligibilem Veritatem increatamque cernent. Lucebit illa in carne Chriſti, ut lux in lampade.

In *Apoc.* XXII, 4. pag. 679. *Et videbunt faciem ejus.* VOIR DIEU, & *avoir l'eſprit tout rempli* DE SA LUMIERE, & *tout penetré* DE SA VERITE', *c'eſt le bonheur de l'ame.* Et v. 9. pag. 680. *L'humilité eſt d'autant plus grande dans le Ciel, que l'on y connoiſt mieux* LA VERITE'. Qui meminerit Veritatis nomine nihil aliud iſtos intelligere, niſi Neceſſitatem ut ita ſit & non aliter quidquid eſt, ut ſit quomodo decet, quomodo oportet: is intelliget Veritatem dici videri puram in altera vita, aliud nihil eſſe ſecundum iſtos, quam dici videri a beatis neceſſe eſſe ut ſint omnia quomodo ſunt; eamque ipſam Neceſſitatem, ſeu Veritatem, ut iſti appellant, videri, ſive intimo animi ſenſu percipi. Nam eo prolabuntur amentiæ, qui verum Deum noſſe detrectant: atque ea cauſa eſt, quamobrem toties tantiſque clamoribus concelebrent Veritatem, cujus nomen perſtringit animos; & Deum ac Verbum videri dicant ſub ratione formali Veritatis. Catholicis e diverſo hoc genus loquendi deteſtantibus : qui videri Deum dicunt a beatis, ut Pater & Filius & Spiritus Sanctus eſt, ſive ut ſunt tres in una ſimplice ſubſtantia perſonæ : ut omnipotens, ſapiens, bonus ac juſtus eſt : alias negligunt, ut ſuſpectas habent, aut deteſtantur omnino loquendi formulas.

Inde eſt propterea, quod vitam animorum noſtrorum ipſum formaliter Verbum ponit eſſe, vi proprietatis ſuæ perſonalis : hunc eſſe panem, ut dictum eſt, quo veſcuntur animi : nam quid avidius appetunt ii, quam noſſe quomodo quidque deceat eſſe vel oporteat? Sanctificationem denique noſtram formaliter, Spiritum Sanctum eſſe pari modo. In *Joan.* XI, 26. pag. 226. de Chriſto : *Il eſt le principe de toute reſurrection, & de toute vie dans ſes membres :* ESTANT LA VIE PAR SON ESSENCE DIVINE, & PAR SA NAISSANCE ETERNELLE. In *Luc.* XI, 5. pag. 215. LE PAIN *de l'eſprit,* C'EST LA VERITE' : *le pain du cœur, c'eſt de faire la volonté de Dieu : le pain de* L'HOMME ENTIER, *c'eſt Jeſus-Chriſt & ſa grace.* Homo enim totus, ut volunt, eſt mens utens corpore. In *Joan.* VI, 35. pag. 108. O PAIN ETERNEL, *qui eſtes venu à nous par l'Incarnation :* VERITE' ETERNELLE, *qui ſeule eſtes* LA FIN *de tous* NOS DESIRS, & *le ſeul* PAIN *dont mon ame puiſſe eſtre raſſaſiée.* Et in vers. 48. pag. 114. LE PAIN DE VIE POUR LES ANGES *dés la creation du monde. . . .* LE PAIN DE VIE DES HOMMES *par la foi maintenant, & par la gloire dans le ſiecle à venir.* Denique de Spiritu Sancto; in *Tit.* III, 6. *Ou le ſaint Eſprit répandu dans noſtre ame en devient l'eſprit, le cœur, l'ame meſme; &* COMME LA FORME DE SA SANCTIFICATION.

Inde efficit ille poſtea, juſtum unum quemque Verbo ipſo formaliter vivere, quemadmodum vivit formaliter ipſamet Patris vitâ Verbum. Recte, ſi Verbum Veritas intelligibilis eſt, ſive τὸ τῦ εἶναι, hoc eſt, forma intelligibilis qua decet & oportet eſſe quidquid eſt, ut bene ſit; ſive Ratio rerum univerſalis: ſiquidem ea Veritas & Ratio, ut eſt Ens & una, Unitatis ipſius vitâ qualicumque vivit. Nam & has loquendi formas uſurpare cogitur ſecta impia, quoniam ſunt eæ in ſacris litteris; & eaſdem metaphoricè ſemper accipere; quas utique in ſenſu proprio ac nativo intelligere non poteſt. In *Philip.* I, 21. pag. 59. *Mihi enim vivere Chriſtus eſt. Je le comprens, ô Jeſus, que* VOUS ESTES MA VIE, COMME DIEU VOSTRE PERE *eſt* LA VOSTRE. Quaſi vero Apoſtoli ſententia ſit, Verbi ipſius divinitatem formaliter vitam eſſe juſtorum, ac non potius cauſam

ſibi vivendi unam eſſe, Chriſtum ſcilicet, & gloriæ ipſius incrementum.

Sed inſignis eſt in eam ſententiam interpolatio dicti illius Dominici; *Joan.* VI, 58. *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe vivet propter me.* Quem locum Queſnelius, Montenſes ſecutus, ita Gallice corrupit: *Je vis par mon Pere; & celui qui me mange, vivra auſſi par moi.* Nequior autem iſte, quam Montenſes; quod hi ſecuti quidem Græca exemplaria vitiata, monuerunt tamen in littera legi *propter* utrobique, non *per:* Queſnelius tum in præfatione Vulgatam ſe integra fide ſequi mentitur, tum hic Latinam ſententiam ut eſt in Vulgata editione exhibet in margine. Sic ille igitur in Notis: pag. 119. *Le Pere engendrant ſon Verbe & ſon Fils, lui communique ſa vie; envoiant ce Fils par l'Incarnation & l'uniſſant à la chair & au ſang, il communique* CETTE VIE DIVINE A L'HUMANITE' SAINTE *de Jeſus-Chriſt, qui reçoit cette vie* DE SON PERE & DANS SON PERE. Ubi primum quidem orationem illam Chriſti ponit eſſe dictum Verbi formaliter ut Verbum eſt. Nam ſi Chriſtus nimirum Deus ſeu Verbum Dei eſt; Verbum autem non eſt niſi Sapientia & Veritas intelligibilis, per ſingula quidem Naturæ opera, ſed per Chriſtum præſertim, mortales erudiens, & ipſa animam ſeu mentem Chriſti pervadens, permeans, atque active perficiens; neceſſe eſt omnem Chriſti vocem, vocem eſſe Verbi, hoc eſt, Sapientiæ, formaliter; ſive eſſe a Verbo ut comprincipio quo, una cum humana mente: id quod Catholici quidem deteſtantur, defendit autem ſecta impia. Catholici, inquam, ponunt omnem Chriſti vocem, vocem humanitatis tantum eſſe ut principii quo; quamvis etiam eadem vox Verbi, ut ſuppoſiti, ſive principii quod, & ſubjecti omnium denominationum ſit.

Addit conſequenter, Verbum humanitati ipſi uniri ut vitam; nec habere Chriſtum aliam vitam, hoc eſt, aliam Sapientiam, juſtitiam, gratiam, ſanctitatem, quam divinam, quæ eſt Verbi propria; quam accipit, inquit, a Patre, & apud ipſum Patrem. Qua de re dicemus adhuc inferius. Præterea juſtos quoque vivere formaliter per Verbi, hoc eſt, per Sapientiæ & Juſtitiæ æternæ vitam. Quæ eſſent omnia ſane veriſſima, ut dictum eſt, ſi Chriſtus aut Verbum incarnatum aliud nihil eſſet, niſi Sapientia aut Veritas intelligibilis, quæ mentes noſtras doceret exempla ac præcepta virtutum per carnem illam. Si ſecus, impia ſunt iſta & blaſphema: dignique ſunt anathemate, qui ut hæc commenta obtrudant, divinas ipſas litteras adulterant, Chriſtum ut homo eſt hic loqui Catholici docent: eumdemque juſtitia, gratia, ſupernaturali quidem, ſed creata, vivere propter Patrem, hoc eſt, propter ipſius gloriam promovendam; quemadmodum & juſtum quemque propter Chriſtum.

A ſuperiore ſententia haud multum abludit ea quam habet iſte, in *Hebr.* I, 5. pag. 277. *Fils d'un Pere qui* PAR UN SEUL ACTE TRES-PUR, *très-ſimple, & éternel,* ENGENDRE SON FILS *& dans le ſein de la Vierge, & dans le ſein de la gloire, & dans le* SEIN DE NOS AUTELS. Nam Verbum quidem gigni formaliter in ſinu Patris Doctores Catholici confitentur: in ſinu Virginis, in ſinu gloriæ, in ſinu altarium gigni, iidem prorſus non dicunt. Ubicumque Verbum eſt, ubi autem non eſt! nonniſi in ſinu Patris ibi gignitur. In ſinu Virginis unitum eſſe Verbum humanitati dicunt: in gloria videndum a beatis: in altari poni a ſacerdote, non vi verborum, ſed ex concomitantia, ut Schola loquitur. At ſi Verbum aliud nihil niſi Veritas intelligibilis eſt, qua mentes noſtræ colluſtrantur; ea certe & in ſinu Virginis, & in gloria, & in altari a fidelibus agnoſcitur: quod eſt in ſinu Virginis, in ſinu gloriæ, in ſinu altarium, myſtico Atheorum loquendi genere, a Patre gigni; hoc eſt, reipſa manifeſtari: nam his hominibus Realitas intelligibilis, Pater eſt: nec corpus in altari produci, ſed Veritatem illius manifeſtari tantum, hoc eſt, fidelium animis per fidem proponi.

Ut autem Veritatem qua vera ſunt quæcumque intelliguntur eſſe vera, Queſnelius pro Deo habet locis innumeris, ut vidimus, ſic & alibi Caritatem; quoniam videlicet & ipſa Vera Pax eſt & Quies entium omnium. In I. Joan. IV, 8. *Il n'y a ni Dieu, ni Religion, où il n'y a point de charité; puiſque Dieu eſt la charité meſme; & que c'eſt dans la charité, que conſiſte la connoiſſance ſalutaire & le vrai culte de Dieu.* Socinianum quidem & ex atheïſmo ortum iſtud eſt, quod dicitur, ſalutarem Dei cogitionem obedientiam eſſe præceptis exhibitam, non item myſteriorum cognitionem: at impium eſt profiteri, Deum non eſſe, ubi caritas non ſit, quia Deus eſt ipſa caritas. Nam hæc ratiocinatio ponit Deum eſſe ipſam formaliter caritatem. Apoſtoli Joannis vox illa quidem eſt, *Deus caritas eſt*; at non iſta, Caritas Deus eſt. Nec illa prior verti debet ſermone Gallico, *Dieu eſt la charité*, ſed *Dieu eſt charité*, ſive, *Dieu eſt amour.*

Conſectaria vero ex doctrina Queſnelii de Deo ſunt & alia plurima, quæ prodit ipſe ſane audacter.

1. Patrem Chriſtianorum ac bonorum tantum eſſe Deum. Nam quis Veritatem ſcilicet aut Juſtitiam intelligibilem, matrem dicere aut dominam ſuam poſſit, niſi qui hanc ultro amplexetur ac diligat? In *Matth.* VI, 9. pag. 57. *Adorons Dieu dans l'unité & ſimplicité de ſon eſſence, dans la Trinité & la ſocieté de ſes perſonnes, & comme* LE PERE DES CHRE'TIENS, *la ſource & le modelle de toute paternité au Ciel & en la terre, & l'auteur de tous les biens creés.* Et in I. *Cor.* I, 4. pag. 462. IL N'Y A QUE CEUX QUI AIMENT VRAIMENT DIEU, *qui puiſſent ſe l'approprier, pour ainſi dire, & en faire leur tréſor, en diſant,* MON DIEU, *comme Saint Paul.* Soli certe juſti poſſunt dicere, *Juſtitia mea.* Nec veritas hominum mendacium, nec injuſtorum juſtitia mater eſſe aut nuncupari jure poſſit. At Deum verum eſſe omnium mortalium patrem Catholici profitentur: ſed maxime fidelium & proborum, per uberiora dona.

2. Ultorem proprie ſcelerum eſſe Deum per ſe non poſſe. Nam quæ poſſit ultio Veritati intelligibili congruere, niſi deſertio deſerentis ſe animi, & mentis oculos offerenti ſe luci claudentis? Itaque cum *ignis conſumens* Deus nuncupatur in ſacris litteris, eſſe id accipiendum metaphorice de conſummatione juſti, quam efficit caritas, inquit, in ipſius Dei unitate; vel de receſſu Veritatis ac Juſtitiæ, Lucis ac Vitæ, ab homine injuſto ac mendace: & qui tenebras magis quam lucem dilexit; & mortem præ vita. In *Hebr.* XII, 29. pag. 371. *Deus noſter ignis conſumens eſt. Noſtre Dieu eſt un feu dévorant.* DIEU COMME CHARITE' EST UN FEU CONSUMANT *dans ſa vie & dans ſon* UNITE' DIVINE *la creature qui lui a eſté fidelle. Dieu* COMME JUSTICE EST UN FEU CONSUMANT DANS UNE MORT & UNE SEPARATION ETERNELLE, *le pécheur rebelle à ſa loi & violateur de ſon alliance.*

Quæ poteſt ſimiliter cadere in Realitatem intelligibilem, in Ens indeterminatum, in Bonum in genere, vindictæ cupiditas? ſiquidem efficere aliud nihil poteſt τὸ ὄν & τὸ ἀγαθὸν, Ens & Bonum univerſale, præter τὸ εἶναι ſive eſſe, & τὸ εὖ εἶναι ſive bene eſſe. Et quidem aliquid vult, quæcumque ea volitio Realitatis ſive Entis indeterminati, & Boni Univerſalis eſſe intelligitur, amat, quandoquidem vult eſſe bene; amare autem, profecto ulciſci non eſt. Deus ergo non poteſt velle ulciſci, aut aliquid deſtruere, aut velle malum alicui, ut malum ipſius eſt. Hoc prodidiſſe Queſnelius videtur in *Luc.* X, 22. unico illo verbo; *Car en Dieu vouloir c'eſt aimer.* Catholici e

di-

diverſo dicunt, In Deo velle non eſſe tantum diligere, ſed & odiſſe, & ulciſci. Quoniam tamen dandum eſt aliquid ſacris litteris, quæ pœnas alterius vitæ commemorant, ibi meram fore vindictam fatetur; hoc eſt, ut iſti intelligunt, quæ jam prodeſſe nemini poſſit ad eruditionem: non quod, ut Catholici credunt, a Numine vere irato pœna ea infligatur ut malum patientis. In *Luc.* XIII, 1. pag. 260. *Ce n'eſt qu'en l'autre vie que Dieu* PUNIT POUR PUNIR, *& que ſa juſtice proportionne la peine au peché.*

3. Deum negat eſſe in mundo aliter, quam quemadmodum Veritas intelligibilis ubique eſt; quæ eſſe ubique idcirco dicitur, quoniam quod verum eſt, ubique eſt verum: in Oriente æque atque in Occidente. Itaque Deum ait in mundo non eſſe, ſed in ſeipſo tantum. In *Act.* XVII, 24. pag. 200. *Dieu eſt preſent par tout ſans y eſtre renfermé. Celui qui a fait toutes choſes,* ne peut demeurer QU'EN LUI MESME, *où il étoit avant que de les créer. Il eſt lui-meſme ſon lieu, & ſon monde, & il l'eſt uniquement.* At non ita certe ſenſit Pſalmiſta, Pſalmo CXXXVIII. aliique ſcriptores ſacri.

4. Negat in cælo poſitum ſpectari a nobis poſſe Deum, dum oramus, aut quidpiam ejus cauſa facimus. Ad hæc verba Domini, *Matth.* VI, 1. item *Marc.* XI, 25. & 26. *Patrem veſtrum qui in cælis eſt*, eam ob cauſam non adjicit ullam adnotationem, præter morem. Et illam orationis Dominicæ particulam, *Qui es in cælis*, ſic interpretatur, ut cælos velit eſſe, cælo deſtinatos; qualem ſe conſiderare, inquit, cum oportet, qui hanc partem precationis recitet. Nam eo ſpectat involuta illa ac perplexa de induſtria oratio, in *Matth.* VI, 9. pag. 57. *Noſtre Pere qui eſtes dans les Cieux. Il faut premierement dire cette priere avec le cœur d'un* ENFANT DU CIEL, *dégagé de la terre par ſa nouvelle naiſſance, animé de l'adoption divine, & plein du deſir* DE SE REUNIR A SON PERE & A SON PRINCIPE. Et pæne ipſum pœnitet Deum vocaſſe Patrem: mallet Principium dicere. Sane quemadmodum Ens indeterminatum aut Bonum in genere, Pater eſſe hominum dicatur magis, quam equorum, vix explicari poteſt. Deinde in Ens indeterminatum, unde nos prodiiſſe dicit, videtur polliceri nos eſſe redituros.

Alibi tamen e cælo qualecumque cælum intelligat audire Deum dicit, dum in ſanctis requieſcit; quæcumque ſimiliter quies iſta ſit: cælum ei ſcilicet, ut aliis ſcriptoribus, mens juſtorum eſt, unde diſcedendum Deo non eſt, ut juſtis opem ferat. In *Luc.* XI, 8. pag. 216. *Il entend de dedans ſa maiſon,* QUI EST LE CIEL, *ceux qui le prient ſur la terre. Le repos ſouverain dont il joüit en lui-meſme* AVEC SES SAINTS, *ne le rend point inſenſible à nos peines & à nos maux; & il n'a pas beſoin de le quitter pour nous ſecourir.*

Eam ob rem etiam iſte ad hæc verba, *Act.* VII, 48. *Cælum mihi ſedes eſt:* & ad iſta, I. Joan. V, 7. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo*; de cælo nihil plane dicit. Et ad locum iſtum, *Matth.* XXIII, 22. *Et qui jurat in cælo, jurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum*; multa dicendo nihil aperte dicit. Pag. 311. *Il faut eſtre circonſpect à ne point jurer pas meſme par les creatures. Elles ſont plus ou moins ſaintes, à proportion du rapport qu'elles ont à Dieu. Et le ſerment eſt d'autant plus criminel, qu'on profane plus la ſainteté, à quoi elles participent. Pluſt-à-Dieu que l'on ne puſt regarder jamais les creatures, ſans conſiderer le rapport qu'elles ont au Createur, ce qu'il leur communique de ſes perfections, comment il y eſt preſent, l'uſage qu'il en veut faire, & qu'il veut que nous en faſſions pour lui.* Hæc ille ibi tantum. Denique illud orationis Dominicæ, *Sicut in cælo & in terra*, de ſanctis tantum accipit, qui cælum terramve incolunt. In *Matth.* VI, 10. pag. 57. *Dieu fait par tout ſa volonté, meſme dans ceux qui y ſont les plus oppoſés: mais elle ne ſe fait avec amour & par amour, que* DANS LES SAINTS DU CIEL & DE LA TERRE. Pari neceſſitate, ut iſtud obiter dicatur, a Sanctis in terra fieri voluntatem Dei, atque in cælis, vult credi: & ubique agere Deum velle ut omnipotens eſt. Sed de ea re iterum dicemus inferius. Quis autem genuinus ſit hujus petitionis ſenſus, nos alibi Deo duce aperuimus.

5. Negat in Templo Deum eſſe proprie: ſed in his ait eſſe dumtaxat, qui Templum frequentant. Et Veritatem quidem certe in animis dumtaxat habitare neceſſe eſt, & eorum tantum qui Veritatem norint ac diligant; aut qui certe de Veritate dicant ad populum: atque adeo in ſola Eccleſia, hoc eſt, in ſolo cœtu juſtorum. Catholicis contra ſtatuentibus cum Pſalmiſta, *Dominus in templo Sancto ſuo:* & ſic Deum verum aïentibus in Templo ſuo eſſe per veram præſentiam; ut ſi per impoſſibile alibi nuſquam eſſet, ibi tamen vere adeſſet, & preces ibi noſtras audiret; ibidemque etiam cum vacua ædes eſt, adventum noſtrum exſpectet. Queſnelius autem, in *Marc.* XIII, 2. pag. 177. *Rien de ce qui doit eſtre détruit, n'eſt digne d'eſtre le* VRAI TEMPLE DE DIEU. *C'eſt dans un cœur pauvre & humble qu'il ſe plaiſt à demeurer.*

In *Luc.* XIX, 47. pag. 369. *L'Egliſe Catholique, dont nos Temples ſont la figure, n'eſt pas ſeulement* LA MAISON DE LA CHARITE' *qui y prie, &* DU SAINT ESPRIT QUI Y GEMIT DANS LES SAINTS; *mais encore* LA MAISON DE LA VERITE', *qui y enſeigne par les Paſteurs legitimement envoiés.*

In *Act.* VII, 49. pag. 82. *Dieu ne peut avoir d'autre* TEMPLE *digne de lui, que lui-meſme, & par lui le corps naturel & le corps myſtique de ſon propre Fils; & le cœur de l'homme purifié par le ſang de Jeſus-Chriſt, ſanctifié par ſon Esprit, & conſacré par ſon onction divine.*

Et In *Act.* XVII, 24. pag. 201. DIEU N'A JAMAIS EU SUR LA TERRE QU'UN SEUL TEMPLE, *où il ait habité perſonnellement, qui eſt l'humanité Sainte de Jeſus-Chriſt, remplie ſubſtantiellement de toute la plenitude de la divinité. Il eſt en nous par la communication de ſa Sainteté, par l'operation de ſa grace, & par la preſence ſacramentelle de Jeſus-Chriſt Dieu & homme tout enſemble. C'eſt en lui que Dieu eſt adoré comme dans un Temple vraiment ſaint & vraiment adorable.* Quid? Dum negat iſte Deum in alio templo, quam in Chriſti carne habitaſſe, annon aperte ſacris litteris contradicit, quæ ſæpiſſime illud inculcant, ut diximus, *Dominus in Templo Sancto ſuo?* Nam ſi perſonalem habitationem cum dicit, hypoſtaticam intelligit, loquitur ſaltem inepte; cum unio hypoſtatica, habitatio non ſit: nec ſi hypoſtatica unio habitatio non ſit, idcirco totius divinitatis habitatio proprie dicta in Templo non eſt, in quo inhabitantem Deum oporteat adorari.

Denique idem in *Apoc.* XI, 2. pag. 601. *Dieu* VEUT AUTRE CHOSE QUE DES TEMPLES DE PIERRE, POUR Y ESTRE ADORE'.

Lepidum autem ac feſtivum eſt præter cetera, quæ dicit ille de feſto Dedicationis Templorum ſive Eccleſiarum; in *Joan.* X, 22. ubi hunc feſtum diem ſanctitatis Dei jubet intelligi; quoniam in ſanctitate, inquit, ſive ut Pſalmiſta cecinit, *In Sancto habitat Deus. La feſte de la* DEDICACE D'UN TEMPLE OU D'UNE EGLISE, inquit ille, pag. 604. *devroit eſtre des plus ſaintement celebrées: & c'eſt ordinairement une feſte ou fort negligée en certains lieux, ou en d'autres fort profanée.* C'EST LA FESTE DE LA SAINTETE' DE DIEU, QUI EST SON TEMPLE OU IL HABITE: *In Sancto habitas, Pſal.* XXI. *& où il eſt ſeparé de toute l'impureté de la creature.* LES TEMPLES OU EGLISES *ſont la figure de ce Temple éternel, &* DE TOUTES LES CHO-

CHOSES QUE DIEU SE CONSACRE, *pour y demeurer par une communication particuliere de ſa ſainteté: De l'humanité ſainte du Fils de Dieu, temple de la divinité, conſacré par la divinité meſme: Du ſein de la Vierge, conſacrée par le Verbe incarné: Du Chrétien conſacré par l'eſprit de Dieu dans le bapteſme: De l'Egliſe Chrétienne, qui ſe baſtit & s'édifie ſur la terre, &* DONT LA DEDICACE SE FERA DANS LE CIEL. Ex eadem iſtud impietate oritur, quæ pro Deo non habet niſi intelligibilem Veritatem. Nam quis ſane ſic animatus non ſtultum putet, ſi quis Veritati intelligibili ſeu Rationi Univerſali, quæ Neceſſitas eſt primorum principiorum, ſecundum quam recte judicamus, locum aliquem conſecrare velit, in quo illa velut in domicilio habitet? aut qui exiſtimet eam Veritatem Templum ſibi lapideum conſecrare? Tamen Deus verus Eccleſias ſibi conſecrari jubet, & ipſe ſibi conſecrat, hoc eſt, ibi velut proprias, & rem ſanctam, vindicat.

6. Urit ſimiliter ſectam impiam hæc Chriſti Domini vox, jubentis in cubiculo preces adhiberi Deo. Quid enim? An Veritas intelligibilis, quæ conſulenda eſt, in cubiculo deliteſcit. Eam ob rem iſte cum Montenſibus hunc locum, *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum*, ſic Gallico ſermone reddidit: *Mais lorsque vous voudrez prier, entrez en un lieu retiré de voſtre maiſon:* ut domum deinde interpretetur, ipſum animi receſſum intimum, nempe ubi Veritas intelligibilis habitat, quæ eſt conſulenda. Sic iſte ad eum locum, *Matth.* VI, 6. pag. 55. *Le* COEUR *eſt le partage de Dieu. . . . . C'eſt là qu'il veut eſtre prié & adoré. La priere eſt le commerce le plus ſecret de l'ame avec Dieu, & où ils ſe parlent cœur à cœur. Le monde eſt trop profane & trop infidele pour eſtre de ce ſecret. Il faut lui fermer la porte, en l'oubliant & toutes les affaires qui l'occupent & l'amuſent. La priere demande la retraite au moins du* COEUR. CAR C'EST LE LIEU LE PLUS RETIRE' DE LA MAISON DE DIEU, *qui eſt nous meſmes. C'eſt là qu'on doit eſtre retiré, meſme dans la priere publique, & au milieu des hommes.*

7. Immenſitatem ſuam ſic verum Numen optat a mortalibus conſiderari, ut etiam quaſi procul poſitum, defigere tamen inde oculos in unumquemque noſtrum & eminus intueri nos jure exiſtimetur: id quod ſane de Veritate intelligibili, ſeu luce omnium animorum communi dici non poteſt. Itaque vocem illam veri Dei veluti eminus Adamum compellantis, *Adam ubi es?* quæ luci iſti mentium noſtrarum, aut Juſtitiæ, aut Veritati, aut Sapientiæ intelligibili, omnino non convenit, ſic impia ſecta interpretatur, veluti vox ſit Veritatis aut Sapientiæ intelligibilis, ſuum Adamo lapſum humano affectu ac more, afficta ei proſopopœia, exprobrantis; neque quærentis ubi locorum, ſed ubi calamitatis eſſet; hoc eſt, quam ſe ipſe in miſeriam conjeciſſet. Ita alios ſecutus iſte, in *Joan.* XI, 34. pag. 226. *Jeſus n'interroge pas par ignorance, non plus que Dieu, quand il dit, Adam, où es-tu? Où eſt le pecheur, quand il n'eſt plus dans la main de ſon Dieu? En quel état eſt-il réduit, quand il s'eſt donné la mort par ſon peché?* Ubi Catholici dicunt, & Chriſtum Dominum ut homo erat, humano more interrogaſſe; ut ipſis etiam prophetis licet de his percontari quæ probe norunt: & Deum ipſum humano more quaſi diſtantem & tamen omnia contuentem ſpectari velle interdum, quamvis ſit rebus omnibus intimus: ut norint mortales a ſe non ſolam Juſtitiæ formam, ſive intelligibilem, ſive (ut vocant) originariam, coli pro Numine oportere; ſed Deum verum, qui ſic eſt ubique diffuſus, ut ſi non cogitetur hic eſſe ubi ſumus, ac ſi (quod fieri omnino non poteſt) iſthic non eſſet, ſed nos a longe proſpiceret, quemadmodum ſolemus invicem, nihilominus nos inde perſpiceret & argueret.

8. Denique ſi Veritas & Juſtitia intelligibilis Deus eſt, quomodo Hieroſolyma, civitas plena ſceleratis hominibus & impiis, *civitas* nihilominus *magni regis* dicitur ab ipſo Chriſto Domino? *Matth.* V, 34. 35. *Neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Hieroſolymam, quia civitas eſt magni regis.* Hic æſtuat mirifice Queſnelius; & in ejus loci interpretatione primum quidem pro civitate Templum commemorat, de quo nulla in hoc loco mentio eſt. Deinde templi nomine, non Salomonicum ſive Zorobabelicum intelligit; ſed ſocietatem ſanctorum, in quibus nempe Deus per ſanctitatem & gratiam habitat. Pag. 48. *Dieu manifeſte ſa gloire dans le Ciel comme dans ſon thrône: imprime les veſtiges de ſes perfections divines ſur tout ce qui eſt dans la terre, comme ſur ſon marchepied: fait voir le regne de* SA SAINTETE' *&* de SA GRACE DANS SON TEMPLE, *comme dans le lieu de ſa réſidence & dans ſon Palais.* Cum Catholici civitatem magni regis, hoc eſt, civitatem Dei Hieroſolymam fuiſſe fateantur; hoc eſt, quam ſibi peculiariter conſecraſſet; quo confluere Judæos optaret, ad ſacrificia in Templo peragenda; quem denique locum, velut ſibi proprium, ſelectumque ex omni orbe, ſingulari præſidio tegere, dum pacto ſecum fœdere Judæi ſtarent, vehementer cuperet.

9. Jam æternitas Dei quæ poteſt intelligi, ſi Deus non eſt niſi Ens indeterminatum, Unitas ac Realitas intelligibilis, aut intelligibilis Veritas qua vera ſunt formaliter quæcumque ſunt vera? Hanc certe oportet in ea hypotheſi eſſe, non uti Catholici ponunt, durationem ſæculorum infinitam, cui divina eſſentia virtualiter ſit coëxtenſa; ſed Realitatem ipſam intelligibilem, in ſe complectentem ſimul quæcumque ſunt, fuerunt, & erunt. Itaque defenſores hujus impiæ hypotheſeos, coguntur docere, ut jam ſuperius diximus, Deo in ſua æternitate omnia ſecundum ſuum eſſe reale & actuale eſſe præſentia. Cum Catholici e contrario, peritiores certe, Deum dicant uno quidem actu ſimpliciſſimo, non in ſua tamen æternitate, ſed tum in eſſentia ſua, tum in ſeipſis omnia intueri: & præterita quidem ut præterita, præſentia autem ut præſentia, futura denique noſſe ut futura. At aliter Queſnelius, in 2. *Petr.* III, 8. pag. 472. *Dieu n'eſt point renfermé dans le tems non plus que dans le lieu.* NULLE DURE'E N'EST NI LONGUE NI COURTE A SON E'GARD. IL RENFERME DANS SON ETERNITE', TOUS LES TEMS SANS DISTINCTION DE PASSE', DE PRESENT, NI DE FUTUR, *ſans ſucceſſion, ſans diviſion, ſans aucun rapport aux creatures.*

Æternitatem porro facit ea ſecta primarium Dei attributum; quod dicit propterea indefinenter ſanctos in cælo adoraturos eſſe: quoniam Realitatis ſcilicet qua res ſunt formaliter id quod ſunt, præcipua dos æternitas eſt. Neque quidquam certe magis Realitati convenit, quam ſemper eſſe, ſemper immutabilem permanere: quoniam quaſcumque formas alias ex aliis induit, nihilominus ipſa in omnibus Realitas perſeverat. Itaque Sancti toti erunt, inquit, in æternitate illa adoranda occupati. In *Apoc.* XI, 17. pag. 606. *Leur occupation, éternelle eſt d'adorer Dieu* DANS L'ETERNITE' DE SON ESTRE, *& dans la Trinité de ſes perſonnes: de* LA RECONNOISTRE POUR LE PRINCIPE DE TOUT BIEN, *& de le benir avec un très-profond reſpect.*

10. Potentia etiam ipſa Dei, ſi Deus non eſt niſi Realitas & Veritas entium intelligibilis, ne formaliter quidem ſive virtualiter diſtingui poteſt ab ipſa voluntate, quæcumque ea eſt, qua ſunt omnia quæcumque ſunt in aliqua differentia temporis; quandoquidem ambæ eæ divinæ dotes, potentia & voluntas, illa ipſa metaphyſice etiam ſimpliciſſima Realitas entium ac veritas eorumdem intelligibilis eſt. Hinc illa ſectæ impiæ vox, potentiam Dei, voluntatem ejus

jus esse. Catholicis e contrario statuentibus, multo latius patere potentiam quam voluntatem: & verum Numen multa potuisse atque etiamnum posse efficere, quæ distincte novit, nec vult tamen aut volet aliquando efficere. Quesnelius in *Matth.* VIII, 2. pag. 81. *Il n'y a qu'un Dieu qui n'ait qu'à vouloir pour faire.* SA PUISSANCE, C'EST SA VOLONTE'. *C'est parce qu'il le veut, qu'en voulant il opere tout dans la nature &* DANS LA GRACE.

11. Jam potentia Dei creatrix quomodo tamdem diebus sex mundum creasse dici potest, si Deus non est nisi Realitas ipsa entium omnium in arte & in materia? Mundum oportet sane in ea hypothesi esse æternum, saltem in chao: & quomodo se cumque chaos explicuerit atque evolverit, dicendum est, ut sunt numeri ipsi, inquiunt, in sacris libris appositi ad mysticam aliquam significationem, sex creationis dies a Mose notatos mystice accipi, sive allegorice oportere: ut sententia sit, eo numero dierum designari, quidquid factum est & est obnoxium mutationi, sæculo hoc contineri, cujus sunt dies vel ætates sex. In *Marc.* IX, 1. pag. 113. APRE'S LES SIX JOURS DE LA VIE PRESENTE, *le Sabbat éternel commence sur la sainte montagne du Ciel, où le Christ entier composé du chef & des membres, de Jesus-Christ & de l'Eglise, sera parfaitement transfiguré dans ses membres.* Et has quidem ille sex ætates distinguit & particulatim describit, in Hebr. XI. Primam ab Adamo ad diluvium: 2am a diluvio ad Abrahamum: 3am ab Abrahamo ad Legem & Judices: 4am a Lege ad Regum tempora: 5am a tempore Regum & Prophetarum usque ad Christi natalem, a quo 6a incipit.

12. Miracula autem, quibus maxime potentiam suam Deus manifestat, nulla sunt proprie dicta, si Deus non est nisi Realitas ipsa entium: hoc est, nulla quæ non jam sint occulta in causis, eruptura tardius rariusque: sed quoniam infrequentia sunt, miracula ea ab imperita multitudine nuncupantur; cum nihilominus in ea hypothesi miracula sint, quæ quotidie natura efficit, quam quæ rarius ex occultioribus causis emergunt, in quibus jam nunc latent inclusa, velut in seminibus. In *Matth.* XI, 20. pag. 135. *On ne peut se plaindre de n'avoir point vu de* MIRACLES: *puisque tous ceux du Createur sont exposés aux yeux de nostre esprit & de nostre corps; & tous ceux du Sauveur aux yeux de nostre foi.* In *Joan.* VI, 31. pag. 106. *Tel est un* ATHE'E (nemo enim magis adversus atheos hac ætate stilum exercent, quam ipsimet Athei:) *Tel est un* ATHE'E, *qui cherche encore des preuves de la divinité, quoi qu'il marche, pour ainsi dire, tous les jours* SUR DES MIRACLES, *qui pour durer depuis le commencement du monde dans un ordre & avec une justesse qui ne se démentent jamais, n'en sont que plus admirables que les* MIRACLES PASSAGERS.

13. Præterea si Deus non est nisi Ens in genere, ipsa Realitas Veritasque intelligibilis omnium entium, profecto Deus est omne quod est, τὸ πᾶν, sive Deus est omnia: siquidem dum aliæ aliis formæ succedunt, Realitas nihilominus immutabilis manet & regnat in omnibus: est ipsa quidquid est Entitatis in omnibus: uno verbo ipsa sola est omnia. In *Marc.* XIII, 31. pag. 186. 187. *L'histoire du monde n'est l'histoire que du passé, le tableau de l'instabilité des choses humaines, & une preuve que tout passe,* QUE TOUT N'EST RIEN, & QUE DIEU SEUL EST TOUT. Catholici adeo non dicunt Deum esse omnia, ut dicant e diverso nihil ipsum prorsus eorum esse, quæ sunt in universo.

14. Denique si Deus non est nisi Realitas aut Veritas intelligibilis omnium entium, non habet Deus proprie nomen, sed innominabilis est. Ecquod enim potest dari nomen Realitati aut Veritati intelligibili omnium simul entium? Ergo nomini Dei consecrari cum quidpiam dicitur, non proprie nomini, sed majestati, sanctitati, gloriæ dicatum consecratumque oportet intelligi. In *Act.* XV, 13. pag. 172. *Le Chrétien est tout consacré* AU NOM, *c'est-à-dire, à la majesté, à la sainteté, à la volonté, au culte, & à la gloire de Dieu.* Ubi Catholici sane reclamant, aiuntque & Dei nomen esse, quodcumque gens quælibet pia ac religiosa huic designando adscripserit; & consecrari gentes huic nomini, quæ illud super se, & a se invocari gloriantur. *Nomen sanctum tuum invocatum est super nos.*

Nomen tamen ei Entis supremi Quesnelius tribuit, in *Act.* XVII, 29. pag. 203. *C'est un jugement très-juste, mais terrible, sur l'ame assés malheureuse, pour avoir secoüé le joug de l'*ESTRE SOUVERAIN QUI SEUL EST AU DESSUS D'ELLE, *d'estre assujettie à tous ceux qui sont au dessous, jusqu'à en faire son Dieu.* Hic porro, quamvis alibi quam potest maxime dissimulet, prodit aperte sibi, æque ac scriptoribus antea appellatis, Deum esse Ens indeterminatum Veritatem intelligibilem, quæ & Regula vivendi est, ut volunt, & Lex judicandi: quam iste quoque, ut priores, solam esse dicit supra mentes nostras, atque Ens supremum ac Deum proinde: neglectum autem ab hominibus ingemiscit. At vel ipsum nomen Entis supremi cautioribus saltem Catholicis idcirco displicet, quod in solo Entis gradu collocare Deum videtur, aut potest videri; atque adeo forma cum intelligibili finire, ut vult secta impia.

II.

DE TRINITATE.

HActenus de Natura Dei & attributis ejus Quesneliana dicta præcipua collegimus: nunc de Trinitate dicamus. Trinitas autem quæ potest ei homini esse, cui Deus ab homine invocandus non alius est præter intelligibilem Veritatem? ac vice versa, (sunt enim hæc reciproca:) quæ potest esse vera divinitas, aut quis Deus, ubi pro Filio Dei Veritas & Lux animorum intelligibilis obtruditur? Neutra profecto ibi est alia, nisi quam ipsimet Athei ultro admiserint. Neque enim non hostis habendus est Trinitatis, qui vel eo nomine, vel nominibus Patris & Filii & Spiritus Sancti, quæ passim Catholicorum more usurpet, aliud longe intelligit, quam Catholica fides docet: quemadmodum non propterea quis ex atheorum numero expungendus est, qui Deum esse fateatur, si eo nomine vel Naturam, vel cum Jansenio magistro suo aliisque, Veritatem intelligibilem & Rationem universalem omnium entium intelligat.

I. Trinitas igitur Paschasio Quesnelio quænam demum est? Auctoritas, veritas, caritas: Autoritas, veritas, sanctitas: Æternitas, veritas, caritas: Unitas, veritas, caritas: Deus, Sapientia, caritas: Principium, Lex seu regula, & Pax: similiaque tria quælibet. Auctoritas, Realitas est dans totum esse: Veritas, species sive forma universalis entium: Caritas, utriusque nexus sive manentia in esse: quæ & caritas nuncupatur, quoniam amat ens quodlibet & suum esse & suum sic seu bene esse. Esse semper est; hæc Æternitas sive Pater est. Quidquid est, id unum, nec tamen ipsa unitas, sed simile unitatis est: hæc similitudo unitatis Veritas seu Filius est. Denique quidquid est amat sic esse; hæc Caritas seu Spiritus Sanctus est. Hæccinne, amabo, Trinitas Christianorum est? An ut illa defendatur, martyrium est obeundum? At hanc Trinitatem ultro amplectantur etiam Mahumetani. Audiamus igitur Quesnelium de Trinitate dicentem.

In *Luc.* X, 22. pag. 22. PUISSANCE, CONNOISSANCE, AMOUR, (*car en Dieu vouloir c'est aimer:*) TROIS PRINCIPES DE L'EGLISE, &

de

de tout ce qui ſert à la former; ſçavoir l'autorité, la verité, la charité. Elles ſont comme partagées en Dieu par ſes PROPRIETE'S PERSONNELLES, *reünies en Jeſus-Chriſt par l'Incarnation, communiquées à l'Egliſe par l'Epiſcopat. Le Fils ſeul dans l'*ETERNITE' *reçoit l'*AUTORITE' *du Pere, par une naiſſance, dont le terme eſt la* VERITE' *ſubſiſtante, & féconde de la* CHARITE' *conſubſtantielle du Pere & du Fils, qui eſt le S. Eſprit. Tout eſt donné à Jeſus-Chriſt par l'Incarnation & par ſa miſſion temporelle. Car Dieu ſe reconciliant le monde étoit en Jeſus-Chriſt, & ſe communiquoit & operoit par Jeſus-Chriſt, ſelon* CES TROIS PROPRIETE'S, *que la Religion Chrétienne* REPRESENTE, ADORE, *&* IMITE. *Tout y doit donc rendre hommage. . . . . Toute action Chrétienne doit dans les fidelles eſtre un hommage à l'*AUTORITE', *à la* VERITE', *à la* CHARITE' *de Dieu, & n'y doit avoir rien de contraire. . . . . Hommage, adoration, & reconnoiſſance envers la Trinité adorable, &* SES PROPRIETE'S PERSONNELLES

In *Luc.* XI, 2. pag. 213. *Un Dieu qui eſt* PERE DE LA VERITE' ETERNELLE, *& avec ſon Fils principe du S. Eſprit, veut eſtre ſervi par des enfans, &c.*

In *Joan.* I, 3. pag. 2. *Le ſaint Eſprit en ſecond lieu nous annonce la gloire du Verbe, ſelon ce qu'il eſt à l'égard des creatures en general. Elles lui doivent toutes hommage, & de leur* ESTRE *dont il eſt le principe, par la puiſſance qui lui eſt commune avec ſon Pere: & de* LEUR MANIERE D'ESTRE, *dont il eſt l'idée & l'art divin, comme la* SAGESSE ETERNELLE, *de qui toutes les creatures tirent tout ce qu'elles ont de* BEAUTE', *d'*ORDRE, *& de* PROPORTION *entre elles, & par rapport aux deſſeins de Dieu. O* SAGESSE ETERNELLE, *vive image des perfections de voſtre Pere,* EXEMPLAIRE *adorable de* TOUTE PERFECTION CREE'E. At non habet Chriſtianorum Trinitas reſpectum ad res creatas: tota eſt ad ſe & ad intra: non eſt operatrix totaque ad extra, ut Trinitas atheorum; in qua Pater, hoc eſt, ut volunt, Realitas entium eſt quod eſt, ut det eſſe rebus: Filius, hoc eſt, Veritas intelligibilis, eſt quod eſt, ut det ſpeciem rebus, & pulchritudinem, & ordinem, & proportionem. Apud Chriſtianos habent res creatæ omnes eſſe & bene eſſe a divinitate, ab eſſentiali Sapientia, non a notionali formaliter ut notionalis eſt: cum ſi per impoſſibile non eſſent perſonæ tres, ſed unica in Deo perſona eſſet; nihilominus a potentia & Sapientia Dei eſſentiali eſſent res creatæ omnes & bene ac pulchre & ordinate eſſent. Nec denique Filium illi Veritatem intelligibilem vocant; cum vere divina Veritas non aliter in Deo quam eſſentia ipſa divina ſubſiſtat. Ut eſt Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus; ſic eſt Pater verus, Verbum verum, Spiritus Sanctus verus. Et eſt veritas tribus perſonis, ut eſſentia, communicabilis: quod autem proprium Filii eſt, nempe Verbum, prorſus incommunicabile eſt.

In *Joan.* VIII, 27. pag. 159. *Adorons Dieu le Pere, comme la plenitude, la ſource & le principe éternel de* LA VERITE' ETERNELLE; *& ſon ſein adorable, comme* LA SOURCE DE TOUTES LES VERITE'S DU SALUT. *C'eſt l'école où le Verbe meſme les apprend ſans les avoir ignorées,* POUR *les enſeigner aux hommes, comme* LEUR MAISTRE. Jam ad locum iſtum ſuperius monuimus, prave dici Verbum a Patre diſcere, ut homines deinde doceat. Finis hic eſto Veritatis quam Athei venditant: non eſt propter iſtum finem Verbum Dei Deus; nempe ut homines ea placita doceat; quæ ad ſalutem conducunt; ſed ut ſit ſolummodo terminus ſubſiſtens divinæ intellectionis.

In *Rom.* XI, 36. pag. 415. *Dans le Pere comme le principe* ETERNEL, *de qui procedent toutes choſes creées & increées: à qui tout doit ſe conformer: Dans le* FILS, COMME LA LOI *&* LA REGLE SOUVERAINE, *l'exemplaire, &* PART DIVIN, *ſur qui & par qui tout eſt formé: en qui tout doit ſe repoſer & ſe conſommer. Dans le ſaint Eſprit, comme* L'AMOUR, LA PAIX, LE REPOS, LA PERFECTION, LE CENTRE, *&* L'UNITE' DE TOUTES CHOSES. . . . *J'adore tout ce que le ſaint Eſprit nous a voulu faire ici connoiſtre de vous, o Trinité éternelle, qui eſtes mon Dieu, & je me donne à vous pour vous glorifier en la maniere qu'il vous plaiſt que je le faſſe.* Qualis hic, amabo, Spiritus Sanctus proponitur, qui vi ſuæ proprietatis perſonalis Pax, Quies, Perfectio, Centrum, Unitaſque rerum omnium ſit? Pax eſt Spiritus Sanctus, quies, centrumque, in quo acquieſcit ſive animus rationalis, ſive etiam lapis, & bos, & equus? Apage has blaſphemias ex impietate ortas, quæ pro Deo non habet niſi Realitatem ac Veritatem omnium entium, cogiturque propterea pro Patre adſignare Eſſe omnium entium; pro Filio, bene ſic vel ſic eſſe; pro Spiritu Sancto, quietem in tali eſſe. Catholici Doctores Spiritum Sanctum dicunt habere vi ſuæ proprietatis perſonalis, ut ſit Amor ſubſiſtens Patris & Filii, & ut propterea, ſed per meram attributionem, non ob efficientiam, caritas ei tribuatur, quam tota in nobis Trinitas efficit: hoc tantum. Nec Verbum ipſum, ut Verbum eſt, legem dicunt regulamve eſſe morum noſtrorum: ne Sapientiæ quidem eſſentialis proprium illud dicunt eſſe; ſed eſſentialem tantum caritatem Dei nobis eſſe propoſitam in exemplum: voluntatem autem leges, quas velit, homini ponere: alias in ipſa rerum agendarum natura fundari. Nec denique dicunt Verbum Dei Deum vi ſuæ proprietatis eſſe Exemplar, Artemque divinam, ſecundum quam formata ſunt omnia, vel Ideam rerum agendarum; ac ne divinam quidem Sapientiam. Soli hoc jactitant Athei, ut verbis in ſpeciem magnificis fucum faciant incautis & imperitis: cum reipſa Verbum velint quantum quantum eſt, dicere reſpectum ad res creatas vel creabiles: quod quidem neceſſe eſt, ſi Verbum non eſt, ut volunt, niſi Veritas intelligibilis entium, ſive omnium eſſentiarum. Catholici Doctores Verbum Dei dicunt vi ſuæ proprietatis eſſe terminum ſubſiſtentem Paternæ intellectionis: qua intellectione tota ei divinitas communicatur; hoc eſt, eſſentia, ſapientia, potentia, bonitas, ſanctitas, juſtitia, miſericordia, divinæque ideæ, ſecundum quas ſunt omnia creata & creabilia. Nec proinde magis eſt Verbum Dei vi ſuæ proprietatis, vel Exemplar rerum formandarum aut formabilium, vel Sapientia, vel potentia, quam Juſtitia, miſericordia, bonitas, ſanctitas, aliudve quodpiam divinitatis attributum. Verum dicerent Athei, ſi Verbum vi ſuæ proprietatis eſſet terminus ſubſiſtens intellectionis tantum rerum creatarum aut creabilium. At ne potentia quidem has creandi tota divinitas eſt quæ & in Patre intelligit, & in Verbo intelligitur.

In I. *Cor.* XV, 28. pag. 589. *Dieu dans la* TRINITE' DE SES PERSONNES *regnera par lui-meſme, fera ſubſiſter & vivre en lui & de lui tout le corps de l'Egliſe, le chef & les membres: les rendra* IMMORTELS PAR LUI MESME COMME ETERNITE': *les éclairera &* LES RENDRA TOUT LUMINEUX COMME VERITE': *ſe répandra en eux &* LES CONSOMMERA EN LUI MESME COMME CHARITE'. Negant omnino Doctores Catholici, æternitatem proprietatem eſſe Patris perſonalem. Affirmant ii ſoli, quibus pro Deo vel Patre Realitas entium eſt; quoniam Realitas ſcilicet, ſive Ens præciſe, neque dicit præteritum, neque præſens vel futurum; ſed Eſſe ſimpliciter. Sed ſunt hi Queſnelii ſimiles, Athei. Negant deinde Catholici, perſonas ſanctiſſimæ Trinitatis agere in res creatas vi ſuarum proprietatum perſonalium: id quod ſoli coguntur dicere

cere Athei. Qui dum propterea formalitates Æternitatis, Veritatis, Caritatis, pro perſonis adſignant, vocibus improbe abutuntur. Neque enim ſunt iſta nomina Perſonarum, ſed attributorum eſſentialium.

In 1. *Tim.* III, 15. pag. 186. *L'Egliſe Chrêtienne & Catholique eſt ſeule Egliſe du Dieu vivant*, QUI EST UNITE', VERITE', CHARITE', *parce qu'elle a ſeule la chaire de l'unité, la doctrine de la verité, & la vie de la charité.* Non eſt, ut dictum eſt, magis Unitas proprietas perſonalis Patris, quam divinitas; ſed Realitatis entium præciſe, quam Athei pro Deo habent.

In 1. *Joan.* IV, 6. pag. 503. *La différence extrême d'entre les Apoſtres de Jeſus-Chriſt & les Apoſtres du monde, les maiſtres de la verité & ceux de l'erreur. .. Tout eſt du monde dans les derniers*, TOUT EST DE DIEU *dans les autres.* L'AUTORITE' *de la miſſion prouvée par les miracles: la* VERITE' *de la doctrine autoriſée par l'Evangile: la* CHARITE' *des diſciples manifeſtée par les œuvres.* Non eſt, ut ſæpius hoc dicatur, non eſt auctoritas magis, quam divinitas, proprietas Patris; niſi ubi Realitas entium præciſe pro Patre eſt, & gignere dicitur qualitercunque Veritatem entium omnium.

In *Apoc.* XIX, 2. pag. 653. *Qui n'adorera & ne craindra un jugement, qui eſt tout* AUTORITE' *&* PUISSANCE *dans le Pere, tout* VERITE' *&* SAGESSE *dans le Fils, tout* JUSTICE *&* SAINTETE' *dans le ſaint Eſprit?* Ergo punitio reproborum, opus Spiritus Sancti, æque ac juſtificatio ſanctorum eſt? Scilicet ita neceſſe eſt poni ab impia ſecta, cui Deus non eſt niſi Realitas entium; nec proinde Juſtitia in Deo vindicativa, quæ malum peccatori inferat, ut malum ipſius: ſed diſtributiva dumtaxat, quæ ſit Rectus Ordo rerum omnium, & Spiritus Sanctus propterea poſſit appellari.

Hæc iſtius ſectæ Trinitas, ut ex iis apparet, quæ dicta ſunt hactenus, tota quanta eſt dicit ordinem ad creaturas, quibus quatenus dat Eſſe, Pater eſt; quatenus dat tale vel tale Eſſe, Filius eſt: quatenus dat permanere in tali Eſſe, Spiritus Sanctus eſt. Hinc iſtud illi ſubinde prædicant, quod nemo ſobrius e Theologis Catholicis dixerit, veſtigia Trinitatis in omnibus omnino rebus creatis eſſe impreſſa: Trinitatem in his quærendam eſſe atque adorandam. Et hos pariter Queſnelius imitatur, in 1. *Cor.* XII. 4, 5, 6. pag. 553. LA TRINITE' ADORABLE SE PEINT ELLE-MESME DANS TOUS SES EFFETS NATURELS, & DANS SES DONS SURNATURELS. *Il faut* L'Y CHERCHER *& l'y adorer.* At Chriſtianorum Trinitas, nullum dicit ad res creatas ordinem, nullum in his habet ſui veſtigium. Quæ ſi nullæ omnino aut eſſent actu aut futuræ eſſent, nihilominus Trinitas eſſet: quemadmodum ſi nullæ forent omnino aut futuræ eſſent, nihilominus Deus foret. Libera enim productio rerum creatarum eſt; neque neceſſe eſt eas aut Verbo repræſentari aut Spiritu Sancto diligi, niſi ex hypotheſi quod ſint futuræ: quæ hypotheſis ratione poſterior, tum cognitione earum & dilectione eſſentiali divina, tum generatione Verbi & proceſſione Spiritus Sancti eſt. Ac ſi per impoſſibile non eſſet Deus in perſonis trinus, nihilominus in operibus creatis potentia & ſapientia & caritas Dei eluceret. Non ergo Trinitas in his, ſed divinitas, quærenda & adoranda eſt.

Dona vero Trinitatis naturalia cum audis & ſupernaturalia, cave Queſnelium putes cum Catholicis Doctoribus loqui. Nicolium potius & Malebranchium imitatur. Et ad diſcrimen aliquod naturalis doni & ſupernaturalis ſtatuendum, naturale appellat, quod merum creationis donum eſt; ſupernaturale, quod attinet ad componendos mores, & (ut iſte hoc loco dicit) ad ſalutem prodeſt.

2. In hac Trinitate, ut pro Verbo Veritatem, ſic pro Patre ea ſecta dicit Unitatem, qua de re jam diximus. Eo pertinet & illud, quod ſuperius omiſſum, iſto potius loco reddendum eſt, quam nullo: In 1. *Cor.* XII, 11. pag. 555. TOUT VIENT DE L'UNITE': *tout doit tendre à l'UNITE'.* At hic etiam Julio Cæſari Vanino, quem Toloſanus Senatus ob impietatem juſſit exuri, Deus fuit: capite primo Amphitheatri divinæ providentiæ: Unitas nimirum. Quoniam, inquiebat ille, *eſt Unitas principium* rerum omnium, *& formale, & materiale, & efficiens, & finis.* Nam omnia conſtant ex unitatibus, tenduntque ad unitatem ſui, & univerſi, &c. *Illud unum*, inquiebat, *vere τὸ πᾶν, verum principium, a nullo comprehenſum vel incluſum. Mundi machina* AB UNITATE *continetur*, QUI EST DEUS, *ſummum & unum* ENS, *illius principium & finis.* At Catholici Deum eſſe unicum, non unitatem, dicunt. Nec cum Deum dicunt, Patrem ſolum intelligunt, ſed totam (ut ita loquar) divinitatem, hoc eſt, totam Trinitatem. Nec Deum denique & Veritatem, vel Deum etiam & Verbum, ſed Patrem & Verbum invocant.

3. Præterea in hac Trinitate Sapientia eſſentialis, Verbum perſonale, ac verbum Dei tranſiens, nulla ratione diſtingui a ſe invicem poſſunt, quæ Catholici diligenter ſecernunt. Eſt enim Sapientia eſſentialis Dei propria ut Deus eſt: Verbum perſonale, terminus ſubſiſtens intellectionis paternæ, procedens per ſe ac formaliter ex comprehenſione perfectionum divinarum poſſibilium: verbum denique Dei tranſiens, decretum Dei liberum aliquid pro poteſtate producentis vel deſtruentis. At hæc omnia, inquam, confundit ſecta impia, ut ſane neceſſe eſt, cum pro Deo ſola Realitas Entium ac Veritas intelligibilis ſive Eſſentia eorumdem agnoſcitur. Quocirca ubicumque in ſacris litteris Veteris Teſtamenti verbo Dei aut Sapientia Dei conditum eſſe aliquid memoratur, ſtatim ibi iſti egregii Trinitatis cultores Verbum Dei perſonale agnoſcunt & indicant: Catholicis Interpretibus e diverſo recte admonentibus *verbo Dei* illic verbum tranſiens, ſeu juſſum mandatumque Dei; Sapientiæ vero nomine eſſentialem tantum Sapientiam indicari. Sic illa ſecta ad ea verba *Pſalmi* XXXII, 6. *Verbo Domini cæli firmati ſunt*, & alibi centies. Quod quidem Queſnelius imitatur, in *Hebr.* XI, 3. pag. 348. ad ea Pauli verba: *C'eſt par la foi que nous ſçavons que le monde a eſté fait par la parole de Dieu.* Sic ille: *Il ne peut y avoir de premier principe viſible des choſes viſibles. Tout eſt renfermé* DANS LE VERBE INVISIBLE DE DIEU, *comme dans l'IDE'E &* LA FORME ORIGINALE DE TOUTES CHOSES. Ad Verbum perſonale refert, & quod Apoſtolus de verbo tranſeunte protulit; & quod de divinis ideis æque diceretur, etiamſi per impoſſibile non eſſet in Trinitate Verbum a Patre diſtinctum. Sed non poteſt, ut diximus, ſecta impia, ubicumque aut Verbum perſonale in ſacris libris, aut verbum tranſiens, aut Sapientia Dei eſſentialis ſe offert, aliud quam Veritatem ſuam intelligibilem unam intelligere.

4. Ex eo fit etiam, ut Filium ſeu Verbum Dei, manum Dei & brachium Dei ſæpe vocitent: quoniam in Deo ſuo non aliud verbum tranſiens, ac ne potentiam quidem aliam aſſerere poſſunt, niſi intelligibilem Veritatem; abſque qua quoniam nihil verum eſt, ſunt autem vera quæcumque exſiſtunt, habent enim ſuam veram eſſentiam; veritatem idcirco rerum omnium effectricem eſſe nugantur, eoque ſenſu per Verbum tamquam per Dei manum, & brachium, & virtutem, omnia facta eſſe. Ita Queſnelius, in *Joan.* XII, 38. pag. 256. *Jeſus-Chriſt conſubſtantiel à ſon Pere,* SON VERBE *&* SA PUISSANCE *ſelon ſa nature divine, eſt* COMME SON BRAS. *C'eſt par lui qu'il a fait les ſiecles & toutes choſes: & ſelon ſa nature creée, c'eſt par lui qu'il repare toutes choſes, & qu'il ſauve le monde.* Et in *Coloſſ.* I, 17. pag. 90. *Par rapport aux creatures, il en eſt le premier né, comme la*

premiere production de ſon Pere avant tous les ſiecles, & comme le premier homme dans ſes deſſeins. Car tout eſt fait & ſubſiſte par lui, COMME LA SAGESSE & LA VERTU *de ſon Pere: ſur lui, comme ſa penſée & ſon idée éternelle.* At brachium Dei vel manum, potentiam aut virtutem Patris, nullo modo Catholici Doctores Verbum eſſe dicunt ut Verbum eſt: ad ipſam eſſentiam divinam potentia & virtus, ut & Sapientia, pertinet; & eſt vis agendi toti divinitati communis ut divinitas eſt. Nec magis brachium Dei Verbum, quam Spiritus Sanctus eſt.

5. Verbi autem generatio qualis demum eſſe poteſt, ubi Verbum nihil eſt aliud niſi eſſentiarum ac dogmatum intelligibilis veritas ab unitate ſive Realitate procedens; cum illa proceſſio nonniſi metaphorica poſſit cogitari? Inde eſt, quod Eccleſiam, quæ unitate, veritate, & caritate coagmentatur, æque ac Verbum ipſum e ſinu Dei proceſſiſſe dicat iſte; nec Dei tamen ſinum magis deſeruiſſe, quam Verbum. Quod dictum nemo non fatuum judicet, niſi qui per ſinum Dei intelligat Unitatem; Eccleſiæ autem nomine, ſocietatem quæ amplexa ſit veritatem. Ejuſmodi enim certe Eccleſia eſt, quæ & ex unitate oritur, ſiquidem unitate conſtat, & veritatem dogmatum ultro ſuſcepit, perſeveratque ſic in unitate unde prodiit. In 1. *Theſſ.* I, 1. pag. 120. *L'Egliſe* AUSSI BIEN QUE SON CHEF, EST SORTIE DE DIEU, SANS QUITTER SON SEIN.

6. Perſonarum Trinitatis in ſe invicem immeationem, quam Græci περιχώρησιν vocant, Catholici Doctores ex gemino capite repetunt: primum ex identitate naturæ ſingularis: deinde ex immenſitate naturæ, cum qua perſonæ ſingulæ identificantur: nam & iſtud facit, ut altera perſona in altera ſit, & omnes in ſe invicem intime præſentes, etiam ſecundum proprias relationes. Vide Suarem, libro IV. *de Trinit.* cap. XVI. Athei, qui immenſitatem divinitatis oppugnant, neque Catholico ſenſu exponunt, ut diximus; ex priore tantum capite illam περιχώρησιν repetunt, nempe ex unitate naturæ; ex qua fit quidem ut tres perſonæ ſint una natura, at non ut una perſona ſit in altera: & nos Metangismonitas vocant, qui Filium in Patre ſic eſſe exiſtimemus, tamquam vas in vaſe. Ex horum eſt numero Queſnelius, in *Joan.* X, 38. pag. 211. *Apprenons de Jeſus-Chriſt meſme le myſtere adorable de la très-ſainte Trinité, par lequel les perſonnes divines ſont l'une dans l'autre* PAR L'UNITE' D'UNE MESME ESSENCE, *d'une meſme volonté, d'un meſme eſprit.*

7. Tamen audacior ceteris ex eadem ſecta Queſnelius dicere auſus eſt, quod plerique omnes eamdem ac ipſe Trinitatem profeſſi dicere reformidarunt; quoniam id & falſum eſſe, neque uſurpari poſſe ſcirent niſi ab eo qui vocibus abuteretur: Trinitatis ſuæ perſonas ſcilicet realiter eſſe diſtinctas. In *Joan.* X, 30. pag. 208. *Toute la Religion eſt enfin établie ſur ce fondement inébranlable; Que celui qui a entrepris de nous ſauver & de nous conduire à Dieu, eſt un meſme Dieu avec ſon Pere, quoi qu'il ſoit une* PERSONNE RE'ELLEMENT DISTINGUE'E *de celle de ſon Pere.* Et in *Joan.* XIV, 10. pag. 291. UN DIEU QUI EST LA MESME CHOSE QUE SON FILS, *& qui n'eſt pas la meſme perſonne. Un Fils qui réſide dans ſon Pere, & un Pere dans ſon Fils, & qui ſont* DISTINGUE'S RE'ELLEMENT L'UN DE L'AUTRE. Nam id Catholici quidem certe de tribus in vera divinitate perſonis aperte ſemper ac libere ſunt profeſſi. Qui vero pro Numine ſolam Realitatem, ac Veritatem eſſentiarum & dogmatum, Pacemque Quietemve entium habent, ſi ſimpliciter & candide loqui, ſi (ut in ea hypotheſi neceſſe eſt) nihil eſſe in Trinitate putant, quod ratio humana non poſſit meditando aſſequi; ii diſtingui realiter inter ſe perſonas non poſſunt aſſerere. Pari ambiguitate dixit olim tres eſſe in Trinitate perſonas realiter diſtinctas, is qui latere voluit ſub nomine Ægidii Columnæ, in lib. III. ſent. diſt. 10. quæſt. 1. art. 1. ad 3. cum ipſe tamen non aliam Trinitatem agnoſcat, quam ſecta impia. Sed eo nimirum ſenſu is intellexit, quo eſſe & eſſentiam diſtingui realiter in creaturis aſſerit, diſt. 3. quæſt. 1. art. 2. & *rem* dici admonet *a reor, reris: ut dicatur res, quidquid poteſt cogitari & conſiderari*, diſt. 37. dub. 4. nimirum ut ſalva impietate poſſet affirmare, Patrem a Filio, tamquam REM A RE diſtingui.

III.

DE CHRISTO DEO ET HOMINE.

SEd jam Chriſtus Dominus nos ad ſe vocat, vindicandus ſcilicet ab his qui nec ipſum verum Deum, ac ne hominem quidem fere ſimilem noſtri dicunt. Grande autem operæ pretium ex hac diſputatione referemus, quod quem Deum impia ſecta agnoſcat tunc luculentius adhuc intelligemus, cum qualem Deum Chriſtum prædicet, liquido expoſitum fuerit. Neque enim divinitatem aliam, quam immortalitatem, ſanctitatem, veritatem eſſentiæ & dogmatum in Chriſto poni ab iſtis; quæ quoniam a nobis intellecta nos docet ac dirigit, Verbum idcirco appelletur; ſequentia Queſnelii effata, niſi fallimur, demonſtrabunt.

1.

Nam ut ab illo ducamus initium, quod eſt in hoc argumento præcipuum, ecquod illud Verbum eſt, in quo ſubſiſtere humanitatem Chriſti iſte prodit! Sic enim loquitur, in *Apoc.* III, 7. pag. 557. LA VERITE' ETERNELLE, DANS LAQUELLE *cette humanité ſainte* SUBSISTE. Et in *Apoc.* III, 14. pag. 560. *Malheureux celui qui doute de vos paroles*, VERITE' INCARNE'E. Nempe Veritas illa æterna, quam conſulunt homines, cum de re qualibet integre volunt incorrupteque judicare: quæ per carnem & os Chriſti nos alloquebatur: qua mens noſtra alitur: quæ eſt etiam in Apoſtolis per traditionem divinam, per Apoſtolicam in epiſcopis, ut ſuperius dixit Queſnelius.

In *Marc.* XIV. 61. pag. 211. ad ea verba, *Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum. Mon Dieu, qu'il y en a qui ſemblables à cet homme* INTERROGENT LA VERITE' ETERNELLE, SANS LA CONNOISTRE, *ou pour la deshonorer, & la perſecuter?* In *Luc.* X, 16. pag. 199. *C'eſt* LA MESME VERITE' QUI EST DANS LE PERE PAR SON ESSENCE, *dans le Fils par ſa naiſſance éternelle, dans les Apoſtres par la tradition divine, dans les Evesques par la tradition Apoſtolique.*

Inde eſt quod iſti profitentur, per quemcumque hominem Angelumve vera doceamur, per hunc Verbum ipſum loqui. Nam per hunc, ſive hujus ope ac miniſterio, quo vel oculos vel aures ferit, Veritas nos intrinſecus docet, eadem quæ docentem prius intus edocuit. Itaque apparitiones Veteribus olim factas, in quibus Angeli Patriarchas vera plurima docuerunt, præludia fuiſſe Incarnationis: apparente jamtum & loquente hominibus Verbo Dei. Id quod quidem Catholici Doctores aut ſe non intelligere confitentur, aut ita certe expoſitum deteſtari. Hoc autem Queſnelius hic quoque tradit, in *Act.* VII, 2. pag. 62. *Ces apparitions du Dieu de gloire à des hommes pecheurs, eſtoient comme* LE PRE'LUDE & L'ESSAI DE SON INCARNATION *& de ſa deſcente du Ciel.*

2.

Chriſti deinde nomen unctum ſignificat: quoniam unctus, inquit, ipſa divinitate eſt, qua eadem

dem unctione nos quoque ut uncti simus effecit. In *Marc.* VIII, 29. pag. 109. *O Jesus, c'est vous qui estes le Christ, c'est-à-dire, l'Oint du Seigneur, envoié pour sauver le monde:* OINT DE LA DIVINITE' MESME, POUR FAIRE PART DE VOSTRE ONCTION A VOS MEMBRES.

In *Luc.* IV, 18. *Dans l'Incarnation, où la nature humaine unie personnellement au Verbe* PAR LA VERTU DU PERE *& par la cooperation du saint Esprit, a esté* OINTE DE LA DIVINITE' MESME, *&* PAR ELLE *consacrée pour le* SACERDOCE *éternel.*

In *Act.* IV, 27. pag. 46. *L'humanité sainte est* OINTE DE DIEU MESME, *& consacrée par son* UNION SUBSTANTIELLE *avec le Verbe & la* DIVINITE'.

In *Act.* X, 38. pag. 123. *Le nom de Christ, qui signifie oint, marque. . .* L'UNION SUBSTANTIELLE DE LA DIVINITE' MESME *à l'humanité sainte par l'incarnation du Verbe, & l'infusion du saint Esprit avec la plenitude de ses dons dans l'ame de Jesus-Christ l'homme Dieu.* Nulli magis scriptores quam Athei, quod mirere, sed ii nimirum, qui se videri Christianos volunt, unionem substantialem divinitatis cum humanitate in Christo prædicant. Quid ita? quoniam pro divinitate habent dumtaxat summam Veritatem essentiæ, sapientiæ, sanctitatis & doctrinæ. Ex hoc enim profecto & ex humanitate fit unum substantiale, quemadmodum omnino ex anima rationali & carne fit unus homo: Quoniam veritatis & sapientiæ substantiam ac naturam, ut vidimus, hi sæpe dicunt; ut quod pro Deo habent, substantia qualiscumque sit. At Doctores Catholici, tametsi utriusque substantiæ, divinæ & humanæ, conjunctionem confitentur, non unionem tamen substantialem dicunt, ne in unitatem substantiæ completæ coalescere ambæ naturæ credantur; sed hypostaticam sive personalem, quia est unum compositum in esse suppositi tantum, non in esse naturæ.

In 1. *Joan.* II, 20. pag. 489. *Quelle dignité du Chrétien, d'estre consacré à Dieu comme membre de son Fils par la communication* DE L'ONCTION DU SAINT ESPRIT DONT IL A ESTE' OINT LUI-MESME. *C'est par un écoulement de la plenitude du saint des saints qu'un Chrétien est sanctifié.*

In *Apoc.* XI, 15. pag. 605. LE CHRIST *du Seigneur, c'est* PREMIEREMENT NOSTRE CHEF *adorable, ou son humanité sainte,* OINTE DE LA DIVINITE' MESME: ET PUIS TOUS CEUX *qui participeront éternellement en Jesus-Christ* A SON ONCTION *& à son* REGNE.

Recte ista quidem, ut centies dicendum est, si divinitas aut Verbum non est nisi Veritas intelligibilis, eademque norma judicandi ac recte vivendi: nam & illa nos quoque, cum secundum illam ratiocinamur ac vivimus, imbuti, delibuti, ac peruncti sumus, ut Christus ipse. Catholici vero non divinitate seu Verbo perunctum esse Christum vel Christianum quemquam dicunt: sed ut in *Actis* de Christo dicitur, cap. X, 38. *unxit eum Deus Spiritu Sancto & virtute:* hoc est, omnibus donis spiritalibus & creatis; quæ tamen ipsa nullius essent efficientiæ ad opus redemptionis nostræ peragendum, absque unione hypostatica cum Verbo Dei. Neque nos similiter divinitate, sed Spiritus Sancti donis creatis ungit Deus in Sacramentis. Per hæc dona tantum efficimur divinæ consortes naturæ, hoc est, sanctitatis.

3.

Elevata est, inquit, natura humana ad divinam naturam per unionem cum Verbo. In *Luc.* I, 32. pag. 12. *Quatre marques de la grandeur de Jesus:* 1. L'ELEVATION DE LA NATURE HUMAINE A LA NATURE DIVINE *par son union au Verbe.* 2. *Sa filiation selon la nature divine.* 3. *Sa Souveraineté sur son Eglise.* 4. *L'éternité de son regne. . . . . Le Chrétien est fait participant de la nature divine en Jesus-Christ, & entre dans sa filiation par l'adoption du Pere: dans l'autre il participera à sa Souveraineté & à l'éternité de son regne.* Recte istud quoque, si Verbum non est nisi Veritas intelligibilis, in primis vero sanctitatis & scientiæ. Nam illa quidem, si natura est, ut illi vocant, quemadmodum in nobis, in quibus tamen non sine intermissione peccati & ignorantiæ est; sic etiam ac multo magis in Christo, in quo inest non interrupte, unam naturam efficit cum eo subjecto in quo est; atque adeo hominem divinæ naturæ facit esse, ipsa si divinitas aut Verbum est. Catholicorum autem alia vox & sententia est: Elevatam dicunt naturam Christi humanam ad immediatam unionem cum Verbo; ex quo non habet humana in Christo natura ut naturæ divinæ sit; sed ut sit divina persona Christus homo. Christianum autem quomodo factum esse consortem divinæ naturæ intelligi a Catholicis oporteat, contra quam Athei intelligunt, proxime diximus. Nec venit profecto Christianus in partem filiationis illius qua Christus ob divinitatem Filius Dei est, ut Quesnelius docet: est enim illa incommunicabilis: sed in adoptionem adsciscitur Christianus, quod genus longe diversum filiationis est: secundum Quesnelium autem, similesque, non differt a filiatione Christi nisi secundum magis & minus.

4.

Uniri nos quoque Verbo docet, nos in Filio Dei, nos in persona Christi subsistere; personam nostram subsistentiamque nostram Christum esse; siquidem veritatem & justitiam habemus in nobis, quæ Christus ipse, ut volunt, secundum divinitatem est. In *Ephes.* III, 16. pag. 20. QU'IL EST ADMIRABLE, QU'IL EST AU DESSUS DE L'HOMME, *cet homme interieur, dont la foi est la raison & la lumiere; la charité, le cœur & la vie; le saint Esprit, l'ame & la force: Jesus-Christ* LA PERSONNE & LA SUBSISTANCE.

In *Philip.* III, 9. pag. 73. *Car la grace d'Adam le sanctifioit en lui-mesme & dans sa propre personne: mais* LA GRACE CHRE'TIENNE NOUS SANCTIFIE EN *Jesus-Christ,* NOUS FAIT SUBSISTER EN LUI, *& nous rend communs avec lui* SON ESPRIT & SA VIE, *en nous faisant recevoir de la plenitude & de la surabondance de sa grace.*

In *Tit.* III, 6. pag. 264. ADOPTION ADMIRABLE & TOUTE DIVINE, *où Dieu le Pere devient nostre Pere, & le principe d'un nouvel Estre & d'une nouvelle vie en nous Où son Fils unique est nostre chef,* & COMME NOSTRE PERSONNE EN QUI NOUS VIVONS & NOUS SUBSISTONS: *Où le saint Esprit répandu dans nostre ame en devient l'esprit, le cœur, l'ame mesme,* & COMME LA FORME DE SA SANCTIFICATION.

In *Hebr.* III, 14. pag. 292. *Si* SUBSISTER EN *Jesus-Christ, estre lavés dans son sang, animés de son esprit, & nourris de sa chair, n'est encore qu'un craion, une ébauche, une semence de ce que nous devons estre* EN LUI *un jour: hé mon Dieu, comment sommes-nous si attachés à la terre?*

In *Hebr.* XI, 26. pag. 357. *Tous les saints de tous les siecles* ONT SUBSISTE' *& vécu en Jesus-Christ, & ont porté ses humiliations & ses souffrances: &* JESUS-CHRIST A OPERE' EN EUX *par* SON ESPRIT *& par sa grace,* MESME AVANT SA NAISSANCE.

In 1. *Petr.* I, 23. pag. 423. *L'esprit de Dieu vient en nous,* POUR NOUS FAIRE VIVRE & SUBSISTER DANS LE FILS DE DIEU.

In *Apoc.* XIX, 13. pag. 658. ad ea verba: *Et vestitus*

titus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomen ejus, Verbum Dei. Sic iſte: O UNION *admirable, mais neceſſaire pour noſtre ſalut, du Fils de Dieu avec un corps ſemblable aux noſtres par le myſtere de l'Incarnation.* . . . QUE CETTE UNION M'UNISSE A VOUS, *o mon Dieu!* QUE VOSTRE LUMIERE *éclaire & penetre mon cœur, o Verbe Eternel.*

Hæc quoque rectiſſime, ſi Chriſtus ſecundum divinitatem aliud nihil eſt niſi intelligibilis vera & ſumma ſanctitas, Sapientia, juſtitia. Hæc enim certe formaliter & in ipſa ſubſiſtunt juſti qua juſti ſunt: juſtorum ſubſiſtentia ac perſona Chriſtus ipſe, ipſa Chriſti divinitas eſt; quippe quæ facit eos ſubſiſtere, ſive id eſſe, quod ſunt. Itaque Spiritus Chriſti etiam ante Chriſti ortum juſtos formaliter effecit & ſanctos, qui tunc ſancti & juſti fuere, uti nunc facit, & in cælo faciet. Huic denique intelligibilis Veritatis & juſtitiæ luci ut appellant, cum unimur, Verbo ipſi, inquit, quemadmodum Chriſti humanitas, tametſi minus arcte, conjungimur.

Et genus etiam iſtud eſt imputationis juſtitiæ Chriſti, qua præterita juſtorum peccata teguntur. Nihil enim præterita delicta tegit, ubi Deus non eſt, niſi ſubſequens cum Sapientia in gratia reditus, ſive reſipiſcentia. Id certe iſti vocant tegi Chriſti juſtitia, Chriſtoque ipſo formaliter. In *Gal.* III, 27. pag. 712. *La honte de noſtre premiere naiſſance eſt* COUVERTE DE LA JUSTICE DE *Jeſus-Chriſt, dont nous ſommes* REVESTUS *par la ſeconde.* Et in *Apoc.* XVI, 15. pag. 636. *Le veſtement d'un Chrétien c'eſt la juſtice, la charité, Jeſus-Chriſt lui-meſme ſeul capable de couvrir nos pechés aux yeux de Dieu.* Hoc eſt dicere callide & oblique, Chriſti ſive divinitate ſive juſtitia nos juſtos eſſe: Chriſtum ſecundum divinitatem, caritatem illam ipſam eſſe, quæ operit multitudinem peccatorum. At Catholici, quibus eſt verum Numen, effata illa univerſa repudiant ac deteſtantur.

5.

Neque vero minus illud abominantur, quod eſt ex iſto conſequens, unicum nunc eſſe reipſa, aut certe in cælo fore Chriſtum, ipſum ſcilicet cum ſua Eccleſia; quoniam eidem, quo ipſius humanitas, Verbo ſive divinitati nos ipſi immediate unimur, uniemurque aliquando arctius, quotquot juſti ſumus; hoc eſt, ei Veritatis intelligibilis ac Sapientiæ luci, quæ Chriſtus eſt ſecundum divinitatem, inquit: ſic membra jam nunc idcirco nos eſſe Chriſti, quoniam eidem divinitatis Spiritui conjungimur. In *Marc.* IX, 1. pag. 113. *Aprés les ſix jours de la vie preſente, le ſabbat éternel commence ſur la ſainte montagne du Ciel, où* LE CHRIST ENTIER *compoſé du chef & des membres, de Jeſus-Chriſt & de l'Egliſe, ſera parfaitement transfiguré dans la gloire.*

In *Joan.* III, 12. pag. 39. *Perſonne ne renaiſt, ni reſſuſcite, & ne monte au Ciel qu'en Jeſus-Chriſt, dont il eſt fait membre par le baptesme, & avec qui* IL COMPOSE UN SEUL CHRIST.

In *Rom.* XV, 6. pag. 442. *La plus grande gloire du Chrétien eſt d'eſtre appellé à* NE FAIRE QU'UN FILS AVEC CE FILS UNIQUE, *& d'avoir un meſme Pere que lui.* Non poteſt quisquam unus cum Chriſto Filius Dei eſſe, niſi cui divinitas Verbi formaliter eadem & eodem modo atque humanitati Chriſti ipſi uniatur. Id quod de Sapientia quidem ſi dicatur, intelligi poteſt, ſed atheum eſt, ſi de Verbo Dei vero, neque intelligi poteſt, nec niſi ſtulte dici.

In 1. *Cor.* III, 22. pag. 484. *Toute l'Egliſe & tous les Elus ne ſont que pour former un corps à Jeſus-Chriſt, pour* COMPOSER UN SEUL CHRIST *du chef & des membres.*

In *Eph.* II, 16. pag. 13. *Unité admirable de l'Egliſe!* C'EST. . . . UN SEUL HOMME COMPOSE' *de pluſieurs membres, dont Jeſus-Chriſt eſt la teſte, la vie,* LA SUBSISTANCE & LA PERSONNE: *un ſeul corps compoſé de pluſieurs parties, dont Jeſus-Chriſt eſt la* SOLIDITE': UN SEUL CHRIST *compoſé de pluſieurs ſaints, dont il eſt la ſanctification.* Unus Chriſtus, ob unam utique formam, ſi credimus, ac ſi fas eſt ita loqui, omnes Chriſtizantem.

In *Eph.* III, 4. pag. eadem: *Les miniſtres de Jeſus-Chriſt. . . doivent. . . faire voir. . . qu'ils ſont pleins de Jeſus-Chriſt, & de la connoiſſance de ſes myſteres, & de ſon Egliſe,* QUI EST LE GRAND MYSTERE DU CHRIST ENTIER COMPOSE' DU CHEF & DES MEMBRES.

In *Eph.* III, 11. pag. 19. *Rien de ſi riche, de ſi merveilleux, de ſi digne de Dieu, que ſes deſſeins & ſa conduite dans la formation de ſon Egliſe éternelle, où tous les élus ne ſeront qu'un ſeul corps,* UN SEUL CHRIST, UN SEUL FILS DE DIEU. C'EST LA VRAIE SCIENCE *du Chriſtianisme: & cependant peu de Chrétiens daignent s'y appliquer.* Tam ſtulte dicitur Chriſtus integer compoſitus ex capite & membris, quam diceretur Rex integer compoſitus ex Rege & ſubditis. Nec niſi impie dici poteſt unus Filius ex Chriſto & Sanctis compoſitus: hoc eſt, nonniſi ab eis qui filiationem, ſive divinitatem quæ Filium facit, non aliam norunt præter Sapientiam, juſtitiam, ſanctitatem, qua formaliter ſancti, juſti, & ſapientes ſumus. Quam ſit longe alia Pauli Sententia, cum dicit, 1. *Cor.* XII, 12. *ita & Chriſtus:* ex Commentariis noſtris in Paulum intelliges.

Denique in *Apoc.* XII, 5. pag. 609. *Tous les enfans de l'Egliſe ne ſont qu'*UN SEUL ENFANT DE DIEU, *& qu'un ſeul Corps myſtique de Jeſus-Chriſt, cet Enfant-Dieu, qui s'eſt aſſujetti par le glaive de ſa parole toutes les nations.* Unicum Filium Dei nos eſſe cum Chriſto, eodem ac ſupra ſenſu usque ad ipſum operis ſui finem inculcat.

6.

Operatio in Chriſto unica, θεανδρικὴ ſeu Deivirilis, hoc eſt, ab humanitate & divinitate, tamquam ab uno compoſito operationum omnium principio quo, a Queſnelio conſequenter adſtruitur. Unde unicum in Chriſto judicium practicum, unica ſententia, divina ſcilicet, vel ob mentem humanam quidem, humana, ob lumen Veritatis ac Sapientiæ dirigentis, quæ Deus eſt, inquit, divina: ob utrumque principium conjunctum, Deivirilis.

In *Marc.* XIV, 48. pag. 206. 207. *Jeſus-Chriſt n'a pas voulu ſeulement ſouffrir le ſupplice d'un voleur, mais en porter la confuſion & l'ignominie. Un ſang froid de cette nature au milieu de tant d'objets ſi irritans n'eſt l'effet* NI D'UN COURAGE HUMAIN, *ni d'une grace commune: mais* DE LA GRACE DE L'HOMME DIEU, QUE LE VERBE, *en qui il ſubſiſte,* CONDUIT TOUJOURS PAR SA LUMIERE, & ANIME TOUJOURS DE SA FORCE.

In *Joan.* IV, 15. de Samaritana muliere, pag. 54. *Ce deſir, tout imparfait qu'il eſt dans cette femme, eſt l'effet de l'operation interieure de la grace, quoi qu'il ne paroiſſe rien que d'humain dans la maniere dont Jeſus-Chriſt a agi* POUR L'EXCITER *en elle. Admirons ce mélange & cette union de l'Esprit de Dieu & de l'exterieur humain, qui honore l'union de Dieu & de l'homme, & les* OPERATIONS DIVINEMENT HUMAINES *de l'homme-Dieu.* Quod ſi Deivirilem hoc loco operationem Queſnelius intelligit, Chriſti hominis vocem forinſecus inſonantem, & Veritatis ſimul Samaritanæ mentem illuſtrantis lucem, Deivirilis erit ſimiliter cujuslibet Concionatoris adhortatio, qua commovetur auditor; id quod ſtultum eſſet confiteri.

In

In *Joan.* v, 17, pag. 78. *La premiere raiſon de cette conduite de Jeſus-Chriſt, eſt qu'il eſt Dieu, & qu'il n'y a point de ſabat Judaïque pour Dieu. . . . Le Fils étant Dieu comme le Pere, fait tout auſſi bien que lui: le Pere & le Fils n'ayant que la meſme vertu, la meſme majeſté, la meſme* SUBSTANCE, *la meſme puiſſance,* LA MESME VOLONTE', LA MESME OPERATION, &c. Sic ille nimirum interpretatur ea Chriſti verba, *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* At ibi Chriſtus loquitur de operatione ſua humana, & erga homines beneficâ; in qua nullæ ſunt partes divinitatis, tamquam principii quo, ſed tantummodo, ut conſequentis per aliam ac diverſam operationem ea quæ fieri vellet humanitas. Sola poteſt impia ſecta dicere, & unam eſſe in Chriſto volitionem operationemve Patris & Filii, & ſic dictum intelligere, ut velit volitionem operationemque Chriſti volitionem operationemque Verbi eſſe ut principii quo: quod eſſe quidem non poteſt, quin ſimul & Patris, hoc eſt, Realitatis vel Unitatis, tamquam comprincipii quo, volitio operatioque ſit. Iſtud, inquam, aſſerere ſoli poſſunt ii, qui Verbum aliud non habent præter Veritatem intelligibilem animis omnium hominum prælucentem, dum verum a falſo diſcriminant. In horum igitur numero Queſnelius eſt, tum locis allatis, tum præterea in *Joan.* v, 19. pag. 79. 80. *La ſeconde raiſon de la conduite de Jeſus-Chriſt, dans le prétendu violement du ſabat. . . . . eſt pour faire connoiſtre qu'il n'eſt pas ſeulement Dieu, mais Fils de Dieu, qui reçoit de ſon Pere avec ſon eſſence divine, toute ſa connoiſſance, ſa volonté, ſes deſſeins, ſa puiſſance, avec une ſainte & adorable* NECESSITE' DE FAIRE PAR LUI *tout ce qu'il fait lui-meſme. O impuiſſance toute puiſſante & infiniment parfaite, par laquelle Dieu eſt immuablement tout ce qu'il eſt éternellement, ſans pouvoir ſe démentir. Le Pere eſt incapable d'agir autrement que par lui-meſme, comme étant le principe ſans principe.* LE FILS EST INCAPABLE D'AGIR PAR LUI-MESME, *comme recevant de ſon Pere ſon eſſence, ſa puiſſance, ſa volonté, par ſon origine, & ſa naiſſance éternelle, ſans imperfection, ſans dépendance. . . . . .* FAIRE CE QU'IL VOIT FAIRE AU PERE, C'EST LE FAIRE PAR LA VOLONTE' & LA PUISSANCE EMANE'E DU PERE *par voie de lumiere & de connoiſſance.* De Verbo Dei dictum accipit, quod dixit Evangeliſta de Chriſto ut homo eſt. At in *Joan.* v, 30. pag. 86. ipſam divinæ voluntatis operationem humanæ volitionis comprincipium quo facit cum humana voluntate. *Mais cette ſouveraine puiſſance de ce divin Chef de l'Egliſe, eſt ſouverainement dépendante de* LA LUMIERE & DE LA VOLONTE' DU VERBE, QUI SONT CELLES DU PERE. *Jeſus-Chriſt comme homme* N'A AUCUNES PENSE'ES, *ni aucuns deſſeins, aucuns deſirs, ni aucuns mouvemens par lui-meſme, & ne vivifie ou ne juge perſonne* PAR UN CHOIX ARBITRAIRE & *indépendant de* L'INSPIRATION, DE LA CONDUITE, & DE LA DIRECTION DU VERBE AUQUEL IL EST UNI. Quemadmodum dirigatur a Verbo ſibi unito humanitas Chriſti, recte intelligimus, ſi Verbum ipſum lumen rationis & Sapientiæ eſt. At ſi eſt iſtud impium, & illud etiam neceſſe eſt eſſe quod ex eo ſequitur; tametſi dictum fortaſſis imprudenter, ut alia multa, a Catholicis etiam quibuſdam Theologis, qui quas ſententias ex aliis deſcribunt, non ſatis explorant. Catholici non a Verbo dirigi humanam Chriſti voluntatem aïunt: Directio enim illa eſſe non poteſt, quin a tota Trinitate ſit: quippe cum ſit ab eſſentiali Dei virtute agendi: ſed dirigitur a gratia ſupernaturali creata, qualem quidem exigit hypoſtatica cum Verbo unio, tota vero Trinitas efficit. Neque cum Chriſtus dicit; *Non poteſt Filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem*, de ſe ut Deus eſt, ſed ut eſt homo, loquitur: tametſi iſtud diſplicet impiæ ſectæ, quæ γνωμικὸν, hoc eſt, ARBITRIUM, ſeu vim ferendi judicium abſque Verbo perfectam in Chriſto negat eſſe poſſe: atque adeo vim eam omnem Verbo adſcribit, quoniam Verbum aliud non habet præter lumen Rationis, lumen Veritatis & Sapientiæ intelligibilis, quam vocat Rationem Univerſalem. Cujus cum ſint ſanæ partes potiſſimæ in actionibus humanis, idcirco ab impia ſecta dicitur Verbum ipſum eaſdem operari vel certe dirigere formaliter virtute accepta a Patre, hoc eſt, ut volunt, a Realitate ſive Unitate; & eadem operatione cum Patre, hoc eſt, cum Unitate ſeu Realitate.

7.

Jam ſanctitas Chriſti, ob cauſam eamdem, non alia inquit, niſi divina eſt: ſola divinitate juſtam & ſanctam efficiente formaliter humanitatem.

In *Luc.* I, 35. pag. 13. ubi de Deipara: *Le Fils prend en elle & d'elle un nouvel eſtre, & une nouvelle nature,* QUI EST RENDUE SAINTE PAR LA DIVINITE' MESME. Id ſi de ſanctitate tantum eſſentiali, qua ſola fit & denominatur ob unionem cum Verbo humanitas ſancta, hoc eſt, infinite grata & accepta Deo, Catholice dictum prorſus eſſet. At cum de accidentali ſanctitate dicatur, quæ principium & effectus eſt actionum ſanctarum, falſum eſt, &, ut mox dicemus, ortum ex hypotheſi impia.

In 2. *Cor.* v, 21. pag. 639. *Invention admirable de la Sageſſe de Dieu pour le ſalut de l'homme! Elle a trouvé moien de faire naiſtre d'une race criminelle* UN HOMME QUI EST SAINT, NON PAR LA SEULE OPERATION DE LA GRACE DE DIEU, MAIS PAR L'UNION AVEC LA DIVINITE' MESME.

In 2. *Theſſ.* II, 4. pag. 158. *L'Antechriſt ſera comme un compoſé de l'homme & du peché, ou le* PECHE' INCARNE', OPPOSE' A JESUS-CHRIST, QUI EST UN COMPOSE' DE L'HOMME & DE LA SAINTETE' MESME, OU LA SAINTETE' INCARNE'E. Supponit hæc ratiocinatio, oppoſita contrarie eſſe Verbum & peccatum: quod eſſet ſane verum, ſi Verbum nihil aliud eſſet, niſi Veritas ſive forma intelligibilis ſanctitatis, ſanctificans formaliter mentem ac voluntatem. At aliud eſt longe Verbum formaliter ut Verbum eſt; perſona ſecunda ſcilicet ſanctiſſimæ Trinitatis ſubſiſtens; inter quam propterea & humanitatem cui unitur fit idiomatum communicatio. Nam & Verbum eſt homo, & homo viciſſim Creator eſt. Inter Antichriſtum autem & peccatum non ſic: neque enim peccatum aut corporeum aut ſpiritale eſt ut homo; neque homo eſt defectus a recta ratione.

Denique in *Apoc.* III, 7. pag. 557. *Jeſus-Chriſt eſt* SAINT PAR LA DIVINITE' MESME, *dont ſon humanité eſt conſacrée: &* VERITABLE PAR LA VERITE' ETERNELLE, DANS LAQUELLE CETTE HUMANITE' *ſainte* SUBSISTE. *Il eſt Saint & veritable dans ſa perſonne, ſes états, ſes myſteres, ſon Egliſe, ſa parole, ſes promeſſes, ſes élus.* Sanctitatem in Chriſto unam æque atque unam veritatem hic demum agnoſcit; nempe univerſalem illam ſecundum quam & perſona Chriſti, & dicta factaque ejus, & Eccleſia ipſius, & promiſſa ſunt vera. Hæc certe ſi veritas, ſi juſtitiæ ſanctitatiſque forma intelligibilis, Deus eſt, eſſe Chriſtus profecto juſtus & ſanctus & verus non poteſt, niſi per ſolam formaliter divinitatem. At ſi nihil horum Deus eſt, ſed Dei donum creatum juſtitia & ſanctitas eſt, ut Catholici docent, ſanctus ſive juſtus Chriſtus eſt, non ipſa formaliter divinitate, ſed dono creato; quo datum eſt humanitati ſemper vere loqui & juſte agere. Neque eo præciſe compoſitus Chriſtus eſt ex humanitate

nitate & divinitate, quoniam cum humanitate conjunctiſſime copulata ſanctitas illa eſt juſtitiaque, qua ſancte & juſte agit; quemadmodum cum Antichriſti mente conjuncta injuſtitia intelligitur, qua injuſte agit. Eſt enim longe aliud ipſa divinitas: a qua nihilominus etiam habet, ut diximus, humanitas Chriſti, tamquam a forma, ut Sancta ſit & dicatur, hoc eſt, infinite accepta ſeu grata Dee: & ex eo jus habens ad gloriam, ad motiones uberrimas & vehementes, quibus Chriſtus obtemperans opera juſta exerceret. At verum profiteri Chriſtum, veritate ea qua ſubſiſtit humanitas, qua vera ejus perſona eſt, qua vera ejus myſteria ſunt, qua vera eſt ejus Eccleſia, qua veri ſunt electi ab eo; quid eſt hoc aliud dicere, Deus immortalis, niſi Verbum, quo etiam ſubſiſtit Chriſti humanitas, Veritatem eam intelligibilem & univerſalem eſſe, qua formaliter vera ſunt omnia quæcumque ſunt vera? Hoccine autem Verbum eſt quod Catholici colant?

8.

Ut ſanctitas autem, ita ſcientia, & bonitas ſive benignitas, & poteſtas, & dominium, omnino ſunt, inquit, divina tantum. In *Marc.* XIII, 32. pag. 187. *Le Verbe n'eſt rien, ne peut rien, & ne ſçait rien que par ſon Pere, qui lui communique tout par ſa naiſſance éternelle. Et* L'HOMME UNI AU VERBE N'EST RIEN, NE PEUT RIEN, *&* NE SÇAIT RIEN QUE PAR LE VERBE, *qui en un ſens lui communique dans l'Incarnation tout ce qu'il reçoit de ſon Pere.* Nempe ad ea Chriſti verba, *De die autem illo vel hora nemo ſcit, . . . neque Filius, niſi Pater*, hæc iſte dicit. Perinde quaſi de ſcientia Verbi Chriſtus eo loci diſſerat; non de ſcientia ſua creata ſive infuſa, qua uti ſe poſſe recte negat; cum legati non ſit arcana Principis, ejuſdem injuſſu, cuiquam prodere. Non poteſt profecto non eſſe divina tantum Chriſti ſcientia formaliter, ſi divinitas Verbi non eſt niſi Lux ipſa Veritatis, aut Veritas intelligibilis, ſub qua formaliter percipimus quæcumque ſcimus. Cui autem hæc idea divinitatis Verbi, niſi atheo, placeat? Sed quid iſtud præterea eſt, quod non humanitatem iſte, ſed hominem dicit unitum Verbo, niſi quia veram perſonalitatem aliam in Chriſto nullam, quam qualis eſt in reliquis hominibus, agnoſcit iſte; & pro Verbo tantum habet Veritatem intelligibilem, animis etiam noſtris præfulgentem? Denique quid iſtud eſt quod aït, nihil ſcire hominem abſque Verbo, quemadmodum nihil ſcit Verbum abſque Patre? Tantumdemne pendere Verbum a Patre vult credi, quantum a Verbi divinitate pendet humanitas? An potius ut una formaliter eſt Patris & Verbi ſcientia, ſic unam eſſe formaliter Verbi ſcientiam & humanitatis? Utrumque ex impia hypotheſi placitum impium eſt.

Rurſum iſte in *Joan.* III, 11. pag. 38. *En vertu de l'*UNION DE SON AME AVEC LE VERBE ETERNEL, IL A RECEU UNE PARFAITE CONNOISSANCE *des deſſeins & des voies de Dieu, & de toute l'œconomie de la grace, dont il eſt le ſouverain diſpenſateur.* Non dicit iſte tantum cum Catholicis, unionem Verbi cum humanitate Chriſti exigitive & radicaliter efficere, ut Chriſti mens omni ſcientia inſtructa ac prædita ſit; ſed vult ex Verbi tamquam Lucis conjunctione cum anima Chriſti, ſcientiam ejus omnem exſiſtere. Nam propterea unionem Verbi cum anima Chriſti ſola commemorat & commendat. Sane ſi Verbum nonniſi Lux animorum eſt, ſub qua omne verum percipimus, ſunt hæc veriſſima; ſecus, impia ſunt. Neque vero magis animæ Verbum uniri hypoſtatice, quam corpori, Catholici credunt: corpori autem aſſumpto, nulla profecto pars ſcientiæ convenit.

De bonitate ſive benignitate, & potentia Chriſti, tradit iſte eadem: ſcilicet utramque dumtaxat infinitam, hoc eſt, utramque tantum divinam agnoſcit. In *Luc.* II, 11. pag. 33. *Comme fils de David & heritier de ſes promeſſes, il a une naiſſance roiale: comme Sauveur, une* BONTE' SOUVERAINE: *comme Chriſt, la plenitude de l'eſprit de Dieu, & de l'onction ſacerdotale & prophetique: comme le Seigneur,* UNE PUISSANCE DIVINE. (*Qui eſt Chriſti Dominus in civitate David.*) *Que ne devons-nous pas eſperer d'un Sauveur, en qui ſe rencontre une* PUISSANCE SOUVERAINE, *ſjointe à une* BONTE' INFINIE, *qui l'aneantit pour nous?*

In I. *Cor.* I, 3. pag. 461. *Jeſus-Chriſt étant appellé* SEIGNEUR, *comme Dieu l'eſt dans tout l'ancien Teſtament,* C'EST UNE MARQUE DE SA DIVINITE' *& de l'adoration que nous lui devons.* At Catholici præter divinum Verbi dominium, conceſſum ipſi etiam humanitati Chriſti dominium in omnes & omnia agnoſcunt & prædicant. Quod ſi divinum autem aliud nihil eſt, ut volunt, niſi quod intelligibiliter ſummum & perfectum eſt, unicum certe in Chriſto dominium agnoſci oportet. At impium antecedens, igitur & conſequens.

In *Apoc.* X, 1. pag. 597. *Image du Fils de Dieu deſcendant du Ciel pour ſauver & pour juger le monde. Il eſt* L'ANGE *ou* L'ENVOIE' *de ſon Pere, mais* E'GAL A LUI EN PUISSANCE; *la ſplendeur de ſa gloire; mais couverte de la nuée de noſtre chair.* Negant ex æquo Catholici, & ut Verbum eſt eſſe Chriſtum Angelum vel miſſum Patris; & ut homo eſt, parem Patri poteſtate eſſe. Hæc duo defendunt ii, quibus Verbum eſt & Veritatis lumen, quo mentes humanæ colluſtrantur, cum recte judicant: & Veritas ſimul entium ſive eſſentiarum omnium. Nam ſi juvari non poſſunt homines niſi doctrina, mitti ad eos Veritas dicenda eſt: & ſi Verbum præterea veritas intelligibilis entium in materia eſt, eorumdem autem realitas Pater eſt; quantum realitas entium poteſt, tantum certe eorumdem Veritas poteſt. At ſi longe aliud Verbum & divinitas eſt, donum creatum benignitatem Chriſti eſſe oportet; donum ſimiliter creatum, poteſtatem ejus dominiumque in res omnes creatas, ſive jus univerſa pro arbitrio adminiſtrandi, advocandæque cum libuerit ad patranda miracula divinæ virtutis ſive omnipotentiæ.

At quam virtutem, quamve poteſtatem in animos hominum tribuit iſte Chriſto? Nuſquam certe eam, quam Catholici ineſſe ei norunt: ut nempe quoties humana ſua voluntate voluerit, motiones animorum internas virtute meritorum ſuorum a divinitate impetret uberes, & ex prævisione futuri ſub conditione conſenſus efficaces; ſemper certe ad implendum præceptum quod inſtat ſufficientes. Nihil horum dici poteſt, ubi Verbum non eſt niſi Veritas intelligibilis, ſeu Lux illa animorum communis, ſecundum quam, vel per quam verum a falſo, rectum ab eo quod pravum eſt ſecernimus. Nam quæ vis huic impetrandi eſt? Certe nulla. Sed tota Chriſti poteſtas in ea hypotheſi, divinitatis, hoc eſt ut volunt, Veritatis poteſtas eſt, quæ apta nata eſt ad animos permovendos & convincendos. Ergo Chriſti, inquiunt, potentia eſt tota divina; quoniam quæ vult efficit divini ſui Spiritus virtute; hoc eſt, ut intelligunt, vi Veritatis intelligibilis. Hæc enim ſubit ac penetrat quas lubet mentes, ex quo reſurgens Chriſtus a mortuis, cælos conſcendit. Sic iſte in *Apoc.* VI, 2. pag. 573. *Jeſus-Chriſt Roi des Rois,* VICTORIEUX PAR SA RESURRECTION, PENETRE TOUT, *&* S'ASSUJETTIT *tout* PAR LA SAINTETE' *&* LA PURETE' *de l'*EVANGILE, *&* PAR LA PUISSANCE DE SON ESPRIT. Et prius in *Joan.* XI, 26. pag. 223. *Il eſt le principe de toute reſurrection, & de toute vie dans ſes membres,* ESTANT LA VIE PAR SON ESSENCE DIVINE *&* PAR SA NAISSANCE ETERNELLE. 2. *Il eſt la ſource de la reſurrection de l'infidelité à la foi,* PAR *l'inſpira-*

vation de la foi-mesme : & du peché à la grace, PAR *l'infusion de la charité.* At Catholici de Christo homine sic statuunt, causam ipsum esse meritoriam fidei ceterorumque donorum, ob mortem pro nobis sponte obitam : deberi hæc ei a Patre ex justitia ; donari vero eadem ab ipsomet Christo ut homo est, quoniam ad ea dispertienda cui & quomodo vult, Deum certissime permovet.

Nihilo inferioris malitiæ est, quod hanc potestatem Christo Servatori congruere post resurrectionem ait iste. Quoniam Scilicet dum Christus mortalis intelligitur, nihil aliud animis hominum quam hujus vitæ ærumnas, quales ipse pertulit, & ipsam denique mortalitatem offert. At idem immortalis immortalitatem ipsis pæne mortalium oculis subjicit : qua nihil potentius dici potest ad animos convertendos. Hæc potentia, inquit iste, Christi resurgentis est, qua caruit idem mortalis. In 2. *Cor.* XIII, 3. pag. 685. LA PUISSANCE DE JESUS-CHRIST RESUSCITE' QUI CONVERTIT LES AMES, *est le fruit de la récompense des états d'impuissance de sa vie & de sa mort.* Ubi iste Pauli testimonio abutitur, aïentis : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus : qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?* Neque enim potentia Christi in convertendis animis vi suæ resurrectionis commemoratur a Paulo ; sed ea potius quam in puniendis sceleribus Corinthiorum Christus exseruerat. Quid porro? E corruptis moribus ad emendationem vitam traducere homines Christus non potest nisi suscitatus? aut plus potest suscitatus, nisi exemplo, quam mortalis?

Quid quod nec resurrectionis dumtaxat, in ea hypothesi quam Quesnelius defendit, sed & ascensionis fructus est conversio animorum? Hos enim sperare quidem oportet immortalitatem, sed & hanc ipsam in cælo. Ergo nec perfecte dominus est animorum Christus ante ascensionem : siquidem nonnisi per hoc mysterium spem facit similis gloriæ, & per hanc spem mortales ad studium virtutis adducit. Eo spectavit ille cum diceret, in *Hebr.* II, 7. pag. 282. *Remarquons trois états differens de Jesus-Christ. Le premier dans l'humiliation. . . . Le second dans la gloire & dans* LA RESSEMBLANCE DU FILS *de* DIEU, *mais encore sur la terre avec les pecheurs*, APRE'S SA RESURRECTION. *Le troisiéme, dans une élevation & un* EMPIRE SOUVERAIN DANS LE CIEL PAR SON ASCENSION.

9.

Ex eodem fonte illud est hæreticum dogma, quo Christus dicitur nihil ad vitam æternam prodesse mortalibus, nisi per resurrectionem suam. Hoc est enim dicere, non prodesse eumdem ad salutem, nisi doctrina & exemplo, sive mysterio : sic lucem esse eumdem animorum nostrorum, quos docet per humanitatem exterius, interiusque per divinitatem, de futura pariter immortalitate nostra, atque adeo Christum sic Verbum esse ; & hanc esse potentiam, hunc fructum resurrectionis ejus : per resurrectionem denique & ascensionem æque ac per passionem suam. Unde ei sectæ familiares hæ locutiones sunt, ut postea videbimus ; Sacramentum Passionis, Sacramentum Resurrectionis, Sacramentum Ascensionis : quod hæc omnia eadem ratione prosint mortalibus, ex ista hypothesi ; nempe Sacramento tantum : hoc est, ut signa rerum quæ sunt justis & prædestinatis eventuræ.

In *Matth.* XXVIII, 8. pag. 409. *La resurrection de Jesus-Christ est un état de* PUISSANCE, *auquel il a esté predestiné de toute éternité, dont* IL S'EST PRIVE' *durant sa vie mortelle, & dont il entre en possession par sa resurrection.* C'EST UN FRUIT DE CE MYSTERE, *que le nouveau droit & la nouvelle puissance qu'il a, soit dans le Ciel pour en envoier le Saint Esprit sur la terre, pour y attirer de la terre ses membres, pour y couronner les Saints ; soit dans la terre, pour s'assujettir les nations, convertir les pecheurs, sanctifier, proteger, & perfectionner son Eglise.*

In *Marc.* XV, 45. *Si Joseph en recevant le corps mort de Jesus, reçoit un don inestimable ; quel est donc celui que nous recevons, quand on nous le donne en l'Eucharistie*, ANIME', GLORIEUX, PLEIN DE FORCE & DE PUISSANCE, & EN E'TAT DE NOUS APPLIQUER TOUS SES MERITES? Quid? Non prodest Christus igitur in Eucharistia, nisi quia suscitatum cum credunt ii qui communicant, quoniam sic spem facit illis similis gloriæ? Quid? si (quod fieri sane non debuit,) sed tamen si ita factum fuisset, si Christus non surrexisset ; aut si sabbato quo Christus in sepulcro jacuit, rem divinam feciissent Apostoli, absque ulla resurrectionis cogitatione, nihil eis Christus prodesset? Non posset sua nobis merita applicare? Minime sane posset ; si Christus secundum divinitatem non est nisi Veritas intelligibilis, sive Lux docens mortales, quid agendum quidve sperandum sit. At si verus est Deus, ut nos Dei beneficio Catholici credimus, prodest Christus per sola suæ merita passionis, etiam cum nulla subit explicita de ejusdem vel nostra resurrectione cogitatio.

Eodem spectat iste iterum in *Joan.* VII, 39. pag. 143. *Il falloit que nostre chef adorable, &* LE MODELLE *de nostre nouvelle vie, eust lui-mesme receu la nouvelle vie*, AVANT QUE DE LA COMMUNIQUER *à ses membres : . . . . . qu'il fust tout-à-fait séparé du siecle present*, AVANT QUE D'ESTRE PAR SON ESPRIT LE PERE DU SIECLE FUTUR : *que tout ce qui restoit en son corps de la ressemblance du premier Adam, fust* ABSORBE' *par la gloire*, AVANT QUE D'ESTRE, *comme son second Adam, le nouveau* PRINCIPE *d'un vie céleste : que* SON SACRIFICE FUST CONSOMME' PAR LA RESURRECTION, *qui met la victime de Dieu en état d'estre* RECEUE DANS LE SEIN DE DIEU ; AVANT *que son Eglise & ses membres* PUSSENT PARTICIPER *à ce sacrifice, en recevant le Saint Esprit qui en est le fruit, mesme dans ceux qui l'ont receu avant l'Incarnation par une* COMMUNION SPIRITUELLE ANTICIPE'E, AUSSI BIEN QUE LA COMMUNION SACRAMENTELLE *des Apostres, qui précéda l'immolation de la victime.* Quid? Spiritus Sanctus qui datus est nobis, nonnisi explicita fides resurrectionis est? Spiritum Sanctum proinde non potuit dare Christus, aut principium esse vitæ cælestis ante resurrectionem? Nec potuere membra Christi fructum percipere ex sacrificio Christi nisi post Christi resurrectionem? Nec pater est futuri sæculi Christus nisi per Spiritum suum, hoc est, ut iste intelligit, per divinitatem, sive per Veritatem intelligibilem, quæ intus in animis hominum suscitatum eum & immortalem repræsentat? Nec profuit Christus sive veteribus, quos fingit Spiritaliter communicasse, sive Apostolis, qui pridie passionis receperunt Christi corpus, nisi resurrecturum eum esse cogitarent? Quanta hæc sunt, Deus bone portenta dogmatum! At quæ præterea illa Theologia est, quæ sacrificium Christi per resurrectionem esse consummatum dicit? Cum Catholici doceant e diverso, teste ipso Domino Servatore, consummatum illud in Cruce fuisse, quantum ad victimæ immolationem, & infinita illius pro nobis merita ; quantum ad consumptionem autem sive comestionem ejusdem victimæ pro peccato oblatæ, quod supererat, in Missa & communione sacrificium illud ipsum quotidie consummari. Si Christi divinitas non est nisi Lux animorum, seu Veritas intus docens mortales ex contemplatione carnis ad id selectæ, nihil certe prodesse Christum per solam passionem & mortem, facile intelligimus. Quid enim prodest Christum vere esse ac mortuum, si Veritas eo exemplo

plo propoſito docet tantum, pati mortales ac mori oportere? In ea, inquam, hypotheſi non prodeſt mortuus, niſi & ſuſcitatus. Quam ob cauſam recte ibi dicitur conſummari Chriſti ſacrificium per reſurrectionem: & ut iſte admonet, ſejungenda non eſt, ſiquidem vis tibi Chriſtum prodeſſe, paſſionis recordatio a commemoratione reſurrectionis. In *Joan.* XX, 20. *Il nous apprend à ne ſéparer jamais en cette vie ces deux myſtéres: Jeſus crucifié & Jeſus reſuſcité.*

In *Joan.* XII. 25. pag. 248. *Adorons ce grain de froment jetté par l'incarnation dans le champ de ce monde, comme la Semence des Elus & de toute l'Egliſe; mort & enſeveli dans la terre:* QUI A POUSSE' & A PORTE' *beaucoup de* FRUIT PAR SA RESURRECTION & SON ASCENSION: *& qui ſera la nourriture éternelle de ſon Egliſe dans le Ciel, aprés l'avoir nourrie ſous les ſymboles du pain ſur la terre.*

In *Joan.* XIV, 3. pag. 287. *La reſurrection & l'aſcenſion, qui ſemblent n'eſtre que pour Jeſus-Chriſt, ſont pour nous* AUSSI BIEN *que* LES MYSTERES *de ſouffrance & d'humiliation.* Atqui æqualiter prodeſſe nobis reſurrectione & aſcenſione Chriſtum, atque paſſione, (nam hunc iſtud velle, locus ſimilis ex Notis in 1. Petr. I, 21. poſtea recitatus, comprobabit adhuc apertius:) nemo dixerit, niſi qui doctrina ſolum & exemplo vel myſterio velit Chriſtum prodeſſe: nec aliter ſeu vere Deum eſſe eumdem, ſeu vere Salvatorem, niſi vere docendo quid pati nos, quid deinde ſperare oporteat. Nimirum ſi Chriſti divinitas non eſt niſi intelligibilis Veritas, tum foris per carnem, tum in animis docens intus mortales; certe per carnem ad id deſtinatam non poteſt aliud docere, niſi novum aliquid prius ignotum; Reſurrectionem igitur & incorruptionem æternam: quoniam aliud fingi non poteſt, quod & ad ſalutem profit, & ignotum antea fuerit. Unde & illud dogma ſummarium Chriſtianæ religionis appellat, quod & Sociniani faciunt, in *Act.* XXIV, 21. pag. 265. *La foi de la reſurrection eſt le crime de S. Paul, parce que c'eſt la foi des Chrétiens:* C'EST L'ABREGE' DE LA RELIGION: *c'eſt à quoi doit penſer & doit tendre noſtre cœur.*

In *Rom.* IV, 25. pag. 340. *Jeſus-Chriſt ſur la croix eſt une victime d'expiation: Jeſus-Chriſt reſſuſcité* EST UNE VICTIME DE SANCTIFICATION. LA IL COMMENCE *noſtre reconciliation en détruiſant le peché:* ICY IL LA CONSOMME *en répandant la charité.* LA IL MERITE LES GRACES, ICY IL LES APPLIQUE. *Là il nous enleve au demon, icy il nous communique ſa vie. Là il détruit la mort, icy il nous communique ſa vie. Souvenons-nous de l'adorer ſouvent dans ces deux myſteres, d'en* DEMANDER LES EFFETS: *d'en* INVOQUER LA GRACE & LA PUISSANCE *ſur nous: de nous remettre ſouvent devant les yeux noſtre baptesme, qui eſt le* SACREMENT DE LA MORT *& de la* RESURRECTION *de Jeſus-Chriſt; par lequel il a operé en nous la mort du peché, & la vie nouvelle de la grace.*

Et in *Rom.* V, 10. pag. 345. *Si la mort de Jeſus-Chriſt, qui eſt* UN MYSTERE *d'humiliation, d'impuiſſance & d'aneantiſſement, eſt* SI PUISSANTE, *qu'elle expie & fait mourir en nous le peché:* QUE NE DEVONS-NOUS POINT ATTENDRE *d'*UN MYSTERE *de gloire, d'immortalité, & de toute-puiſſance:* C'EST CETTE VIE RESSUSCITE'E, QUI NOUS ACQUIERT & QUI OPERE EN NOUS LA VIE *de la grace & de la gloire: comme* C'EST SA MORT *qui en leve les obſtacles, & qui nous releve de noſtre indignité.* Hoc eſt aperte dicere, prodeſſe Chriſtum nobis reſurgentem æque, immo etiam plusquam morientem. Quod vere dici non poteſt, niſi in ea hypotheſi, quæ docet exemplo tantum & doctrina Chriſtum prodeſſe; ac poſtea operatione fidei, quam Chriſti divinitas, hoc eſt, ut ipſi intelligunt, Veritas in nobis efficit. Nam moriendum eſſe peccato mors Chriſti docet, cum ponit ante oculos quæ peccato pœna debeatur; hic effectus illius myſterii eſt, id eſt, hoc ſignificat; ac ſiquidem attente conſideretur, hoc ipſum in nobis efficit. Sperandam deinde eſſe immortalitatem his qui vitam recte inſtituerint, docet reſurrectio; ita vitam nobis acquirit & operatur in nobis Chriſti reſurrectio. Objective utraque ſcilicet operatur; paſſio, inquam, & reſurrectio; ſiquidem ut myſterium ſuam illam utraque habet efficientiam. Idipſum tamen promeruiſſe Chriſtus etiam moriendo dicitur, quoniam mors fuit ad reſurrectionem via neceſſario ineunda. Ita mors Chriſti ſalutem noſtram inchoat, quam reſurrectio perficit. Hæc enim caritate, hoc eſt, ſpe vitæ æternæ ſeu poſſidendæ perpetuo Veritatis nos ad virtutem accendit; atque adeo ipſa per ſe, non autem Chriſti per ſe paſſio, vitam in nobis operatur & gloriam. Catholici, Doctores aïunt e contrario, ſpem quidem noſtram accendi Chriſti reſurgentis exemplo: ſed juſtificationem noſtram peragi Chriſti dumtaxat patientis meritis: Quæ quidem merita per baptismum parvulis æque atque adultis, & per Sacramenta alia adultis ſimiliter applicantur. Adeo ut ſi Chriſtus, ut diximus, nondum ſurrexiſſet, nihilominus & a peccatis mundaremur, & ad redamandum eum qui prior dilexit nos, mirifice inflammari nos oporteret.

In *Hebr.* X, 20, 21. pag. 340. *Le Corps de Jeſus-Chriſt, percé de plaies dans ſa paſſion,* ET ENSUITE RESSUSCITE' *& renouvellé par la gloire,* EST LA VOIE VIVANTE & *nouvelle qui conduit au Ciel;* & ELLE NOUS APPREND *qu'il faut mourir & reſſuſciter, ſelon le corps & ſelon l'eſprit, pour y ſuivre noſtre chef, chef immortel & Pontife toujours vivant de l'Egliſe.* Nec prodeſt, inquit, Chriſti mors, ſi ſejungatur a reſurrectione; & utraque docendo tantum prodeſt. Hoc ipſum eſt quod Sociniani docent.

In 1. *Petr.* I, 21. pag. 422. *La Reſurrection de Jeſus-Chriſt a eſté accomplie pour nous* AUSSI BIEN QUE SES AUTRES MYSTERES. *Elle nous rend noſtre victime:* & SANS ELLE NOUS N'AURIONS NI UN MEDIATEUR POUR NOSTRE RECONCILIATION, NI L'ESPERANCE DE LA GLOIRE, NI UN AVOCAT DANS LE CIEL, NI LE SAINT ESPRIT. Qui negant Chriſtum, niſi reſurrexiſſet, aut Mediatorem noſtrum aut Advocatum apud Patrem futurum fuiſſe; ii ſunt qui mediationem & advocationem illam ſola exempli efficientia circumſcribunt: hoc eſt, qui dicunt, eatenus mediatorem & advocatum noſtrum Chriſtum eſſe, quatenus exemplo reſurrectionis ſuæ ad ſpem nos accendit ſimilis gloriæ, ac veluti poſtulat eam pro ſui ſimilibus, pro membris ſuis. Hi autem vel Sociniani vel Athei ſunt.

Queſnelium imitatus Michaël Mauduy, in *Act.* XIII, 32. aït reſurrectionem Chriſti veluti conſummationem redemptionis humanæ: *La reſurrection de Jeſus-Chriſt eſt comme* L'ACHEVEMENT DE LA REDEMPTION DES HOMMES. Catholicis contra profitentibus, in morte Chriſti conſummatam hominum redemptionem eſſe. Id quod Chriſtus ipſe eo dicto docuit, ut jam diximus, quod pendens in cruce protulit, *Conſummatum eſt.*

10.

Affinia ſunt iſtis etiam ea loca, in quibus iſte docet, nos vitam novam ac regenerationem, ſanctificationemque noſtram, nihilo minus reſurgenti Chriſto, quam patienti debere: Et ea ſimiliter, in quibus per virtutem myſteriorum Chriſti, hoc eſt, per conſiderationem & fidem incarnationis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis ejus, juſtificari nos aſſerit; ſive, quod idem eſt, operari Chriſtum in nobis per illa

illa ſua myſteria. Quid enim aliud eſt operari Chriſtum in nobis per myſteria reſurrectionis & aſcenſionis ſuæ, niſi operari per modum cauſæ objectivæ, ſive exemplaris? Quis vero Catholicus dici patienter ferat, haud aliam paſſionis Chriſti in nobis efficientiam eſſe, quam objectivam; aut (quod eodem recidit) non aliam eſſe efficientiam paſſionis Chriſti, quam quæ communis ei cum reſurrectione & aſcenſione ſit? Atqui hoc innumeris locis doctrina Queſnelii eſt: e quibus præcipua hic repræſentamus.

In *Matth.* XIII, 37. pag. 173. *Oui, Seigneur, nous le reconnoiſſons avec joie, que c'eſt vous ſeul qui formez les ſaints, & qui ſemez dans leur cœur par une grace toute gratuite tout ce qu'il y a de bon. C'eſt vous, comme fils de l'homme, c'eſt-à-dire,* PAR LE MYSTERE DE L'HOMME DIEU, *qui eſt vous-meſme, par les merites de voſtre vie & de voſtre mort, par la ſainteté de voſtre eſprit, par la puiſſance de voſtre grace.* Merita dicit improprie, quatenus nimirum effectus inſignes debent talia ac tanta myſteria in animis credentium objective producere; ut ipſe mox admonebit, cum ipſorum merita myſteriorum appellabit.

In *Marc.* V, 41. pag. 67. *L'humanité ſainte eſt comme la main & l'inſtrument de la divinité à laquelle elle eſt unie dans la perſonne du Verbe. C'eſt de cette humanité que vient noſtre vie, parce que c'eſt dans elle que Jeſus-Chriſt eſt* MORT & RESSUSCITE', & QU'IL A ACCOMPLI SON SACRIFICE. Quod eſt dicere, humanitati Chriſti vitam ſpiritalem noſtram idcirco acceptam referri oportere, quoniam Veritas intelligibilis exemplo eo propoſito docet mortales, poſt dolores & ærumnas, ipſamque mortem, ſperandam eſſe immortalitatem. Nam ſimilis gloriæ ſpes mirum quantum fidelium mentes ad vitam recte inſtituendam incendit. Sacrificium itaque nobis utile conſummavit, inquit, in eadem humanitate ſua Chriſtus reſurgens.

In *Act.* III, 13. pag. 32. *La reſurrection eſt* L'ACCOMPLISSEMENT DES PROMESSES FAITES A ABRAHAM; *eſt la verité figurée dans Iſaac qui ſurvit à ſon ſacrifice: &* EST LE PRINCIPE DE LA GENERATION SPIRITUELLE *du peuple de Dieu, & de ſa tranſlation dans la terre promiſe, marquée dans la poſterité de Jacob, chef des douze tribus, modelle des Elus, l'heritier & la ſource des benedictions.*

In *Rom.* IV, 25. pag. 340. *Souvenons nous de l'adorer ſouvent dans ces deux* MYSTERES, *d'*EN DEMANDER LES EFFETS, & cetera, quæ jam ſupra deſcripſimus.

In *Rom.* XV, 30. pag. 450. *Trois moiens conſpirent à la ſanctification des ames, & à la formation du corps de Jeſus-Chriſt:* SES MYSTERES, PAR LESQUELS IL NOUS A MERITE' LE SAINT ESPRIT. *Le ſaint Esprit qui nous applique* LE MERITE DES MYSTERES DE *Jeſus-Chriſt. Et les prieres de l'Egliſe, que Jeſus-Chriſt forme par ſon Esprit dans le cœur des fidelles.* Quæ ſunt, amabo, merita reſurrectionis & aſcenſionis Chriſti, niſi merita dicuntur abuſive, pro eo quod dignum ac juſtum eſt ab his myſteriis objective in animis noſtris, hoc eſt, ex attenta eorum conſideratione produci pium affectum?

In 1. *Cor.* I, 30. pag. 462. *Afin que Jeſus-Chriſt ſoit noſtre ſageſſe,* PAR LA LUMIERE DE SA PAROLE: *noſtre juſtice, par les merites de ſon ſacrifice: noſtre ſanctification,* PAR LA VERTU & LA SAINTETE' DE SA VIE RESSUSCITE'E: *noſtre redemption & noſtre liberté, par la puiſſance de ſon eſprit & de ſa grace.* Quantum Chriſtus ut homo nobis profuerit, tribus primis orationis membris hoc loco docet: poſtremo, quomodo ut Deus proſit. Sapientia noſtra Chriſtus eſt, inquit, ſuæ luce doctrinæ: Juſtitia noſtra, quoniam, ut ſane dignum eſt, mors ejus attente conſiderata facit, ut a peccato abſtineamus, metu pœnæ æternæ, cujus imaginem in ſe Chriſtus ſuſcepit: Sanctificatio noſtra, ob virtutem reſurrectionis ejus: quæ virtus eſt tantum objectiva certe, impellens utique ad vitam recte componendam ex deſiderio paris immortalitatis. Non aliam autem virtutem meritorum ſacrificii Chriſti vult iſte eſſe, quam reſurrectionis ejus: tantum igitur vult eſſe objectivam. At ſpiritus Chriſti, hoc eſt, ut iſti intelligunt, Chriſti divinitas, Lux Veritatis menti Chriſtum imitandum exhibens, efficienter producit perfectam redemptionem noſtram a morte & inferno.

In 1. *Cor.* XV, 16. pag. 586. *Nous ne ſommes juſtifiez que* PAR LA VERTU DES MYSTERES DE JESUS-CHRIST, APPLIQUEZ PAR LA FOI VIVE & PAR LES SACREMENS. *C'eſt* PAR SA MORT *que nous mourons au peché: C'eſt* PAR SA RESURRECTION *que nous vivons à Dieu plus efficacement & plus ſaintement, que ſi nous avions eſté nous meſmes crucifiez ou reſſuſcitez.* Quæ virtus eſt mortis Chriſti? eadem ac reſurrectionis, inquit. Virtus ea myſteriorum eſt: myſteria autem non poſſunt, ut myſteria ſunt, niſi docendo prodeſſe. Quomodo igitur virtus hæc applicatur? Per fidem hæc conſiderantem, & per Sacramenta ſive Symbola, quibus hæc conſideratio excitatur. At non eſt hæc virtus meritorum Chriſti, ſed virtus myſteriorum ejus. Scilicet ubi Deus non eſt niſi Veritas intelligibilis, Ratio univerſalis, vel Ens indeterminatum, merita Chriſti vera apud Deum eſſe nulla poſſunt: Merita tantum ſunt & virtus tantum eſt myſteriorum ejus: quatenus digna certe ea ſunt, & dignus certe ipſe eſt, ut egregium illa & pium affectum producant in mentibus credentium & attente ea ac religioſe conſiderantium. Hæc præclara Queſnelii Theologia eſt.

In *Eph.* II, 6. pag. 10. LA GRACE CHRE'TIENNE EST DERIVE'E DES MYSTERES DE *Jeſus-Chriſt, en eſt une participation,* UN E'COULEMENT DE LEUR VERTU, UNE COMMUNION A LEUR ESPRIT *&* DISPOSITION INTERIEURE AVEC LAQUELLE *Jeſus-Chriſt les a accomplis dans ſa chair: une* TRANSFUSION *de ſa vie, de ſa grace, & de ſa ſainteté:* UNE APPLICATION & UNE APPROPRIATION DE SA MORT, DE SA RESURRECTION, & DE SON ASCENSION; *qui* OPERENT *dans nous la mort au peché & à ſes convoitiſes, une vie nouvelle & comme reſſuſcitée, une ſeparation de la terre en eſprit, & un deſir de nous reünir à Jeſus-Chriſt noſtre chef dans le Ciel.* Quanto verborum & quam exquiſito delectu Doctor myſticus videri vult iſte, dum nihil aliud tamen molitur, niſi ut hæreſim adſtruat, fidem evertat? Gratiam enim qua Chriſtiani ſancti fiunt, derivari ex myſteriis Chriſti, effluvium virtutis eorum eſſe, imaginem ſpiritalis doctrinæ quæ in ipſis continetur, ſimilitudinem intimi ſenſus quo Chriſtus ea peregit; applicationem & appropriationem quamdam mortis, reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti; quæ in nobis operantur quod ſignificant: Quid aliud, inquam, magnifica hæc oratio ſignificat, quam conſideratione ſive mortis ſive reſurrectionis excitari in nobis congruentes iſtis myſteriis ſenſus affectusque; nec aliter mortem Chriſti nobis, quam reſurrectionem ejus, aſcenſionemve, prodeſſe?

In *Coloſſ.* I, 22. pag. 92. *Ce ſont deux choſes bien differentes, quoi qu'unies; d'eſtre reconcilié à Dieu, & de lui eſtre offert comme un ſacrifice agreable; de n'eſtre plus ſujet à ſa juſtice pour les pechés paſſés, & de lui eſtre parfaitement uni. Le premier eſt en nous comme l'immolation du ſacrifice, laquelle purifie l'hoſtie, & la tire de l'indignité, où le peché l'a miſe d'eſtre offerte & ſacrifiée à Dieu. Le ſecond eſt l'oblation, noſtre conſecra-*

cration parfaite, *& noſtre* CONSOMMATION EN DIEU COMME SA VICTIME. *Le premier eſt l'effet propre de la Mort de Jeſus-Chriſt ſur la Croix; tout le vieil Adam étant renfermé dans la chair mortelle de Jeſus-Chriſt; & y ayant eſté crucifié, immolé, & détruit en lui quant à ce qu'il y avoit du péché. Le ſecond* EST ET SERA L'EFFET DE LA RESURRECTION GLORIEUSE *de Jeſus-Chriſt, qui glorifie en lui-meſme ſon Corps myſtique, l'offre, & le conſacre à Dieu*, COMME SOUVERAIN PONTIFE, *pour le faire vivre & le conſommer en lui*, COMME FAISANT UNE MESME VICTIME AVEC LUI POUR L'ETERNITE'. Pergit docere, non alia Chriſtum nobis ratione prodeſſe, niſi myſterio; hoc eſt, imagine in ſe rerum exhibita, quas in nobis exprimi oporteat, ut ſancti ſimus. Ergo morte ſua quomodo Chriſtus prodeſt? Quia moriendo oſtendit veterem Adamum, cujus in ſe ſimilitudinem exhibebat, ſiquidem gerebat corpus mortale, crucifigi oportere, hoc eſt, abjicere quidquid peccatum ſapit. Reſurrectione quomodo idem prodeſt? Myſtice ſimiliter: quatenus reſurgendo docet, electos omnes, quos in ſe repræſentat, pari ſecum immortalitate fruituros, & nos ad eam ſpem accendit. Dum hos autem in ſe repræſentat Chriſtus, inquit, Pontificem agit: nam & ſe & ipſos in ſe velut perfectam ac dignam Deo victimam ſic exhibet, hoc eſt, immortalitati & immutabilitati, quæ ſecundum iſtos Deus eſt: cui proinde nihil mortale dici debet offerri vel placere: ſed prius occidi & mori, ut poſtea offeratur & placeat ei Deo. Quo quid dici magis atheum poteſt? Catholicis e contrario docentibus, Pontificem vere egiſſe Chriſtum in cruce, ſeipſum offerendo pro nobis in odorem ſuavitatis: nec repræſentatione tantum profuiſſe nobis, vel prodeſſe, ſed meritis obedientiæ ſuæ: Reſurrectionis autem merita nulla eſſe; ſed exemplo iſto ſpem tantum accendi ſimilis gloriæ olim adipiſcendæ.

Denique in *Coloſſ.* I, 24. pag. 93. TOUS LES MYSTERES *accomplis dans le corps naturel de Jeſus-Chriſt, doivent eſtre* RETRACE'S *& accomplis de nouveau dans ſon corps myſtique; les uns dans un membre, les autres dans d'autres*, RE'ELLEMENT & SENSIBLEMENT: *Tous dans tous* SACRAMENTELLEMENT PAR LE BAPTESME; *& durant leur vie par la diſpoſition du cœur.* Hoc eſt dicere, ut ſæpe ſuperius, Chriſtum myſterio nobis tantum prodeſſe; ſive (quod idem eſt) nihil aliud Chriſtum ſecundum divinitatem & humanitatem eſſe, quam Veritatem, exhibentem animo, quid humanitas ad id aſſumpta pertulerit egeritve eo fine, ut in ſe repræſentaret, quid electis ſimiliter eſſet eventurum. Nihil enim contigiſſe Chriſto, quod non electis ſive membris ejus, ut volunt, eventurum ſit, tametſi non omnia omnibus: niſi Sacramentaliter in baptiſmo, in quo omnia repræſentantur, inquit; paſſio nimirum & reſurrectio. Eam ob rem myſterium univerſale Chriſtus ab iſto appellatur, in 2. *Cor.* VI, 1. pag. 640. ad ea nimirum Pauli verba: *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Qu'il eſt à craindre à un Chrétien, de ne pas faire l'uſage qu'il doit de la parole*, DES MYSTERES, *& des dons de Dieu, & ſur tout de Jeſus-Chriſt*, LA PAROLE ETERNELLE, LE MYSTERE UNIVERSEL, *& le don ineffable & ſubſtantiel de Dieu.* Secundum divinitatem, inquit, Veritas æterna & immutabilis Chriſtus eſt, donum ſubſtantiale Dei, intus in animis ſemper vera docens: idem ſecundum humanitatem myſterium noſtrum univerſale eſt, quod forinſecus docet: Neutra Dei gratia in vacuum recipienda eſt.

Eodem ſenſu ab iſto Chriſtus appellatur Peccator univerſalis, victima univerſalis, juſtus univerſalis: quoniam ut eſt homo in cruce, repræſentat in ſe peccatores univerſos, qui in ſacrificium ſe Deo offerant, & ſic juſtitiam induant. Sic Chriſtus ut homo eſt, ſolo prodeſt myſterio, hoc eſt, exemplo & doctrina. In ſingulis ſcilicet ſuis ſtatibus conſideratus per fidei ſpiritum, qui eſt Chriſtus ipſe ſecundum divinitatem, inquiunt, efficit ut juſtus quiſque ſit. Intelligant igitur aliquando Catholici, quo ſenſu Janſeniana factio pro prædeſtinatis tantum contendat Chriſtum obiiſſe mortem. An enim vult illa, obtuliſſe Patri Chriſtum vere ac proprie dicta merita mortis a ſe ſponte obitæ, ut pro condigno pretio perſoluto, aut pro mercede vel præmio gratias, hoc eſt, auxilia obtinendæ ſalutis conferret ſolis prædeſtinatis? Minime vero: neque enim ullus ejuſmodi meritis locus eſt, ubi nullus eſt veræ divinitati. Quid ergo? Illud nimirum eſt: Exemplo tantum ac myſterio Chriſti mortem tunc profuiſſe ponunt: prodeſſe autem reipſa, cum Veritate vel Sapientia intelligibili mentes colluſtrante, ex illius mortis conſideratione ſalutarem fructum percipimus. Exemplo tantum, inquam, vel myſterio potius tunc Chriſtum profuiſſe ponunt: Exhibuiſſe enimvero in ſemetipſo, velut in Signo & Symbolo, tum quæ peccatoribus omnibus pœna deberetur; quo ſenſu horum vice ſubiiſſe eum pœnam peccati ſubinde dicunt: tum quæ juſte viventes, perſecutionemque fortiter uſque ad mortem exemplo ipſius perferentes, gloria poſt mortem maneret. Itaque myſterium ille nonniſi omnium juſtorum ac perſeverantium fuit; juſtos omnes dumtaxat ac perſeverantes in ſe expreſſit; & in illo ſuo exemplo exhibuit quidquid habere juſtitiæ omnes juſti poſſunt; & quidquid propterea habituri ſunt gloriæ. Neque enim, ut ſæpe ſuperius Queſnelius admonuit, ſejungenda paſſio a reſurrectione eſt: ſiquidem cum ſolum docendo Chriſtus poſſit prodeſſe, ſi verus Deus non eſt, nihil mors per ſe docet, aut affert ſolatii, niſi quæ poſt mortem merces bonos maneat, ſimul oſtendatur.

Sic iſte igitur in 2. *Cor.* V, 16. *Invention admirable de la ſageſſe de Dieu pour le ſalut de l'homme! Elle a trouvé moien. . . . de faire, pour ainſi dire, d'un homme-Dieu* UN PECHEUR UNIVERSEL, *en le chargeant de tous les pechés du monde:* UNE VICTIME UNIVERSELLE, *en le livrant à la mort en la place de tous les pecheurs: &* UN JUSTE UNIVERSEL, *en renfermant toute la vraie juſtice & tous les juſtes en ſa perſonne.*

Ex eo autem præclaro dogmate, ſequitur 1°. Gratiam Chriſti non eſſe aliquam, niſi Veritatem, quæ & Chriſtum in cælo glorioſum atque immutabilem exhibet, & ſpe ejuſdem gloriæ obtinendæ mortales ad bene agendum impellit. Nam ſi docendo ſolummodo Chriſtus prodeſt, nec poteſt aliud aſſignari, quod ipſe ita proprie docere dicatur, ut abſque eo foret ignotum, præter immortalitatem alterius vitæ: profecto neceſſe eſt gratiam quæ Chriſti dicitur, in cognitione ſeu fide ac ſpe hujus immortalitatis conſiſtere. Hoc illud eſt quod iſte magnificis verbis prodit; gratiam hujuſce ſtatus propriam dari nobis in Chriſto ſuſcitato. In *Rom.* VII, 4. pag. 359. *C'eſt une difference eſſentielle de la grace d'Adam & de l'état d'innocence, d'avec la grace Chrétienne. Que chacun auroit receuë la premiere en ſa propre perſonne; au lieu qu'on ne reçoit celle-ci qu'en* LA PERSONNE DE *Jeſus* RESSUSCITE', *à qui nous ſommes unis.* Hoc eſt, in fide reſurrectionis Chriſti, & ſpe ſimilis cum Chriſto gloriæ. Catholici potius dicerent, dari nobis gratiam in Chriſto moriente, quoniam ſolius mortis Chriſti meritis & parta ea ſit, & eadem impartienda ſingulis, etiamſi (quod fieri certe non decuit) Chriſtus non ſurrexiſſet.

Sequitur 2° Gratiam Chriſti non fuiſſe ullam ſub vetere Teſtamento, præter quam in paucis admodum viris juſtis, & perſpicacioris ingenii; quales fuere prophetæ, aut forte viri centum omnino in univerſo populo Iſraëlitico. Nam alioqui fruſ-

tra Chriſtus veniſſet ad id docendum, quod toti jam populo innotuiſſet. Itaque Iſraëlitæ reliqui ſolam habuere legem, inquiunt, ſive cognitionem officii ſui: adjutorium Chriſti autem ad bene operandum, hoc eſt, fidem ac ſpem immortalitatis futuræ exemplo Chriſti, qua accenderentur ad agendum, non habuerunt.

In *Marc.* XV, 3. pag. 216. *Cette corruption conſommée des premiers miniſtres de la religion, fait voir qu'il étoit tems que le Sauveur parût au monde, que le vrai Preſtre vint offrir ſon ſacrifice,* QUE LA GRACE *fuſt répanduë dans les cœurs, comme* LE GRAND REMEDE DU PECHE'. Qui negant Chriſtum veniſſe in primis, ut pro nobis Deo ſatisfaceret, & gratiæ auxilia mereretur, quia Chriſtum vere Deum eſſe non credunt; hi ut morbo tantum generis humani medicinam afferret veniſſe eum commemorant; hominibus ſcilicet ad explenda ſua officia ſpe immortalitatis exemplo Chriſti animatis: tunc autem tempeſtive veniſſe, cum morbus ille vehementer increviſſet. At Catholici dicunt e contrario, quamvis adventum ſuum Verbum Dei diſtuliſſet, nihilominus tempeſtive ſatis adventurum fuiſſe, quandoquidem etiam ante adventum Chriſti per gratias ob ipſum unicuique datas, poſſent homines omnes ſalutem conſequi, ſi vellent; tametſi poſt prædicationem mortis & reſurrectionis ejus, longe facilius id fit.

In *Luc.* I, 13. pag. 6. *Zacharie en reçoit la promeſſe dans ce nom prophetique de Jean, qui devoit eſtre le premier fruit, l'Apoſtre & le Precurſeur de* LA GRACE CHRE'TIENNE.

In *Rom.* VII, 7. pag. 361. *C'eſt une grace que la loi, mais une grace exterieure, qui nous devient funeſte par noſtre corruption, ſi la grace* INTERIEURE *de Jeſus-Chriſt ne l'accompagne.*

In *Hebr.* VIII, 7. pag. 324. *Quel avantage y a t'il pour l'homme dans une alliance,* OU DIEU LE LAISSE A SA PROPRE FOIBLESSE EN LUI IMPOSANT SA LOI? *Mais quel bonheur n'y a-t'il point d'entrer dans une alliance,* OU DIEU NOUS DONNE CE QU'IL DEMANDE DE NOUS. Sub vetere Teſtamento, inquit, vix paucis data gratia Chriſti eſt ad implenda præcepta: nunc datur efficax.

Sæculis tamen iſtis, inquit, quæ Chriſtum præceſſerunt, ſi qui e fidelibus temporali morte puniti ſunt, his profuit idcirco mors iſta ad æternam ſalutem, quod per illam pœnam, ut Chriſtus poſtea fecit, ſperarent ſe ad æternitatem eſſe tranſituros. Hæc virtus, inquit, anticipata eſt Chriſti paſſionum. Hoc futura Chriſti merita effecerunt; hoc eſt, ut dictum eſt ſæpe ſuperius, virtus & merita myſteriorum ejus. In 1. *Petr.* IV, 6. pag. 444. *Les* PUNITIONS TEMPORELLES *de l'ancien Teſtament ont eſté renduës utiles pour le ſalut* PAR LES MERITES FUTURS *de Jeſus-Chriſt, & par* LA VERTU ANTICIPE'E DE SES SOUFFRANCES. *Puniſſez, Seigneur, ce corps qui doit perir, afin de ſauver l'ame, qui eſt faite pour l'éternité.* At hoc eſt tantum dicere, Chriſtum nonniſi ſignificatione prodeſſe: fructum autem illum anticipatum fuiſſe in his, qui Chriſtum quidem paſſum & ſuſcitatum non viderunt, ſpem tamen pariter conceperunt æternitatis poſt mortem temporalem. Catholici autem nec anticipatam dicunt virtutem paſſionum Chriſti, nec ob merita ejus futura quidquam hominibus fuiſſe datum a Deo. Neque enim aut merita aut demerita futura Deum movent ad agendum. Tamen dicunt, quod iſte non dicit; propter ſolum Chriſtum vera fuiſſe hominibus conceſſa a Deo auxilia ad credendum & ſperandum. Quo fere modo filio regis nondum nato Rex parat ſervos ac domeſticos; non ob ipſius merita futura, ſed ob ipſius dignitatem.

Sequitur denique, opera infidelium etiam nunc eſſe peccata. Nam ubi Deus non eſt niſi Veritas, quam mens unaquæque conſulit, ibi nec religio poteſt eſſe niſi naturalis, & tam communis omnium hominum, quam eſt lux illa: a qua qui deviaverit, in mendacio & tenebris oportet hunc eſſe. Si naturalem igitur & communem lucem Chriſtiani ſequuntur, dum agunt ex deſiderio ac ſpe vitæ immortalis, in tenebris eſſe oportet eos, qui ex ejuſdem lucis ductu non agunt.

In *Joan.* XI, 9. pag. 217. *Qui agit dans la lumiere & par la grace de Jeſus-Chriſt, ne fait que du bien: ſans elle ce n'eſt que tenebres & que peché.*

Religionem ſcilicet, ut diximus, oportet eſſe in ea hypotheſi impia mere naturalem; hoc eſt, dictante eam communi omnium mentium luce communem: & Chriſtum hominem tamen aliquid prodeſſe oportet, nimirum ut Reparatorem. Neque enim fruſtra venit. Cum ſit autem Chriſtus ſecundum divinitatem (ut quidem volunt) ipſa lux illa communis animorum, ſeu Ratio Univerſalis, non prodeſt is niſi docendo. Docet nunc ille igitur interius aliquid, quod homo in peccatum lapſus neſcivit. Atque ut illud idem exterius quoque exhiberet, quam homo lapſus lucem amiſerat, reparavit Chriſtus ut homo, oſtenſa in ſe per reſurrectionem immortalitate, cujus cognitio naturalis erat Adamo ante lapſum. Hæc igitur Veritas ſive lux animorum, quæ immortalitatis ſpem facit, naturalis eſſet lux mentium omnium, & communis, ſi homo non peccaſſet. Hæc enim, inquiunt, ignorantia eſt, quam peccatum invexit; inſcitia juris naturalis; quæ in poſteris Adæ nihilo magis excuſationem habet quam in ipſo Adamo, quamvis invincibilis ea ſit. A naturali enim luce Rationis ſeu Veritate ac Ratione univerſali quiſquis deficit, in mendacio & tenebris eſt, atque adeo in peccato. Quiſquis ergo in agendo alium ſibi finem propoſitum habet, quam quem lux illa naturalis oſtendit, deficit a Deo, nec Deum ſive Naturam aut Rationem univerſalem ſequitur: ergo peccat. Si quis virtutem propterea ſolum diligat, quoniam eſt ea conformis ſummæ rationi, ſummæque ſapientiæ, abſque cognitione ac deſiderio beatæ vitæ atque immortalis, quo illa ducit; Pythagoricus ille & Platonicus erit, non Chriſtianus; non vera ac naturali juſtitia præditus; ſed partem tantum naturalis ſequitur lucis illius, in qua eſt homo conditus, ex qua per peccatum excidit, quam Chriſtus homo reſurgendo reſtituit. A veritate autem qui vel ex parte deflectit, aut a luce, is in mendacio & tenebris ambulat; atque adeo in peccato. Chriſtus enim ſecundum divinitatem ſi lux eſt illa naturalis, quo fine venit ille in carne, niſi ut eamdem lucem ſive extinctam in homine, ſive imminutam, exemplo immortalitatis propoſito ante oculos excitaret? Hanc igitur quam ille docuit veritatem, quaſi naturalem lucem, prælucere oportet omni operi ut bonum ſit. Nihil enim bonum, niſi quod omni ex parte conſentaneum naturæ & rationi. Quod ſi aliqua alia lex naturalis eſſet, præter eam quæ perpetuitatem beatitudinis habet pro fine actionum ſingularum, cum lex naturalis Chriſtus ipſe ſit ſecundum divinitatem, in impia hypotheſi ſcilicet, Chriſtus geminus, atque adeo geminus Deus foret; neque eſſet Chriſtiana religio mere naturalis, uti eſſe neceſſe eſt, ubi Deus non eſt niſi Lux animorum omnium communis.

Ab impietate, ut apparet, hoc eſt, ab eo placito quo verum Numen e mundo tollitur, ac pro Deo Veritas inducitur; ortum habet illa in primis tergemina hæreſis; tum quæ nimirum omnia infidelium opera ponit eſſe peccata, & virtutes vitia; eo quod ad immortalitatis & beatæ vitæ ſpem ac deſiderium minime referuntur: tum quæ ignorantiam invincibilem juris naturalis excuſare a peccato negat: nam ad jus naturale pertinere contendit cognitionem etiam immortalitatis corporum futuræ, ut diximus: tum ea denique, quæ ſtatum naturæ puræ, in quo ſcilicet

homo innocens conderetur a Deo morti obnoxius ex conditione naturæ ſuæ, negat eſſe poſſibilem: id quod iſte facit, tum alibi, tum in *Rom.* v, 15. pag. 347. *Ce regne de la mort* NE PEUT ESTRE *que la punition d'un peché hereditaire & originel:* DIEU NE POUVANT PUNIR QUE DES PECHEURS. Et vero unum illud eſſe neceſſe eſt e primariis ſectæ impiæ placitis. Cum enim ei Deus non ſit niſi Ens, ſive Realitas Entium, mortem quæ eſt non ens, Ens efficere profecto non poteſt: ex defectibilitate tantum ſubjecti neceſſe eſt hanc ortum habere; ex qua & peccatum oritur. Sed connexa inter ſe dogmata impia longiuſcule nos a propoſito dimovent: quo nunc eſt revertendum.

II.

Nec valde diſcrepat, immo vero ſimillimum prioribus placitis eſt, quod iſte tradit multis locis: baptiſmi virtutem omnem ex myſteriis paſſionis ac reſurrectionis Chriſti ex æquo pendere: applicari nobis in baptiſmo reſurrectionem æque ac paſſionem: gratiam ibi reſurrectionis æque ac gratiam paſſionis nobis aſſeri; quoniam ibi ex æquo repræſentatur utraque. Quod eſt dicere, virtutem mortis Chriſti, ut & reſurrectionis, eſſe omnino myſticam, ſive objectivam, qualem in ſigno quovis eſſe intelligimus, ad docendum.

In *Act.* VIII, 16. pag. 91. *Le Bapteſme eſt donné au nom, c'eſt-à-dire, en l'autorité* PAR LES MERITES, *par l'operation de Jeſus-Chriſt, par l'*IMPRESSION *&* LA COMMUNION DE SA MORT ET DE SA RESURRECTION.

In *Act.* XIII, 32. pag. 155. *Toutes les promeſſes ſont renfermées en Jeſus-Chriſt. Elles s'accompliſſent en lui* PAR L'ACCOMPLISSEMENT DE SES MYSTERES, *&* SUR TOUT DE SA RESURRECTION: *& en nous* PAR LA FOI *&* PAR LA PARTICIPATION DE LEUR GRACE *&* DE LEUR ESPRIT *C'eſt dans le bapteſme* QUE SA MORT *&* SA RESURRECTION NOUS SONT IMPRIME'ES *&* COMME APPROPRIE'ES. . . *La Reſurrection de Jeſus-Chriſt. . . . . eſt pour lui une troiſiéme naiſſance,* *&* LE PRINCIPE DE LA NOSTRE *pour le Ciel, qui eſt l'adoption parfaite.* Non dicunt Catholici imprimi nobis aut appropriari mortem reſurrectionemve Chriſti, aut horum myſteriorum ſpiritu vel gratia mentes noſtras imbui: aut denique reſurrectionem Chriſti principium vitæ noſtræ ſpiritalis eſſe. Vox & oratio ea Atheorum ac Socinianorum eſt; qui totam mortis Chriſti efficientiam volunt eſſe ac credi eamdem atque reſurrectionis, hoc eſt, objectivam dumtaxat: quatenus hæc myſteria attente conſiderata fidem in nobis & ſpem & caritatem excitant & inflammant.

In *Rom.* IV, 25. *Souvenons-nous*, & cetera, ut jam ſupra, pag. 120.

In *Rom.* VI, 3, 4. pag. 351 *Le ſecond effet de la grace du bapteſme, eſt de* NOUS APPLIQUER *&* APPROPRIER LA MORT *de Jeſus-Chriſt, & de nous la rendre plus efficace & plus utile pour expier en nous le peché, & pour nous en ſéparer, que ſi nous étions nous-mesmes ſacrifiés à Dieu, & détruits par la mort. . . . . Le troiſiéme effet ou degré de la grace du bapteſme, eſt de nous faire vivre dans l'oubli de la terre, & ſéparés du monde par la diſpoſition du cœur, comme ſi on étoit enſeveli. Le Chrétien eſt enſeveli pour mourir: tant parce que l'*IMMERSION *baptiſmale, qui repreſentoit la ſépulture du Sauveur,* SERVOIT A APPLIQUER *au batiſé* LE MERITE DE LA MORT ET DE LA SEPULTURE *de Jeſus-Chriſt, comme fait auſſi l'effuſion: que parce que la mort du Chrétien au peché n'eſt pas encore achevée, mais doit croiſtre de jour en jour.* Quodnam meritum mortis Chriſti eſt? Idem ac ſepulturæ, inquit. Non ergo meritum proprie dictum, ſed meriti nomine excellentiam tantum objectivam utriuſque intelligit; quæ digna nimirum eſt, ut ea commoniti ad imitationem vel ſpem excitemur. Nam ſepultura Chriſti in ea hypotheſi æque prodeſt ac mors ipſius; quandoquidem etiam ſepultos æque ac mortuos credi oportet exemplo Chriſti reſurrecturos. Eam ob rem ſepulturæ meritum æque commemorari & prædicari, ac mortis ipſius, in ea hypotheſi neceſſe eſt.

In *Rom.* VI, 10. pag. 353. *Comme il n'y 'a qu'une ſeule mort & une ſeule reſurrection de Jeſus-Chriſt, il n'y a auſſi qu'un ſeul bapteſme, qui* PAR LA VERTU *&* L'APPLICATION DE CES DEUX MYSTERES, *faſſe un nouvel homme en détruiſant la corruption du vieil homme.*

In *Rom.* VIII, 1. pag. 367. *Effets de la grace de Jeſus-Chriſt & de ſon eſprit dans les baptiſés.* 1. *Elle nous fait enfans de Dieu en Jeſus-Chriſt, & nous* FAIT SUBSISTER EN LUI. 2. *Elle annulle à noſtre égard la ſentence de condamnation prononcée contre les enfans d'Adam, en nous appliquant les* MERITES *du ſacrifice de Jeſus-Chriſt,* *&* LA VERTU DE SA MORT *&* DE SA RESURRECTION.

In *Philip.* III, 10. pag. 73. ubi iſte Pauli verbis abutitur, *virtutem reſurrectionis Chriſti* commemorantis. Qua locutione tamen Apoſtolus nihil aliud intelligit, quam plurimum poſſe, ad ſpem noſtram accendendam, Chriſti reſurrectionem. Queſnelius autem vim illam ejuſdem reſurrectionis vult per baptiſmum & alia Sacramenta, ſive ſigna, eamdem oſtendentia, applicari: atque hanc vim omnem ipſorum etiam Sacramentorum eſſe. *L'application qui s'en fait à eux par le bapteſme &* PAR *les autres Sacremens.*

In *Hebr.* VI, 6. pag. 306. *Que la perte de la grace propre au bapteſme eſt ou irreparable ou preſque irreparable: Que c'eſt une grace de renouvellement, par laquelle on devient une nouvelle creature & un autre homme en Jeſus-Chriſt,* QUI NOUS REND *tellement* PROPRES SA MORT *&* SA RESURRECTION, *que la juſtice de Dieu ne nous peut non plus punir pour les pechez du vieil homme, que ſi nous étions morts & reſſuſcités nous-mesmes.* Propter paſſionem, inquit, & reſurrectionem Chriſti, non magis poteſt Deus pœnas repoſcere de peccatis noſtris, quam ſi mortui ipſi & ſuſcitati eſſemus. Quid? num reſurrectione Chriſti, æque ut paſſione, placatur Deus? num etiam morte aut reſurrectione noſtra placari poſſet? Hæc vero placita nemo Catholicus non deteſtetur. Sed credi vult iſte cum ſecta impia hac verborum ambage, juſtificationem perfectam ſola corporum reſurrectione fieri; quoniam hæc ſola concupiſcentiam omnem, hoc eſt, ut aïunt, omne peccatum extinguat in corpore. Juſtificatum eſſe proinde jam in ſpe, qui quod eſt certiſſime eventurum, ſperet ſe poſt mortem ſimiliter reſurrecturum eſſe. Nam cum paſſio Chriſti & reſurrectio eo tantum fine præceſſerit, judicio impiæ ſectæ, ut doceret eumdem aliquando eventum juſtos eſſe habituros; certa noſtra juſtificatio perinde eſt, ac ſi ipſi mortui & jam ſuſcitati eſſemus; modo hunc credamus & ſperemus eventum fore; eaque nos ſpes ad virtutis ſtudium incitet. At non ſic profecto Catholici docent. Neque enim aut fide dicunt juſtificari quemquam, niſi diſpoſitive: aut Chriſtum mortuum eſſe ſuſcitatumque eo tantum fine, ut myſterium eſſet; hoc eſt, ut in ſe tantum exhiberet, veluti in ſpeculo vel in imagine, quid viris juſtis ac probis eventurum eſſet: aut juſtificationem tantum in ſpe fieri. Hanc enim credunt in Sacramentorum ſuſceptione reipſa perfici; non ob ſpem reſurrectionis, niſi diſpoſitive; ſed ob merita ſolius paſſionis Chriſti, quæ per Sacramenta rite diſpoſitis applicantur. Id quod dici non poteſt in ea hypotheſi, quæ Chriſti divinitatem aliam non agnoſcit, niſi Veritatem, ſeu Lucem eam, quæ conſpectis auditiſve ejuſdem myſteriis, mentem noſtram

docet

docet quid ſimile ſperandum agendumve ſit.

In 1. *Petr.* III, 2. pag. 441. CINQ MYSTERES *de Jeſus-Chriſt* OPERENT *noſtre ſalut dans le Bapteſme. 1. Sa mort y détruit la noſtre, & le peché qui en eſt la ſource.* 2. SA RESURRECTION *forme en nous la nouvelle vie de la* FOI, *& nous donne droit à celle de la gloire.* 3. *Son* ASCENSION *nous ouvre le Ciel, nous y fait monter dans noſtre Chef, & nous en rend citoiens par l'eſperance.* 4. *La ſéance à la droite de ſon Pere, nous donne un Avocat, un Mediateur, & un Pontife, qui intervient, ſollicite, & s'offre inceſſamment pour nous.* 5. *Sa ſouveraine puiſſance ſur toute creature, nous établit dans une liberté & une confiance Chrétienne.* Interventionem ac mediationem intelligit hæc ſecta ſolius deſiderii, quo Chriſtus optat ſimiles ſibi fieri aliquando fratres ſuos.

Denique in 1. *Joan.* I, 6. pag. 480. *Qu'eſt-ce que pratiquer la verité, ſinon vivre ſelon ſa foi, garder les promeſſes du bapteſme,* REMPLIR LA SIGNIFICATION DES MYSTERES DE LA MORT & DE LA NOUVELLE VIE *de Jeſus-Chriſt,* IMPRIME'S EN NOUS PAR CE SACREMENT *de noſtre regeneration, en haïſſant tout peché comme la mort, & en conformant noſtre vie à celle de Jeſus-Chriſt reſſuſcité.* Aperte hoc loco docet, ſola ſignificatione myſteria Chriſti prodeſſe; per fidem autem emendationemque morum, quam excitant & ſuadent, id eadem operari quod ſignificant.

12.

Sed inter illa myſteria, quibus Chriſtus operatus eſt ſalutem noſtram, deſcenſum etiam ad inferos ille commemorat: & quidem conſentanee: ſi Chriſtus ſcilicet, ut ille dicit, totus quantus eſt, myſterium eſt, hoc eſt, ſpeculum, ſymbolum, imago, & ſignificatio rerum quæ juſtis ſunt eventura. Hos autem ponit iſte, ut poſtea dicemus, poſt mortem eſſe in quiete, ſomno; unde ſint non ante ſupremum judicii diem ſuſcitandi. Et hunc igitur ſomnum dormire Chriſtum ipſummet oportuit, ut perfecte mortem viciſſe crederetur, nobiſque etiam poſt talem ſomnum ſpem ſimilem faceret ejuſdem olim ſuperandæ. In *Act.* II, 27. pag. 19. *La deſcente de l'ame de Jeſus-Chriſt dans les enfers eſt un myſtere bien digne d'eſtre adoré; & il eſt toutefois bien oublié. Il falloit qu'elle y deſcendiſt* POUR LA PERFECTION DE SA VICTOIRE, *& qu'elle en ſortiſt promptement pour ſon triomphe.* Et in *Epheſ.* IV, 9. pag. 25. *La conſommation des humiliations de Jeſus-Chriſt* PAR SA DESCENTE DANS LES ENFERS, EST LE MERITE, LA CONSOMMATION, *& le ſceau de ſa victoire & de ſon triomphe. Plus nous nous humilierons, plus nous triompherons du peché, du démon, & de la mort.* At Catholici Chriſtum perfecte victorem mortis futurum fuiſſe prædicant, tametſi ad inferos non deſcendiſſet: nec deſcenſum illum, quem ſane credunt, de ſtatu ſomni, in quo ſit anima exuta corpore interpretantur: nec meritorium denique deſcenſum illum eſſe omnino putant, aut myſterium quod ad noſtram juſtificationem quidquam conferat. Victoriam enim a Chriſto de morte relatam in eo collocant, quod & ipſe quo prædixerat tertio die reſurrexit, & parem ſuæ immortalitatem credentibus in ſe moriendo promeruit, reſurgendo autem in ſe tamquam in capite exhibuit.

13.

Sed inſigniora ſunt quæ ſequuntur, & aptiora ad patefaciendum quæ mens iſtius ſcriptoris de Chriſto ſit. Docet enim conceptis verbis, Chriſtum Mediatorem vel Pontificem, Caputque noſtrum, & Advocatum, non niſi poſt reſurrectionem, ac per eam eſſe: Ex quo autem in cælis eſt, ipſum jam gloriosum in omnes juſtos ſive electos ſpem derivare gloriæ, qua ipſe potitur. Nihil enim iſtud eſt aliud dicere, quam Chriſtum in gloria poſitum nobis objective tantum prodeſſe, nec prius potuiſſe, ſed tunc tantummodo; quoniam in eo ſtatu conſideratus ſpem nobis facit ſimilis gloriæ, & nos propterea a rerum terrenarum amore abſtrahit: ſic vero prodeſſe, inquam, prius non potuiſſe; nec proinde prius vel Mediatorem eſſe potuiſſe, vel Pontificem. Cum enim Chriſtus, ut volunt, non ſit niſi Veritas per carnem docens; Mediatorem illum atque Pontificem negant illum eſſe poſſe, niſi cum docet id quod nec alii ante ipſum docere, nec ipſe ante reſurrectionem potuit reipſa oculis exhibere, nempe immortalitatem. Qua jam adepta, poſtulat, non prece quidem, ſed tum voto, tum ipſa natura conditionis ſuæ jam immortalis, ut ſimiles ſui ſint in cælo, qui ſimiles ei per fidem in terra eſſe voluerint. Id vero eſt, inquiunt, Chriſtum Pontificem æternorum bonorum, Advocatum, & Mediatorem agere: Quod & Sociniani docent. Catholicis e contrario ſtatuentibus, Mediatorem egiſſe tunc Chriſtum atque Pontificem, cum ſuo ſanguine iratum nobis Deum placaret: ipſum proinde ſacerdotii ſui atque interceſſionis ſeu mediationis præcipuas partes expleviſſe in cruce: tunc proprie ſacerdotem egiſſe: neque vero in cælo ſacerdotii munere aliquo proprie fungi eum; ſed illic præteritam dumtaxat functionem ſuam ſemper Deo repræſentare, ac mercedem ei debitam pro nobis expoſcere. Caput denique noſtrum eſſe, & capitis vices nunc quidem agere, ſed & toto etiam vitæ mortalis tempore; quoties intuitu meritorum ſuorum huic fidem, iſti caritatem, alia aliis velut membris ſuis dona a Patre certiſſime impetraret. Quam ſunt autem his diſſimilia, quæ a Queſnelio hic traduntur?

In *Joan.* XIV, 12. pag. 293. *Ce n'eſt en un certain ſens que par ſa mort qu'il a merité d'eſtre le Mediateur & l'Avocat des hommes:* & QUE PAR SA RESURRECTION *qu'il eſt* ENTRE' EN POSSESSION DE SES FONCTIONS DE PRESTRE, *d'interceſſeur, & de chef.* Meritum cum dicunt iſti, non hominis meritum apud Deum, quippe quem nullum norunt; ſed ex quo neceſſario merces ſequatur, opus intelligunt. Catholici vero nec morte ſua Chriſtum, nec aliquo præclare geſto meritum eſſe dicunt, ut Mediator & Advocatus hominum fieret: Utramque dotem, aliamve quamlibet ei competere prædicant titulo hypoſtaticæ unionis. Tantum addunt, utriuſque dotis illius partes eum ſuſtinuiſſe ſive egiſſe in paſſione præſertim: in cælo vero non ita proprie officio eo utroque fungi, ut eſt in cruce perfunctus: cum in cælo mera commemoratio præteritæ interceſſionis peractique jam olim ſacrificii ſit, tametſi conjuncta ea cum vera precatione eſt.

In *Act.* II, 36. pag. 23. *La Reſurrection eſt l'*ETAT D'UNE PUISSANCE CONSOMME'E, *& d'une* CONSECRATION *parfaite; qui met Jeſus-Chriſt en poſſeſſion des droits de ſa roiauté & de* SON SACERDOCE; *& fait connoiſtre qu'il eſt le Seigneur.* Conſecratum in Pontificem reſurrectione ſua Chriſtum fuiſſe, coguntur ſimiliter Sociniani, ut diximus, comminiſci.

In 1. *Cor.* XV, 14. pag. 585. LE SACERDOCE ETERNEL *de Jeſus-Chriſt, la miſſion des Apoſtres, l'établiſſement de l'Egliſe,* SUBSISTENT SUR LA FOI EN *Jeſus-Chriſt* RESSUSCITE'. Quid hoc monſtroſi dogmatis eſt? Sacerdotium Chriſti æternum ſubſiſtit in fide Chriſti ſuſcitati? Hoc eſt dicere, niſi fallimur, Chriſtum non agere ſacerdotem, niſi credatur ſuſcitatus. Ac reipſa quidem, ſi Chriſtus non eſt niſi Veritas docens per carnem ad id ſelectam, ut volunt; Pontificem is agere, aut aliud quodcumque munus obire, ut diximus, niſi docendo non poteſt.

teſt. Non ergo ſacerdotio Chriſtus perfungitur, niſi cum docet: nec docet actu, aut certe non ſuadet, niſi cum ei creditur. Tunc ergo ſacerdotio fungitur Veritas docens, cum fide percipitur ac tenetur; non alias, nec aliter. Id autem quod in primis docet, ut volunt, reſurrectio eſt. Sacerdotis igitur tunc tantum vices agit, cum jam a mortuis ſuſcitatus ad fidem reſurrectionis ſuæ animos incitat. Quam diverſa ſit Catholicorum de ſacerdotio Chriſti ſententia, quid attineat a me commemorari: cum in confeſſo ſit, ſacerdotio functum in cruce Chriſtum eſſe; atque etiamnum in cælo eatenus ſacerdotem agere, quod peracti ſacrificii mercedem pro his qui in ſe credunt, & pro his etiam qui nondum credunt, a Patre humana ſua voluntate poſtulat, impetratque?

In 1. *Cor.* XV, 20. pag. 586. *Le corps de Jeſus-Chriſt mort & enſeveli, eſt le grain de froment, qui jetté en terre porte beaucoup de fruit. Son corps reſſuſcité, ſortant du tombeau plein de gloire, tout vivant à Dieu & de* DIEU, *eſt la gerbe d'épics offerte à Dieu dans la terre promiſe, comme les prémices de la moiſſon, élevée devant le Seigneur,* CONSACRE'E *à ſon honneur. Cette gerbe divine eſt en meſme tems &* LE SACRIFICE *d'action de graces, & le gage de la benediction qu'*ELLE ATTIRE *ſur toute la moiſſon, & qu'elle reçoit pour elle.* Chriſtus ſuſcitatus, inquit, Pontificem agit pro ſolis pariter glorificandis.

In 2. *Cor.* V, 16. pag. 637. *Qu'il n'y ait rien d'humain ni de charnel dans le miniſtere Evangelique, à l'exemple de Jeſus-Chriſt,* QUI N'ENTRE DANS L'EXERCICE DE SON SACERDOCE QUE PAR SA VIE RESSUSCITE'E, *& en ſe dégageant de toute reſſemblance de la chair du peché.* Non potuit Chriſtus, inquit, Pontificem agere, dum adhuc in carne mortali eſſet.

In *Gal.* I, 1. pag. 690. LE SACERDOCE, LA MISSION, *& l'autorité de Jeſus-Chriſt, comme chef de ſon Egliſe, ont eſté* CONSOMME'S EN SA RESURRECTION, OU IL COMMENCE *à les communiquer.*

In *Philip.* III, 10. pag. 73. *Quatre points capitaux de la ſcience du Chriſtianiſme. Le premier regarde la grandeur de Jeſus-Chriſt reſſuſcité, les droits & le pouvoir qu'il a ſur nous,* COMME E'TABLI PAR CET E'TAT SOUVERAIN PONTIFE *du Très-haut, &* NOSTRE CHEF *pour nous attirer à lui, nous unir à lui, nous ſanctifier* EN LUI, *en changeant & reſſuſcitant nos cœurs. Le ſecond regarde la diſpenſation des myſteres de Jeſus-Chriſt,* &c.

In *Hebr.* IV, 14. pag. 298. *Jeſus-Chriſt après avoir eſté l'Apoſtre* DE SES PROPRES MYSTERES, *& avoir ſcellé de ſon ſang la foi qu'il a preſchée,* A MERITE' PAR CELA MESME *d'entrer dans le repos qu'il nous avoit annoncé,* & D'Y RECEVOIR LA SOUVERAINE SACRIFICATURE *pour l'éternité.* Pontificatum Chriſtus, inquit, prius non habuit: tunc primum accepit, cum in cælum ſubiit.

In *Hebr.* IV, 16. pag. 299. *Voila tout ce qui eſt neceſſaire à un pécheur; la miſericorde pour les péchés paſſés, la grace pour faire le bien preſentement, & pour meriter les biens & le repos du ſiecle avenir. Ce ſont les fruits du ſacrifice de Jeſus-Chriſt ſur la terre, & l'exercice de ſon* SACERDOCE ETERNEL *dans le Ciel.*

In *Hebr.* V, 6. pag. 301. *Que ſi Dieu* E'TABLIT *ſon Fils* DANS LA PERFECTION DE SON SACERDOCE PAR SA RESURRECTION, *qui eſt une nouvelle naiſſance qui le ſépare de la terre, &* LE MET EN E'TAT DE NE PLUS VIVRE QU'A DIEU & POUR DIEU; *il ſe doit faire quelque choſe de ſemblable dans tous les Preſtres.*

In *Hebr.* V, 9. pag. 303. *Jeſus-Chriſt meſme* N'A ESTE' PARFAITEMENT CONSACRE' PONTIFE *des biens éternels, qu'en mourant ſur la croix,* ET EN CHANGEANT SA VIE MORTELLE EN UNE VIE IMMORTELLE & GLORIEUSE.

In *Hebr.* VI, 20. pag. 311. *Jeſus-Chriſt dans le Ciel eſt* LE FONDEMENT DE NOSTRE ESPERANCE. QUE NOUS AUROIT SERVI DE L'AVOIR EU POUR VICTIME DANS SA MORT, S'IL N'EUST ESTE' E'TABLI NOSTRE PONTIFE & NOSTRE CHEF PAR SA RESURRECTION? Quid dici poteſt, quod apertius cum Catholica fide pugnet? nam e placitis iſtud Socini eſt. Nihil profuiſſet Chriſtum mori, niſi & reſurgeret? Non eſſet aut Pontifex, aut caput noſtrum, niſi reſurgeret? Vel ſi Angelus de cælo ſic ſtatuat, anathema nos ei Paulum ſecuti dicimus. Similia ſunt quæ ſequuntur.

In *Hebr.* VII, 1. pag. 312. *Jeſus-Chriſt* N'EST E'TABLI PONTIFE QU'APRE'S LA VICTOIRE REMPORTE'E *ſur le Prince du monde & ſur le peché.*

In *Hebr.* VII, 3. pag. 313. *Le* TITRE DU SACERDOCE *de Jeſus-Chriſt eſt ſa naiſſance éternelle &* SA RENAISSANCE POUR L'ETERNITE'.

In *Hebr.* VII, 16. pag. 317. LE SACERDOCE DE *Jeſus-Chriſt eſt* FONDE' SUR SA VIE RESUSCITE'E, *glorieuſe, & immortelle.* Hoc loco verba Apoſtoli de Chriſto, *Qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt* ſacerdos, *ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis*; Queſnelius cum Montenſibus ſuis vertit, *mais* PAR LA *puiſſance de ſa vie immortelle:* ne ſacerdotio potuiſſe fungi Chriſtus exiſtimetur ante reſurrectionem: cum ſententia ſit, non ſacerdotium quidem obtigiſſe Chriſto ob vitam immortalem: ſed ſacerdotii æternitatem, ſecundum virtutem quam habet vivendi vita immortali.

In *Hebr.* VII, 19. pag. 318. *Souvenons-nous toujours que* LE PROPRE EFFET DU SACERDOCE DE *Jeſus-Chriſt eſt de nous* SE'PARER DE LA TERRE, *& d'élever nos cœurs vers le Ciel, où il nous doit* CONDUIRE, *par nous y conſacrer parfaitement à Dieu.*

In *Hebr.* VII, 25. pag. 319. *La* MORT *de Jeſus-Chriſt eſt* LE MERITE & LA PORTE PAR OU IL ENTRE DANS SON SACERDOCE, *& le ſacrifice qui lui donne de quoi offrir éternellement.* Nec aliter mortem Chriſti meritum eſſe dicit, quam quia via & aditus ad immortalitatem eſt, quæ neceſſaria eſt merces mortis fortiter ac pie obitæ: nec mortem ſuam Chriſtum offerre Deo dicit; ſed niſi moreretur, non habiturum eum fuiſſe corpus glorificatum quod offerret; hoc eſt, quod conditione ſuæ naturæ nunc poſtularet, ut ſimiles ſui in terra, ſimiles ei & in cælo ſint.

Denique in 1. *Petr.* I, 21. pag. 422. *La Reſurrection de Jeſus-Chriſt a eſté accomplie pour nous,* AUSSI BIEN QUE SES AUTRES MYSTERES: *Elle nous rend noſtre victime: &* SANS ELLE NOUS N'AURIONS NI UN MEDIATEUR POUR NOSTRE RECONCILIATION, NI L'ESPERANCE DE LA GLOIRE, NI UN AVOCAT DANS LE CIEL, NI LE SAINT ESPRIT *dans nos cœurs.* Reclamant enimvero, ut diximus, Catholici Doctores omnes hoc loco: & magna voce contendunt, tametſi (quod fieri ſane non decuit) uſque ad ſupremum mundi diem reſurrectionem ſuam Chriſtus diſtuliſſet, nihilo minus futurum eum fuiſſe Mediatorem noſtrum, & Advocatum, nec ſpem nobis gloriæ vel Spiritum Sanctum fuiſſe defuturum. Quoniam negant illi concordiſſime in eo poſitam eſſe Chriſti mediationem, quod oſtenſione gloriæ ſuæ facta ſpe paris felicitatis accendat animos ad ſtudium virtutis: ſed quod ob unionem hypoſtaticam infinita ſunt merita actionum & paſſionum ejus, quæ per Sacramenta, ubi obex nullus eſt, applicantur.

Eo referri debet, quod iſte docet, oportuiſſe Verbum carnem fieri, ut nos ex carnalibus efficeremur ſpiritales. In *Act.* II, 17. pag. 16. *Il* FALLOIT

que

que le Verbe se fist chair, AFIN QUE *le Saint Esprit se répandist sur toute chair, & que de charnels il nous rendist spirituels.* Neque enim id vere dicitur aut intelligitur, nisi in ea hypothesi, quæ Christum idcirco necessarium fuisse ponit; quoniam nisi viderent homines aliquem ad immortalitatem surrexisse, non possent ejusdem immortalitatis spe ad virtutis studium inflammari. Catholici certe non idcirco necessariam fuisse Incarnationem Verbi dicunt; sed ut iratum Numen condigna satisfactione placaretur, iramque deponeret.

14.

Quale istud rursum Christi sacerdotium, quale regnum, qualis filiatio est, cujus nos esse vel fore participes iste confitetur? Negant enimvero Catholici esse quemquam aut futurum esse sive sacerdotii, sive regni, sive filiationis Christi participem. Est enim sacerdotium Christi in eo positum, ut veluti victimam Deo seipsum offerat, aptam unam placando Numini, condignamque satisfactionem pro peccatis totius mundi, fuso sanguine pretii infiniti ob hypostaticam Verbi unionem. Est Christi regnum, præter divinum, potestas summa in res omnes creatas, in animos etiam omnium hominum, quos inflectere quo velit possit, motionibus idoneis a Deo cum libuerit certissime impetratis: cum potestate præterea adversarios conterendi, hoc est, eos qui sibi minime paruerint, vel ipsius consiliis voluerint afferre impedimentum. Est denique filiatio, tum Verbi propria, ob æternam generationem, tum humanitati communicata per hypostaticam unionem. In harum autem omnium, vel in unius ex hisce dotibus partem venire quis vel se vel alium credat posse? Tamen Quesnelius nos sacerdotii, nos regni, nos filiationis Christi, quotquot justi vel electi sumus, consortes fecit. Recte, si Verbum aut Filius Dei non est nisi Veritas aut Sapientia intelligibilis & Lux animorum communis. Nam si quidem ita est, tam filii, & tam dii sunt, aut erunt certe in gloria, qui ei Luci contemplandæque Veritati interrupte adhæserint: Tam reges, quam homo Christus, qui Lucis illius ductu terrenas cupiditates domant: Tam denique sacerdotes, qui gloriæ suæ ostensione æque possint per se immortalitatem docere: aut (uti jam §. 5. diximus) quoniam istud nimis absurdum est, erit unus in cælo ex omnibus prædestinatis compositus rex unus, unus sacerdos, unus Filius. Sic ille nimirum intellexit: In *Luc.* I, 32. pag. 12. *Quatre marques de la grandeur de Jesus:* 1. *L'élevation de la nature humaine* A LA NATURE DIVINE *par son union au Verbe.* 2. *Sa filiation* SELON LA NATURE DIVINE. 3. *Sa souveraineté sur son Eglise.* 4. *L'éternité de son regne. . . . . En cette vie le Chrétien est fait participant de la nature divine en Jesus-Christ,* & ENTRE DANS SA FILIATION *par l'adoption du Pere: dans l'autre il participera à sa souveraineté & à l'éternité de son regne.*

In 1. *Cor.* III, 22. pag. 484. *Toute l'Eglise & tous les Elus ne sont que pour former un Corps à Jesus-Christ, pour composer* UN SEUL CHRIST *du Chef & des membres. Et comme encore Jesus-Christ* PARFAIT, ACCOMPLI, *& rempli de tous ses membres,* N'EST QUE POUR DONNER A DIEU UN PRESTRE ETERNEL *& une victime digne de lui, & pour lui offrir le* GRAND SACRIFICE DE L'ETERNITE' *dans le Ciel.* Sacrificium laudis, opinor, quod sibi bene sit, reddent omnes Fato, vel Naturæ, vel Enti indeterminato. Sentient enim se esse, ac fore semper, non hoc vel illud, sed esse simpliciter, & in eo acquiescent. Hoc magnum sacrificium æternitatis erit.

In 1. *Petr.* II, 9. pag. 427. *Les Chrétiens fidelles à la loi de Dieu. . . . . sont faits participans de la* PUISSANCE ROIALE *de Jesus-Christ pour dompter leurs passions:* REVE'TUS DE SON SACERDOCE, *pour se sacrifier à Dieu.*

In *Apoc.* III, 21. pag. 563. *Le thrône du Fils, c'est le sein du Pere.* C'EST LA *qu'il rend ses membres participans* DE SA PUISSANCE, *& en fait autant de* ROIS.

In *Apoc.* XXI, 22. pag. 675. *Le sein &* L'UNITE' *de Dieu mesme, dans laquelle* L'UNITE' DE CHRIST *sera un jour* CONSOMME'E. Erunt omnes sancti unus Christus; immo erunt tandem etiam unum Ens indeterminatum. Atheïsmum! sed ut de sacerdotio & regno dicamus, *fecit nos* Christus quidem *regnum & sacerdotes Deo & Patri suo, Apoc.* I, 6. fecit *regale sacerdotium,* 1. Petr. II, 9. hoc est, fecit sacerdotes spiritales regio dignos honore: ut sileam de sacerdotio, qui sacer ordo in Ecclesia est: sacerdotium vero & regnum, quale in Christo veneramur, cum alio nemine communicari potest, præterquam in hypothesi impia, quam insectamur.

Quanto istud autem intolerabilius est, quod ait, sacerdotes seu Dei ministros in cælo participes fore auctoritatis illius qua Deus ipse pollet in animos hominum! *Matth.* XXIV, 47. pag. 335. *Les Ministres du Seigneur ont dans le Ciel une recompense proportionnée & à leurs travaux & à leur caractere; & ils y participeront à l'autorité de Dieu sur les ames.* Id vero sane quemadmodum fieri possit non apparet; nisi si Deus non est nisi Veritas docens mentes quaslibet; sunt autem singuli sancti, præcipue vero sacerdotes, totidem (ut dictum est) Christi, vel unus Christus ex omnibus; ac proinde una Veritas, sive unius ejusdemque Veritatis, incorruptionis nimirum & immortalitatis, monitores.

15.

Quod si negat iste sacerdotium Christi perfectum ante resurrectionem fuisse, quid de hostia statuisse eumdem arbitramur, quam Christus in cruce obtulit? Neque hanc ille scilicet existimat ante resurrectionem fuisse perfectum. Quid ita? Quoniam ubi Deus non habetur aliquis præter Unitatem entium intelligibilem, quæ est omnium rerum causa effectrix, ut aiunt, nemo perfectius litat Unitati, quam qui de hac una cogitat, huic uni contemplandæ adhæresci; id quod in vita immortali fieri isti dicunt. Itaque affirmat iste, inquam, per resurrectionem fuisse perfectam hostiam, quam Christus in cruce obtulit. Nam isthic certe & de matre, & de discipulo, & de inimicis, & de latrone, & de sua siti, & de sua derelictione, similibusque, reapse cogitavit. In cælo autem & est una Christi & erit omnium de sola Unitate, sive de sua incolumitate cogitatio & gratulatio, inquit iste, sed callide & occulte. In *Joan.* V, 17. pag. 79. *L'ame qui sçait pourquoi elle est creée, aspire sans cesse* A CETTE UNITE' D'OPERATION, *qui doit succeder dans le Ciel à la varieté & à la* MULTIPLICITE' DES ACTIONS *de la terre.* Atque ob easdem causas, simul addit, quod Christianæ aures perhorrescant, per resurrectionem Christum esse factum nunc totum Deum. Causam etiam alteram, cur perfectior Christi hostia in cælo ab his esse credatur, mox afferemus, & jam superius attigimus.

In *Rom.* VI, 10. pag. 353. *Le dixiéme effet du baptesme est de nous faire vivre à Dieu & pour Dieu, & de nous porter à lui consacrer toute nostre vie en imitant Jesus-Christ.* IL EST TOUT CONSOMME' EN DIEU PAR SA RESURRECTION: *il n'a plus d'assujettissement qu'à Dieu, plus de vie qu'en Dieu, plus de mouvement que pour Dieu,* COMME LA VICTIME DE DIEU DANS SON E'TAT PARFAIT. *C'est la loi & le modelle de la perfection, ou le Chrétien doit tendre & aspirer.*

In

In *Rom.* IV, 25. pag. 340. *Jesus-Christ sur la Croix est une victime d'expiation: Jesus-Christ resuscité est une victime de sanctification.* Hoc est dicere, Christum in cruce, (nam cum Christus in ea hypothesi nihil aliud sit nisi Veritas mortalibus se in carne manifestans, non prodest ille nisi docendo: nam Veritas nonnisi loquendo prodest: nec prolunt Christi proinde mysteria, nisi ut mysteria sunt; hoc est, signa quæ rem aliquam docent:) Hoc est ergo dicere, Christum morientem docere, cum qui peccato moriatur, ut ipse carni mortali, (quæ peccati fomes in nobis est) huic ob priora delicta nihil metuendum esse; sive non esse ea imputanda post mortem: sed felicitatem, ut in Christo, esse subsecuturam: (sic nempe Christus, huic sectæ si credimus, peccata expiat:) Eumdem vero in cælo positum, spem faciendo similis gloriæ, sanctificationi nostræ sic adlaborare. Quem enim non accendat spes tantæ felicitatis? Itaque perfectius est quod e cælo, quam quod e cruce præstat. Perfectior ibi igitur Christi hostia, quam in cruce est. Nam perfectio hostiæ in eo posita est, ut iis maxime prosit pro quibus offertur. Atqui plus prodest quod sanctificat, quam quod abolitam dumtaxat, hoc est, non imputandam prioris delicti labem admonet. Id vero totum Catholici detestantur. Negant enim habere Christum in cælo rationem seu conditionem hostiæ: in cruce tantum ea Christi conditio fuit; tametsi merita ejusdem ibi parta, in cælo & in Eucharistia perseverant, & per Sacramenta præsertim distribuuntur fidelibus. Negant effectum hostiæ Christi in cruce solam peccati expiationem, seu meram non imputationem esse; non esse etiam perfectam sanctificationem negant.

In 1. Cor. III, 22. pag. 484. *Toute l'Eglise & tous les Elus*, & cetera, ut superius descripsimus, pag. 127.

In *Coloss.* I, 22. pag. 92. *Ce sont deux choses*, &c. loco prolixo, quem jam superius descripsimus, §. 10. pag. 121.

In *Joan.* XIII, 33. pag. 282. *L'état de la vie ressuscitée est tout spirituel: & on n'y connoist plus Jesus-Christ selon la chair*, NI SELON LA MANIERE DE CONVERSER ORDINAIRE.

In 2. *Cor.* XIII, 4. pag. 685. *Deux naissances de Jesus-Christ forment en lui deux états bien differens. Le premier, de sa vie mortelle, où Dieu porte l'infirmité de la chair de l'homme. Le deuxiéme, de sa vie glorieuse*, OU L'HOMME EST TOUT PENETRE' DE LA PUISSANCE DE DIEU. *Portons humblement le premier en cette vie*, POUR MERITER *d'avoir part au second dans le Ciel. Ils s'accomplissent tous deux dés cette vie dans les Apostres, dans les saints Evesques, & dans les hommes Apostoliques. Le premier, par les souffrances ou par la penitence. Le second, par la puissance que Dieu leur donne sur les ames & sur les autres creatures.* Atqui nemo Catholicus sic delirat, ut existimet, nunc Christum in cælo positum vel divinitate vel Dei potentia magis esse imbutum, quam cum in terris degeret. Obediente Deo voci hominis, ob hypostaticam Verbi unionem, quidquid humana voluntate vult, id non nunc magis, quam olim, sed semper a Deo certissime impetrat. Hæc una communicatio divinæ potestatis, nec alia certe, humanitati assumptæ convenit. At cui pro Deo Unitas est; cum sit proprietas Unitatis Auctoritas, ut iste ponit, eo quod Unitas principium sit rerum omnium; is ad divinam auctoritatem tunc perveniisse Christum potest affirmare, cum totus quantus est imperat animis. Atqui ex impia hypothesi, ut vidimus, non ante ascensionem in cælos Christus per spiritum suum, hoc est, per Veritatem ac lucem, quæ humanitatem Christi glorificatam ostendit, imperat animis, ut spe similis gloriæ se sequantur. Non igitur ex eadem hypothesi ante ascensionem in cælos, auctoritate Patris imbutus est ac repletus. Hæc blasphemia Quesnelii, similiumque est.

In *Apoc.* XII, 14. pag. 613. *Jesus-Christ qui est* TOUT CELESTE *par sa resurrection, & qui comme un aigle s'est élevé au dessus des cieux par son ascension, donne ses ailes à son épouse*, LA REVE'TANT DE LA PUISSANCE DE SA VIE RESSUSCITE'E *& de la force de son esprit, pour fuir le monde. C'est lui qui l'en sépare. . . .* Potentia Christi a mortuis suscitati, ex impiæ hypothesis sententia, in ea auctoritate posita est, qua per Spiritum suum, hoc est, per Lucem seu Veritatem, quæ Christum jam glorificatum proponit hominibus, similis gloriæ spe hos accendit ad sui imitationem. Hæc autem Lux, hæc Veritas, propria fit hominum justorum, ac præcipue sacerdotum; unde eadem ipsis auctoritas tunc competit, cum ejusdem Lucis ac Veritatis ope se aliosque a mundo abstrahunt ac divellunt. Quam magnificis iste verbis, quantam sententiarum impietatem, quam sæpe involvit! Denotari ab isto credas hæc verba Pauli, 1. *Cor.* XV, 47. *Secundus homo de cælo cælestis.* Sed hæc ille perverse de more accipit: cum non alia eo loco Apostoli sententia sit, quam hominem justum quemlibet, secundo seu denuo, in resurrectione, divina ac cælesti virtute reformatum, cælestem fore, hoc est, incorruptum.

Eodem pertinet & quod iste tradit, splendorem claritatis illius, quam Verbum semper habuit ad Deum, in ipsam humanitatem, atque in ipsum Christi corpus diffundi; & nos aliquando simili claritate imbuendos esse. In *Joan.* XVII, 8. pag. 346. *Aveugle, quiconque cherche d'autre gloire, que celle que Dieu nous veut donner en lui-mesme, aussi bien qu'à nostre chef adorable: à nostre chef*, EN RE'PANDANT SUR SON HUMANITE' & SUR SON CORPS MESME, L'E'CLAT DE LA GLOIRE QUE LE VERBE A TOUJOURS EUE EN DIEU: *à nous, en nous faisant recevoir de sa plenitude.*

In *Act.* II, 36. pag. 23. *Il est aussi manifesté comme le Christ, c'est-à-dire, Oint* PAR L'EFFUSION DE LA GLOIRE DE SA DIVINITE' SUR SON CORPS NATUREL, *& de son Esprit sur son Corps mystique, qui est l'Eglise.* Si Deus nimirum non est, ut ponit impia secta, nisi Ens semper immutabilis; hanc certe immutabilitatem non habuit corpus Christi, dum inter mortales degeret: Habuit autem tunc cum resurrexit. Ergo tunc ipsa Verbi gloria imbutum ipsum Christi corpus fuit. Ergo non prius quam resurgeret vel in cælum subiret, habuit claritatem, quam habuit semper apud Patrem; quando & ipse secundum divinitatem, hoc est, ut impia secta intelligit, Veritas ipsius immortalitatem Christi animis credentium objicit. Quapropter nunc est totus Deus, & corpore nimirum & Spiritu; hoc est, ut interpretantur, humanitate æque ac divinitate; totus Verbum, totus Veritas, totus ipsa immutabilitas. Et nos similiter cum incorruptione fruemur & immutabilitate, erimus omnes toti dii, toti Deus, toti & omnes unus Christus, una Veritas Unitasque, siquidem incorruptio immutabilitasque una. Hæc sunt præclara consectaria, quæ Quesnelius pauciori-bus quidem verbis, sed eadem omnino sententia exprimit: quoniam Deus illi non est nisi Ens immutabile semper, & Verbum Veritas pariter immutabilis. Hac immutabilitatis dote caruit Christus, dum inter mortales degeret, hac autem fruitur, ex quo resurrexit, totus est Deus, quod prius non erat. Et nos aliquando similes ei hac etiam parte erimus.

At hæc Catholici merito exsecrantur: quibus alia profecto divinitas, quam illa immutabilitas est. Neque illi sane claritatem Verbi ut Verbum est in Christi corpus effusam esse dicunt; qui Verbum increatum ac spiritale, splendorem vero incorruptionemque corporis donum esse creatum & corporeum norunt, nec divinum proinde, nec Verbi etiam in Christo proprium ut Verbum est: Nec denique Christum nunc magis

magis totum Deum esse dici volunt ulla ratione, quam cum inter mortales vitam ageret; aut minus hominem, tametsi nunc immortalem.

Itaque perverse admodum Quesnelius hæc verba Christi Servatoris accipit, *Joan.* XVII, 5. *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te.* Est enim hæc oratio, non Verbi formaliter, ut ponit Quesnelius cum secta impia; quoniam in ea hypothesi exponi aliter non potest quomodo aut vere Christus, aut Deus loquente Christo loquatur, si Deus & Verbum nimirum nonnisi ipsa formaliter Veritas est: non est, inquam, ea Verbi formaliter, sed humanitatis oratio, Verbum sibi hypostatice unitum scientis, & utramque naturam, quæ in ipso erat, divinam humanamque egregie prædicantis. Hujus enim petitionis sententia ac summa hæc est: Optat decerni sibi a Patre hanc mercedem, post tot labores pro Patris gloria amplificanda susceptos, post acerbissimam mortem cui se sponte devovet propter Patrem; ut ad Patris dexteram humanitas ipsa collocetur, agnoscaturque ab hominibus se ea etiam claritate esse, hoc est, illud se ob unionem hypostaticam Verbum esse, quod fuit apud Patrem antequam mundus fieret. Quamvis enim hanc sibi ab initio sciret promissam esse mercedem, & alioqui titulo unionis hypostaticæ debitum, tamen quasi docere homines vellet, nonnisi post exantlatos labores præmium a Deo postulandum esse; ipse jam morti proximus, postulat decerni sibi a Patre præmium, quo sibi dudum *proposito, sustinuit crucem* subire, *confusione contempta.*

16.

Jam Christi Domini merita quæ possunt esse, in ea hypothesi quæ verum Deum non habet? Nonnisi metaphorica certe, & per audacissimum genus abusionis, quod ei soli hominum generi licet, qui se æquivocationum, ut appellant, hoc est, ambigue dictorum hostes infensissimos prædicant. His, inquam, solis fas est, in usu quidem vitæ communi ambigua verba damnare, ut ab eo crimine, quod adversariis inferunt, abhorrere ipsi & abesse quam longissime existimentur: eadem vero nihilominus usurpare creberrime in mysteriis fidei exponendis ad tegendam impietatem. Itaque merita quoque Christi jactant & ipsi, at non apud Deum, seu apud homines: a quibus meritus est sane Christus diligi, considerari, imitatione exprimi. In his est autem Quesnelius præter ceteros insignis: qui propter illam vocis abusionem, in hypothesi impia prorsus necessariam, ad fucum faciendum imperitis, præsertimque feminis, quibus Gallice scribit, ut merita mortis Christi, sic etiam meritum sepulturæ, meritum & merita mysteriorum Christi sæpenumero occinit, ut vidimus. Ecquod autem est meritum sepulturæ Christi, si Catholicos Doctores consulimus? Plane nullum. Quoniam meritum Christi cum dicimus, meritum proprie dictum intelligimus; hoc est, vim movendi Deum ad retribuendam mercedem: quæ vis inest bono operi facto libere ab homine vel Angelo viatore. Jam sepultus autem Christus ac mortuus, viator non est, ut ratione meriti pro nobis comparandi viator fuit. Soli igitur ii meritum sepulturæ dicunt, qui meritum ponunt pro eo quod dignum est illam attente considerari, ut quod symbolice significat, id in animis nostris Spiritus Christi, hoc est, spiritus fidei, spiritus Veritatis efficiat. Sic iste porro multis locis.

In *Rom.* VI, 4. pag. 351. *Le troisiéme effet ou degré de la grace du baptesme est de nous faire vivre dans l'oubli de la terre, & séparés du monde par la disposition du cœur, comme si on étoit enseveli. Le Chrétien est enseveli pour mourir : tant parce que l'*IMMERSION *baptismale, qui representoit la sepulture du Sauveur,* SERVOIT A APPLIQUER *au batisé* LE MERITE DE LA MORT ET DE LA SEPULTURE *de Jesus-Christ, comme fait aussi l'effusion : que parce que la mort du Chrétien au peché n'est pas encore achevée, mais doit croistre de jour en jour.* Vide supra, §. 11. pag. 124.

In *Rom.* XV, 30. pag. 450. *Trois moiens conspirent à la sanctification des ames & à la formation du corps de Jesus-Christ :* SES MYSTERES, PAR LESQUELS IL NOUS A MERITE' LE SAINT ESPRIT. *Le Saint Esprit qui nous applique* LE MERITE DES MYSTERES *de Jesus-Christ. Et les prieres de l'Eglise.* Vide supra, §. 10. pag. 121.

In 1. *Cor.* XV, 16. pag. 586. *Nous ne sommes justifiés que* PAR LA VERTU DES MYSTERES DE *Jesus-Christ*, APPLIQUE'S PAR LA FOI VIVE & PAR LES SACREMENS. *C'est* PAR SA MORT *que nous mourons au peché :* C'EST PAR SA RESURRECTION *que nous vivons à Dieu plus efficacement & plus saintement que si nous avions esté nous mesmes crucifiés ou resuscités.* De eo loco jam diximus superius §. 10. pag. 121.

In *Eph.* I, 5. pag. 3. *C'est par Jesus-Christ, en Jesus-Christ, & pour Jesus-Christ, que les Elus sont tout ce qu'ils sont. Par Jesus-Christ*, C'EST-A-DIRE, PAR SES MYSTERES, SA MEDIATION, SES MERITES, *son sacerdoce, & son sacrifice. En Jesus-Christ, c'est-à-dire, en sa personne, en son corps, en adherant à lui comme ses freres & ses membres adoptifs, & en recevant de lui l'esprit & la vie comme de leur chef. Pour Jesus-Christ, c'est-à-dire, pour former son Eglise*, POUR Y ACCOMPLIR SES MYSTERES *& ses vertus. . .*

In *Eph.* II, 6. pag. 10. LA GRACE CHRE'TIENNE *est* DE'RIVE'E DES MYSTERES *de Jesus-Christ, en est une participation*, UN ECOULEMENT DE LEUR VERTU, UNE COMMUNION A LEUR ESPRIT, & cetera, quæ vide superius §. 10. pag. 121.

Nihil interest, mysteriane dicat iste, an merita, an mediationem & sacerdotium: cum his ille verbis nihil aliud intelligat, nisi vim significativam, quæ est in Christo homine & Christi mysteriis; & quam Christus Deus, seu Veritas, intus in animo exhibet. Nam horum vim omnem in eo esse positam dicit, ut repræsentent ea quæ sunt electis eventura; ac proinde ut eadem per fidem cognita idipsum in nobis efficiant.

In *Eph.* VI, 18. pag. 50. *Ne negligeons donc* 1. *aucune maniere de la faire, soit vocalement ou mentalement, soit en public, ou en particulier, &c.* 2. *Conjurons y Dieu nostre Pere par son Fils Jesus-Christ,* PAR SES MYSTERES, *son sacrifice, sa charité, &* TOUS SES MERITES. Per Christi mysteria, quemadmodum per Christi mysteria, obsecrari vult iste Deum: Quo loquendi genere non veram orationem obsecrationemve proprie dictam intelligit; cum ne verum quidem Deum secta ista agnoscat; sed vehemens desiderium suæ perfectionis, attente considerantibus nobis & mysteria Christi, quæ perfectionem illam significant; & quid Christus a nobis impetrare promeritus fuerit moriendo pro nobis. Nam ut quidem ait iste alibi, non est oratio ad Deum docendum quid facto opus, sed ad exhibendam homini miseriam suam, in *Matth.* VI, 8. pag. 56. *La priere n'est pas pour instruire Dieu, mais pour donner à l'homme la veuë de sa misere.* Cum virtutem igitur considerationem mysteriorum Christi inseri in nobis optamus, desideriumque illud per modum obsecrationis exprimimus, & id fieri demum per mysteria Christi, sive per merita Christi postulamus; nihil aliud ea locutione declaratur, inquiunt, quam Christi mysteria id sane mereri, ut eorumdem consideratione ad virtutis studium incitemur.

In *Tit.* III, 7. pag. 264. *l'Estre justifié & sanctifié* PAR

PAR LA GRACE DE *Jesus-Christ*, C'EST L'ESTRE PAR LES MERITES DE SES MYSTERES, *par l'operation de son Esprit, & dans l'Unité de son Corps, comme ses membres & comme estant en lui les enfans de Dieu.* Per merita mysteriorum Christi, scilicet passionis, sepulturæ, resurrectionis, & ascensionis justificamur, ex sensu hujus sectæ impiæ; cum considerata pie mysteria Christi id a nobis impetrant & eliciunt quod sane merentur. Et ea quoque consideratio efficax, cum sit ipsa gratia, hoc est, lux Veritatis, quæ Christus est, inquiunt, seu Christi divinitas, mentes nostras collustrans, operatio & ipsa spiritus Christi idcirco ab his nuncupatur, & Gratia Christi: non quia, ut credunt Catholici, meritis Christi parta est; ita ut tenetur Deus ob illa merita ad sanctificantem gratiam largiendam, ubi nullus est obex; & ubi vult eam Christus homo dispensari, si de gratia actuali agitur.

17.

Si meriti autem tam ambigua, tamque aliena a bono & Catholico sensu apud istos acceptio est, satisfactiones Christi quales esse demum iidem arbitrantur? Id vero ex aliorum scriptis quidem, quam ex istius opere quod habemus præ manibus, planius intelligitur: adeo occultat ille vafre super ea re mentem suam. Non satis placet tamen, quod solummodo *satisfactionem accipere justitiam divinam* dicat iste, in *Hebr.* II, 10. quoniam ea dictione Gallica nihil aliud significatur, nisi morte a Christo obita, & in peracto eo sacrificio Deum acquiescere; eo quod excellentior multo esset Christi obedientia, quam fuerit gravis Adami offensa: & quod (ut dixit in *Luc.* XXII, 42. pag. 421.) vita Christi, ob animæ sanctitatem, dignissima fuit quæ conservaretur; ac propterea sacrificium ejus dignum divina majestate fuit: hoc tantum. Placari Deum ipsa morte Christi per se, veluti justo persoluto ab humana voluntate divinitati pretio redemptionis, non dicit: neque illud etiam, quod Catholici confitentur, infinitas esse Christi satisfactiones. Hac enim loquendi formula ii intelligunt, quasi infinitas esse atque inexhaustos in obedientia Christi gradus, seu partes meritorum: quorum graduum pars alia aliis hominibus per sacramenta aliisque temporibus applicatur. Sic illi, inquam, satisfactiones Christi infinitas dicunt & intelligunt: nec satisfactionem propterea tantum dicunt, accipiuntve eo sensu quem diximus.

Et alterum autem insigne discrimen est inter Christi satisfactionem, qualem impia secta comminiscitur, & satisfactiones Christi infinitas, quibus spes Christiana innititur. Statuunt enimvero Catholici, vel minimum dolorem, quem ultro Christus Dominus subiit, præstare vices infinitæ satisfactionis; sive infinitos continere gradus satisfactionum, qui possint, ut diximus, infinitis hominibus applicari, tum alias, tum per Sacramenta. At impia secta, quæ Verbum non habet, nisi Veritatem illam, quæ mortalium animis conspiciendam se præbet, atque adeo nihil Christum egisse aliud satisfaciendo ponit, nisi ostendisse in se quæ peccato pœna debeatur; cogitur ex consequenti confiteri, cruciatus propemodum ipsos inferni, pœnam ipsam damnatorum quoad substantiam, quam promeritus est Adam peccando; totumque pondus iræ divinæ, (quæcumque secundum ipsos ea est) hoc est, incredibiles ac supra captum humani ingenii dolores sustinuisse in cruce: atque hæc Christi verba, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* ad faciendam dicti fidem, pertrahere cogitur in eam sententiam. Cum e contrario nihil aliud conquestum tunc esse Christum Catholici Interpretes vulgo affirment, nisi se a Patre permissum traditumque hostibus suis Judæis, ut facerent in eum quæcumque vellent. Discedit igitur a Catholicis in hac re quoque Quesnelius, & cum Calvinianis facit, in *Matth.* XXVII, 46. ad verba proxime recitata. Sic enim ille, pag. 397. *Ce cri doit nous faire concevoir, ce que c'est que de porter non seulement le jugement de Dieu, mais* TOUS LES PLEAUX DE SA COLERE & DE SA JUSTICE. C'EST MOINS UNE PLAINTE QU'UNE INSTRUCTION *dans la bouche de Jesus-Christ, qui veut par là nous appliquer à la grandeur de ses souffrances, au mystere de sa Croix, & à la severité de Dieu son Pere sur lui dans sa mort. Que* CE POURQUOI *comprend de choses! On n'y peut bien répondre, qu'*EN EXPLIQUANT LA CHUTE *d'*ADAM, & DE SA POSTERITE' EN LUI: *le dessein de* LA MISERICORDE *de Dieu pour sa reparation,* LA NATURE & LA RIGUEUR *de* SA JUSTICE, *la necessité d'un* SACRIFICE DIGNE DE DIEU, *&c.*

Et in *Act.* II, 28. pag. 20. ubi lætitia, qua Christi mens ex præsentia seu visione divinitatis potiebatur, tunc ipsum caruisse ponit. *Son corps aiant esté livré à la mort, & son ame à la tristesse, la vie & la joie souveraines qui residoient en lui, s'étoient comme éclipsées & dérobées à lui: mais il rentre par sa resurrection* DANS SON E'TAT NATUREL.

Ecquis autem merito foret vel proprie dictæ satisfactioni locus, ubi ne libertati quidem est? Nam quod ille multis locis de vi gratiæ omnipotente & ineluctabili in singulis justis ad fastidium usque inculcat, hoc multo magis de Christo prædicat: Verbum Dei nimirum fuisse pro luce mentem humanam dirigente modo insuperabili, eoque magis libera nihilominus interim voluntate, quo potentius ab ea luce urgebatur: siquidem liberrime agit, inquit, qui nec potest peccare. In *Joan.* XV, 10. pag. 30. PLUS LA DIRECTION DU VERBE *à l'égard de la volonté humaine de Jesus-Christ étoit* SOUVERAINE & INFAILLIBLE, & *l'operation du saint Esprit dans son cœur* EFFICACE & TOUTE-PUISSANTE; PLUS SA VOLONTE' E'TOIT LIBRE, *son amour digne de Dieu, & ses actions méritoires.* At negant Catholici Verbum esse vel fuisse Christo pro luce dirigente: Tantum dicunt unionem Verbi hypostaticam exegisse, ut gratias semper, ex visione futuri consensus efficaces, humanæ Christi voluntati Deus impertiret, quibus illa ad omne bonum incitaretur. Negant autem omnipotentem fuisse vim harum motionum; hoc est, ejusmodi ut non posset voluntas antecedenter non agere. Negant denique cum ea omnipotentia gratiæ ineluctabilis, aut in Christo, aut in homine quoquam stare libertatem arbitrii posse.

18.

Denique quem iste Deum Christum agnoscat, minime obscure etiam prodit, dum iis argumentis utitur, ad probandam Christi divinitatem, ac Dei adventum, quæ Sociniani ac Judæi rideant plenis buccis. Quale est istud primo: Christus se intrepide morti obtulit: ergo Deus est. In *Marc.* XI, 1. pag. 149. *Jesus comme la victime de Dieu vient se presenter au lieu du sacrifice.* CELA N'EST POINT D'UN PUR HOMME, *de venir de sang froid se livrer à ses ennemis, & d'aller au devant d'une mort certaine. C'est ainsi, o Jesus, que vous introduisez dans le monde une nouvelle Philosophie, qui consiste dans la folie de la Croix, dans le mépris de la vie, & dans le desir de la mort.* Idem adhuc repetit in *Marc.* XIV, 48. pag. 206. 207. Apud quos autem valere potest hujusmodi argumentatio, nisi apud eos quibus animi fortitudo, sive Lux ea, quæ fortiter aliquid perferendum suadet, (ut appellat) nova hæc Philosophia divinum quiddam, atque adeo ipsa divinitas est?

2. In-

2. Incorruptus, inquit, Christus est ; quia natus ex Virgine : ergo isto duplici nomine Deus est ; & quia incorruptus, & quia natus absque peccato. Quibus autem istud ratiocinium placet, his immutabilitas sive incorruptio, & immunitas a peccato, divinitas ipsa est. In *Act.* II, 27. pag. 19. *Il est enseveli, parce qu'il est homme : il* EST EXEMPT DE CORRUPTION, PARCE QU'IL EST DIEU, *& le saint de Dieu. Il est* LE SAINT *de Dieu,&* INCORRUPTIBLE, COMME NE' SANS PECHE', PAR LA PURE'TE' DE SA CONCEPTION: *comme homme Dieu en vertu de l'union de l'humanité au Verbe : comme victime de Dieu de nouveau sanctifiée & consacrée par le sacrifice.*

3. In Transfiguratione resplenduit facies ejus sicut sol: Ergo Deus est. In 2. *Petr.* I, 16. pag. 460. *La Transfiguration a esté pour ceux qui l'ont veuë* UNE PREUVE *de la puissance*, DE LA GLOIRE, *&* DE LA PRESENCE DU FILS DE DIEU *dans la chair. Il n'y a point d'artifice qui puisse rien feindre de semblable.* Claritatem corporis Christi, incorruptionem, immutabilitatem, ponit iste (ut jam superius vidimus,) ipsam esse Verbi divinitatem. Catholici, pro signo sive pro argumento datam, quam vere ille sibi unitam esse divinitatem diceret, tantum asseverant; ut & ipsam quoque resurrectionem.

4. Solitudinem incolere nunc amant homines: Venit ergo Christus Deus. Nam solus Dei & Christi spiritus injicere potest desiderium solitudinis hominibus ad societatem natis. Similiter ab improba peccandi consuetudine se revocant, & ad bonam frugem se recipiunt peccatores : ergo Christus Deus advenit ; cujus solo spiritu viri boni fiunt. In *Luc.* VII, 16. pag. 128. *La conversion des pecheurs est* UNE MARQUE INDUBITABLE *de l'Incarnation du Fils de Dieu, qui est* LA GRANDE VISITE QU'IL A FAITE *à son peuple.* Et in *Luc.* VII, 24. pag. 132. *La grace de la solitude est* UNE DES MARQUES DE LA VENUE DU FILS DE DIEU. *Il n'y a* QUE SON ESPRIT *qui puisse y soutenir une creature qui est faite pour la societé.* Recte si divinitas non est, nisi amor recti, sive Veritas, Justitia, Sapientia intelligibilis, conjuncta præsertim cum Christi exemplo; ac si Verbum in mundum advenisse censendum est propterea aliud nihil esse, nisi factos esse homines sapientiores quam erant.

5. Flagello e funiculis facto terruit Christus vendentes in Templo: Ergo Deus erat. In *Joan.* II, 18. pag. 30. *Se faire obeïr si promptement sans autorité, & jetter l'épouvante avec un foüet de cordelettes, n'est-ce pas un miracle* QUI MARQUE LA PRESENCE DE LA DIVINITE' ? Recte & istud, si potestas quælibet ordinata, aut vis terrendi mortales, vel ipsa formaliter divinitas, vel connaturale divinitatis effluvium est, ut ponit secta impia.

6. Dominus in sacris Novi Testamenti litteris appellatur, ut in Vetere id nominis Deo tribuitur. In 1. *Cor.* I, 3. pag. 461. *Jesus-Christ étant appellé* SEIGNEUR, *comme Dieu l'est dans tout l'ancien Testament,* C'EST UNE MARQUE DE SA DIVINITE', *& de l'adoration que nous lui devons.* Validum istud quidem argumentum esset, si quidem iste divinitatem agnosceret, qualem novere Catholici: secus, si pro divinitate solum habet Veritatem intelligibilem, in physicis & in moralibus, quam & Rationem universalem, & Sapientiam & Justitiam intelligibilem vocant. Quamquam & alio ex capite peccat hæc argumentatio, quæ dominium Christo unicum attribuit; ut necesse est fieri ab his, quibus divinitas alia non est præter Veritatem intelligibilem, quæ animis dominatur. Cum Catholici & divinum Christo, ut Verbum Dei est, dominium asserant, & aliud præterea ipsi concessum humanitati, tum in res creatas omnes, tum in animos hominum, quo posset humanitas pro suo jure ob hypostaticam unionem, a Deo impetrare, sive miracula, sive motiones idoneas animis e corruptis moribus ad emendationem vitam traducendis. Neutrum horum dominium impia secta Christo tribuit, neque quod concessum humanitati, neque quod vere divinum est.

7. Excellentior fuit, inquit, missio Christi quam prophetarum. Nam intervallis loquebatur Deus in prophetis, in Filio continenter & sine intermissione. Ergo Deus est. Deinde loquebantur illi ex accepto cælitus tenuique instinctu; Christus ex proprio & immutabiliter in eo manente spiritu. Ergo Deus est. In *Joan.* III, 34. pag. 48. *Excellence de la mission de Jesus-Christ, & ses differences d'avec celle des Prophetes. La premiere difference est, que Dieu ne parloit dans eux que par intervalles : au lieu* QU'IL PARLE CONTINUELLEMENT DANS SON FILS, PARCE QUE CE FILS EST DIEU. *La seconde difference est, que les Prophetes ne parloient que par une inspiration empruntée, passagere, & mesurée : au lieu que Jesus parloit par l'Esprit saint qui est son propre Esprit, qui demeure en lui immuablement, & dont toute* LA PLENITUDE QU'IL POSSEDE, FAIT SON ONCTION *&* SA CONSECRATION. Ex his duobus argumentis alterum quod prius est, unionem hypostaticam a missione Prophetarum, non substantia, siquidem idem est utrobique Verbum, seu Lumen Veritatis, ut vocant, humanæ menti unitum; sed sola unionis duratione discriminat. Posterius autem geminam continet hæresim in posteriore propositione. Nam & Verbum ponit cum humana solum mente conjunctum, & quidem per modum conjuncti principii quo in sermonem Christi influere ; & Verbum aliud nihil esse, nisi Veritatem eam, quæ Lux est animorum, tum quæ mentem Christi dirigeret, tum quæ audientes intus erudiret.

Annon igitur colludere & prævaricari ille merito existimatur, qui nulla uspiam in suis libris affert argumenta, quibus Catholici Doctores utuntur pro divinitate Christi asserenda, cum multa se profiteatur adhibere? aut vero hæc protulisse alio fine censeri potest, quam ut legentes intelligerent, quod genus divinitatis vellet Christo tribui?

Sed & ex ipso etiam adorationis genere, quod Christo & Deo jubet deferri, prodit aperte; quem sive Deum sive Christum colat. Certe si Deus & Christus secundum divinitatem nihil est nisi Veritas & Lux communis animorum, amens haud immerito existimetur is, qui hanc vel timeat, vel flexo poplite colat. Congruens ipsi adoratio nulla, nisi obtemperatio est. Hanc solam Deus ille exigit, Quesnelii Deus, inquam, ipso teste, in *Philip.* II, 10. pag. 64. ad ea verba Pauli, *Omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* EN VAIN L'ON FLECHIT LE GENOU, SI CE N'EST POINT PAR UN AMOUR FILIAL *& religieux comme dans le Ciel, mais par une crainte & une contrainte d'esclave, comme dans les enfers. Que nos cœurs & nos volontés fléchissent sous la volonté de Dieu & sous la loi de Jesus-Christ :* CAR C'EST LA VRAIE ADORATION QU'ILS DEMANDENT D'UN CHRE'TIEN. Nec magis autem Deus ille se lingua celebrari, quam coli flexo genu curat; opera tantum caritatemque postulat. Itaque quamvis Paulus præcipiat, vt *omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus-Christus in gloria est Dei Patris* : Quesnelius sic jubet hæc accipi, pag. eadem 64. *Les œuvres* SONT LA LANGUE DU COEUR, *& c'est* LOUER *Jesus-Christ que de l'imiter. La loüange digne de sa grandeur, c'est une vie animée de la charité.* Ut *genu* in priore versu genu cordis interpretatus est ; ita nunc *linguam* cordis linguam, hoc est, opera jubet intelligi. Quamquam alibi, in *Eph.* VI, 18. pag. 50. precationem quæ voce fit, sed publice non prorsus improbat.

19.

Sed cujusmodi etiam hominem Christum intellexit is, qui corpus ei naturaliter, incorruptum adscribit, recepissequeillud Christum propterea dicit per resurrectionem, quale prius habuerat. In *Acta*, II, 28. pag. 20. SON CORPS *aiant été livré à la mort, & son ame à la tristesse*, LA VIE *& la joie* SOUVERAINES *qui residoient en lui, s'étoient comme éclipsées & dérobées à lui: mais* IL RENTRE PAR SA RESURRECTION DANS SON E'TAT NATUREL. Neque vero aliter statuere potest secta impia, quæ Deum verum esse negat præter Realitatem entium. Nam si alius non est, cur aut qua vi Christus ante ceteros resurgeret? qua vi se ipse suscitaret, si ut ceteri homines natura sua corruptibile corpus haberet? Eam ob rem & mortale quidem corpus habuisse eum confitentur; non tamen quod naturaliter mori deberet, sed quod cum vivere semper exigeret, mori posset cum Christus vellet: & hoc habere eum ex conceptu virgineo contendunt, quasi quod sit ejusmodi, oporteat esse natura & conditione sua incorruptum. Alioquin quid in Christo vinceret mortalitatem & corruptionem, nisi vita ei esset & incorruptio naturalis? Sic loco superius citato, §. 18. pag. 131. iste in *Act.* II, 27. pag. 19. de Christo: *Il est enseveli, parce qu'il est homme: Il est exempt de corruption*, PARCE QU'IL EST DIEU, *& le saint de Dieu. Il est le saint de Dieu*, *&* INCORRUPTIBLE, COMME NE' SANS PECHE' PAR LA PURETE' DE SA CONCEPTION, &c. Ceteroqui huic sectæ incorruptio & immortalitas sempiterna pro divinitate est. Christum ergo ut confitetur esse natura Deum, oportet & incorruptum natura sua eum esse defendant; quod & omni loco faciunt.

Eam ob rem negat idem flevisse Christum, vi doloris expressis lacrymis, ut Catholici agnoscunt: vel doluisse cum, corpore ipsius corporibus nostris eatenus simillimo, hoc est, naturaliter ac vi conditionis suæ doloris sensum capiente, nisi cum hunc sensum pro concessa sibi potestate retunderet. Humanas istiusmodi infirmitates, non vult Christo fuisse naturales, uti sunt nobis: sed sponte tantum cum vellet, alioqui non orituras, fuisse ab eo pro potestate susceptas; quæ potestas ei sectæ pro divinitate est. Uno verbo, secundum istos corpus habuit, quod posset, cum ipse vellet, dolere: non quod, nisi aliter vellet, dolere deberet cum cruciaretur. In *Joan.* XII, 27. pag. 250. *Il sent les foiblesses de nostre nature: mais* C'EST PAR PUISSANCE QU'IL EN PERMET L'IMPRESSION SUR LUI-MESME.

Enimvero si neque est Christus Deus, quo sensu Catholici deitatem intelligunt; neque dum Christus Deus agere aliquid dicitur, aliter agit quam quomodo potest Justitia, vel Sapientia intelligibilis & Ratio Universalis agere; uti necesse est statuere eos, quibus Deus aut Verbum non est, præter eam Justitiam, Sapientiamve, seu Lucem veritatis animorum rectricem; profecto nec Sapientia, nec Justitia, nec Lux illa animorum communis sensu aliquo doloris afficitur, præsertim ob malum corporis. Esset enim istud, bonum corporis mortalis diligere; quæ amor immortalem Sapientiam, quæ Deus est, inquiunt, omnino dedecet. Peccat enim idcirco etiam anima spiritalis, deseritque intelligibilem Sapientiam, hoc est, Deum quem sequi debet, si quod corporeum propter se diligat: si vitam temporalem exempli gratia desideret, si mori reformidet. Solummodo igitur potuit Christus, qui Sapientia ipsa est, imperare corpori ut subinde doleret, ad nostram eruditionem. Eam ob rem lacrymas a Christo in cruce fusas, mysticas Symbolicasque fuisse secta impia comminiscitur: neque has ex sensu dedecoris doloriscque sibi in cruce illati fuisse expressas: neque eum denique cum lacrymis obsecrasse Patrem, ut se ab infamia mortis in cruce obitæ accelerata resurrectione vindicaret: sunt enim, inquiunt, hæ causæ flendi humanæ, & ex metu pœnæ sensibilis, atque ex sensibilis proinde boni amore; qui Sapientiam intelligibilem dedecet. Itaque statuit, solo Dei amore Christum fleviisse, neque aliud nisi vitam immortalem sibi suoque corpori, hoc est, electis, postulasse a Deo. In hunc iste sensum trahit illa Pauli verba, *Hebr.* V, 7. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens*, &c. Sic enim iste in eum locum, pag. 302. CES LARMES *du Sauveur sont bien dignes d'adoration & d'amour*; PUISQUE C'EST L'AMOUR D'UN DIEU QUI LES TIRE DE SES YEUX DANS LA PLUS DIGNE ADORATION QU'IL AIT JAMAIS RENDUE A SON PERE. IL LUI DEMANDE LA VIE, NON POUR LUI SEUL, MAIS POUR TOUT LE CORPS DE SES ELUS & DE SES MEMBRES.

Similiter cum Christus dixit, *Tristis est anima mea usque ad mortem*, non id metu mortis dixisse, inquiunt, existimandus est: num enim Sapientia exui corpore extimescit, aut amat in corpore mortali esse? Sed tristitiam præ se tulit de Deo offenso, qualem esse peccantium ac pœnitentium, quos tunc in se transfigurabat, oporteret. In *Matth.* XXVI, 37. pag. 368. *Jesus-Christ fait part de sa tristesse, & de l'affliction de son cœur à ceux qu'il aime davantage. Comme victime des pecheurs, il expie leurs vaines joies par sa tristesse sainte.* COMME REVESTU DE LEURS PERSONNES, IL RESSENT LA DOULEUR & LA CONTRITION QU'ILS DEVROIENT TOUS RESSENTIR POUR LEURS PECHE'S. *C'est* LA SOURCE OU NOUS DEVONS PUISER L'ESPRIT DE CONTRITION *& la tristesse salutaire* DE LA PENITENCE, EN L'ADORANT EN LUI, *& en le priant qu'il l'imprime en nous.*

Sic ad illa verba, *Cœpit pavere & tædere*, non metu mortis, inquit, sed consideratione peccatorum nostrorum, & pœnæ quam merentur, hunc ille pavorem, hoc tædium ultro suscepit. In *Marc.* XIV, 33. pag. 201. LA VEUE DE LA JUSTICE DE DIEU *jette son Fils mesme dans la* FRAIEUR, *&* NOS PECHE'S *lui causent une douleur mortelle: y serons-nous insensibles? Nous n'aurions pas un moment de joie, si Dieu nous ouvroit les yeux, pour voir*, COMME FIT LE SAUVEUR, NOS PECHE'S *&* SA JUSTICE *selon tout ce qu'ils ont d'horrible & d'effraiant, Jesus-Christ* LES A PORTE'S POUR NOUS, *&* NOUS EN A E'PARGNE' LA VEUE ACCABLANTE.

Negat idem ob easdem causas flere Christum potuisse amici alicujus obitum, uti nos jacturam sive amici sive parentum deflere ex amicitia sive naturali caritate consuevimus. Nam si Christo utique divinitas inest; neque est aliud divinitas, ut isti volunt, quam summa Sapientia; cujus in primis officium est docere mortales, nihil ut caducum ac periturum diligant, sed id solum quod æternum est ac sempiternum: non potuit profecto Christus ut Sapientia ipsa flere ob amici mortem temporalem; aut vitam illius fugitivam sic amare, ut amissam lugeret. Humanum enim istud est, & summa Sapientia indignum, quæ sola æterna & incorruptibilia bona diligit, nec potest temporalium & corruptibilium bonorum jacturam deflere. Itaque cum lacrymatus legitur Christus Dominus ob mortem Lazari, mysticas quoque has lacrymas fuisse dici necesse est; nec fusas fuisse ex caritate naturali erga Lazarum, sed ex divina caritate erga genus humanum morte peccati obrutum, cujus symbolum Christus in Lazaro cerneret: turpiter autem allucinatos esse Judæos, qui existimarent ex amicitia Christum fleviisse; cum visis ejus lacrymis dicerent:

rent: *Ecce quomodo amabat eum.* Hæc ſunt autem quæ tradit iſte in *Joan.* XI, 35. pag. 227. *Jeſus-Chriſt* PLEURE LA MORT DE TOUT LE GENRE HUMAIN, & L'AVEUGLEMENT DES JUIFS. *Par ſes larmes,* 1. *il ſanctifie les noſtres.* 2. *il* LES ESSUIE. 3. IL EN TARIT LA SOURCE QUI EST LE PECHE'. 4. *il expie nos joies vaines & criminelles.* 5. *il nous acquiert la joie ſolide & éternelle.* ADORATION, UNION, ACTION DE GRACES A JESUS-CHRIST PLEURANT POUR NOUS. VOUS PLEUREZ LE PECHEUR, O *Jeſus, & le pécheur ne ſe pleure pas lui-meſme. Que* VOS LARMES SOIENT POUR LUI UNE SOURCE *de larmes Chrétiennes.* QUE JE NE PLEURE JAMAIS LA PERTE DES CHOSES QUI DOIVENT PERIR; *mais que je pleure la perte de voſtre grace, de voſtre amour, & de tous les degrés de grace & d'amour que j'ay manqué de recevoir par ma faute.* 36 „ *Ecce quomodo amabat eum. Les hommes* JUGENT EN HOMMES *des actions du Fils de Dieu,* & CHERCHENT LA CAUSE DE SES LARMES DANS UNE AMITIE' & UNE TENDRESSE NATURELLE. *L'homme Dieu Sauveur des hommes,* NE FAIT RIEN QUI N'AIT POUR PRINCIPE LA GLOIRE DE DIEU & LE SALUT DES HOMMES. ILS SONT EUX MESMES L'OBJET DE SES LARMES, & *ils en cherchent la cauſe dans un autre.* Sed ſi quæ de Chriſto dixit hæretice vel impie, velimus ſubjicere oculis, nullus erit finis dicendi. Ad alia oratio convertatur.

IV.

DE EUCHARISTIA.

QUi tam prave autem de Deo & Chriſto ſentiat, quid hunc arbitramur de Euchariſtia ſtatuere? Poteſtne qui Deum eſſe nullum verum ponat, ea miracula confiteri omnia, quæ in Sacramento Altaris Catholici prædicant? Fieri omnino non poteſt: tametſi Catholicis ſubinde verbis utatur, omnino metuenda fraus & abuſio verborum eſt, hæreſi ſemper familiaris.

Quis non miretur, exempli gratia, Hugonis Grotii, hominis (ut plerique putant) Sociniani, vafritiem, aut verius nequitiam: qui in ſecunda parte epiſtolarum, epiſt. 647. & ſe Proteſtantium de grege eſſe defendat, & nihilominus adorare ſe Sacramentum dicat, vel quod idem valet, inquit, cum Concilio Tridentino adorare ſe Chriſtum in Sacramento; quoniam Chriſtus pars ſit præcipua Sacramenti? Intelligebat homo verſutus ea ſe locutione nihil aliud profiteri, niſi Chriſtum coli, quem fides cum ſigno ſeu ſymbolo jungat, hoc eſt, quem animo cogitat viſis ſymbolis. Uno verbo, Chriſtum in Sacramento intelligebat, ut vinum in hedera.

Parem igitur malitiam Paſchaſii Queſnelii, Montenſiumque, quorum nunc eſt primipilus, quis non merito ſuſpicetur; quantumvis illi ſubinde Catholicas loquendi formulas adhibeant: cum id plurimis ſententiis labefactent ac ſubruant, quod illis dictionibus adſtruere videri poſſent minus cautis?

I.

Ejus generis eſt primum quidem hominum generi plurimum grata & familiaris illa comparatio Evangelii & Euchariſtiæ: quam iſte, Montenſes ſecutus & Nicolium, centies obtrudit, eo orationis artificio, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin eodem modo præſentem in Evangelio, atque in Euchariſtia, Chriſtum credat, neque alio modo in iſta, quam in illo. In Præfatione Commentariorum, pag. XII. *Dieu a trouvé moien de nous rendre* PRESENTES *& la perſonne incarnée de ſon Fils avec tous les myſteres de ſa vie & de ſa mort, & ſes inſtructions divines.* SA PERSONNE & SON CORPS *adorable dans le Saint Sacrement de l'Euchariſtie. Sa vie & ſes paroles* DANS LE SACREMENT DES SAINTS EVANGILES, *s'il m'eſt permis de parler ainſi. Et pourquoi ne le pourrois-je pas* EN PRENANT LE MOT DE SACREMENT EN GENERAL, *pour le ſigne & le canal d'une choſe ſacrée; puiſque* RIEN N'EST PLUS SACRE' *ni plus ſalutaire, que ce que Dieu a renfermé & caché ſous* LE SIGNE VISIBLE *de* LA PAROLE *Evangelique; & que les ſaints Peres n'ont pas fait difficulté de comparer* L'UN AVEC L'AUTRE CES DEUX DONS CELESTES *que Dieu a faits à ſon Egliſe?* Et pag. XVIII. *L'Evangile n'eſt autre choſe que Jeſus-Chriſt* MESME ENCORE VIVANT & *reſpirant dans ſa* PAROLE. . . . . *C'eſt pourquoi ſaint Auguſtin ne fait pas de difficulté de dire, que nous devons écouter l'Evangile,* COMME LE SEIGNEUR MESME PRESENT. Audis Sacramentum Evangeliorum, & Sacramentum Euchariſtiæ; atque in utroque quidem Sacramento absque diſcrimine Chriſtum præſentem? Cur? Quoniam ex æquo & cum ſymbola intueris, & cum verba Evangelii audis, Veritas eſt quam cogitas, Chriſtus eſt quem credis, illic docentem, iſthic vero paſſum. Itaque tam Chriſti Sacramentum eſt Evangeliorum lectio, inquit, quam panis conſecratus: tam ſignum viſibile rei ſacræ & ſalutaris: utroque illo dono cæleſti in Sacramenti genere conveniente, ut homo & brutum conveniunt in genere animalis. Idem eſt argumentum Præfationis in Evangelia, in Verſione Montenſi.

In *Matth.* XV, 34. pag. 204. *Le Corps, l'eſprit, les* MYSTERES & LA PAROLE *de Jeſus dans les* SEPT SACREMENS, *les ſept dons du ſaint Eſprit, le livre de ſa parole, ſcellé des ſept ſceaux,* C'EST LE PAIN DES FIDELLES. Hoc eſt dicere; In ſeptem Sacramentis, atque adeo in ipſo Euchariſtiæ Sacramento, ſermo Chriſti panis eſt fidelium; qui ſermo Chriſtum totum præſentem exhibet, Deum & hominem, ac proinde corpore & ſpiritu præſentem, & myſteria paſſionis ac reſurrectionis ejus; ſed nec in iſto magis, quam aut in reliquis ſex Sacramentis, aut in ſeptem donis Spiritus Sancti, aut in Evangelio cum auditur. Nam per hæc omnia ex æquo nutritur animus pane Veritatis, & præſens Chriſtus totus animo ſiſtitur, qui cibus fidelium mentium eſt. Nam qui non credit, Chriſtum non recipit: ſiquidem Veritas nonniſi a credente excipitur. Quid hæc autem ſuadet oratio, niſi ex mente ſectæ impiæ, tam in Evangelio, quam in Euchariſtia cibum fidelium contineri, nempe (ut quidem vult) Chriſti ſeu Veritatis ſermonem, ſive per ſymbola, ſive per Evangelia loquentis; qui prodeſt & nutrit, cum creditur? Et quæ Calvini hæreſis eſt, ſi hæc non eſt?

In *Luc.* XI, 32. pag. 226. quam ille egregie, ut paſſim, ad ſimulandam pietatem ſtilum accommodat, & ſimul ejusdem hæreſeos virus inſtillat? *Mon Dieu, quelle conſolation, quand au pied de l'Autel Euchariſtique,* AU PIED DE L'EVANGILE *noſtre* FOI *nous dit,* CELUI QUI EST ICI EST PLUS QUE SALOMON! *C'eſt lui qui poſſede & qui donne la vraie Sageſſe.* Præſens tibi adeſt, inquit, ex æquo, & quem audis in Evangelio, & quem mente cernis ſub pane. In illo Veritas & Sapientia eſt quam audis: ſub iſto, Veritas & Sapientia eſt quam credis. Credis enim admonitu ſymbolorum Chriſtum vere paſſum. Annon iſtud Veritas eſt & fons Sapientiæ Chriſtianæ? Veritas autem & Sapientia Chriſtus eſt. Chriſtus ergo præſens adeſt, & cum legis Evangelium, & cum panem Euchariſticum ſuſcipis, vel intueris. An Catholicam autem ipſam Janſenianæ factionis ratiocinationem quisquam putet? non potius ex Calvini ſchola hauſtam, & ex illa profectam

blaſphemia, quæ Deum Chriſtum non alium habet, niſi Veritatem, nunc per carnem, nunc per Evangelia, nunc per ſymbola docentem mortales?

In *Luc.* XXII, 10. *Jeſus-Chriſt change le vin en ſon ſang & le pain en ſon corps, pour faire de tous ſes membres* LA MAISON DE LA VERITE' *&* L'UNITE'. Hoc Sacramentum, inquit, eo fine Chriſtus inſtituit, ut per panem ac vinum fideles admoniti credant ſe eſſe debere ſub Chriſto capite corpus unum, quemadmodum fit ex multis granis panis unus, ex multis acinis vinum unum. Et hoc certe Veritas eſt. Fiunt igitur omnia membra Chriſti, per hæc ſymbola edocti, domus una Veritatis & Unitatis. Excipiunt enim ii Veritatem velut hospitio, quorum mens hoc cibo alitur: ſiquidem non ore Veritas, ſed mente, excipitur: & fiunt ipſi domus una, ſive Unitatis. His obvoluta ſignis quaſi pannis hæc ibi Veritas continetur. Mutatur ergo panis in Corpus Chriſti, inquiunt, cum in pane non panis ſubſtantiam, hoc eſt, ut interpretantur, non vim corpora nutriendi conſideras; ſed unum eſſe oportere omnia membra Chriſti ſub ipſo Chriſto capite, quod eſt ſane veriſſimum, contemplaris. Tunc enim ibi, inquiunt, ſubſtantia corporis Chriſti eſt. Deteſtantur hæc omnia Catholici: qui nec ſpeciebus, ſive accidentibus, aut (ut dicere maligne malunt) apparentiis, quæ poſt Tranſſubſtantiationem ſuperſunt, Chriſtum aut Veritatem involvi quaſi pannis vel faſciis dici propterea nolunt, ut iſte nugatur, in *Luc.* II, 15. pag. 34. *C'eſt aſſés à un bon Chrétien & à une Dame pieuſe de lui dire: Jeſus-Chriſt eſt dans ce pauvre tabernacle comme* DANS UNE CRECHE, EMMAILLOTE' DES APPARENCES DU PAIN.

In *Joan.* VI, 15. pag. 99. *Le fruit de la* SAINTE COMMUNION, OU DE LA LECTURE DE L'EVANGILE, *ne ſe doit pas borner à connoiſtre & à faire profeſſion de ſuivre Jeſus-Chriſt: il faut qu'elles le faſſent regner dans noſtre cœur.*

In *Joan.* VI, 65. pag. 122. Ut ſpecimen edat auſterioris Ethicæ ſuæ in hoc quoque argumento, ex æquo admitti communionem ſacrilegam dicit, ſi quis ſive Corpus Chriſti indigne accipiat, ſive Evangelio non credat. IL Y A DEUX SORTES DE COMMUNIONS SACRILEGES, AU CORPS & A LA PAROLE *de Jeſus-Chriſt. L'une par l'infidelité qui n'y croit rien, l'autre par le peché qui trahit, livre, & crucifie Jeſus-Chriſt, ou par l'abus de ſon corps & de ſon ſang, ou par celui de ſa parole. Ne ſouffrez rien ni de l'une ni de l'autre dans mon cœur, Seigneur, qui en penetrez le fond.* Quid eſt hoc aliud, niſi ſubdole dicere, eo modo communicari Evangelio, quo & Chriſti corpori, ac viciſſim: nempe per ſuſceptionem Veritatis, quæ utrobique docetur: idemque admitti ſacrilegium, ſive quis Evangelio non credat, ſive quis ſymbola irreverenter accipiat; quoniam utrobique Veritas calcatur, quæ ſe & per Evangelium & per ſymbola animis ingerit? Veritas autem Chriſtus eſt.

In *Joan.* XII, 8. pag. 241. NOUS AVONS TOUJOURS *Jeſus* PRESENT *dans les Paſteurs, pour lui rendre le devoir de l'obeiſſance:* DANS SA PAROLE, *pour ſuivre ſa lumiere:* DANS L'EUCHARISTIE POUR NOUS NOURRIR DE LUI. Quæ cauſa eſt cur tria hæc quaſi ſimilia jungantur, niſi modus idem Chriſti præſentiæ ubique intelligitur? nempe per ſymbola & ſigna, per quæ Veritas animos noſtros ſubit alitque? Veritas enim certe eſt quæ alit animos, ut panis corpora: at nec corpus nec animum alit Euchariſtia, ſi proprie loqui & exacte cum Chriſto volumus. Eſt caro Chriſti certe vere cibus, & ſanguis vere potus, quoniam ore dumtaxat utrumque vere ſumitur. Et qui ſic manducat Chriſti carnem, modo religioſe ac pie, habet Chriſtum in ſe manentem. At ali ſive nutriri nos carne ſua non dixit; ne vel corpora ſubſtantia panis quæ remaneret, vel ſolos animos conſideratione & amore dumtaxat aut carnis Chriſti aut Veritatis, ali exiſtimaremus. Nam ſola certe conſideratione & amore ſui Veritas mentes alit. At non ſic Corpus Chriſti: quod primaria ſua efficientia vitam gratiæ ſanctificantis auget in ſuſcipiente; ſecundario dat jus ad auxilia effectiva bonorum operum: hoc tantum.

In *Act.* XX, 7. pag. 225. *Le Dimanche eſt donc conſacré dès le tems des Apoſtres aux aſſemblées des Chrétiens pour la celebration des Saints Myſteres, & pour la prédication de la parole de Dieu. C'eſt* A LA FRACTION DE CES DEUX PAINS, *que l'on reconnoiſt le zele d'un vrai Paſteur; & à la faim pour l'un & pour l'autre, qu'on reconnoiſt la pieté d'un Chrétien.* Duo panes, inquit, ſimul frangendi ſive diſtribuendi ſunt Dominica die: Euchariſticus, & Evangelicæ prædicationis. Sed cur geminos panes Queſnelius hic commemorat, cum de Euchariſtico uno dumtaxat Lucas hoc loco meminerit his verbis. *Una autem Sabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem:* niſi quia Euchariſtiam prodeſſe putat conſideratione tantum ſymbolorum, admonitu verbi Dei, ſive concionis; quem panem alterum ſimul proinde frangi ſive diſtribui putat oportere, Calviniano more?

In *Act.* XX, 11. pag. 227. LE PAIN DE LA PAROLE *de Dieu doit ſervir à nous* RENDRE UTILE CELUI DE L'EUCHARISTIE, *comme celui de l'Euchariſtie doit nous rendre* PLUS AFFAME'S DU PAIN DE LA PAROLE *de* DIEU. CELLE-CI DOIT PRE'CEDER LE SACRIFICE *&* LA COMMUNION *pour y préparer les ames; & doit ſuivre, pour en faire un ſaint uſage.* Eo ſpectat hæc comparatio, ut nonniſi eodem modo alere panis Euchariſticus, quam Evangelicus, exiſtimetur. Quoniam videlicet, quemadmodum per Evangelii lectionem, ita per ſymbolorum ſignificationem ac perceptionem excitatur fides in nobis, ſiſtiturque Chriſtus totus animo præſens. Quamobrem & cum ſymbolis, inquit, conjungi, aut verius iiſdem præmitti, Calviniſtico more ſcilicet, Evangelica verba oportet, quæ fidem eam excitent, & Chriſtum animo ſiſtant.

In *Hebr.* VI, 8. pag. 307. *Que deviendra donc cette ame terreſtre, qui* REÇOIT *ſi ſouvent* LES SACREMENS *&* LES INSTRUCTIONS DE L'EGLISE: *& ne produit point d'autre fruit que le luxe..*, Hoc eſt dicere, ipſa Euchariſtiæ Sacramenta, ut appellat, documenta eſſe; nec aliter prodeſſe ea, quam quomodo documenta proſunt; ob Evangelica verba ſcilicet, quæ cum ſymbolis vult conjungi. Catholici non Sacramenta Euchariſtiæ, ſed Sacramentum dicunt dumtaxat; quoniam rem unam ibi Sacram agnoſcunt. Panem & vinum remanere, & ut Symbola tantum ſpectari volunt ii, qui dicunt *Sacramenta*: ut iſte iterum, in *Luc.* XI, 11. pag. 217. *Quiconque reçoit* LES SACREMENS *ſans en profiter, & mange le corps & boit le ſang de Jeſus-Chriſt ſans en* ESTRE NOURRI, *celui-là change en pierre le pain du Ciel. Judas* LES REÇUT DANS SA BOUCHE, *& le ſerpent entra dans ſon cœur.*

Hauſit illud iſte doctrinæ ſuæ caput, ut reliqua, a Montenſibus; hoc eſt, ab his qui Montibus Hannoniæ Novum Teſtamentum pro Janſeniana factione Gallice redditum ediderunt. Hi enim, ut diximus, in Præfatione ei præfixa, egregiam illam inſtituunt comparationem Evangelium inter & Euchariſtiam; unde conjectare & opinari liceat, credi ab iis utrobique eodem modo Chriſtum adeſſe præſentem. Cum ex ſanctis Doctoribus, inquiunt illi, num. 1. ſimilitudo maxima intercedat inter verbum Dei & Corpus Chriſti; quænam alteri veneratio debeatur, ex cultu qui pie defertur alteri intelligitur: nempe ADORATIO PERPETUA. En verba: NOUS ADORONS *le Corps de Jeſus-Chriſt avant que de le recevoir, ſelon*

ce

ce que dit Saint Auguſtin: que nul ne mange cette viande ſainte ſans l'avoir auparavant adorée. ADORONS DE MESME LA PAROLE DE *Jeſus-Chriſt avant que de la lire, & en la liſant, ſelon que nous l'ordonnent les Conciles, qui appellent les paroles de l'Ecriture des paroles Saintes &* ADORABLES: Sancta & adoranda verba ſcripturarum. *C'eſt ce que Saint Charles en ces derniers tems nous a appris par ſon exemple; en ne liſant jamais l'Ecriture qu'à genoux, pour y écouter Dieu dans* UNE ADORATION CONTINUELLE. At ſunt hæretici nihilominus, qui quoniam Evangelium genu flexo legitur, non aliter putant propterea eſſe in altari Chriſtum, quam eſt in Evangelio Deus, quem nos alloquentem ibi venerabundi audimus. Nec Corpus Chriſti eſſe ibi vere credunt, qui adorandum ibi haud aliter putant, quam ſunt adoranda verba Scripturarum.

Credimus, inquiunt iidem, num. 2. in hoc myſterio eſſe Chriſtum integrum, qui ſe nobis reipſa impertit. Credamus SIMILITER ſub verbis ſimplicibus theſauros Sapientiæ & Scientiæ Dei contineri. Quid eſt hoc aliud dicere, niſi ſimilem eſſe modum præſentiæ Chriſti ſub ſpeciebus, & theſaurorum Sapientiæ ac Scientiæ Dei ſub verbis Evangelicis? Utrobique enim ſcilicet Veritas eſt quæ percipitur, ſive verborum Evangelicorum admonitu, ſive Symbolorum. Sic ergo loquuntur iſti: *Nous ſommes très-perſuadés, qu'*ENCORE QUE NOS YEUX *ne voient* DANS CE MYSTERE *que les eſpeces &* LES APPARENCES EXTERIEURES *du pain & du vin, Jeſus-Chriſt néanmoins* Y EST *tout entier, & qu'il ſe communique très-réellement à nous* SOUS CES VOILES *dont il ſe couvre. Croions de meſme, que l'Evangile* SOUS DES PAROLES *très-ſimples & ſous les voiles myſterieux de ſes paraboles, où il ne paroiſt rien de grand & d'extraordinaire, enferme néanmoins tous les treſors de la Sageſſe & de la ſcience de Dieu.* Ne tamen Catholicos eos putares, caverunt diligenter, ne ſicut ſub verbis Evangelicis Veritatem, quæ Deus eſt, ut volunt, contineri dicunt, ita Chriſtum dicerent contineri ſub ſpeciebus. Itaque ne ſub ſpeciebus quidem communicari nobis Chriſtum dicunt, ſed ſub velis quibus obtegitur; hoc eſt, ſub Symbolis; quæ ſunt, ut volunt, panis & vinum: ac ne ſub his quidem Chriſtum contineri, ſed in myſterio tantum contineri dicunt; hoc eſt, in ſigno connotante rem ſignificatam, ut vinum hedera continet, quia connotat. Quanta ergo vafritie, quanto artificio, impietatem tegunt, dum publicant?

Cum hoſtiam accipimus, pergunt iidem num. 3. de guſtu ſpecierum nihil ſatagimus: id unum curamus, ut SUBSTANTIA & GRATIA Chriſti nutriamur. Sic oblectatio humana in Evangelio quærenda non eſt; id unum ſatagendum eſt, ut veritate Filii Dei alamur; quandoquidem ſermo ejus non minus panis vitæ, quam corpus ipſius eſt. Sic illi Gallice: *En recevant la ſainte Hoſtie, nous ne nous arreſtons en aucune ſorte au gouſt qui demeure dans les eſpeces: & nous ne penſons qu'à* NOUS NOURRIR DE LA SUBSTANCE *&* de LA GRACE DE *Jeſus-Chriſt. Ainſi ne recherchons jamais les gouſts & les ſatisfactions humaines en liſant l'Evangile: mais ne penſons qu'à* NOURRIR NOSTRE CŒUR DE LA VERITE' DU FILS DE DIEU; *ſachant que ſa parole* N'EST PAS MOINS UN PAIN DE VIE *& une* MANNE *cachée, que ſon ſaint Corps.* Quæ porro illa ſubſtantia & gratia Chriſti eſt, hoc eſt, ſubſtantia Chriſti quæ gratia eſt: (nam familiare eſt ipſis id tropi genus, quod Grammatici ἓν διὰ δυοῖν vocant:) Quæ ſubſtantia illa, inquam, eſt, quæ & gratia eſt, & mentes alit, niſi Veritas Filii Dei: hoc eſt, ut volunt, ipſa Chriſti divinitas, quæ fidem excitat Corporis Chriſti paſſi ac ſuſcitati? Hanc eſſe ſubſtantiam Chriſti qua alimur, neceſſe eſt credi ab his, qui nec aliter nec magis panem vitæ corpus Chriſti eſſe arbitrantur, quam Evangelii ac Filii Dei (ut loquuntur) veritatem. Nec alia certe dici poteſt mentes fidelium alere Chriſti ſubſtantia, non corpus, non anima, non vera ipſa divinitas: ergo fides de eorum veritate ſolummodo; atque adeo Veritas ipſa Corporis, animæ, ac divinitatis. Quod qui dicunt, ii Corpus Chriſti negant præterea prodeſſe niſi pro eo atque cognitum eſt, quemadmodum ipſum Evangelium; id vero Catholici deteſtantur, qui ex opere operato conferre gratiam Corpus Chriſti affirmant, ubi nullus ſit obex peccati.

Non eſſe carnem Chriſti abſque ſpiritu Chriſti conſiderandam Chriſtus ipſe admonuit, inquiunt iidem iſti, num. IV. carne Chriſti aliter non profutura. Sic verbum Chriſti cum legitur, ſpiritus Chriſti invocandus eſt, ne ſterile ſit & fructus expers. *Nous avons appris de Jeſus-Chriſt meſme, que nous ne devons jamais conſiderer* SA CHAIR SACRE'E *comme ſeparée de* SON ESPRIT; *& qu'en cette maniere elle ne nous* SERVIROIT DE RIEN; *parce que c'eſt* L'ESPRIT QUI VIVIFIE. *Ainſi ne ſeparons jamais* LA PAROLE DE *Jeſus-Chriſt de* L'ESPRIT DE *Jeſus-Chriſt. Invoquons* SON ESPRIT EN LISANT SA PAROLE, *afin qu'elle ne ſoit pas en nous une parole morte & ſterile; mais vivante & efficace, étant accompagnée de* L'ONCTION *&* de LA VERTU DE SA GRACE. Hoc eſt dicere, carnem Chriſti non prodeſſe, niſi cum divinitate conjunctam; hoc eſt, ut illi interpretantur, cum Veritate, quæ peracta in ea carne myſteria menti fideli repræſentet. Nam quem illi ſpiritum volunt cum Chriſti carne conjungi? Spiritum qui formaliter nos vivificet: ſpiritum abſque quo caro Chriſti nihil prodeſſet: ſpiritum quem invocamus, ut recte ac fructuoſe Evangelium legamus; Spiritum denique, qui ſit virtus & unctio gratiæ Dei. Non ergo veram illi divinitatem intelligunt. Neque enim illa nos formaliter vivificat; aut gratia & unctio Dei ipſa eſt; aut cum Evangelii lectione conjungitur. Solam igitur intelligunt Veritatem, cujus illuſtratione ſive Corpus Chriſti admonitu ſymbolorum, ſive voluntas Chriſti per Evangelii verba agnoſcitur. At qui conſtare Chriſtum carne & ſpiritu ita dicunt, ut carnis nomine corpus animamque humanam intelligant; ſpiritus autem appellatione Veritatem formaliter Chriſti mentem & noſtras illuſtrantem, athei ſunt. Catholici carnem Chriſti abſque divinitate ei conjuncta nihil ſibi prodeſſe poſſe confitentur; ſed veram illi divinitatem intelligunt, non Veritatem, quæ fidei noſtræ prælucet. Neque tamen hunc ſuum ipſum, nedum adverſariorum ſenſum putant eſſe eum, quem verba illa continent, quibus hæreſis omnis abutitur. *Spiritus eſt qui vivificat: caro non prodeſt quidquam.* Vide Commentarios noſtros in *Joan.* VI, 64.

2.

An vero magis Catholice ſentit de Euchariſtia Queſnelius, cum ſecutus (ut ait) eximium Auctorem libri de Imitatione Chriſti, libro IV, cap. XI. carnem Chriſti dicit, non animi ſolum, ſed etiam corporis noſtri, cibum eſſe? In Præfatione ſcilicet jam citata Commentariorum ſuorum in Novum Teſtamentum, pag. XII. *L'incomparable Auteur du Livre de l'Imitation de Jeſus-Chriſt, ſi éclairé dans la ſcience du ſalut, ne peut s'empeſcher de déclarer ouvertement la ſainte paſſion de ſon cœur pour ces deux objets, dans ſon* IV. *livre, chap.* XI. *dont le titre eſt;*

„ *Que rien n'eſt plus neceſſaire à l'homme fidelle que*
„ *le corps de Jeſus-Chriſt, & ſa Parole. Je ſens,*
„ *dit ce ſaint homme, qu'il y a deux choſes, qui me*
„ *ſont ſi abſolument neceſſaires, que je ne m'en ſçaurois*
paſſer. . . . . J'ay beſoin de LUMIERE & DE NOURRITURE. *Vous me donnez* VOTRE CHAIR SACRE'E POUR LA NOURRITURE DE MON AME;

„ AME, & MESME DE MON CORPS: *& vous* „ *me donnez voſtre parole pour eſtre la lampe qui éclai-* „ *re mes pas.* Sed quid hoc eſt aliud niſi carnem Chriſti Euchariſticam confiteri, duabus conſtare rebus aut partibus: altera corporea & ſymbolica, hoc eſt, pane & vino, quo corpus alitur: altera ſpiritali, hoc eſt, conſideratione paſſionis Chriſti, quæ his Symbolis ſignificatur. Nam hæc Veritas in mente, caro Chriſti ſpiritalis eſt, inquiunt: hic panis vitæ & intelligentiæ, qui nonniſi fractus, aut corpus per ſubſtantiam panis, aut expoſita ſymbolorum ſignificatione, quæ myſtica fractio eſt, mentem alit in altari, perinde atque in Evangelio fractus per idoneam interpretationem, inquit iſte, in Luc. XXIV, 31. pag. 462. *L'Euchariſtie eſt un* PAIN *de vie & d'*INTELLIGENCE, *Dieu répand ſa lumiere, & ſe manifeſte quand il lui plaiſt par ce ſacrement aux ames qui chancellent dans la foi, ou qui s'affoibliſſent dans la pieté.* Et pag. 494. in *Luc.* XXIV, 35. O PAIN *celeſte,* ROMPU *pour mon ſalut ſur la Croix:* ROMPU POUR MA NOURRITURE *dans l'Euchariſtie:* ROMPU POUR MON INSTRUCTION *dans les Ecritures: ſauvez-moi, nourriſſez moi, éclairez moi: & faites que je vous reconnoiſſe* PAR TOUT *pour le pain de Dieu, le pain de vie, le pain de mon ame.* Panis idem in altari ſi frangitur, atque in Evangelio & reliquis libris ſacris; panis ille certe non eſt ipſum Chriſti corpus naturale; ſed Veritas illius corporis, quæ per Symbola proponitur & declaratur, quemadmodum per verba Evangelii. Ex quo ſequi neceſſe eſt manere poſt conſecrationem ſubſtantiam panis, & eſſe Euchariſtiam ſic intellectam, æque corporis atque animi cibum. Num iſtud autem Calvini grex neget?

3.

Adde quod iſte dicit, eo ipſo cibo, qui alit in terra fideles, alendos eſſe in cælo ſanctos. In *Joan.* XII, 25. pag. 248. *Adorons ce grain de froment jetté par l'incarnation dans le champ de ce monde, comme la ſemence des Elus & de toute l'Egliſe; mort & enſeveli dans la terre:* QUI A POUSSE' & A PORTE' *beaucoup de* FRUIT *par ſa reſurrection & ſon aſcenſion:* & QUI FERA LA NOURRITURE ETERNELLE *de ſon Egliſe dans le Ciel, apres* l'AVOIR NOURRIE SOUS LES SYMBOLES DU PAIN *ſur la terre.* Catholici enim vero hoc eſſe falſum, & ortum ex impietate pronunciant. Nam corpus ipſum Chriſti quidem in hac vita manducamus, & ea manducatione ſanctificamur: in cælo, non Chriſti corpore, ſed Dei ipſius viſione mens ſatiabitur. Qui vero cibum eumdem adſignant & viæ & patriæ, hi pro Deo & Verbo Dei Deo ſolam habent Veritatem: quæ per carnem ad id electam in Incarnatione locuta ſit, inquiunt; quæ dum carnem eamdem mortuam, ſepultam, ſuſcitatamque menti exhibet, multum fructum affert: quam denique per ſymbola corpus Chriſti repræſentantem viator agnoſcit, nudam percipiet comprehenſor. Senſus hic Queſnelii eſt & impiæ ſectæ.

Eodem pertinet, quod cognitionem Veritatis in cælo futuram, etiam communionem vocat iſte: ut utrobique ſcilicet res eadem percipi intelligatur, cum uno eodemque vocabulo utraque perceptio deſignatur. Itaque in hac vita communicare nos ait Corpori Chriſti, hoc eſt, Veritati increatæ, quæ per Symbola Corpus Chriſti menti manifeſtat & præbet: in altera vita autem eidem Veritati, non jam per Symbola, quæ myſteria Chriſti præterita revocent in memoriam, ac veluti ante oculos ſubjiciant; ſed eidem per ſe conſpicuæ beatos jam & immortales communicaturos eſſe, eaque eſſe nutriendos, quoniam panis hic electorum eſt. In *Matth.* XXVI, 29. pag, 364. *La* COMMUNION DU CORPS *& du ſang de Jeſus-Chriſt, eſt un gage de la* COMMUNION DU CIEL. *Jeſus reſſuſcité eſt un homme tout nouveau, le Preſtre, la victime, & le ſacrifice de l'Eternité. Toute l'Egliſe renouvellée par la participation de ſa gloire, & reünie à lui comme à ſon chef, offrira avec lui & en lui ce ſacrifice,* & Y COMMUNIERA EN SE NOURRISSANT DE LA VERITE' INCREE'E, *le pain & le vin des Elus.* Ita loqui profecto novos Theologos neceſſe eſt, qui communionem ipſam, quæ in terra fit, duobus conſtare ponunt: fide vera, quæ Chriſtum vere repræſentet, & ſit idcirco dicaturque Spiritus Veritatis, ac proinde Spiritus Chriſti: nam Veritas, inquiunt, Chriſtus eſt ſecundum divinitatem: deinde & corpore Chriſti cum ſuis myſteriis, quod fide percipitur admonitu Symbolorum. Communicamus igitur, inquiunt, jam nunc Veritati, ſeu Chriſti ſpiritui. At cum Veritatem ipſam abſque Symbolorum interventu in cælo videbimus, quanto tunc abundantius ſumus, & quidem aſſidue neque interrupte, communicaturi Veritati ſeu divinitati Chriſti? Communionem propterea quæ nunc fit, alterius credi pignus neceſſe eſt; ſiquidem in eodem eſt genere utraque; nunc inchoata dumtaxat communio Veritatis.

In *Marc.* XIV, 25. pag. 198. AYONS SOIN *d'élever nos cœurs du ſacrifice & de la* COMMUNION *ſacramentelle au* SACRIFICE & A LA COMMUNION ETERNELLE DU CIEL, NON PLUS SOUS DES VOILES OU DES SYMBOLES *ſenſibles, mais à découvert & ſans voiles.* Ut communionem fieri Veritatis, ſic iſte ſacrificium ſoli Veritati dicit offerri, tum in hac vita, tum in altera, cum ſe nimirum Veritati ſive fidelis, ſive beatus ſubjicit. Quis autem Catholicus, qui nec falli velit nec fallere, aut ſacrificium in cælo aliquod ponit; aut illud ſacrificium Chriſtianum & Euchariſticum, aut omnino ſacrificium ſive in cælo ſive in terra, appellandum putat?

In *Luc.* XXII, 16. pag. 411. *Un des effets que la Communion Euchariſtique doit operer en nous, eſt de nous faire déſirer* LA COMMUNION CELESTE & ETERNELLE. *On ne* PARTICIPE ICY *qu'imparfaitement* AUX MYSTERES & A L'ESPRIT *de Jeſus-Chriſt.* C'EST ALORS *qu'on le fera pleinement & parfaitement.* Communicare Chriſto, inquit, eſt ei per fidem adhærere, & myſteria ejus per fidem percepta in nobis imitando exhibere. Atqui in cælo Veritati, quæ Chriſtus eſt, arctius adhærebimus; & immortalitatem Chriſti ipſam in nobis exhibebimus: hic autem utrumque admodum imperfecte peragitur. Ergo communio peragenda in cælo multo eſt perfectior. Utrobique, ut manifeſtum eſt, communionis nomine non niſi Veritatis agnitionem intelligit, & ſimilitudinem noſtri cum ea. Itaque ſola fide corpus Chriſti præſens eſſe ac ſuſcipi in Euchariſtia credit.

In *Luc.* XXII, 18. pag. 411. *La reconnoiſſance pour le bienfait de la redemption, & l'eſperance des biens du Ciel, ſont deux diſpoſitions & deux devoirs, dont nous devons avoir l'eſprit & le cœur remplis dans la ſainte Communion. C'eſt la Pâque veritable donnée à l'Egliſe;* & DANS LE SACRIFICE *Euchariſtique, inſtitué en memoire de la delivrance* COMMENCE'E *par la grace;* & DANS LE SACRIFICE DU CIEL, *qui s'offrira en action de graces de la delivrance conſommée par la gloire.* In hac impia hypotheſi Communio Euchariſtica aliud nihil eſt, niſi commemoratio paſſionis Chriſti, ſive tranſitus illius ex hac vita mortali ad alteram, hoc eſt, ad reſurrectionem vitæ immortalis. Eam ob rem communio quælibet, Paſcha Chriſtianum eſt: (eſt enim Paſcha, tranſitus:) idemque ſacrificium mentis exhibitum Veritati, & Euchariſtia, hoc eſt, gratiarum actio ob ſpem nobis factam ſimilis tranſitus ad reſurrectionem. Ergo in cælo erit & eadem communio, & idem ſacrificium

cium, & Eucharistia eadem, hoc est, eadem gratiarum actio, tametsi absque Symbolis : & illic quidem pro transitu in re, cum nunc sit dumtaxat pro transitu in spe. Hæc præclara istius sectæ Theologia est, quæ & verum Missæ sacrificium destruit, & veram Christi præsentiam in altari negat.

In *Luc.* XXII, 30. pag. 416. *La gloire est un état de joie, de delices, & de puissance*, & LA COMMUNION ETERNELLE AU GRAND SACRIFICE DE *Jesus-Christ*. Magnum Christi sacrificium vocat, perfectam ac sempiternam illius corpore & spiritu subjectionem Deo; hoc est, ut iste cum sua secta intelligit, immortalitati, incorruptioni, & impeccantiæ

In *Joan.* VI, 55. pag. 117. *Nous communions d'une* COMMUNION CORPORELLE & SPIRITUELLE *en cette vie*, POUR AVOIR PART AUX MYSTERES, *aux merites, & à l'esprit de Jesus-Christ*, NOUS COMMUNIERONS D'UNE COMMUNION SPIRITUELLE & CORPORELLE DANS LE CIEL, *pour avoir part à la vie éternelle* & A LA GLOIRE IMMORTELLE *de Jesus-Christ*, & DANS L'AME *bienheureuse*, & DANS LE CORPS RESSUSCITE'.

In *Joan.* XI, 32. pag. 225. *L'ame en recevant de cette victime sa perfection & sa sanctification*, Y COMMUNIE *en sa maniere*: LE CORPS Y COMMUNIERA *en la sienne, en recevant sa perfection par la communication de sa vie glorieuse*. Non os Christiani, inquit, non corpus nunc communicat Christi corpori: sed spiritus noster eidem corpori communicat, mysteriis ejusdem corporis, meritis & Spiritui Christi; hoc est, Veritati quam credit animus, cui assentitur, qua nutritur, admonitus per Symbola, vel per Evangelii auditum qui communioni, ut vult iste, necessario præmittitur. Idcirco solus spiritus noster nunc fit similis Christo, non etiam corpus. In cælo autem communicabimus & Spiritu Spiritui Christi, simul & corpore corpori: Spiritui quidem, agnita palam & conspicue veritate, absque Symbolis & prædicatione; corpori autem, similitudine incorruptionis.

Et profitetur ille tamen, quoniam id concedendum Catholicis videt, lapidatione alioqui imminente vel pyra, manducationem corporalem esse. In *Joan.* VI, 54. pag. 116. *Il ne falloit pas* MOINS *que le Corps & le sang de Jesus-Christ pour entretenir* LA VIE DIVINE *d'un Chrétien. . . . Si la contradiction de ces Juifs regarde* UNE MANDUCATION CORPORELLE, C'EST DONC UNE MANDUCATION CORPORELLE *que Jesus-Christ établit si affirmativement*. C'EST PAR LA FOI QU'ON EN VIT: C'EST PAR LA BOUCHE QU'ON LE MANGE: *mais c'est par les actions qu'on connoist si l'on vit de ce que l'on mange*. Sed novo ille ambigue dicti genere Catholicis illudit. Ore manducari Corpus Christi concedit; quoniam in Symbolis a Christiano consideratis Corpus Christi est, ut vinum in hedera. Nullus est enim Christianus, quamvis indigne communicans, qui non credat Christum passum & suscitatum. Nemo ergo est qui per Spiritum fidei non conjungat Symbolis, aut non cogitet saltem conjungi iisdem a Sacerdote, & a cœtu fidelium quibuscum communicat, id quod ea Symbola significant, ut a fidelibus intelliguntur. Nemo ergo est, qui cum Symbola recipit, non in iis etiam ore recipiat Corpus Christi, quod est illis a Sacerdote alligatum, ut diximus. Et certe ex operibus dicit intelligi num vivat Christianus ex cibo quem comedit. Atqui ne Catholici quidem dicunt vivere Christianum de Corpore ipso Christi quod manducat; sed de Spiritu fidei. Ergo quod comedere etiam ore iste nos dicit, non Corpus ipsum Christi est, sed Symbola sunt, hoc est, panis & vinum, quibus Christus tantum fide perceptus vel intelligentia conjungitur. Qui Catholice loqui se velit suadere, dicat ille simpliciter, ore dumtaxat Corpus Christi sumi.

4.

Sed nec leve est quod addit idem de mutua communione Christi cum membris suis. Ex eo enim intelligere est, quam iste credat Corporis Christi præsentiam, quamve communionem existimet nunc a Christianis peragi. In *Joan.* VI, 57. pag. 118. *Celui qui mange la chair de Jesus-Christ par la charité*, & PAR UNE UNION COMME NATURELLE & CORPORELLE: CAR C'EST UNE COMMUNION NATURELLE & RECIPROQUE DU CHEF & DES MEMBRES, *de Jesus & de son Eglise. . . . Il* SE REMPLIT & SE NOURRIT DE NOUS, & *croist en nous comme dans ses membres, pour arriver à la perfection que son corps mystique doit avoir. Que je réponde, Seigneur*, AU DESIR *que vous avez que je demeure en vous, en* DESIRANT & EN FAISANT QUE VOUS VENIEZ, *que vous demeuriez, que vous croissiez en moi*. Qui carnem Christi vere manducat, inquit, jungit se Christo, quia diligit eum, & vult ei similis esse aliquando corpore & spiritu: & ut hanc testetur spem suam, idcirco Sacramenta recipit, & communicat, revocans in memoriam passionem Christi, hoc est, transitum ejus ex hac vita ad immortalitatem. Atqui tunc etiam Christus vicissim desiderat nos esse similes sui corpore & spiritu. Ergo communicat Christus vicissim nobiscum, tametsi absque Symbolis. Et quemadmodum alimur ex ipso, sic alitur ipse ex nobis, & fit unio nostri cum ipso, & ipsius nobiscum, naturalis & corporalis: quandoquidem spectat ea ad similem incorruptionem & immortalitatem; quæ naturalis & necessaria est; siquidem non potest non esse in membris, qualis jam nunc est in capite.

5.

Paradoxi profecto simile est, Catholicos, qui Christum adesse præsentem in altari credunt, ejusque sanctissimum Corpus intrare in os accipientis, vix habere præterea de tanta re quid dicant, verbis admodum simplicibus quid credant expositisse contentos: Hæreticos atheosque e contrario, qui nihil ejusmodi credunt, magnificis multo magis sermonibus, locutionibusque antea inauditis, communionem extollere, communionem altaris, & cælestem communionem jactare; aliisque dictis uti, quibus pietate vincere Catholicos Doctores ab imperita plebe existimentur, cum nihil aliud tamen, nisi pessimam hæresim & impietatem iis vocibus obtegant. Sed multo admirabilius est, Angelicam propemodum puritatem, immunitatem certe ab omni etiam veniali delicto, quamlibet tenui, ad Eucharistiæ perceptionem requiri ab his, qui communionem altaris Symbolicam sive significativam esse tantum volunt illius quæ in cælo fit: Catholicos interim ex adverso, qui Christi Corpus in altari verum esse credunt, asserere nihilominus effectum primarium Eucharistiæ peccato veniali aliquo non impediri. Ergone austerior Ethica sive Moralis ex impietate proficiscitur; ex vera religione, laxior? Non laxior certe, sed sanior. Itaque ex impia schola profecta sunt hæc dogmata, quæ summus Pontifex Alexander VIII. jure damnavit: „ *Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad communionem per-*
„ *cipiendam prætendunt, antequam condignam de-*
„ *lictis suis pœnitentiam egerint. Similiter arcendi sunt*
„ *a sacra communione, quibus nondum inest amor Dei*
„ *purissimus, & omnis mixtionis expers*. Quæ duo magno conatu adstruere nititur etiam Antonius Arnaldus in libro De frequenti Communione. Quid ita? Quoniam si Christus reipsa non sit in Sacramento, Symbolicum esse necesse est quidquid ibi geritur,

hoc est, significativum alterius rei quæ sit eventura. Communionem igitur Eucharistiæ signum esse seu Symbolum oportet communionis in cælo peragendæ. Unimur Christi Spiritui in terris, & unum cum eo corpus effici nos velle significamus, ut in cælo unum reipsa cum eo corpus, unus cum eo Christus, ut aïunt, esse mereamur, per communem immortalitatem & incorruptionem. Atqui ad istam communionem immortalitatis in cælo nemini aditus patefiet, nisi prius expiato penitus quovis delicto, purgatissimeque emaculata mente ab omni affectu terreno: nihilo igitur inferior præparatio ad Eucharisticam communionem necessaria est: ut quemadmodum hæc illam communionem significat, ita hæc præparatio futuram illam præparationem adumbret ac repræsentet. Pœnitentia in primis igitur agenda est condigna & integra de delictis, aut sacrilegium admittitur; si quis prius ad communionem accesserit, aut reconciliationem ei Sacerdos, hoc est, absolutionem impertiat. Sic enim Quesnelius, in *Joan.* XVI, 7. pag. 326. *Il faut que l'ordre soit gardé: que la terre souillée & profanée par le peché d'Adam, & par tant de crimes & de sacrileges, soit purifiée par le sacrifice de la Croix, avant qu'elle puisse recevoir le Saint Esprit: que le peché de l'homme soit expié par la mort de la vraie victime, avant qu'il puisse estre reconcilié avec Dieu par son Esprit. . . .* L'ORDRE DE LA RECONCILIATION PARTICULIERE *est marqué dans celui de* LA RECONCILIATION GENERALE: *qui demande* QU'ON EXPIE *le peché* PAR LA PENITENCE, AVANT QUE DE RECEVOIR LA GRACE DE LA RECONCILIATION, *&* LA CHAIR GLORIEUSE *de Jesus-Christ.* Et in *Apoc.* II, 7. pag. 546. *La communion de la terre aussi bien que* CELLE DU CIEL, *doit estre la* RECOMPENSE DE LA VICTOIRE DU PECHE'.

6.

Sed ut ad præcipuum hujus controversiæ caput redeat oratio, quam iste, amabo, præsentiam Christi in Eucharistia agnoscit; cum eamdem in aliis quoque Sacramentis videatur agnoscere, si non est ea præsentia sola Veritatis in mente suscipientis, sive quæ fit per meram suscipientis fidem? In *Apoc.* XXII, 2. pag. 678. *L'arbre de vie est l'image de Jesus-Christ* TOUJOURS PRESENT *dans son Eglise* PAR LE SAINT SACREMENT, PAR SA GRACE DANS LES SAINTS. . . . *Les feüilles ce sont les merites, la grace, &* LA PRESENCE MESME DE JESUS-CHRIST, MAIS CACHE'E DANS LES SACREMENS *pour la guérison des pecheurs.*

Eo pertinet & illa Eucharistiæ cum baptismo comparatio, qua dicit ille, Spiritus Sancti virtute fieri, ut & aquæ baptismi fideles seu membra Christo gignant; & verba Sacerdotis cibum fidelibus præparent in Christi corpore & sanguine. In 1. *Cor.* XII, 13. pag. 556. *Le Saint Esprit qui a rendu la Vierge féconde pour concevoir Jesus-Christ, donne la fécondité* AUX EAUX DU BAPTESME POUR FORMER SES MEMBRES: *&* A LA PAROLE DU PRESTRE POUR LEUR PRODUIRE *dans le Corps & le Sang de Jesus-Christ* UNE NOURRITURE AUSSI DIVINE, *que le principe de leur naissance est divin.* Quod est dicere, & aquas & verbum Sacerdotis instrumentum esse, quo Veritas, quæ Christus est, ut aïunt, utitur ad excitandum Spiritum fidei, quo credatur Christus passus & a mortuis suscitatus: qua fide & abluitur animus & nutritur. Fide sanguinis abluitur: fide immortalitatis nutritur. Catholici vero, omnipotentis Dei ut Deus est, non Spiritus Sancti, etiam appropriative, opus esse transsubstantiationem dicunt. Non verbo Sacerdotis cibum parari fidelibus spiritalem aïunt ex Christi corpore, quemadmodum spiritalis eorum regeneratio est. Nam quid est cibus spiritalis, qui sit ejusdem generis cum spirituali nativitate, nisi Spiritus fidei in Eucharistia Christum repræsentans immortalem & incorruptum, quemadmodum in baptismi regeneratione Spiritus fidei per immersionem Christum mortuum sepultumque, per emersionem suscitatum denotat, & nos per eam fidem, ut volunt, filios Dei facit? Catholicorum alia longe oratio est: Verbis Christi a Sacerdote prolatis fieri cibum ore percipiendum, ipsum Corpus Christi dicunt: denique familiare dicunt hæreticis esse, ut eamdem Spiritus Sancti efficientiam in baptismo & in Eucharistia prædicent: & verbo seu prædicationi Sacerdotis, ut vocant, vim signi tantum admonentis attribuant.

7.

Præterea recipi Christi Corpus & sanguinem in corde docet, quomodo & tangitur: tangi autem fide, quomodo & cetera mysteria vitæ ipsius, quæ viva fides sistit animo præsentia. Neque enim tanguntur absentia vel longe posita. Quod quid est aliud callide dicere, nisi fide tantum præsens adesse similiter Christi corpus? In *Matth.* XIV, 36. pag. 192. TOUCHONS PAR UNE FOI VIVE LES MYSTERES *de sa vie mortelle. . . . C'est une source de beaucoup de graces & du salut. Combien plus d'adorer,* DE TOUCHER, DE RECEVOIR DANS SON COEUR, *le Corps & le Sang du Sauveur, réellement presens dans l'Eucharistie, &* DE S'EN NOURRIR *avec foi, confiance, & humilité?*

Et cum alibi præsentiam nihilo magis realem sanguinis Christi in altari docet, quam est ibi realis ejusdem sanguinis mystica effusio, ut appellat, quæ fit coram Deo, hoc est, intus in animo; ut per eam sanctificentur fideles: quid aliud iste indicat, quam rem ipsam substantiamque sanguinis animo dumtaxat ibi præsentem obversari, æque atque effusionem ipsius; quæ quidem effusio non aliter ibi realis est, quam quia illius sanguinis effusi excitatur in animo coram Deo fides? An cum Catholicis deinde sentit ille de Missæ sacrificio, qui sacrificium Missæ in ea effusione collocat; non in ipsius victimæ præsentia per reproductionem, ut a Sacerdote possit offerri Deo & manducari! aut qui sacrificium ibi nonnisi laudis vel gratiarum actionis agnoscat? Audiamus super his capitibus verba ipsius. In *Matth.* XXVI, 28. pag. 364. *Peut-on nier* LA PRESENCE RE'ELLE *de ce sang adorable sur nos autels, &* L'EFFUSION MYSTERIEUSE QUI S'EN FAIT DEVANT DIEU, PAR UN VRAI SACRIFICE, *sans faire violence à la parole de Dieu, pour lui envier sa gloire, & sans envier à l'Eglise sa sanctification & sa consolation?* Et in vers. 30. *Le sacrifice de nos autels est lui-mesme une action de graces.*

8.

Et quo tamdem spectat, quod alio loco ponit, verba Christi Servatoris, quæ ille cœco jam sanato dixit, *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est:* fuisse veluti Sacramentalia; quippe quæ Christum audientis animo præsentem sisterent ac manifestarent; idque proinde efficerent quod significabant: quo illa, inquam, spectat oratio, nisi ut oblique doceat, haud aliter esse Sacramentalia consecrationis verba, quæ Sacerdos ad aram profert; quæque id efficere existimanda sunt quod significant, quoniam similiter Christum præsentem animis fidelium exhibet? In *Joan.* IX, 37. pag. 191. *O paroles consolantes,* LUMINEUSES, EFFICACES, *&* COMME SACRAMENTELLES, QUI MANIFESTENT A L'ESPRIT *Jesus-Christ, &* IMPRIMENT LA FOI *de sa divinité* DANS LE COEUR EN FAISANT CE QU'ELLES SIGNIFIENT. *Et vidisti eum, qui loquitur tecum, ipse est.*

9.

9.

Eccur iſte ſimiliter illum religionis ac pietatis modum commendat, quo præſens animo ſiſtitur ſacroſancta Chriſti humanitas; ſubjicitque quanta ſacræ hujus exercitationis utilitas ſit, noſci ab his qui ante aram Chriſto ſic præſenti ſupplicant, ſoliſque juſtitiæ radiis optant ſe colluſtrari: eccur iſte hæc, inquam, commemorat, niſi ut callide adſtruat, eamdem eſſe Chriſti præſentiam, tum in ara in qua Symbola conſecrata ſervantur; tum ubicumque Chriſtus cogitatur: cum ubique a Chriſto ſic præſente, hoc eſt, radiis Veritatis, quæ in Chriſto Chriſtique myſteriis ſe profert, mens religioſa colluſtretur? In *Joan.* XI, 21. pag. 221. *La dévotion* A LA PRESENCE DE L'HUMANITE' SAINTE *eſt une dévotion bien ſolide. Les ames ſaintes qui ſont ſi ſouvent aux pieds des autels, ſçavent quelle eſt la vertu de cette dévotion, & combien de graces Dieu y a attachées, & elles ſentent combien il eſt bon de répandre ſon cœur* EN LA PRESENCE *de Jeſus-Chriſt, & de l'expoſer* AUX RAIONS *de ce ſoleil de Juſtice.*

10.

Sed quam ille præterea præſentiam Chriſti agnoſcat in altari, aperte ſatis ac dilucide denunciat, cum præſentiam eam & commorationem operationis eſſe definit, in *Act.* VII, 23. pag. 77. *Il y a certains lieux où (Dieu* OPERANT PLUS SENSIBLEMENT, *il y veut eſtre auſſi plus honoré.* QUELLE EST DONC LA SAINTETE' *de nos Egliſes, où Jeſus-Chriſt* RESIDE? *Quel reſpect ne leur doit-on point à cauſe de* SA PRESENCE? *Combien encore plus ſaint &* PLUS ADORABLE CE CORPS, *cette portion de terre, qu'il s'eſt unie par l'Incarnation?* Catholicis e contrario contendentibus, primum quidem præſentiam Chriſti in Euchariſtia non eſſe præſentiam per ſe operationis, cum etiamſi nihil ibi in animis adſtantium operaretur, nihilominus ibi reipſa vi verborum eſſet: deinde eos, qui ſolam ibi operationis præſentiam agnoſcunt, nonniſi præſentiam per fidem admittere.

Eamdem dumtaxat præſentiam operationis rurſum iſte commendat in *Luc.* XXIV, 53. pag. 471. *Si les Apoſtres ont eu tant de religion pour un Temple qui n'avoit Jeſus-Chriſt preſent qu'en figure: Combien en devons-nous avoir davantage pour ceux où Jeſus-Chriſt* RESIDE RE'ELLEMENT, *où il ſe ſacrifie tous les jours à ſon Pere; où ſe forme l'alliance qu'il veut avoir avec ſes Elus pour l'Eternité dans le Ciel: où le Paſteur &* LE PEUPLE *unis enſemble pour loüer & benir Dieu, forment une image conſolante de la Jeruſalem celeſte pour ceux qui ont le cœur tourné vers cette celeſte patrie.* Nihil enim aliud verbis tam magnificis dicit, niſi tunc reſidere in Templis Chriſtum, quando in animis fidelium, qui ſynaxim illic agunt, fides illius tranſitus ex hac vita mortali ad incorruptionis ſtatum excitatur, & deſiderium accenditur perpetuæ cum ipſo conjunctionis ac ſocietatis, quam ipſe quoque ſingulis optat eſſe perpetuam: Sacrificium enim iſtud eſſe, quo ſe Chriſtus cum membris ſuis Patri, hoc eſt, ut interpretantur, æternitati ſubjicit.

11.

Et cum in 1. *Cor.* X, 16. veritatem Sacramenti, & Sacrificii, & Communionis Euchariſticæ, qua verum Chriſti Corpus percipiatur, ipſis Pauli temporibus in confeſſo fuiſſe dicit, quid aliud prædicat, quam quod Calvinus profitetur? Non oportere ſcilicet ex his tribus aliud ſejungi ab altero, ſed in unicam oportere actionem hæc tria concurrere. Nam verum eſſe Sacramentum, hoc eſt, verum ſignum; verum item ſacrificium, ſi cum Queſnelio ſacrificii nomine ſola caritas vel gratiarum actio ſola intelligitur; denique veram eſſe communionem veri Corporis Chriſti verique ſanguinis, Calvinus non negat: ſimul jungi hæc tria in ſola Cœna jubet: in qua & ſignum & communio Corporis Chriſti, & ſubjectio ſub Deo reperitur. A Calvino proinde Queſnelius non diſcedit, cum loco citato ſic dicit, pag. 536. LA VERITE' DU SACREMENT, *du ſacrifice, & de la Communion Euchariſtique du vrai Corps & du vrai ſang de Jeſus-Chriſt, étoit alors ſi inconteſtable, que ſaint Paul s'en ſert comme d'un principe reconnu & avoüé de tous.* Caritas enim ſola & gratiarum actio Queſnelio pro ſacrificio eſt tum aliis locis, tum in 1. *Cor.* XIII, 8. pag. 568. LA CHARITE' *eſt la ſeule vertu, qui n'aura jamais de fin: parce. . . que c'eſt elle enfin* QUI FERA LE SACRIFICE & TOUTE LA RELIGION DU CIEL, *pour glorifier Dieu dans l'Eternité.* Et in *Hebr.* XIII, 15. pag. 376. *Il y a* QUATRE SORTES DE SACRIFICES *que Dieu demande de nous.* 1. *Un ſacrifice de loüange, d'adoration, d'*ACTION *de* GRACES, *envers* DIEU, COMME L'ESTRE SEUL NECESSAIRE, *independant, & tout-puiſſant, & comme le principe & la fin de tout eſtre & de tout bien. Le ſecond ſacrifice que Dieu demande de nous eſt celui de la charité envers le prochain. . . . Le troiſiéme. . . celui de l'obeïſſance envers les ſuperieurs. . . Le quatriéme eſt un ſacrifice de ſolicitude & de vigilance envers ceux dont l'on eſt chargé.* Ubi certe Deus non eſt niſi Veritas, ibi ſacrificium eſſe non poteſt niſi mentis, & dilectionis. Catholicis e contrario prædicantibus, aliud eſſe Sacramentum, nempe rem ſacram; Corpus Chriſti ſcilicet, quod etiam extra Miſſam adverſatur: aliud ſacrificium, quod & Miſſa verbo Hebraïco appellatur, aliud denique communionem, quæ poteſt etiam ex hoſtia poſt Miſſam dudum adſervata fieri. Quadruplex autem addunt eſſe genus ſacrificii: holocauſtum, euchariſticum, propitiatorium, impetrativum, & quadruplici eo genere fungi Chriſtum in altari: noſque eo quadruplici fine Chriſtum ibi præſentem Patri offerre; præſertim vero ſatisfactiones ejus placando Numini, & merita ejuſdem ad quidlibet impetrandum. Quorum nihil ut oportet a Queſnelio dicitur.

12.

Et cum idem in 1. *Cor.* XI, 26. inſtitutam dicit Euchariſtiam eo conſilio, ut omnibus ſæculis ac locis mors Chriſti præſens exhibeatur; quid aliud callide docet, niſi eodem ſe modo Corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam intelligere, quo mortis Chriſti præſentiam; hoc eſt, per Spiritum fidei? Nam mors ipſa Chriſti certe non ibi niſi ſola recordatione eſt. At Queſnelius, pag. 549. *L'Euchariſtie eſt inſtituée* POUR RENDRE PRESENTE *à tous les lieux & à tous les ſiecles* LA MORT DE *Jeſus-Chriſt, pour en faire connoiſtre* LA VERTU, *en appliquer le* MERITE, *en exiger la reconnoiſſance des Chrétiens, & en rendre à Dieu l'action de graces.* Et Chriſtum quidem per fidem animo ſiſti præſentem idem iterum admonet, in Gal. III, 3. pag. 705. *Des commencemens ſi fervens, & une foi ſi vive,* QU'ELLE RENDOIT PRESENT *Jeſus-Chriſt* CRUCIFIE', *faiſoit deſcendre le ſaint Eſprit viſiblement, & avoit eſté éprouvée par tant de ſouffrances, ne ſont pas ſuivis de la perſeverance: Et nous ne tremblerons pas?*

13.

Et cum altare quod eſt in ſacris ædibus eſſe tantum repræſentativum alterius altaris myſtici dicit; ſacrificium ſimiliter Sacramentale tantum: verum autem altare, reale, ſolum Deo dignum, ipſam Verbi perſonam

ſonam eſſe, quæ & humanitatem Chriſti perpetuo offert; & quidquid cum ipſâ & cum Verbo conjunctum eſt, ut nos ſumus per fidem, ſanctificat: denique deflendos eſſe eos, qui figura contenti non hanc realitatem admittant: Quid hæc, inquam, magnifica in ſpeciem verba jactando dicit, niſi quod Catholicus quiſque, qui ea paulo diligentius expenderit, neget a ſe vel intelligi vel admitti poſſe; atheus autem quiſque libenter excipiat? Nam ſi Deus non eſt niſi Veritas, hæc profecto ſola altaris vice eſt, quæ humanitatem Chriſti Deo, æternitati quomodocumque conſecret: altare lapideum, & quod in eo peragitur ſacrificium, repræſentativum tantum & ſacramentale, hoc eſt, Symbolicum eſt: reale ſacrificium non eſt, niſi quod Veritati per fidem vel obedientiam offertur: lugendi denique ſunt, qui figuras tantum exoſculentur, Veritate ea neglecta. Annon illa autem exaggerans in ſpeciem oratio præſentiam Chriſti veram in altari convellit? Eſt illa Queſnelii, in *Hebr.* XIII. 10. pag. 375. *Nous avons l'autel du bois humiliant de la Croix pour le ſacrifice ſanglant & expiatoire de Jeſus-Chriſt; & l'autel de pierre* MINISTERIEL & REPRESENTATIF *pour le ſacrifice* EUCHARISTIQUE & SACRAMENTAL. MAIS L'AUTEL VERITABLE, RE'EL, & SEUL DIGNE DE DIEU, C'EST LA PERSONNE MESME *de Jeſus-Chriſt*, QUI OFFRIRA *éternellement* SA PROPRE VICTIME, *qui eſt* SON HUMANITE' *ſainte ſur cet autel. Autel, qui ſanctifie cette victime, & tout ce qui eſt offert à Dieu, par rapport, en vertu, & en union de cette victime & de cet autel. . . . Malheureux celui qui engagé dans l'hereſie ne veut point reconnoître le ſaint ſacrifice de l'Autel, & ſe contente d'une figure au lieu de la* REALITE'. Catholici contra pertendunt, verum altare & reale, reale pariter ſacrificium, nec repræſentativum alterius, illud eſſe quod in Templis peragitur; dum victima, quam Deus ibi reproducit, in cruce ſemel immolata, a ſacerdotibus offertur Deo & comeditur. Negant iidem Verbum Dei eſſe ulla ratione altare verum: negant denique Veritatem fide cognitam, reale illud noſtrum peragere ſacrificium, quod hæretici negant. Ita videri iis dumtaxat, qui ne hæretici ipſi videantur, fingunt hæreticos adeo delirare, ut figuram dumtaxat exoſculentur, abſque illius rei conſideratione quam ea figura repræſentat. Abſunt autem profecto ab hac amentia longiſſime ipſi Calviniani.

Et quid amplius, quam Calvinus, dicit iſte, cum ſubſtantiâ ſuâ nos Chriſtum alere dicit alibi, ſi ſubſtantia Chriſti, ipſo interprete, nonniſi ſubſtantia Veritatis eſt, quæ mentes alit, dum quod verum eſt in Chriſti carne, fideles docet? In 1. *Joan.* V, 12. pag. 513. *Qui peut comprendre, Seigneur, en combien de manieres vous eſtes* MA VIE! VOUS L'ESTES *comme Dieu, puiſque ma vie eſt voſtre ouvrage, & que* JE VIS EN VOUS. *Vous l'eſtes comme homme Dieu, puiſque vous la rachetez par voſtre ſang, que vous la formez par voſtre eſprit, que vous la conſervez par voſtre grace, que* VOUS ME NOURRISSEZ DE VOSTRE SUBSTANCE *icy-bas, en attendant que vous me faſſiez vivre pleinement & parfaitement de voſtre vie glorifiée dans le Ciel.* Nec corpora noſtra, ut diximus, ſubſtantia corporis ſui, nec animas Chriſtus nutrit: ſed ut Catholici quidem agnoſcunt, ſanctificat Chriſtus manducantes Corpus ſuum: ut athei loquuntur, ſubſtantia Veritatis mentes alit.

14.

Docet ille etiam alibi; credere, hoc ipſum eſſe quod Chriſtiano more communicare. Nam quod credidiſſe in Chriſtum refert Joannes, cap. II, 23. ſub feſtum Paſchæ, hos iſte ait Chriſtianum Paſcha antevertiſſe. In *Joan.* II, 23. pag. 32. *Jeſus fait ici ſa Pasque en ſa maniere, & la fait faire à quelques-uns de ſes Elus, en les faiſant paſſer* DE L'INCREDULITE' A LA FOI *par les merites anticipés de ſon ſang.* C'EST COMMUNIER *par avance* A LA PASQUE CHRE'TIENNE. Nam Chriſtianum Paſcha illud eſt, quod alibi Euchariſticum vocat. In *Luc.* XXII, 1, pag. 405, *Un Chrétien doit toujours eſtre en état de celebrer la Pasque Euchariſtique, toujours preſt d'aller faire* LA PASQUE ETERNELLE *dans le Ciel.*

15.

Et ille tamen miracula Euchariſtiæ commemorat, & conferre ea vult videri cum illis, quibus & clauſis januis apparuit diſcipulis, & Virginis uterum naſcens penetravit, & lapidem ſepulcri reſurgens. In *Joan.* XX, 19. pag, 409. *Jeſus penetrant en cette apparition une porte fermée. comme il a penetré le ſein de la Vierge en naiſſant, & la pierre en reſuſcitant, prévient les difficultés que font les incredules* SUR LES MIRACLES DE L'EUCHARISTIE. Sed eſt illa argumentatio apud homines vafros & fallaces, tantum a majore ad minus: quandoquidem cum verum Numen non agnoſcant, nec vera norunt miracula, ut antea ex ipſomet Queſnelio docuimus; nec penetrationem proprie dictam, qualem defendunt Catholici. Itaque plenum miraculi modum alibi vocat, quo Chriſtus præſens adeſt in Euchariſtia; cum tamen miraculum in eo ſolum conſtitui velit quod cibus animorum noſtrorum ibi Chriſtus ſit. In *Act.* III, 21. pag. 35. *Jusques-là Jeſus-Chriſt n'eſt que dans le Ciel d'une maniere viſible, dans ſon état naturel, & tel qu'il y eſt monté: quoi qu'il ſoit preſent dans l'Euchari ie* D'UNE MANIERE INVISIBLE, MIRACULEUSE & CONVENABLE *au deſſein qu'il avoit d'*Y ESTRE NOSTRE NOURRITURE. *L'eſprit de contradiction aveugle les heretiques, pour leur faire trouver de la contradiction entre ces deux ſortes de preſence de Jeſus-Chriſt. Une foi ſimple & ſoumiſe* N'Y TROUVE QUE DES SUJETS D'AMOUR & *de reconnoiſſance.* At ſimili oratione Calviniani ipſi quoque utuntur, ut ſignificent, modum quo ibi Chriſtus præſens adeſt, eſſe Symbolicum: hoc eſt, admonitu Symbolorum creatum in animo per ſpiritum fidei. Nam hunc modum plenum eſſe miraculi cur non ſumma voce Queſnelius prædicet, qui nihil boni a nobis effici ſine miraculo prodidit, ut poſtea dicturi ſumus cap. VIII. nimirum in *Joan.* XIII, 22. pag. 276. *On n'évite le mal, & on ne fait le bien* QUE PAR MIRACLE, *puiſque c'eſt par un ſecours ſurnaturel: & ſe tenir aſſuré de ce miracle, ce ſeroit une préſomption, qui ſeule nous en rendroit indignes.*

16.

Simili ratiocinatione a majore ad minus iterum utitur in *Joan.* VI, 63. pag. 121. *Les paroles claires, préciſes, & ſi ſouvent repetées du Fils de Dieu, nous obligent à croire une manducation réelle de ſa chair* PAR LA BOUCHE DE NOSTRE CHAIR. *Son Aſcenſion nous force à en rejetter toutes idées animales, groſſieres, & charnelles d'un corps mis en pieces, & déchiré avec les dens. Celui qui par la gloire a fait de ſa chair crucifiée & privée de vie, une chair toute celeſte, toute ſpirituelle,* CAPABLE DE TOUT PENETRER, SANS RIEN PERDRE DE SA VERITE', *comme il a paru dans ſon Aſcenſion, peut bien* LA RENDRE VRAIMENT PRESENTE, *& faire qu'elle ſoit* REELLEMENT MANGE'E *dans l'Euchariſtie,* D'UNE MANIERE IMPERCEPTIBLE AUX SENS. Sed quot ſunt hic fere ſententiæ, tot fere ſunt & callide dicta & hæretice. Dictum ejusmodi primum eſt, credi oportere, carnis Chriſti

Christi manducationem unam ore peragi. Hoc est enim dicere, nonnisi manducatione gemina carnem Christi accipi; quoniam caro Christi Eucharistica & Symbolo constet, & veritate carnis Christi, quam fides simul intelligit, dum os glutit Symbolum: Gemina ergo manducatione comedi carnem Christi, quarum una fiat ore, fide altera. Dictum alerum istiusmodi est, ascensione Christi prohiberi nos, ne laniandam Christi carnem cogitemus: quod est callide dicere, cum jam procul sit Christus disjunctus a nobis, non prodesse eum nobis deinceps nisi cognitione & fide: carnem enim ipsius spiritu fidei perceptam & spiritalem jam esse carnem, & nihilominus carnem veram; quippe quæ totam carnis ipsius essentiam contineat ac repræsentet: carni huic spiritali vim inesse penetrandi ac subeundi omnia, ut in ascensione patuit, cum animos scilicet ad se discipulorum pertraxit, etiam postquam se subduxit eorumdem oculis: hac denique vi eadem efficere quotidie, ut vere sit præsens & realiter manducetur, modo qui sensum omnem superet. Quid horum autem quisquam Calvinianus neget? An vere præsens negat adesse quod realiter manducatur? Quis quod absens est manducet? Num illum præsentiæ modum negat Calvinus superare omnem sensum! Penetrandi vim illam, qua caro spiritalis, hoc est, spiritus fidei carnem Christi considerandam objiciens menti, eamdem subit, num Calvinus negat? Hanc vero Quesnelius iterum inculcat, in *Apoc.* VI, 2. pag. 573. *Jesus-Christ Roi des Rois*, VICTORIEUX PAR SA RESURRECTION, PENETRE TOUT, *& s'assujettit tout* PAR LA SAINTETE' *&* LA PURETE' DE L'EVANGILE, *&* PAR LA PUISSANCE DE L'ESPRIT. Putabas dicturum esse eum, factum jam spiritale corpus Christi penetrare quo libuerit. Nihil tale. Tantum Evangelii puritate & doctrinæ sanctitate & spiritus divini, hoc est, Veritatis intelligibilis virtute, pervadit ac subit omnia. Sic præsens vere animis fidelium caro Christi est. Invenit Janseniana astutia quomodo & realem Corporis Christi præsentiam prædicare videretur imperitis & incautis; & eamdem nihilominus ut Calvinus irrideret.

17.

Et mutationem tamen ille commemorat panis in Corpus Christi: sed quam? Qualis est mutatio nostri in Christum ipsum. Recte omnino: si mutatio illa prior per fidem fit. Nam & posterior certe, quæ est emendatio pravorum morum in meliorem frugem, ea ipsa fide & caritate perficitur, qua fit cibus animi Corpus Christi, dum credit & sperat immortalitatem, ad quam Christus ex morte transiit. Eo spectasse Quesnelius videri potest, cum scriberet in *Marc.* XIV, 22. pag. 197. *Jesus* CHANGE *le pain en son corps* POUR NOUS NOURRIR *&* POUR NOUS CHANGER EN LUI-MESME; *c'est-à-dire, nos vices en ses vertus, nostre corruption en sa sainteté.* Et in *Joan.* VI, 35. pag. 108. *En septiéme lieu, Jesus-Christ est le pain qui entretient la vie. . . . Il faut estre incorporé dans ce pain pour en recevoir la vie: & c'est par la* FOI VIVE *qu'on* S'APPROCHE DE LUI, *qu'on entre en lui,* QU'ON EST CHANGE' EN LUI, *pour estre partie de ce pain vivant, & estre éternellement offert* EN LUI SUR LA TABLE *&* L'AUTEL DU DIEU VIVANT. Quot fere verba, tot falsæ dicta. Primum enim, passibus etiam corporis ad Christum ore percipiendum accedimus. Deinde nec mutamur in Christum: id quod sola potest secta impia dicere; tum quod ei Veritas menti prælucens pro divinitate est, deos nos perinde fere ac Christum ipsum efficiens: tum quod eadem Veritate seu spiritu Veritatis panem in Corpus Christi mutari credit: ideoque mutationem utramque tantum esse spiritalem credit. Denique altare vix dici patitur, qui Missam non arbitratur esse verum sacrificium: mensam dici multo mallet, ad cœnam dumtaxat, Calviniano sensu ac ritu.

Quo fine igitur quidam ex his vere fieri Transsubstantiationem hodie jactitant? Nempe ut eam vocem, quæ tessera Catholicæ fidei hactenus fuit, ipsi quoque retinentes, Catholici ab imperita multitudine habeantur. Quo sensu autem? Quoniam Veritas, inquiunt, hoc est, Christus ipse, sive spiritus Christi, spiritus fidei, substantiam Symbolorum mutat, dum cogit sub his, quando franguntur, solam spectari Corporis Christi substantiam in cruce fractam; alteram, quæ panis & vini substantia est, hoc est, vim alendi corpora, nihilo magis spectari, quam si nulla sit. Tam verum enim est profecto Corporis Christi substantiam in cruce fractam fuisse, uti fractio repræsentat; quam verum est mundum esse fabricatum ex nihilo. Ergo Veritas, sive (quod idem est, inquiunt) Christus & Deus fecit utrumque: & mundum exhibuit e nihilo; & nunc sistit fractum in cruce Corpus Christi præsens animo, substantia panis, quam diximus, nihilo magis considerata sub fractione, quam si nulla sit; sed in locum ejus subrogata substantia Corporis Christi? Annon hæc mutatio substantia panis, essentia panis est; non quidquid in pane sub sensus cadit; nam id omne corruptibile est; sunt autem essentiæ rerum incorruptibiles & immutabiles. Sed ipsamet definitio est & idea ac veritas panis, quæ est intelligibilis. Hæc panis substantia, quam sola mens vere intelligit, mutatur in substantiam Corporis Christi, cum in locum substantiæ panis quæ visis accidentibus deberet se menti offerre, intervenit altera, quæ substantia Corporis Christi est. Hæc Jansseniana Theologia est de Corpore Christi in altari. Transsubstantiationis nomen non memini me legere in his Commentariis Quesnelianis.

18.

Dum reverentiam autem exhiberi Christo in Eucharistia tantum internam jubet; externam esse ei deferendam negat, nisi cum se oculis conspiciendum præbet; an is adesse corporaliter sub speciebus Christum putat? annon potius præsentem credit dumtaxat per fidem, sive per præsentiam (ut loquitur) invisibilem? Nam huic internæ præsentiæ interna certe adoratio competit: ac si reipsa non est Christi Corpus sub speciebus, non est deferenda omnino Symbolis externa adoratio. Sic porro Quesnelius, in *Marc.* XIV, 7. pag. 192. ON A DU ADORER VISIBLEMENT *Jesus-Christ en sa propre personne pendant qu'il estoit sur la terre: & on le doit faire en la personne des pauvres, depuis qu'il n'y est plus visible.* DEUX MANIERES *de l'*HONORER: *par les devoirs* INTERIEURS. *& par les devoirs exterieurs. Pour la premiere, il suffit qu'il nous soit* PRESENT PAR LA FOI OU PAR UNE PRESENCE INVISIBLE DANS L'EUCHARISTIE. *Pour la seconde, il faut qu'il soit visible, & il l'est dans les pauvres.* Quæ oratio sic est callide temperata, ut credere possint incauti minimeque suspicioni homines, præsentiam Christi invisibilem in Eucharistia aliam ab isto statui, quam quæ dicitur præsentia per fidem: cum tamen reipsa nihil aliud Quesnelius intelligat, nisi præsentiam Christi in Eucharistia per fidem, ipsam esse illam, quæ alio vocabulo præsentia invisibilis dici possit; atque ita orationem temperarit, ut sic posset a se suæque sectæ hominibus accipi: quemadmodum qui Christum præsentem per fidem, sive per internam operationem Spiritus Sancti in Eucharistia confitetur, non ille duos præsentiæ modos dissimiles, sed unum eumdemque duobus vocabulis exprimit.

Negavere dudum ante Quesnelium Portoregienses, quo-

quorum nunc ipſe eſt anteſignanus, Chriſtum eſſe in Euchariſtia adorandum externa adoratione, qua Chriſtum ibi præſentem ſe teſtetur Chriſtianus agnoſcere; in libello Precum, quem edi curaverunt hoc titulo, *Office de l'Egliſe*; in ea parte potiſſimum, quam inſcripſerunt, *Exercice durant la Meſſe*. Nam ibi ad Elevationem Corporis Chriſti, hanc ſolummodo orationem dici ab adſtante Chriſtiano jubent: *Je vous adore élevé en la Croix, au jugement general, & à la droite du Pere éternel.* Quæ oratio ne Calvino quidem ipſi diſpliceat. Et mox, depoſito ſuper altari Corpore Chriſti, *Sanctifiez-moi, mon Dieu,* PAR VOSTRE PRESENCE. Ubi profecto præſentia quæ formaliter ſanctificet, non poteſt intelligi niſi interna per fidem. Iterumque: *Aux genuflexions que le Preſtre fait devant le ſaint Sacrement:* Genua flectere Sacerdotem patiuntur, quoniam ita fieri præcipiunt Rubricæ: ſed & adorationem hoc ritu negant confiteri, & hanc vetant ab adſtantibus propterea exhiberi Chriſto. Has genuum flexiones tantum eſſe ſigna volunt, quibus hi admoneantur, ut Deo, quem intus in animis habent, ſe ſubjiciant: *Abbaiſſez & humiliez* SEULEMENT VOSTRE COEUR EN FERMANT LES YEUX, *& ne diſant rien; vous rencontrerez* DIEU DANS L'AUTEL DE VOSTRE COEUR, *ſi vous eſtes le Temple de Dieu.*

V.

De SACRAMENTIS *univerſim*, *&* *de* EPISCOPATU, *ac de* SUMMO PONTIFICE.

Sed de Euchariſtia nunc iſta ſufficiant; tametſi enim alia multa dicenda ſuperſunt, tamen ad alia properandum, ne prolixitas operis faſtidium creet. Nam & de reliquis Sacramentis quædam ſunt obiter hic perſtringenda, & de Gratia, & de multis aliis Chriſtianæ doctrinæ capitibus, quæ in ſuis iſte Commentariis occulte & callide ſubruit.

1.

Sacramenti nomen ipſum una ſemper iſte eademque ſignificatione accipit, duplici de cauſa: Altera eſt, ut nihilo magis Sacramentum eſſe Corpus Chriſti in Euchariſtia, nec alio ſenſu quam Evangelium, exiſtimetur: cum ſit utrumque, ut volunt, ſignum rei ſacræ, hoc eſt, Chriſti ſeu Veritatis reipſa præſentis, tum quæ per Evangelium, tum quæ per carnem olim aſſumptam, & fide creditam, mortales docet. Altera, ut multo plura exiſtimentur eſſe Sacramenta, quam ſeptem. Reipſa enim neceſſe eſt eſſe plurima, ſi vis Sacramentorum omnis his limitibus definitur, ut tantum rem ſacram ſignificet. Sic ille igitur, in Præfatione, pag. XII, *Dieu a trouvé moien de nous rendre preſentes & la perſonne incarnée de ſon Fils avec tous les myſteres de ſa vie & de ſa mort, & ſes inſtructions divines. Sa perſonne & ſon corps adorable, dans le ſaint Sacrement de l'Euchariſtie. Sa vie & ſes paroles dans* LE SACREMENT *des ſaints Evangiles, s'il m'eſt permis de parler ainſi. Et pourquoi ne le pourrois-je pas,* EN PRENANT LE MOT DE SACREMENT EN GENERAL, *pour le ſigne & le canal d'une choſe ſacrée*, &c. Et in 1. Timoth. IV, 4. *Toute creature eſt* UN SACREMENT NATUREL *de la bonté, de la Sageſſe, & de la puiſſance de Dieu, comme elle en eſt une effuſion.* Et multis aliis rebus alibi paſſim Sacramenti nomen accommodat. Catholici vero Theologi, ſaltem cautiores, negant Sacramenti nomen eſſe reſpectu ſeptem Sacramentorum univocum: Definiri enim Sacramentum oportere, Rem vel actionem ſacram & ſacrantem: hoc eſt, effectu ſuo primario & ex opere operato ſanctificantem; vel etiam præterea conſecrantem Deo per characterem impreſſum animæ.

2.

Sacramenta mera ſigna eſſe, & (quod idem eſt) nonniſi docendo prodeſſe, tradit iſte rurſum, in *Matth.* XV, 34. pag. 204. *Le Corps, l'Eſprit, les myſteres & la parole de Jeſus dans les ſept Sacremens; les ſept dons du ſaint Eſprit, le livre de ſa parole ſcellé des ſept ſceaux,* C'EST LE PAIN DES FIDELLES. Hoc eſt enim callide dicere, vim omnem alendi in Sacramentis eſſe a verbo Dei: hunc eſſe cibum panemve fidelium in Sacramentis; ſcilicet quoniam ibi auditur & creditur: ipſo Chriſti corpore ibi nutriri fideles, quemadmodum & myſteriis, contemplatione eorumdem ac fide ſcilicet. Quod quis demum neget e Lutheri & Calvini ſchola?

3.

Sed multo apertius prodit hæreſim, cum Sacramenta docet nihilo plus habere efficientiæ, quam circumciſionem: nec prodeſſe niſi his, quos fide & caritate ac bonis operibus jam inſtructos repererint, & plane Abrahæ ſimiles. Ita ille, dicendi genere ad pietatis ſpeciem, ut ſæpe, compoſito: mimum enim iſtum agit ſæpiſſime. In *Rom.* IV, 10. pag. 334. HEUREUX CELUI QUE LES SACREMENS TROUVENT DE'JA PLEIN DE FOI, D'AMOUR, & DE JUSTICE, COMME LA CIRCONCISION TROUVA ABRAHAM! Itaque juſtificationem ſola fide peragi docet alibi, nulla Sacramentis efficientia aſſignata. In *Rom.* III, 24. pag. 329. *Cathechisme de la Juſtice Chrétienne. Comment Dieu ſe glorifie t'il en nous, & nous en Dieu? Par ſa grace. . . . . Quel prix a-t'il donné? Son ſang. Que fait ſon ſang? Il nous reconcilie à Dieu. Comment s'applique t'il!* PAR LA FOI ANIME'E DE LA CHARITE'. *Qui nous donne cette foi? Jeſus-Chriſt meſme.* Catechiſmus hic Gratiæ Queſnelianus, Janſenianus, Calvinianus eſt.

4.

Sacramenta eam ob rem a cærimoniis nulla re uſquam diſcriminat: quoniam non aliam illis atque iſtis efficientiam putat ineſſe. In *Matth.* IX, 29. pag. 107. *Image des* SACREMENS & DES CEREMONIES *de l'Egliſe*, OU L'ACTION EST JOINTE A LA PAROLE. Et in *Joan.* XIII, 12. pag. 270. *C'eſt principalement devant ou après avoir fait les cérémonies, ou lorsqu'elles ſont plus* PRESENTES A L'ESPRIT, *qu'il faut faire cette demande: Savez-vous ce que je vous ay fait, ou ce que je vais vous faire? Ce qu'on vient de faire à cet enfant* PAR TOUTES CES CEREMONIES DU BAPTESME, DE LA CONFIRMATION, &c?

5.

Affine his eſt, aut ex iiſdem conſequens, quod Sacramenta dicit ab oratione tum Eccleſiæ ea dantis, tum ſuſcipientium, vim omnem ſuam habere. In *Luc.* III, 21. pag. 59. *Ce qui s'eſt fait viſiblement au baptesme de Jeſus-Chriſt, ſe fait inviſiblement dans le baptesme de ſes membres. Le Ciel s'y ouvre,* MAIS C'EST PAR LA PRIERE DE L'EGLISE, *dont ſon Chef lui donne l'exemple.* LA PRIERE EST LA CLEF DU CIEL DANS LES SACREMENS, *& hors les Sacremens:* DANS CEUX QUI LES DONNENT, & DANS CEUX QUI LES REÇOIVENT. Ac de Confirmatione ſpeciatim; In *Act.* VIII. 15. pag. 91. *L'excellence du Sacrement de Confirmation eſt ſi grande, qu'il eſt reſervé aux Evesques. . . .* SA FORME EST LA PRIERE SACRAMENTELLE, *accompagnée de l'im-*

l'impoſition des mains. Quamquam ipſo etiam Orationis vocabulo factio iſta omnis abutitur: quoniam ubi Deus non eſt niſi Veritas, non eſt orationi ſeu precationi proprie dictæ locus, quæ quidquam a Deo gratiæ aut beneficii impetret; ſed deſiderio ſolummodo, quod voce & ſub precationis forma expreſſum, quid fides præſtet illius qui Sacramentum ſuſcipit, ſi vera ſit, vel ei ipſi, vel circumſtantibus ſignificet.

6.

Quid illud denique ſibi vult, quod iſte dicit, Sacramenta duo, quibus Eccleſia ædificatur; alterum quo mundatur, alterum quo paſcitur; ex latere Chriſti jam mortui perfoſſo manaſſe: nempe aquam & ſanguinem? In *Joan.* XIX, 35. pag. 397. *La plaie du coſté du Sauveur nous doit eſtre bien chere & bien aimable; puisque c'eſt de* CETTE OUVERTURE MYSTERIEUSE *du cœur de Jeſus mort,* QUE SORTENT LES SACREMENS DE LA VIE. *La mort de Jeſus, loin de nous le rendre inutile, commence à former ſon Egliſe, à y* E'TABLIR *dans* L'EAU DU BAPTESME *une ſource de pureté & de ſainteté, qui coulera toujours aprés ſa mort; mais qui ne fait rien que par la vertu du ſang du Sauveur. Ce n'eſt pas aſſés qu'il nous lave, il faut qu'il nous nourriſſe & qu'il nous renouvelle.* Quid ea, inquam, obſervatione notatur, niſi & aquam baptiſmi, & vinum, qui ſanguis Chriſti in altari dicitur, mera ſigna eſſe; alterum ablutæ, alterum corroboratæ mentis? Neque enim profecto Chriſtus dare aliam aquæ baptiſmi aut vino altaris efficientiam abſque voluntatis ſuæ ſignificatione potuit, quam edere niſi vivus non potuit. Si tunc igitur inſtituta ſunt, ut iſte aſſeverat, Eccleſiæ Sacramenta, mera ea neceſſe eſt ſigna intelligi, quæ actu adhibenda eſſe ad præteritorum recordationem Eccleſia cenſuerit: quæ tamen Chriſtum auctorem habere idcirco dicantur, quoniam quidquid in Chriſto geſtum eſt, ad noſtram eruditionem pertinet, ſermo nos docentis per illam carnem Veritatis eſt. Eſt autem Veritas, inquiunt, Chriſtus ipſe ſecundum divinitatem.

7.

Quoniam ergo Sacramenta eſſe mera ſigna cenſet, baptiſmum idcirco non putat prodeſſe, niſi ut illuminatio eſt; hoc eſt, ut per immerſionem atque emerſionem docetur fidelis, poſt mortem & ſepulturam, eſſe in nobis aliquando, ut olim in Chriſto, reſurrectionem, quæ emerſione deſignatur. In *Joan.* IX, 7. pag. 179. *Comment regardons-nous tous les jours la fontaine baptismale avec une indifference ſi grande! Eſt-ce plus de guerir les yeux du corps, que de* PENETRER JUSQUES A L'AME *de* TOUS LES BATISEZ, *non ſeulement* POUR EN E'CLAIRER LES YEUX, *mais pour la guerir toute entiere, lui rendre la vie, la ſanctifier, & la conſacrer à Dieu? Je vous rends graces, Seigneur, de ce que vous avez fait en moi par cette ſainte piſcine: & j'admire* CE MIRACLE *d'*ILLUMINATION QUI SE FAIT TOUS LES JOURS *dans voſtre Egliſe* AUX YEUX DE LA FOI. Qui nullum miraculum, ut diximus, verum agnoſcit, omnem fidei illuminationem, per ſigna Sacramentalia excitatam in animis ſuſcipientium baptiſmum vel Euchariſtiam, miraculi plenam eſſe exclamat.

In *Rom.* VI, 4. pag. 351. L'IMMERSION BAPTISMALE, *qui repreſentoit la ſepulture du Sauveur,* SERVOIT A APPLIQUER *au batiſé* LE MERITE DE LA MORT & DE LA SEPULTURE *de Jeſus-Chriſt, comme fait auſſi l'effuſion.*

In *Act.* VIII, 16. pag. 91. *Le baptesme eſt donné au nom, c'eſt-à-dire, en l'autorité, par les merites, par l'operation de Jeſus-Chriſt,* & PAR L'IMPRESSION & LA COMMUNION DE SA MORT & DE SA RESURRECTION. Imprimitur vel applicatur per immerſionem emerſionemque ex aqua, ſimiliave Symbola, inquit, Chriſti mors, ſepultura, & reſurrectio, cum his Symbolis mens admonetur, ut de his cogitet; & quod hæc ſignificant, id in ſe complendum eſſe aliquando confidat. Itaque baptiſmum alibi appellat Sacramentum mortis & reſurrectionis Chriſti. In *Rom.* IV, 25. pag. 18. ut jam ſemel iterumque deſcripſimus.

8.

Ex ea Sacramenti notione fit, ut Chriſtiani cujusque mortem cum fide conjunctam, referat inter Sacramenta, in *Luc.* VIII, 53. pag. 166. *La mort d'un Chrétien eſt un* MYSTERE DE FOI AUSSI BIEN QUE CELLE DE JESUS-CHRIST. *On y voit une choſe, & on y en croit une autre. Une mort humiliante, qui eſt la ſource &* COMME LE SACREMENT *d'une vie bienheureuſe.* Certe ſi Sacramentum eſt merum ſignum rei ſacræ; nulla autem res eſt ſacra magis, quam immortalitas & incorruptio & conſequi eam neceſſe eſt ex morte pie obita; tam piam mortem Chriſtiani quam Chriſti, Sacramentum ſive ſignum naturale immortalitatis haberi ac dici neceſſe eſt.

9.

Cum eo autem dogmate, quo Sacramenta mera eſſe ſigna creduntur, connexum & illud eſt, Sacerdotum atque Epiſcoporum munus omne in docendi officio conſiſtere. Nec aliud ii ſane poſſunt efficere, ſi Deus non eſt niſi Veritas docens mortales. Nam quid aliud præſtare poſſint miniſtri Veritatis, niſi de Veritate admonere? Hoc iſte tradit ſatis callide, cum quidquid Sacerdos vel Epiſcopus agit in ſacrificio ipſo & Sacramentis, dicit verbum prædicationis eſſe: quod eſſe Calvini & Lutheri placitum, Theologi Catholici norunt. In *Marc.* III, 14. pag. 32. *Toutes les fonctions eccleſiaſtiques ſont marquées* PAR LA PREDICATION: *parce que* C'EST LA FONCTION PRINCIPALE DES EVESQUES & DES PASTEURS: *que c'eſt par la voie de* LA PAROLE *& de l'inſtruction que le Roiaume de Dieu s'établit: & que* LA PAROLE *eſt meſme* EMPLOIE'E DANS LE SACRIFICE, LES SACREMENS, & LES AUTRES FONCTIONS *ſacerdotales.*

10.

Sacerdotium autem & Epiſcopatum quandonam a Chriſto inſtitutum fuiſſe credendum eſt, ſi Queſnelio credimus? Poſt aſcenſionem Domini. Recte ac vere profecto, ſi Sacerdos ipſe Chriſtus perfecte ante id tempus non fuit, ut placere eidem ſuperius vidimus. An enimvero prius perfecti Sacerdotes aliqui eſſe poſſent ante ipſum Chriſtum? Atqui Sacerdos ne ipſe quidem Chriſtus eſt, inquit iſte, niſi cum id exhibet in ſe, quod homines noſſe maxime intereſt; nempe futuram fidelium, qualem in ipſo credunt, incorruptionem & immortalitatem. Neque cum aut Sacerdos noſter eſſe Veritas poteſt, niſi docendo; aut perfecte docet Chriſtus homo homines, niſi cum id exhibet in ſe quod docet. Tunc vero hanc ipſius incorruptionem contemplantibus ipſe ſecundum divinitatem dat Spiritum fidei, ac ſpei, & dilectionis qui eſt Spiritus Sanctus. Non potuit igitur etiam Chriſtus ipſe perfecte Sacerdotem agere, niſi cum in cælo eſſet. Ex illo igitur tantummodo tempore potuerunt eſſe Sacerdotes, qui quoniam idem docerent, dare dicuntur etiam ipſi Spiritum Sanctum; eo quod ſua prædicatione hunc fidei Spiritum in nobis excitant & accendunt. Non igitur prius aut Apoſtoli habere

bere perfectam miſſionem, aut habere ſuam formam Hierarchia eccleſiaſtica potuit, niſi poſt aſcenſionem. Ea Queſnelii ratiocinatio, ea certe placita illius ſunt, in *Gal.* I, 1. pag. 690. LE SACERDOCE, *la miſſion, & l'autorité de Jeſus-Chriſt comme chef de l'Egliſe,* ONT ESTE' CONSOMME'S EN SA RESURRECTION, OU IL COMMENCE A LES COMMUNIQUER. Et in *Eph.* IV, 10. & 11. pag. 26. *Il monte au Ciel, pour . . . remplir . . . toute l'Egliſe de ſes dons, ... Jeſus-Chriſt* ETABLI DANS SON ROIAUME, *établit lui-meſme ſes officiers & ſes miniſtres, & forme* SA HIERARCHIE *Eccleſiaſtique,* DONT L'INSTITUTION EST DIVINE. LA PRIMAUTE', *la plenitude, & la fecondité de tous les dons &* DE TOUS LES MINISTERES, SONT *dans les* APOSTRES, *& dans leurs ſucceſſeurs.* LES EVESQUES QUI SONT DE DROIT DIVIN, N'ONT LEUR MISSION PARFAITE & ACCOMPLIE, QU'APRE'S QUE JESUS, *l'Apoſtre & l'Evesque éternel de l'Egliſe,* EST ENTRE' DANS LA CONSOMMATION DE SON SACERDOCE. IL DEVOIT ESTRE *ſelon ſon humanité* EN E'TAT DE DONNER LE SAINT ESPRIT, AVANT QUE DE COMMUNIQUER LE POUVOIR DE LE DONNER. Ubi divinam inſtitutionem cum dicit, fallit legentes ambiguitate verbi: ſiquidem divinum ille nihil habet, niſi quod verum, juſtum, ordinatumque ſit: atque ita quidem eſſe tunc præſertim intelligatur, cum plurium Sacerdotum, vel totius Eccleſiæ conſenſus acceſſerit.

Denique idem habet in *Hebr.* XII, 23. pag. 369. Ubi notas Eccleſiæ enumerat, & Apoſtolicam eam eſſe dicit: *Apoſtolique, comme* FORME'E LE JOUR DE LA PENTECOSTE *ſur la montagne de Sion par le ſaint Esprit, & gouverné par le* MINISTERE APOSTOLIQUE QU'IL ETABLIT, & DONT IL OUVRIT L'EXERCICE *ſur cette ſainte montagne, pour* ESTRE TRANSMIS *aux ſucceſſeurs des Apoſtres juſqu'à la fin des ſiecles.*

II.

Conſectarium autem ex eo eſt, non alterius generis interiorem unctionem Sacerdotum eſſe, quam quæ eſt Chriſtianorum omnium; ſiquidem poſita omnis eſt in motione Spiritus Sancti, ſive ad docenda ea quæ recta ſunt, ſive ad exſequenda. Sic iſte in 2. *Cor.* I, 21. pag. 611. ad ea verba Pauli: „ *Qui autem con-*
„ *firmat nos vobiscum in Chriſto, & qui unxit nos*
„ *Deus:* ex quibus verbis ſuum illud placitum iſte colligit. *C'eſt Dieu le Pere meſme* QUI CONSACRE SES MINISTRES & TOUS LES CHRE'TIENS. *L'onction interieure* DONT IL LES CONSACRE, C'EST LE SAINT ESPRIT: & *ce qu'*ILS SONT *par cette conſecration, ils le ſont en la perſonne de Jeſus-Chriſt. C'eſt lui qui ouvre la bouche, conduit la langue & forme la parole des Apoſtres par la vertu de ſon Esprit: & c'eſt lui encore qui ouvre le cœur, ſoumet la volonté, & opere la foi des fidelles par l'onction de ſa grace.*

12.

Non remittit ergo peccata pro poteſtate Sacerdos: Quam enim habere poteſtatem a Veritate, ſi Deus alius non eſt, Sacerdos poſſit, quam ut vel declaret dumtaxat; vel ſi abuti verbis volumus, ut illi faciunt, veram judicis more ſententiam proferat de abſolutione rei, poſtquam eumdem certo experimento didicerit abjectis vitiis ſanctiorem vitam eſſe amplexum? Hoc unum igitur Sacerdoti munus vocis externæ competit, & dexteræ ſuper hominem protendendæ; interna interim hominis ſanctificatio tota a Dei Spiritu, ſive a fide & caritate eſt. Sic iſte callide, ut ſolet, ac diſſimulanter, in *Matth.* III, 11. pag. 21. *Moins le Miniſtre s'attribuë l'œuvre de Dieu dans les ames, plus il l'y avance.* L'EXTERIEUR EST SON PARTAGE. *Celui-là* SEUL *ſanctifie,* QUI PEUT OPERER SUR LE COEUR, *s'en rendre le maiſtre par ſon Esprit, & en faire un cœur nouveau.*

In *Luc.* V, 13. pag. 87. C'EST LA MAIN DU PRESTRE QUI S'E'TEND *ſur le pecheur humilié:* C'EST SA VOIX QU'ON ENTEND: *Mais c'eſt la volonté & la puiſſance de Jeſus-Chriſt qui guerit.*

In *Rom.* IV, 10. pag. 334. Quem locum ſuperius deſcripſimus: HEUREUX CELUI QUE LES SACREMENS TROUVENT DE'JA PLEIN DE FOI, D'AMOUR & DE JUSTICE, COMME LA CIRCONCISION TROUVA ABRAHAM!

13.

Itaque ſi cui poteſtas dimittendi peccata, conceſſa legitur in ſacris litteris, non eam alicui homini privato, inquit iſte, ſed toti Eccleſiæ conceſſam fuiſſe par eſt exiſtimari. Juſtus ſive juſtificatus is eſt, non quem Sacerdos vel Epiſcopus per ſe, ſed quem Eccleſia in ſuum cœtum velit admitti, ſi mores ejus perſpectos habeat: atque adeo ille ſolus, quem Spiritus ille ipſe fidei & caritatis ſanctum effecerit, qui Eccleſiam ſanctam facit. Itaque Eccleſiæ dumtaxat judicium Sacerdos vel Epiſcopus profert: nec jus ipſum excommunicandi Epiſcopis niſi plebe Catholica conſentiente competit. Enimvero ſi Deus & Chriſtus non eſt niſi Veritas & Lux animorum communis, non hæc profecto alicui homini in aliqua ſocietate pluſquam alteri tribuit poteſtatis. Si quis perſpicacius percipiat Veritatem, erit ille ſane doctior: ſed ſocietati non præſit, niſi totius judicio ſocietatis. Eligatur ab omnibus, qui debet præeſſe omnibus: ac proinde ſi quid agat electus, id non ille ſua auctoritate, ſed eligentium ſive ſocietatis illius nomine efficiat, quæ huic illum regendæ præfecit. Neque tamen non etiam Chriſti nomine & auctoritate, hoc eſt, Sapientiæ intelligibilis & Rationis univerſalis: ſiquidem hanc debet ille ſemper in conſilium adhibere; ſed ut id faciat, quod tota electorum ſocietas probet, quæ hujus rei ipſi procurationem demandavit.

Hæc ſunt ex impietate orta, ut apparet, placita, quæ iſte plurimis locis inculcat. In *Matth.* IX, 6. pag. 96. *L'Egliſe qui eſt gouvernée par les ſucceſſeurs des Apoſtres,* A SEULE LE POUVOIR *que Jeſus Chriſt a laiſſé* A SES APOSTRES. *Les pechés ſont remis* A CELUI QUI EST CONVERTI. In *Matth.* X, 4. pag. 112. *Souffrons les mauvais avec patience: adorons Jeſus-Chriſt & ſon autorité humiliés dans eux, ſans que* L'EFFICACITE' DES SACREMENS *en ſouffre rien. Et croions par là que* C'EST *Jeſus-Chriſt* QUI Y FAIT TOUT, *meſme par les plus indignes.* Catholici non dicunt Chriſtum (nedum Veritatem, quam iſte pro Chriſto habet, vel fidei Spiritum) omnia præſtare, per eorum etiam miniſterium, hoc eſt, per eorum prædicationem vel admonitionem, qui maxime ſunt indigni; ſed ipſos etiam maxime indignos, poteſtate ſibi a Chriſto conceſſa, moraliter ac certo juſtificare eos, quos rite utique diſpoſitos abſolvunt vel baptizant.

In *Matth.* XVI, 19. pag. 213. ad ea Chriſti verba; *Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram &c.* LE POUVOIR DE REMETTRE TOUS LES PECHEZ EST DONNE' A L'EGLISE, *& à tous les Evesques en la perſonne de ſaint Pierre: pour faire connoiſtre que ce pouvoir ne ſe trouve point hors l'unité de l'Egliſe.* Et iterum pag. 214. L'EGLISE LIE & DE'LIE LE PE'CHEUR, NON PAR UNE SIMPLE DECLARATION *de ce que Dieu fait en lui: mais par un* ACTE JURIDIQUE & PAR UNE SENTENCE PRONONCE'E AVEC *l'*AUTORITE' *d'un* JUGE.

ELLE

ELLE LIE *par l'excommunication, & par le refus ou le délai de l'abſolution. Et Dieu ratifie dans le Ciel le jugement de ſes miniſtres,* QUAND ILS JUGENT SELON LES REGLES *qu'il leur preſcrit par ſa parole & par ſon Egliſe.*

In *Matth.* XVIII, 17. pag. 235. *L'excommunication eſt le dernier remede. . . .* C'EST L'EGLISE QUI EN A L'AUTORITE' *pour l'exercer par les premiers Paſteurs,* DU CONSENTEMENT DU MOINS PRE'SUME' DE TOUT LE CORPS.

In *Marc.* VII, 35. pag. 97. *Ce que fait ici Jeſus-Chriſt eſt le modelle que doit ſuivre un miniſtre de l'Egliſe; qui dans l'exercice meſme de ſon miniſtere, en faiſant* LES CEREMONIES DES SACREMENS *& du ſacrifice,* EN PRONONÇANT LES PAROLES & LES PRIERES SUR LES PECHEURS, AU NOM & EN L'AUTORITE' DE L'EGLISE *& de Jeſus-Chriſt meſme, doit élever ſon cœur vers le Ciel, gemir & ſoupirer pour ceux qu'il a ſous ſa main,* ATTENDRE TOUT DE CELUI *qui eſt le* MAISTRE DES COEURS. Dum abſolvit Sacerdos, inquit, in nomine atque in poteſtate Eccleſiæ, ſive totius ſocietatis electorum hoc facit. Nec ipſe juſtificat, ſed cum gemitu orat, ut reum Chriſtus ſolus ſolvat & juſtificet. Ab ipſo ſolo id fieri Sacerdos exſpectat, cujus omne munus eſt orare.

In *Luc.* VII, 48. pag. 142. ad ea Chriſti verba, *Remittuntur tibi peccata. Heureux celui* A QUI DIEU DIT CES PAROLES AU FOND DU COEUR! *Car Dieu fait ce qu'il dit,* C'EST LUI QUI LES DIT SUR NOUS, QUAND L'EGLISE NOUS LES DIT. Hoc eſt dicere, Qui ſe credit ſolutum, is eſt reipſa ſolutus. Neque enim Veritas, ex qua id audit intus, mentiri poteſt. Eccleſia ſolvit, hoc eſt, Spiritus Eccleſiæ, Spiritus qui membra Eccleſiæ facit, non Sacerdos. Nobis ille quidem verba dicit abſolutionis; hoc eſt, ita ut ſint in animis noſtris efficientia ſolutionis.

In *Joan.* XI, 44. pag. 231. *Un vieux pécheur ne ſe défait pas aiſément de tous les liens qu'il s'eſt faits lui-meſme, quoi qu'il ait receu la vie de la grace.* C'EST DIEU QUI LE JUSTIFIE INTERIEUREMENT PAR SA GRACE: C'EST L'EGLISE QUI LE DE'LIE PAR SES MINISTRES. Solvit a culpa ſolus Deus: ſolvit per Sacerdotes Eccleſia a vinculo excommunicationis.

In 2. *Cor.* II, 10. pag. 616. *C'eſt au nom & en la perſonne de Jeſus-Chriſt, que l'Egliſe remet les pechez & la peine des pechez, parce qu'il en eſt le Souverain Preſtre; & qu'il n'appartient qu'à Dieu de relaſcher des intereſts de ſa juſtice en la maniere qu'il le veut. On doit ſur tout regarder le bien de l'Egliſe dans l'Indulgence.* Hoc eſt dicere, neque Eccleſiam Spiritalem, hoc eſt, Spiritum Eccleſiæ, delere culpam, niſi cum id Veritas ſeu Ratio poſtulat; hoc eſt, cum quis eſt contritus; neque Eccleſiam viſibilem de pœna poſſe quidquam ex indulgentia remittere, niſi quando & quantum Veritas pariter & Ratio id exigit. Nam hæc Queſnelio Chriſtus ſecundum divinitatem eſt.

14.

Eccleſiam vero proprie dictam propterea neceſſe eſt inviſibilem eſſe, & conſtare ſolis electis & prædeſtinatis: quamvis præter eam alia ſit Eccleſia viſibilis ab inviſibili diſtincta, quomodo fere continens ab eo quod in eo continetur. Eccleſiam enim, ſive civitatem Dei in terris, imaginem oportet eſſe Eccleſiæ in cælis olim futuræ, inquiunt; atque adeo conſtare eamdem neceſſe eſt ſolis electis. Et ſic ille quidem in *Hebr.* XII, 23. pag. 369. *Marques & proprietez de l'Egliſe Chrétienne. Elle eſt* 1. *viſible. . .* 4. CATHOLIQUE, COMPRENANT *&* TOUS LES ANGES DU CIEL, ET TOUS LES ELUS *&* LES JUSTES DE LA TERRE *&* DE TOUS LES SIECLES. Et in *Joan.* II. 19. pag. 488. *Tous ceux qui ſont* DANS L'EGLISE, SONT DE L'EGLISE VISIBLE, *quoi qu'ils ne ſoient pas du nombre* DES SAINTS ET DES ELUS. *Elle a ſes membres vivans, mais elle a auſſi des membres pourris & de mauvaiſes humeurs.* Ubi Catholici dicunt, unicam eſſe Eccleſiam, quæ conſtat ex omnibus & ſolis fidelibus, ſive ſint ex numero electorum; ſive non ſint. Cenſeri enim quemlibet de vero Chriſti Corpore, qui de Spiritu Chriſti, quantum ad fidem ſaltem ac ſpem, vivat. Nec geminum ſeu bipertitum Eccleſiæ corpus, veluti corpus in corpore, niſi ab his fingi, quorum interſit unum eſſe credi Corpus Chriſti in terris, quod Symbolum ſeu figura civitatis ſanctorum in cælis: ut præſentia ſcilicet univerſa, quæ temporaria ſunt, Symbola ſint rerum in æternitate futurarum.

15.

In ſacerdotio & in Eccleſiaſtica Hierarchia ſummam ſub Chriſto Petri poteſtatem, atque adeo & ſucceſſoris ipſius, ſummi Pontificis, qui Chriſti Vicarius eſt, ab ipſomet Domino ei conceſſam, cum juriſdictione in omnes Eccleſiæ oves, & cum poteſtate confirmandi fratres in fide; hoc eſt, de rebus fidei certo & abſque erroris periculo toti Eccleſiæ denunciandi quid ipſam ſequi ac tenere neceſſe ſit; quotquot ſunt Catholici Doctores agnoſcunt; his modo inter Catholicos exceptis, qui ſunt ab aliis infeliciter ſeducti. At hoc eſſe poſſe privilegium unius hominis, vel unius etiam Eccleſiæ ſingularis, negat Queſnelius: Eccleſiæ univerſæ attributum illud eſſe a Chriſto pertendit; quod in figuram ſolummodo unitatis ubique & ſemper tuendæ Petro Chriſtus attribuit, tamquam Procuratori; qui & unitatem ſocietatis illius repræſentet, cujus rem procurat; nec ſit propterea ſupra ſocietatem illam. Nec Romana igitur Eccleſia, pergit idem, cum laudatur ut magiſtra veritatis, Romana proprie intelligenda eſt; ſed Catholica ipſa univerſalis, quæ propter Romanam Apoſtolicam, quam continet, Romanæ & ipſa nomen habet. Nec denique vel Petrum inter Apoſtolos, vel inter Epiſcopos ſummum Pontificem alio ſenſu primum ponit eſſe, quam quo quis primus eſt inter pares: quemadmodum Stephanus inter Diaconos primus: nam & iſto exemplo callide utitur ac diſſimulanter. Eam ob rem & primatum quoque Paulo defert, ut nihilo faciat cum inferiorem Petro: Nec Paulo ſolum, ſed & Jacobo fratri Domini, quem olim fecere primum Epiſcopum Hieroſolymorum. Certe ſi Deus non eſt niſi Veritas & Sapientia intelligibilis, & Ratio Univerſalis, ut ſecta ponit impia, quo quis homo jure, niſi humano, alteri homini præſit? aut quo aliqua Eccleſia præſcribat quid ſit docendum, aut fide tenendum? Res eſt in commune poſita Veritas; nec unius propria; niſi forte conſentiente ipſa Societate, quæ locum ei primum detulerit. Queſnelium igitur ſic ſentientem audiamus locis non paucis ex hiſce Commentariis.

In *Matth.* X, 2. pag. CXI. PRIMAUTE' *de ſaint Pierre* ENTRE LES APOSTRES. *Il n'y a qu'un eſprit de ſchisme & de diviſion, qui puiſſe refuſer de reconnoiſtre la primauté que Jeſus-Chriſt a inſtitué pour conſerver l'unité dans* LE CORPS DES PASTEURS.

In *Matth.* XVI, 16. pag. 212. *Saint Pierre comme chef & modelle des Apoſtres, prend la parole pour tous & au nom de tous. Un ſeul parle,* POUR MARQUER L'UNITE' DE LA FOI, L'UNITE' DE L'APOSTOLAT, L'UNITE' DE L'EGLISE QU'IL REPRESENTE, *l'unité de la perſonne de Jeſus-Chriſt.* Cum unitatem jactat Apoſtolatus, pares Petro facit Apoſtolos reliquos.

In *Matth.* XVI, 18. pag. 213, *La preéminence de*

ſaint Pierre eſt la recompenſe de ſa foi. Sa vertu, ſa force, & SA GRACE APOSTOLIQUE POUR FONDER L'EGLISE, *eſt renfermée dans ſon nom. Il l'emprunte de Jeſus-Chriſt, pour montrer qu'il emprunte de lui ſa puiſſance. L'Egliſe eſt inébranlable & éternelle, parce que la foi qu'elle a pour fondement, eſt ferme & invariable.* Supra fidem, non ſupra perſonam Petri ædificatam eſſe Eccleſiam ponit. Catholici e diverſo, ſupra perſonam Petri eatenus ædificatam & perpetuo manſuram eſſe cenſet, quoniam præpoſitus ei Petrus a Chriſto ſit; ut & ſucceſſor Petri: qui ſuis oraculis traditum a Chriſto ſibi depoſitum fidei pro poteſtate denunciet toti Eccleſiæ.

In *Matth.* XVI, 19. quem jam locum ſuperius deſcripſimus: *Le pouvoir de remettre les pechez eſt donné à l'Egliſe &* A TOUS LES EVESQUES EN LA PERSONNE DE SAINT PIERRE, *pour faire connoiſtre que ce pouvoir ne ſe trouve point hors l'unité de l'Egliſe.* In perſona Petri data eſt, inquit, hæc poteſtas ſingulis Epiſcopis: ut omnes ex æquo Epiſcopi ſucceſſores Petri eſſe exiſtimentur. Nam Doctori certe cuilibet per ſe docere convenit. Sunt autem Epiſcopi, ut diximus, ex impiæ ſectæ ſententia, aliud nihil niſi Doctores.

In *Matth.* XVII, 26. pag. 227. *Jeſus-Chriſt païe pour lui-meſme, &* POUR SON EGLISE EN LA PERSONNE DE SAINT PIERRE, *pour montrer qu'il y a entre lui & elle communauté de biens.* Dolet huic homini dici a Matthæo Chriſtum ſolviſſe pro ſe & pro Petro tamquam Apoſtolici collegii capite. Figuram Eccleſiæ ſive procuratorem tunc quoque ipſum fuiſſe credi jubet.

In *Marc.* III, 16. pag. 32. *La* PRIMAUTE' *de ſaint Pierre eſt une prérogative de droit divin, le lien de l'unité ſacerdotale, & l'image de l'unité de la foi, du chef, & du corps de l'Egliſe.* Negat iſte callide Petrum fuiſſe caput Eccleſiæ; cum primatum ejus jure quidem divino, hoc eſt, ſumma cum ratione (nam hæc iſti pro Deo eſt) aït inſtitutum eſſe; ſed ut eſſet vinculum unitatis Sacerdotalis, & imago unitatis fidei in Eccleſia, tum capitis, qui Chriſtus eſt, tum denique corporis Eccleſiæ. Non ut eſſet Petrus caput Eccleſiæ; ſed prima tantum uni ei ſede conceſſa, tamquam Eccleſiæ Procuratori: quoniam in omni ſocietate decet eſſe unum verum Procuratorem, nomine totius Societatis, & ab ipſa, non ſupra ipſam tamen, ſed inter eos ab omnibus primum conſtitutum.

In *Luc.* V, 3. pag. 82. *La barque de Pierre, c'eſt l'Egliſe* CATHOLIQUE, *qui ſe diſtingue des Egliſes ſchismatiques,* PARCE QU'ELLE RENFERME LE SIEGE APOSTOLIQUE, & QUI PORTE PAR CETTE RAISON LE NOM *d'*EGLISE ROMAINE. Catholici dicunt e contrario, Eccleſiam Catholicam non idcirco Romanam appellari, quoniam Romanam continet, ſed quoniam Romanam audit.

In *Luc.* VI, 16. pag. 103. LA PRIMAUTE' *de ſaint Pierre ſe trouve par tout marquée; & par tout doit inſpirer* LE RESPECT *pour l'autorité de Jeſus-Chriſt dans ſaint Pierre & dans ſes ſucceſſeurs, & l'amour de l'unité.* Primatum dumtaxat inter pares hæc quamvis magnifica poſſit videri, deſignat oratio: nec niſi eam reverentiam poſtulat, quæ concordiam ſive unitatis ſtudium præ ſe ferat.

In *Joan.* XV, 15. pag. 314. *Toutes les verités du ſalut ont eſté confiées aux Apoſtres. . . Il n'y a que* L'EGLISE APOSTOLIQUE, *gouvernée* PAR LES SUCCESSEURS DE CES APOSTRES, *qui puiſſe s'aſſurer de les avoir conſervées dans leur pureté, & de les avoir toutes: parce qu'il n'y a qu'elle qui ait la tradition & la ſucceſſion Apoſtolique, dont la tige eſt dans Jeſus-Chriſt, & dans le Pere meſme.* Soli Eccleſiæ Apoſtolicæ, quo nomine univerſalem intelligit, quam non ſummus Pontifex, ſed omnes Epiſcopi ex æquo regant, traditum fuiſſe aït depoſitum fidei: quo ille dicto, hanc dotem ſummo Pontifici & Eccleſiæ Romanæ ſive ſedi Apoſtolicæ diſſimulanter adimit,

In *Act.* I, 15. pag. 7. *On peut dire que c'eſt ici le premier uſage de la* PRIMAUTE' *de ſaint Pierre, dans le College Apoſtolique. Il y fait tout* SANS EMPIRE, RIEN SANS LE CONSEIL DE SES FRERES. Primatum Petro aſſerit, qui ſit imperii omnis exſors, & inter Epiſcopos velut inter pares, abſque quorum conſilio nihil eum fas ſit ſtatuere.

In *Rom.* I, 8. pag. 302. *La foi de l'Egliſe de Rome eſt celebre par tout dés le commencement de l'Egliſe juſqu'à preſent. C'eſt une conſolation aux Catholiques anciens & nouveaux, de ſe trouver unis dans la meſme doctrine* AVEC UNE EGLISE, *où la ſucceſſion de la foi, non plus que celle de l'*AUTORITE' APOSTOLIQUE, *n'a jamais eſté interrompuë, &* QUI A MERITE' PAR LA DE DONNER SON NOM A L'EGLISE CATHOLIQUE. Catholici non dicunt, meruiſſe Romanos ſua fide numquam interrupta, ut Eccleſia Catholica, in qua Romana ipſa eſt, Romana ex eo diceretur: ſed Apoſtolicum Epiſcopum, cui Roma ſedes eſt, ab ipſomet Chriſto obtinuiſſe, ut Catholicam Eccleſiam pro poteſtate gubernaret; & eſſet ſummus Pontifex Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

In 1. *Cor.* XV, 7. pag. 583. *La prerogative de ſaint Pierre,* PREMIER APOSTRE DES JUIFS ET DE TOUTE L'EGLISE: *celle de ſaint Jacques premier Evesque* DE LA PREMIERE *& plus ancienne de toutes les Egliſes: & celle de ſaint Paul* PREMIER APOSTRE DES GENTILS. Primatus hoc loco tergeminus, Petri, Jacobi, & Pauli commemoratur, ne Petri primatus habere aliquid prærogativæ ſupra ceteros exiſtimetur. Simili cauſa attribuitur ab iſtis, ut diximus, Stephano primatus inter Martyres & inter Diaconos, ut Petri inter Apoſtolos primatus iſtius ſimilis fuiſſe credatur. In *Act.* VI, 5. pag. 65. *Les prémices du diaconat ſont benies dans ſaint Eſtienne, par une plenitude de foi & du ſaint Eſprit. . . . . Il paroiſt bien que* LA PRIMAUTE' *de ce miniſtere n'eſt pas donnée à la faveur, mais à la foi & à la pieté.* Et in *Act.* VII, 57. pag. 85. *La fidelité de ſaint Eſtienne dans* LA PRIMAUTE' DU DIACONAT, *a eſte couronnée de* LA PRIMAUTE' DU MARTYRE.

Denique in 1. *Theſſ.* I, 1. pag. 120. Summum Pontificem admonet, ne regnare, ſolus velit. *L'Apoſtre nous donne ici le modelle d'un* PREMIER SUPERIEUR, *qui connoiſt ce qu'il a receu de Dieu, ſans méconnoiſtre la part des autres. Saint Paul s'unit ſes cooperateurs, mais il ſe nomme le premier. C'eſt une fauſſe humilité de ne vouloir pas garder* SA PRIMAUTE' DANS LE MINISTERE: MAIS C'EST UN VERITABLE ORGUEIL D'Y VOULOIR REGNER SEUL.

16.

Cauſa ea ipſa eſt, quamobrem conficta ſit jam olim fabula de reprehenſione Petri a Paulo facta: quæ fabula avide eſt a Novatoribus ſuſcepta: quamvis & ipſa lectio capitis ſecundi epiſtolæ ad Galatas, ubi non Petrus, ſed Cephas, unus ex minoribus Apoſtolis, reprehenſus a Paulo dicitur, poſtquam de Petro prius ac ſeparatim egit; & ejuſdem loci collatio cum initio capitis XV. Actorum, non id de Petro dictum fuiſſe, ſed de altero Cepha, aperte coarguat. Nam ex ea collatione conſtat Hieroſolymæ fuiſſe Petrum, dum Cepham Antiochiæ Paulus reprehenderet. At iſte ut in hac fabula triumphat! In *Gal.* 2. 11. pag. 700. *Heureux Pierre, d'avoir trouvé un Paul* POUR LE RELEVER! *Heureux Paul, d'avoir trouvé un Pierre,* QUI NE S'EST POINT

POINT E'LEVE'! . . . . *Qui ne se défiera de sa propre lumiere, après qu'elle a trompé saint Pierre? Qui se croira irreprehensible après l'exemple du premier des Apostres? Dieu n'a pas voulu instruire saint Pierre en cette occasion par lui-mesme, ni par un Ange, parce qu'il vouloit instruire l'Eglise par son humilité.*

Et in *Gal.* II, 14. pag. 701. *La reprehension publique d'une faute publique, autorisée* DANS LES DEUX PREMIERS APOSTRES. Et pag. 702. *Il y a bien de la difference entre la sage condescendance de saint Paul, qui souffre & met en usage pour un tems les ceremonies de la loi, comme n'estant pas mauvaises: &* LA CONDUITE TIMIDE & NON DROITE DE SAINT PIERRE; *qui se retirant des Gentils, donne lieu de les croire necessaires. Combien de* DEVOTIONS SUPERSTITIEUSES & *mal reglées donnent lieu de croire ces ceremonies necessaires dans l'esprit des peuples par une tolerance trop timide des Pasteurs? Il y en a beaucoup qui auroient besoin d'un Paul.* Hic iste audacter Petrum esse allucinatum pronunciat; quod nonnisi impie, cum de re quodammodo pertinente ad fidem agatur, dici arbitror: præsertim cum interfit rei Christianæ Petrum in tanta re, non modo ut Ecclesiæ caput, sed ut Apostolum, errare non potuisse: alioqui quis tuto credat nihil falsi in suis litteris Apostolos conscripsisse, si tam gravi errore lapsus est Princeps omnium? Deinde primum Apostolum in suo genere & æqualem Petro Paulum facit, dum DUOS PRIMOS APOSTOLOS nuncupat. Denique timidum, deflectentem a vero & recto, superstitiosi ritus suffragatorem Petrum inducit: quæ omnia sive Apostolo tribuas, sive Ecclesiæ Capiti, nihil Catholici ad impietatem putant interesse.

17.

Privilegia Religiosis quibusdam Ordinibus, qui propterea Exempti vocantur, a summis Pontificibus concessa non audet aperte quidem reprehendere, ne summos ipsos Pontifices accusare videatur: sed Religiosos ipsos vetat his uti, ne interturbetur, inquit, ordinaria potestas Ecclesiæ. In *Marc.* I, 44. pag. 15. QUELQUES PRIVILEGES *que l'on ait pour les fonctions Ecclesiastiques, il faut* LES OUBLIER *volontiers,* POUR DONNER LIEU A LA PUISSANCE ORDINAIRE DE L'EGLISE.

Superiores etiam Religiosorum Exemptorum, malos Ecclesiæ ministros esse dicit, qui operarios instituant ab Episcopali jurisdictione liberos. In *Luc.* V, 6. pag. 83. *Les heretiques rompent le filet de l'Eglise, quand ils corrompent la parole de Dieu & la pureté de la foi: les schismatiques, quand ils rompent son unité:* LES MAUVAIS MINISTRES *de l'Eglise, quand ils mépriſent son autorité, qu'ils veulent élever* DES OUVRIERS VOLONTAIRES, *sans subordination aux Pasteurs Hierarchiques, sans union avec les autres cooperateurs, sans dépendance de l'ordre de l'Eglise.*

18.

Clericos denique omnes, ac Sacerdotes ipsos, minus esse perfectos statuit, qui altari servientes, velint de solo altari vivere. Perfectiores multo esse, qui opere manuum victum transigant. Nam si Deus scilicet non est nisi Veritas & Lux communis animorum; ex Veritatis expositione, (quod unum munus, ut volunt, Sacerdotum est,) ex eo, inquam, munere sperare mercedem, Deum ipsum quasi vendere est: a quo scelere viri isti pii ac probi scilicet, & Dei metuentes vehementer abhorrent. Ex horum numero Quesnelius est, in *Matth.* X, 10. pag. 115. *La subsistance des Ecclesiastiques est de justice & de droit divin. Celui qui travaille dans l'Eglise. . . a droit de vivre du revenu de l'Eglise. . . Qui vit du travail de ses mains, sans user de son droit, est sans comparaison plus parfait. Mais que ceux-là sont rares!*

VI.

DE MATRIMONIO.

SEd omissis nunc ceteris, de Matrimonio, quod inter Sacramenta novissimum memoratur, pauca dicamus.

1. Ac primum quidem, ubi Deus non est nisi Recta Ratio, sive Ratio Universalis, Matrimonium ibi non potest dici Sacramentum, sanctificantem gratiam ex sola institutione Christi producens ex opere operato, ubi ponitur contrahentium consensus: sed est signum dumtaxat unitatis mysticæ, qua Christus cum Ecclesia conjungitur. Quæ quidem significatio, si mente concipitur, gratiam spiritalem habet adjunctam, hoc est, piam sanctamque cogitationem. Hoc tantum. Nihil autem amplius matrimonio tribuit Quesnelius, in *Eph.* V, 32. pag. 43. *L'excellence, la sainteté, l'unité mysterieuse du Mariage Chrétien, sont* EMANE'ES *de celui de Jesus-Christ avec son Eglise, dont il est l'image:* D'OU IL TIRE SA GRACE & SON ESPRIT. Ex similitudine, inquit, conjunctionis Christi cum Ecclesia, derivatur in matrimonium Christianum excellentia quædam sanctitasque: inde omnis ipsius gratia & Spiritus; hoc est, inde omnis spiritalis dignitas matrimonii Christiani; inde est illud Deo gratum. Dicat cum Catholicis, Sacramentum esse, quod instituente Christo gratiam sanctificantem confert ex opere operato.

2. Ubi Deus non est nisi Veritas & Recta Ratio, si matrimonium indissolubile est, oportet illud esse natura sua indissolubile, non autem, ut Catholici Doctores credunt, solo divino præcepto positivo: sed naturali; quod secta impia divinum interdum appellat, quoniam illud natura suadet & recta ratio; extra quam alium Deum non habet. Sic igitur iste, in *Matth.* XIX, 4. pag. 244. *Jesus-Christ dans cette réponse fait voir que le Mariage est indissoluble:* 1°. *par l'institution* DIVINE & L'ORDRE DE LA CREATION. . . . 5. *La* 2. *raison que Jesus-Christ donne de l'indissolubilité du Mariage, est le commandement exprés de Dieu,* CONFORME A L'INSTITUTION DE LA NATURE.

3. Ex eo consectarium est, libellum repudii permissum a Moyse fuisse contra legem ipsam naturalem, atque adeo malum fuisse reipsa & intrinsece: sed tolerandum tamen illo ævo fuisse, metu gravioris mali. In *Marc.* X, 5. pag. 131. ad ea Christi verba: „ *Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum* „ *istud: Dieu n'autorise pas tout ce qu'il tolere:* & IL PERMET SOUVENT UN MOINDRE MAL POUR EN EVITER UN PLUS GRAND. *Il est tout à fait necessaire de bien distinguer dans l'Ecriture ce que Dieu commande, ce qu'il conseille,* CE QU'IL PERMET EXPRESSEMENT, & CE QU'IL TOLERE PAR SA PATIENCE. In *Luc.* XVI, 18 pag. 309. L'INDISSOLUBILITE' DU MARIAGE *est* DE DROIT DIVIN. *Le bien que la Loi n'osoit esperer, est devenu la loi commune des Chrétiens.* LE MAL QU'ELLE E'TOIT FORCE'E DE TOLERER, *est intolerable dans l'Eglise.*

4. Voluptas quæ in usu conjugii percipitur, peccatum est, si Quesnelium audimus cum suis: atque adeo nemo uxore utitur maritus, aut uxor marito, sine peccato. Sic iste ad ea verba Pauli, 1 *Cor.* VII, 6. *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium:* Quæ Montenses cum Quesnelio sic reddiderunt: *Ce que je vous dis comme* UNE CHOSE QU'ON VOUS PARDONNE, & *non pas qu'on vous commande.* Quesnelii vero ibi adnotatio hæc est, pag. 506. CE QUI A BESOIN D'INDULGENCE & DE PARDON, NE PEUT ESTRE SANS

COMISION PROVINCIAL DE MONUMENTOS GRANADA

SANS QUELQUE PECHE'. Ubi ſcilicet Veritas & Juſtitia ipſa intelligibilis Deus eſt, ibi alterius rei quam Veritatis ſummæ & Juſtitiæ quilibet amor, ſenſus, guſtusve, peccatum eſt: ſiquidem eſt Dei neglectus, & diſceſſus a Deo; amor rei corruptibilis, neglecto ſtudio incorruptionis: ſive quod idem eſt, cupiditas eſt, ſiquidem caritas non eſt. Si vero Deus eſt aliquis, non incorruptio modo & ſumma juſtitia recte & ordinate diligitur; ſed e rebus etiam corporeis quas condidit, moderata & ad ipſius leges exacta voluptas ſine ulla offenſione percipitur, ut Catholici docent. Non quod in actu conjugii ſi ſola voluptas quæratur, culpa non ſit: ſed quod in ea voluptate, quæ neceſſario conſequitur ex eo opere ob conceſſum finem exercito, culpa nulla ſit.

5. Quiſquis ergo actu conjugii non repugnanter & invite, non averſo ab ea re animo, non cum faſtidio, non denique gemens utitur, peccat. In 1. *Cor.* VII, 9. ad ea Pauli verba: *Quod ſi non ſe continent, nubant:* pag. 506. *Il eſt permis d'uſer de medicamens: mais* IL EST BIEN FASCHEUX *de ne s'en pouvoir paſſer. Il eſt bon de ſe ſouvenir au moins, qu'on n'en uſe point ſans neceſſité*, SANS RE'PUGNANCE, SANS DE'GOUST, *ni pour l'amour des remedes mesmes: & qu'on ne le fait qu'avec précaution, avec meſure, avec circonſpection, & par* L'AMOUR DE LA SANTE'. In 1. *Cor.* VII, 29. pag. 514. *Avoir une femme comme n'en ayant point*, C'EST NE SE PAS RE'JOUIR D'EN AVOIR UNE: *mais* GEMIR DE NE S'EN POUVOIR PASSER: *ni aimer que le bien pour lequel Dieu l'a donnée:* HAIR LE MAL QUE LA CUPIDITE' Y FAIT ENTRER.

6. Et qui ſolo vitandæ fornicationis ſtudio, ſecutus Apoſtoli conſilium, 1. *Cor.* VII, 5. actu conjugali utitur, peccat: hoc eſt, vulnus ſibi leve infligit, ne grave recipiat. In 1. *Cor.* VII, 6. pag. 506. *Le plaiſir ne peut eſtre la fin du mariage, mais* LA SEULE *generation des enfans. Qu'eſt-ce que s'y porter par le ſeul plaiſir* POUR EN EVITER UN PLUS CRIMINEL, SI NON SE FAIRE UNE PETITE PLAIE, POUR EN PRE'VENIR UN PLUS GRANDE?

7. Et qui Quadrageſimæ tempore vel diebus jejunii matrimonii uſum exerceat, ſimiliter peccat. In 1. *Cor.* VII, 5. pag. 506. *Cet avis Apoſtolique eſt le fondement de la diſcipline des ſiecles ſuivans, qui* ORDONNE *aux perſonnes mariées de ſe ſéparer dans les tems particulierement deſtinés à la priere*, A LA PENITENCE, *à la Communion*, & A LA SOLENNITE' DES GRANDS MYSTERES, *afin de s'y appliquer avec un cœur plus pur, ſans diſtraction, ſans partage.* Cauſa in promptu eſt. Nam ſi Deus non eſt niſi Veritas & Sapientia intelligibilis, quæ incorruptibilia certe præferenda docet corruptibilibus: & ſi eſt a Deo proinde defectio, quilibet amor boni ſenſibilis: annon genus quoddam amentiæ eſt, cum jejunio vel Euchariſtiæ perceptione alterius vitæ incorruptionem deſiderare ſe quis profitetur, eodem ipſo die poſtea non exiguæ ſane voluptati operam dare, quæ ex adverſo cum incorruptione pugnat, nec proinde mediocris a Deo defectio eſt?

8. Adulter eſt in propriam uxorem amator ardentior; ut Xyſtus Sextuſve Pythagoricus, ſi credimus, Rufino interprete tradidit. In 1. *Cor.* VII, 4. pag. 705. *Le mari qui ſe prévaut de ſon autorité pour abuſer du mariage* CONTRE L'ORDRE DE LA TEMPERANCE, *eſt un raviſſeur*, & UN ADULTERE DE SA PROPRE FEMME. Et in 1. *Cor.* VII, 26. pag. 513. *Ce n'eſt pas un avantage mediocre, de pouvoir eſtre à Dieu ſans partage, de le pouvoir ſervir avec liberté, d'eſtre affranchi des ſollicitudes du ſiecle, & des embarras d'un ménage. Mais combien grand eſt celui de ne pas connoiſtre un plaiſir*, DONT LE SENTIMENT EST INE'VITABLE, *la moderation difficile*, LE PERIL CERTAIN, *la tentation violente, & l'*ATTACHEMENT CRIMINEL?

9. Et ſecundæ nuptiæ, quæ ſecundum ſe ſpectatæ, ſunt licitæ, eædem ſi ex incontinentia contrahantur, cui ſatiandæ prior conjux non ſatis fuerit, malæ ſunt, nec Chriſtianæ nuptiæ, ſed paganæ. In 1. *Cor.* VII, 39. pag. 517. *Les ſecondes nopces* PERMISES EN ELLES-MESMES, *deviennent ſouvent mauvaiſes, quand on ne s'y porte que par une concupiſcence effrenée & inſatiable.* ON NE PEUT *gueres* USER QU'EN BESTE *de ce Sacrement*, QUAND ON LE REÇOIT EN PAIEN. Ad ſecundam uxorem qui animum appellit, certiſſimum præbet incontinentiæ argumentum. In 1. *Tim.* III, 2. pag. 182, *La neceſſité & le reſpect pour le Mariage ont fait recevoir dans le miniſtére ceux qui avoient eſté mariés une fois: mais l'Egliſe n'a pu ſe réſoudre d'y admettre ceux que de ſecondes nopces rendent* SUSPECTS *d'incontinence dans eux-mesmes ou dans leurs épouſes.* Denique nec ſunt illæ quidem nuptiæ in criminis loco, ſed nec in laude ponendæ: Quod eſt dicere, non eas omni prorſus culpa carere. In *Rom.* VII, 3. pag. 359. *Retenuë remarquable de l'Apoſtre, qui déclare que les ſecondes nopces ne ſont point criminelles; mais qui ſe garde bien de les loüer.*

VII.

DE GRATIA.

Veniamus autem ad palmare hoc tempore factionis impiæ ac Janſenianæ dogma de Gratia. Quam quidem gratiam qui Deum non habent niſi Realitatem entium, aliam non poſſunt aſſignare, niſi ipſum bene eſſe, τὸ εὖ εἶναι naturæ rationalis, quod eſt a Realitate univerſali & Veritate intelligibili entium. Ex quo ſequitur,

1.

Gratiam eſſe quiddam phyſice operans, cui reſiſti proprie non poteſt. Unde omnipotens gratia, & Regnum gratiæ, ab hæreticis mirifice prædicatur: quo tamen omnipotentis gratiæ verbo nuſquam utuntur ſacræ litteræ, cum de auxilio gratiæ loquuntur. At iſte quoties, & quam ſuperbe? Pauca de locis innumeris afferamus.

In *Matth.* V, 10. ad ea verba, *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra:* pag. 58. *Dieu fait par tout ſa volonté, meſme dans ceux qui y ſont les plus oppoſez: mais elle ne ſe fait avec amour & par amour, que dans les* SAINTS DU CIEL & DE LA TERRE. Pari neceſſitate, ut iſtud obiter dicatur, a ſanctis in terra fieri voluntatem Dei, atque in cælis, vult credi; & ubique agere Deum velle, ut omnipotens eſt. Pergit ergo: *C'eſt* PAR LA *que Dieu regne, & que ſon nom eſt ſanctifié. Adorons la* TOUTE-PUISSANTE VOLONTE' *de Dieu, & deſirons* QU'ELLE OPERE EN NOUS, *pour nous aſſujettir à elle.*

In *Matth.* VIII, 2. pag. 81. *Il n'y a qu'un Dieu qui n'ait qu'à vouloir pour faire.* SA PUISSANCE, C'EST SA VOLONTE'. *C'eſt* PARCE QU'IL LE VEUT, *qu'en voulant il opere tout* DANS LA NATURE ET DANS LA GRACE.

In *Matth.* XXVII, 11. pag. 386. LA FORCE TOUTE-PUISSANTE DE SA GRACE.

In *Marc.* IV, 39. pag. 52. LA VRAIE IDE'E DE LA GRACE *eſt, que Dieu veut que nous lui obeïſſions*, & IL EST OBEI: IL COMMANDE, & TOUT *ſe fait. Il parle en maiſtre, & tout eſt ſoumis.*

In *Marc.* X, 51. pag. 148. *Accord parfait de la grace avec la liberté.* C'EST DIEU QUI OPERE PAR SA VOLONTE' TOUTE-PUISSANTE SUR LA

LA VOLONTE' DE L'HOMME: *Ce qui eſt marqué dans ces expreſſions:* Que je vous faſſe: Faites que je voie. *Mais la volonté de l'homme y conſent, le veut, le demande: ce que marquent ces paroles:* Que voulez vous? Maiſtre, faites que je voie.

In *Luc.* I, 37. pag. 14. LA TOUTE-PUISSANCE DE DIEU, *qui eſt le premier article du Symbole, eſt le premier fondement de la religion & de la foi: parce que* C'EST LA VOLONTE' TOUTE-PUISSANTE DE DIEU, *qui eſt* LE PRINCIPE DE TOUTES LES OPERATIONS DE GRACE *& de miſericorde. C'eſt pour cela qu'on* NE CONFESSE LA GRACE DANS LE SYMBOLE, QU'EN CONFESSANT LA TOUTE-PUISSANCE DE DIEU.

In *Luc.* V, 10. pag. 85, L'OPERATION TOUTE-PUISSANTE DE LA GRACE *dans le cœur des pecheurs.*

In *Luc.* XIV, 32. pag. 287. *Nos forces,* LA GRACE TOUTE-PUISSANTE DU SAUVEUR.

In *Luc.* XIX, 39. pag. 364. *Les orgueilleux . . . . ne veulent point que Jeſus-Chriſt ſoit leur Roi: & ils ne peuvent ſouffrir qu'on parle* DU REGNE DE SA GRACE. *De quoi parleroient plus volontiers* LES DISCIPLES DE LA VERITE', *que de ce regne aimable . . . .*

In *Joan.* X, 29. pag. 207. *La grace par laquelle il opere en elle,* N'EST *autre choſe* QUE L'OPERATION DE SA VOLONTE' TOUTE-PUISSANTE.

In 2. *Cor.* XII, 9. pag. 680. *Dieu veut nous guerir, mais en ſa maniere. Pour s'y accommoder, il faut prier beaucoup, mettre ſa confiance en lui, & s'abandonner* A SA GRACE TOUTE-PUISSANTE: *c'eſt le moien de l'attirer.*

In 2. *Cor.* XIII, 13. pag. 688. LA GRACE TOUTE-PUISSANTE DU FILS, *qui touche, convertit, & guerit le cœur.*

In *Eph.* I, 6. pag. 3. *La grace Chrétienne nous ſanctifiant en Jeſus-Chriſt, eſt* TOUTE-PUISSANTE *& digne du Fils de Dieu.*

In *Eph.* II, 7. pag. 10. *Quel orgueil, quelle épouvantable oppoſition aux deſſeins de Dieu! quel aveuglement dans la ſcience du ſalut! d'épuiſer toute la force & tous les artifices de l'eſprit humain, pour faire valoir une* LIBERTE' CRIMINELLE *& eſclave du peché! lorſque Dieu ſemble épuiſer les richeſſes de ſa Sageſſe & de* SA PUISSANCE, POUR FAIRE E'CLATER LA FORCE DE SA GRACE! *C'eſt la quatrième fois que ſaint Paul nous en avertit ici* Dicit Apoſtolus, *abundantes divitias gratiæ ſuæ:* Queſnelius divitias in poteſtatem vertit, cui reſiſtere nihilo magis voluntas poſſit, quam vel reſtitit olim caro Chriſti, vel noſtra aliquando reſiſtet virtuti Dei eamdem ſuſcitanti: ut iterum dicit iſte, in *Philip.* III, 21. pag. 77. *Quand viendra le vrai Joſue que nous attendons du Ciel, pour faire cette ſeconde circonciſion.... par lui-meſme . . . & par l'operation efficace & l'infuſion beatifique de ſon eſprit? Emploiez, o mon Sauveur, emploiez dés maintenant* POUR CIRCONCIRE MON COEUR CE POUVOIR EFFICACE, QUE VOUS EXERCEREZ ALORS SUR MON CORPS PAR SA RESURRECTION. Sed multo etiam apertius in *Eph.* I, 19. pag. 7. ubi gratiæ nihilo magis reſiſti docet, quam virtuti Dei ſive ſuſcitantis Chriſtum, ſive beatos in cælo ſanctificantis. *Quelle eſtime ne devons-nous pas avoir de la* PUISSANCE DE LA GRACE *de Jeſus-Chriſt, après l'idée que Saint Paul nous en donne? Il faut* 1. *pour bien comprendre juſqu'où doit aller cette eſtime, avoir des yeux très-éclairés. . . . .* 2. *ſe ſouvenir que* L'OPERATION *de Dieu* PAR SA GRACE EST COMPARABLE A CELLE DONT IL OPERE LA GLOIRE DANS LES SAINTS. 3. *que* SON EFFICACITE' *n'eſt pas commune, mais grande, mais éminemment &* SUREMINEMMENT GRANDE. 4. *qu'elle eſt* PAREILLE A CETTE OPERATION EFFICACE, SOUVERAINE, & TOUTE-PUISSANTE, *que Dieu* A FAIT PAROISTRE *dans les plus grandes choſes qu'il ait jamais operées dans le plus grand ſujet de ſes operations divines, qui eſt Jeſus-Chriſt; c'eſt-à-dire,* DANS SA RESURRECTION, *& ſon* ASCENSION. LA MESME VERTU QUI A RESSUSCITE' *le chef pour le faire vivre à Dieu dans la gloire, reſſuſcite les membres, & les fait vivre à Dieu par la foi & l'eſperance de la meſme gloire. O Dieu de mon cœur, je l'abandonne* AU POUVOIR SOUVERAIN DE VOSTRE GRACE *par Jeſus-Chriſt. Ce que vous lui reſervez dans le Ciel, eſt digne de voſtre grandeur & de voſtre bonté. Mais le moien* PAR LEQUEL VOUS L'Y PREPAREZ, E'TOIT NECESSAIRE *à ſa foibleſſe & à ſa corruption.*

In *Eph.* VI, 10. pag. 47. *Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. Que nous reſtera-t'il, Seigneur Jeſus, ſinon de recourir à vous, qui eſtes noſtre force, & de nous abandonner à* VOSTRE GRACE TOUTE-PUISSANTE? *ſans elle* NOUS NE POUVONS RIEN: *avec elle nous pouvons tout.* Apoſtolus Epheſios adhortatur, ut in anguſtiis poſiti auxilium Domini implorent, qui poteſt virtute ſua & ope ab omni eos hoſtium vexatione eripere. Queſnelius vertit, ut ipſi nos omnipotenti Dei gratiæ totos tradamus ac permittamus.

In 1. *Theſſ.* V, 24. pag. 150. COMMENT DIEU S'ASSUREROIT-IL DE L'EXECUTION DE SES DESSEINS SUR SES E'LUS, *& de* L'INFAILLIBILITE' *des promeſſes qu'il a faites à ſon Fils de les lui donner,* SI DIEU N'OPEROIT LUI-MESME LEUR SALUT? Si Deus certe non eſt niſi Realitas Univerſalis, & Veritas entium, ſive Ens entium univerſi; non poteſt velle, quæcumque ea volitio eſt, ſcilicet metaphorica; non poteſt, inquam, velle perducere homines ad ſalutem, niſi dando & Realitatem ſeu Veritatem ipſum mediorum ad ſalutem conducentium, & ipſam poſtea realitatem ſalutis. Ex quo ſequitur, cum innumeri ſint, quibus non dat realitatem ſalutis & mediorum, innumeros eſſe, quos nolit ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Quos autem vult eo pervenire, velle non poteſt, niſi dando ipſam, ut dictum eſt, realitatem mediorum & ſalutis. Sic impia ratiocinatur, hoc eſt, Janſeniana factio. Qui Deum autem verum agnoſcunt; hi docent media obtinendæ ſalutis ſufficientia dari omnibus, permittique eorum efficacitatem humanæ voluntati, concurſu tantum divino requiſito. Quos vero ob conſenſum prioribus auxiliis datum vult Deus remunerari æterna ſalute, his donat auxilia efficacia ex prævisione futuri conditionate liberi conſenſus; ex quo ſalus infallibiliter conſequitur; tametſi agente liberrime humana voluntate.

In *Apoc.* XXII, 21. pag. 686. *Operez & regnez en nous* PAR VOSTRE GRACE TOUTE-PUISSANTE. . . . *par la ſainteté de voſtre Eſprit, & par la* COMMUNION DE VOS MYSTERES.

2.

Sequitur 2°. ipſi etiam homini, multo vero magis injuſto, ſubtrahi ſubinde gratiam: ex quo fit neceſſario ut peccet. Nam ſi gratia eſt tantum Realitas bona, vel boni, bene eſſe, τὸ εὖ εἶναι, profecto cui non ineſt illud bene eſſe, hunc carere omnino eo, & deficere ipſum neceſſe eſt ab eſſe, ſive ab eo quod eſt bene eſſe: id quod eſt gratia ſeu luce Veritatis, (quæ Deus eſt, inquiunt:) ſe ſubtrahente labi.

In *Matth.* XVI, 23. pag. 215. *Apprenons de là la difference qu'il y a entre l'homme* AIDE' DE LA GRACE, *& l'homme* LAISSE' A LUI-MESME.

In *Matth* XXIII, 33. pag. 316. *Il y a une meſure*

de graces & de miſericorde, aprés quoi Dieu LAISSE AGIR SA JUSTICE: *lui ſeul la connoit.*

In *Marc.* XIV, 31. pag. 201. *Pierre . . .* LAISSE' A LUI-MESME, *renonce Jeſus-Chriſt.* Atqui Petrum ſibi relictum fuiſſe, ſubtracta omni gratia aut luce Veritatis qua poſſet non peccare, ſacræ profecto litteræ non dicunt. Queſneliana & Janſeniana ea commentatio eſt.

In *Luc.* XX, 8. pag. 372. LE SILENCE DE LA VERITE' *eſt un des plus terribles chaſtimens de la Juſtice de Dieu en ce monde.*

In *Joan.* XI, 14. pag 218. *Ce qui arrive ici à Lazare eſt l'image d'*UNE SOUSTRACTION DE GRACE, UTILE *au ſalut de pluſieurs, quoi qu'elle ſoit ſuivie de la* CHUTE *d'*UN JUSTE.

In *Joan.* XII, 38. pag. 256. *Dieu ſçait de toute éternité le mal qu'il a jugé à propos de permettre à la volonté corrompuë, en* LA LAISSANT A ELLE-MESME. *Mais ni la prévoiſion ni la prédiction n'impoſe aucune neceſſité à la volonté:* DIEU N'AYANT AUCUNE PART A SA CORRUPTION, *ni à ſon déreglement, qui ſeul fait le peché.*

In *Joan.* XIX, 25. pag. 391. *Pierre* LAISSE' A LUI-MESME *vient de renoncer Jeſus-Chriſt.*

In *Rom.* IX, 18. pag. 389. *Dieu* N'ENDURCIT *point en inſpirant la malice, qui fait la dureté du cœur; mais* EN ABANDONNANT L'HOMME A SA DURETE' NATURELLE, *ſelon qu'il le merite.* Veritas profecto mendacium non inſpirat aut creat: ſed Veritatis luce ſe ſubtrahente, mendacium & tenebræ regnant. Quid, amabo, intereſt, an quis ſic loquatur, an omnia fato fieri aſſeveret; & eſſe unumquemque, prout animum afficiunt res quæque, quæ ſub ſenſus vel cogitationem cadunt, fatali quadam neceſſitate ſive bonum, ſive malum? Niſi quod qui poſteriore modo ſenſus ſuos aperiat, haberi eum candidum & ſimulationis expertem oporteat: qui priore, inſignem fraudum artificem, qui impietatem Catholicis verbis obvolvat.

3.

Sequitur 3°. libertatem indifferentiæ nullam prorſus eſſe; nullam proprie niſi a ſervitute peccati; quæ proinde tanto ſit major, quanto quis beatior: unde cenſendi ſunt in cælo ſancti Deum amare liberrime. Libertas enim vera omnis proficiſcitur a gratia, hoc eſt, ab Entitate ſeu Realitate boni, eademque propterea omnipotenti virtute, qua quis bene agit, & a peccato liber eſt. Quid ita? Quoniam ſi libertas eſt in indifferentia activa voluntatis humanæ poſita; efficacitas divinæ gratiæ erit in humanæ voluntatis arbitrio; quod eſt in hypotheſi Janſeniana & impia, cui pro Deo Realitas entium ipſa eſt, pendere Deum ab homine; nec realitatem eſſe realitatem poſſe, niſi velit homo. Quæ duo ſunt, inquiunt, abſona & inepta. Nec efficacitas igitur gratiæ pendet ab homine, nec libertas poſita eſt in indifferentia, quæ vel dare poſſit efficacitatem gratiæ, vel eamdem impedire, ſi velit (ſed in libertate tantum a ſervitute peccandi. EN CUR TANTO NISU, tot tantiſque clamoribus gratiam per ſe efficacem Janſeniani defendunt; & ad eam controverſiam referri ac revocari ceteras putant oportere.

Objicientibus vero Catholicis, Chriſtum ipſum Dominum in Evangelio teſtari, ſervi partes eſſe in talentis ſibi a domino datis operari ac lucrari: Reſpondet Queſnelius, non ſatis apte cum re convenire hanc ſimilitudinem: ſiquidem ſervo dominus non dat induſtriam ad operandum; dat autem homini Deus & induſtriam & ipſammet operationem, ſive bonum talenti uſum. Hoc eſt honeſte mendacium exprobrare Chriſto; qui ſimilitudine uſus ſit, doctrinæ de gratia per ſe & ineluctabiliter efficace contrariam.

In *Matth.* XXV, 16. pag. 342. *Il y a grande difference entre la figure & la verité. Le ſerviteur ne reçoit pas de ſon maiſtre l'eſprit & l'induſtrie pour faire valoir ſon argent. Le Chrétien, le miniſtre du Seigneur, doit tout recevoir de lui, le talent, & la bonne volonté,* LA GRACE & L'USAGE DE LA GRACE.

In *Luc.* VIII, 29. pag. 156. *Le pecheur* N'EST LIBRE QUE POUR LE MAL, *ſans la grace du Liberateur.* ELLE SEULE LE REND LIBRE *pour faire le bien, en rompant les chaisnes qu'il s'eſt faites de ſa propre volonté.*

In *Eph.* II, 7. pag. 10. *Quel orgueil,* &c cetera, quæ jam ſuperius deſcripſimus §. 1.

In *Philip.* II, 13. pag. 65. *C'eſt donc nous qui voulons & qui faiſons très-librement: mais c'eſt Dieu qui opere en nous & le vouloir & le faire;* NON SEULEMENT *ſans bleſſer noſtre liberté, mais meſme en rendant noſtre volonté plus libre & plus forte pour le bien.*

4.

Sequitur 4o. gratiæ divinæ numquam reſiſti, ſed tantummodo gratiis: quo iſte nomine cum ſuis intelligit gratias externas, Evangelicæ prædicationis, divinæ caſtigationis, piæ admonitionis, & ſimiles.

In *Joan.* XIII, 30. pag. 280. LES GRACES *extraordinaires de Dieu mal receuës,* SES AVIS *mépriſés, ſes* INSPIRATIONS *rejettées, ſervent à précipiter dans le peché celui qui a livré ſon cœur au demon.* Inſpirationibus Dei reſiſtunt, qui piis cogitationibus cupiditatem ſuam opponunt.

In 2. *Petr.* II, 21. pag. 469. *L'abus des* GRACES *receuës.*

In *Rom.* II, 17. pag. 316. *Mais vous meſme, qui portez le nom de Chrétien. . . . qui vous glorifiez d'avoir receu Jeſus-Chriſt,* SES GRACES, *ſon ſang,* SES MYSTERES. . . . . *Où eſt l'uſage de tous ces* DONS, *& la correſpondence à tant de* GRACES?

In *Rom.* VII, 12. pag. 362. TOUS LES MYSTERES SONT DES GRACES, *mais des graces exterieures, dont* ON NE PEUT QU'ABUSER, *ſi l'Eſprit de Dieu n'en fait faire un bon uſage.*

In *Rom.* VIII, 11. pag. 653. *N'en demeurons pas aux bons deſirs. Ils condamneront ceux qui les rendent ſteriles par leur pareſſe. Un bon deſir eſt un talent qu'il faut faire valoir.* Eo pervenit iſtorum hominum vafrities, ut etiam ſterilia reddi culpa mortalium bona deſideria, quæ Deus inſerit eorumdem animis, aſſeverent: gratiasque illas ipſas internas plus eſſe effecturas, ſi cupiditas non obſtaret. Ex quo videntur illi minus cautis inter ipſosmet Catholicos ſufficientem gratiam agnoſcere; quæ nimirum impoſitum omnino præceptum impleret, niſi obſtaret cupiditas. At eſt hoc velle mortales egregie fallere abuſione vocum. Neque enim venit in dubium cuiquam, an quamlibet exigua motio gratiæ divinæ mandato exſequando par eſſet, ſi nulla prorſus obſtaret cupiditas: nam quis hoc negat? Sed Catholici ſufficientem vocant, quæ ad vincendam præſentem obſtantemque cupiditatem ſatis eſſet, ſi vellet quiſque hanc frenare, uti tunc præſentis auxilii ope ac ſubſidio poteſt. Quemadmodum remedium ſufficiens non dicitur; quod ſanaret, ſi morbus nullus eſſet; ſed quod poſſit per ſe morbum ipſum præſentem obſtantemque vincere, ſi ſumatur.

Eam ob rem Apoſtoli verba, 1 *Theſſ.* v, 19. *Spiritum nolite extinguere:* quæ Catholici Doctores intelligunt de interiore gratia, cui ne obſiſtant fideles hortatur Apoſtolus; Queſnelius ſic interpretatur: Nolite extinguere conſilia & opera atque documenta Paſtorum, quibus ædificatur Eccleſia: nolite inutilia reddere talenta præconum verbi Dei, vel os iiſdem occludere. Qua interpretatione nihil dici vel coactius

vel

vel magis alienum a propoſito Apoſtoli poteſt. Sic ergo Queſnelius, pag. 148. C'EST *vraiment* E'TEINDRE *le ſaint Eſprit, que de* S'OPPOSER AUX DESSEINS, AUX OEUVRES, *aux inſtructions qui vont à l'édification de l'Egliſe; de rendre inutiles les talens des ouvriers Evangeliques, de fermer la bouche aux Predicateurs Apoſtoliques, d'étouffer la voix des miracles, de calomnier & décrier les ſaints Paſteurs, puiſque le ſaint Eſprit eſt l'auteur de tous ces dons.*

5.

Sequitur 5o. Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus, ſed pro ſolis electis, hoc eſt, pro ſalute electorum ſolummodo. Nam cum ſit ipſe totus exemplar & myſterium! ſui dumtaxat corporis myſtici, (nam prædeſtinatus non poteſt in ſe repræſentare non prædeſtinatos;) ſequitur ipſum eſſe mortuum & ſurrexiſſe ad ſignificandam ſolummodo ſalutem prædeſtinatorum. Mortuum autem Chriſtum eſſe, ut mereretur etiam electis, gratiam ſalutis, quomodo poteſt impia ſecta prædicare, quæ nec Deum agnoſcit, nec meritum? Non alio profecto ſenſu id prædicant, (ſi tamen id tam aperte prædicant, iiſdemque conceptis verbis:) niſi quod moriendo Chriſtus id jure merito conſecutus eſt, ut quisquis illum dono Spiritus ſancti contempletur quomodo oportet, diſcat in ipſo veritatem morum ſuorum emendatricem. Sic, inquiunt, meritus eſt morte ſua, ut electi in ipſum reſpicerent velut in exemplar rerum ſuarum, & ſic conſequerentur ſalutem. At non eſt iſtud profecto pro nobis apud Deum mereri, nedum pro nobis juſtitiæ divinæ ſatisfacere; ſed de nobis bene mereri exemplo patientiæ & conſtantiæ dato, ſpe melioris vitæ; & propterea a nobis pro ſuo jure exigere, ut ne tali ac tanto ipſius erga nos amore abutamur. Utraque autem voce, tum merendi, tum ſatisfaciendi pro nobis longe aliud Catholici intelligunt; actionem nempe humanam liberam, qua veluti cauſa morali permovetur Deus, ſive ad mercedem retribuendam, ſive ad remittendam iram.

Jam ſi Deus non eſt niſi Realitas ipſa & Veritas entium, ſalvator omnium hominum quo dici ſenſu poteſt ab Apoſtolo, cum tam paucis donet realitatem ſalutis? Non quod det ille omnibus poſſibilitatem ſalutis obtinendæ, inquiunt: hæc enim poſſibilitas, gratia eſt Semipelagianorum. Sed quoniam ſalvat reprobos temporali ſalute: (quam donat etiam equis & bobus ſcilicet:) electos autem, æterna ſalute per omnipotentem gratiæ afflatum donat. Ita Queſnelius, in 1. *Tim.* IV, 10. pag. 191. ſatis callide ac diſſimulanter, ut ſolet, ad ea verba Pauli, proxime retulimus: *Salvator omnium hominum, maxime fidelium. Tout vient de Dieu:* BIENS TEMPORELS, BIENS ETERNELS. S'IL EST SAUVEUR EN DONNANT LES PREMIERS, *combien plus en les faiſant ſervir aux ſeconds: en donnant le Sauveur meſme, &* INSPIRANT PUISSAMMENT LA FIDELITE' & LA PERSEVERANCE *à le ſuivre & à lui obeïr?*

Quanto vero adhuc callidius, atque adeo magis improbe mentem ille ſuam ſive prodit, ſive diſſimulat, in 1. *Tim.* II, 6. pag. 177. *Les Evesques & les Preſtres doivent travailler indifferemment* AU SALUT DE TOUS, *comme miniſtres de la bonté de Dieu,* QUI DONNE L'ESTRE A TOUS: *comme cooperateurs de la charité de Jeſus-Chriſt,* QUI A PRIS LA NATURE DE TOUS, *pour eſtre le Mediateur de tous: comme diſpenſateurs de ſon ſang, qui eſt la* RANÇON DE TOUS: *comme Preſtres de ſon ſacrifice, qu'ils offrent pour tous.* Hoc eſt enim tantummodo dicere; Dat Deus eſſe omnibus; ergo bonus eſt erga omnes Induit Chriſtus naturam omnium; ergo naturam diligit omnium, & poteſt eſſe omnium mediator. Sanguis Chriſti par eſt omnibus redimendis; nemini ergo jure petenti denegandus a Sacerdote eſt. Quid non iſtorum, amabo, de induſtria quæſitum & artificioſe ſcriptum Catholico Theologo videbitur, ad declinandam confeſſionem Catholici dogmatis, de Chriſto pro omnium ſalute mortuo, hoc eſt, ad promerendam a Patre omnibus hominibus poſſibilitatem ſalutis? Præſertim cum alibi dicat conceptis verbis, Deum reipſa certoque ſalvare eos, quos vult ſalvari: quod eſt aperte dicere, Deum non omnes velle ſalvari. In *Joan.* VI, 40. pag, 110. TOUS CEUX QUE DIEU VEUT SAUVER *par Jeſus-Chriſt, ſont infailliblement ſauvez.*

Nec magis illud vafritie caret, quod iſte dicit, in 1. *Tim.* II, 4. pag. 177. LA VERITE' S'EST INCARNE'E POUR TOUS. *Nous devons donc prier pour tous, ſi nous entrons dans l'Eſprit de la Verité.* Hoc enim nihil eſt aliud dicere, niſi Chriſtum eſſe Veritatem in carne docentem, expoſitamque omnibus mortalibus: Sacerdotes proinde debere publice orare pro omnibus: cum id non ſit aliud niſi profiteri ac docere, Veritatem in Chriſto docentem, omnibus eſſe propoſitam hominibus.

Oraſſe denique Chriſtum pro ſolis electis docet iſte totidem verbis, in *Hebr.* V, 7. pag. 302. *Ces larmes du Sauveur ſont bien dignes d'adoration & d'amour. . . . . Il demande à ſon Pere* LA VIE, NON POUR LUI SEUL, MAIS POUR TOUT LE CORPS DE SES ELUS, & DE SES MEMBRES.

6.

Sequitur 6o. nullam in Deo vel Chriſto ſpem Chriſtianam ac proprie dictam poſſe collocari. Nam quæ ſpes eſt proprie dicta atque Chriſtiana? Quæ certiſſime tenet ſibi divinam opem non defuturam ob Dei miſericordiam & Chriſti merita: hanc ſibi ſemper eorum meritorum intuitu certiſſime paratam eſſe, cui poſſint ipſi obtemperare ſi velint, quemadmodum ſic adjuti poſſunt. At quæ ſpes eſt, quam proponit impia ſecta & Janſeniana, ſi omnia neceſſitate, ut ipſi fatentur, eveniunt, ſive fato, ut nos jure merito neceſſitatem illam interpretamur? Sperandum eſt, inquit Queſnelius, quia poteſt gratia obvenire. At non eſt hoc certo ſperare eſſe obventuram ubi opus erit. In *Joan.* VI, 66. pag. 123. *La grace eſt donnée aux uns,* & N'EST PAS DONNE'E AUX AUTRES. *Celui qui l'a receuë, doit craindre, parce qu'il la peut perdre. Celui qui ne l'a pas receuë,* DOIT ESPERER, PUISQU'IL LA PEUT RECEVOIR. At ſi ſperandum idcirco eſt, quia poteſt gratia obvenire; deſperandum igitur erit viciſſim, quia poteſt ſimiliter non obvenire. Nec vero ſpes ibi certa eſt, ubi quod ſperes, tam non evenire poteſt, quam poteſt evenire.

Præterea nec merita Chriſti proprie dicta poteſt agnoſcere, qui Deum verum non novit: nec ſpem proinde in Chriſti meritis, quæ eſt ſpes Chriſtiana.

7.

Sequitur 7o. non eſſe ſalutem noſtram in noſtra poteſtate poſitam, ſed ex fato tantum pendere. Id quod iſte fere conceptis verbis aſſeverat, in *Luc.* XIII, 24. pag. 269. *Les hommes ont beau faire la dévotion aiſée, élargir la porte du Ciel, flatter les hommes* D'AVOIR LEUR SALUT ENTRE LEURS MAINS *à toute heure & à tout moment: Tout le contraire eſt la verité, puiſque la Verité meſme nous le dit.* Verba Chriſti Domini, quæ iſte hoc loco commentatur, hæc ſunt: *Multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.* At ibi ſermonem Chriſtus inſtituit de Judæis, qui in ſupremo judicii die Numinis clementiam fruſtra imploraturi ſunt; ſiquidem

quidem Chriſtum agnoſcere noluerunt: non de his quos in via adhuc Dei patientia tolerat, ut intelligant, quamdiu ſpirant, ſibi ſperandum eſſe in Deum & Chriſtum.

8.

Sequitur 8°. prædeſtinationem a fato non diſtingui: ſiquidem ubi Deus non eſt niſi Realitas ipſa Univerſalis entium, prædeſtinatio non poteſt eſſe, niſi naturalis cauſarum omnium ſeries, & mediorum, per quæ fiet demum indeclinabiliter ut hic & ille bono fine vitam concludat; nullo interim horum mediorum aliis ſe offerente, per quæ pariter vel boni ſint, vel boni eſſe perſeverent. Hæc illa eſt ſeparatio, quam appellant, totius maſſæ generis humani in duas partes, & mundi totius in mundum prædeſtinatorum & mundum reproborum. De hac autem partitione ſic expoſita Catholicos queri poſſe Queſnelius negat; niſi forte, pergit idem jocans impie, ſatius fuerit totam maſſam deſeri, privarique omni felicitate. In *Rom.* IX, 21. pag. 390. *Qui ſe peut plaindre, que d'une meſme maſſe du genre humain, infectée du peché originel & condamnée à la mort, Dieu en tire une partie, pour y faire éclater ſa grace en la ſauvant, & qu'il* LAISSE *l'*AUTRE *dans ſa corruption,* POUR FAIRE CONNOITRE SA JUSTICE *en la puniſſant?* SEROIT-ON PLUS CONTENT, *s'il laiſſoit perdre toute la maſſe entiere?* Et in *Hebr.* VIII, 11. pag. 325. *Quand ſera-ce, Seigneur, que* TOUT CE MONDE PREDESTINE', *vous écoutera, vous connoiſtra, vous aimera* PARFAITEMENT? Ubi alterum obiter e Janſeniana porticu errorem obtrudit; mandatum Dei primum ſcilicet, de Deo diligendo ex toto corde, impoſſibile eſſe, ſeu perfici in hac vita non poſſe; in altera tantum poſſe. Quid ita? Quia ſi Deus non eſt niſi Juſtitia & Ratio Univerſalis, ex toto corde amari ea non poteſt, quamdiu in ipſo vivit adhuc pars aliqua concupiſcentiæ, quantumvis hæc dometur a gratia. Hoc ipſum enim quod frenatur domaturque, vivit, partemque cordis tametſi reluctantem abripit. Ergo non toto corde Deus amatur in hac vita. At Catholici, qui verum Numen agnoſcunt, tunc diligi ipſum ex toto corde dicunt, cum quidquid deliberati affectus prodit ex corde, tendit in Deum. Nam quod eſt indeliberatum, ab iis dumtaxat aïunt peccatum cenſeri & Deo contrarium qui pro Deo non habent niſi Juſtitiam ipſam intelligibilem, ut Janſeniani.

Huc pertinet illa prædeſtinationis definitio, quam Queſnelius affert, in *Act.* XXII, 14. pag. 249. *Dieu prédeſtine le bien qu'il veut faire en nous.* SA PREDESTINATION, C'EST LA PREPARATION DE SES DONS. Catholici vero Doctores negant, prædeſtinationem, præparationem eſſe ſive ſeriem mediorum illorum perpetuam ac naturalem, quæ demum claudatur indeclinabili veri & recti amore in fine vitæ. Sed prædeſtinationem dicunt eſſe, Dei decretum ante omnia ſæcula deſtinantis gloriam his, quos videt in bono uſu donorum ſuorum uſque ad finem libere perſeveraturos eſſe, quamvis poſſent eadem reſpuere, nec perſeverare.

Eſt his hominibus etiam familiaris comparatio prædeſtinatorum cum Chriſto, quem dicunt eſſe prædeſtinationis exemplar. Quo dicto volunt intelligi, nihilo magis poſſe reſiſti gratiæ impellenti ad bonum, quam potuit Chriſti humanitas reſiſtere unienti ſe ei Verbo. Queſnelius in 1. *Petr.* I, 20. pag. 421. *La nature humaine en Jeſus-Chriſt predeſtinée à l'union éternelle avec le Verbe, eſt* LE MODELLE *& le fondement de la prédeſtination des Elus à l'union éternelle avec Dieu en Jeſus-Chriſt meſme. Le chef & les membres ont eſté prédeſtinez ſans merites; celui-là pour eſtre la plenitude & la ſource de tous les merites: ceux-ci pour recevoir de ſa plenitude.* Nihilo magis ſuſpenſum a libero voluntatis conſenſu effectum gratiæ vult iſte credi, quam ab aſſumptæ humanitatis arbitrio efectum hypoſtaticæ unionis.

9.

Sequitur 9°. in quocumque creaturæ ſtatu gratiam perſeverandi in bono, non eſſe niſi actuale in fine, viæ Bene eſſe, atque adeo gratiam tunc ſaltem ſemper & ineluctabiliter efficacem: ſiquidem oportet eſſe Realitatem boni ſive entis. Itaque fucum faciunt ii, qui gratiam Adami & Angelorum diſtinguunt a gratia quæ naturæ lapſæ ad perſeverandum tribuitur, niſi duratione. Nam reipſa ſecundum impiam hypotheſim gratia Adami & Angelorum fuit motio impulſuſque vehemens ad amandum ſemper ſummum Bonum, ideoque durabilis uſque dum vel in Adamo & Angelis malis deficeret, vel in bonis Angelis nova motione actuali ſuperaddita, & per ſe pariter efficace, confirmaretur in perpetuum. Cum illa motione quam in ortu Adamus acceperat, & quæ donum fuit Creatoris, poterat ille quidem perſeverare ſi vellet, hoc eſt, niſi voluntas ejus alio abduceretur, & ſic deficeret ab amore ſummi Boni, qui Deus eſt. Et reipſa quoniam vehemens illa prima impulſio fuit, duravit aliquamdiu, quemadmodum durat motus lapidis projecti, donec elangueſcat. Sed defuit illi, inquiunt, motio efficax ad perſeverandum, quando ex deſidia mentem voluntatemque alio transduxit: videlicet a conſideratione & amore Veri, ſeu veritatum univerſalium, ſive moralium, ſive metaphyſicarum, ad conſiderationem & appetitum boni ſenſibilis, cujuſmodi in comeſtione pomi eſt. In hoc vero ſtatu jam amiſſâ illa prima motione aliquamdiu durabili, ut diximus, nulla datur jam talis gratia, cum qua poſſimus perſeverare; ſed ad ſingulos actus datur, & quidem per ſe efficax & ineluctabilis, ſiquidem manat a Realitate univerſali, ſive quidpiam agendum bene ſit, ſive perſeverandum in bono. Iſtud autem diſcrimen gratiæ Adami & noſtræ excogitatum idcirco eſt, ut cauſa fingeretur aliqua, ab ea diſcrepans quam Doctores Catholici afferunt, cur reprobi deſererentur a Deo; & ut in Adamum potius, quam in voluntatem Dei culpa conjiceretur, a quo omnes peccati fomitem concupiſcentiam trahunt. Cum reipſa tamen in illa quidem hypotheſi non differat gratia Adami a noſtra, niſi ut habitus aliquamdiu durabilis ab actu cito tranſeunte differt. In ſententia autem Catholicorum non ratione entitatis phyſicæ inter ſe ambæ differunt, ſed tantum gradu & ratione ſubjecti: cum illud datum fuerit auxilium homini ſano, iſtud ægroto detur, ac propterea uberius.

Queſnelius in 2. *Cor.* V, 21. pag. 639. LA GRACE *d'*ADAM E'TOIT UNE SUITE DE LA CREATION, *&* E'TOIT DUE A LA NATURE *ſaine & entiere.* 2. *C'etoit une grace qui le ſanctifioit en lui-meſme, & indépendamment d'un autre.* 3. *Une grace proportionnée à la nature creée encore ſaine & entiere, dépendante de la volonté humaine dans l'uſage, & qui faiſoit que l'homme pouvoit meriter par lui-meſme ſans un nouveau ſecours. Mais la grace de Jeſus-Chriſt* 1. *eſt une grace de reparation,* TOUTE GRATUITE *à l'égard de l'homme, & meritée par le ſacrifice de Jeſus-Chriſt.* (Magis ſcilicet gratuitum eſt quod indigno ſeu malo datur, quam quod non indigno, ſive non malo. Et Chriſtus moriens ac reſurgens propter nos, id conſecutus eſt, & dignus ea ſane quaſi mercede fuit, ut hoc genere gratiæ multi ſanarentur, nec alio, quam fide & ſpe pariter reſurgendi.) 2. *Une grace Chrétienne, qui ſanctifie le pecheur dans la perſonne & dans le Corps de Jeſus-Chriſt, & par dépendance de lui comme de ſon chef.* 3. *Une grace divine, comme creée par Jeſus-Chriſt, digne du Fils de Dieu:*

Dieu : FORTE & PUISSANTE POUR VAINCRE INVINCIBLEMENT LE PECHE' : DOMINANTE & SOUVERAINE, *comme étant* L'OPERATION DE LA VOLONTE' TOUTE-PUISSANTE DE DIEU *ſur la volonté rebelle de l'homme : enfin parce que c'eſt une ſuite & une imitation de* L'OPERATION *de Dieu* INCARNANT & RESSUSCITANT *ſon Fils.* Hic illud iſte repetit, quod alibi cum dicere meminimus, non magis voluntatem poſſe gratiæ reſiſtere, quam Chriſti carnem ſuſcitanti Deo : quoniam & gratia boni operis & ſuſcitatio ad vitam, ejuſdem generis, atque efficientiæ ejuſdem phyſicæ ac neceſſariæ beneficium eſt, ubi Deus non eſt niſi Realitas Entium ; nempe Bene eſſe, τὸ εἶναι.

In *Eph.* I, 4. pag. 2. DIEU A CONFIE' SA GRACE *à l'homme dans la premiere creation : mais helas ! qu'il l'a mal ménagée ! Il rend ſes deſſeins immuables, & aſſure à ſes élus la grace & la gloire qu'il leur deſtine, en ne les confiant dans la ſeconde creation, qu'à ſon propre fils, en qui ſeul ils ſont benis, ſanctifiés, & glorifiés comme ſes membres.* Hoc eſt, nemo jam ſalvatur niſi per fidem & ſpem ſimilis incorruptionis cum Chriſto.

In *Eph.* I, 6. pag. 3. *La grace d'Adam le ſanctifiant en lui-meſme, lui étoit proportionnée. La grace Chrétienne nous ſanctifiant en Jeſus-Chriſt eſt* TOUTE-PUISSANTE *& digne du Fils de Dieu. Dans la premiere Dieu a voulu faire voir ce que pouvoit le libre arbitre : Dans la ſeconde, ce que peut la grace.* Gratia Adami, inquit, ſanctificabat eum modo ipſi proportionato ; qui modus ſanctificationis non efficiebat eum in veritate ſanctum, ſed tantummodo innocentem, ex bona impulſione voluntatis ad amandum bonum morale, duratura donec deficeret : ut pateret quid poſſet liberum arbitrium. At gratia Chriſtiana, inquit, quæ fides eſt in Chriſtum ſuſcitatum, nos ſanctificat in veritate, quæ Chriſtus eſt : & operatur digne Chriſto, ergo vere, ergo omnipotenter : ut nunc pateat quid gratia poſſit.

In Epiſt. *Judæ*, 6. pag. 530. *Si Dieu punit ſi ſeverement pour un ſeul peché d'orgueil les Anges,* QUI N'ONT EU QUE LES DONS DU CREATEUR : *que doivent attendre ceux qui auront abuſé meſme de Jeſus-Chriſt & de ſes* MYSTERES ? Angeli, inquit, rei fuere ; qui tantummodo obliti ſunt ſe habere a Deo, hoc eſt, a Realitate univerſali, non a ſe ipſis, quidquid haberent : Quanto magis rei eſſe judicabuntur, qui obliti fuerint, quid ipſos per myſteria vitæ, paſſionis, ac reſurrectionis ſuæ Chriſtus docuerit ? Hæc enim gratia Chriſti eſt ſecundum iſtos : Nempe fides ac ſpes ſimilis cum Chriſto poſt hanc vitam immortalitatis ; quam ſpem ac fidem oporteat eſſe finem actionum noſtrarum, ut bonæ ſint.

Negat nihilominus iſte cum ſuis, gratiam cogere, aut vim inferre, ſeu neceſſitatem cogentem : quoniam nihil cogit, niſi ſit extrinſecum : gratia autem intrinſeca voluntati & intima eſt. Verum qui coactionem tantum adimit gratiæ, a Calvino quid diſtat ? In *Luc.* XIV, 23. pag. 283. *Miſericorde, gratuité, &* EFFICACITE' *de la vocation divine ! . . . Tirez à vous, Seigneur, nos cœurs rebelles : faites-nous cette* VIOLENCE QUI NE FORCE ET NE NECESSITE POINT NOS VOLONTEZ : *mais qui les délivre & les guérit.*

10.

Sequitur denique non eſſe mercedem hominis juſti proprie dictam, vitam æternam ; ſed tantum improprie boni operis mercedem ; hoc eſt, meram gratiæ continuationem, ac neceſſariam ipſius cum vita æterna connexionem ; quæ connexio dici Dei promiſſio poteſt, ut iidem volunt. Enimvero ſi Deus non eſt niſi Realitas & Veritas Entium univerſi, ſive quod idem eſt, Fatum, & Series Ordoque cauſarum, non eſt merces profecto homini debita vita æterna, ſed bono operi tantum, & τὸ εὖ εἶναι, cujus eſt vita æterna prorogatio quædam numquam deſitura. Sic enim ſtatui neceſſe eſt in ea hypotheſi, in qua nihil homo proprie meretur ; tum quia non eſt in ea verus Deus qui remunerari poſſit ; ſed opera bona omni ex parte, æque ac vitam æternam, Deus ipſe ſolus in homine, hoc eſt, Realitas efficit. Quod non eſt aliud reipſa dicere, niſi reipſa fieri quæ reipſa fiunt. In *Matth.* XX, 14. pag. 260. *Point d'autre titre à la gloire, que la promeſſe de Dieu ; parce que les* MERITES *meſmes* DE LA BONNE VIE *ſont renfermez dans cette promeſſe, & ſont des dons de Dieu : & que cette promeſſe & ces dons n'ont de regle ni de fondement que l'amour gratuit & la volonté de Dieu.* In *Marc.* IX, 22. pag. 120. *Oui, Seigneur, tout eſt poſſible à celui à qui vous rendez tout poſſible* EN LE FAISANT EN LUI. *La foi, l'uſage, l'accroiſſement, & la* RECOMPENSE DE LA FOI, *tout eſt un don de voſtre pure liberalité.*

11.

Valde urit iſtum, ut jam diximus, diſtinctio quam fides & traditio docet, gratiæ naturalis, & ſupernaturalis in entitate. Tradita eſt a Paulo præſertim, *Epheſ.* V, 14. *Surge qui dormis, & exſurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Hoc eſt enim dicere, facienti quod in ſe eſt ſecundum vires naturales, excitatas a Deo & adjutas auxilio ſupernaturali in modo tantum, daturum eſſe Deum ex eadem miſericordia auxilium ſupernaturale in entitate ad fidem Chriſtianam : cui auxilio pariter conſentire poſſit, ſi quod ita adjutus homo poteſt, id præſtare velit. At Queſnelius expedire ſe ex eo nodo non poteſt, niſi dicendo, Spiritum Sanctum haud ibi eſſe ſatis accurate locutum : Dici potius debuiſſe, id quod a nobis fieri Deus poſtulat, id ſe prius facere ; & quod poſtea ſe pollicetur eſſe facturum, ejuſdem, ac prius donum, generis & conditionis eſſe. In *Eph.* V, 14. pag. 37. *C'eſt pourquoi il eſt dit : Levez-vous, vous qui dormez, ſortez d'entre les morts, & Jeſus-Chriſt vous éclairera.* MAIS, *Seigneur, n'eſt-ce pas le propre de voſtre* LUMIERE, *d'aller chercher le pareſſeux, qui ſe détourne pour ne la pas voir : de réveiller celui qui dort par l'oubli de Dieu & de ſon ſalut, & de lui ouvrir les yeux : de reſſuſciter le cœur mort & endurci qui hait la lumiere : de lui donner des yeux pour la voir & une volonté pour l'aimer. C'eſt ſans doute* VOSTRE LUMIERE MESME *qui prévient & prépare le cœur où elle veut habiter. Qu'elle luiſe donc dans nos cœurs, qu'elle y opere, qu'elle diſſipe nos tenebres, cette* LUMIERE *divine de voſtre grace.* At profecto verba Pauli docent, aliud eſſe longe lumen Rationis naturalis, vi cujus poſſit quiſque a Deo excitatus ſceleris fœditatem agnoſcere ac deteſtari : aliud lumen fidei, quo in Chriſtum deinde ſperamus & credimus. Illud enim donum, ſi ſpectetur ſola entitas, donum Dei ut eſt auctor naturæ jure cenſetur ; iſtud, proprium Dei ut eſt auctor gratiæ.

VIII.

DE DEIPARA VIRGINE, & DE CULTU SANCTORUM.

1. CHriſtus Jeſus, ut diximus, ex impia hypotheſi ita compoſitus ex divinitate & humanitate eſt, ut ſit divinitas ſeu Verbum Dei, Veritas illa quæ per carnem foris docet mortales, per ſuam lucem ſive per ſeipſam formaliter intus eoſdem illuminat. In Maria igitur quomodo Verbum Chriſtus fuit, ſi Chriſtus ſive Jeſus ſecundum quod Deus & Verbum eſt, non niſi Veritas illa, ut volunt, & lux ani-

animorum est? Quomodo Deum concepit ac peperit? Quemadmodum Sacerdotes, inquit; qui Veritate sive Spiritu Veritatis repleti, eamdem in audientium animis pariunt. Ergo Deipara tantum mente Deum concepit ac peperit: ventre peperit carnem Christi tantum. Aliter enim fieri in ea hypothesi omnino non potest. Mente autem sic Deum seu Verbum concepit, ut esset ei Deus & Verbum pro Spiritu formaliter regente eam, pro amore quo ferebatur ad omne officium suum explendum: juxta illud vulgare, amor meus pondus meum. Ita Quesnelius pro suo more callide, in *Luc.* I, 39. pag. 15. *Jesus incarné en Marie,* & DEVENU SON ESPRIT, SON COEUR, & SON POIDS, *la porte à aller chercher saint Jean pour le sanctifier. . . Modelle. . . pour les Prestres, qui enfantent Jesus-Christ dans les ames,* ONT UN RAPPORT SI PARTICULIER *à la sainte Vierge.*

Neque ibi solum, sed & alibi Deiparam dicit corde Filium Dei gestasse, priusquam gestaret sinu: quoniam prius lacte Verbi, quod Verbum voluntatem Patris etiam vocant, se ipsa aluit, quam filium suum lacte suo aleret. In *Luc.* XI, 28. pag. 224. *Jesus-Christ ne blasme pas l'éloge qu'on fait de sa Mere, mais il l'acheve & le perfectionne; en insinuant que son bonheur venoit d'avoir* PORTE' LE FILS DE DIEU DANS SON COEUR, AVANT MESME *que de l'avoir porté dans son sein: & de ce qu'elle étoit* NOURRIE DU LAIT DE LA PAROLE & DE LA VOLONTE' *de son Pere,* AVANT *mesme que de nourrir son Fils de son propre lait.* Ubi geminus est animadvertendus error, jam supra notatus; Verbum Dei scilicet voluntatem Patris esse, quoniam Veritas regula est cujuslibet rei agendæ: & Verbum ut Verbum est, illud ipsum formaliter verbum internum esse, quo anima pascitur ut pia ac religiosa sit.

2 Cultum Sanctorum his limitibus circumscribit, ut honorem quem his exhiberi jubet, totus sit in eorumdem virtutibus commendandis. Quid ita? Quoniam nihil nisi Justitiam intelligibilem ab homine coli oporteat; quoniam cetera infra ipsum sint; nihil autem colere ipsum decet, nisi quod supra se sit; ac proinde nihil præter Deum, in ipsis etiam Sanctis, quos Justitia intelligibilis, quæ Deus est, inquiunt, justos & sanctos facit. In *Marc.* XIV, 9. pag. 193. *Les Saints honorent Jesus-Christ, & Jesus-Christ honore les saints à son tour, en les faisant honorer par son Eglise. Rien n'est plus conforme à son Esprit, que de* CELEBRER LEUR MEMOIRE, PRESCHER *leurs loüanges, & leur* RENDRE HONNEUR. *Jesus-Christ n'a garde d'en estre jaloux, puisque c'est par son ordre, par rapport à lui & cause de lui; & qu'on est aussi éloigné de les adorer comme lui, que la creature est au dessous de son Createur.* Cultus quilibet alius si exhibeatur Sanctis, oblique admonet cultum fore soli Deo debitum.

IX.

De diversis aliis DOGMATIBUS.

SEd quis finis sit, si dogmata singula, quæ Quesnelius in opere suo ad singulos fere Novi Testamenti versus aspergit, a fide Catholica abhorrentia, eademque cohærentia cum atheismo, enumerare velimus? Pauca nihilominus hic subjungemus de diversis aliis Catholicæ fidei capitibus, quæ iste convellit.

1. Omne peccatum dicit adjunctam habere infidelitatem; sive contra fidem quæ Deo loquenti debetur peccare quisquis peccat. In *Coloss.* III, 6. ad ea verba Pauli. *Super filios incredulitatis. Sur les hommes rebelles à la Verité.* pag. 106. TOUT PECHE' EST MESLE' D'INFIDELITE', COMME TOUTE VERTU A SA RACINE DANS LA FOI. Enimvero si Deus non est nisi Veritas, sive Lux communis omnium mentium: hanc autem Lucem & Veritatem loquentem non audit quisquis peccat, haud dubie Deo loquenti contradicit, quisquis peccat; atque adeo a fide vera deficit, quippe qui loquenti Deo non credat.

Docet isthic idem consequenter, quodcumque opus non est ex fide Christiana, peccatum esse: id quod aperte rursum docet, in *Rom.* XIV, 23. pag. 440. *Nostre conscience est le premier Casuiste que nous devons consulter dans nos doutes: mais* CETTE CONSCIENCE DOIT ESTRE FORME'E PAR LA FOI. *En vain nous nous appuions de l'approbation d'une foule de Docteurs, si ce* DOCTEUR INTERIEUR *que nous portons dans nous-mesmes nous condamne.* Si religio scilicet non est nisi naturalis, quidquid regula illius, hoc est, Verbum Dei intimum dicit his qui veram religionem sectantur, hoc dicit omnibus, si quidem velint ii docentem intus Veritatem audire. Ergo natura dicit omnibus, virtutem in omni opere esse sectandam, ut semper bonus, sive, quod idem est, beatus esse possis: quod est, inquiunt, agere ex fide Christiana, quæ sperat immortalitatem. Qui autem non habet istum sibi propositum finem, non audit Veritatem sive Naturam sic loquentem; & alio fertur, quam quo Veritas & Natura ducit, ac propterea peccat.

2. Ipsummet peccatum originale secundum istos & actuale peccatum & impietas est, siquidem ipsamet, ut volunt, concupiscentia est. Quæ cum contraria justitiæ ac recto ordine sit; (hic enim postulat, inquiunt, ne rationalis animus inferius se aliquid diligat;) & cum ipsa proinde contraria Deo sit, qui ipse formaliter rectus ordo, ipsa intelligibilis justitia est, inquiunt; necessario impios ipsa homines facit. In *Iit.* II, 12. pag. 256. NOUS NAISSONS IMPIES, *puisque nous naissons ennemis de Dieu, attachés aux creatures* COMME DES IDOLATRES, *& dans l'oubli & l'ignorance de nos devoirs* ENVERS NOSTRE CREATEUR. Catholici Doctores nasci quemlibet hominem dicunt reum peccati, Deoque propterea invisum: nasci nos impios non dicunt, nisi ii, quibus & concupiscentia pro peccato originali est, & qui quoslibet illius motus etiam in parvulis damnant peccati.

3. Primum præsertim Dei præceptum, de amando Deo ex toto corde, impleri hac vita non posse, ut jam antea diximus; in altera tantum vita posse dicit impleri; nec in ista similiter exaudiri nos, cum petimus in oratione Dominica, *Adveniat regnum tuum:* quoniam regnum istud in altera tantum vita sit. In *Matth.* VI, 10. ad illa verba ipsa, *Adveniat regnum tuum.* pag. 58. *Quand sera-ce, o mon Dieu, que* LA MORT, *le* PECHE', *le diable & ses ministres, le monde & ses scandales, cesseront de regner sur la terre; & qu'après avoir jugé les vivans & les morts, séparé vos élus des reprouvez, détruit toutes les puissances de la terre & de l'enfer,* VOUS REGNEREZ SEUL *par tout, en tous, & pour toujours, & vos saints avec vous & avec vostre Fils?* In *Hebr.* VIII, 11. pag. 325. *Quand sera-ce, Seigneur, que* TOUT CE MONDE PREDESTINE' *vous écoutera, vous connoistra, vous* AIMERA PARFAITEMENT? In *Apoc.* XI, 15. pag. 605. *O joie inconcevable des saints à la veuë* DU REGNE DE DIEU *& de Jesus-Christ sur la terre, & de* SA PERFECTION *dans le Ciel! Apprenons d'eux à dire souvent, & avec le cri d'une grande charité: Mon Dieu,* QUE VOSTRE REGNE ARRIVE! Nimirum ubi Deus non est nisi ipsa intelligibilis Justitia, Sapientia, Sanctitas, Veritas, regnum illius esse non potest, ubi sit corpus corruptioni obnoxium, ubi concupiscentiæ motus contrarii Sapientiæ & Sanctitati, ubi denique ignorantia sit. Hæc autem in hac vita dominantur & regnant: tantum in alterius vitæ incorruptione non erunt: ibi igitur tantum regnum Dei erit.

4. A-

4. Amorem Dei negat ullum esse verum, præter obedientiam legi divinæ. In 2. *Joan.* 6. pag. 520. *L'amour de Dieu n'est ni une pensée de l'esprit, ni un mouvement sensible, ni un desir sterile du cœur; mais la conformité de nostre volonté avec celle de Dieu par l'observation de sa loi.* ON N'AIME DIEU QUE QUAND ON OBEIT A DIEU. Nimirum non amat Veritatem, qui non obedit Veritati. Ergo si Veritas Deus est, non Deum amat, nisi qui obedit Deo. Et est haud dubie satis otiosum, dicere aliquem Veritati: O Veritas, amo te ex toto corde, diligo te ex toto affectu. Quasi vero id curet scilicet Veritas: cui nihil omnino cordi est, si quid esse potest, nisi ut ipsam ubique sequaris. Nondum animadvertit orbis Christianus, atheos esse, qui quibusdam sanctissimæ Societatis Theologis litem intulerunt, quasi ambigerent ii, quando & quatenus sit Deus amandus. Ex istis accusatoribus unus est Quesnelius, in 1. *Joan.* IV, 16. pag. 507. *O grand Dieu, vous estes tout amour en vous mesme, & tout amour pour l'homme: & l'homme ose deliberer s'il vous doit aimer, & mettre en question quand & jusqu'où il est obligé de le faire.* Theologi quidam exquirendum sane putarunt, quoties & quando exigeret ab homine Deus, sub commination pœnæ, ut actum amoris divini eliceret. An quisquam autem posuit hanc quæstionem, Quando, & quoties, vel quatenus obediendum Deo sit?

5. Non est proprie, inquit, præceptum divinum de Sabbato vel Dominico die observando: nec servilia opera quæ vetita eo die sunt, alia nisi peccata sunt. In *Hebr.* IV, 9. pag. 296. POURQUOI LE SABBAT, OU LE DIMANCHE *qui a pris sa place, nous est-il* DONNE', *sinon pour penser au vrai Sabbat du peuple choisi, qui nous est reservé dans le Ciel, aprés les travaux de cette vie, & pour nous y préparer en nous reposant, & en nous purifiant des* OEUVRES SERVILES DU PECHE'? Certe si Deus non est nisi Justitia ipsa intelligibilis præcipere aliquid non potest, nisi solam justitiam; nec Sabbati diem magis quam Jovis aut Veneris velle sanctum esse: denique prohibere eadem nihil nisi injustitiam potest. Atqui omni die abstinendum a peccato est, non Sabbato tantum vel Dominico die. Ergo indicta dici debet Sabbati vel Dominicæ diei observatio, non ut eo die solum abstineamus a peccato; sed ut eo die saltem & præteritos lapsus eluamus, & cogitemus a peccato semper quiescendum esse, si quiete sive Sabbato sempiterno, quod Sabbati dies; vel resurrectione, quam Dominica dies significat, frui volumus. Id enimvero ut sæpiuscule animis agitemus, ratio postulat. Quæ Ratio universalis Deus est, ut ponit impietas, divina quoque dici institutio potest, Sabbati vel Dominicæ diei observatio; & divinum, quidquid Apostoli aliive cum ratione sanxerint. Quo ille sensu, in 1. *Thess.* IV, 2. pag. 136. *Les regles de la Tradition Apostolique sont* DES REGLES DIVINES, *parce que les Apostres ne donnent que ce qu'ils ont receu de Jesus-Christ.* Et in *Apoc.* I, 10. pag. 541. *Le jour de Dimanche est* DE TRADITION DIVINE & APOSTOLIQUE, *consacré à Dieu en memoire & reconnoissance de la resurrection de son Fils.* Et prius in *Luc.* VI, 9. pag. 101. *Les jours dédiés au culte du Seigneur & A LA MEMOIRE de ses bienfaits, ne peuvent estre mieux sanctifiés, que par toutes sortes de bonnes œuvres, & en s'abstenant des mauvaises.* Catholici, qui verum Deum colunt, dicunt præceptum divinum positivum esse de sanctificando sive Sabbato sive Dominico die; non ob mysticam alterutrius diei significationem; quam unam potest spectare Ratio universalis atheorum, si quid tale præcipiat; sed quoniam voluit Deus, ut olim Judæos Sabbato, ita nunc Dominico die abstinere fideles ab opere omni servili, & rei divinæ interesse: id denique facere vel eo abstinere, sub interminatione pœnæ æternæ, quod nulla lege teneantur alio die facere, vel eo abstinere. Hoc vero profiteri impia secta non potest.

7. Conscientiam erroneam negat umquam excusare. In *Act.* XXIII, 1. ubi Paulus dicit: *Ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem.* Quem locum ita Quesnelius reddidit, Montenses secutus; *Jusqu'à cette heure je me suis conduit devant Dieu en suivant entierement le mouvement de ma conscience.* Ne bonam habuisse conscientiam Paulus existimetur, idque ipse præ se ferre, etiam cum ignorans persequeretur Ecclesiam Dei: eam ob rem, inquam, *bonam* expungunt hoc loco: ubi verti oportuit; *En suivant toujours les regles d'une bonne conscience.* Sic ergo Quesnelius in Commentario, pag. 254. *La conscience, quand elle est éclairée, est la regle des actions humaines. Quand elle est dans l'erreur, c'est un guide aveugle, Paul avoit suivi ce guide dans les tems de son ignorance; & il en a gemi.* LOIN DE CROIRE QUE SA CONSCIENCE ERRONE'E *pust rectifier sa volonté déreglée, ou* EXCUSER SES ACTIONS MAUVAISES. Si Deus certe non est nisi ipsamet forma intelligibilis Justitiæ & Veritatis, non potest Deus conscientiam erroneam excusare, nedum præcipere ut sequaris. Justitia enim non potest quod injustum est non damnare, aut Veritas præcipere ut sequaris errorem. Cum Deus verus e contrario possit ac velit excusare bonam voluntatem, licet errante judicio; & præcipere ut sequaris quod non dubitas verum esse.

7. Quidquid non fit ex caritate, peccatum dicit esse: solam enim caritatem, quæ Dei legem implet, non peccare: denique nihil esse medium inter caritatem & cupiditatem. In *Matth.* XII, 30. pag. 151. POINT DE MILIEU *entre aimer Dieu & estre son ennemi: estre à Jesus-Christ ou au démon: estre dominé* PAR LA CHARITE', OU PAR LA CUPIDITE'. In *Joan.* VIII, 35. pag. 163. *On n'acquiert ce droit que par la charité, on ne le conserve aussi qu'en conservant la charité, qui seule ouvre le Ciel,* PARCE QU'ELLE SEULE NE PECHE POINT, *seule fait bien user des creatures, seule accomplit comme il faut la loi de Dieu.* In 1. *Tim.* IV, 8. pag. 191. *Vains, vains tous les exercices exterieurs de la pieté;* S'ILS N'ONT LEUR RACINE DANS LA CHARITE': *Vain tout le culte charnel du Judaïsme, s'il n'a esté animé de l'esprit du Christianisme.* In *Hebr.* IX, 1. pag. 326. *L'alliance terrestre* N'A EU QU'UN CULTE & *un sanctuaire* TERRESTRE. *Ce qui n'est que terrestre & passager, n'est pas ce qui plaist à Dieu, ni* LE MOIEN *par lequel il veut estre* HONORE'. LA CHARITE' SEULE *est digne de Dieu, parce qu'elle seule nous consacre & nous unit à Dieu.* Scilicet ubi Deus non est præter ipsam formam intelligibilem Justitiæ, erga Deum ferri animus non potest, nisi amore vel odio. Odit enim justitiam, quisquis justitiam non amat. Nec amatur justitia, sed odio habetur, si timetur.

8. Concupiscentiæ motus ipsos indeliberatos nihilo minus ait esse culpabiles, quandoquidem voluntarii sunt. In *Joan.* XII, 39. pag. 257. *Gemissons sous cette* IMPUISSANCE VOLONTAIRE, OU NOUS SOMMES NEZ PAR LE PECHE' *d'Adam, & que nous augmentons de jour en jour par nos propres pechés.* In *Rom.* VII, 15. ad ea Pauli verba, *Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, hoc facio.* Pag. 363. *Revolte de la chair. Concupiscence. Helas! combien elle cause de paroles, de pensées, de desirs, & de mouvemens indeliberés &* INVOLONTAIRES *mesme dans ceux dont la volonté est sainte! Combien mesme de ces fautes* VOLONTAIRES, *dont les saints gemissent!* At id de quo Paulus ingemiscit hoc loco, Catholici negant culpam esse voluntariam: quippe qui voluntarium ipsum negent esse in culpa, nisi sit liberum. Quesnelius motum quemlibet concupiscentiæ voluntarium hoc dicto callide ac dissimulanter

damnat peccati: ſolum excuſat carnis motum, qui ſine phantasmatis, & ſine appetitu omni, etiam indeliberato ſit.

Ex illo autem dogmate alterum iſtud egregium conſectarium eſt, de quo jam nonnihil ſuperius attigimus: non licere his qui frenare libidinem cum velint poſſint, inire matrimonium. Conjunctum enim eſt opus conjugale cum voluptate quadam; quæ cum per ſe peccatum ſit, inquiunt, in his dumtaxat dignum venia eſt, qui niſi hoc remedio utantur, pejus malum, hoc eſt, gravius peccatum incurrerent. Hoc illud eſt quod iſte tradit ſane induſtrie, præter ea loca, quæ ſuperius in eam rem protulimus. In *Matth.* XIX, 11. pag 246. *Réponſe ſage, qui ne blaſme aucun de ces deux états; mais qui les approuve tous deux.* LE MARIAGE EST NECESSAIRE A QUELQUES-UNS *à cauſe de leur foibleſſe. Le celibat eſt préferable, quand Dieu en fait la grace.* Hoc eſt enim callide dicere, Matrimonium licitum iis tantum eſſe, quibus eſt neceſſarium: his autem neceſſarium eſſe dumtaxat, qui continentiæ ſervandæ impares ſe putent. Catholicis e contrario aïentibus nullum eſſe prorſus per ſe in actu conjugali peccatum: & iis etiam qui poſſint cælibes vivere, ſi velint, etiam fas eſſe, ſi velint, nec votum intercedat, nubere.

9. Qui mercedem temporalem exſpectet a Deo, hunc negat ex fide agere: fidem enimvero aït præmia tantum ſpiritalia polliceri. Hinc eſt quod & illud Chriſti dictum, *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*; de terra metaphorice dicta intelligit. Et illam Dei promiſſionem, *Ut ſis longævus ſuper terram*, de cælo pariter accipit. An enim ſi Deus non eſt quem audiamus, præter Veritatem, lucemque animorum communem, aliud ille polliceri quam ſpiritale præmium poteſt, qualis eſt pax interna? Ita Queſnelius in *Matth.* v, 4. pag. 35. *La douceur... eſt propre à ſe laiſſer dépoüiller de tout en ce monde: mais de quels treſors & de quels heritages ne met-elle point en poſſeſſion dans* LA TERRE DES VIVANS? *Poſſeder* LA TERRE DE SON COEUR *par la patience, c'eſt le commencement du regne parfait de la charité, & le fruit de la douceur Chrétienne.* Itaque *terra* ibi, Queſnelio interprete, vel cælum eſt, vel cor ſuum cuique. In *Eph.* VI, 3. ad ea verba; *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram:* pag. 44. *C'eſt religion d'obeïr à la loi de Dieu: c'eſt reconnoiſſance de bien uſer du bien qu'on a receu:* C'EST PRUDENCE *de s'aſſurer de la joüiſſance de la vie preſente, en honorant ceux par qui on l'a receuë:* C'EST VIVRE DE LA FOI, D'AVOIR ENCORE PLUS EN VEUE *la vie du ſiecle à venir.* Prudenter agit, inquit, qui parentum reverentia vitæ hujus uſum ſibi aſſerit; ex fide tamen non agit, ac proinde peccat, ut ſuperius dixit, ſi pro mercede a Deo vitæ hujus diuturnitatem exſpectet: Quaſi non fidei ſit Deo credere hanc pollicenti.

10. Præterea ſi Deus non eſt niſi Veritas, quæ lux eſt animorum communis, nec debet illa appellare bona dumtaxat, vel mala, quæ dumtaxat corpori nocent: nec credi par eſt illa a Deo ut bona dari, iſta ut mala & afflictiva induci. Neque enim Veritas aut quemquam affligit, aut in bonis reputat quidquid infra ſe eſt. Atqui tamen ſacræ litteræ bona appellant ea, quibus in vita potitus eſt dives; mala autem ea, quibus Lazarus eſt afflictus. Reſpondet Queſnelius, deſerendam hoc loco, ut alibi, Vulgatam Editionem; Græcam anteponendam eſſe, in qua legitur; *Fili, recordare quia recepiſti bona* TUA *in vita tua*; ut ea dumtaxat divitis æſtimatione dici ibi bona credantur. In *Luc.* XVI, 25. pag. 312. *Mon fils, ſouvenez-vous que vous avez receu* VOS BIENS *dans voſtre vie, & que le Lazare n'y a eu que des maux. Les richeſſes ſont les biens des reprouvez, parce qu'ils les aiment avec paſſion, & en font leur félicité, & que Dieu ou n'en laiſſe gueres joüir ſes élus, ou en détache leur cœur.* Verti certe hunc Lucæ locum ita oportuit: *Souvenez-vous que vous avez eſté comblé de biens pendant voſtre vie.*

11. Qui parentum mortem deflet, inquit, eo luctu quem caritas vel amicitia naturalis elicit, peccat. Nempe ſi ipſa forma intelligibilis Juſtitiæ & Ratio univerſalis Deus eſt, ut volunt; quæ incorruptibilia certe docet eſſe præferenda corruptibilibus: peccat qui patrem vel amicum tranſiſſe luget a corruptibili ſtatu ad incorruptibilem. Tunc enimvero fas eſt unice vel peccatum Adæ deflere, per quod mors intravit in mundum; vel lætari de mortuorum liberatione a concupiſcentia & peccato. In *Luc.* VIII, 52. pag. 165. *Que l'on fait paroiſtre ordinairement peu de foi dans l'affliction & dans la mort des parens? On pleure le plus ſouvent ou par ceremonie ou par intereſt. Et il faut ou pleurer par la foi, en jettant les yeux ſur le peché qui a cauſé la mort, ou* SE RE'JOUIR PAR LA FOI, *en conſiderant les morts délivrés* DU PECHE' *& de la concupiſcence, ſource du peché.* Et in *Act.* VIII, 2. pag. 86. *Dieu qui veut qu'on honore les Saints & leurs Reliques, inſpire* LE SOIN DE LES CONSERVER. *On voit ici les cérémonies des funerailles autoriſées par celles du premier Martyr.* Sed nihil de *planctu magno* quem fecerunt ſuper Stephanum dicit; aut illum non in fletu jubet, ſed in pompa funeris & exſequiarum frequentia intelligi. Ubi Catholici, qui verum Deum colunt, fas eſſe dicunt, hujus vitæ uſuram, quæ Dei certe beneficium eſt, ereptam alicui, ſive ante neceſſarium tempus ætatis, ſive ob vitæ probitatem, ſive ob contractam cum ipſis conſuetudinem, ſive ob naturalem denique erga illos caritatem, deflere.

12. Negat vacare culpa eum, qui perſecutionem fugiat metu mortis, aut vitæ conſervandæ cauſa. Eſt enim ille amor vitæ temporalis & corruptibilis, contra Deum, ſiquidem eſt contra intelligibilem Juſtitiam, quæ Deus eſt. Juſtitia enim poſtulat, ne quis aliquid amet infra ſe: aut corruptibile quid jam præ incorruptibili. Eſt autem vita temporalis & corruptibilis longe infra immortalem animum, & vitam alterius ſæculi incorruptam. Ergo juſtitiam lædit, ac proinde Deum offendit, qui aliquid ex amore vitæ temporalis facit. Non vacat igitur culpa, qui metu mortis fugit in perſecutione. Condonatur id tamen, inquiunt, ex indulgentia imbecillioribus animis. Ita iſte in *Matth.* X, 23. pag. 119. *C'eſt prudence & humilité, hors l'obligation de charité ou de juſtice, d'éviter la perſecution. Epargner les occaſions de faire le mal à ceux qui y ſont diſpoſés, porter ailleurs la grace qu'ils mépriſent, accomplir les deſſeins de la juſtice de Dieu ſur les uns, & de ſa miſericorde ſur les autres, c'eſt* CE QUI SUIT *de* LA FUITE *d'un Prédicateur perſecuté. Fuite, de précepte aux Paſteurs neceſſaires à l'Egliſe. Fuite, de conſeil à ceux qui attireroient la perſecution. Fuite, d'indulgence* POUR LES FOIBLES Catholici contra ſtatuunt, amorem vitæ moderatum omni prorſus culpa carere, Chriſto ipſo judice, hoc Matthæi loco, aliiſque.

13. Animos poſt mortem aït in ſomno quodam & quiete eſſe, uſque ad diem reſurrectionis, quo die e ſomno animi ſuſcitandi ſint. In *Luc* IX, 32. ad ea verba ſacri ſcriptoris: *Petrus vero, & qui cum illo erant, gravati erant ſomno. Et evigilantes viderunt majeſtatem ejus*, &c. ubi Queſnelius, pag. 181. *Le ſommeil & le réveil des diſciples ſont la figure* DU SOMMEIL DE LA MORT & DU RE'VEIL DE LA RESURRECTION, QUI NOUS OUVRIRA LES YEUX AUX BEAUTEZ DE L'ETERNITE', & *nous développera tous les myſteres & toutes les verités de la loi & des Prophetes.* O MOMENT *déſirable,* OU COMME SORTIS D'UN PROFOND SOMMEIL, *toute la beauté de ce monde nous paroîtra un ſonge; & la lumiere de l'éternité nous fera voir Jeſus-Chriſt*

Christ & toute son Eglise glorifiés en Dieu!

Quietem idcirco dicit tantummodo fuisse latroni a Christo promissam, cum diceret: *Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso.* In *Luc.* XXIII, 43. pag. 447. *Jesus-Christ souverain maistre de sa grace & de sa gloire, la donne à un larron au dernier moment de sa vie, pour faire voir qu'il ne la donne pas au merite. . . . Celui-ci n'a demandé qu'un souvenir. . . . Jesus* LUI PROMET LE REPOS CELESTE, *la joie de* LE *posseder avec lui, & dés le mesme jour.*

In *Act.* VII, 59. pag. 86. LA MORT *des Saints est* UN SOMMEIL & UN REPOS *pour eux.*

In 2. *Petr.* III, 4. ad ea verba, *Ex quo enim Patres dormierunt:* Pag. 471. *Depuis que* LES PERES SONT DANS LE SOMMEIL DE LA MORT. Ita vertit iste Montenses secutus. At aliud est profecto quod Petrus ait, Patres jamdudum ante sua tempora dormiisse; aliud quod Quesnelius dicit cum suis, animos Patrum etiamnum in somno mortis esse.

Et inter dogmata sane impiæ sectæ est, mercedem sanctis a Deo non retribui ante supremum judicii diem: quod est perspicue cum illo priori affine. Et huic igitur errori etiam aperte Quesnelius patrocinatur; cum in *Matth.* VI, pag. 54. corruptum codicem Græcum, secutus Montenses suos, præfert Vulgatæ lectioni; ut legat: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in aperto. La recompense* SOLIDE *de la vertu secrete des humbles, est donnée (selon le texte Grec)* DEVANT TOUT LE MONDE. In *Luc.* XVI, 9. pag. 305. *Se faire des amis au Ciel par l'aumosne. . . On en fait des amis, des avocats, & des protecteurs* POUR LE GRAND JOUR, *quand on les répand sur les pauvres.* Prorsus contra mentem Christi, cum ibi diceret: *Ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Nam ipsum diem vitæ, non mundi, supremum Dominus ibi designavit. Denique idem in *Joan.* XI, 11. pag. 217. *Ceux qui parlent par l'esprit de Dieu, ont mesme pour signifier les choses communes, des expressions instructives, & qui portent la lumiere dans l'esprit. Celle-ci nous apprend que* LA MORT EST UN REPOS & UN SOMMEIL, *mais pour les amis de Jesus-Christ: qu'elle est desirable aux justes,* COMME LE REPOS *aprés le fatigues* DU JOUR: *que* L'ESPERANCE *de* LA RESURRECTION *nous doit faire mepriser la mort, qui ne doit durer que* COMME LE TEMS D'UNE NUIT. . . Hunc quoque somnum, & hanc temporis brevitatem, docet etiam Mahometus in Alcorano.

14. Jam Sanctorum beatitudo, aut visio Dei, quæ potest esse, ubi Deus non est nisi Realitas entium, aut Veritas eorumdem universalis, quæ Lux etiam est animorum communis? Veritatem illam in seipsa videre, nihil est aliud nisi videre, vel sentire potius, & se & omnia bene esse, sive ut oportet esse, absque distincta ullius rei cognitione, saltem cum erit beatitudo perfecta. Tunc enim videre Ens universalissimum, nihil erit aliud quam nihil distincte videre; sed Rem sive Realitatem in genere; Galli jocantes dicerent, *Voir Chose.* Eam ob rem Quesnelius, cum impia secta universa, veritus de hac felicitate quidquam particulatim dicere, in visione Dei positam esse dicit, nec aliquid amplius esse quærendum. In 1. *Joan.* III, 2. pag. 492. *C'est en vain qu'on s'efforce de concevoir & d'expliquer le bonheur des Saints. Voir Dieu tel qu'il est, c'est plus que tout ce qu'on en peut dire.* Et in *Apoc.* XXII, 4. ad ea verba, *Et videbunt faciem ejus:* Pag. 679. VOIR *Dieu, & avoir l'esprit tout rempli de sa lumiere, & tout penetré* DE SA VERITE', *c'est le bonheur de l'ame.* Veritatem idcirco nudam esse conspiciendam dicit, in *Marc.* XIV, 25. pag. 198. *La veuë de la* VERITE' TOUTE NUE *est un torrent de volupté & de joie, qui enyvre l'ame, lui fait oublier toutes les miseres & toutes les amertumes de la terre, & la transporte hors d'elle-mesme, pour ne plus* VIVRE QUE DANS LA VERITE', DE LA VERITE' & POUR LA VERITE'. O VERITE' ETERNELLE, *que l'esperance de se rassasier de vous dans le Ciel, porte* VOS DISCIPLES A VOUS GOUSTER *sur la terre,* A SE NOURRIR DE VOUS, *à s'attacher à vous, à n'aimer & à ne desirer que vous, à se sacrifier pour vous.* Veritas ergo, quam nudam in cælo conspecturi sunt Sancti, illa ipsa est, si Quesnelium audimus, qua hic in terra positi delectamur, qua mens nostra jamnunc alitur ac nutritur, quam in omni arte & scientia confectamur. Hiccine Deus, hoccine Verbum Dei Deus est?

15. Quanto illud autem Catholicas aures magis offendit, quod ait iste, Sanctos in resurrectione filios Dei etiam secundum corpus fore? nam quæ est ista secundum corpus Dei filiatio? præterquam in ea hypothesi, quæ pro Deo habet ipsum formaliter Bene esse, atque adeo incorruptionem & immortalitatem, quoniam ad genus Entis perfectissimi pertinet. Quid est quod Sanctos similiter in Deo dicit esse perituros, unum cum Deo fore, tametsi servato naturarum discrimine, unitatem denique operationis in cælo futuram; nisi quod non ipsam quidem Unitatem aut Veritatem in genere Sanctos fore, sed præter Unitatem & Veritatem in genere, nihil intellecturos esse sanctos dicit? In *Matth.* XXV, 23. pag. 345. *Le serviteur fidelle entre dans le sein du Pere, pour y joüir de la gloire du Fils, & des droits de l'adoption divine. La joie du Seigneur entre ici bas dans le cœur des élus de Dieu: mais dans le Ciel les élus entreront eux-mesmes dans la joie du Seigneur,* POUR S'Y PERDRE HEUREUSEMENT.

Et cum effundi in animam vel infundi divinitatem alibi dicit, quid aliud intelligit, nisi in sua unitate & incolumitate animam esse quieturam; quæ quies huic sectæ visio Dei, & Spiritus Sanctus ipse est, & malorum omnium immunitas. Huc secundum istos omnis beatitudo recidit. In *Matth.* XXV, 36. pag. 350. *Un habit de lumiere & de gloire,* L'EFFUSION & L'INFUSION DE LA DIVINITE' MESME *dans l'ame, l'affranchissement parfait de toutes miseres, & de tous maux; ne sont-ils pas capables de fixer les desirs de l'homme?* Eam adepti quietem immunitatem que ab omni angore, prorsus silebunt beati. In *Marc.* VIII 25. pag. 107. *Quand l'homme sera parfaitement gueri de son aveuglement, il louera Dieu* DANS LE SILENCE *éternel de sa maison.*

Verbum similiter substantiam nostram intimam penetraturum esse dicit, ut in ipsam permeet divina Verbi ipsius & immortalis vita, & gloria. In *Apoc.* III, 20. pag. 562. *O jour heureux, Seigneur, ou* VOUS *entrerez dans l'intime de mon cœur &* DE TOUTE MA SUBSTANCE POUR LA PENETRER DE VOSTRE VIE IMMORTELLE & GLORIEUSE, ME NOURRIR *de vous-mesme, me faire joüir* DE VOSTRE REPOS, & *me faire rassasier de vos delices dans le sein de vostre Pere.* Sed quis hoc demum intelligat, qui quid sit verum Numen intelligit? Aut quis non intelligat, qui Verbum ac divinitatem norit ab his hominibus appellari ipsum Bene esse, ac proinde immortalitatem, incorruptionemque formalem?

In *Marc.* XII, 25. pag. 168. *Quand l'homme entier sera entré dans tous les droits de l'adoption des enfans de Dieu, il sera,* SANS RIEN PERDRE DE SA NATURE, *tout spirituel & tout celeste, parce que le saint Esprit possedera parfaitement & son ame, &* SON CORPS. Quæ illa vis est Spiritus Sancti, ut corpora æque atque animos possideat? Membra nostra templum esse Spiritus Sancti qui in nobis est, ut Paulus Apostolus loquitur, Catholici quidem prædicant: quoniam habitat ille in animis per gratiam sanctificantem, quæ Spiritui Sancto appropriativæ

tive adſcribitur. At Spiritu Sancto effici corpus ſpiritale & cæleſte non dicunt; quoniam id uni convenit omnipotentiæ Dei, tum efficienter, tum appropriative. Sed cum Queſnelio ſentiunt & loquuntur ii, quibus pro Spiritu Sancto ipſa quies & pax ſive manentia in incorruptione eſt.

In *Luc.* xx, 36. pag. 384. *Le troiſiéme avantage de la gloire des enfans de la reſurrection, eſt une nouvelle naiſſance, où l'on n'aura pour Pere que* LE PERE DU SIECLE A VENIR, *qui rendra la vie aux membres comme il l'a renduë au chef,* PAR L'ESPRIT ETERNEL & IMMORTEL *qui regnera en eux. Le quatrième avantage des Saints reſſuſcités conſiſtera en ce qu'ils n'auront plus rien de la vie d'Adam; mais qu'ils ſeront tout à fait regenerés à une nouvelle vie,* PARFAITEMENT ENFANS DE DIEU SELON L'ESPRIT & SELON LE CORPS. Ad adſtruendam ſuam illam Dei filiationem ſecundum corpus, corrumpit iſte hoc loco cum ſuis Montenſibus verba Pauli Apoſtoli ad *Rom.* VIII, 11. Nam ubi Latine legitur, *Qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra,* PROPTER *inhabitantem Spiritum ejus in vobis*: vertit ipſe, inquam, ut diximus, non *propter*, ſed PER *inhabitantem Spiritum:* neque hic modo, ſed in ipſo etiam loci contextu, Montenſes ſecutus. Quoniam huic ſectæ ſcilicet Spiritus Sanctus non eſt niſi ipſummet formaliter Bene eſſe univerſale perſeverans, idcirco ab eo eidem uni Spiritui qui juſtos facit, formaliter tribuitur ſuſcitatio corporum ad immortalitatem. Unde idem in *Rom.* VIII, 23 pag. 276. *O adoption parfaite, o redemption pleine & entiere, o* EFFUSION CONSOMME'E DU SAINT ESPRIT, *quand ſera-ce que vous ſerez accomplie en nous?* Catholicis contra ſtatuentibus, cum Paulo, Deum corpora noſtra ſuſcitaturum eſſe, propter Spiritum ejus inhabitantem in nobis: ut aliud intelligatur eſſe Spiritus in nobis inhabitans, hoc eſt, donum Dei, non Deus ipſe: aliud Deus, qui propter hunc Spiritum corpora ſuſcitaturus ſit: aliud denique ab utroque donum incorruptionis, quod a Deo donabitur propter Spiritum qui præceſſit.

Atque ut iſtud etiam obiter animadvertatur, cum *Pater futuri ſæculi* Chriſtus appellatur, non illud Catholici Interpretes ſæculum intelligunt, in quo Sancti glorificato corpore ſunt regnaturi, ut Queſnelius facit in locum Lucæ proxime appellatum: ſed hoc ipſum ſæculum quod ſub Evangelica lege peragitur. Sunt enim tres illi hominum ſtatus, ſub lege naturæ, ſub lege Moſaïca, ſub lege Evangelica, tria veluti ſæcula, quæ Chriſtus fecit, *Hebr.* I, 2. quoniam non fuit aliud nomen tribus illis ſæculis, in quo poſſent homines ſalvi fieri. Hoc, inquam, ſæculum noſtrum illud eſt, quod futurum vidit Iſaïas: hic ille *orbis terræ futurus*, *Hebr.* II, 5. quem Deus Angelis non ſubjecit, ut alterum ſub Moſaïca lege, ſed ipſimet Chriſto per ſe.

In *Joan.* V, 17. pag. 79. *L'ame qui ſçait pourquoi elle eſt creée, aſpire ſans ceſſe* A CETTE UNITE' D'OPERATION, *qui doit ſucceder dans le Ciel à la* VARIETE' *& à la* MULTIPLICITE' DES ACTIONS *de la terre.* Unitas illa operationis eſt, contemplatio ſolius Entis præciſe, Entis indeterminati, Rei & Entis in genere. Nam hic Deus impiæ ſectæ eſt. Ex quo intelligitur, tam magnificis verbis exaggeratam ab ea felicitatem, reipſa in eo poſitam eſſe, ut nihil diſtincte animus intelligat, quem beatum dicit, niſi ſe eſſe, & ſimul Ens confuſe cogitare, quemadmodum nunc cognoſcimus infinitum.

In *Eph.* V, 20. pag. 40. *L'Egliſe du Ciel & de la terre, unie à ſon chef, ſera l'unique loüange de Dieu dans l'éternité; lorſque* CONSOMME'E AVEC LUI EN DIEU, *elle aura receu la derniere & la plus parfaite* PLENITUDE DU SAINT ESPRIT. Conſummari Sanctos cum Chriſto in Deo, accepta plenitudine Spiritus Sancti, Catholici dicere plane refugiunt. Propria ea locutio eſt impiæ factionis, quæ omnia corpora hominum beatorum redigenda putat olim ſub unam cum ipſiſmet Angelis, quos Eccleſiam cæli vocat, formam incorruptionis, & hanc ipſam formaliter Deum ac Spiritum Sanctum eſſe.

In I. *Theſſ.* IV, 7. pag. 142. *O jour heureux, jour mille fois heureux, qui nous reünira tous en Jeſus-Chriſt, nous fera vivre, &* NOUS CONSOMMERA TOUS EN LUI *pour l'éternité!*

In *Hebr.* IV, 4. pag. 295. *Nous devons commencer dés maintenant, . . . pour trouver par là noſtre ſanctification en lui,* POUR ESTRE UN JOUR CONSOMME'S DANS SON UNITE', *& pour joüir de lui en ſon Fils par ſon Eſprit.* Conſummari in unitate aliud nihil eſt quam unum quid eſſe, non hoc & illud, ſed eſſe ſimpliciter, & cogitare ſe eſſe, ſe bene eſſe, ſibi ſemper bene eſſe. Hoc illud eſt quod iſte appellat, frui Deo in Filio per Spiritum: hoc eſt, frui Realitate in Veritate entis per quietem & permanentiam in eo ſtatu. Quin aperte dicunt, ſtatum beatorum aliud nihil fore, niſi ἀποκατάστασιν, hoc eſt, reſtitutionem in eum ſtatum, in quo fuiſſe omnia credunt, antequam mundus iſte aſpectabilis ex chao, hoc eſt, ex præexſiſtente materia, ut volunt, & ſubſtantia cogitante conderetur? Catholici nec dicunt conſummandos fore ſanctos in unitate Dei; nec fruituros eſſe eoſdem Deo in Filio per Spiritum ejus; ſed per viſionem beatificam fruituros Patre & Filio & Spiritu Sancto.

In *Hebr.* XI, 40. pag. 362. *L'avénement glorieux de Jeſus-Chriſt, la perfection de ſon regne, la reünion & la conſommation de tous les ſaints anciens & nouveaux* EN DIEU *ſous un ſeul chef, eſt ce qu'il dit. . . . rendre l'*EGLISE PARFAITE & ACCOMPLIE.

In *Apoc.* II, 17. pag. 550. *Ce n'eſt que dans le Ciel que l'on comprend l'excellence de la qualité de Chrétien & d'enfant de Dieu, tel qu'il ſera quand l'*ADOPTION SERA PARFAITE, *ſa reſſemblance avec Jeſus-Chriſt achevée, &* SON ESTRE CONSOMME' DANS L'UNITE' DE CELUI DE DIEU. Quid? Sanctus in cælo quiſque ſuum eſſe intelliget ſentietve conſummatum in unitatem eſſe divini ſeu divinæ eſſentiæ? Sane ſi eſſe divinum, ſive divina eſſentia, aliud nihil niſi Realitas præciſe, incorruptio, & immortalitas ipſa eſt. Tunc enimvero ex Realitate univerſali & incorrupto corpore cum ſubſtantia cogitante reipſa fit unum; tametſi cum eo corpore eaque ſubſtantia cogitante Realitas univerſalis ipſa non confunditur, cum alterum ab altero mens diſtinguat. Hoccine vero Catholicum, non potius impium & ἄθεον eſt? In unitatem entis divini conſummari, vel (quod idem eſt) fieri Deum ens quodcumque creatum, dicere Catholici perhorreſcunt, qui Deum verum norunt.

In *Apoc.* VII, 15. pag. 583. *Le ſein de Dieu, c'eſt à-dire, Dieu meſme, comme recevant ſes enfans dans le ſein de ſa charité paternelle, &* LES CONSOMMANT DANS SON UNITE', *eſt lui-meſme ſon troſne, ſon temple,* &c.

In *Apoc.* X, 7. pag. 598. *Le grand myſtere de Dieu. . . . c'eſt la formation de l'Egliſe Judaïque & de l'idolatrie: & plus encore* LA PERFECTION DU CHRIST *par l'union de tous les élus avec leur Chef,* PAR LA CONSOMMATION DE TOUS LES SAINTS DANS L'UNITE' DIVINE.

In *Apoc.* XI, 17. pag. 606. *Leur occupation éternelle eſt d'adorer Dieu* DANS L'ETERNITE' DE SON ESTRE, *& dans la Trinité de ſes perſonnes: de le* RECONNOISTRE POUR LE PRINCIPE DE TOUT BIEN, *& de le benir avec un profond reſpect.* Atqui tam magnifica oratione aliud nihil in impia hypotheſi dicitur, niſi agnoſci vel ſentiri potius a beatis; & Ens ſemper permanere ens, & illam Unitatem, Veritatem, Bonitatem univerſalem, qua formaliter quod-

quodlibet ens unum, verum, ac bonum est. Dicunt Catholici, a Sanctis videri distincte & amari assidue Deum unum ac trinum, Sapientem, bonum, justum, potentem; & eosdem innumera Sapientiæ ipsius, bonitatis, providentiæ, justitiæ, ac potentiæ opera seu miracula distincte contemplari

In *Apoc.* XIX, 6. pag. 655. *Quand le regne de Dieu sera accompli, il n'y aura plus rien à faire, que de loüer* LA VERITE' QUI NOUS RASSASIERA, LA DIVINITE' QUI NOUS REMPLIRA, LA PUISSANCE *qui nous regira.* Pro Verbo semper illa ab istis Veritas obtruditur, quæ hic nos alit, in cælo satiabit, ut volunt.

Et ad illa verba versus septimi, *Gaudeamus. . . . quia venerunt nuptiæ Agni. Quelles nopces! qui se préparent depuis le commencement du monde, qui commencent par l'Incarnation, qui se manifestent par la foi de toutes les nations, qui* S'ACCOMPLISSENT *par l'union parfaite de l'Eglise avec Jesus-Christ, &* PAR LA CONSOMMATION *de l'Epoux & de l'Epouse* DANS L'UNITE' DIVINE. Sponsus, inquit, & sponsa, Christus & Ecclesia, sive Christus & Sancti omnes, non Christi, sed Dii multi erunt; sed quod amplius est, erunt unus Christus, consummabunturque divina ipsa unitate. Omnes enim erunt unum, non hoc & illud sed unum omnes. Erunt & bene erunt. Hoc tantum. Omnes igitur unus Deus, & unus Christus erunt, unitate ipsa divina formaliter.

Neque vero iste cum suis visionis Dei nomine cognitionem vult accipi in actuali intelligentia positam; fruitione potius & pace seu quiete, atque amore unitatis & æternitatis suæ, sentiri a beatis quid sit Deus, hoc est, quid sit Unitas & Æternitas, putat: hunc autem sensum pacis, hanc illius fruitionem ac dilectionem & gustum, genus eximium visionis esse. Quamobrem etiam admonent isti passim, usurpare nos consuevisse videndi verbum in ceteris etiam sensibus. Quesnelius igitur similiter, in 1. *Joan.* IV, 12. ad hæc verba, *Deum nemo vidit umquam*; pag. 505. negat Deum videri nisi caritate posse: *Dieu* N'EST VISIBLE NI ACCESSIBLE QU'A LA CHARITE': *c'est par elle seule qu'on le possede en soi-mesme, & qu'on le trouve dans le prochain.*

16. Quæ pœna igitur damnatorum in inferno futura est, in hac hypothesi? Ea nimirum, quam esse oportet, ubi Deus nonnisi Veritas & lux communis animorum est; nempe mentis caliginem æternasque tenebras; ut privatio Dei damnatio esse intelligatur: solum fere sensum doloris, amissa luce Veritatis: nisi forte tenuis admodum lucis fulgor subinde doloris vi excitatur, ut sentire se sciant, nec sibi bene ac beate, hoc est, quiete & tranquille esse, ut aliis. Non aliam damni pœnam his quamlibet magnificis verbis iste exprimit, in *Luc.* XVI, 23. pag. 311. *L'enfer est pour les damnés non seulement une prison & un lieu de mort; mais encore un lieu de tourmens, qui leur font sentir qu'il y a un Dieu. Sa justice* LES FORCE *d'ouvrir & d'élever vers lui leurs* YEUX *qu'ils ont toujours tenus fermés à la loi, ou tournés vers la terre.* CE QUI LEUR RESTE DE LUMIERE *pour connoistre le bonheur des Elus, ne sert qu'à augmenter leur rage & leur desespoir.* Et in *Hebr.* XII, 29. pag. 371. ad ea verba, *Deus noster ignis consumens est:* DIEU COMME CHARITE' *est un feu* CONSOMMANT DANS SA VIE & DANS SON UNITE' DIVINE *la creature qui lui a esté fidelle.* DIEU COMME JUSTICE *est un feu* CONSUMANT DANS UNE MORT ET UNE SEPARATION ETERNELLE *le pécheur rebelle à sa loi & violateur de son alliance.* Hoc est tantum in ea hypothesi dicere, beatos quidem fruituros esse quiete sempiterna & simplice, quæ ipsa formaliter Deus est: unde in unitatem divinam consummabuntur: damnatos e diverso, quiete ea perpetuo carituros, velut ab ea in perpetuum disjunctos, & a vita rationalium animorum, quæ Lux Veritatis est.

Neque vero censet, quod fides docet, quoslibet peccatores, vel unius peccati mortalis reos, pœnis inferni damnandos esse, sed eos dumtaxat, qui vellent æternum vivere, ut æternum peccarent. Et horum pœnam in eo fore dicit, quod justitiam semper odio sunt habituri. *Matth.* XXV, 46. *Jamais de fin au supplice de* CEUX *dont l'impenitence finale fait voir en eux* UNE VOLONTE' COMME ETERNELLE DE PECHER. *En mourant dans l'opposition à Dieu, on se jette dans la necessité d'une* AVERSION ETERNELLE *de* DIEU.

Hæcine sunt igitur *Reflexiones Morales*, ut titulus libri mentitur, quibus ad Gallos instruendos sermone patrio commentandum fuit Novum Testamentum; ne quis esset vel e plebe infima, vel e femineo ipso sexu aliqua, cui non hæc mysteria possent instillari? neve deesset Commentarius totum Jansenianæ doctrinæ corpus complexus, quales habent Calviniani, aliique? Et hæc est tamen, quam protulimus, pars aliqua dumtaxat impiorum dogmatum, quæ in Commentariis iste suis aspersit. Quibus si quid simile Catholicis fortassis scriptoribus uspiam excidit; id eorumdem vel simplicitati vel imprudentiæ adscribendum. Sed inter Catholicos tamen istos ipsos scriptores, & Quesnelium, hoc interest; quod iste & verum Numen aperte repudiat, nec ullum ex ea impietate confectarium dogma respuit: illi & verum Numen agnoscunt, & quæ a Catholicis tradi adversus Quesnelium indicavimus, universa ultro amplectuntur.

Tamen dicendi genere, ut initio monuimus, Quesnelius utitur vafro & pleno dissimulationis. Ex quo fiet haud dubie, ut excerpta quædam loca ex ipsius Commentariis, quæ protulimus, si per se quidem sola spectentur, non id perspicue probare possint videri quod contendimus. Sed sustinere oportet legentes assensum, dum omnia perlegerint, attenteque consideraverint, quam sint & similia & connexa invicem, tum quæ sunt pleniora artis ac simulationis, tum quæ apertius hæresim & ἀθεότητα præ se ferunt. Ac si quidem hæc ita esse deinde constiterit, si nusquam præterea placita Catholicæ fidei, pravis illis dogmatibus contraria, quæ huic homini opponimus, tametsi sunt illa & numero plurima, & pueris fere ipsis nota; si hæc, inquam, ille nihilominus nusquam inserit; tunc vero intelligant, nihil a nobis falsi criminis impingi Quesnelio. Quantumlibet ille se cum sui similibus, Jansenianis ceteris scilicet, in eo se jactant, quod a communione Romana secessionem non fecerint; quo tamdem falsa & inanis illa gloria spectat, nisi ut suadeant imperitis, censeri hos de Ecclesia oportere, quos nominatim Ecclesia a piorum societate non excluserit, quamvis pravis quibuslibet opinionibus adhæresecant, quas qui animo teneat, hunc a suo corpore Ecclesia segregavit? Quasi vero non illa sit detestandæ hæreseos cognita etiam vulgo vafrities: cui vulgo propterea familiaris illa paræmia est, Jansenianum recte definiri, Calvinianum (atheum nihilo minus vere dixerit) qui rem sacram facit vel audit: *Un Calviniste ou un Athée, qui dit ou qui entend la Messe.*

COLEGIO PROFESSED DE LA COMPAÑIA DE JESUS GRANADA BIBLIOTECA

VI. ANTONIUS ARNALDUS.

RArius apud Arnaldum, tametsi fuit is Jansenianæ factionis suo tempore primipilus, impium illud placitum de Deo Ente vel Veritate intelligibili entium, occurrit conceptis verbis: sive quoniam cautior ille & consideratior fuit; sive quod aliis quæstionibus agitandis fuit occupatissimus: sive demum quod satis & satius esse duxit ac multo consultius, in Gallicum sermonem transferre Latina quædam opuscula, in quibus ea impietas diserte adstruitur.

In ejus vita, pag. XVIII. præfationis libri inscripti, *Causa Arnaldina*, de eo hæc referuntur. „ *Anno* „ 1641. *publicum dedit Arnaldus modestiæ, indolisque* „ *propriorum sensuum nequaquam tenacis, & semper* „ *meliora discere paratæ exemplum. Hanc thesim in* „ *Logicis defendebat:* ENS SYNONYME CONVE- „ NIT DEO ET CREATURÆ. *Illam aggressus* „ *est vir doctissimus ac subtilissimus Dominus de la* „ *Barde, ex Oratorii D. Jesus Presbytero insignis Ec-* „ *clesiæ Parisiensis Canonicus. Erudito discipulo sub* „ *validissimorum argumentorum mole fatiscente, suppe-* „ *tias venit Magister,* (Arnaldus:) *diuque conflicta-* „ *tus, non cedendi necessitate coactus, sed veritate &* „ *veritatis amore victus, victum se ultro professus est,* „ *& a sententia sua discessurum publice spopondit. Pro-* „ *missis stetit. Nam in Thesibus pro Tentativa a se* „ *pro eodem discipulo suo post annos aliquot compositis* „ *contrariam sententiam amplexus est.*

Ex eo nempe placito, quo Deum esse τὸ ὄν, Ens entium, sive Realitatem ac Veritatem intelligibilem omnium rerum, defenditur; consectarium est, ut quod in Philosophia tamen vulgo defendi solet, Ens univoce non conveniat Deo & creaturæ. Quod tametsi sunt Catholici etiam viri qui defendant, non illi tamen in eadem navi versantur ac Janseniani. Nam Catholici quidem, cum Deum verum agnoscant, de ratione Entis per mentem ex Deo & creaturis abstracta disputant. At Jansenius, Arnaldus, aliique ex ea factione, quibus Deus non est nisi ipsa Veritas Realitasque entium, extra quam sive Realitatem sive Veritatem entium, creatura nihil est nisi mutabilitas & contingentia, ac limitatio entis; dicere illi non possunt, Ens esse commune univoce Deo & creaturæ, si Realitatem sejungas ac seponas. Non est autem defectibilitas ens, sed est tendentia ad non ens. Itaque nihil est profecto Deo & creaturæ in ea hypothesi, hoc est, Realitati & Defectibilitati commune univoce. Eam ob rem de abdicata opinione Entis univoci, quam ut publice ejuraret, paulo antea simulate defenderat, impense laudatur Arnaldus in libro proxime a nobis laudato.

In jurejurando deinde quod Arnaldus Parisiis adhibuit, die XIV. Martii, 1644. ob librum de Frequenti Communione, sic mentionem injicit Veritatis, ut Deum alium præter Veritatem non nosse se significet: *Cum solius veritatis amore, inquit, & juvandarum animarum studio,* (*ut Deum* QUI VERITAS EST, *sancte possum attestari:*) *librum de Frequenti Communione scripserim.*

Quid aliud hæc forma loquendi significat, quæ in ejusdem Arnaldi Epistola legitur, ad Facultatem Parisiensem scripta, pride Kal. Decembres, anni 1655. pag. 26. libri prius appellati, qui inscribitur, *Causa Arnaldina: Numquam mihi animus fuit,* inquit, *Facultatis Parisiensis. . . . judicium defugere: modo ut* AB NATURALI & ÆTERNA LEGE, QUÆ DEUS EST, *præscriptæ justi & æqui regulæ servaren-tur. . . . Faxit Christus* ÆTERNA VERITAS *& pax nostra*, &c. Naturalis illa, inquam eademque æterna lex, quæ regulas justi & æqui præscribit, num Christianorum demum Deus est? A Deo hanc esse ultro profitemur; Deum hanc esse, clara voce negamus.

Eodem spiritu afflata factio integra, vel Arnaldus ipse ejus nomine, in *epistola ad Innocentium X. de suprema Romanæ Ecclesiæ amplitudine in Petri & Pauli individua auctoritate fundata; qua liber de eodem argumento Gallice conscriptus* ab Arnaldo, *illi offertur ac submittitur, Parisiis* 1645. Ibi, inquam, pag. 25. sic loquitur. *Unum superest. . . . quod addi possit, Beatissime Pater, Ecclesiasticorum Conciliorum auctoritas: quod quidem si doctrinæ hujus. . . . perspicuitas attendatur, superfluum fortassis; sin autem* VERITATIS QUÆ APUD CHRISTIANOS DEUS IPSE EST, *dignitas atque amplitudo,* QUAM *omni ratione nunc* ASSERENDAM VINDICANDAMque *suscepimus, consideretur, necessarium procul dubio videri debet.* Non possunt nimirum non similiter loqui, qui similiter sentiunt; nec aliquid fere scriptis mandare, quod non illo suo præclaro aspergant Veritatis encomio.

Et vero tametsi fuerunt inter Arnaldum & Malebranchium contentiones animorum diuturnæ & graves, vix ulla tamen de Dei natura sive essentia inter eosdem disceptatio fuit. Quin immo laudat Arnaldus Malebranchium de Idea Dei disputantem: demonstrationemque exsistentiæ Dei, quam ex idea Entis Malebranchius repetit, quam & pleniissimam esse impietatis ostendimus, mirificis iste præconiis effert, de Malebranchio sic locutus, in libro de veris & falsis ideis, pag. 285. *Il admet* L'IDE'E DE DIEU *en plusieurs endroits; & il en fait mesme le principe des plus belles demonstrations de son existence.*

Et in defensione sua adversus Malebranchium, pag. 48. Cartesii ratiocinationem, quæ ipsa Malebranchii ad probandam Dei exsistentiam ratiocinatio est, idem commendat his verbis: *Je n'ay jamais dit, ni Mr. Descartes avant moi, que nostre ame vist l'Estre infini ou l'Estre parfait, dans ses propres perfections. Cela seroit ridicule; puisqu'il faudroit pour cela qu'*ELLE FUST TOUTE PARFAITE. *J'ay dit seulement, comme Descartes l'a dit avant moi, qu'elle* VOIT *l'*ESTRE INFINI, *ou l'*ESTRE PARFAIT, *par la* PERCEPTION *qu'elle en a. Ce qui ne pourroit pas estre, si cette perception n'étoit representative de l'*ESTRE PARFAIT. *Mais ce que l'on peut demander, c'est comment n'étant point parfaite, elle peut avoir la perception de l'Estre infini. Et M. Descartes répond à cela,* QUE C'EST UNE PREUVE DE L'EXISTENCE DE L'ESTRE PARFAIT, *de ce que nostre ame* EN A LA PERCEPTION: *parce qu'il seroit impossible, qu'*ELLE L'EUST D'ELLE-MESME, SI L'ESTRE PARFAIT N'E'TOIT PAS. Non haberet, inquit, ex se ipsa mens Entis perfecti ideam, nisi Ens ipsum perfectum exsisteret. Fieri enim omnino non posset, ut mens Ens perciperet, sive Realitatem aut Veritatem intelligibilem entium, nisi Ens aut Realitas sive entium Veritas intelligibilis exsisteret. Et æterna certe Veritas intelligibilis est, & Ens intelligibile æternum. Percipit autem mens Ens sive Realitatem entium ac Veritatem; quæ est Ens perfectum, ac Deus proinde: ergo Deus est. Non hæc Atheorum ratiocinatio est?

Præterea eas, quas intelligimus veritates, non omnes negat Arnaldus in Deo nos intueri: de ethicis,

cis, sive quæ ad mores componendos pertinent, Malebranchio assentitur. Sic enim ille, pag. 191. jam laudati operis de veris ac falsis ideis: *Il ne s'agit point ici proprement de certaines veritez de Morale. . . . .* CE SONT CES VERITEZ QUE SAINT AUGUSTIN DIT SOUVENT QUE NOUS VOIONS EN DIEU. MAIS COMME IL NE S'EST POINT EXPLIQUE' SUR LA MANIERE DONT NOUS LES VOIONS; *cela ne peut servir à cet Auteur.*

In eodem opere rursum Malebranchio adstipulatur, demonstranti ex idea infiniti existentiam Dei. Pag. 293. „ *Enfin*, *dit-il*, Malebranchius nimirum, *la* „ *preuve de l'existence de Dieu la plus belle*, *la plus re-* „ *levée*, *la plus* SOLIDE, *& la premiere*, *ou celle* „ *qui suppose le moins de choses*, *c'est l'idée que nous* „ *avons de l'*INFINI. *Car il est constant que l'*ES- „ PRIT APPERÇOIT L'INFINI, *quoi qu'il ne le* „ *comprenne pas.* Hactenus Malebranchius: sequitur Arnaldi suffragium, Janseniani Doctoris approbatio: JUSQUES-LA CELA VA BIEN.

Denique in præfatione libri adversus Malebranchium, pag. 3. & 4. Rationem Universalem dici ab eo Veritatem æternam, & Verbum æternum commemorat; nec usquam vel semel improbat. Tantum stulte arbitratus est pag. 372. extensionem infinitam, quæ materialis esset & corporea, Deo adscribi a Malebranchio? Qui reipsa tamen intelligibilem dumtaxat voluit intelligi; nec eam Deum, sed in Deo, hoc est, in Ente vero esse: quandoquidem nihil est verius, inquit, quam extensionem esse de essentia corporis. Deinde gravem eidem de veris ac falsis ideis, hoc est, de nihilo litem intulit, ut Franciscus Lamyus animadvertit, in libro quem inscripsit, *Les premiers Elemens des sciences.*

Suam interim de ideis sententiam sub finem operis sui ita exponit Arnaldus, ut de Dei natura quid sentiat, simul inferat. Pag. 298. in titulo: *Qu'il n'y a aucune raison de croire, que nostre ame soit purement passive au regard de toutes ses perceptions; & qu'il est bien plus vraisemblable, qu'elle a receu de Dieu la faculté de s'en former plusieurs.* Pag. 314. *Je n'ay point assez de lumiere pour pouvoir déterminer quelles sont les perceptions que nous tenons nécessairement de Dieu, & quelles sont celles que nostre ame se peut donner à elle-mesme. J'en dirai néanmoins un mot, mais en proposant seulement ce qui me paroist plus vraisemblable, sans rien déterminer absolument.*

1. *Il y a lieu de croire, que Dieu en creant l'ame lui a donné l'idée d'elle-mesme; & que c'est peut-estre cette pensée d'elle-mesme, qui fait son essence. Car comme j'ay déja dit en un autre lieu, rien ne paroist plus essentiel à l'ame, que d'avoir la conscience & le sentiment interieur de soi-mesme: Ice que les Latins appellent plus heureusement,* esse sui conscium.

2. *On en peut dire autant de l'idée de* L'INFINI *ou de* L'ESTRE PARFAIT. *On ne peut concevoir* QUE NOUS LA PUISSIONS FORMER DE NOUS-MESMES, *& il faut que nous la tenions de Dieu. Et pourveu que l'Auteur de la Recherche de la Verité veüille bien n'entendre que perception par le mot d'idée, je n'aurai pas de peine à consentir à ce qu'il dit en la page 201.* „ *Il est constant que l'esprit apperçoit* „ *l'*INFINI *quoi qu'il ne le comprenne pas*, *&* QU'IL „ A UNE IDE'E TRES-DISTINCTE DE „ DIEU. . . . IL A MESME L'IDE'E DE L'IN- „ FINI AVANT CELLE DU FINI. CAR „ NOUS CONCEVONS L'ESTRE INFINI DE „ CELA SEUL QUE NOUS CONCEVONS L'ES- „ TRE, SANS PENSER S'IL EST FINI OU „ INFINI. *Mais afin que nous concevions un estre fi-* „ *ni*, *il faut necessairement retrancher quelque chose de* „ *cette notion generale de* L'ESTRE, *laquelle par con-* „ *sequent doit préceder.* Hactenus facere se cum Malebranchio Arnaldus confitetur: sed egregie uterque hallucinatur; qui ut Deum defendat esse Ens præcise, quoniam Deum alium abjicit, statuit illud esse Ens quod statim quisque cogitat; & illud esse infinitum; ex quo detrahendum sit aliquid, ut fiat limitatum, quoties finitum aliquid cogitandum est. Ex quo infert uterque, nihil cogitari posse, quin prius Deus cogitetur; cum illud Ens, quod statim cogitatur, quamvis nulla cogitatio subeat num sit finitum an infinitum, reipsa infinitum ac Deus ipse sit. Catholicis e contra hanc Philosophiam detestantibus, aïentibusque illud Ens quod statim mens cogitat, (si tamen Ens prius indefinitum mens cogitat, quam finitum ipsum quod sub sensus cadit, quod Philosophi peritiores & Catholici negant:) sed si Ens illud mens cogitat, aïunt meram ideam abstractam esse Entis indefiniti; cui non aliquid detrahendum sit, ut aliquid finitum cogitetur; sed adjiciendum potius sit, quemadmodum differentia adjicitur, ut species cognoscatur. Sed Ens illud qua vi possunt exaggerant Athei, quoniam Deum, ut diximus, alium non habent.

Pergit Arnaldus, pag. 316. 3. *On ne peut presque pas douter, que ce ne soit Dieu qui nous donne les perceptions de la lumiere, des sons, & des autres qualitez sensibles, aussi bien que de la douleur, de la faim, de la soif,* QUOI QUE CE SOIT A L'OCCASION *de ce qui se passe dans les organes de nos sens, ou dans la constitution de nostre corps.* Omnes sensationes, inquit, Deus operatur in nobis ut causa vera: agentia naturalia, nonnisi causæ occasionales sunt. Quod placitum esse ex atheismo ortum superius ostendimus, cui pro Deo ipsa Realitas ac Veritas entium est.

4. *Il y a aussi beaucoup d'apparence, que Dieu nous donne les perceptions des objets fort simples, comme de l'étenduë, de la ligne droite, des premiers nombres, du mouvement, du tems, & des plus simples rapports, qui nous font appercevoir si facilement la verité des premiers principes, comme Le tout est plus grand que sa partie. 5. Il y a au contraire bien de l'apparence que nostre ame se donne à elle-mesme les idées ou perceptions des choses qu'elle ne peut connoitre que par raisonnement; comme sont presque toutes les lignes courbes.* Quam tenui ergo aut nullo discrimine Arnaldus a Malebranchio discrepat? Hoc est enim tantum dicere, in Deo ipso immediate nos intueri primas ac simplices veritates: at non in Deo ipso, sed in istis, nos videre eas, quas ex prioribus ratiocinando colligimus: id quod Malebranchius non negat.

Jam de Christo bene sentire non potest, qui de Deo tam perverse statuit. Hæc verba Arnaldi sunt, in libro quem inscripsit, *Reflexions Philosophiques & Theologiques*, relata a Malebranchio, in Responsione, pag. 165. *Son illustre Instituteur a voulu que la principale devotion des Prestres de l'Oratoire fust de mediter & d'adorer les grandeurs de l'Homme-Dieu, & ce qu'il y a de plus particulier dans cette union ineffable: qui est qu'en Jesus-Christ* LE VERBE PRE'- SIDE A TOUT, LE VERBE *tient tout sous sa main, qu'il* DOMINE *en tout & par tout la nature qui lui est unie: que l'homme est absolument soumis* A LA DIRECTION INTIME DU VERBE: *que tout ce* QU'IL PENSE, *tout ce* QU'IL VEUT, *tout ce* QU'IL DIT, EST ANIME' PAR LE VERBE, & CONDUIT PAR LE VERBE. *Ce ne sont pas des paroles, mais c'est le sens de tout ce qu'*ONT TOUJOURS CRU *de ce mystere tous ceux qui n'ont point alteré la foi* PAR DES IMAGINATIONS NESTORIENNES. Sapientia quidem dirigi active mentem & voluntatem Christi; cogitata ejus, sensa, placita, dicta omnia esse ab ea effective ac directive, manifestum est. Qui vero Verbum aïunt esse principium active directivum eorum omnium, hi sunt qui pro Verbo Sapientiam illam habent, qua formaliter mens hominis Sapientis imbuitur; & quæ per modum comprincipii activi in dicta, facta, & arbi-

tria mentis humanæ influit: hi ſunt qui Neſtorianiſmi inſimulant ſecus ſentientes, hoc eſt, Catholicos; qui negant Verbum ut Verbum eſt, hypoſtatice humanitati unitum, active influere in voluntates & operationes Chriſti humanas; quaſi duas illi in Chriſto perſonas agnoſcant, eo quod negent Verbum eſſe comprincipium activum volitionum & operationum Chriſti. Sed de Verbo Dei Deo eadem ſecum, hoc eſt, impie ſentire Arnaldum, jam ſuperius vidimus ſatis prolixa oratione profiteri: Itaque neglectis aliis locis, quæ colligi ex ſcriptis Arnaldi poſſent, ad ejuſdem factionis commilitonem Nicolium veniamus.

VII. PETRUS NICOLLE.

UNus e Janſenianæ factionis primipilis haud infimæ notæ, aut mediocris famæ in Gallia, Petrus Nicolle Carnotenſis, nonnulla ſcripſit; ex quibus opuſcula quinque tantum, in præſenti expendimus, ejuſdem plena impietatis, quam in ſuperioribus deprehendimus. Ordiamur ab eo, quod veluti Teſtamentum ſupremis vitæ ſuæ annis conſcripſiſſe in præfatione dicitur; & optaſſe vehementer, ut poſt ſuum e vita exceſſum ederetur in publicam lucem; id quod ſe vivo certas ob cauſas fieri nollet.

Ex opere, cui titulus eſt, *Syſtême de Mr. Nicole, touchant la Grace univerſelle. A Cologne, chez Corneille Egmont*, 1700.

Ex eo autem opere ſeligemus ea dumtaxat, quæ verum per ſe Numen oppugnant; reliquis, quæ ſunt ex eo conſectaria, in aliud tempus dilatis capitibus.

Pag. 22. & ſequentibus: Gratiæ univerſalis neceſſitatem ex Auguſtino adſtruit; quoniam hoc genus gratiæ ipſa homines natura flagitat. Hæc enim certe poſtulat, ne ſit homo phyſice impotens aſſequendæ ſalutis. Eſt autem phyſica illa potentia, inquit, gratia univerſalis: cui adjunguntur factæ etiam reprobis adhortationes & comminationes: Quæ inanes eſſent & fallaces, ſi potentia bene agendi phyſica deeſſet; quemadmodum fruſtra & inepte oſtenderentur pulchræ tabellæ homini cæco, cui facultas videndi phyſica nulla eſſet: adjutorio quo bonum opus & ſalutare fieri proxime poſſit, ſolis interim illis conceſſo, qui illud efficiunt: manente in aliis impotentia voluntaria ob malitiam voluntatis, quæ ſingulari ſive efficaci auxilio deſtituitur, manente nihilominus potentia bene agendi phyſica; quemadmodum homini oculato manet potentia phyſica videndi, etiam lumine ſolis abſente. Qui merus utique Janſenismus eſt; ſed quem refellere non eſt hujus loci inſtitutive noſtri. Natura potius gratiæ hujus univerſalis excutienda eſt. Hæc, inquit, lux illa eſt, qua novit, quiſquis ratione utitur, prima principia legis naturalis. Nam hæc eſſe cuilibet homini ingenita, nemo ignorat: Gratiæ nomine inſignienda ea eſſe lumina, negare aliqui poſſunt: reipſa autem exſiſtere ea, negare non poſſunt. Hæc Verbi divini participatio eſt, ut lux eſt, & Veritas, & Juſtitia; quidni ergo, inquit, Gratia ſufficiens appelletur? Pag. 31. *Ce que c'eſt que cette Grace univerſelle. Il eſt clair. . . qu'il n'y a qu'une Grace interieure* DONNE'E A TOUS LES HOMMES, *qui exclud l'impuiſſance phyſique: puisque ſelon ſaint Auguſtin & le Concile d'Orange, l'homme auroit eſté meſme dans l'état d'innocence dans cette* IMPUISSANCE NATURELLE, *s'il n'étoit aidé. . . par le ſecours* ſine quo non. *Mais cela ne démontre pas déciſivement en quoi il conſiſte. Néanmoins il ſemble que la Grace* SUFFISANTE DONNE'E A TOUS LES HOMMES, CONSISTE DANS UNE LUMIERE INTERIEURE & SURNATURELLE, QUE LE VERBE RE'PAND DANS L'ESPRIT DE TOUS LES HOMMES. *Cette opinion ſemble avoir de grands avantages ſur les autres par les caracteres ſuivans. Premierement, elle n'eſt point nouvelle, & ne contient rien qui ne ſoit univerſellement reconnu. Car quoi que tout le monde ne demeure pas d'accord que cette impreſſion de Dieu comme Loi ſoit naturelle; on demeure néanmoins d'accord, qu'elle eſt, c'eſt-à-dire, que Dieu imprime effectivement dans l'ame certaines veritez ſur leſquelles les hommes reglent leurs actions, & qu'on appelle* LES PREMIERS PRINCIPES DE LA LOI NATURELLE. *L'exiſtence de* CES LUMIERES *n'eſt conteſtée de perſonne. Ainſi en diſant que Dieu les imprime dans l'eſprit de tout le monde, on ne dit rien de nouveau, & qui ne ſoit reconnu du commun des Theologiens.*

Ceux qui nous combattent, peuvent NIER QUE CES LUMIERES MERITENT LE NOM DE GRACES: *mais ils ne ſçauroient nier qu'elles ne ſoient effectives. Leurs argumens peuvent combattre la qualification de ces lumieres; mais non la realité & l'exiſtence. Secondement, elle eſt établie dans l'Ecriture & dans les ſaints Peres. David dit d'elle:* ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: *ce que tous les Interpretes expliquent de la Loi naturelle imprimée dans l'ame de tous les hommes. Saint Jean l'exprime, chap.* 1. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Erat lux vera illuminans &c. *Si elle illumine tout le monde, on eſt donc tous illuminez par elle. Et comme ſaint Jean parle en cet endroit de l'impreſſion que* LE VERBE FAIT SUR TOUTES LES AMES DES HOMMES COMME VERBE, COMME VERITE', COMME LUMIERE; C'EST LA SOURCE D'UNE DOCTRINE COMMUNE DES PERES, QUE TOUS LES HOMMES SONT EN QUELQUE SORTE PARTICIPANS DU VERBE, *qu'il frappe toujours à la porte, qu'il* BRILLE DANS LES ESPRITS COMME LUMIERE, VERITE', JUSTICE. *Elle eſt dans ſaint Juſtin, Apol.* 2. *Lactance Inſt. chap.* 26. *Euſebe Præp. Evang. S. Athanaſe, liv. de Incarn. S. Baſile Reg. brev. S. Hilaire, S. Paulin, &c.* C'EST CETTE REGLE QUE LES IMPIES VOIENT DANS LE LIVRE DE LA LUMIERE, *& qui touche ceux-meſme qui s'en détournent.* VOILA DONC DANS L'AME UNE PARTICIPATION DE *Jeſus-Chriſt* COMME VERBE, *une expreſſion de l'image de Dieu: Pourquoi donc ne ſera-t'elle pas une* GRACE SUFFISANTE? Catholici Doctores, quos ſcit iſte, & ipſe fatetur, ſibi adverſari, gratiam univerſalem illam ſufficientem prorſus repudiant; neque enim aut gratiæ propriæ dictæ appellatione donant gratiam creationis; aut gratiam ſufficientem appellant eam, quæ omnibus hominibus communiter, ſed quæ privatim ſingulis detur, quæ vires agendi tribuat, cum præceptum urget; neque fit in omnibus, ac nec forte in duobus hominibus eadem, immo nec in uno quidem homine ſemper, ſed diverſa pro tentationum quæ vinci, & præceptorum quæ debent impleri varietate ac circumſtantiis diverſis. Nec denique a Verbo ut Verbum eſt diffundi effective dicunt lucem aliquam in mentes humanas, ſed

sed a divinitate, ut divinitas & omnipotentia est. Quam Nicolius hic tradit, hæresis ea est certi generis Atheorum, qui se Christianos haberi volunt; tametsi Verbum aliud, aut aliam Christi divinitatem non agnoscunt, præter lumen Veritatis intelligibilis omnibus commune mentibus, sive Regulam bene vivendi, quam in sua mente fulgere vident etiam impii. Neque vero de eo lumine aut Davidem in Psalmo loqui aut Joannem in Evangelio, saniores consentiunt Interpretes. Denique non sunt hæc omnino, ut omnes Catholici profitentur, dona supernaturalia.

Respondet ille, pag. 35. ut fere Malebranchium ad id respondentem superius audivimus; novam esse ac recentem, nec satis bene fundatam, distinctionem illam doni naturalis ac supernaturalis: supernaturale tamen dici donum posse, quodcumque Dei virtute fit: (hoc est, ut intelligit ille, ab Ente & Veritate entium universali:) ne tamen quodlibet donum supernaturale censeatur, novo more loquendi donatum fuisse nomine doni naturalis, quidquid ad corpus motumve corporis pertinet, quidquid ad mathematicas disciplinas, aliasque quæ nihil conferunt ad salutem; supernaturale autem censeri, quidquid ad salutem prodest. Ejus generis autem esse has veritates, quæ sunt in mentibus hominum insitæ: has leges esse in Deo, Deumque ipsum: Deumque nosse eos quodammodo qui has noverint: gratias esse similiter, siquidem nullo hominis merito donantur: supernaturales autem, quia supernaturalem esse amorem justitiæ, negare nemo nisi temere potest. Sic ille, inquam, copiose & fuse, pag. 35. *Mais, dira-t'on, elle n'est pas surnaturelle. Réponse. Pour décider cette question nettement, je demande quelle notion on peut avoir de* CE QU'ON APPELLE SURNATUREL. *Apparemment on n'a entendu par ce mot, quand il a esté* PREMIEREMENT TROUVE' *& mis en usage, que ce qui surpasse les forces de la nature. On* SUPPOSOIT ALORS, *qu'il y avoit certaines actions au pouvoir de la nature, & d'autres qui la surpassoient. Ainsi l'on appelloit actions naturelles, celles qui n'avoient d'autres principes que la nature; & actions surnaturelles, celles qui avoient Dieu necessairement pour principe, & que la nature ne pouvoit produire.*

Selon cette notion, il est clair que des connoissances qui dépendent de l'impression de Dieu, & que l'on n'a que par l'operation de Dieu sur l'ame, sont essentiellement surnaturelles.

Il est vrai que depuis qu'on a rendu les causes secondes dépendantes du concours de Dieu, qu'on les a privées de toute action, & qu'on a attribué à Dieu tous les mouvemens des corps, & toutes les actions de l'ame, comme tout deviendroit surnaturel selon cette Philosophie; on a esté obligé d'ajouter de nouvelles conditions à ce qu'on APPELLE SURNATUREL, *pour en exclure certaines actions communes. Tout ce qui regarde les actions du corps, & les mouvemens de l'ame à l'égard des corps,* & LES VERITEZ MATHEMATIQUES, *qui n'ont aucun rapport au salut, a esté regardé comme naturel. Tout ce que Dieu accorde aux plus méchans, & sans quoi la nature ne peut subsister, n'est point aussi appellé surnaturel. De mesme, tout ce qui ne regarde que la vie animale, ou civile, est naturel;* SELON LE SENS ARBITRAIRE *des Philosophes.*

Mais selon mesme les notions arbitraires, ces LUMIERES SONT SURNATURELLES. *Car elles regardent directement les veritez qui conduisent au salut; puisque la Loi de Dieu nous y conduit.* CES LOIX SONT DANS DIEU, & DIEU MESME. *Qui* LES CONNOIT, CONNOIT DIEU EN QUELQUE SORTE. *Elles sont des moiens essentiels du salut; puisqu'elles marquent aux hommes ce qu'ils doivent faire necessairement pour y arriver. Enfin elles ne sont point attachées à la nature necessairement. Dieu les augmente & les diminuë sans détruire la nature: il permet qu'une partie de ces raïons s'efface dans l'esprit. Elles sont aussi des Graces, parce que l'homme ne les merite point. Dieu pouvoit ne les point donner: parce qu'il pouvoit damner tous les hommes, sans les laisser dans l'état de voiageurs. Il les donne mesme dans le degré de clarté & d'étenduë qu'il veut. Et il ne faut pas s'imaginer que la Loi naturelle soit écrite également dans tous les esprits, & qu'*ILS VOIENT E'GALEMENT LES CHOSES JUSTES & INJUSTES DANS LE LIVRE DE LA LUMIERE. *Les uns y participent plus que les autres. On étouffe & l'on bannit ces lumieres par les déreglemens, comme les autres graces de Dieu.*

Voici encore une autre raison. Saint Augustin & les autres Peres disent, que les bonnes œuvres, l'amour de Dieu mesme, supposent une connoissance. CEUX QUI AIMENT DIEU COMME JUSTICE, *le connoissent comme Justice. Je demande donc, si cette connoissance est naturelle, ou surnaturelle. On ne peut dire qu'elle est naturelle.* CAR *toute pensée qui sert de direction & de lumiere à nos bonnes œuvres, est surnaturelle selon saint Paul.* Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. *Et le Concile d'Orange le dit expressément, can. 9. Or ces pensées ne se distinguent pas sensiblement des connoissances de ces mesmes veritez,* QUI BRILLENT QUELQUEFOIS DANS L'ESPRIT DES ME'CHANS.

Cela supposé, ou il faut que toutes ces pensées soient necessairement surnaturelles; & ainsi, comme elles se trouvent dans tous les hommes, CES LUMIERES *seroient surnaturelles; ou si on dit, qu'il y en a de naturelles & de surnaturelles,* ON LE DIRA EN L'AIR, SANS PREUVE, & GRATUITEMENT: *en sorte que l'on ne pourra réfuter ceux qui diront qu'elles sont surnaturelles.*

At Catholici reponunt, ex hypothesi confundi fidem & amorem Dei naturalem, qualis esse potest in Philosophis lumine Christianæ fidei destitutis, & certe foret in statu puræ naturæ, ab amore & fide supernaturali, qualis est in Christianis. Nam Catholici Doctores fidem Dei naturalem vocant, quæ haberi potest solo lumine naturali; cujusmodi est de Dei omnipotentia, & Sapientia; supernaturalem, quæ haberi nulla vi naturalis intelligentiæ aut ratiocinationis absque revelatione potest; ut de Deo in personis trino, de Verbo incarnato, similibusque capitibus. Et amorem ejus generis & ordinis dicunt esse, cujus & fides est, quæ objectum utriusque est. Actus autem justitiæ, fortitudinis, temperantiæ, ac prudentiæ, omnino negant esse per se supernaturales, quippe quas dictat humana ipsa ratio. Soli illi hæc omnia supernaturalia esse contendunt, qui & statum puræ naturæ negant esse possibilem; nec pro Deo habent nisi Justitiam intelligibilem, seu formam Justitiæ ipsam, & Lumen, ut vocant, commune omnibus animis ratione utentibus.

Pag. 40. Gratiam Adamo concessam, in eo positam fuisse dicit, quod omnes ille veritates, quibus mores excoluntur, perspicue cerneret: nobis autem pleræque sunt ignotæ, sola apparent prima principia. Illud nimirum discrimen fingi oportuit in ea hypothesi, quæ Deum non alium agnoscit, præter Veritatis lucem. Nam si ita est, excidisse Adamus fingi non potest, nisi ab evidenti cognitione Veritatis, lapsusque in errorem & ignorantiam. Eaque Sententia eo processit, ut quemadmodum in Thomassino vidimus, videbimusque inferius etiam in Paschali, quidam ex iis affirmarint conceptis verbis, clare & intuitive Verbum Dei a primis parentibus visum fuisse. Ita ergo Nicolius. *Troisiéme objection. En quoi donc est distinguée cette lumiere de celle d'Adam? Réponse. Elle est distinguée comme un grand jour & une grande lumiere sont distinguez des petites étincelles. Adam par la Grace d'innocence voioit clairement toutes les veritez morales dans leurs principes. Mais ces petits feux &*

ces étincelles, qui reſtent aux hommes déchus, ne leur font voir que les premiers principes de la juſtice, & les laiſſent dans une infinité d'obſcuritez & de tenebres à l'égard des conſequences. Ainſi il y a autant de difference, qu'entre le plein jour du midi, qui nous découvre TOUS LES OBJETS *de la nature, ſans que nous appercevions de tenebres; & la nuit, où l'on ne voit dans le Ciel que des étoilles, qui nous paroiſſent*, ut igniculi.

Pag. 45. In ipſorum etiam Americanorum Siamenſiumque animis Verbum Dei Deum lucere docet; & hanc lucem eſſe, quæ in tenebris lucet. *Sixième objection. L'experience prouve que les Ameriquains ou les Siamois n'ont point ces lumieres. . . . . Je crois au contraire, que la teſte d'un Ameriquain, quelque hebeté, aveuglé, rempli de ſuperſtitions, & de folie, qu'on le ſuppoſe, ne laiſſe pas d'entretenir un grand nombre de veritez de morale, que* LA LUMIERE DE DIEU *lui fait voir.* LE VERBE, COMME LUMIERE, *perce les tenebres de ſon eſprit*: Lux in tenebris lucet. *Auſſi l'Ecriture ne reproche pas aux méchans de n'avoir pas vu la lumiere, mais d'avoir préferé les tenebres. . . . Je mets en fait, qu'il n'y a preſque point de maximes de morale, qui n'aient agi ſur ſon eſprit, lors qu'il a eſté queſtion d'agir; quoi qu'il les rejette par une paſſion plus forte. . . . . Il en eſt de meſme des veritez, qui tendent à prouver Dieu & les devoirs qu'on lui doit. Les Ameriquains les ſentent comme les autres hommes: elles paſſent par leur eſprit. Ne demandera-t'il pas* QUAND IL VOIT QUELQUE CHOSE DE DE'RANGE' DANS SA CABANE, QUI A FAIT CELA? *Et cela n'eſt-il pas un ſigne, qu'il voit que rien ne ſe fait ſans cauſe: que tout effet a une cauſe réelle? Or delà il n'eſt pas difficile de le conduire à Dieu, à un bienfaiteur, &c. Mais, dira-t'on, ce ſera l'art & l'adreſſe du Miſſionnaire. Cela n'eſt pas vrai. Si les principes des concluſions n'étoient déja dans leur eſprit, jamais ils ne tireroient un conſentement & une adhérence réelle de l'Ameriquain.* Et pag. 48. *Il n'eſt pas vrai que ſi les Ameriquains,* EN SUIVANT LES LUMIERES DU VERBE, *aimeient effectivement Dieu, le glorifieroient, le prieroient &c. ces actions ne fuſſent pas bonnes & agreables à Dieu*, ſaltem de congruo.

Pag. 63. Diſplicet illi ſummopere diviſio illuſtrationis a Deo immiſſæ, in naturalem, & ſupernaturalem. Nam ſi Deus non eſt niſi ipſamet intelligibilis Veritas, ut ipſe contendit cum Atheis; quomodo duplex eſſe poteſt cognitio Veritatis, cum ſit unica Veritas univerſalis, hoc eſt, unica neceſſitas primorum principiorum, unica lux animorum communis, regula unica judiciorum, quæ de re qualibet ferre mens poteſt. Potius appellanda eſt ſupernaturalis, inquit, omnis cognitio Veritatis, quæ ad fruendum Deo refertur; confitendumque ultro, naturam hominis eſſe ejusmodi, ut abſque ſupernaturali lumine nulla eſſe poſſit; quod ipſum lumen formaliter, inquit, Deus ipſe eſt. Præſertim cum quamdiu vivunt homines, quamlibet ſint impii, delectatione aliqua virtutis ſubinde capiantur: qua delectatione cum damnati careant, poterit (ſiquidem ita loqui cuipiam libuerit) quantulumcumque illud eſt quod ſupereſt lucis damnatis, naturale appellari, quoniam divelli a natura non poteſt, & ſine delectatione eſt. Pag. 63. *Premierement, il paroiſt étrange, qu'une* LUMIERE *qui nous découvre les Veritez morales,* N'ETANT AUTRE CHOSE QUE DIEU MANIFESTE' COMME VERITE', JUSTICE, *& que l'on appelle la loi naturelle; il y ait encore une autre lumiere qui nous découvre ces meſmes Verités, qui eſt auſſi manifeſtation de Dieu comme Juſtice, & Verité, & qui s'appelle ſeulement ſurnaturelle; ſans qu'il paroiſſe aucune difference réelle entre l'une & l'autre de ces Graces. L'une & l'autre eſt illumination,* ACTION *du* VERBE *ſur l'ame de l'homme, ſuppoſée commune à tous les hommes, ſignifiée par ſaint Jean*, Qui illuminat *&c. La ſeule difference qu'on y mettroit, eſt qu'on appelleroit l'une naturelle, & l'autre ſurnaturelle: Ce qui eſt gratuit, ſans raiſon, inventé à plaiſir.* Hoc eſt dicere: Non eſt Deus aut Verbum, niſi lux communis omnibus animis: non poteſt ergo gemina lux hominum recte dici, naturalis altera, altera ſupernaturalis: ſed aut omnis eſt ſupernaturalis, aut omnis eſt naturalis appellanda.

Pergit ille: *Secondement, on ſe contredit, quand on appelle cette lumiere, naturelle. On ſuppoſe qu'elle n'eſt point un effet des facultés naturelles, qu'elle a rapport au bien ſurnaturel, qui eſt la poſſeſſion de Dieu; que Dieu ſeul la communique, pour conduire les hommes à une fin ſurnaturelle, & pour les ſauver: Ce n'eſt donc que par un abus de ce mot qu'on l'appelle Naturelle.* Falſo ponit iſte, concedi ſibi ab adverſariis, hoc eſt, a Catholicis, lumen illud Veritatis, quod eſt omnibus animis commune, non eſſe effectum naturalium facultatum: quandoquidem contendunt ii, lumen illud aliud nihil eſſe, niſi intelligentiam & penetrationem terminorum, qui intellectui proponuntur, & quorum inter ſe convenientiam aut repugnantiam percipere quivis intellectus poteſt.

Pag. 64. *Mais, dit-on, la nature ne peut pas ſubſiſter ſans elle: donc elle eſt naturelle. Réponſe. Il vaudroit bien mieux dire, que la nature de l'homme eſt telle, qu'elle ne pourroit ſubſiſter ſans quelque degré d'une Grace ſurnaturelle, comme* ELLE NE PEUT PAS ESTRE HEUREUSE, SANS UNE BEATITUDE SURNATURELLE. *Cela ſeroit bien plus court & plus raiſonnable, que de refuſer le nom de ſurnaturel à une lumiere qui en a toutes les qualitez; & ne ſe reduiroit qu'à admettre dans les damnez meſmes quelques reſtes d'une action ſurnaturelle de Dieu.* Sed iſtud eſt aperte profiteri, primum quidem, impoſſibilem eſſe ſtatum puræ naturæ, in quo ſupernaturalis hominis beatitudo non ſit; deinde nec poſſe dæmones ipſos vel damnatos, quamdiu rationales ſint, abſque dono Dei ſupernaturali, aut abſque aliqua Dei viſione eſſe.

Pergit deinde: *Troiſiémement, On renonce, pour conſerver* SANS RAISON, *à cette lumiere, le nom de naturelle, à une autre ſolution facile: ſelon laquelle on peut dire, que les hommes aprés leur mort ſeront privés de cette lumiere. Car cette lumiere aïant divers degrés dans les hommes meſmes; & Dieu la retirant à meſure qu'ils ſont plus méchans, le degré qui en reſte dans les damnés, pourra eſtre appellé naturel, comme étant inſéparable de la nature. Mais celui que Dieu communique aux hommes dans cette vie, ne laiſſera pas d'eſtre ſurnaturel, parce qu'il peut eſtre oſté. & entierement oſté, à cauſe de leur malice; & qu'il enferme toujours quelque aggréement & quelque complaiſance pour le bien, ce qui n'eſt point dans ce qui reſte aux damnés. Ainſi il y auroit dans les damnés une veuë de la* JUSTICE, *accompagnée de haine de* CETTE JUSTICE; *& dans les vivans une veuë accompagnée de quelque complaiſance. On conſerve par cette diſtinction ce que dit ſaint Auguſtin, Pſal. 6.* „ Que l'homme en cet- „ te vie n'eſt jamais entierement ſeparé de la lumie- „ re de Dieu: *& que cette ſéparation totale n'arrive que dans l'autre monde.*

Pag. 67. Ex antedictis conſectarium eſſe confitetur, omnem veram cogitationem de moribus recte inſtituendis, eſſe ſupernaturalem. Ne vero ſupernaturale donum in damnatorum animis cogatur agnoſcere, (nam de dæmonibus nihil audet pronunciare:) adimendum aït damnatis, hoc lumen, quo verum a falſo ſecernimus; quo de re qualibet eamdem omnes rectamque ſententiam proferimus: reliquum in his fore tenue perobſcurumque lumen, quo carere omnino natura non poteſt. Cetero, ne ſtupidos hebeteſque concedat fore damnatos: (ſic enim neceſſe eſt

eſſe

esse, quos constat separandos esse a Deo, siquidem Deus non est nisi Lux illa, qua ratiocinamur:) aquam sibi hærere confitetur: de discrimine cogitationum naturalium a supernaturalibus satius esse minime litigare, remque totam Deo committere. *Dixiéme objection. Il s'ensuivroit donc que toutes les pensées veritables* SUR LES REGLES DES MŒURS *seroient* SURNATURELLES. *Réponse. Il semble qu'oüi. Et voici les raisons. Premierement, Quand l'Eglise demande quelque chose à Dieu, elle confesse par là que c'est à lui de la donner; & qu'elle ne sçauroit se la donner elle-mesme Or elle demande sans distinction les bonnes pensées, qui servent de regle à nos actions:* „ ut semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt „ placita & dictis exsequamur & factis. *Elle demande aussi sans distinction*, Spiritum cogitandi & recte agendi. *Elle ne dit point à Dieu*, Donnez moi des pensées que je ne sçaurois avoir naturellement. *Elle confesse donc par là, qu'elle n'en sçauroit avoir naturellement aucune.* „ Quid enim stultius, quam orare „ ut facias, quod in potestate habeas, *dit saint Augustin?*

Secondement: L'Apostre décide generalement, que „ non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. *Or saint Augustin & les autres Peres ont supposé que ces pensées, dont parle saint Paul, sont surnaturelles: autrement elles ne seroient pas capables d'estre emploiées pour établir la Grace surnaturelle. Aucun Pere n'a restreint ce passage à certain genre de pensée, & n'a prétendu qu'il y en ait de vraies touchant les mœurs, ausquelles nous suffisons....*

On dira. . . que les veritez de Morale ne sont pas moins claires que celles des Mathematiques. Or il seroit déraisonnable de croire, que pour découvrir celles-là, il fallut des lumieres surnaturelles. Cet argument ne conclut pas. Nous n'avons nulle haine pour les veritez des Mathematiques. Nous avons au contraire une aversion naturelle pour les regles de Morale: & cette aversion a esté augmentée par une infinité d'actions volontaires. Car tout consentement à la cupidité, est une action d'aversion pour la Verité. . . . . Pourquoi donc ne pourra-t'on pas dire, que nous pouvons connoitre naturellement les veritez de Mathematique, & que Dieu est toujours prest de nous éclairer sur cela, parce que nous le désirons &c.

Mais, dit-on, l'intelligence des veritez morales est inséparable de la nature de l'homme; Elle le sera encore en quelque degré en enfer: & c'est feindre un homme qui ne seroit pas homme, que de le supposer privé de toute intelligence des loix naturelles. Réponse. Faisons deux suppositions. L'une, que le degré de l'intelligence des loix naturelles qui demeurent en enfer, & que l'on peut supposer attaché à la nature, est extrémement petit: l'autre, qu'il ne s'ensuit pas de là qu'il y a un certain degré d'intelligence des loix naturelles, qui est inséparable de la nature, que tout degré d'intelligence de ces mesmes loix en soit inséparable. . . . . Pag. 71. *Quand mesme on seroit obligé d'admettre qu'on peut avoir certaines connoissances des veritez de Morale; il est toujours très-certain, que les lumieres naturelles & surnaturelles ne se distinguent point. Ainsi il faut ordinairement laisser à Dieu le discernement de l'état des ames, si leurs pensées sont naturelles, ou surnaturelles. Rien n'est plus inconnu que ce fond: & vouloir établir des regles pour les distinguer, c'est chercher à se tromper. . . . Il suffit de dire, qu'il y en a de naturelles & de surnaturelles: que c'est à Dieu à les discerner, lui seul les connoit. . . . . C'est donc par l'Ecriture & par la Tradition qu'il en faut juger. Or si l'on consulte cette regle, il n'y a point d'homme qui n'en reçoive de surnaturelles: Et cela suffit pour montrer qu'ils ont* UNE GRACE GENERALE. Sed pro gratia supernaturali, quam esse necessariam ad salutem, & ad præceptum ut oportet eo fine implendum, Scriptura & Traditio docet; quamque diversam pro varietate personarum, tentationum, & circumstantiarum diximus esse oportere; adsignat Nicolius lumen dumtaxat naturale & commune omnibus animis; nempe intelligendi vim ac penetrandi terminos, de quorum convenientia deliberatur aut repugnantia: Quam penetrationem sive cognitionem frustra contendit esse posse supernaturalem in entitate, ut sunt actus & habitus fidei, spei, caritatis, ac religionis Christianæ; cum & rationi id adversetur, nec videat ipse quomodo id defendat.

Pag. 78. Negat hominem esse quemquam, cui Deus notus non sit, ope gratiæ universalis: neminem enim unum esse, qui non Justitiam, Veritatem, Sapientiam, Legemque noverit. *Treiziéme objection. Il y a beaucoup d'infidelles*, qui ne suspicionem quidem de Deo habent. *Réponse. Cela n'est vrai que de Dieu connu comme Dieu, comme Createur, comme Souverain Estre. Mais cela n'est pas vrai de Dieu connu comme* JUSTICE, VERITE', SAGESSE, LOI. *Car Dieu s'est toujours manifesté à l'homme de cette maniere. Et si les hommes eussent bien usé de ces lumieres, il les auroit portés non seulement à cette connoissance plus claire de lui-mesme, qu'il a donnée aux plus éclairés Philosophes; mais aussi à celle qu'il donne aux Chrétiens, & qui enferme tout ce qui est necessaire au salut.* Et in fine operis, ubi de dotibus gratiæ universalis agit, pag. 104. *Cette connoissance de Dieu s'y rencontre (dans tous les hommes) dans quelque degré. Les Nations les plus barbares ont conservé* QUELQUE SENTIMENT D'HONNESTETE', DE RAISON, & DE JUSTICE: ELLES ONT TOUTES *ou* DES LOIX *ou des* COUTUMES: *qui quoi que meslées d'une infinité de superstitions & de corruption, marquent néanmoins qu'elles distinguent* ENTRE LES ACTIONS JUSTES & INJUSTES. AINSI DIEU COMME LUMIERE JUSTICE, BRILLE EN EUX. Hoc est aperte dicere, Veritatem intelligibilem, Deum esse: apparere eumdem & affulgere per se in mentibus omnium hominum, saltem ut Veritas est entium moralium: in mentibus autem Philosophorum, ut Veritas est entium etiam physicorum: quod est, inquiunt, esse etiam eorumdem effectorem & creatorem Deum.

Pag. 81. Gratiam universalem quater appellat, cognitionem qua Deus cognoscitur ut Lux, Lex, Veritas, & Justitia: hanc autem omni esse insitam homini. *La grace universelle est une petite partie des graces d'Adam. Or celles que Dieu avoit préparées à la nature innocente, outre la connoissance qu'il avoit de Dieu,* COMME LUMIERE, LOI, VERITE', JUSTICE, *elle enfermoit aussi un concours de Dieu, prest à soutenir la volonté, & à cooperer avec elle, au cas qu'elle commençast.*

C'est un principe de saint Augustin, qu'il a toujours constamment enseigné, que l'homme ne peut connoitre CETTE JUSTICE ETERNELLE, *si cette Justice ne se manifeste à lui, & si* ELLE NE BRILLE DANS SON ESPRIT. . . . . .

Il est vrai aussi que Dieu est toujours prest, au cas que (la volonté) commençast à se tourner vers Dieu, COMME LOI, JUSTICE, VERITE', SAGESSE. *Ce qui fait dire à saint Augustin,* de serm. Dom. „ in monte: Nulla est creatura, in cujus conscien- „ tia non loquatur Deus. . . . . *On conclut donc, que puisqu'il reste à l'homme. . . . les secours de mesme nature, que ceux d'Adam, outre la lumiere dont Dieu l'éclaire* COMME LOI, VERITE', JUSTICE, *en quelque degré, il y a aussi une préparation de Dieu* &c. Et pag. 89. *Vingtiéme objection. On peut se passer du principe de saint Augustin. Car il n'allegue ni Ecriture, ni tradition, pour établir* l'adjutorium sine quo. *Réponse. Cette Grace étant prise en ce sens, que* C'EST UNE LUMIERE DU VERBE, *éclairant tous les esprits* SUR LE SOUVERAIN BIEN & LA JUSTICE ETERNELLE; *rien n'est, comme on l'a montré, mieux établi*

dans l'Ecriture, & dans les Peres Grecs & Latins. Verbum iſte rurſum appellat, lucem Veritatis, qua formaliter mens illuſtratur.

Magna profecto Dei providentia factum eſt, ut Teſtamentum iſtud Nicolius condiderit. Falſi accuſatores audiremus, ſi hac probatione deſtituti, Nicolium diceremus, qualis vixit, Janſenianum ſive Atheum obiiſſe. Vox eſt publica, in priore eum immortuum eſſe hæreſi, nec ab ea umquam diſceſſiſſe, ut videri voluit, cum viros falleret, qui falli ſe haud valde curabant, dum eum ab hæreſi revocaſſe crederentur a vulgo. At contra Paſchaſium Queſnelium ſcripſit in hoc ipſo Teſtamento. Fecit ſane. Nimirum viri aſtuti intelligebant duas eſſe rationes gratiæ univerſalis defendendæ: & compertum erat ambobus, & affirmabant illi conceptis verbis neutram eſſe gratiam ſufficientem illam, quam Catholici adverſus Janſenianos alioſque heterodoxos tuentur; tametſi vellet uterque ſuam, quam propugnabat, gratiam univerſalem, ſufficientem exiſtimari. Itaque Queſnelius, qui prior ſcripſit, gratiam univerſalem non admiſit niſi objectivam & externam. Nicolius internam adjecit, quæ eſſet ipſiuſmet Verbi Dei, hoc eſt, lucidæ Veritatis agnitio, ſive manifeſtatio primorum principiorum, cum aliqua complacentia. At num propterea magis Chriſtianus Catholicus Nicolius, quam Queſnelius eſt? Et iſte tamen præter gratiam univerſalem externam, internas reipſa admittit & ſingulares; ſed quæ non ſufficiant vires ad præceptum implendum, idcirco quamlibet a Nicolio diſcrepet, eſt tamen uterque hæreticus.

Ex libro qui inſcriptus eſt,
Traité de l'Oraiſon. Paris, 1679.

Veniamus ad opus iſtius alterum, quod ei cum ſimilitudo ſtili, tum publica fama aſſerit; tametſi nomen ei ſuum apponere noluit, idcirco (opinor) quoniam in eo ſcilicet nimium eſt aperta profeſſio impietatis quam impugnamus. Titulum operi fecit, *Tractatus de Oratione:* quod verius inſcriberet, Tractatus contra Orationem: adeo ſunt Chriſtianæ precationi contraria, quæ in toto libri corpore tradit orandi præcepta. Sed non eſt hic animus alia ex eo loca decerpere, quam quæ ipſam per ſe impietatem docere palam videantur.

Libro 2. cap. 1. pag. 49. Cum Deus, ex hypotheſi impia, nihil ſit niſi Veritas & Juſtitia ipſa intelligibilis, verum præſentiæ Dei cogitandæ modum hunc dicit eſſe, ſi cogitetur nimirum, cum quidlibet aggredimur, Veritas ipſa & Juſtitia. *Que* LA VRAIE PRESENCE DE DIEU EST DE REGARDER EN TOUT CE QUE L'ON FAIT LA VERITE' & LA JUSTICE, *& de ne rien faire qui ne s'y rapporte:* DIEU N'E'TANT AUTRE CHOSE QUE VERITE' & JUSTICE: *& que toute autre preſence de Dieu peut tromper, & eſtre commune aux bons & aux méchans: mais que* CELLE-LA NE TROMPE POINT, *& ne convient qu'à ceux qui le ſervent veritablement.* Catholici dicunt, æqui verique conſiderationem longe aliam eſſe a conſideratione Dei præſentis: illa bonum opus moraliter effici; iſta, Chriſtianum & meritorium amicitiæ Dei: Et quamvis ſit illa bonis maliſque communis, nihilominus propriam Chriſtianorum eſſe; & ad unumquemque in officio continendum, in primis idoneam,

Sic quoniam Deus iſti non eſt niſi Juſtitia & Veritas, ſive Lux animorum moribus excolendis idonea, vehementer eidem displicet piæ meditationis argumentum, ex attributis Dei ſumi. Nam conſiderari Veritas non debet, niſi ut ametur; non ut timeatur: nam ſi timetur, non amatur, ſi non amatur, odio eſt. Non debet igitur in oratione Deus ſpectari, in illa nimirum hypotheſi, niſi ſub ratione Veritatis ac Juſtitiæ, ſub qua poteſt ac debet amari. Veritas ſi ſpectetur ut immenſa, nihil illa conſideratio confert ad amorem ipſius: cum Catholici e contrario dicant conferre plurimum ad amorem & reverentiam erga Deum excitandam, ſi conſideretur is ubique præſens. Nicolius, pag. 129. *Car nous ne devons pas ſeulement aimer Dieu, mais* NOUS LE DEVONS AIMER COMME VERITE', & COMME JUSTICE. *Et c'eſt dans ſes loix & ſes préceptes que cette verité & cette juſtice nous eſt découverte.* Pag. 130. *Il faut ajouter, que comme l'oraiſon nous doit fournir des lumieres pour nos actions & pour noſtre conduite, on en tire de plus directes & de plus préciſes de la conſideration particuliere des* LOIX *de Dieu, que d'une application generale à* DIEU COMME IMMENSE & INFINI, *ou de l'adoration particuliere de quelque myſtere. Car ces loix ont eſté écrites exprés pour nous ſervir de regles dans nos actions: & l'eſprit humain a moins à agir pour en tirer des concluſions particulieres: au lieu qu'il peut ſe meſler beaucoup dans les réflexions morales que l'on fait ſur* LES MYSTERES & *ſur* LES ATTRIBUTS *de Dieu.* Et libro tertio, cap. IV. docet adorationem Dei oportere eſſe ſemper cum ejuſdem amore conjunctam. Nam Veritatis adoratio ſcilicet nugatoria eſt, niſi conjuncta ſimul dilectione Veritatis: præter quam quod, ut dictum eſt, amari Veritas poteſt, timeri non poteſt.

Libro 2. cap. 2. pag. 55. Inutilem dicit eſſe orationem vocalem, niſi quæ dicuntur ore, animus intelligat. Quæ hæreſis ex atheiſmo ortum habet. Nempe ſi Deus non eſt niſi Veritas quæ lucet in mentibus, fruſtra ſane ac ſtulte eam ore invoces; multo vero magis, ſi quid ore proferas non intelligas. At Catholici, qui verum Deum norunt, ſtatuunt orationem vocalem, quæ ſit ab Eccleſia commendata, etiam a non intelligentibus prolatam, eiſdem valde prodeſſe, dummodo ſimul de Deo cogitent, cui preces offerunt: Prodeſſe autem, tum ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis; eſt enim opus laborioſum ab Eccleſia eo fine commendatum; tum ad ea impetranda, ad quæ poſtulanda eſt oratio ea inſtituta. Dictum tamen illud ſuum alibi Nicolius emolliit, ut ſuo loco dicemus.

Libro IV. cap. 3. Veritatem & Juſtitiam immutabilem, denique legem Dei, ipſum Deum eſſe. *Les Vertus ſont aimables, parce qu'elles nous ſont commandées par la loi de Dieu. Les vices ſont dignes de haine, parce qu'ils ſont contraires à cette loi. Et cette loi eſt aimable & adorable* PAR ELLE-MESME, PARCE QU'ELLE N'EST AUTRE CHOSE QUE LA VERITE' & LA JUSTICE ETERNELLE & IMMUABLE, C'EST-A-DIRE, DIEU MESME. IL N'EST DONC POINT BESOIN *d'aucun tour ni d'aucune conſequence pour nous les faire aimer.*

Cap. IV. pag. 261. Ab amore Chriſti ut homo eſt, gradum ait faciendum eſſe ad amorem Chriſti ut Sapientia & Juſtitia eſt: Deum enimvero ſeu divinitatem, Sapientiam Juſtitiamque eſſe: Amorem autem Chriſti Servatoris non eſſe ſupernaturalem, niſi cum expreſſa cognitione divinitatis, hoc eſt, Juſtitiæ & Sapientiæ, ejuſdemque dilectione juſtitiæ conjungatur, cujus exempla in Chriſto conſpicua ſunt. Hoc eſt aperte profiteri, divinitatem Chriſti, ſive Chriſtum ſecundum divinitatem, aliud nihil eſſe, præter Sapientiam ac Juſtitiam ipſam intelligibilem, quæ rationales animos Sapientes ac juſtos facit. Verba Nicolii ſunt: *Tout cela fait voir, que comme il y a des degrés dans les dons de Dieu, & que l'amour ſpirituel eſt ordinairement précedé par un amour moins ſpirituel; il faut que la pieté nous faſſe ſuivre ordinairement cet ordre, & que nous paſſions par ce degré de l'amour de Jeſus-Chriſt homme, pour parvenir à celui qui regarde plus directement Jeſus-Chriſt* COMME SAGESSE & COMME JUSTICE.

On peut dire meſme, que c'eſt en quelque ſorte mépriſer le deſſein de l'Incarnation, que de rejetter cette devo-

devotion ſenſible envers l'humanité de Jeſus-Chriſt, & de condamner la pratique de ceux qui taſchent de l'avoir preſente, en ſe le repreſentant dans quelque myſtere, comme dans ſon enfance, dans ſa vie laborieuſe & inconnuë, & principalement dans ſa croix, ſous prétexte DE S'ATTACHER A L'AMOUR DE LA VERITE' & DE LA JUSTICE, DE'TACHE' DE TOUTES LES IMAGES SENSIBLES. *Car les Peres nous enſeignent, qu'une des fins que le Fils de Dieu a euës dans ce myſtere ineffable, a eſté de s'accommoder à la foibleſſe des hommes, &* de LES ELEVER A L'AMOUR DE LA SAGESSE ETERNELLE, *en leur preſentant* CETTE SAGESSE D'EVENUE VISIBLE & REVESTUE *de l'humanité.* Sapientia & Juſtitia, quæ homines Sapientes formaliter & juſtos facit, ſpectari ſane dicitur in homine ſapiente & juſto: & per proſopopœiam dici eadem Sapientia poteſt, ut ſe aſpectabilem præberet, virum quempiam elegiſſe, cujus veluti induta carne, ſive per cujus opera plena Sapientiæ, ipſa appareret.

Pergit Nicolius: *Et il ne s'enſuit pas, que les mouvemens d'amour & de tendreſſe, que l'on peut concevoir envers Jeſus-Chriſt, en ſe ſervant de l'imagination pour ſe le repreſenter, ſoient purement naturels, de ce qu'on en peut concevoir de pareils en ſe repreſentant d'autres objets purement humains. Car qui ne ſçait que Dieu cache les operations de ſa grace ſous le voile de mouvemens qui ne paroiſſent pas manifeſtement ſurnaturels; & qu'il le fait ainſi, pour nous empeſcher d'avoir une certitude entiere qu'il agit en nous, & qu'il poſſede noſtre cœur? On doit donc croire que Dieu joint ſouvent* UN VERITABLE AMOUR *de* SA DIVINITE' *à ces mouvemens ſenſibles envers l'humanité de Jeſus-Chriſt: qu'il fait aimer Jeſus-Chriſt Dieu par Jeſus-Chriſt homme: qu'il inſinuë dans le cœur l'amour de* SA JUSTICE & *de* SA SAGESSE, *par le moien de cet amour tendre de ſa chair divine.* Negat eſſe ſupernaturalem, ut diximus, amorem humanitatis Chriſti, abſque expreſſa ſimul dilectione ejuſdem divinitatis; hoc eſt, ut interpretatur, Sapientiæ & Juſtitiæ ejus: neque enim alia ei Chriſti divinitas eſt. Quis autem certe Sapientia deſtitutam humanitatem diligat, niſi homo carnalis aut inſanus? Quis autem viciſſim hanc eſſe Chriſti divinitatem, niſi atheus, putat?

Denique pag. 264. *Il faut ſe ſervir de cet amour ſenſible pour l'humanité de Jeſus-Chriſt, pour reſiſter à l'impreſſion des objets du monde, & pour s'élever à l'amour* DE LA SAGESSE: *& meſme quelque avancé que l'on ſoit,* IL NE SE FAUT JAMAIS SEPARER ABSOLUMENT DE L'HUMANITE' DE *Jeſus-Chriſt. Il* EST TOUJOURS BON DE CONSIDERER LES VERTUS EN *Jeſus-Chriſt* DIEU & HOMME, *& de* REMONTER *à cette ſource ſacrée: parce que l'on peut trouver dans* L'HUMANITE' DIVINE *de Jeſus-Chriſt non ſeulement le lait des enfans, mais auſſi la viande ſolide des perſonnes avancées, & qui ſont parfaites en Jeſus-Chriſt, ſelon le langage de l'Apoſtre.* Hoc eſt dicere conſiderationem Chriſti tunc tantum prodeſſe, cum virtutes ipſius conſiderantur: Prodeſſe enimvero non poſſe Chriſtum niſi exemplo, ſive niſi ut Sapientia & Juſtitia eſt: virtutes autem in Chriſto homine nonniſi ipſammet divinitatem eſſe; ſiquidem divinitas, in illa hypotheſi, ipſamet formaliter Sapientia & Juſtitia eſt: unde non in Chriſto homine, ſed in homine Deo virtutes dicendæ ſunt eſſe: A virtutibus ſuis propterea habere humanitatem Chriſti ut divina ſit; ac proinde habere ipſum etiam exinde ut Deus ſit. Et deinde temere ſuſpecti Socinianæ amentiæ Janſeniani ſunt?

Capite quinto, Chriſtum nos redemiſſe ac Deo reconciliaſſe dicit, non ſolum per mortem ſuam, ſed per omnes vitæ ſuæ actiones. Recte quidem, ſi redemptio in eo poſita eſt, ut Sociniani ponunt, quod exemplum Chriſtus dederit a vitiis abſtinendi & pro virtute certandi ac pro beata vita: liberare autem cenſetur a peccatis, qui præit exemplo, viamque commonſtrat, qua ſit eundum ad beatam vitam. Nam ſingulis certe factis ſuis hoc Chriſtus docuit. Nec aliter profecto redemiſſe dicendus eſt, ſi tota Chriſti divinitas, Sapientia & Juſtitia ea eſt, qua formaliter ſapiens & juſtus fuit ut homo: quandoquidem Sapientia non poteſt prodeſſe niſi docendo. At Catholici dicunt ſola nos cum morte redemiſſe: aliter quidem potuiſſe; ſed Deum noluiſſe, qui ſanguine placari voluit. Hoc eſt enim *myſterium fidei*, ut alibi diximus. Verum ab illis Nicolius diſcedit, pag. 265. *Jeſus-Chriſt eſt adorable dans tous ſes états,* PUISQU'IL EST DIEU DANS TOUS SES E'TATS *Il eſt dans tous mediateur de Dieu & des hommes: & il a operé dans tous leur ſalut; n'y en ayant aucun dont il ne ſoit vrai de dire,* „ Deus erat „ in Chriſto mundum reconcilians ſibi. *Dieu étoit en Jeſus-Chriſt réconciliant le monde à ſoi-meſme. Car Jeſus-Chriſt ne nous a pas ſeulement* RECONCILIE'S PAR SA MORT, *mais auſſi par toutes ſes ſouffrances. Le premier acte de ſoumiſſion qu'il a rendu à ſon Pere au premier moment* DE SON INCARNATION *auroit eſté ſuffiſant* POUR OPERER *noſtre ſalut: Et il n'y a voulu joindre* TOUTES LES AUTRES ACTIONS DE SA VIE & DE SA MORT, QU'AFIN DE RENDRE SA REDEMPTION PLUS ABONDANTE, ET POUR NOUS INSTRUIRE PLUS PLEINEMENT PAR SES EXEMPLES. (Hoc eſt dicere callide, ſive dixeris redemptionem uberiorem, ſive pleniorem inſtitutionem ac doctrinam, nihil intereſſe.) *Nous lui devons donc dans tous ſes états nos adorations, nos hommages & nos reconnoiſſances. Nous devons le regarder en tous,* COMME NOUS Y AIANT DELIVRE'S DE NOS PECHEZ, COMME NOUS Y AIANT RETIREZ DE L'ENFER, COMME NOUS Y AIANT MERITE' LE CIEL. *Non ſeulement* IL Y *a operé le ſalut des hommes en general, mais il nous y avoit en particulier dans l'eſprit, il nous a deſtiné ſes graces, & en particulier celle par laquelle il nous donne la volonté & le tems de conſiderer ce myſtere ce jour-là meſme. Il a eu* EXPRESSE'MENT INTENTION DE NOUS LA MERITER. *Et ce que nous faiſons en l'adorant & le priant, eſt un effet de l'application qu'il a euë à nous. . . . Jeſus-Chriſt, dit ſaint Auguſtin, epiſt. 3. eſt* VENU POUR INSTRUIRE & POUR SECOURIR LES HOMMES. In magiſterium & adjutorium. *Il nous a inſtruits non ſeulement par ſes paroles, mais auſſi* PAR SES ACTIONS. Adjuvit docendo ſcilicet; nec ſolum omnes univerſim: ſed voluit præterea myſteria vitæ ſuæ prodeſſe nominatim ſingulis electis ea attente contemplantibus, quos & prævidit id eſſe facturos. Itaque quod pie Chriſtum cogitamus, fructus hic eſt voluntatis illius. Voluntas enim Chriſti, & intentio, qua voluit myſteria ſua prodeſſe electis ſingulis, cauſa, inquit, occaſionalis eſt, cur Deus hanc nobis mentem injiciat. Non immittit enim Deus pias cogitationes vel pios affectus in mentes electorum, niſi quia vult eſſe ſalvos quos Chriſtus vidit eſſe ſalvandos, & quia vult ei ſimiles ejuſque myſteriis coſdem eſſe.

Cap. v. pag. 270. *Ce qu'il y a encore de plus terrible, c'eſt que* CES GRACES DES MYSTERES, QUI NOUS ONT ESTE' OFFERTES, *ſe tourneront contre nous, ſi nous n'avons ſoin de préparer & d'ouvrir noſtre cœur pour les recevoir. Si elles ne nous attirent au Ciel, elles deviendront un poids qui nous abiſmera dans l'enfer. Jeſus-Chriſt nous demandera compte* DE SON INCARNATION, DE SA NAISSANCE, *de toute ſa vie,* DE SA MORT, DE SON ASCENSION, DE L'EFFUSION DE SON ESPRIT. *Tout cela* NOUS A ETE' OFFERT. *Il n'y a que la dureté de noſtre cœur, qui nous ait empeſché de puiſer*

ſer une abondance de graces dans ces ſources ſacrées qui nous ont eſté ouvertes; & cette dureté ne ſera pas une excuſe devant noſtre Juge. Gratiæ myſteriorum iſtæ, quas tantopere etiam Queſnelius exaggerat, gratiæ mere externæ ſunt, quæ tantum docendo proſunt, quæ non dantur hominibus, ſed (ut iſte dicit plus ſemel) offeruntur ſolummodo. Et cum eæ gratiæ tantum docendo poſſint prodeſſe, tantum prodeſt incarnatio, inquit, quæ docet Sapientiam habitare in carne poſſe, tantum Aſcenſio Chriſti & Pentecoſte ipſa prodeſt, quam Chriſti mors. Et non eſt ſimilis Socino Nicolius?

Cap. VI. de Euchariſtia, quod ille cum tota factione Janſeniana non audet metu rogi aut lapidationis aperte dicere, id occulte & vafre & quadam circuitione ſuggerit. Nam dum eamdem ei adorationem tantum deferendam eſſe pronunciat, quæ Evangelio ipſi defertur: (quo de argumento prolixa etiam disputatio præfixa eſt Novo Teſtamento Montenſium:) & cum deinde ſubjicit, adorationem eam eſſe, quæ ſummæ Veritati debetur; perſpicue profitetur, quoniam Deum haud alium agnoſcit præter Veritatem, Deum Chriſtumque non eſſe in Euchariſtia, niſi quoniam ibi, ut in Evangelii codice, præſens Veritas ſit; in Euchariſtia quidem loquens & docens per Symbola; in Evangelii codice, per verba quæ leguntur. Hic ſcopus iſtius orationis eſt, pag. 272. *On peut ſe ſervir à peu prés de la meſme methode pour méditer les paroles de Jeſus-Chriſt, que pour méditer ſes myſtéres. . . . Il les faut donc écouter avec un profond abaiſſement de noſtre cœur, & avec l'*ADORATION DUE A LA SOUVERAINE VERITE'. *Car l'on peut dire de ces paroles ce que ſaint Auguſtin a dit de l'Euchariſtie;* QU'ON NE S'EN DOIT POINT NOURRIR, SANS LES AVOIR AUPARAVANT ADORE'ES. *Et c'eſt pourquoi les Conciles ſe ſervent de cette expreſſion:* „ ſancta & ADORANDA „ verba ſcripturarum.

Eo ſpectat & quod ſæpiſſime occinit iſte cum ſuis, nutriri nos Veritate: pag. 274. ON SE NOURRIT DE LA VERITE' *en la recevant avec docilité & avec reſpect.* Nempe ut cibum Corporis Chriſti, cibum eſſe tantum Veritatis ſuadeat, quæ ex contemplatione Symbolorum, quemadmodum & ex pia commentatione verborum Evangelicorum nutrire mentes ſolet, hoc eſt, excolendis moribus ſalutaria ingerere monita.

Huc illa pertinet inſolita prorſus, nec Catholica ſane oratio, qua docet Triplicem eſſe communionem, ſive tergeminum eſſe communicandi modum, adorata Veritate, quæ tum ſub Symbolis panis & vini, tum in Evangelii codice, tum in myſteriis denique vitæ & mortis Chriſti occulta eſt. Communicari igitur Chriſto in his tribus poſſe, quoniam in his poteſt Chriſtus adorari, etiam ubi adeſſe eum non perfecte agnoſcimus. Sufficit enim noſſe ibi eum eſſe, ut adoretur: adorari autem ipſum idem eſſe atque communicari ei. Sufficit, exempli gratia, noſſe veritatem eſſe in Evangelii codice, ut adoretur ea, etiam ab his qui eam ibi non intelligunt. Sufficit ſimiliter, inquit, noſſe Veritatem, quæ Deus & Chriſti divinitas eſt, ſub Symbolis contineri, ut ibi adoretur; quamvis illa expreſſe Veritas mente non percipiatur. Itaque communicatur altari, (ſic enim loquitur) etſi Veritas, quæ ſub Symbolis continetur, non intelligitur: ſicuti communicatur Evangelio, quamvis Veritas in eo contenta non ſit ſatis animo comprehenſa. Nam & verba præſertim obſcuriora Evangelii, Chriſtum ſeu Veritatem, ut Symbolo panis & vini, obvelant & tegunt: ad communicandum autem, inquit, cibumve ſumendum ex Euchariſtia & ex Evangelio, fides ſola ſufficit. Communicat igitur Veritati, quæ Chriſti divinitas eſt, quiſquis Veritatem ſub Symbolis ſive panis & vini, ſive verborum Evangelicorum intelligit ac videt. Communicat etiam, quisquis etiamſi nec intelligat aut videat Veritatem, credit tamen ſub his integumentis latere. Non hæc, amabo, tota quanta eſt oratio, Calviniana eſt? Sic certe Nicolius, pag. 281. cap. VII. *Mais quand meſme on ne parviendroit pas à l'intelligence de ces paſſages* (de l'Ecriture) *on peut s'édifier & ſe nourrir de ce qu'on ne les entend point. Et c'eſt ce qu'un auteur de ce tems a fort bien montré dans un Traité intitulé,* DES TROIS COMMUNIONS. . . . „ *A Dieu ne plaiſe, dit-il,* „ *que ce qu'il y a de relevé & d'obſcur dans l'Ecritu-* „ *re, ne ſoit utile qu'aux ſavans, & ne ſerve qu'à* „ *exercer l'intelligence des perſonnes éclairées* SI „ NOUS AVONS DE LA FOI, NOUS POUVONS „ COMNUNIER PAR TOUT, PARCE QUE „ NOUS POUVONS ADORER *Jeſus-Chriſt* PAR „ TOUT, *& dans les endroits meſmes ou nous ne pou-* „ *vons penetrer dans l'obſcurité des voiles qui* NOUS „ LE COUVRENT. *Il ſuffit de l'aimer, & de ſça-* „ *voir qu'il y eſt, pour l'adorer:* IL SUFFIT DE „ L'ADORER POUR Y COMMUNIER. . . . . „ *Comme donc* ON NE LAISSE PAS DE COMMU- „ NIER A L'AUTEL, *quoi qu'on ne voie pas le corps* „ *de Jeſus-Chriſt;* ON NE LAISSE PAS AUSSI „ DE COMMUNIER AUX PAROLES DE L'E- „ CRITURE, *quoi qu'on ne les entende pas: & qu'on* „ *n'y découvre* LA VERITE' QU'ELLE REN- „ FERME, QUI EST *Jeſus-Chriſt*, QUE PAR „ LA FOI: QUI SUFFIT E'GALEMENT „ POUR SE NOURRIR DE LA SAINTE EU- „ CHARISTIE *& de* l'ECRITURE. Latet, inquit, Chriſtus, ſeu Veritas, ſub verbis Evangelicis: ſic latet Chriſtus ſub Symbolis panis & vini. Crede Veritatem utrobique latere, quamvis quæ ſit ea non intelligas; & adora: tunc communicaſti. Communicatur enim Evangelio, ut & altari, ac viciſſim; per ſolam fidem. Quis non omnino hebes non animadvertit, Communionem dici nove etiam de Evangelio, ut nihilo magis in altari, quam in Evangelio, aut alius utrobique Chriſtus, quam Veritas, quæ per verba vel ſigna externa concipitur, intelligatur?

Cap. VI. Ethnicos aït agnoviſſe quidem legem æternam, ejuſdemque pulchritudinem eſſe admiratos; ſed minime eos conſideraſſe, ſtaturos ſe aliquando ante tribunal Veritatis. Itaque Deum hos cognoviſſe quidem, ſiquidem legem hanc agnovere; ſed non ut Deum glorificaſſe; quoniam hanc legem ſuum fore judicem non putarunt. Pag. 275. *Les Païens ont connu pluſieurs veritez de la* LOI ETERNELLE; *mais ils ne les ont pas regardées comme leur juge. Ils en ont fait un ſujet d'entretien: ils les ont conſiderées* COMME QUELQUE CHOSE DE BEAU *& d'excellent. Ils ont cru que le bien des Eſtats, & l'excellence meſme de chacun des hommes en particulier demandoit qu'on les obſervaſt. Mais ils n'ont jamais penſé qu'ils ſeroient jugez par ces veritez: qu'ils auroient à paroiſtre devant* LE TRIBUNAL DE LA VERITE'; *& que toutes leurs actions ſeroient examinées ſelon* CES REGLES ETERNELLES & INFLEXIBLES. *C'eſt pourquoi l'on peut dire d'eux à cet égard, ce que ſaint Paul dit en general, qu'*AIANT CONNU DIEU, *ils ne l'ont pas glorifié:* PARCE QU'ILS N'ONT PAS REGARDE' SA LOI COMME LEUR SOUVERAIN JUGE. Nec pro Deo legem, nec pro ſummo Judice Catholici, ſed Athei tantum certi generis habent. Catholici Deum legis auctorem ac vindicem timent.

Cap. XI. pag. 307. TOUTE NOSTRE EXCELLENCE CONSISTE DANS LA PENSE'E. *C'eſt ce qui nous éleve au deſſus des creatures qui en ſont privées.* C'EST DANS LA PENSE'E QUE CONSISTE L'IMAGE DE DIEU. Triplicem errorem iſtum; (& animam nimirum humanam nihil niſi cogitationem eſſe; & belluas omni cognitione carere; & in cogitatione poſitam eſſe imaginem Dei;) ortum habere ex impietate jam ſuperius oſtendimus.

Libro

Libro VI. cap. I. (Multa enim præterimus, quamvis ob hæreſes digna notatu, circa redemptionem Chriſti, aliaque Religionis capita. Pauca tantum attingimus, quæ ſunt facilioris intelligentiæ, ex iis in primis, quæ ad naturam Dei ſpectant immediate.) Sic ille igitur, loco citato, in titulo : *Que nous ne devons proprement demander à Dieu que Dieu mesme, ſelon les Peres.* Et pag. 383. *C'eſt donc* DIEU MESME *qu'il faut* DEMANDER A DIEU : *puisque c'eſt Dieu ſeul qu'il faut aimer, & que c'eſt de Dieu ſeul qu'il faut joüir. Mais qu'eſt-ce que demander Dieu à Dieu? C'eſt demander de lui eſtre uni. C'eſt demander de poſſeder ſa juſtice, ou plutoſt que ſa juſtice nous poſſede. Et qu'eſt-ce que demander de poſſeder la juſtice, ou d'eſtre poſſedé par elle? C'eſt demander de l'aimer parfaitement, de lui eſtre parfaitement conforme, de n'avoir rien en nous qui lui ſoit contraire.* A Juſtitia certe & Veritate intelligibili, hæc ſi Deus eſt, frustra panem petas; fruſtra quidquam aliud præter ipſam, præter arctam conjunctionem cum ipſa.

Cap. IV. amorem Dei eſſe definit, amorem Juſtitiæ; ſiquidem hæc, inquit, Deus ipſe eſt. Fieri autem negat poſſe ut vere ametur Deus ſpe alicujus commodi; quoniam ratio vetat amari Juſtitiam ſpe commodi alicujus: quoniam eſſet illud non Juſtitiam amare, ſed commodum. Pag. 403. *Il n'y a point d'idée qui nous repreſente mieux l'amour de Dieu comme dégagé de tout intereſt humain, que celle par laquelle* EN CONCEVANT DIEU COMME JUSTICE SOUVERAINE, *nous concevons* L'AMOUR DE DIEU, *comme* L'AMOUR DE CETTE JUSTICE. *Car il eſt impoſſible que* L'AMOUR DE LA JUSTICE *ſoit intereſſé : puisqu'il eſt injuſte que nous rapportions Dieu à nos intereſts; & que la juſtice nous preſcrit au contraire de rapporter toutes choſes à Dieu, & principalement nous-mesmes. Cependant il eſt clair, que* CETTE JUSTICE SOUVERAINE QUI EST DIEU MESME, *& dont l'amour par conſequent eſt l'amour de Dieu, nous oblige de deſirer la beatitude, & de ne vouloir pas eſtre malheureux éternellement. Car elle ne nous commande pas ſeulement d'aimer Dieu; mais elle nous commande de deſirer de l'aimer* ETERNELLEMENT & PARFAITEMENT, PUISQU'IL EST JUSTE QUE NOUS L'AIMIONS EN CETTE MANIERE; & QU'IL EST INJUSTE OU QUE NOUS CESSIONS *de l'aimer, ou que nous ne deſirions pas de l'aimer parfaitement.* Si Deus nimirum non eſt niſi ipſa formaliter Juſtitia intelligibilis & æterna quæ rationales animos juſtos facit, oportet illam univerſaliter amari, & hunc amorem eſſe perpetuum illa pro ſuo jure poſtulat, & propter ſe quidem amari denique poſtulat, non propter aliquod commodum, ut diximus. Unde ſequitur omnem Dei amorem, qui concupiſcentiæ dicitur, pravum eſſe; & omnia infidelium opera, etiam bona quoad ſubſtantiam, eſſe peccata: cum non fiant ex deſiderio ſemper ſectandæ juſtitiæ, ſive ex amore Juſtitiæ univerſalis, (ſiquidem non illam pro Deo non habent, ut ſupponitur, nec immortalitatem credunt animorum,) ſed ex motivo tantum peculiaris alicujus virtutis, qua ſe volunt eſſe exornatos. Catholici docent e diverſo, poſſe amari Deum, hoc eſt, obſequium aliquod exhiberi Deo ſpe commodi alicujus, ſive temporalis, ſive ſpiritalis, obtinendi a Deo, quoniam utriuſque largitorem Deum ſolum agnoſcunt, & ſic agnoſci ſe velle eum credunt. Opera vero bona infidelium negant eſſe peccata, tametſi ad Juſtitiam univerſalem non referuntur, nec fiunt ex amore illius. Quoniam verus Deus non illam Juſtitiam univerſalem ſectandam proponit; ſed ſingula præcipit opera recte fieri, hoc eſt, nullo fine pravo aliave circumſtantia corrumpi; ac ſi quidem ita fiant, etiamſi propter ipſum non fiant, ſed propter præcepti cujuſque æquitatem, nihil in ſingulis operibus præciſe ſpectatis ultra deſiderat, ut ea moraliter bona eſſe cenſeat. Cetera in eo opere hæretice dicta, quæ ſunt plurima certe, in aliud tempus exeutienda differimus.

Ex opere inſcripto,
Lettres choiſies écrites par feu Mr. Nicole, Auteur des Eſſais de Morale, à Liege, 1702.

Unicum ex hoc opere teſtimonium exhibemus, quo quem Deum Nicolius ſemper agnoverit, manifeſtum fiat. *Lettre* XIII. pag. 81. *Il eſt certain que la fin immediate & directe de chaque action Chrétienne, eſt de la faire dans la veuë de* LA LOI *& de la* JUSTICE ETERNELLE, *qui la commande. Car chaque action a* SA REGLE : *& c'eſt par la conformité à cette* REGLE, *qu'elle eſt bonne : ce qui ne s'entend pas ſeulement des devoirs importans, mais des moindres actions Chrétiennes.* IL Y A UNE VERITE', UNE LOI, UNE REGLE EN DIEU, *qui preſcrit aux Chrétiens de quelle maniere ils doivent manger, boire, dormir, converſer, marcher, rendre des civilitez aux autres hommes. C'eſt par la conformité à* CETTE REGLE *que ces actions ſont bonnes :* & FAIRE SES ACTIONS POUR DIEU, N'EST AUTRE CHOSE QUE DE LES FAIRE POUR L'AMOUR DE CETTE LOI, & DE CETTE VERITE' QUI LES PRESCRIT : PAR CE QUE CETTE LOI ET CETTE VERITE' SONT DIEU MESME. Catholici Atheos eſſe jure cenſent eos, qui Juſtitiam univerſalem illam, quæ regula eſt actionum humanarum, pro Deo habent: & quæ ſunt huic regulæ conſentanea opera, ea non Chriſtiana, ſeu meritoria vitæ æternæ eſſe ducunt, ſed tantum bona moraliter.

Ex libro inſcripto,
Inſtructions Theologiques & Morales, ſur le Symbole,
par feu M. Nicole. Pariſ. 1706.

Tomo I. pag. 17. *Puisque nous devons adorer Dieu, il faut d'une part taſcher de s'en former une idée veritable, de peur d'adorer un phantôme, & une fiction de noſtre imagination, au lieu de Dieu.* Objiciunt iſtud Catholicis omnes Athei, quibus Deus non placet, niſi Ratio, Juſtitia, & Veritas intelligibilis, ut jam ſuperius obſervavimus.

Pag. 39. cap. VII. *D. Eſt-il important de comprendre en quel ſens Dieu eſt la* VERITE', LA SAGESSE, & LA JUSTICE, & LA LUMIERE? R. *Oüi, parce que ce ſont les idées* LES PLUS SPIRITUELLES & LES PLUS DE'GAGE'ES DES PHANTOMES CORPORELS, *que nous puiſſions avoir de Dieu; & l'objet de l'amour le plus pur, le plus deſintereſſé, & le plus ſpirituel que nous puiſſions avoir de lui. Il eſt à craindre qu'en concevant Dieu ſous des images corporelles, comme eſt celle d'une lumiere infinie, nous ne venions* A EN FAIRE UNE IDOLE, *en le croiant ſemblable à ces images. Mais on n'eſt pas dans ce danger, en le concevant comme* VERITE', *comme* SAGESSE, *& comme* JUSTICE, *parce que ces idées n'ont rien de corporel, quoi qu'en la maniere que nous les concevons, elles ſont infiniment au-deſſous de ce que Dieu eſt.*

D. Comment faut-il entendre que Dieu eſt LA VERITE'? R. . . . . *Il faut concevoir que toute verité, quelle qu'elle ſoit, eſt connuë de Dieu, & ſubſiſte en Dieu éternellement par l'idée qu'il en a. Or cette idée étant Dieu mesme, il s'enſuit que* DIEU EST LA VERITE', *& que* LA VERITE' EST DIEU. In Veritate univerſali, inquit, quæ Deus eſt, veritas quælibet ſingularis continetur, & ab ea proinde cognoſcitur, & approbatur. Quod ſi cognoſcitur autem, ideam illius habet eminenter: & quod habet Deus, Deus eſt. Sic idea omnium veritatum ſeu Veritas univerſalis Deus eſt, & Deus illa Veritas univerſalis eſt.

Pag. 41. *D. Saint Auguſtin n'enſeigne t'il pas que* LES VERITEZ MATHEMATIQUES, (*comme Tout nombre eſt pair ou impair, Les trois angles de tout triangle ſont égaux à deux angles droits,*) *ſont éternelles & immuables,* SONT DIEU MESME, *& qu'ainſi* CELUI QUI CONNOIT CES VERITEZ MATHEMATIQUES, CONNOIT DIEU? R. *Cette* DOCTRINE *auroit beſoin de grands éclairciſſemens. Mais il ſuffit de ſçavoir que les idées que Dieu a de ces veritez Mathematiques, ſont Dieu mesme: ſoit que* CES VERITEZ SOIENT QUELQUE CHOSE DE DIFFERENT DE CES IDE'ES, *ſoit que ce ſoit* LA MESME CHOSE. Callide admodum & miro orationis artificio docet, veritates etiam Mathematicas quaſlibet, dici ipſas eſſe, quæ vocantur ideæ Dei, poſſe, Deumque ipſum: ac ne doctrina ea impietatis arguatur, niti eam auctoritate Auguſtini ait.

Ibidem: D. *Comment faut-il entendre que* L'ON VOIT TOUTES CHOSES DANS LA VERITE'. Dignæ ſane quæſtiones, quæ in explicatione Symboli proponantur, ſi explicari ab Atheis Symbolum neceſſe eſt. R. C'EST ENCORE UNE DOCTRINE DIFFICILE, & QU'IL N'EST PAS BESOIN DE PENETRER. *Il ſuffit de ſçavoir, que lorsque nous* CONCEVONS QUELQUE CHOSE DE VRAI, *il faut que Dieu éclaire noſtre eſprit, & qu'il y produiſe* UNE CERTAINE LUMIERE *qui le perſuade, & le convainque de la verité de ce qui lui eſt montré.*

Pag. 42. *D. Doit-on étendre cela à toutes* LES VERITEZ, MESME NATURELLES? R. *Saint Auguſtin ſemble, l'avoir étendu à toutes les veritez. Mais il eſt certain* AU MOINS *que les verités de la* LOI ETERNELLE *ne ſont connuës des hommes, qu'autant que Dieu le leur manifeſte en éclairant leurs eſprits. . . .*

D. Quelle conſequence devons-nous tirer de ce que DIEU EST LA VERITE'? R. 1o. *Que tout menſonge étant contraire à ce que Dieu connoiſt, eſt oppoſé* A L'ESTRE DE DIEU, *parce que cette connoiſſance eſt Dieu mesme.* Hoc ſi ita eſt, & ſi Juſtitia univerſalis Deus eſt, nullum eſt peccatum, quod non eſſentiæ ipſi divinæ opponatur; nullum enim non injuſtum eſt. R. 2°. *Qu'*AIMER LA VERITE', C'EST AIMER DIEU, *parce que c'eſt aimer ce que Dieu juge & connoit.* Veritas univerſalis, inquit, omne verum novit & approbat. Hæc veri notitia in Deo Deus eſt, hoc eſt, in Ente univerſali & indefinito Veritas ipſa indefinita & univerſalis eſt. Ita qui verum quodcumque amat, Deum amat.

Pag. 46. *D. Tout peché eſt-il contraire tout enſemble à la verité, à la ſageſſe, & à la juſtice de Dieu?* R. *Oüi. Car tout peché eſt fondé ſur un faux jugement, que ce que l'on fait eſt raiſonnable, ce qui eſt contraire à la Verité. Par tout peché on préfere ce qui eſt moins eſtimable, à ce qui l'eſt plus: ce qui eſt contraire à la ſageſſe. Par tout peché l'on viole quelque devoir, auquel Dieu nous oblige: ce qui eſt contraire à la Juſtice.*

Pag. 68. *D. Pourquoi dit-on que Dieu eſt particulierement* DANS LES CIEUX? R. *On le dit, premierement parce que les Cieux ſont particulierement admirer la grandeur de Dieu. 2°. Parce qu'il reſide & opere d'une maniere particuliere dans les ames juſtes, qui ſont dans les cieux.* Valet hæc utraque ratio ſane, ſi Deus non eſt niſi Sapientia intelligibilis. Nam & opus eximium Sapientiæ ſunt cæli. Unde ſcriptum eſt, *Qui fecit cælos in intellectu.* Et juſti cælites Sapientiores ſunt, quam qui adhuc in terra degunt. At Catholici, qui verum Deum colunt, non hunc dicunt eſſe præcipue in cælo, aut ibi magis eſſe quam hic ubi ſumus. Tantum dicunt in precibus commemorari præſertim hanc Dei dotem, Qui es in cælis, ipſiusmet Dei juſſu, nimirum volentis ut aſſueſcat humana mens Altiſſimum revereri: quoniam ſolet homo quidquid eſt ſublime vereri; & ut intelligat ita Deum ibi eſſe, ut ſi per impoſſibile alibi nusquam eſſet, inde nos tamen ipſe proſpiceret, ut facit, & noſtras preces audiret. Id quod de Deo ſuo, de Sapientia ſua, & Veritate, ac Juſtitia intelligibili, Nicolius dicere cum omni ſua ſecta non poteſt.

Pag. 70. *D. A quoi s'étend la ſcience de Dieu?* R. *Elle s'étend à tout. . . . . Ainſi l'on dit qu'il voit les choſes poſſibles dans ſa toute-puiſſance. . . . tout ce qu'il veut faire, dans le décret par lequel il le veut faire. Mais pour les pechés des hommes ou des Anges, dont il n'eſt pas cauſe, & qui dépendent de leur liberté, il les voit d'une maniere inconcevable,* QU'ON APPELLE LES VOIR DANS SON ETERNITE'. *Car* CETTE ETERNITE' RE'PONDANT TOUT A LA FOIS A TOUTES LES DIVERSES PARTIES DU TEMS *paſſé, preſent, & futur: il voit tout ce qui arrive dans ces differens tems. Mais il vaut mieux embraſſer humblement tout ce que la foi nous enſeigne ſur ce point, que de le vouloir penetrer par noſtre foible intelligence.* De falſa iſta Æternitatis notione, quam Athei amplectantur, jam ſuperius diximus, ad Queſnelium. pag. 110.

Pag. 139. *D. En quel état les Anges ont-ils eſté creés?* R. *Ils ont eſté creés dans la verité, puiſqu'il eſt dit du démon, qu'*il n'eſt pas demeuré ferme dans la verité: In veritate non ſtetit. *Or on ne peut eſtre dans la verité, que par l'amour de la verité: Il a donc* AIME' LA VERITE', C'EST-A-DIRE, QU'IL A AIME' DIEU. At Veritas apud Joannem eo loci, verus Dei cultus, non Deus ipſe eſt. Sed abuti ſacris ipſis codicibus familiare huic homini & huic hominum generi eſt.

Pag. 174. *En quoi conſiſte l'eſtre de l'homme?* R. *En un corps & une ame, unis enſemble d'une maniere incomprehenſible.* D. *Pourquoi dites-vous que cette union eſt incomprehenſible?* R. *Parce que cette union conſiſte d'une part, en ce que l'ame a le pouvoir de remuër les parties de ſon corps ſelon ſa volonté; & de l'autre, en ce qu'elle a certains ſentimens, certaines perceptions, certaines penſées* A L'OCCASION *des mouvemens qui ſe paſſent dans le corps. Or nous ne ſçaurions comprendre ni comment un eſprit qui n'a que des actions ſpirituelles,* PEUT REMUER *un corps & le déplacer; ni comment les mouvemens d'un corps peuvent exciter des penſées & des ſentimens dans un eſprit. De ſorte que* CEUX QUI EN PARLENT LE PLUS RAISONNABLEMENT, SE REDUISENT A DIRE, QUE C'EST DIEU QUI REMUE LE CORPS, QUAND L'AME LE VEUT REMUER: QUE C'EST DIEU QUI IMPRIME CES SENTIMENS, CES PERCEPTIONS, CES PENSE'ES DANS L'ESPRIT, QUAND LE CORPS EST REMUE'. Nova Philoſophia atheïſmi ancilla & filia eſt. Nam hoc in primis caput ex impietate quemadmodum oriatur, jam ſuperius oſtendimus.

Pag. 200. Nam præcipua tantum loca & ex his etiam pauca ſeligimus. D. *Quel eſt le troiſiéme avantage de l'état de l'innocence?* R. *C'eſt qu'Adam n'étoit point comme nous aſſujetti à la neceſſité de* NE VOIR PRESQUE JAMAIS LA VERITE' *que dans des images, & par le moien des phantômes corporels.* IL LA VOIOIT IMMEDIATEMENT & EN ELLE MESME. *Car le beſoin que nous avons d'*IMAGES, DE SACREMENS, DE SIGNES CORPORELS *dans la vie preſente, n'eſt point de la nature de l'homme: c'eſt la punition de ſon peché. . . . Il avoit trois differentes connoiſſances, dit Hugues de ſaint Victor: l'une par laquelle il voioit le monde exterieur, & c'eſt l'œil de la chair: l'autre, qui eſt la raiſon, par laquelle il ſe voioit ſoi-mesme. Et la troiſiéme, par laquelle* IL VOIOIT DIEU EN LUI-MESME, *& c'eſt la contemplation. C'eſt ce que ſaint Auguſtin dit. . . .*

de

de Gen. ad litt. lib. 2. cap. IV. . . . *Ainſi l'homme dans le Paradis,* SE NOURRISSOIT DU VERBE, COMME LES ANGES, *&* IL CONNOISSOIT LA VERITE' ETERNELLE, COMME LES ANGES LA CONNOISSENT, *ſans l'aide d'aucunes images corporelles. Et c'eſt par cette raiſon que ſaint Bernard dit, qu'il étoit en cet état participant de la ſocieté des Anges.* SON E'TAT N'E'TOIT PAS UN E'TAT DE FOI, *mais de contemplation. Car, comme dit Hugues de ſaint Victor, ceux qui voient par la foi, voient une image : ceux qui voient par la contemplation, voient la choſe meſme. Ceux qui ont la foi,* ONT DES SACREMENS *&* DES SIGNES; *ceux qui ont la contemplation, ont la choſe meſme. Auſſi cet Auteur ne craint-il point d'attribuer à Adam la vuë de Dieu preſent :* viſionem præſentis Dei: *mais d'une maniere bien differente en clarté de celle dont jouiront les bienheureux : & qui n'eſt qu'une intelligence lumineuſe, qui tient le milieu entre la viſion des bienheureux & la foi des voiageurs. C'eſt pourquoi Adam avec cette vuë* DE DIEU *étoit capable de déchoir, & eſt déchu effectivement.* Nimirum ſi Deus & Verbum non eſt niſi Veritas intelligibilis, & nos excidiſſe dicendi ſumus in ignorantiam, reſtituendique poſt reſurrectionem in priorem ſtatum, ut volunt; oportet in Adamo fuiſſe perfectam intelligentiam veri, ac proinde viſionem Dei in ſe ipſo & immediatam; nec per fidem ipſum ambulaſſe, ſed per intuitivam contemplationem : & fuiſſe ipſi, ut Angelis, pro cibo Veritatem ipſam, hoc eſt, ut interpretantur, Verbum ipſum. Quod ſane dictum hæreticum eſt & ex impietate ortum. Quemadmodum & quod iſte obiter adjicit ; nos qui per fidem ambulamus, egere Sacramentis, quæ ſint imagines & ſigna rerum, non res ipſæ. Neque enim Sacramentis egemus in Chriſtiana religione, ut ſignificent rem ipſam, ſed ut nos ipſa ſanctificent ; non quia ſignificant, ſed quia operantur. Neque enim operantur ea, quia ſignificant, hoc enim eſſet operari excitando fidem & attentionem mentis, quod eſt ſigni proprium : ſed ſi operantur quod ſignificant, non operantur ſignificando.

Pag. 206. *D. Avoit-il beſoin de quelque grace pour ſe conſerver dans cette bonne volonté ? . . . . D'où vient ce beſoin de grace dans une nature ſi parfaite?* R. *Elle vient de ce que la nature eſt eſſentiellement dépendante de Dieu pour bien vivre : parce que dit ſaint Auguſtin, elle n'a pas eſté faite pour pouvoir ſe paſſer du ſecours de Dieu. Afin que l'homme demeuraſt dans la* VERITE', *il falloit que* LA VERITE' L'E'CLAIRAST. OR CETTE VERITE' E'TANT DIEU MESME, *elle n'éclaire les hommes que par un bienfait tout gratuit & tout libre.* Veritas, inquit, qua formaliter illuſtramur, Deus eſt.

Pag. 224. *D. On peut donc prouver le peché originel par des* PREUVES NATURELLES. R. *Saint Auguſtin l'a ſouvent prouvé : Par la concupiſcence, qui étant* UN DESIR DU PECHE', *ne peut avoir Dieu pour auteur : Par la guerre que l'homme eſt obligé de ſoutenir contre lui-meſme pour y réſiſter*, &c. Certe ſi Deus non eſt niſi Veritas intelligibilis & Ratio univerſalis, nihil in Religione eſt, quod non lumine ipſo rationis probari poſſit ac debeat. At Catholici peccatum originale ſola fide cognoſci cenſent: concupiſcentiam (ſed abſque inordinatione) a Deo eſſe, qui militiam voluit eſſe vitam hominis ſuper terram: nec eſſe concupiſcentiam deſiderium peccati, ſed propenſionem ſolummodo in bonum ſenſibile, quod amare abſque omni peccato licet, eo tantum excepto quod lex vetat, quamquam & iſtius etiam appetitus, (quæ inordinatio concupiſcentiæ eſt) ſi quidem ſit indeliberatus & abſque voluntatis conſenſu, peccato vacat.

Pag. 228. *D. Comment le peché d'Adam a-t'il pu paſſer à ſes enfans ?* R. *Il ne faut pas prétendre qu'on puiſſe donner beaucoup de lumiere ſur une choſe ſi incomprehenſible. Voici ce qu'on en peut dire de plus probable. L'experience fait voir que* LES INCLINATIONS *des peres ſe communiquent aux enfans : & que* LEUR AME VENANT A ESTRE JOINTE *à la matiere qu'ils tirent de leurs parens, elle conçoit des* AFFECTIONS *ſemblables à celles de l'ame de ceux dont ils tirent la naiſſance : Ce qui ne pourroit eſtre, ſi le corps n'avoit certaines diſpoſitions, & ſi l'ame des enfans n'y participoit* EN CONCEVANT DES INCLINATIONS *pareilles à celles de leurs peres & de leurs meres, qui avoient les meſmes diſpoſitions de corps. Cela ſuppoſé, il faut concevoir qu'Adam en pechant ſe précipita* AVEC UNE TELLE IMPETUOSITE' DANS L'AMOUR DES CREATURES, *qu'il ne changea pas ſeulement ſon ame; mais qu'il* TROUBLA L'ECONOMIE DE SON CORPS, *qu'il y imprima les* VESTIGES DE SES PASSIONS: *& que cette impreſſion fut infiniment plus forte & plus* PROFONDE, *que celles qui ſe font par les pechés, que les hommes commettent preſentement. Adam devint donc par là incapable d'engendrer des enfans, qui euſſent le corps autrement diſpoſé que le ſien. De ſorte que les ames étant jointes, au moment qu'elles ſont creées, à ces corps corrompus,* ELLES CONTRACTENT LES INCLINATIONS CONFORMES AUX TRACES *&* AUX VESTIGES IMPRIMEZ DANS CES CORPS: ET C'EST AINSI QU'ELLES CONTRACTENT L'AMOUR DOMINANT DES CREATURES, *qui les rend ennemies de Dieu.*

D. *Mais pourquoi les ames, qui ſont des ſubſtances ſpirituelles,* CONTRACTENT-ELLES *certaines inclinations, à cauſe de certaines diſpoſitions de la matiere?* R. *On peut pour expliquer cela, ſuppoſer que Dieu en formant l'*ESTRE *de l'homme par l'union d'une ame ſpirituelle avec une matiere corporelle, & voulant que les hommes tiraſſent leur origine d'un ſeul, avoit établi ces deux* LOIX, *qu'il jugea neceſſaires pour un Eſtre de cette nature. La premiere, que le corps des enfans ſeroit ſemblable à celui des peres, & auroit à peu prés les meſmes impreſſions, à moins que quelque cauſe étrangere ne les alteraſt. La ſeconde, que l'ame unie au corps, auroit certaines inclinations, lorſque ſon corps auroit certaines impreſſions.* CES DEUX LOIX E'TOIENT NECESSAIRES *pour la propagation du genre humain : & elles n'euſſent apporté aucun préjudice aux hommes, ſi Adam en conſervant ſon innocence euſt conſervé ſon corps dans l'état auquel Dieu l'avoit formé. Mais l'ayant* ALTERE' *&* CORROMPU *par ſon peché, la juſtice ſouveraine de Dieu infiniment élevée au deſſus de la noſtre, n'a pas jugé qu'elle duſt pour cela changer les loix établies avant le peché. Et ces loix ſubſiſtant, Adam a communiqué à ſes enfans un corps corrompu : & les ames jointes à ce corps;* ONT CONTRACTE' CES INCLINATIONS CORROMPUES. Ut peccatum originale naturali ratione & quotidiana ſimilitudine explicet, ex originale facit actuale ; quemadmodum Malebranchius, aliique. Nam illud conſtituit in actuali ſtatim affectu & propenſione animæ erga bonum ſenſibile & corruptibile, pro ratione & conditione corporis, cui unitur. Sed & ille impetus quo Adamus proruiſſe dicitur in amorem rerum creatarum, & tantus quidem, ut & corporis ſui totam œconomiam perturbarit, & in eo alta veſtigia impreſſerit commotionum ſuarum, plane fictitius eſt, & prorſus incredibilis, & contrarius ſacræ narrationi, in Geneſi & in Eccleſiaſtico. Sed quid facias? ad has nimirum ſimileſque ineptias adigit atheïſmus, iſtos homines, qui exiſtimari ſe Chriſtianos Catholicos ſtudent. Quin ſe potius Socino ſtatim adjungunt, ut peccatum originale negent?

Pag. 251. Multa deinde diſputat de Prædeſtinatione & gratia: quo in utroque capite plane cum Janſenio facit; quem ejuraſſe tamen voluit ipſe aliquando credi. Sed hæc & alia multa nunc prætermittimus;

rimus; his fere contenti, quæ Naturam Dei ſpectant & impugnant.

Pag. 364. D. *Ceſte* ILLUMINATION DE *Jeſus-Chriſt* COMME VERBE, *par laquelle les Peres diſent qu'il frappe à la porte de tous les hommes qui uſent de leur raiſon, eſt-elle ſurnaturelle, & peut-elle eſtre attribuée aux merites de Jeſus-Chriſt?* R. *Elle eſt ſurnaturelle; puisque ſelon ſaint Auguſtin, elle ſera oſtée dans l'autre vie aux reprouvez, lorſqu'ils ſeront jettés dans les tenebres exterieures, & ſéparés totalement de* LA LUMIERE DE DIEU. *Elle eſt un effet des merites de Jeſus-Chriſt, puisque l'homme par ſon peché avoit merité de perdre cette lumiere, & d'eſtre totalement* SEPARE' DE DIEU: *ainſi de ce que Dieu ne la lui oſte pas, pendant qu'il eſt encore voiageur en ce monde, c'eſt un effet des merites de Jeſus-Chriſt.* A Verbo eſſe active illuminationem aliquam jam ſuperius oſtendimus vocem eorum eſſe, quibus Lux Veritatis & Ratio univerſalis pro Verbo eſt. Supernaturalem hanc illuminationem eſſe cum propterea dicit, quod auferri poſſit, ingenio nimirum hebete, ludibrio is homines habet, quaſi neſciant ii naturalia etiam bona poſſe auferri, ſed a Deo vero: quem qui non norunt, negant conſequenter naturale adimi aliquid cuiquam poſſe. Naturale enim pro neceſſario habent. Præterea adimendam eſſe reprobis omnem Veritatis lucem neceſſe eſt eos comminiſci, quibus Lux Veritatis pro Deo eſt. A luce autem quomodo poſſit ſeparari quis, niſi conjiciatur in tenebras? Ergo hebetes, ſtupidos, ac vi tantum ſentiendi præditos dicunt iſti damnatos fore; & propterea eos dumtaxat, qui in hac vita omnem rationis ductum abjecerint. At Catholici ſeparandos eſſe a Deo vero damnatos, etſi ratione naturali inſtructos, docent; exemplo divitis, de quo Lucas in Evangelio. Denique quod Chriſti meritis illuminationem omnium adultorum adſcribit, hunc in illa hypotheſi ſenſum habet: Quod nempe Sapientia univerſalis, quæ fuit unita Chriſto homini, atque adeo Chriſti divinitas, quæ voluit Chriſtum mori, ut omnibus hominibus præiret exemplo, & ſic illis prodeſſe, ipſa ut Sapientia ſeu Verbum eſt, illuminat omnes homines & admonet officii ſui, ut ſint ſimiles Chriſto; quia dignus certe hic eſt, merituſque eſt ſua morte, ut omnes velint ipſum imitari. Hæccine autem merita Chriſti ſunt, quibus ſpes Chriſtiana nititur?

Ex Tomo II.

Pag. 8. D. *Combien y a t'il de natures en Jeſus-Chriſt?* R. *Il y en a deux, qui ſont unies, ſans eſtre confondues, & ſans perdre leur proprietez naturelles; ſavoir la nature divine & la nature humaine.* D. *Combien y a t'il de Perſonnes?* R. *Il n'y en a qu'une;* PARCE QU'IL N'Y A QU'UN MOI: & CE MOI EST UN MOI DIVIN. CAR LA NATURE HUMAINE NE POUVOIT DIRE MOI EN *Jeſus-Chriſt*; ELLE N'E'TOIT PAS A SOI, MAIS AU VERBE, QUI POSSEDOIT, REGISSOIT, & SE SERVOIT *de l'humanité*, COMME L'AME SE SERT DU CORPS. D. *De quelle comparaiſon l'Egliſe ſe ſert-elle pour nous aider à comprendre ce myſtere?* R. *Elle ſe ſert ordinairement de l'union du corps & de l'ame: qui étant des natures differentes & inégales, forment néanmoins un ſeul homme.* Atqui non unus hic, ſed multiplex error latet, ortus ex impietate, quæ Sapientiam intelligibilem naturam divinam appellat, quoniam divinius nihil agnoſcit. Eſt unica certe in Chriſto perſona; unus eſt qui dicere poſſit, *Ego:* at natura tamen ipſa humana potuit *Ego* dicere, proprium deſignans ἡγεμονικὸν, ſubſtantiam cogitantem abſque Verbi efficientia ut Verbum eſt: ipſa ſiquidem ſui juris & arbitrii fuit; nec pendens a Verbo tamquam ab ἡγεμονικῷ, ſive a principio directivo; ſed ſolummodo velut a ſuſtentante perſonaliter. Nec fuit omnino Verbum utens humanitate, quemadmodum animus utitur humano corpore. Nec denique Eccleſia ſimilitudine utitur corporis & animæ, niſi ad unitatem ſuppoſiti explicandam, non ad inſinuandam Verbi efficientiam in humanitatem, qualis eſt animæ in corpus. Quam ſunt autem, ut jam alibi diximus, Nicolii dogmata aliena a Catholico dogmate, tam ſunt conſentanea impietati. Nam ſi Sapientia intelligibilis pro Verbo eſt, Sapientia haud dubie intime humanæ menti unitur, abſque confuſione, ſalvis proprietatibus utriuſque naturæ: nec poteſt natura humana abſque Sapientia ſibi conjuncta, velut activo dictorum factorumque comprincipo dicere, *Ego:* & Sapientia denique perinde regebat humanitatem, utebaturque ipſa, atque animus utitur corpore. Si quod deinde dictum Nicolio totique ſectæ de Chriſti ſatisfactione excidat, quod ſpeciem habeat dicti Catholici, nullum noveris genus hominum eſſe, cui æquivocationes ſint uſitatiores, quam his, qui has ſibi clamitant diſplicere.

Pag. 9. D. *Par quelles actions Jeſus-Chriſt a t'il racheté les hommes, & ſatisfait à la juſtice de Dieu?* R. *Par toutes ſes actions. Parce qu'étant toutes des actions d'un Dieu, elles étoient toutes d'un prix infini. Dieu a voulu néanmoins par pluſieurs raiſons divines que Jeſus-Chriſt portaſt* SA SATISFACTION *juſqu'à mourir pour les hommes.* Satisfecit Chriſtus omnibus ſuis actionibus Deo, ſi ſatisfacere idem exiſtimetur eſſe, atque admodum & abunde gratum acceptumque Deo eſſe. At ſi ſatisfacere, ſolvere eſt Deo irato pretium, quo placari velit, ſola morte ſua ſatisfecit. Prius illud prædicant Athei, qui legibus Juſtitiæ ſive Rationis perfecte ſatisfeciſſe Chriſtum in ſingulis ſuis dictis factiſve agnoſcunt; poſterius negant.

Pag. 20. *L'Incarnation releve la Sageſſe de Dieu.. Elle releve la bonté de Dieu. . . . . Elle releve la juſtice de Dieu. . . .* Pag. 23. D. *En quoi conſiſte la juſtice de la delivrance de l'homme, par le moien de l'Incarnation?* R. *En ce que le diable ayant oſé oſter la vie à Jeſus-Chriſt innocent, il a eſté* JUSTE *qu'il fuſt dépoüillé du droit qu'il avoit de tenir les hommes ſous l'empire de la mort. Celui, dit ſaint Gregoire, qui nous tenoit juſtement aſſujettis à l'empire de la mort, a perdu juſtement le droit de mort qu'il avoit ſur nous: parce qu'il a oſé faire mourir par ſes ſatellites, celui en qui il n'a point trouvé de dettes, qui l'obligeaſſent à la mort. . . .*

D. *La* JUSTICE *de Dieu ne paroiſt-elle dans l'Incarnation qu'en cette ſeule maniere?* R. *Elle paroiſt encore beaucoup plus en ce que Jeſus-Chriſt par ſa mort a* SATISFAIT PLEINEMENT A LA JUSTICE DE DIEU; *en s'offrant en ſacrifice pour les pechez des hommes. Ainſi il* A FAIT VOIR *en meſme tems, & la grandeur du peché, & la ſeverité de cette Juſtice, qui n'a eſté appaiſée que par la mort d'un Dieu.*

Pag. 25. D. *Mais étoit-il juſte que le Fils de Dieu mouruſt pour des pécheurs?* R. *Saint Bernard répond, que ç'a eſté par miſericorde, & non par juſtice, que le Fils de Dieu s'eſt offert à la mort pour des pecheurs; mais que le juſte étant mort pour des coupables, il étoit juſte que les coupables fuſſent delivrez.* Hæc omnia eo recidunt, ut quia Deum non habet iſte, niſi Rationem univerſalem ſeu Veritatem intelligibilem, nec Juſtitiam quoque in Deo admittat, niſi Rationem ſive Æquitatem: Juſtitiam vindicativam non agnoſcat. Neque enim Veritas Æquitaſve univerſalis & intelligibilis cuiquam iraſcitur. Itaque Juſtitia in Incarnatione, inquit, elucet, hoc eſt, Æquitas. Primum enim, æquum eſt, ut cum diabolus Chriſtum occiderit innocentem, amittat jus quod habuit in ipſos reos, ſi deinceps obediant Veritati ſive Rationi. Deinde æquum fuit ut qui moriendo revocare poſſet homines a peccatis ſuis, ultro ſe morti offerret; ut ho-

homines doceret hanc esse pœnam peccati, quam ultro subiret immeritus, ut qui a peccatis abstinerent, resurgendi cum ipso spem haberent. Nihil igitur ultra potuit Deus, hoc est, Æquitas postulare. Ergo sic plene satisfecit Justitiæ, hoc est, Æquitati: Quæ placata quodammodo idcirco tunc dici potest, cum quod desiderabat, necdum viderat, infinitæ sanctitatis virum vidit pro Deo, hoc est, pro Justitia, ultro mori. Denique æquum fuit, ut innocente pro reis mortem obeunte liberarentur rei, qui vellent liberari: cum præsertim non ex necessitate, sed ex misericordia mortem ille oppetierit. Catholici dicunt Justitiam Dei vindicativam in passione Christi apparuisse, cum obedientiam usque ad mortem a Filio Pater exegit. Exegit, inquam: nam cum esset Filius caput omnium hominum, oportebat ut pro omnibus redimendis, fratribus suis secundum carnem, condigne satisfaciendo, ut certe poterat, mortem oppeteret. Atheorum est, qui quoniam pro Verbo solam habent Sapientiam intelligibilem, unam in Christo agnoscunt divinam voluntatem, sive θεανδρικὴν, ut appellant, ex Sapientia & mente humana compositam, ex sola misericordia mortem obiisse Christum contendere. Catholici dicunt, præceptum fuisse, non Verbo, non humanitati nude ac præcise spectatæ, sed ἡγεμονικῷ humano, sive humanitati dono Sapientiæ & caritatis infusæ, aliisque donis instructæ, a Deo datum.

Pag. 26. D. *Quel est* LE PRINCIPAL AVANTAGE *pour les hommes, que Saint Augustin considere dans l'Incarnation?* R. *C'est la proportion que Dieu a mise par ce mystere, entre l'état de l'homme déchu, & le remede qui le répare. Pour comprendre cette verité, il faut sçavoir que la rectitude, la justice, & la beatitude de la creature raisonnable, consistent à connoistre* LA JUSTICE ESSENTIELLE, LA LOI ETERNELLE, LA VERITE' IMMUABLE, *& à s'y conformer. Ni les Anges ni les hommes ne sçauroient estre justes que par cet unique moien. Et c'est pourquoi Dieu avoit donné à l'homme innocent le pouvoir de s'*UNIR IMMEDIATEMENT A LA JUSTICE ETERNELLE *par la connoissance & par l'amour. Et quoi que la maniere, dont il la connoissoit, fust beaucoup* INFERIEURE A CELLE DONT LES BIENHEUREUX LA VOIENT, ELLE E'TOIT NEANMOINS IMMEDIATE & SANS IMAGES. *C'est-à-dire, que l'homme pour connoistre cette justice, n'avoit point besoin d'images & de* SIGNES, *non pas mesme de ceux des paroles. Il* LA VOIOIT EN ELLE-MESME, *& par une connoissance qui s'appelle contemplation. Mais* LE PECHE' L'AYANT PRECIPITE' DANS L'AMOUR DES CORPS, *il a perdu cette voie de connoistre* LA JUSTICE ETERNELLE. *Il n'est plus capable* DE CONCEVOIR QUE DES CORPS, *ou du moins* IL NE CONÇOIT RIEN SANS QUELQUE IMAGE CORPORELLE. *Il lui* FAUT TOUJOURS DES SIGNES POUR CONNOISTRE LES OBJETS SPIRITUELS: *& tout ce qu'il peut faire, est de les entrevoir au travers de ces nuages. Dieu donc voulant relever l'homme* DE CE MALHEUREUX E'TAT, *mais l'en relever par degrez, & d'une maniere presque insensible, n'a pas voulu lui rendre cette maniere de le connoitre qu'il avoit perduë par le peché, & qui est trop sensiblement distinguée de ses connoissances ordinaires. Il a jugé qu'il étoit meilleur de lui faire* TROUVER DIEU PAR DES IMAGES, DES SIGNES, & DES SACREMENS.

Il y en a de diverses sortes. Toute l'ancienne loi, par exemple, & toutes ses cerémonies, étoient des images des choses spirituelles, & de la Loi éternelle. Les paroles de l'Ecriture tiennent lieu d'images; puisque ce sont des sons ou des caracteres, qui nous aident à comprendre la verité; & que LA VERITE' & LA JUSTICE ETERNELLE *se* FONT VOIR A NOS ESPRITS *par le moien de ces signes. Mais tous ces signes n'ont point paru si proportionnez à la Sagesse divine, que* LE SIGNE & LE SACREMENT DE L'HUMANITE' DE *Jesus-Christ. C'est-à-dire, qu'elle a jugé que pour se faire mieux connoitre à l'homme,* ELLE DEVOIT SE REVETIR D'UN CORPS, & *se faire homme. Car il est certain, qu'il n'y a point d'idée plus naturelle à l'homme, que celle de l'homme mesme. Et c'est pourquoi il étoit porté naturellement à appliquer à un corps & à une forme humaine l'idée qui lui restoit de la divinité: ce qui est l'origine de l'idolatrie. Dieu donc pour* S'ACCOMMODER *à cette bassesse de l'esprit de l'homme, a jugé qu'il devoit* RABAISSER SA GRANDEUR, JUSQU'A *presenter à l'homme un homme qui fust Dieu: afin de faire entrer dans son esprit par les actions de cette* HUMANITE' DEIFIE'E, LA JUSTICE ETERNELLE & LA VERITE' SOUVERAINE, *que l'homme ne pouvoit plus contempler en elles-mesmes. C'est ce qui fait que Saint Augustin appelle ce mystere,* LA SAGESSE DEVENUE LAIT. „ Dominus Sapientiam suam ut lac nobis faceret, carne „ indutus venit ad nos. *Aug. in Psal.* 30. *Enarr.* 2. *num.* 6. *C'est-à-dire,* LA SAGESSE ETERNELLE *proportionnée par un divin artifice de son amour, à la grossiereté des hommes.* D. *Cette raison n'est-elle que de Saint Augustin seul?* R. *Elle est de la plupart des Peres: & Saint Bernard entr'autres l'exprime d'une maniere édifiante, par ces paroles:* „ *L'homme dans le Paradis terrestre avoit son partage & sa* SOCIETE' AVEC LES ANGES, & „ *avec toute la milice céleste, &c.* Ex tam prolixo ratiocinio tum per se, tum etiam si conferatur cum his quæ antea dixit iste, pag. 170. & 171. manifestum est, primum quidem, Deum ab ipso haud alium agnosci ac prædicari, quam Justitiam & Veritatem universalem, Legem Æternam, & Veritatem immutabilem, quam animo intelligit, quisquis sapit. Deinde pœnam peccati originalis ab isto adsignari id quod est plane naturale homini: quod Adamo tam inerat ante peccatum, quam post peccatum. Denique hic multa fingi ad inducendam tum peccati originalis falsam notionem, tum Incarnationis. Nam primum quidem statuit, Adamum prius pæne Angelum aut Angelis parem verius, quam hominem, fuisse. Quod autem Adamus res corporeas appetiit, cum prius solius Dei, hoc est, solius Veritatis intelligibilis immediata contemplatione detineretur, peccatum id delectationis sensibilis, ac propensionis ad res sensibiles fuisse, quod est in posteros propagatum, dignum pœnis omnibus ac miseriis, quas experimur; illa autem in primis, quæ potissima miseria & ærumna est, inquiunt, quod ne res quidem possumus spiritales sine imagine aliqua corporea concipere. Nam ad hanc rem tamen incredibilem confingendam descendere impiam sectam sua cogit hypothesis. Nam si Adamus in statu innocentiæ eodem modo cogitaret ac nos cogitamus, hoc est, objectis corporeis sui species immitentibus in phantasiam, eodem modo ac nos etiam ipse ferretur in propositum sibi objectum naturæ suæ conveniens, in cibum exempli gratia vel potum, innato atque indeliberato appetitu; ac proinde haberet jam tum concupiscentiam, hoc est, amorem boni sensibilis, ut nos habemus, tametsi cum freno originalis justitiæ, quo caremus; quo nimirum inhiberet ille, cum vellet, ne appetitus exsurgeret rei illicitæ. Itaque nihil adsignare posset pro originali peccato secta, quæ Deo vero caret. Nam in illa hypothesi, quæ Deum non habet nisi Veritatem intelligibilem, cum illa non possit mentem impellere per se ad alterius a se objecti cognitionem; oportet ut non a Deo per se sit inditus, sed ex voluntaria animæ propensione ad res sensibiles & corporeas oriatur ille appetitus. Atque adeo necesse est in illa hypothesi appetitum eum esse peccatum, cujuscumque rei sen-

sibilis & corporeæ appetitus sit, ut floris olfactus. Fingi propterea oportuit statum innocentiæ chimæricum, qualem describit tomo I. pag. 197. & sequentibus; ex objectis scilicet immittendas fuisse species in organa; inde orituras objectorum ideas, quippe quæ possunt esse sine culpa; sed non appetitum eorumdem aliquem. Vidisse exempli gratia Adamum bonos esse fructus, sed sine edendi appetitu: genitorum fuisse absque ulla voluptate, dormiturum comesturumque fuisse absque necessitate: necessitatem enim sequitur in usu voluptas: præventurum igitur fuisse necessitatem, idque sine peccato, quia sine voluptate. Sic illi suis hypothesibus religionem vertunt in ludum, ne Deo serviant, & has amentias suis suadent asseclis. Deinde per prosopopæias pariter fictas dicunt Sapientiam *condescendisse*, indulsisse imbecillitati humanæ; ut humiliaret semetipsam: quoniam cum in universo fulgeat, demisit se ut nos in homine uno simili nostri doceret quid agendum, quid ferendum, quidve sperandum sit; videntes quæ fecerit perpessave sit humanitas deificata. Quo nomine intelligunt humanitatem imbutam Sapientia. At Sapientiam illam, ut diximus, Catholici negant Verbum esse: negant actiones Christi imitabiles esse, ut sunt ab humanitate unita Verbo, nec proinde Verbum de cælo venisse, ut doceret homines per carnem: sed esse imitabiles aiunt actiones ejus, ut sunt ab humanitate donis instructa creatis, qualia & justis ac petentibus dantur. Illam denique humiliationem Sapientiæ ut metaphoricam & nugatoriam explodunt; Verbi nullam esse posse contendunt. Omitto dicere, quod jam superius indicatum, *sacramentum incarnationis* dici ab istis, ut septem Ecclesiæ sacramenta suadeant eo nomine donata fuisse, veluti signa dumtaxat ad docendum instituta, perinde atque Christum in carne ad id positum esse volunt.

Pag. 92. *La foi de l'Eglise est que Jesus-Christ est vraiment Dieu; parce que Jesus-Christ est la personne mesme du Verbe Eternel égal à son Pere, qui est uni* SUBSTANTIELLEMENT *à une nature humaine, en se la rendant propre: de sorte que cette humanité ne subsiste point à part; mais est jointe au Verbe,* COMME LE CORPS A L'AME, *& ne fait avec le Verbe qu'une personne.* Error est, Verbum uniri humanitati, ut anima unitur corpori. Deinde natura humana non subsistit quidem separatim a Verbo, sed tamen agit separatim a Verbo; id quod iste cum impia sua cohorte negat.

Pag. 105. D. *Pourquoi y ayant deux natures en Jesus-Christ, n'y a t'il pas aussi deux personnes ?* R. *Parce qu'il n'y a que ce qui meut,* QUI REGIT, *qui possede, & qui a l'autorité, qui est personne: & que ce qui est* POSSEDE', REGI, GOUVERNE' *&* MU, *qui n'est que partie accessoire & dominée, n'est pas personne. . . . . Parce que le Verbe en s'unissant à l'humanité, ne reçoit rien d'elle. . . . . Il la joint à soi pour* LA PERFECTIONNER, POUR EN FAIRE SON INSTRUMENT, *& pour la rendre sienne. . . . . C'est parce que le Verbe, en* S'INSINUANT *en elle, &* LA REMPLISSANT *pleinement & intimement, se la rend propre, la gouverne,* LA REGIT, *se l'assujettit &* AGIT PAR ELLE, *comme par une chose qui lui appartient, &* COMME L'AME AGIT PAR SON CORPS. Sapientia quidem regit Christi mentem, & per mentem agit, veluti per instrumentum, ut fere per corpus animus. At Verbum ut humanitati Christi unitum, non ipsam active perficit, sed terminative tantum, ut Schola loquitur; nec regit illam aut gubernat, aut per illam agit, aut ea utitur velut instrumento, quemadmodum corpore animus utitur. Non est ergo Verbum humanitati unitum, Sapientia humanitatem regens, ut impia secta contendit: sed hæc donum dumtaxat creatum a tota divinitate est.

Pag. 127. *Nulle grace de Dieu ne vient immediatement à nous. Elles sont toutes tirées, selon saint Jean, de la plenitude de Jesus-Christ. . . . . En sorte que non seulement toutes les graces que Dieu donne aux hommes dans cette vie; mais toutes celles mesmes dont il comblera les Elus dans toute l'Eternité, viennent* DE CETTE ABONDANCE *qui a esté répanduë dans l'humanité de Jesus-Christ. . . . . En un mot tout bien est en Jesus-Christ, & hors de lui il n'y a que pauvreté, misere, sterilité, abandonnement & desespoir.* Hoc est dicere dumtaxat, nihil nos habere posse Sapientiæ nisi de ipso fonte Sapientiæ universalis, qualis est ipsa in Christo: est enim Christus secundum divinitatem illa Sapientia. Ergo de plenitudine Christi omnes accipimus. Catholici sic dictum illud intelligunt, ut dicant de meritis ab humanitate Christi acquisitis accipere quicumque justificantur, & ad salutem assequendam juvantur.

Pag. 110. *Puisque Jesus-Christ est le Verbe mesme de Dieu, joint à une humanité; & que Jesus-Christ est né de la Vierge, la Vierge est donc la Mere de Dieu. C'est la personne qui naist, ce ne sont pas les natures séparées. On ne dit pas qu'une mere est mere du corps de son fils: on dit qu'elle est mere de son fils, quoi qu'elle ne soit pas le principe de son ame, à laquelle elle n'a pas donné l'estre.* AINSI *quoi que le Verbe ne tire que son humanité de Marie; néanmoins comme cette humanité est jointe à sa personne dans Marie,* ELLE EST PROPREMENT & VERITABLEMENT MERE DE DIEU, SELON SON HUMANITE'. Quamvis illuc sua eum argumentatio duceret, ut deberet simpliciter colligere. Ergo Maria proprie ac vere Mater Dei est, quemadmodum mater Petri simpliciter dicitur, non mater Petri secundum carnem: non potuit tamen impietatem deserere; quæ non patitur dici Mariam simpliciter Deiparam, nisi cum additamento, *secundum carnem.* Nam cum Verbum ei sectæ non sit nisi Sapientia intelligibilis, non potest illa in Verbo illo suo naturam a persona distinguere: nec magis ferre potest dici Mariam Matrem Verbi, quam divinitatis. Itaque dicit Matrem esse Verbi secundum carnem; hoc est, Matrem Sapientiæ per carnem loquentis, vel potius Matrem carnis per quam loquitur Sapientia.

Pag. 130. *D. L'humanité de Jesus-Christ étoit donc* CAPABLE DE LA DOULEUR, DE LA FAIM, *& des autres miseres corporelles ?* R. *Elle l'étoit sans doute; avec cette seule difference, que ces souffrances ne dépendent pas en nous de nostre volonté; mais elles en dépendent en Jesus-Christ. Jesus-Christ a eu faim, dit saint Augustin, mais parce qu'il l'a voulu: Jesus-Christ est mort, il est vrai; mais il l'a voulu. Et c'est ce que ce saint Docteur prouve par l'Evangile mesme; qui fait voir que Jesus-Christ* N'EST PAS MORT PAR LA NECESSITE' DE LA NATURE, *mais par* PUISSANCE, *& qu'il pouvoit encore vivre, lorsqu'il rendit l'esprit; ce qu'il fit paroistre par cette voix forte, par laquelle il s'écria, Tout est consommé. Consummatum est.* Si Deus nimirum non est nisi Ratio & Sapientia intelligibilis: & mens humana propterea, quæ tota facta est ad Rationem & Sapientiam considerandam & sectandam, tunc peccat, cum ex rebus sensibilibus & corporeis aliquam quærit aut percipit delectationem; siquidem in illa hypothesi tunc discedit a Deo, & ab objecto suo connaturali, quod est totum spiritale; in hac, inquam, hypothesi, Christus etiam habuit peccatum originale, quemadmodum & nos, & ex eo toties actu peccavit, quoties quietem vel somnum gustavit post fatigationem, quoties cibum potumve appetiit, quoties mori timuit; quoniam non est ille appetitus aut gustus, non est ille timor absque amore vitæ vel boni corporalis: aut si amor ille gustusve boni sensibilis non est peccatum originale aut actuale in Christo, neque in nobis erit. Hic isti ut suam tueantur impietatem, Christum aiunt habuisse humanitatem, non quæ haberet necessitatem per-

percipiendi delectationem aut dolorem ſenſibilem, ſed quæ poſſet hos ſentire affectus, quoties ipſe, hoc eſt, quoties Sapientia ſeu divinitas vellet: pro poteſtate, non ex neceſſitate. Catholici e contrario dicunt, eſſe hoc dare Chriſto corpus haud ſimile noſtri, ſed natura ſua incorruptibile: id quod Catholica fides deteſtatur. Fuiſſe enimvero Chriſti corpus & animam ejuſmodi, non modo ut ipſe poſſet, ſed ut non poſſet non pati, non dolere, non guſtare quietem poſt fatigationem, non cibum appetere in fame, non mori ex vi cruciatuum, non mortem timere: neque proinde hos affectus eſſe ullo modo peccata, ſive originale, ſive actualia. Hac enimvero re præſtabat Chriſtus ceteris hominibus hac in parte, quod ex dono ſingulari proſpiceret ille hos in ſe affectus ex naturæ conditione orituros, coſque propterea regeret, ut nullus juſtos limites excederet.

Pag. 134. *Jeſus-Chriſt a voulu reſſentir ces mouvemens pour les ſanctifier*, & POUR MERITER *à ſes membres la grace de ne pas ſuccomber à leurs tentations. Car* TOUTES LES ACTIONS DE *Jeſus-Chriſt ont répanduë* UNE INFLUENCE DE GRACE SUR LES ACTIONS & *les mouvemens ſemblables de ſes membres:* COMME L'IMMORTALITE' DE SON CORPS, SERA LA FORME & LA SOURCE *de l'immortalité des noſtres. Ainſi le trouble, la crainte, & la triſteſſe de Jeſus-Chriſt, ſont la ſource de la conſtance des Confeſſeurs, des Martyrs, & generalement de tous les ſaints.* Hoc eſt tantum dicere, voluiſſe Chriſtum hos affectus exhibere in ſe, ut poſſemus dici ſimiles illi quando triſtamur, quando fatigamur, quando timemus: hunc ille nobis honorem contulit ac meritus eſt. Quando comedimus temperanter & ex præſcripto rationis, jam dicimur comedere ut Chriſtus comedit: quemadmodum quando reſurgemus, dicemur reſurgere ut Chriſtus reſurrexit. Hoc Chriſtus, inquit, meritus eſt bono omnium noſtrum, ut cum ipſum velut exemplum nobis ad imitandum proponimus, bene agamus, & juſte, & fortiter: quemadmodum cum ſpe ſimilis reſurrectionis accendimur ad bene agendum, ipſius reſurrectio cauſa & forma noſtræ reſurrectionis eſt. Eodem modo prodeſt nobis quidquid egit & paſſus eſt, atque quod reſurrexit. Ex Chriſti actionibus & affectibus, ſi bene conſiderentur, in noſtras actiones & affectus noſtros hic honos, hæc excellentia, hæc gratia defluit. Huc omne meritum Chriſti recidit, huc omnis capitis influxus in membra. At eſt hoc profiteri Chriſtum nobis exemplo tantum profuiſſe; nec proinde vere Deum eſſe, ſed Sapientiæ duntaxat arcte conjunctum. At ubi influxus meritorum Chriſti in nos, quem Catholici profitentur? quam diſpar iſtius eſt? Singulis ſuis actionibus, ſed obedientia crucis præſertim Chriſtum hominem meruiſſe a Deo dicunt, ob unionem cum Verbo, ut & per Sacramentorum ſuſceptionem juſtificaremur, & ad opera bona exercenda gratiæ nobis a Deo darentur, non ſufficientes modo, ſed & petentibus uberes, & ex prævisione effectus conditionate futuri efficaces.

Pag. 142. D. *Toutes les operations de Jeſus-Chriſt n'étoient-elles pas* DIVINEMENT HUMAINES? R. *Ce terme a eſté particulierement appliqué à certaines actions de Jeſus-Chriſt, ausquelles l'humanité & la divinité cooperoient ſenſiblement chacune ſelon ſa nature: comme les miracles qu'il operoit par ſa parole ou par ſon attouchement. Mais dans un ſens plus general, qui ne laiſſe pas d'eſtre* TRES-RE'EL, *toutes les actions & tous les mouvemens de l'humanité de Jeſus-Chriſt étoient* THEANDRIQUES, *c'eſt-à-dire, des actions divinement humaines; tant parce que c'étoient des actions d'un Dieu, qui recevoient une dignité infinie de la perſonne du Verbe* QUI LES OPEROIT *par ſon humanité; que parce que l'humanité de Jeſus-Chriſt n'operoit rien ſeule & ſéparément.* ELLE *étoit toujours* GOUVERNE'E & REGIE PAR L'IMPRESSION DU VERBE, A QUI ELLE SERVOIT D'INSTRUMENT. *Si l'humanité de Jeſus-Chriſt vouloit quelque choſe, le Verbe* VOULOIT *qu'elle le vouluſt, &* LA POUSSOIT *à le vouloir ſelon le decret de ſa Sageſſe. . . . . Ainſi ces operations ſont adorables, en la maniere que l'humanité de Jeſus-Chriſt eſt adorable: c'eſt-à-dire, que comme on adore par une meſme adoration le Verbe fait chair, on adore auſſi par la meſme adoration* LE VERBE, OPERANT PAR SA DOUBLE NATURE & *divine & humaine. . . . . Nous devons regarder toutes les actions de Jeſus-Chriſt avec* L'ACTION DU VERBE, *qui y eſt toujours jointe. . . . Car comme l'humanité en Jeſus-Chriſt étoit l'inſtrument du Verbe, le Verbe* COOPEROIT *tellement avec elle, qu'il étoit vraie* CAUSE *de ſon action & de l'effet produit.* Jam ſupra monuimus, tum adverſus iſtum, tum adverſus Queſnelium, Catholicæ fidei contraria eſſe hæc placita: Verbum ut Verbum eſt, & ut eſt unitum humanitati Chriſti, rexiſſe eam & gubernaſſe: humanitatem ei vice inſtrumenti fuiſſe: actionem aut cooperationem Verbi fuiſſe cum actione humanitatis conjunctam: cauſam effectricem actionum humanitatis Verbum fuiſſe: Verbum in Chriſto effective operatum eſſe per humanitatem, velut cauſam principalem per inſtrumentum conjunctum. Hæc omnia Catholicæ fidei, ut diximus, adverſantur; quæ ex perſonali conjunctione Verbi negat ullum influxum Verbi phyſicum in humanitatem Chriſti redundaſſe, ſed dignitatem ſolum infinitam; quo ſenſu & humanitas Chriſti & actiones ejus omnes ſunt vere Theandricæ. Nam gratiæ efficaces, quibus mens & voluntas Chriſti impellebatur ad omne officium virtutum, non a Verbo ut Verbum eſt, vel ut humanitati unitum, ſed a tota divinitate fuerunt. Ex operatione autem illa divinitatis in humanam voluntatem nihilo magis Theandricæ ſunt Chriſti actiones, quam juſti cujuſlibet. At in hypotheſi impia, quæ pro Deo & Verbo non habet niſi Sapientiam intelligibilem & Rationem univerſalem, non poſſunt actiones Chriſti eſſe aliter Theandricæ, quam ſi ſint a Verbo tamquam a principio principali conjuncto. Nam de Sapientia recte id affirmatur, quod iſte de Verbo ſuo prædicat: Quod Sapiens vult, hoc Sapientia vult Sapientem velle, & ad illud volendum impellit: Sapientia cum Sapiente cooperatur, & cauſa vera ipſius actionis eſt: Sapientia per geminam naturam operatur; per ſuam nimirum & per mentem quam dirigit; ſimiliaque, quæ Catholici de Verbo Dei ut eſt humanitati Chriſti unitum negant fas eſſe dici. *L'excellence*, inquit adhuc iſte, pag. 146. *& la ſainteté des actions de l'humanité de Jeſus-Chriſt, viennent principalement de ce qu'elle agiſſoit toujours dépendemment du Verbe,* PAR L'IMPULSION DU VERBE, & CONJOINTEMENT AVEC LE VERBE, A QUI ELLE SERVOIT D'INSTRUMENT. Hæc placita, quæ ſunt orta ex impietate, Catholicæ aures ferre non poſſunt.

Pag. 148. *Les actions de Jeſus-Chriſt entant qu'homme, ſont des actions du Verbe de Dieu;* C'EST-A-DIRE, DE LA JUSTICE SOUVERAINE, *quoique faites par la nature de l'humanité. . . . . Ainſi l'impeccabilité eſt une ſuite neceſſaire de l'union de la nature humaine avec la divine. Car par cette union elle lui eſt devenuë propre; & c'eſt* LE VERBE QUI LA CONDUIT & QUI LA POUSSE *en toutes choſes. C'eſt pourquoi ſaint Auguſtin dit, que la grace de l'impeccabilité eſt devenuë en quelque ſorte par l'Incarnation* NATURELLE A L'HOMME, *parce qu'elle étoit naturelle au Dieu homme, c'eſt-à-dire, à la perſonne du Verbe.* Naturale certe eſt ei qui ſit inſeparabiliter conjunctus Sapientiæ ſapienter ſemper agere, & ob illam conjunctionem formaliter eſſe Sapientem. At Catholici, quia verum Deum &

in

in ſanctiſſima Trinitate verum Dei Verbum agnoſcunt, negant Verbo ipſo humanitatem eſſe aut formaliter Sapientem aut formaliter impeccabilem. Radicem impeccabilitatis Chriſti ut homo eſt remotam aïunt eſſe ipſam unionem; quæ non formaliter, ſed exigitive faciat humanitatem impeccabilem: quoniam exigit dari humanitati gratias efficaces, quæ ſint infallibiliter habituræ effectum. Et ipſa illa proinde impeccantia non eſt Chriſto homini naturalis, ſed gratuita, tametſi eſt conſequens ex gratuita pariter unione.

Ejusdem hæreſeos ſunt quæ ſequuntur, pag. 156. *De plus il eſt clair qu'en vertu de l'union de l'humanité avec la divinité du Verbe, l'humanité* N'AVOIT POINT DE MOUVEMENT QUI NE LUI FUT DONNE' PAR LE VERBE; *& que le Verbe étant dominant dans cette union, l'ordre vouloit que l'humanité* LUI OBEIT *en tout; & par conſequent elle n'avoit aucun mouvement*, AUQUEL ELLE NE FUST DETERMINE'E PAR LE VERBE. Nec meliora ſunt quæ de libertate Chriſti ibi prodit, (quam enim poteſt habere libertatem Sapientia, ſive Ratio ipſa invariabilis, quam iſte, pag. 162. ponit eſſe ſolum in Chriſto ἡγεμονικὸν, movens animam irreſiſtibiliter? Num poteſt Ratio non rationabiliter, aut Sapientia inſipienter agere? Liber eſt, inquit, Chriſtus, dum agit, ut ipſe Deus:) ſed & illa & alia innumera prætermittimus; cum ſi ſingula excutienda ſint, infinitus ſit labor: vix enim ulla pagina immunis ab errore eſt. Itaque ea ſolum proferimus, & e multis quidem pauca tantum, quæ immediate ortum habent ex impietate; cujuſmodi eſt quod ſequitur.

Pag. 161. *Ainſi Jeſus-Chriſt dans ſon humanité eſt* SAGE, *eſt* JUSTE, *eſt ſaint*, PAR LA SAGESSE, PAR LA JUSTICE, *par la ſainteté de Dieu meſme, puiſque* LA SAGESSE, LA JUSTICE, *& la ſainteté de Dieu*, QUI EST SON VERBE, *a pris cette humanité, & ſe l'eſt perſonnellement & ſubſtantiellement unie.* D. *Doit-on conclure de là, que l'humanité de Jeſus-Chriſt* EST E'GALE A DIEU EN SAGESSE *&* EN JUSTICE? R. *Hugues de ſaint Victor répond à cette queſtion en cette maniere: Il ne faut jamais marquer de meſure dans la ſageſſe de l'ame de Jeſus-Chriſt: Et il faut dire que* TOUTE LA SAGESSE DE DIEU E'TOIT DANS SON AME; *& que* CETTE AME E'TOIT SAGE PAR TOUTE LA SAGESSE DE DIEU. *Mais il ne s'enſuit pas de là, que l'ame de Jeſus-Chriſt ſoit égale à Dieu, parce qu'*ELLE N'EST PAS CETTE SAGESSE. *Or c'eſt une choſe bien differente d'eſtre ſage par la ſageſſe de de Dieu. D. Quel étoit l'effet de cette union de l'ame de Jeſus-Chriſt* AVEC LA SAINTETE' MESME DE DIEU *en unité de perſonne?* R. *C'eſt qu'au lieu que l'ame de ceux qui ſont purement hommes domine ſur leurs actions, il en étoit autrement dans Jeſus-Chriſt; parce que le Verbe poſſedoit l'empire, par un droit & une puiſſance invincible; & qu'ainſi l'ame de Jeſus-Chriſt n'y tenoit que le ſecond rang.* IL N'Y AVOIT DANS JESUS-CHRIST *qu'une autorité, un Chef,* UN COMMANDANT. *Et* C'E'TOIT LE VERBE QUI GOUVERNOIT L'AME *& toute l'humanité de Jeſus-Chriſt avec une force* INVINCIBLE, *& qui la tenoit aſſujettie à ſes loix & à ſa puiſſance: parce que par une loi éternelle & invariable, l'empire appartient à* LA NATURE *la plus excellente & invariable: & que par la meſme loi, que le corps eſt aſſujetti à l'ame, l'ame à la raiſon & à l'entendement, l'entendement eſt auſſi aſſujetti* A LA VERITE *&* A LA JUSTICE. Ortum, inquam, & iſtud caput habet ex impietate, quæ pro Deo & Verbo ponit Veritatem, Juſtitiam, Sapientiam immutabilem. Itaque in ea hypotheſi Chriſtus eſt Deus, quia ſapiens formaliter per ipſam Dei Sapientiam eſt. Eſt autem formaliter Sapiens per Sapientiam Dei, quia eſt formaliter Sapiens per Sapientiam invariabilem. Quid eſt enim aliud Deus, inquiunt, niſi Sapientia invariabilis? Non eſt anima Chriſti propterea æqualis Dei, quia non ipſa Dei Sapientia eſt, ſed Sapientiam Dei habet in ſe. Hæc ſola eſt in Chriſto ἡγεμονικὸν, ſive principale movens animam irreſiſtibiliter ad omne opus bonum, teſte Thomaſſino, inquit: hoc Verbum Dei, ſive (nihil enim intereſt) hæc Veritas & Juſtitia eſt. Catholici hæc deteſtantur velut impia. Negant Veritatem & Juſtitiam & Sapientiam intelligibilem, qua formaliter Chriſtus ut homo ſapiens & juſtus eſt, Verbum Dei eſſe. Negant Juſtitiam & Sapientiam & ſanctitatem Dei, Verbum Dei eſſe: ad divinitatem hæc attributa pertinent, Verbum perſonale non denotant. Confundunt hæc ſoli Athei. Catholici negant Sapientia & Juſtitia Dei Chriſtum eſſe Sapientem aut juſtum formaliter. Eſt enim Sapientia & Juſtitia forma veluti phyſica, tribuens vim agendi Sapienter & juſte: quæ forma in Chriſto, ut in juſto quolibet, donum creatum fuit. Nec alteri naturæ ſuam tribuit denominationem forma phyſica, niſi ei cui ineſt. Sic nec humanitas Chriſti omnipotens eſt; quia omnipotentia virtus eſt phyſica, ſolius naturæ divinæ propria. Non ſic ſanctitas Dei, quæ cum ſit forma moralis tantum, effectum ſuum formalem tribuit ei etiam naturæ, cui unitur: unde eſt humanitas Chriſti ſancta ſanctitate Dei ipſa, ſed & ſanctitatem accidentalem habet præterea ab habitum caritatis: quamquam ob priorem ſanctitatem, quæ eſt infinita, ſanctitas iſta poſterior non denominat Chriſtum ſanctum. Negant præterea Catholici Verbum Dei in Chriſto fuiſſe omnino, nedum ſolum ἡγεμονικὸν ſive principale directivum actionum humanarum. Eſt illud placitum plane hæreticum & ἄθεον, ab iis dumtaxat propugnatum, qui dum Chriſtum extollere volunt videri, adſignato ei ἡγεμονικῷ divino, veram ei adimunt divinitatem, ſolam relinquunt pro divinitate Sapientiam. Negant denique Sapientiam aut Veritatem aut Juſtitiam intelligibilem, dici recte naturam, nedum naturam divinam: ab iis ſolum ſic appellari aïunt, quorum intereſt id naturam appellari divinam, quod adſignant pro Deo.

Quod ſi Juſtitia autem intelligibilis ac formalis, quæ Chriſtum ut homo eſt formaliter juſtum reddidit, ipſa eſt Deus, & Juſtitia Dei; conſectarium eſt, juſtum etiam quemlibet juſtum eſſe Juſtitia Dei, & Sanctum ipſa formaliter Dei ſanctitate. Nam Sanctum juſtumve, ſanctitatem juſtitiamve dixeris, nihil intereſt. Ut videt iſte id ex doctrina hactenus expoſita conſequi, illud ipſum conſequens omni ope adſtruit capite ſtatim ſequente, pag. 163. & anathema Concilii Tridentini, quo hæc ipſa impietas percellitur, qua valet arte eludit. Sic igitur ille.

D. *Peut-on dire que les hommes juſtes ſoient* AUSSI *rendus juſtes par la ſainteté & la juſtice de Dieu.* Ab ipſa quæſtione ea tractanda Catholici Theologi abhorrerent. Cum enim non aliud Verbum niſi verum Dei Verbum agnoſcant, ſtultum eſſe putarent ſciſcitari, utrum quemadmodum Chriſtus ut homo ſanctus eſt ſanctitate Dei, id quod nec habet nec habere poteſt humanitas Chriſti, niſi ob unionem hypoſtaticam cum Verbo; ſic & juſti quilibet juſti ſint, quia hypoſtatice uniti cum Verbo, vel certe cum Spiritu Sancto. Nam ſanctitatem veri Dei non poſſe ſuum affectum formalem communicare creaturæ niſi per unionem hypoſtaticam alicujus perſonæ e ſanctiſſima Trinitate, in confeſſo eſt apud Catholicos; Juſtitiam autem & Sapientiam & omnipotentiam ejuſdem omnino non poſſe oſtendimus. Quid autem iſte cum ſua ſecta, cui pro Deo ipſa intelligibilis Sapientia ſive Juſtitia eſt? R. 1°. *Le Concile de Trente ayant prononcé anatheme contre ceux qui diroient que l'homme eſt juſtifié ſans une grace & une charité répanduë dans le cœur par le ſaint Esprit, & qui y ſoit inherente,* & quæ illis inhæreat; *il n'eſt pas permis de douter, que les juſtes*

juſtes ne ſoient ſanctifiez par une ſainteté creée & inherente, produite par le Saint Esprit, & diſtinguée du Saint Esprit. Mais de ſçavoir ſi cette ſainteté créée, par le Saint Esprit EST UNE PENTE & UNE HABITUDE *durable, ou un acte paſſager, c'eſt une queſtion disputée* ENTRE LES THEOLOGIENS, *& non un dogme de foi:* „ An autem habitus per- „ manax, an actus FUGAX, ea forma ſit, inter „ principes Theologos controvertitur, & nihil dum „ ſatis eliquatum eſt. (*Thomaſſ. de Incarn.* lib. 6. cap. 14. n. 21.) *C'eſt par là que pluſieurs grands Theologiens exemptent d'erreur le Maiſtre des Sentences, qui admettant que l'homme eſt ſanctifié par des actes de charité, rejette ſeulement l'habitude de la charité; & ſoutient qu'il n'y en a point d'autre dans noſtre ame, que le Saint Esprit meſme qui ſe joignant immediatement à noſtre ame, y produit les actes de charité.*

Mais quoi qu'on NE PUISSE PAS TAXER D'ERREUR CETTE OPINION DU MAISTRE *des Sentences, il eſt pourtant plus* VRAI-*ſemblable, que le Saint Esprit qui nous eſt donné, opere dans le cœur non ſeulement un amour actuel qui paſſe, mais* UNE PENTE & UNE DISPOSITION DURABLE, *qui eſt ce qu'on appelle la* CHARITE' HABITUELLE, & UNE HABITUDE CREE'E. *Car de meſme que lorſque nous aimons quelque creature, il reſte en nous, quand meſme nous n'y penſons pas, & que nous dormons,* UNE IMPRESSION & UNE PENTE, *qui fait que le cœur de celui qui l'aime eſt autrement diſpoſé que le cœur de celui qui ne l'aime pas: de meſme une perſonne qui a aimé Dieu par un acte, &* QUI N'A PAS PERDU CET AMOUR, CONSERVE DANS SON AME UNE IMPRESSION, UNE DISPOSITION, & UNE PENTE, *qui la diſtingue d'une autre ame qui ne l'aime point. Et quoi que ces pentes ne ſoient pas viſibles aux hommes, elles ſont pourtant viſibles à Dieu; & c'eſt ce qu'on appelle* CHARITE' HABITUELLE.

D. *Doit-on conclure de là, que les juſtes ne ſont donc point* JUSTIFIEZ PAR LA SAINTETE' INCREE'E DE DIEU MESME; *c'eſt-à-dire, par le Saint Esprit habitant dans leur cœur, & le ſanctifiant par ſa preſence?* R. *Non, on ne le doit pas conclure. Car il ne faut pas conſiderer la grace comme ſéparée du Saint Esprit: mais il faut la regarder, comme étant continuellement répanduë dans l'ame par le Saint Esprit. . . . . Le Saint Esprit reſide & habite au fond des ames qu'il rend juſtes, les penetre, y agit, les ſanctifie, les conſacre, & les fait ſon temple, par ſa preſence & par ſon action.*

D. *Cette doctrine eſt-elle autoriſée par les Peres?* R. *Il n'y a rien de plus commun dans les Peres, que ce langage. . . . Jeſus-Chriſt nous enſeigne, dit ſaint Auguſtin, que l'ame raiſonnable qui eſt dans l'homme, & n'eſt pas dans les beſtes, ne peut eſtre* VIVIFIE'E, & ECLAIRE'E QUE PAR LA SUBSTANCE MESME DE DIEU.

D. *Comment peut-on entendre, que l'ame participe* DE'S CETTE VIE *de la* CHARITE INCREE'E *de Dieu, qui eſt le Saint Esprit?* R. *Saint Auguſtin explique* SOUVENT *cette* PARTICIPATION *de Dieu en cette maniere: que Dieu* COMME VERITE', COMME JUSTICE, & COMME LOI ETERNELLE SE REND INTIMEMENT PRESENT A L'AME, BRILLE DANS ELLE, SE MONTRE A ELLE, & *y produit ſon amour & ſa reſſemblance. Ainſi l'ame participe* A CETTE FORME INCREE'E DE JUSTICE QUI LUI EST INTIMEMENT PRESENTE, *en recevant ſes impreſſions, & ſe portant vers elle par des mouvemens d'amour.*

D. *On peut en quelque ſorte comprendre cela, quand l'ame ſe porte vers* CETTE JUSTICE QUI BRILLE DANS SON AME, *par des mouvemens d'amour. Mais que doit-on dire, ſi l'ame ſe porte vers le prochain par cette charité, que l'on appelle l'amour du prochain?* R. *Saint Auguſtin répond que nous ne ſçaurions aimer un homme juſte, ſi nous n'aimons* LA JUSTICE ETERNELLE, QUI LE REND JUSTE. *Lib. 8. de Trin. cap. 6.*

D. *On peut aimer par la charité des gens qui ne ſont pas juſtes:* & CE NE SEROIT DONC PAS ALORS DIEU QU'ON AIMEROIT? R. *Saint Auguſtin explique cela d'une maniere qui s'étend à tout amour que l'on peut avoir pour le prochain.*

D. *Celui qui aime le prochain, aime t'il Dieu par une ſuite neceſſaire?* R. *Oüi.* CAR IL NE SÇAUROIT *aimer le prochain, ſans aimer* L'AMOUR QU'IL LUI PORTE. OR EN AIMANT CET AMOUR, IL AIME DIEU; CAR DIEU EST AMOUR. „ Neceſſe eſt qui diligis fratrem, diligas „ ipſam dilectionem. Dilectio autem Deus eſt. *Tract. 9. in epiſt. Joan. num. 10. C'eſt-à-dire en un mot, qu'il ne ſçauroit aimer le prochain, ſi ſon ame n'eſt penetrée de la beauté de* CET AMOUR; & *ſi* LA LOI ETERNELLE *qui l'y oblige, ne lui paroiſt aimable.* OR CET AMOUR & CETTE LOI ETERNELLE, EST DIEU MESME, QUI LUIT AU FOND DE SON COEUR. . . .

D. *Quel avantage cette doctrine (que* L'ON EST JUSTIFIE' PAR LA SUBSTANCE DU SAINT ESPRIT *répandant dans l'ame ſes dons) a-t'elle ſur celle de* PLUSIEURS THEOLOGIENS, *qui n'attribuent la juſtification qu'à la* JUSTICE CREE'E & *à la charité creée: puiſque ces Theologiens admettent tout ce qui eſt renfermé dans cette doctrine. Ils veulent que Dieu habite dans l'ame, qu'il y opere, qu'il y opere ſa charité creée, qu'il conſacre l'ame, qu'il la rende ſon temple; qu'eſt-ce que* CETTE DOCTRINE DIT DAVANTAGE? R. . . . *On conçoit, par exemple, beaucoup mieux en quel ſens les Peres ont dit, que toute l'Egliſe ne fait qu'un corps &* UNE MESME PERSONNE AVEC *Jeſus-Chriſt, comme ſaint Gregoire le dit ſi ſouvent?* „ Chriſtus itaque cum tota ſua Eccle- „ ſia, ſive quæ adhuc verſatur in terris, ſive quæ „ cum eo jam regnat in cælis, UNA PERSONA „ EST. *In Pſal. 5. Pœnit. initio. Car en ne conſiderant point d'autre union entre les membres vivans de l'Egliſe, qu'une charité creée,* ON N'Y SÇAUROIT CONCEVOIR QU'UNE UNION MORALE, & MYSTIQUE: *parce qu'il y a autant de charitez creées, qu'il y a de juſtes en particulier.* MAIS ON PORTE CETTE UNION BEAUCOUP PLUS LOIN, *ſi l'on conſidere que le Saint Esprit habite dans tous les juſtes, qu'il les ſanctifie par lui-meſme, qu'il leur communique la vie,* QU'IL LES ANIME COMME L'AME FAIT LE CORPS, & *qu'*IL EST *en quelque façon* L'AME DE LEUR AME. *Car l'unité parfaite du Saint Esprit réduit tous les Fidelles à une* UNION EGALE A CELLE DES DIVERS MEMBRES UNIS PAR LA MESME AME; *le Saint Esprit ſe trouvant le meſme dans tous les divers tems & dans tous les divers lieux.*

2. *Cette idée nous fait entrer bien plus naturellement dans les expreſſions de l'Ecriture &* DES PERES, *touchant l'union des fidelles avec Jeſus-Chriſt; & dans ce qu'ils diſent qu'ils ne ſont avec lui qu'*UNE MESME CHAIR, UN MESME *Jeſus-Chriſt, un homme parfait.* Que LA CHAIR DU REGENERE' EST LA CHAIR DU CRUCIFIE': *que* TOUTE LA NATURE HUMAINE EST UNIE AU VERBE: *que Jeſus-Chriſt vit dans les fidelles: que nous en ſommes revestus, qu'il eſt* NOSTRE JUSTICE & *noſtre ſanctification. Car toutes ces expreſſions ſont des ſuites de cette verité, que les juſtes* SONT ANIMEZ PAR L'ESPRIT *de Jeſus-Chriſt.*

Pag. 173. D. QUELLE DIFFERENCE *y a t'il donc* ENTRE *Jeſus-Chriſt & les fidelles, ſi les fidelles auſſi bien que Jeſus-Chriſt, ſont ſanctifiez par une* SAINTETE' INCREE'E? R. *Il y a cette difference;*

rence : 1°. *Que les fidelles ne participent* QU'AVEC MESURE *à cette ſainteté increée, & que Jeſus-Chriſt y participe ſans meſure.* 2°. *Que le Saint Eſprit eſt* EN QUELQUE SORTE EXTERIEUR *à l'ame des fidelles; parce que ce n'eſt pas l'eſprit de chacun qui ſe le donne à ſoi-meſme : mais c'eſt Jeſus-Chriſt meſme, comme Verbe, qui répand en lui-meſme ſon eſprit.*

Si non eſt hic aperta impietas, ubi poſſit eſſe manifeſta non video. Quot fere verba, quot certe ſententiæ, tot ſunt errores, orti ex impietate. 1. Caritatem habitualem non eſſe donum infuſum, nec dare potentiam agendi, ſed facilitatem tantum, quemadmodum habitus acquiſiti, qui oriuntur ex actibus: nihil enim aliud eſſe habitum caritatis, quam relictam ex actu facilitatem ſive pronitatem ad actus conſimiles. Enimvero ubi verus Deus non eſt, ibi nec ullus iſtis infuſis habitibus locus eſt; nulla eorum cauſa effectrix eſt. 2. Concilii Tridentini decretum definiens juſtificari homines per infuſam & inhærentem caritatem, de actu *fugaci* poſſe intelligi. 3. Non conſtare inter Theologos, num ex actu illo remaneat habitus *pertinax*, hoc eſt, pronitas animi ad actus ſimiles eliciendos: tamen eſſe veriſimilius aliquem permanere. Nam infuſos habitus nullos poteſt agnoſcere, ut diximus, hypotheſis impia. 4. Tametſi, quoniam aliquid concedendum Concilio Tridentino eſt, homines juſtificantur, inquit, per actum caritatis, ex quo remanet in anima diſpoſitio ad ſimiles actus, nihilominus juſtificantur etiam formaliter ipſamet Sanctitate Dei. Quidni enim, cum ſanctitas univerſalis, ſive forma ſanctificans univerſalis, Deus ipſe ſit? Ex forma autem univerſali ita certe manat quæcumque eſt particularis, ut ab ea ſit indivulſa. 5. Ergo anima rationalis non vivificatur, beatificatur, illuminatur, niſi ab ipſamet ſubſtantia Dei. 6. Deum ut Veritas eſt, ut Juſtitia, ut Lex æterna, intime ſe menti præſentem ſiſtere, in mente fulgere, conſpiciendam ſe animo præbere: hanc formam juſtitiæ increatam & Deum eſſe, qui ſe ipſe exhibens amorem ſui concitat: Eſſe autem caritatem univerſalem, Spiritum Sanctum; quemadmodum Veritas & Sapientia Univerſalis Verbum eſt. 7. Juſtitiam illam, quam in juſto quolibet homine diligimus, æternam & Deum ipſum eſſe. 8. Dilectionem, quam in nobis eſſe diligimus, dum proximum amamus, ipſum Deum eſſe: tum quia τὸ ἓν εἶναι univerſale Deus eſt; tum quoniam ipſa lex æterna, quam diligimus & ſequi volumus, amando proximum, dilectioque ea ipſa, Deus ipſe eſt, intus in mente fulgens. 9. Plures quidem Theologos (hoc eſt, Catholicos omnes, cum Concilio Tridentino) qui juſtificationem fieri cenſent per caritatem creatam, fateri Spiritum Sanctum in nobis manere, ſed per ſuam efficientiam tantum, per donum ſuum: at amplius aliquid eſſe ſtatuendum: nempe juſtificari nihilominus homines formaliter per ipſammet ſubſtantiam Spiritus Sancti, velut per formam univerſalem. 10. Sic nos recte intelligi unam eſſe perſonam cum Chriſto, unam carnem; non tantum unione morali & myſtica, propter ſimilitudinem doni creati; ſed unione etiam multo arctiore, intima, & phyſica; nempe ob eamdem formam juſtificantem, quæ ſit inſtar animæ corpus & membra diverſa vivificantis, & quaſi ſingulorum animæ anima. 11. Fideles omnes eam ob rem unam eſſe carnem, ſiquidem una omnium anima, una forma vivificans eſt. 12. Totam humanam naturam unitam eſſe Verbo, hoc eſt, Rationi & Juſtitiæ univerſali: juſtos autem ſubſtantiæ ipſimet Spiritus Sancti, qui eſt Dilectio illius Juſtitiæ & Rationis. 13. Hoc ſenſu in ſacris libris dici Chriſtum factum nobis eſſe Juſtitiam, nec tantum quia hanc nobis promeritus eſt; ſed quia ipſa illius Juſtitia ſive divinitas, eſt forma univerſalis juſtificans. 14. Non differre formaliter Chriſti ſanctitatem a noſtra, ſed ſecundum magis & minus, cum ſit eadem formaliter; niſi quod extrinſecus nobis illa forma advenit; Chriſto autem, ut Verbum erat, intrinſeca fuit. Sapientia enim certe eſſentialiter diligit ſe. Quis hæc hæretica impiaque placita ex impietate oriri jam dubitet, cum animadvertat hic ipſum dogma primarium fontemque ceterorum tam ſæpe inculcari; Legem æternam, Juſtitiam, Veritatem & Sapientiam univerſalem, & intelligibilem quam in homine juſto diligimus, dilectionemque eam quam diligimus, dum proximum amamus, Deum ipſum, Verbum ipſum, Spiritum Sanctum ipſum eſſe?

Pag. 174. D. *La ſcience que le Verbe a communiquée à ſon humanité a-t'elle des bornes?* R. *Comme ſaint Auguſtin dit à l'égard de la ſainte Vierge, qu'il ne faut point la comprendre dans les diſcours, où il s'agit de peché; nous devons dire auſſi à l'égard de l'humanité de Jeſus-Chriſt, qu'il ne la faut point comprendre, quand* IL S'AGIT D'IGNORANCE *ou de ſcience bornée. L'Ecriture nous en donne des idées ſans bornes. . . . . Ainſi donc le reſpect que nous devons avoir pour Jeſus-Chriſt nous empeſche de lui attribuer* AUCUNE IGNORANCE.

D. *Doit-on dire poſitivement que Jeſus-Chriſt entant qu'homme ſçavoit tout ce que Dieu ſçait?* R. *Saint Fulgence, Hugues de ſaint Victor, & pluſieurs autres Peres & Theologiens ſont de ce ſentiment; & il y a encore des Theologiens qui le ſoutiennent. Mais comme cela n'eſt pas reconnu generalement de tous les autres, il vaut mieux laiſſer à Dieu la connoiſſance* DE CE SECRET; *& concevoir ſeulement en Jeſus-Chriſt comme homme,* UNE SCIENCE QUI SURPASSE NOTRE INTELLIGENCE; *ſans déterminer poſitivement ſi elle comprend tout ce qui eſt compris dans celle de Dieu. Ce qui eſt certain néanmoins, eſt qu'il y a grande difference entre la ſcience de Jeſus-Chriſt comme Dieu, & celle qu'il a comme homme. Car la divinité du Verbe, dit ſaint Fulgence, connoit ce qu'elle connoit, en ſorte qu'elle ſçait qu'elle eſt ſa ſcience meſme. Mais l'humanité de Jeſus-Chriſt, en connoiſſant la divinité, n'eſt pas néanmoins la divinité.* „ Ipſa Deitas ſic ſe novit, ut hoc ſe naturaliter inveniat eſſe quod novit: anima autem illa „ ſic totam deitatem ſuam novit, ut ipſa tamen deitas „ non ſit. *Reſp.* 3. *ad Fernand.*

D. *N'eſt-il pas marqué expreſſément dans l'Evangile, que Jeſus-Chriſt a ignoré le jour du jugement; ce qui ne pouvant s'entendre de la divinité du Verbe, doit ce ſemble eſtre rapporté à l'humanité?* R. *Quoi qu'il ſemble que quelques anciens Peres ayent parlé de cette ſorte; néanmoins la matiere ayant eſté mieux examinée, les Peres qui ont ſuivi, & qui ont combattu l'erreur des Agnoëtes, qui attribuoient de l'ignorance à Jeſus-Chriſt, ont ſoutenu qu'il ne falloit pas conclure de ce paſſage, que Jeſus-Chriſt entant qu'homme ait ignoré le jour du Jugement: mais ſeulement qu'il ne l'avoit pas connu par la nature de ſon humanité: c'eſt-à-dire, que c'eſt* PAR LA REVELATION DU VERBE, *& non par la penetration naturelle de ſon humanité, qu'il l'a connu. Et ce ſentiment ayant prévalu dans l'Egliſe, il faut s'y attacher & rejetter l'autre.* Valde hic æſtuat, hæretque quam ſe vertat in partem. Nam ſi Verbum non eſt niſi Veritas univerſalis, ut vult ſecta impia, & Verbum caro factum eſt, oportet Veritatem univerſalem factam carnem eſſe, ac proinde Chriſtum ut hominem Veritatem univerſalem noſſe. Quod facile iſte ſuo ſenſu agnoſcit: cum nihil ſit aliud Veritatem univerſalem noſſe, quam de re qualibet neceſſaria, cujusmodi ſunt eſſentiæ rerum, vere judicare, & eas quidem ita vere ex conditione ſuæ naturæ eſſe, cum de Verbo carne facto agitur: adeo ut nihil hominem illum ejuſmodi lateat, quod noſſe velit. Nam in Verbo iſto, quod eſt Veritas univerſalis, nonniſi univerſalia videre mens poteſt. Singularia quæ prævidentur, ex revelatione Verbi ſeu Veritatis noſci eatenus dicuntur, quod non neceſſario in Verbo

Verbo ſeu Veritate univerſali ea videntur, ſed ſingulari beneficio; quamquam & ipſa, quoniam vera ſunt, in Veritate continentur. Cum autem probe noritiſte, Catholicis minime probari, quod Chriſtus ut homo dicatur id totum ſcire, quod Verbum ſcit; quoniam etſi peramplam, tamen finitam Chriſti ut homo eſt ſcientiam profitentur, atque infinite infra divinam, non ſolum quoad modum, ſed etiam quoad extenſionem; idcirco veritus Catholicis Doctoribus omnibus aperte repugnare, ſatius dicit eſſe de hac quæſtione ſilere, quam pronunciare.

Pag. 182. Verbum adhuc Veritatem eam eſſe, quam juſti ſectantur, docet his verbis. *Nous ne pouvions eſtre réparez que* PAR LA VERITE', *qui eſt noſtre unique bien. Mais nous n'étions pas capables par l'état où nous étions tombez, de nous attacher* A CETTE VERITE' CONSIDERE'E EN ELLE-MESME. *Il a donc fallu que* CETTE VERITE' SE PROPORTIONNAST A NOUS, EN SE REVESTANT D'UN CORPS, *& ſe joignant à une humanité, qui nous ſerviſt de degré, pour nous élever à la divinité.* Hoc eſt dicere; ſtulti facti eramus per peccatum: reparandi igitur eramus per Sapientiam. Sapientiam autem intelligibilem nemo apprime noverat. Oportuit igitur Sapientiam demittere ſe ſe, & induere carnem: hoc eſt, virum Sapientem oportuit offerre ſe obtutibus noſtris, quem imitari facile poſſemus. Hoc, inquit, eſt Verbum carnem fieri; hic finis Incarnationis ſive Apparitionis illius fuit; mortales docere.

Pag. 184. Quod deinde ſequitur de oratione Chriſti, nihilo minus ex impietate conſequens conſentaneumque ei eſt. D. *Toutes les prieres de Jeſus-Chriſt ont-elles eſté exaucées?* R. *La raiſon pourquoi nos prieres ne ſont pas toujours exaucées, c'eſt que ne ſachant pas ce qu'il faut demander à Dieu, nous demandons ſouvent des choſes qui ne ſont pas conformes à la ſageſſe de Dieu. Mais comme Jeſus-Chriſt connoiſſoit ſon Pere, & que le Verbe de Dieu* CONDUISOIT & POUSSOIT L'HUMANITE' DANS TOUTES SES PRIERES, IL NE POUVOIT RIEN DEMANDER QUI NE FUT *conforme à la ſageſſe divine.*

D. *Peut-on regarder l'humanité de Jeſus-Chriſt, comme la* PREMIERE CAUSE DE LA DIVERSITE' DES GRACES *que les hommes reçoivent: en pretendant que les diverſes applications & les diverſes prieres de l'humanité de Jeſus-Chriſt, ſont* LA PREMIERE SOURCE *de ce que les uns reçoivent plus de graces que les autres; ou que les uns reçoivent la grace, & les autres ne la reçoivent pas?* R. *Cette prétention ne peut ſubſiſter avec l'économie de l'Incarnation. Car l'humanité de Jeſus-Chriſt étoit tellement* POSSEDE'E *par le Verbe de Dieu, qu'elle n'agiſſoit jamais, qu'étant elle-mesme* MUE, REGIE, & GOUVERNE'E PAR LE VERBE. *Ainſi tout deſir & toute priere de Jeſus-Chriſt, comme homme, ſuppoſe* UNE VOLONTE' DANS LE VERBE, *que ſon humanité deſiraſt & priaſt; &* UNE IMPRESSION EFFICACE, *par laquelle il l'appliquoit à deſirer & à prier. Car* IL N'Y AVOIT EN *Jeſus-Chriſt qu'*UN CONDUCTEUR, QUI E'TOIT LE VERBE. *Et comme le corps dans l'état d'innocence n'auroit eu de mouvement que par la volonté de l'ame: de mesme en Jeſus-Chriſt ſon humanité n'avoit aucun mouvement que* PAR L'APPLICATION & L'IMPRESSION DU VERBE. *Ainſi* LE VERBE AGISSOIT TOUJOURS AVEC L'HUMANITE'; IL AGISSOIT EN MAISTRE & EN CONDUCTEUR, *ſelon l'ordre naturel, qui veut que ce qui eſt moins parfait, ſoit ſoumis à ce qui eſt plus parfait. C'eſt pourquoi,* COMME DIT FORT BIEN UN CELEBRE AUTEUR, (Thomaſſin. l. 9. cap. 5. num. 2.) *ce* N'ETOIT PAS TANT LA DIVINITE' QUI EXAUÇOIT LES PRIERES DE L'HUMANITE', *que c'étoit l'humanité qui ſuivoit les loix de la divinité. Ce n'étoit pas* TANT *Dieu qui exauçoit l'homme qui prioit, que l'homme qui obeiſſoit à Dieu en priant. Il s'enſuit donc de là qu'à la verité l'inégalité des graces a pour cauſe la diverſité des prieres de Jeſus-Chriſt,* QUI N'A PAS DEMANDE' LES MESMES GRACES POUR LES UNS QUE POUR LES AUTRES. *Mais que cette inégalité des prieres de Jeſus-Chriſt a auſſi pour cauſe le decret éternel du Verbe de Dieu qui lui eſt commun avec ſon Pere.* CE MESME AUTEUR *juge ſi eſſentiel au myſtere de l'Incarnation, que le Verbe de Dieu* FUST LA PREMIERE CAUSE DE TOUTES LES ACTIONS DE L'HUMANITE' DE *Jeſus-Chriſt, qu'il* NE CRAINT PAS DE DIRE, QUE C'EST DIVISER L'UNITE' DE PERSONNE EN *Jeſus-Chriſt, que de faire agir autrement cette humanité.* Adhuc inculcat palmare caput impiæ hypotheſeos, de Verbo ἡγεμονικῷ ſolo in Chriſto: quod vel unum placitum fidem Eccleſiæ de Deo & Verbo, ſive de ſanctiſſima Trinitate, ac de Chriſto Deo & homine, funditus convellit ac labefactat. Nam cum Verbum in ea hypotheſi non aliud ſit quam Sapientia intelligibilis per ſeipſam formaliter mentes illuſtrans, non poteſt in illa hypotheſi verus Pater, nec proinde Deus verus eſſe. Nam quid Pater erit tali conſubſtantialis Verbo, hoc eſt, Veritati entium intelligibili, niſi Realitas entium. Deinde, quod neceſſario conſequens eſt, pro unione Verbi hypoſtatica, unionem Sapientiæ cum humana mente proponit: quod eſt reipſa merum hominem Chriſtum facere. Atqui Verbum Dei verum, ut diximus, neque eſt ἡγεμονικὸν, ſive primarium principium effectivum actionum humanarum in Chriſto, ſed ſolum Sapientiæ donum creatum. Nam Verbum humanitati ut perſona unitur, non ut natura: neque proinde ut unitum humanitati quidquam efficit, ſed ipſam ſolummodo hypoſtatice perficit. Perſona enim in divinis non eſt activa ad extra ſejunctim a ceteris; cum ſit activa vi tantum naturæ communis tribus. Ergo Verbum ut eſt unitum humanitati non eſt ἡγεμονικὸν; ſed a tota divinitate movetur humanitas ad orandum & ad bona quælibet opera, per gratias efficaces ex prævisione futuri conſenſus, ut ſæpe in nobis etiam ipſis accidit. At ex illo impiæ ſectæ placito, quod iſte eximia Thomaſſini auctoritate egregie communiri putat, conſequitur, orationes Chriſti, non tam orationes, quam prædictiones fuiſſe; impellente Verbo, hoc eſt, Sapientia, ad id unum petendum quod peti & fieri Verbum vellet, hoc eſt, quod fere futurum eſſet. Nam quid aliud Veritas velit, quam quod eſt vere futurum; hoc eſt, quam ut diſpares gratiæ hominibus impertiantur, aliis aliæ, deſint (ut volunt) nonnullis, præſertim efficaces? Sequitur ſtatim, pag. 187.

D. *L'Egliſe ne prie-t'elle pas pour le ſalut des reprouvez?* R. *L'Egliſe ne prie point ni pour les Anges rebelles, ni pour ceux qui ſont éternellement damnez: & elle ne priera point au jour du Jugement pour aucun des reprouvez. Que ſi, dit ſaint Auguſtin, elle étoit aſſurée à l'égard de quelques-uns, qu'ils ſont prédeſtinés au feu éternel, elle ne prieroit pas pour les en exempter, comme elle ne prie pas pour les Anges rebelles.* D. *Que doit-on conclure de là à l'égard de Jeſus-Chriſt?* R. *On en doit conclure que Jeſus-Chriſt ayant toujours* SCEU LE SECRET DE LA PREDESTINATION, & *ce que Dieu avoit reſolu de chacun des hommes, il ne pouvoit rien deſirer ni demander qui n'y fuſt conforme.* D. *S'enſuit-il que Jeſus-Chriſt n'a rien demandé pour les reprouvez?* R. *Non. Car il a demandé tout ce qu'il ſçavoit que Dieu avoit reſolu de leur donner. Or Dieu accordant pluſieurs graces aux reprouvez, Jeſus-Chriſt les a par conſequent demandées. . . .*

D. *Pourquoi donc Jeſus-Chriſt dit-il qu'*IL NE PRIE POINT POUR LE MONDE, *mais pour ceux que ſon Pere lui a donnés?* R. *Parce qu'il s'*AGIT EN CE LIEU, *des prieres faites pour les Elus. Or les prieres que Jeſus-Chriſt a faites pour ſes Elus, ſont*

fort differentes de celles qu'il a faites pour ceux qui ne le ſont pas. Il a demandé efficacement le ſalut pour ſes Elus : mais il n'a point prié de cette meſme maniere pour les reprouvez. CAR POURQUOI, DIT LE MESME AUTEUR *que nous avons cité ci-deſſus, auroit-il importuné en quelque ſorte Dieu, pour obtenir ce que l'éternelle volonté de Dieu &* SA PREDESTINATION IMMUABLE, EMPE'CHOIENT *qu'il ne puſt obtenir?* „ Ut quid enim divinas aures nequicquam „ obtunderet, quæ impetrari æterna Dei voluntas & „ incommutabilis prædeſtinatio vetabat? *Thomaſſin. lib. 9. cap. v. n. 4. Mais quoi qu'il n'ait pas demandé le ſalut pour eux, il a pu demander d'autres graces, puiſqu'ils en reçoivent pluſieurs. La regle ſur laquelle on doit donc juger ce que Jeſus-Chriſt a demandé, ou n'a pas demandé, eſt celle-ci : Quil a demandé toutes les graces que Dieu avoit prédeſtiné de donner, & qu'il n'a rien demandé de ce que Dieu a prédeſtiné de ne donner pas.* „ Oravit ergo Chriſtus illa omnia illis omnibus, qui- „ bus & quæcumque Deus prædeſtinaverat largitu- „ rum. Quæcumque autem, & quibus ſtatutum „ Deo fixumque immutabili voluntate erat non elar- „ giri, ea illis orare abſtinuit. Stultum eſt enim o- „ rare, quod certo ſcias non poſſe impetrare. Tho- „ maſſin. ibidem.

D. *Pourquoi Jeſus-Chriſt n'a-t'il pas obtenu le pardon pour tous ceux qui l'ont crucifié, puiſqu'il eſt rapporté dans l'Evangile qu'il a prié pour eux?* R. *Parce, dit ſaint Thomas, que Jeſus-Chriſt n'a pas prié pour tous ceux qui l'ont crucifié, ni meſme pour tous ceux qui devoient croire en lui : mais pour ceux-là* SEULEMENT QUI E'TOIENT PREDESTINEZ. „ Dicendum quod Dominus non oravit pro omnibus „ crucifixoribus, neque etiam pro omnibus qui e- „ rant crediturí in eum : ſed pro his ſolum qui erant „ prædeſtinati, ut per ipſum vitam conſequerentur „ æternam. S. Thom. 3. part. q. 21. art. 4. ad 2. Hactenus iſte. Quid ſane faceret homo precando, ſi Deus non eſt? Parieti loqueretur. Atqui reipſa in hypotheſi ſectæ impiæ Deus verus nullus eſt : & quod ab ea Verbum appellatur, nihil niſi ipſamet Veritas intelligibilis entium eſt, quæ ſunt, vel futura ſunt. Oratio igitur hominis iſtius Sapientis, qui dicitur Chriſtus, non potuit in illa hypotheſi eſſe niſi complacentia de largitione bonorum quæ Deus & Verbum diſpari menſura impartiturus eſſet hominibus; hoc eſt, quæ reipſa ac vere eſſent hominibus diſpertienda. Si certe ſciret Eccleſia certos quosdam eſſe reprobos, non oraret pro illis ut ſalutem conſequerentur æternam; quemadmodum non orat pro dæmonibus aut jam damnatis. Nam talis revelatio, ſignificatio foret ſententiæ ultimæ in eos latæ, ac divinæ proinde voluntatis preces pro illis prohibentis. Vellet tunc Deus Eccleſiam ſecum judicare, ſecum ferre ſententiam. Repugnat autem Judicem ſupremum ferre ſententiam in reum, & pro eodem reo ſimul orare aut orari velle. At Chriſtus non venit ut Judicem ageret, ſed Mediatorem tantum. *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum*, Joan. III, 17. Itaque tametſi noverat qui futuri eſſent reprobi, erat illa in eo ſcientia quaſi non eſſet; quia non utebatur unquam ea regula ad agendum; quemadmodum quam habet Confeſſarius cognitionem peccati a pœnitente commiſſi, in ipſo eſt quaſi non eſſet; quia nefas eſt ei ea cognitione uti ad agendum. Chriſtus igitur cum Judicis partes non ageret, ſed Mediatoris; oravit hoc unum, & impetravit; nempe ut darentur hominibus gratiæ ad ſalutem conſequendam neceſſariæ, & petentibus etiam merentibuſve de congruo ob priorem conſenſum uberes & ex prævisione futuri conſenſus efficaces. Quod enim Chriſtus dixit, *Non pro mundo rogo*, hunc ſenſum habet : Non pro Judæis oro, quorum excidium decreviſti; ſed pro his oro Apoſtolis quos dediſti mihi, hos ego tutelæ tuæ committo. Ubi nullus de ſalute æterna ſermo eſt, ſed de ſuprema calamitate, quæ Judæis eſſet obventura. *Mundus* enim apud Joannem ubique fere Judæi ſunt.

Pag. 193. D. *Peut-on demander à Jeſus-Chriſt dans le Ciel qu'il prie pour nous?* R. *Nous n'avons aucun exemple d'une ſemblable priere faite à Jeſus-Chriſt, dans les Ecrits des Apoſtres, dans les prieres publiques de l'Egliſe, & dans la plus ſolemnelle de toutes, qui eſt la Liturgie. L'uſage univerſel eſt de prier le Pere par le Fils, ou de s'adreſſer directement au Fils, comme ayant ſelon ſa divinité une puiſſance égale à celle de ſon Pere; & ayant receu tout pouvoir dans le Ciel & ſur la terre, ſelon ſon humanité meſme. Il ne laiſſe pas d'eſtre vrai, ſelon l'Ecriture, que Jeſus-Chriſt eſt toujours dans le Ciel noſtre ſouverain Preſtre, noſtre Avocat, & noſtre Mediateur : qu'il s'offre & qu'il intercede ſans ceſſe pour nous. Mais comme nous ne ſçavons pas en quelle maniere il unit ce miniſtere avec ſa ſouveraine* AUTORITE', *& qu'il ſeroit dangereux de lui rien attribuer qui portaſt l'idée de l'humiliation & de l'abbaiſſement, dont le tems eſt fini avec ſa vie mortelle, on ne doit pas s'écarter de l'uſage & de la tradition de l'Egliſe, qui nous doit ſervir de regle.* Si oratio Chriſti ſcilicet, cum in terris degeret, fuit (ut iſti volunt) improprie dicta oratio, quanto magis nulla in cælis erit, ubi omni poteſtate fruitur? Veretur iſte ne quid Chriſto tribuatur humile, & quod ſummam illam qua nunc Chriſtus potitur dedeceat poteſtatem. Sed reipſa hic etiam error ex illo oritur, quem toties inculcat, de uno eoque divino in Chriſto ἡγεμονικῷ. Nam ſi Sapientia, quæ mentem ipſius regit, divinitas ipſa eſt, quis ſupereſt quem Sapientia illa poſſit orare? Nugari enim eſt, Veritatem entium, ſive neceſſariam cauſarum ſeriem ſollicitare precibus. Itaque Chriſtus qui hanc & per Sapientiam novit, & ut Verbum ſive Sapientia univerſalis eſt operatur, quem habet cui preces offerat? Catholici vero dicunt humanitatem Chriſti in cælo orare ac rogare Deum; aut reſervato ſæpius orandi vocabulo interceſſoribus ſecundariis & inferioris ordinis, Chriſtum dicunt advocatum agere, & pro nobis poſtulare. Nam illud inter utrumque diſcrimen intercedit; quod illi dum orant, non certo & infallibiliter exaudiuntur a Deo: Chriſtus autem quod poſtulat, certiſſime impetrat, ac veluti pro poteſtate. Itaque Chriſtum etiam ut homo eſt, ἡγεμονικὸν, inquam, illud perfectum, quod ex humanitate præciſe conſiderata, & donis ſupernaturalibus Sapientiæ & caritatis conſtat, recte oramus ut poſtulet pro nobis ea quibus egemus.

Pag. 204. D. *N'offre-t'on dans l'Euchariſtie que le Corps ſeul de Jeſus-Chriſt?* R. *On offre avec le Corps toute ſon Egliſe; quoi qu'il n'y ait que le* CORPS DE *Jeſus-Chriſt* RE'ELLEMENT PRESENT, *&* LE PAIN NE SOIT POINT CHANGE' AU CORPS DE L'EGLISE.

D. *Comment peut-on prouver, que l'on offre le corps de l'Egliſe avec celui de Jeſus-Chriſt?* R. 1°. *On le prouve. Parce que ſelon la tradition des Peres, le* CORPS *de Jeſus-Chriſt* EST CONSACRE' DANS DES MATIERES *qui ſe forment de pluſieurs parties; comme* LE PAIN DE PLUSIEURS GRAINS DE BLED, *&* LE VIN DE PLUSIEURS GRAINS DE RAISIN; AFIN QUE *nous ne ſéparions pas le chef des membres; mais que nous les offrions conjointement à Dieu . . . . .* 3°. *L'Euchariſtie eſt deſtinée pour eſtre le Corps de Jeſus-Chriſt. Or outre le corps auquel le Verbe eſt uni perſonnellement, & qui fait partie de ſon humanité ſacrée, il ſe forme par l'Euchariſtie* UN AUTRE CORPS, EN S'UNISSANT AVEC LES FIDELLES, NON SEULEMENT PAR SON ESPRIT, MAIS AUSSI PAR SON CORPS. *Ce qui a fait nommer l'Euchariſtie par les Peres* UNE EXTENSION DE L'INCARNATION.

TION. *C'eſt donc ce corps* ETENDU & AMPLIFIE' *par l'Euchariſtie, que Jeſus-Chriſt & l'Egliſe offrent à Dieu* EN LUI OFFRANT *l'Euchariſtie.* Voluit de Euchariſtia aliquam tractationem hoc loco ingerere; ut quam ambigue & æquivoce loqui debeat, qui Catholicus videri velit & fucum facere imperitis, qui Calvinianus ſit, vel quod idem eſt, quantum ad hoc caput attinet, Janſenianus, aſſeclas ſuos doceret. Fingit ergo, quod Catholici ne ſomniant quidem, offerri in altari Corpus Eccleſiæ cum Chriſti Corpore: tametſi ſolum Chriſti Corpus præſens realiter adſit, inquit, nec panis mutetur in Corpus Eccleſiæ. Quod ſenſu hæretico ſignificat tantum; per fidem præſens realiter animo ſiſti Corpus Chriſti ſub pane, non item Corpus Eccleſiæ: cum panem fides non mutet in Corpus Eccleſiæ, ſed in Corpus Chriſti tantum. Dictum deinde probat, eo quod conſecratur Corpus Chriſti in pane, qui ſit ex multis granis; ſanguis in vino, quod fit ex multis acinis; ut unitas membrorum Eccleſiæ ſimul intelligatur, quo tempore de Corpore Chriſti fides cogitat. Hoc eſt dicere, Sacrificium altaris duabus conſtare partibus; primum, oblatione panis & vini, quibus ſignificatur Corpus Eccleſiæ, ob grana & acinos, quibus panis & vinum conſtant. Deinde oblatione Corporis Chriſti, quod in pane poſtea per verba conſecrationis mente ac fide cogitatur, & ſolum tunc realiter animo præſens ſiſtitur. Addit denique Euchariſtiam deſtinari ut ſit Corpus Chriſti: Per Euchariſtiam autem, præter Corpus quod eſt hypoſtatice Verbo unitum, fit Corpus alterum Chriſti, quod eſt Eccleſia; ſiquidem non ſolum per Spiritum ſuum, hoc eſt, per pias & ſanctas quaslibet cogitationes, ut olim, ſed & per Corpus ſuum, hoc eſt, per fidem Corporis ſui, unit ſibi Chriſtus fideles omnes, totidem Chriſtos efficiens, vel unum potius Chriſtum ex omnibus, ut ſæpe ſuperius dictum eſt. Quid enim eſt aliud Chriſtus, quam conjunctus homo cum Verbo ſive Sapientia? Atqui qui manducat carnem Chriſti credens in eum, conjungitur Sapientiæ, & ut ille Corpore reſurrexit ad immortalitatem, ſic & ipſe reſurget. Ergo qui manducat Corpus Chriſti per fidem & caritatem, fit Chriſtus. Et ſic Euchariſtia ſive participatio altaris, extenſio quædam Incarnationis eſt. Catholici placita hæc omnia deteſtantur, ut ſuſpecta ſaltem; pleraque etiam ut hæretica. Offerri ſolum omnino Corpus Chriſti dicunt in ſacrificio Miſſæ, propitiationem pro vivis atque defunctis. Negant Chriſtum hic a Nicolio cum ſociis recte definiri, & nos Chriſtos ſimili Sapientiæ conjunctione fieri. Negant denique conſiderationem acinorum & granorum ad ſacrificium ulla ratione pertinere: neque ad Euchariſtiam quidem: cum eorum nec ſubſtantia nec accidentia ibi ſint; ſed accidentia tantum panis ac vini. Quamobrem haud inanis ſuſpicio eſt, velle eos grana & acinos ſecundum ſubſtantiam remanere, qui horum in Euchariſtia faciunt mentionem. Quale autem iſtud eſt quod adjicitur, Euchariſtiam deſtinari ut ſit Corpus Chriſti; Corpus autem Chriſti geminum eſſe? Nam cum Euchariſtiæ nomine Catholici ipſum Chriſti Corpus intelligant; aut ſenſum hunc habet iſta propoſitio; Corpus Chriſti deſtinatur ut ſit Corpus Chriſti: quod eſt delirum & ineptum: aut iſtum fortaſſis; Euchariſtia complectitur Corpus Chriſti quod eſt, & Corpus Chriſti quod efficit; quod eſt novam, falſam, & ſuſpectam hæreſeos definitionem Euchariſtiæ aſſerre.

Pag. 226. D. *Doit-on croire que tous ceux qui ne ſont pas perſuadez que la Vierge ait eſté exempte* DE PECHE' ORIGINEL, *n'ayant pas* ASSEZ DE DEVOTION & DE RESPECT POUR LA *ſainte Vierge?* R. *Ce ſeroit un jugement très-temeraire. Les ſaints les plus attachez au culte de la ſainte Vierge, & qui ont eu une dévotion plus tendre pour elle, comme ſaint Bernard, ſaint Thomas, ſaint Bonaventure, & ſaint Anſelme, ont cru en meſme tems qu'elle n'avoit pas eſté exempte du peché originel.*

D. *Quel parti doit-on prendre dans la diverſité de ſentimens qu'il y a ſur ce point dans l'Egliſe?* R. *La* RAISON VEUT *que ceux qui ſont capables d'examiner les preuves & les fondemens par leſquels on en doit juger, prennent le parti qui leur paroiſt le mieux fondé: & que ceux qui ne ſont pas capables de les examiner, ou qui n'en ont pas le tems, demeurent dans la ſuſpenſion de jugement,* & EVITENT DE JUGER SANS LUMIERE DE CE POINT DE DOCTRINE: *puiſqu'il y a toujours quelque temerité, ſelon ſaint Thomas, à porter un jugement fixe* SUR DES PREUVES & DES RAISONS INCERTAINES: N'Y AYANT QUE L'EVIDENCE, *qui doive déterminer notre eſprit à embraſſer une opinion* PLUTOST QU'UNE AUTRE.

D. *La feſte de la Conception celebrée par l'Egliſe, n'eſt-elle pas un argument convainquant, que la ſainte Vierge a eſté exempte du peché originel?* R. *Il y a double notorieté ſur ce point. Il eſt notoire que l'Egliſe celebre la feſte de la Conception. Il eſt notoire que l'Egliſe ne croit point la Conception immaculée comme un article de foi: & qu'elle croit au contraire que ce n'eſt point un article de foi,* LES SIMPLES *ont donc raiſon de croire que ces deux notorietez ne ſont pas contraires: & qu'ainſi l'établiſſement de la feſte de la Conception,* N'EST PAS LA DECISION DE CETTE CONTROVERSE, & *qu'elle demeure encore indéciſe aprés cet établiſſement.* Non poteſt etiam ſecta impia patienter ferre, credi conceptam fuiſſe ſine labe originali Deiparam. Quoniam in illa hypotheſi, in qua peccatum originale ipſamet concupiſcentia eſt, & actuale quilibet appetitus boni ſenſibilis, & neceſſitas cognoſcendæ Veritatis per corporea phantaſmata; ſi caruit Deipara in ipſa origine concupiſcentia, ratio ſuadet, multo magis ab omni actuali fuiſſe ipſam poſtea immunem: & ideo fuiſſe ab originali immunem in ipſo conceptu, hoc eſt, ab ipſa concupiſcentia, ne poſtea per concupiſcentiam actu peccaret. Ergo eſſet, ut ita dicatur, Chriſta Dea. Quid enim eſt in illa hypotheſi Chriſtus Deus? Homo cum ſanctitate & Sapientia inſeparabiliter conjunctus. Nihil enim ſecundum placita ſectæ impiæ, divinius Sapientia & ſanctitate eſt. Inſeparabiliter autem conjunctus cum Sapientia & ſanctitate eſt, qui omni peccato caret. Quis autem ſine omni peccato eſt, ut iſti paſſim loquuntur, niſi ſolus Deus? Ergo Deipara Dea eſſet. Quod ne dicatur, inquiunt, cum ſit abſurdum & Chriſtianas aures offendat, nec dicatur eadem etiam ab originali peccato fuiſſe immunis. Dicatur ſane purificata ab originali peccato, etiam in utero matris, quandocumque libuerit: omnino fuiſſe expers peccati ne dicatur. Prima hæc origo erroris iſtius eſt: quem qui defendunt, ignari unde primum manarit, & alioqui apprime Catholici, ut Dominicani, non idcirco arguendi ſunt minoris erga Deiparam pietatis ac reverentiæ, ſed tantum derelictæ imprudenter ſuper eo capite doctrinæ Eccleſiæ, neglectæque haud ſatis pie fortaſſis ſanctionis Concilii Tridentini, Summorumque Pontificum, ac præſertim Alexandri VII. Nam, ut alia omittamus argumenta, ipſius feſti Conceptionis inſtitutio quis ſenſus Eccleſiæ tunc eſſet, manifeſte docet; non quidem rem eam eſſe quæ ad Catholicam fidem pertineat, aut poſſit pertinere, ſi quidem Theologice loqui volumus & accurate; ſed tamen quæ pertineat ad doctrinam Eccleſiæ, æque ac Virginitas Deiparæ in partu & poſt partum, & immunitas ab omni peccato etiam veniali. At longe pejores & omnino deteſtandi ſunt, qui quoniam id cum ſua impia hypotheſi cohæret, pertinaciter negant Deiparam ſine labe conceptam; damnantque temeritatis eos, ut iſte facit, qui ſola auctoritate Summorum Pontificum & Eccleſiæ aſſenſu ducti, abſque evidenti ratione id beneficii conceſſum a Deo Deiparæ fuiſſe credunt.

Pag. 228. D. *Doit-on croire qu'elle a eſté entierement exempte des pechez actuels?* R. *Quelques Peres en ont douté, & ont attribué en certaines occaſions des défauts à la ſainte Vierge. Mais il paroiſt que ç'a eſté par des obſcurciſſemens humains. . . . . Le Concile de Trente déclare que l'Egliſe croit que la Vierge n'a jamais commis aucun peché actuel, meſme veniel.* An etiam omne delictum ex incogitantia & ignorantia, omne peccatum omiſſionis excludat iſte, haud ſatis liquet.

Pag. 229. D. *La concupiſcence a t'elle eſté entierement éteinte dans la ſainte Vierge?* R. C'EST ENCORE UN SECRET *que Dieu n'a point revelé aux hommes. Mais il y a beaucoup d'apparence, que ſi elle n'en a pas eſté entierement exempte dans ſa conception meſme, elle en a eſté* PURIFIE'E PAR SA SANCTIFICATION *dés le ventre de ſa mere.* Concupiſcentiæ nomine non aliud videtur iſte hoc loco intelligere, quam pronitatem ad Venerem.

Pag. 276. *Or toutes les actions, toutes les ſouffrances, toutes les paroles, toutes les privations de Jeſus-Chriſt ont cela de commun qu'elles ſont divines, &* qu'ELLES SONT EN QUELQUE SORTE DIEU MESME. *Car Jeſus-Chriſt n'a fait aucune action par ſon humanité, qui n'ait eſté* REGIE *& preſcrite par le Verbe. Ainſi* LE VERBE A TOUJOURS AGI *dans toutes les actions de l'humanité. Et pour les concevoir plainement, il faut toujours concevoir* UNE DOUBLE ACTION: *l'une de l'humanité gouvernée & appliquée: l'autre du* VERBE GOUVERNANT & APPLIQUANT SON HUMANITE'. *Or toute action du Verbe eſt éternelle & divine,* OU PLUTOST ELLE EST DIEU MESME. *Car en Dieu, ſon action n'eſt pas diſtinguée de ſon eſſence. Il* FAUT CONCEVOIR EN *Jeſus-Chriſt* UNE SAGESSE IMMENSE & INFINIE, *dont il ſort certains éclairs qui frappent nos ſens, ſoit par les actions, ſoit par les paroles, ſoit par les ſouffrances, ſoit par les privations de ſon humanité.* Redit iterum ad illud quod tam ſæpe inculcat impiæ hypotheſeos caput, de Verbo actionum in Chriſto humanarum ἡγεμονικῶ, ſive primario principio productivo, activo, & humanam mentem velut inſtrumentum applicante ac regente, & per eam actionem quæ eſt Deus ipſe. Et Verbum innuit Sapientiam dirigentem eſſe. Qua de re abunde ſuperius diximus.

Pag. 284. D. *Que doit-on conſiderer dans les ſouffrances de Jeſus-Chriſt?* R. 1. *On y doit conſiderer* LA RIGUEUR DE LA JUSTICE DE DIEU, *qui a obligé ſon Fils,* COMME CHARGE' DES PECHEZ DES HOMMES, A UNE TELLE SATISFACTION: *& juger par là ce que les* PECHEURS IMPENITENS ONT SUJET D'ATTENDRE DE CETTE JUSTICE, *ſelon cet Oracle de la Verité:* „ Si in viridi ligno hæc faciunt, „ in arido quid fiet? *Car ſi les Fils de Dieu meſme plein de juſtice & de ſainteté, dont les moindres ſouffrances étoient d'un prix infini, a eſté traité de Dieu avec cette terrible ſeverité, que doivent attendre des hommes criminels & obſtinez dans leurs crimes?* Satisfactionem Chriſti vocat, pœnam peccatorum immanitati parem, quam peccatoribus debitam, quaſi peccator ipſe univerſalis, ut Queſnelius appellat, ſuſtinere voluit, ut doceret mortales, & in ſeipſo exhiberet, quæ peccatores pœna maneat. Vide quæ adverſus Queſnelium ſimilia garrientem diximus, pag. 122.

Pag. 301. D. *Pourquoi Jeſus-Chriſt fit-il un grand & admirable diſcours à ſes Apoſtres, aprés les avoir* NOURRIS *de l'Euchariſtie?* R. *Pour leur apprendre qu'il faut toujours joindre enſemble* LA NOURRITURE DU CORPS DE *Jeſus-Chriſt, avec* CELLE DE LA PAROLE DE DIEU. Catholici cum Chriſto dicunt, Carnem Chriſti eſſe vere cibum, quia vere ore manducatur, & potum ejus ſanguinem eſſe, quia ore vere bibitur: neutrum dicunt eſſe ſive corporis ſive animi alimentum. Sanctificari tantum eo cibo hominem dicunt, non ali aut nutriri. Utuntur ea loquendi forma, ita ut quod dicunt intelligant, ſoli hæretici, ut jam diximus; qui nempe Corpus Chriſti in Euchariſtia præſens eſſe tantum per fidem volunt, eaque conſideratione ac ſpe ſocietatis cum Chriſto animos ali ac nutriri.

Pag. 342. D. *Sur quoi eſt fondée la doctrine du Purgatoire?* R. *Elle eſt fondée premierement ſur la Tradition de toute l'Egliſe. . . . . Car ç'a toujours eſté la coutume de l'Egliſe de prier pour les morts. . . Or ces prieres qu'on faiſoit pour eux, n'étoient pas ſeulement pour la conſolation des vivans; ou pour remercier Dieu des graces qu'il avoit faites aux morts: c'étoit* POUR LEUR OBTENIR QUELQUE SOULAGEMENT. *Il ne faut point douter, dit ſaint Auguſtin, que les morts ne* SOIENT AIDEZ *par les oraiſons de l'Egliſe, par le ſacrifice ſalutaire, & par les aumoſnes que l'on fait pour eux; & qu'on n'obtienne par là que Dieu* LES TRAITE AVEC PLUS DE MISERICORDE QUE LEURS PECHEZ NE MERITOIENT. Capiunt nimirum mortui aliquam voluptatem; cum a diſcurrentibus Angelis accipiunt ſui memores eſſe vivos: ſic enim illud refrigerium intelligunt ii ex illa ſecta, qui mentem ſuam de Purgatorio dilucide proponunt. Atqui Eccleſia ſic Purgatorium credit, ſic orat pro mortuis ibi detentis, ut credat, non refrigerium eis aliquod afferri, ſed precibus & Miſſæ ſacrificio liberari omnes eximique poſſe a pœnis, & perduci multos reipſa ad viſionem Dei, quæ beatitudo ſumma eſt: Nam eo ſtatim abeunt, quibus nihil pœnæ luendum ſupereſt; juxta illud, *Hodie mecum eris in paradiſo.*

Pag. 352. D. *Quand a commencé la dévotion des Chrétiens pour les morts?* R. *Elle eſt auſſi ancienne que l'Egliſe. On a toujours offert le ſacrifice pour eux, on a fait des aumones; on a jeuné pour leur obtenir* LE RAFRAISCHISSEMENT, *refrigerium, &* LA DIMINUTION DE LEURS PEINES Non diminutionem tantum, ſed & abolitionem Catholici dicunt & prædicant.

Pag. 359. D. *Pourquoi falloit-il que Jeſus-Chriſt reſuſcitaſt? . . . . Cela n'étoit pas ſeulement neceſſaire pour Jeſus-Chriſt; mais auſſi pour les hommes: Et il a exercé ſa miſericorde envers nous en* RESSUSCITANT AUSSI BIEN QU'EN MOURANT. Tantum nobis, inquit, Chriſtus reſurgendo profuit, quam moriendo.

Pag. 368. *Jeſus-Chriſt par ſa reſurrection a acquis, non le droit, mais l'exercice actuel de ſa puiſſance ſur les hommes, &* PRINCIPALEMENT SUR LES FIDELLES: . . *c'eſt dans cet état de gloire qu'il fait* PARTICULIEREMENT *l'office de* CHEF DE L'EGLISE, EN RE'PANDANT SON ESPRIT DANS TOUS SES MEMBRES, *ſelon la meſure qu'il leur juge convenable; & qu'il leur fait part de ſa vie divine, dont il poſſede la plenitude, & dont il eſt l'unique ſource à l'égard des hommes.* &c. Hoc eſt dicere, Chriſtum agere in cælo Pontificem, quoniam ut Verbum eſt dat Spiritum ſuum credentibus in ſe ſuſcitatum; ita ut ſit ipſe, ſive illa ipſius fides, cauſa occaſionalis cur Spiritus divinus nobis detur. Non dicit, ut Catholici profitentur, Chriſtum, ut homo eſt, eſſe cauſam miniſterialem principalem juſtificationis noſtræ, applicantem nobis in Sacramentis ex opere operato merita paſſionis ſuæ: Deo juſtificante quos Chriſtus homo vult juſtificari, & quia vult.

Pag. 374. D. *Jusques où noſtre Seigneur s'eſt-il élevé?* R. *Les expreſſions dont l'Ecriture ſe ſert, ſont:* „ Qu'il a penetré les Cieux, Qu'il eſt monté au „ deſſus des Cieux, Qu'il s'eſt élevé plus haut que „ les Cieux: *d'où l'on peut bien conclure,* QU'IL S'EST FORT ELOIGNE' DE LA TERRE: MAIS ON NE PEUT PAS DETERMINER PAR LA QUEL

QUEL EST PRE'CISE'MENT LE LIEU OU EST *Jesus-Christ. Or dans ces occasions, il vaut mieux faire taire sa curiosité, & s'arrester à ce que dit l'Ecriture, que de pousser les conjectures plus loin.* Nec vult nec potest hypothesis impia confiteri, quod Catholica credit Ecclesia cum Paulo, Christum reipsa cælos fidereos penetrasse.

Pag. 377. L'apparition *dont parle S. Paul dans l'Epistre aux Corinthiens, étoit certainement réelle. Mais il n'étoit pas necessaire pour cela que Jesus-Christ quittast le Ciel. Car il pouvoit rendre son Corps present en plusieurs lieux. Ainsi l'argument que les Religionnaires tirent de ces paroles des Actes*, „ qu'il faut que „ Jesus-Christ demeure dans le Ciel jusqu'au tems „ du rétablissement de toutes choses; *pour en conclure qu'il n'est pas dans l'Eucharistie, est absolument frivole, puisqu'il peut estre dans l'Eucharistie, sans quitter le Ciel.* Id quo sensu dicat ille, alias aperiemus.

Pag. 382. *Saint Augustin fait mention de* DIVERS RECEPTACLES DES AMES: *& il prétend que les unes y sont heureuses, & les autres malheureuses avant la resurrection: quoi que la resurrection des corps, en rendant le corps participant du bonheur ou du malheur des ames, soit un surcroit de l'un & de l'autre.*

Pag. 407. D. *Ne demande-t'on au Saint Esprit que ses dons?* ℟. ON LE DEMANDE LUI-MESME *avec ses dons. Car il ne faut jamais séparer le Saint Esprit de ses graces. Il faut le regarder comme un soleil environné de ses raions, & desirer de lui estre uni, qu'il demeure en nous, qu'il prenne possession de nos ames, qu'il* NOUS GOUVERNE, *qu'il soit* LE PRINCIPE DE TOUTES NOS ACTIONS, *qu'il prenne la place de nostre esprit propre,* QU'IL NOUS REMUE, *& qu'*IL SE SERVE DE NOUS COMME D'UN INSTRUMENT. Quod de Verbo superius dixit, hoc ipsum de Spiritu Sancto nunc profitetur; quoniam pro Verbo Sapientiam intelligibilem habet, pro Spiritu Sancto sanctitatem intelligibilem, quæ certe, si est aliqua, formaliter sanctificat animos, & per suam substantiam, ut secta ea loquitur.

Pag. 460. D. *En quoi consiste l'infaillibilité de l'Eglise?* ℟. *Elle consiste en ce que l'Eglise ne peut enseigner generalement* PAR LA BOUCHE DE TOUS SES EVESQUES & DE TOUS SES DOCTEURS, *une doctrine, comme de foi, & en exiger la Confession, pour estre admis dans son sein, sans que cette doctrine soit veritable. Je dis qu'elle n'en peut exiger la confession, comme d'une doctrine de foi: parce qu'il peut y avoir des doctrines, qui deviennent très-communes* DANS L'EGLISE, *& qui y sont, si l'on veut, generalement enseignées pendant quelque tems, & qui ne sont pas pour cela de foi: parce que ceux-mesme qui les enseignent, ne les enseignent pas comme de foi. Ainsi l'Eglise forme alors deux jugemens à l'égard de ces doctrines; l'un qu'elles ont un certain degré de probabilité; l'autre, qu'elles ne sont pas de foi. Quand on enseigne, par exemple,* PAR TOUT, *l'opinion que la sainte Vierge a esté conçuë sans peché originel; il est pourtant certain qu'elle n'est point de foi; parce que ceux-mesme qui l'enseignent, l'avoüent, & la soutiennent comme n'étant pas de foi.* Doctrinam de immaculata Deiparæ Conceptione, quamquam id eum valde urit, ubique tradi in Ecclesia confiteur: sed eam propterea esse doctrinam Ecclesiæ, ut est reipsa, non vult confiteri. Nescit ille, aut simulat se nescire, non illum dumtaxat peccare, qui a fide, sed & qui a doctrina Ecclesiæ discedat; quamvis dispar sit culpa. Verum illud ex impietate ortum est, quod infallibilitatem (ut loquuntur) Ecclesiæ unanimi Episcoporum omnium & Doctorum omnium assensu, etiam verbis expresso, circumscribit. Sic enim sentiunt ii, qui pro Deo non habent nisi Rationem Universalem. In ea enimvero hypothesi nemo habere auctoritatem a Deo vel Christo potest, aliquid omnibus credendum absque erroris periculo proponendi. Credendum nihil omnino erit, nisi quod Ratio universalis & communis omnibus, ac propterea publici juris, credendum esse omnibus saltem Doctoribus persuaserit.

Pag. 464. D. *Sur quelles preuves est appuyée l'infaillibilité des Conciles?* ℟. *On la peut appuier sur ce que saint Augustin prétend que saint Cyprien n'étoit pas obligé de ceder sur la question du baptesme à* LA DECISION DU PAPE *Estienne: & qu'il déclare néanmoins qu'il auroit dû ceder à celle du Concile Oecumenique.* (August. l. 1. *de bapt. contra Donat.* cap. 7. n. 4. & cap. 18. n. 27. 28. & lib. IV. cap. 6. n. 8.) Ita Nicolius cum sua secta contendit, ob rationem allatam.

Pag. 467. D. *Les Conciles Oecumeniques sont-ils infaillibles dans la décision des points de fait?* ℟. *Le sentiment ordinaire des Theologiens jusqu'ici, est que les Conciles, mesme Oecumeniques, se pouvoient tromper dans la décision des points de fait, non revelez, tel qu'est, par exemple, celui de sçavoir si les Lettres d'Honorius devoient estre prises au sens heretique des Monothelites, ou en un sens Orthodoxe & Catholique.* Effugium solemne Jansenianorum, ut damnationis suæ infamiam eludant.

Ex libro qui inscriptus est,
Instructions Theologiques & Morales sur l'Oraison Dominicale &c.
Paris. 1706.

Pag. 11. D. *Ne s'ensuit-il point de là, que les Religieuses & les autres personnes qui chantent, ou qui prononcent des prieres qu'elles n'entendent pas, ne prient point, puisque leur oraison vocale n'est pas mentale?* ℟. *Cela ne s'ensuit pas: Car outre qu'il y en a peu* QUI N'ENTENDENT ASSEZ CE QU'ELLES CHANTENT, *pour s'entretenir l'esprit devant Dieu; leurs prieres vocales sont toujours* JOINTES A LA PENSE'E & AU DESIR *de plaire à Dieu,* DE S'UNIR A L'EGLISE, *& de demander à Dieu ce que l'Eglise lui demande par les paroles qu'elle leur* PRESCRIT: & CES PENSE'ES SUFFISENT POUR SANCTIFIER *& rendre efficaces leurs prieres. Mais il s'ensuit bien de là qu'une simple recitation d'oraisons vocales, sans aucun desir sincere de plaire à Dieu, & d'obtenir ses graces, ne merite point du tout le nom de priere.* Quis vero dubitat, quin orationi vocali adjungenda sit voluntas a Deo aliquid impetrandi, & Deo placendi? aut quis adeo insanit, ut aliter oret, aut ut verba inania fundat, absque sincera voluntate Deum exorandi? Quis enim pulsat, nisi qui sibi vult aperiri? Sed quod Catholici docent, quod Veritatis sive Rationis universalis cultores pro Deo non possunt profiteri, illud est: non solum ad laudandum Deum, nec solum in publico cantu, sed & ad postulandum aliquid a Deo, ad impetranda bona quælibet, tum temporalia, tum etiam spiritalia, & ad eumdem denique placandum, valere plurimum orationem vocalem, etiam privatam. At Rationem aut Sapientiam universalem nemo nisi insanus ore ac lingua precetur, præsertim si solus sit.

Pag. 26. D. *Pourquoi dit-on dans l'Oraison Dominicale, que Dieu est dans les Cieux, puisqu'il est par tout, & qu'il remplit le Ciel & la Terre par son immensité?* ℟. *On dit que Dieu est dans les Cieux,* PARCE QUE C'EST LA QU'IL REGNE D'UNE MANIERE PARTICULIERE, *qu'il y est parfaitement obei, & enfin* QU'IL Y EST VEU. CAR ON DIT QU'UNE CHOSE EST OU ELLE EST VEUE. C'EST POURQUOI, *quoi que nous soions inseparables de l'Estre de Dieu; & qu'il soit vrai de tous les hommes, comme dit saint Paul, qu'ils vivent, qu'ils se meuvent, & qu'ils sont en Dieu: le mesme saint Paul ne laisse pas de dire, qu'aprés la resurrection nous serons tou-*

toujours avec le Seigneur: *Et ſic ſemper cum Domino erimus.* Quaſi iſtud, *cum Domino erimus*, idem ſit atque, cum Domino Jeſu Chriſto videbimur: nam de Chriſto Domino ibi ſermo eſt. O ſane egregiam ratiocinationem! O præclarum axioma! Ibi quidpiam eſſe dici, ubi videtur? Quod ſi de aliquo alio verum eſſet, de Deo certe puerile eſt cogitare. Nam ibi ex æquo eſt ubi non videtur, & ubi videtur. Sed ad has ineptias impiam ſectam ſua cogit hypotheſis; quia quem Deum colat aut invocet, non habet, niſi Rationem univerſalem & Sapientiam intelligibilem. At hæc in cælis certe non habitat, niſi vel cæli myſtice intelligantur, pro viris ſapientibus & rationalibus, & juſtis; vel, *Qui es in cælis*, idem eſſe dicatur, atque Qui videris a beatis in cælis; vel, quod idem eſt, Qui es in beatis & ſanctis qui ſunt in cælis. At non ſic Chriſtus Dominus intellexit: qui mentem humanam voluit aſſueſcere Deo vero ac viventi in cælis contemplando, velut in ſolio majeſtatis ſuæ, juxta illud Pſalmi x. *Dominus in cælo ſedes ejus:* & multa ſimilia. Nam & hac nota ſuæ in cælis præſentiæ ab Atheorum numine egregie ſecernitur: cum inde, ut jam diximus pag. 170. exaudire precantes poſſit, & ſpiritum ſuum inde aliaque bona, etiam temporalia, mortalibus impertiri, etiamſi per impoſſibile nuſquam alibi quam in cælis eſſet.

Pag. 28. D. *Qu'eſt-ce que le nom de Dieu?* R. LE NOM DE DIEU MARQUE SON ESSENCE. *Et comme le nom que Dieu a pris eſt*, Je ſuis celui qui ſuis, *il nous a appris par là à le regarder comme la plenitude de tout eſtre, qui comprend tout, à qui l'on ne peut rien ajouter, qui eſt incapable de changement, & qui n'a ni commencement ni fin.*

D. *Qu'eſt-ce que ſanctifier le nom de Dieu?* R. *C'eſt l'honorer ſaintement, & par un culte qui ait la Religion pour principe.* . . . D. *Que demandons-nous donc à Dieu par ces paroles;* Que voſtre nom ſoit ſanctifié? R. *Nous lui demandons, que ſon nom,* C'EST A DIRE, TOUT CE QU'IL EST, *puiſque le nom de Dieu comprend tout l'eſtre de Dieu, & tous ſes divins attributs, ſoit glorifié par toutes les creatures; qu'elles en reconnoiſſent & en reverent la ſainteté, & qu'elles ſoient perſuadées qu'il n'y a rien qu'on doive plus craindre que de l'offenſer.*

D. *Quel eſt le culte que nous demandons qui ſoit rendu à Dieu?* R. *C'eſt celui qui lui eſt dû. Or le culte dû à Dieu eſt le culte de la loi nouvelle; qui conſiſte dans l'amour, ou dans la foi operante par l'amour: Tout autre culte ne ſatisfait point au devoir de Religion envers Dieu. Ainſi en demandant à Dieu ce culte, nous lui demandons ſon amour, nous lui demandons l'accompliſſement de ſes commandemens,* &c. Si Deus nimirum non eſt niſi Veritas omnium entium & Realitas eorumdem, quæ objecta menti Regula eſt judicandi, Sapientia nominatur, & Ratio, & Juſtitia, & Ens entium, & Lex æterna, Lux mentium, Verbum, &c. non nomen unum, ſed multa habet nomina Deus. Quomodo autem poſſunt hæc ſanctificari? Ergo dicit impia ſecta, ut primam hanc orationis Dominicæ petitionem exponat; primum quidem, nomen Dei eſſe eſſentiam Dei, hoc eſt, Rationis univerſalis ſive Sapientiæ intelligibilis. Deinde ſanctificari idem eſſe ac coli: Coli autem idem valere atque amari. Timeri enim certe Sapientia, aut Ratio, aut Veritas non poteſt. Itaque, *ſanctificetur nomen tuum*, idem valebit atque, Ameris tu cum Veritate & Sapientia tua. At eſt iſtud profecto quodlibet efficere ex quolibet. Catholici dicunt, nomen Dei eſſe unum illud ſubſtantivum, quo gens quælibet Chriſtiana Deum appellat; quale apud Latinos Deus eſt, apud Græcos Θεός. Hoc nomen petimus a Deo, ut ubique honorifice ac velut res ſancta a fidelibus qui Deum jam norunt, proferatur: ut ſancte ac religioſe invocetur ipſe per nomen illud in neceſſitatibus, in tentationibus, in precibus, in negotiis quibuſcumque; ut cærimoniæ ad cultum Dei pertinentes decenter peragantur & cum timore ipſius, illo nomine ejus invocato; ut denique cum nomen illud ipſius ſe menti offert, timeatur omnis offenſa ejus. Sic Sabbatum ſanctificari dicebatur olim, cum adeo religioſe tranſigeretur, quaſi metueretur ne quid profanum geri dies ea videret.

Pag. 32. *Sur la ſeconde demande de l'Oraiſon Dominicale*, Que voſtre Roiaume arrive. D. *Quel eſt le regne de Dieu, qui eſt l'objet de cette demande?* R. *C'eſt principalement le regne parfait & conſommé, par lequel Dieu regnera tellement ſur la ſocieté de ſes Elus, qu'il n'y aura rien dans leur eſprit ni dans leur corps, qui reſiſte à ſon eſprit, & qui ne lui ſoit parfaitement aſſujetti. Ce qui n'arrivera que lorſque Jeſus-Chriſt preſentera à ſon Pere tous ſes Elus, comme ſa conqueſte;* C'EST-A-DIRE, APRE'S LE JOUR DU JUGEMENT. . . . . Pag. 34. D. *Ne s'enſuit-il pas delà qu'il faut deſirer le jour du jugement?* R. *Cela s'enſuit ſans doute: & l'Apoſtre ſaint Paul repreſente ce deſir, comme un caractere des vrais Chrétiens.* . . . .

Pag. 36. *Cette diſpoſition enferme t'elle un deſir de la mort?* R. *Oüi: puiſque c'eſt une condition neceſſaire pour arriver à cette parfaite juſtice. Mais ce deſir doit eſtre reglé par la volonté de Dieu: qui nous doit faire deſirer de mourir dans le tems que la providence divine l'a ordonné: mais qui nous doit faire préferer néanmoins noſtre delivrance par la mort, à l'état de ſervitude où nous ſommes avant la mort: Ce qui exclut au moins* LES DESIRS VOLONTAIRES D'UNE LONGUE VIE. . . . . Pag. 37. D. *Que doit-on donc juger de l'amour de la vie, & de l'attache que tant de perſonnes y ont?* R. . . . . *La vie eſtant un bien creé, on ne peut l'aimer ſans rapport à Dieu, que par cupidité. Or ſi cette cupidité eſt volontaire, elle eſt un peché effectif, qui eſt grand ou petit ſelon le degré auquel nous l'aimons.* . . . . *Ainſi comme l'on eſt obligé de haïr en ſoi toute cupidité, & toute avarice; il faut haïr en ſoi l'amour de la vie, tendre à s'en délivrer, & demander à Dieu cette diſpoſition.* Pag. 38. *Cette demande du regne de Dieu, ne contient-elle rien pour cette vie?* R. *On y prie, ſelon ſaint Auguſtin, premierement qu'il nous rende dignes d'avoir part à ſon regne: de crainte que lorſqu'il arrivera; il n'arrive point pour nous.* . . . . Pag. 42. *Puiſque noſtre patrie, noſtre bonheur, & noſtre Roiaume, ne ſont point dans ce monde, & que nous n'y ſçaurions arriver que par la mort;* IL EST CLAIR, QU'IL EST ESSENTIEL A TOUT CHRE'TIEN, *non ſeulement de n'avoir aucune attache à la vie, mais meſme qu'*IL EST DANS L'OBLIGATION DE DESIRER LA MORT, *ou de travailler au moins à ſe mettre en état de la déſirer.* Hæc ſecunda petitio ſic exponitur ab impia ſecta, ut exaudiendi non ſimus niſi in altera vita: ut dicti illius, *Adveniat regnum tuum*, ſententia ſit: Adveniat dies mundi ſupremus & reſurrectio, & judicium: quaſi non eventura ſint iſta, etiamſi non petamus: ſed ita dicit iſta, quoniam regnare Sapientia intelligibilis non poteſt, niſi extincta penitus concupiſcentia, quæ regnat in mortali noſtro corpore, nec poteſt extingui, niſi cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Cum autem plus diligendus ſit Deus, quam aliud quodcumque, ſequitur ex eo, debere nos mortem nobis ipſis optare, idque nos hac ipſa petitione præſtare: ac vitæ proinde longioris amorem quemcumque voluntarium, peccatum eſſe; ſiquidem deſiderium ſimul involvit, ne adveniat regnum Dei. Quæ omnia partim ſunt ſtulta, partim hæretica: ſed quæ defendere neceſſe eſt eos, quibus Deus non eſt niſi Sapientia intelligibilis & Ratio univerſalis. Nec multo melior eorum interpretatio eſt, qui ſic exponunt: Adveniat quotidie paulatim in nobis, ut digni ſimus admitti in regnum tuum. Neque enim iſtud eſt advenire regnum ipſum: & illud *paulatim* & *in nobis* adjiciunt, ut ſerviant hypo-

theſi

theſi ſuæ, quæ verba Chriſtus non poſuit. At Catholici, qui verum Deum colunt, & norunt in Evangelio, in quo hæc oratio continetur, Regnum Dei aliud nihil eſſe, niſi Regnum Meſſiæ, quod eſt Eccleſia, ſciunt petere ſe hac formula, ut Adveniat Regnum Dei quo nondum advenit, hoc eſt, apud hæreticos & infideles: quemadmodum priore petitione orant, ut a quibus cognitum jam Dei nomen eſt, ab his illud ſanctificetur.

Pag. 44. D. *Quel eſt le ſens de la troiſiéme demande de l'Oraiſon Dominicale?* R. ON PEUT DIRE, *qu'on y demande à Dieu l'accompliſſement de ſes volontez, ou par noſtre obeïſſance volontaire, ou par la* FORCE INVINCIBLE *avec laquelle il execute tous ſes decrets. Ainſi par cette* DEMANDE, *on ſe joint à Dieu, on conſent* A TOUTES SES VOLONTEZ, *auſſi bien à celles de ſa juſtice, qu'à celles de ſa miſericorde. . . . . On approuve donc par là les chatimens que Dieu exerce ſur les mechans en cette vie & en l'autre. . . . . Car comme l'on en peut avoir des ſentimens dans la veuë de la beauté de la juſtice; on en peut auſſi demander l'execution.* ON PEUT DIRE *de meſme qu'en demandant que la volonté de Dieu ſoit faite ſur la terre, comme elle l'eſt dans le Ciel, on ſouhaite que la volonté de Dieu ſoit accomplie ſur la terre, comme elle le ſera aprés le jugement dernier; c'eſt-à-dire, ſans oppoſition & ſans reſiſtance. . . . Parce que les démons & les réprouvez étant renfermez dans les abiſmes, où la juſtice de Dieu les précipitera, il n'y aura plus rien qui reſiſte à Dieu dans le Ciel ni ſur la terre. . . . Ainſi, ſelon ce ſens, c'eſt la deſtruction de cette réſiſtance des démons & des méchans, & de la concupiſcence meſme qui reſte dans les juſtes, qu'on demande à Dieu par ces paroles.* Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. *Il paroiſt néanmoins plus ſimple d'entendre par ces paroles, que les fidelles demandent à Dieu d'accomplir ſa volonté ſur la terre, comme les Anges l'accompliſſent dans le Ciel: non avec une égalité de perfection, l'état de cette vie n'étant pas capable de cette entiere égalité, mais avec une perfection proportionnée. . . . . Nous avoüons que la grace de Dieu ne nous donne pas ſeulement le pouvoir d'accomplir ſes commandemens, mais qu'elle nous donne la volonté meſme de les accomplir. Car nous ne demandons pas à Dieu que nous puiſſions accomplir ſa volonté, mais qu'elle ſoit faite & qu'elle ſoit accomplie: c'eſt-à-dire, que nous en demandons l'accompliſſement effectif.* Primum quidem ſic illam petitionem exponit, *Fiat voluntas tua*; ut ſignificet, Plecte Deus reprobos æterna pœna, & ſempiterna mercede remunera bonos in cælo: Quam petitionem certe, etiamſi non fiat, Deus exaudiet, ſed in altera vita tantum. Deinde, cum iſta fortaſſis minus arrideret, aliam profert interpretationem, quæ tamen eodem redit: nempe ut ſententia ſit: Sic omnem extingue concupiſcentiam, ut omnia tibi obediant poſt judicium, etiam in terra, ut nec demones ipſi vel improbi tibi reſiſtant. Sed ſi hæc valet interpretatio, erit idem plane ſenſus hujus tertiæ petitionis, ac ſecundæ, *Adveniat regnum tuum.* Et ſane ſi Deus non eſt niſi Sapientia intelligibilis, vix poteſt eſſe alia petitionis iſtius ſententia. Quoniam tamen vix tolerabile poteſt videri eſſe duas aut plures fortaſſis petitiones in tam brevi oratione ejuſdem ſententiæ, eam ob rem tertiam iſte affert, hanc videlicet, Faciamus voluntatem tuam, Deus, in terra, ſicut Angeli in cælo eamdem faciunt: quoniam ex ea expoſitione ſequitur, (uti haud obſcure innuit,) eadem impellente gratia moveri bonos in terra, & in cælo beatos, nempe irreſiſtibiliter incitante; non ad bonum quidem tam perfecte præſtandum, quoniam reſiſtente adhuc hic concupiſcentia fit, quæ ibi nulla erit; ſed tamen eodem gratiæ efficacis genere, hoc eſt, irreſiſtibiliter moventis. At nuſquam in ſacris libris, *Fiat voluntas tua*, aut *ſicut eſt voluntas in cælo ſic fiat*, aut *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, aut ſimilis occurrit formula, niſi cum de illa Dei voluntate agitur, quæ fit ſine humanæ voluntatis cooperatione. Itaque Catholici, qui Deum verum colunt, hac petitione orant, ut per gratiam Dei permittant ſe totos ejus arbitrio gubernandos; & quidquid de ipſis Deus ſtatuerit, de bonis, inquam, ipſorum, de valetudine, de vita ipſa, id æquo animo perferant, quemadmodum ſuſcipere volunt & imbres & tonitrua, & quæcumque alia in cælo aëreo facit: ut fuſius expoſuimus in Commentariis ad *Matth.* VI. Sed & veriorem alteram ibi interpretationem petitionis hujus poſtea adjicimus.

Pag. 50. D. *Que ſignifie cette quatriéme demande:* Donnez-nous aujourd'hui noſtre pain de chaque jour. R. *Il y a quelques Peres qui ont cru que ce que l'on y demande à Dieu, ne ſe devoit point entendre d'un pain temporel, c'eſt-à-dire, du ſoulagement des neceſſitez temporelles; & que cet objet étoit trop bas pour avoir part dans une priere ſi divine. . . . .* Pag. 53. *Il eſt donc plus ſûr de ſuivre le ſentiment des autres Peres, comme de Tertullien, de ſaint Cyprien, de ſaint Chryſoſtome, & de ſaint Auguſtin, qui croient que le pain temporel y eſt compris; c'eſt-à-dire, qu'on y demande à Dieu ce qui eſt neceſſaire pour la ſubſiſtance de noſtre vie. Et en effet Dieu ne nous a pas ſeulement aſſujettis au beſoin des biens de la terre; mais il veut de plus que nous reconnoiſſions qu'il en eſt le maiſtre, & que nous ne les pouvons avoir que de lui, & c'eſt ce qu'on fait par cette demande. . . . .* Pag. 54. *Il ne faut pas néanmoins pretendre, que cette demande* NE SE RAPPORTE QU'AU PAIN TEMPOREL; *& que Jeſus-Chriſt n'ait pas eu deſſein de nous porter à élever nos eſprits, juſques à deſirer & à demander* LA NOURRITURE SPIRITUELLE SOUS L'IMAGE DE LA TEMPORELLE. CE SEROIT CONTREDIRE TOUS LES PERES. *Ainſi pour en comprendre bien le ſens dans toute ſon étenduë, il faut conſiderer, que l'homme ne ſe ſuffiſant pas à lui-meſme, ni ſelon l'ame ni ſelon le corps, il a beſoin pour l'un & pour l'autre d'un ſecours & d'un ſoutien continuel, qu'il ne doit attendre que de Dieu: Et c'eſt ce ſecours & ce ſoutien ordinaire & continuel que l'on demande à Dieu par les termes de* Pain quotidien. *Mais comme le ſoutien de noſtre ame, & le ſecours qui nous eſt neceſſaire pour la conſerver dans l'eſtat où elle doit eſtre, ſont bien plus conſiderables & plus eſſentiels, que ce qui eſt neceſſaire à noſtre corps; ce ſont ces ſoutiens de l'ame qui doivent eſtre le principal objet de nos deſirs: Et on ne demande ceux du corps, qu'entant qu'ils ſont utiles à l'ame; ſans quoi on peut dire qu'ils ne ſont point neceſſaires, mais plutoſt préjudiciables.* Et pag. 55. *Dieu desapprouve la demande des choſes ſuperfluës, comme* LA LONGUE VIE, &c. Certe ſi Deus non eſt niſi Veritas & Sapientia intelligibilis, cum Sapientia & Veritas ſolum paſcat intellectum, nec debeat animus ſpiritalis, ſiquidem eſt per ſe dumtaxat ſubſtantia cogitans, ſpectare aliud quam Veritatem, ob quam contemplandam totus factus eſt; ſtultum videtur & culpabile a Deo panem petere qui corpus alat. Itaque cogitur dicere ſecta impia, ſenſum hujus petitionis eſſe, Panem animæ da nobis; nam panem, quo corpus nutriatur, tametſi & is a te datur, non petimus, niſi quantum iſtud animæ proderit: non prodeſt autem panis corporalis ad Veritatem contemplandam, ac ne hæc vita quidem ipſa: cum multo purius extra corpus corruptibile Veritas videatur. Catholici e contrario, qui verum Deum colunt, & animum ſpiritalem ab ipſo creatum norunt ut ſit forma ſubſtantialis humani corporis, curam tuendæ incolumitatis ac valetudinis carere omni culpa dicunt, hanc ſibi commendari in morbis aliiſque neceſſitatibus Deum ipſum velle, panemque ac cetera vitæ ſuſtentandæ neceſſaria a ſe poſtulari; hæc denique ipſa dumtaxat in hac petitione, tum pro ſe tum pro egenis a Deo flagitari Chriſtum voluiſſe.

Pag. 56. D. *Quel eſt le ſoutien & la nourriture*

dont noſtre ame a beſoin? R. *L'ame a beſoin de divers ſoutiens, qui ſont tous compris ſous ce terme de* pain quotidien. *Elle a un beſoin continuel de la grace & de l'amour de Dieu. . . . . Mais parce que la grace ne nous fortifie qu'*EN NOUS ATTACHANT A DIEU, QUI EST PROPREMENT LA VIE, L'ALIMENT, & LE PAIN DE L'AME; *l'Evangile attribuë à Jeſus-Chriſt meſme la qualité de* PAIN.

Pag. 57. D. *Comment ſe peut-on nourrir de Jeſus-Chriſt en qualité de pain ſpirituel?* R. *On s'en nourrit en trois manieres. Premierement, par la foi & l'amour de Jeſus-Chriſt. Secondement, par la meditation, & l'amour de la parole de Dieu. Troiſiémement, par la reception de l'Euchariſtie.* D. *Expliquez la premiere maniere.* R. L'AME VIT PAR SES ACTIONS; *& ſes actions ſont, ou de l'entendement, ou de la volonté. Quand Jeſus-Chriſt eſt l'objet de noſtre entendement, & que noſtre volonté s'attache à lui;* NOSTRE AME VIT DE LUI, & ELLE VIT PAR LUI *d'une vie divine. Car. . . . elle eſt délivrée de la mort. . . . & elle participe aux biens de Dieu, c'eſt-à-dire, à ſa juſtice, à ſa ſageſſe, & à ſa verité.*

Pag. 59. D. *Quand on ſe nourrit de la méditation des loix, des préceptes, & des veritez de Dieu,* EST-CE SE NOURRIR DE *Jeſus-Chriſt?* R. OUI: CAR *Jeſus-Chriſt* EST LA SAGESSE & LA VERITE INCRE'E'E: *Il* CONTIENT EN SOI TOUTES LES LOIX DE DIEU: & QUAND ON LES MEDITE, ON PENSE A *Jeſus-Chriſt* COMME DIEU.

D. *Qu'eſt-ce que ſe nourrir de Jeſus-Chriſt dans l'Euchariſtie?* R. *Ce n'eſt pas ſimplement recevoir* LE CORPS DE *Jeſus-Chriſt* COUVERT DU VOILE DU SACREMENT. *Mais c'eſt s'attacher à Jeſus-Chriſt par amour* DANS SON SACREMENT, *& en recevoir en ſoi les effets: ſoit qu'on le reçoive réellement, comme ceux qui communient Sacramentalement; ſoit que l'on ne le reçoive que ſpirituellement. . . Car comme dit ſaint Auguſtin, Manger,* C'EST SE NOURRIR; manducare, refici eſt. *C'eſt-à-dire, que quoi qu'on reçoive réellement le Corps de Jeſus-Chriſt; néanmoins ſi ce corps ne nourrit point nos ames, elles ne le mangent point en un certain ſens; c'eſt-à-dire, qu'elles n'en tirent aucune force ni aucune vigueur. . . .*

Pag. 61. *L'Euchariſtie nous eſt donc neceſſaire, puiſque nous demandons à Dieu qu'il nous l'accorde?* R. *Oüi: car Jeſus-Chriſt a établi ce Sacrement, comme le moien par lequel il veut communiquer la vie aux ames...* D. *Comment peut-on dire, que l'Euchariſtie doit eſtre renfermée ſous le terme de pain quotidien, puiſque tous les fidelles ne ſont pas en état de la recevoir tous les jours, ni à chaque heure du jour?* R. *On la demande en la maniere qu'elle peut eſtre reçeuë tous les jours & à toute heure: Elle eſt reçeuë tous les jours & à toute heure par le corps de l'Egliſe: & quoi qu'elle ne ſoit pas reçuë chaque jour par chaque fidelle, on peut dire que les fidelles* SONT NOURRIS TOUS LES JOURS PAR L'EUCHARISTIE, *parce que les graces qu'ils reçoivent, découlent de Jeſus-Chriſt reçeu par eux dans l'Euchariſtie, quand ils y participent.* Hic ſe aperte prodit impietas, quæ cogit hanc petitionem in alium & contrarium detorquere ſenſum. Chriſtus, inquit, ſecundum divinitatem eſt Sapientia intelligibilis & Veritas univerſalis increata. Veritates, quas Chriſtiana mens meditatur, in Veritate illa univerſali formaliter continentur, & mentem ei conjungunt arctiſſime. Ergo quando Veritates illæ conſiderantur, Chriſtus ipſe ſecundum divinitatem conſideratur. Cum autem animus conſiderat ac diligit Veritatem, ea nutritur ac vivit. Ergo Chriſtus ſecundum divinitatem panis & alimentum & vita animæ eſt. Vivit enim animus dum cogitat & vult. Euchariſtia autem ipſa, pergit idem, non prodeſt niſi fide & conſideratione; unde ſive recipias ore, ſive non recipias, nihil ad fructum intereſt, dum mediteris ac diligas. Cibus igitur animæ neceſſarius ipſa etiam Euchariſtia eſt; qui cibus propterea in oratione Dominica neceſſario poſtulatur; hoc eſt, Chriſtus ſeu Veritas, ſub quolibet integumento, ſub pane æque ac ſub verbis Evangelicis, ſe præbens conſiderandum animo. Ubi cum dicit Chriſtum in Euchariſtia tegi velo Sacramenti, aperte ſatis Calvinizat. Sacramentum enim, quiſquis ſic loquitur, pro mero ſigno accipit, ſub quo Chriſtus lateat, ut vinum ſub hedera. Catholicis aientibus e diverſo, non Sacramenti velo tegi Chriſtum, cum Sacramentum ſit Chriſtus ipſe ſub ſpeciebus; ſed ſub ſpeciebus, ſive ſub accidentibus, quæ per ſe Sacramentum nullo modo ſunt, Chriſtum latere. Atque hic panis, inquit, etſi non quotidie ſumitur, quotidianus tamen appellatur, tum quia omni die aliqui in Eccleſia univerſali communicant; tum quia ex Chriſto ſecundum divinitatem, quem aliquando in Euchariſtia acceperunt, hoc eſt, ex Veritate, ſeu vera conſideratione Chriſti paſſi ac ſuſcitati, manant in animos fidelium bona ſpiritalia. Ergo ſenſus petitionis hujus eſt, inquit, iſte: Da nobis cibum animæ, qui corpus etiam condidiſti: da Chriſtum, inquam, hoc eſt Veritatem conſiderandam tum in libris ſacris, tum in Euchariſticis Symbolis; qui cibus poſterior quodammodo dici etiam ipſe quotidianus poteſt. Non iſti ludos de religione faciunt ut ſuam impietatem defendant? Non iſta ſunt partim abſurda & coacta, partim hæretica; ex impietate autem profecta aperte omnia?

Pag. 67. *Sur la cinquieme demande de l'Oraiſon Dominicale. . . .* D. *Quelles ſont les dettes que l'on demande à Dieu qu'il nous remette?* R. CE SONT NOS PECHEZ *qui nous rendent redevables à ſa juſtice de* LA PUNITION *qu'ils meritent. C'eſt pourquoi on exprime* ORDINAIREMENT *cette demande en ces termes:* Pardonnez nous nos offenſes comme nous pardonnons à ceux qui nous ont offenſez. D. *Pourquoi appelle l'on les pechez des dettes?* R. *C'eſt non ſeulement à cauſe* DES CHATIMENS *qu'ils meritent; mais auſſi parce qu'ils oſtent toujours à Dieu quelque choſe de ce qui lui eſt dû,* PUISQU'ILS LUI OSTENT L'OBEISSANCE. *Ils empeſchent donc le païement d'une dette à laquelle nous ſommes engagez: & par conſequent ils nous rendent redevables envers Dieu de ce que nous n'avons pas païé.*

Pag. 70. D. *Demande t'on à Dieu qu'il nous pardonne toutes ſortes de pechez?* R. *On lui demande le pardon de tous les pechez, mais avec une condition ſecrete, d'emploier les moiens qu'il a ordonnez pour l'obtenir. Ainſi il ne faut pas prétendre obtenir la remiſſion des pechez mortels par la ſeule oraiſon Dominicale,* SANS S'ADRESSER AUX PRESTRES, *& ſans en faire une penitence proportionnée à leur grandeur. Et quant aux péchez veniels, quoi que cette oraiſon ſoit particulierement deſtinée à les effacer, ce n'eſt pas néanmoins en excluant la pratique de l'aumoſne & des autres bonnes œuvres ordinaires: Car elle n'en obtient pas la remiſſion par la prononciation ſimple des paroles, mais par la diſpoſition avec laquelle on les prononce.* D. *Quelle eſt cette diſpoſition?* R. *C'eſt un regret & un aveu ſincere de la grandeur & de la multitude des fautes, que nous avons commiſes, qui nous doit porter à les reparer par les moiens que nous en avons, & principalement par les œuvres de miſericorde, dont la premiere eſt de pardonner aux autres, les fautes qu'ils ont commiſes contre nous.* Et hic etiam aberrare homines iſtos cogit impietas. Nempe ſi Deus non eſt niſi Ratio univerſalis & Sapientia intelligibilis, remiſſio peccati fit per meram reſipiſcentiam: hæc enim perfecta reconciliatio cum Ratione & Sapientia eſt. Non remanent poſtea in hac hypotheſi pœnæ pro peccatis luendæ, quæ *debita* in hac oratione Dominus Chriſtus appellat: ſed tantum pravi habitus & pronitas ad peccandum: quæ

ſor-

ſordes, ut appellat etiam iſte, tomo I. de Symbolo, pag. 348. dolore quem in Purgatorio animæ ſentiunt, eluuntur paulatim, donec quete aut refrigerio fruantur aliquo. Neque enim aut Sapientia & Veritas intelligibilis iraſcitur; aut poſt reſipiſcentiam pœnas aliquas pro priore errore fingi oportet, quibus placari Veritas aut Sapientia velit. Caſtigationes pro peccatis immitti quidem fatentur a Deo, ſed ad eruditionem, nam Veritas erudit; non ad ultionem, Veritas enim nemini iraſcitur. Hæreſis hæc eſt Lutheri, Calvini, & Janſenianorum, ex illo quem dixi fonte profecta. Itaque hoc loco *debita* interpretatur iſte peccata ipſa; quoniam peccata, inquit, impediunt, quominus debitum Deo, hoc eſt, Juſtitiæ & Sapientiæ, obſequium præſtemus. Ubinam vero gentium, amabo, debita appellantur, quæ ne debitum exſolvantur, impediunt? Hoc eſt callide dicere, id quod maximopere credi volunt; nihil Deo, hoc eſt, Juſtitiæ & Rationi, poſſe deberi, præter obſequium: nihil pœnæ certe poſt culpam remiſſam, hoc eſt, poſt reditum ad mentem ſaniorem. Itaque non hac oratione deleri partem aliquam pœnæ dicunt, quæ luenda poſt culpam remiſſam manet, ſed peccata ipſa, quæ diſplicent, tum venialia, tum etiam mortalia; ſub conditione tamen, in venialibus quidem eleemoſynæ faciendæ, aliorumve bonorum operum; in mortalibus autem, recurſus ad Sacerdotem velut ad medicum, qui pro qualitate delicti pœnam, hoc eſt, opera laborioſa præſcribat. Nam his dumtaxat operibus pronitas peccandi, ex venialibus æque atque ex mortalibus peccatis relicta, minuitur aut deletur. Nec certe contraria niſi contrariis curantur. Catholici autem, qui verum Deum norunt & colunt, qui ſit poſt culpam etiam remiſſam ſatisfactione placandus, oratione Dominica negant prorſus deleri mortalia; venialia quædam condonari quoad culpam aiunt: ſed partem aliquam pœnæ, quæ pro utriſque debetur poſt culpam remiſſam, relaxari pro ratione ac modo pietatis docent: atque hæc eſſe *debita*, quæ dimitti nobis in hac petitione poſtulamus.

Pag. 80. *Sur la ſixiéme demande. . . . Ne nous laiſſez pas entrer en tentation.* Pag. 81. D. *Le ſens que les Peres donnent le plus ordinairement à cette demande, eſt-ce que nous prions Dieu par là de nous exempter des tentations?* R. *Non. Ils enſeignent communément, que nous demandons par là non l'exemption des tentations; mais de ne pas ſuccomber aux tentations. Car c'eſt le ſens du mot* intrare. *On dit qu'on* entre *dans une penſée, quand on l'approuve; qu'on* entre *dans la verité, quand on la conçoit. Ainſi* entrer *dans la tentation, c'eſt y ſuccomber & y conſentir.* Sua iſtos hypotheſis primum cogit a Vulgata Editione diſcedere; in qua non legitur, Ne nos patiaris intrare in tentationem; deinde vim Latinæ vocis *intrare*, fingere ſimilem eſſe voci Gallicæ, *entrer*: perinde, quaſi ut Gallice, ſic etiam Latine dicatur, intrare in veritatem: quod eſt abſurdum. Nempe ſi Deus non eſt niſi Veritas & Realitas formalis entium, nullæ ſunt gratiæ niſi efficaces; nihil enim eſt a Veritate & Realitate, niſi vera realitas. Nec fingi cogitatione poteſt Deus in illa hypotheſi veluti proſpicere de cælo ſuper filios hominum, ut videat quem effectum habitura ſit gratia data homini in tentatione poſito, cum alia ibi non poſſit eſſe, ut dictum eſt, niſi per ſe efficax. Neque efficaciam habere gratia poteſt in ea hypotheſi a conſenſu voluntatis, ſed a Deo ſolo; ſiquidem nulla realitas eſſe poteſt niſi a Realitate, nulla Veritas entis niſi a Veritate univerſali. Non poſſunt iſti igitur dicere Deo, ut Catholici dicunt cum Salomone: Noli me, Deus, in illis circumſtantiis ponere, in quibus prævideas me cum auxilio gratiæ communi dumtaxat & ordinario forte peccaturum, magnum certe periculum eſſe ne peccem: ſed tales a me remove circumſtantias locorum, temporum, ac perſonarum; aut facito cum tentatione proventum gratiæ tuæ; da tunc auxilium, cui me prævideas eſſe conſenſurum. Salomonis, inquam, ea eſt oratio, *Prov.* xxx, 8. *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei mei.* Poni a Deo in talibus circumſtantiis, induci in tentationem eſt. Ejus generis tentatio una quædam a Moſe deſcribitur, *Deut.* XIII, 1, 3. *Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & evenerit quod locutus eſt; & dixerit tibi: Eamus poſt deos alienos. . . . non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia* TENTAT VOS *Dominus Deus veſter, ut palam fiat utrum diligatis eum annon, in toto corde, & in tota anima veſtra.* Sic verti Gallice hanc orationis Dominicæ petitionem oportuit: *Ne nous expoſez point à la tentation*: ſive, *Ne nous mettez pas à l'épreuve de la tentation.*

Pag. 92. D. *De quoi demande-t'on à Dieu qu'il nous delivre, en lui diſant dans l'Oraiſon Dominicale*, Delivrez-nous du mal. R. *Les Peres Grecs ont cru qu'on demandoit à Dieu d'eſtre délivré du malin eſprit; c'eſt-à-dire, de ſes pieges & de ſes ſuggeſtions en cette vie, & de la damnation en l'autre. Les Peres Latins croient que l'on demande à Dieu la délivrance de tous les maux du corps & de l'eſprit, interieurs, paſſez, preſens, & futurs. . . . Les maux que nous ſouffrons avec patience, ſont plutoſt des biens que des maux. Il n'y a de vrais maux, que ceux qui nous portent au peché, & qui nous y engagent:* & CE SONT CEUX-LA *dont on demande à Dieu d'eſtre délivrez.* D. *Quels ſont les principaux de ces maux?* R. *Ce ſont l'ignorance, la concupiſcence, la mort du corps & celle de l'ame. . . . L'ignorance dont nous devons ſouhaiter d'eſtre delivrez, eſt l'ignorance du bien & du mal. . . .* Pag. 95. D. *La concupiſcence ne pouvant jamais eſtre entierement détruite dans cette vie, comment demandons-nous à Dieu d'en eſtre délivrez?* R. *Quoi qu'on n'en eſpere pas une entiere délivrance en cette vie, on ne laiſſe pas de la demander à Dieu, parce qu'il dépend de lui de commencer à la détruire, & de la diminuër dés cette vie meſme par la grace, pour l'aneantir entierement par la lumiere de la gloire dans l'autre. . . . .* Pag. 96. D. *Comment peut-on demander d'eſtre délivré de la mort du corps, puiſque la charité parfaite la doit au contraire deſirer?* R. *. . . Comme une grande tentation, ou plutoſt comme la plus grande des tentations, & l'ennemie la plus redoutable & la plus difficile à vaincre. . . . Or par la mort ainſi conſiderée, il faut entendre tout ce qui prépare, tout ce qui porte à la mort, & tout ce qui nous en menace. . . . . c'eſt-à-dire, la pauvreté, les maladies, les naufrages, les meurtres, & les tourmens qui effraient la nature foible. C'eſt ce qui engage ceux qui craignent Dieu, de lui demander qu'il nous délivre de ces maux, non en nous faiſant éviter la mort; mais en nous fortifiant contre ſes attaques.* Huc omnis ea petitio recidit ſecundum iſtum; ut liberari a malo culpæ petamus; & a concupiſcentia quidem ita ut nonniſi in altera vita exaudienda oratio noſtra ſit: a malis autem corporalibus per ſe liberari minime poſtulemus, niſi ſi occaſio peccandi fuerint. Nam ſi patienter ea tolerentur, non inter mala cenſeri, ſed in bonis, oportet. Itaque ſi bene Nicoliana expoſitio Dominicæ orationis expendatur, quæ & Janſenianæ ſectæ propria eſt, perſpicuum erit, rem unam dumtaxat a Deo poſtulari ſeptem petitionibus, ſcilicet, ne peccemus: & eſſe orationem Dominicam, ſententiam unam omnino ſeptem diverſis expreſſam formulis. Neque certe poteſt aliud a Deo peti, ſi Deus non eſt niſi Sapientia intelligibilis, & Ratio univerſalis. At ſi eſt Deus verus, quem Catholici norunt ac timent, malum quo liberari nos hac petitione oramus, malum quodcumque eſt, quod ab irato Deo ſolet

ſolet immitti; corporale præſertim, quod in libris ipſis ſacris propterea malum vocatur. Et ſunt vere ſeptem petitiones omnino inter ſe diſſimiles; & ſingulæ dignæ auctore orationis hujus Domino Deo Jeſu noſtro.

Pag. 125. *La Paſſion de Jeſus-Chriſt ſur le Calvaire n'eſt pas une ſimple ſouffrance de tourmens, ni une ſimple mort. C'eſt un ſacrifice offert à Dieu en reparation des outrages qui ont eſté faits par les hommes à ſa ſouveraine majeſté. C'eſt* UN PAYEMENT FAIT A LA JUSTICE DE DIEU POUR TOUS LES CRIMES DES HOMMES: *c'eſt une adoration ſouveraine & un hommage digne de Dieu, qui lui eſt rendu par Jeſus-Chriſt: C'eſt l'impetration de toutes les graces qui ont eſté données aux hommes depuis le peché du premier homme juſqu'à la conſommation des ſiecles: c'eſt* LA REDEMPTION PARTICULIERE DES ELUS DE DIEU. De Chriſti paſſione ſentire Catholice non poteſt, qui Deum verum nullum novit: ſed ad fallendos imperitos & incautos verbis ambiguis uti ſolet, quisquis eſt ei ſectæ addictus. Ejuſmodi autem iſta ſunt, quibus dicitur paſſio Chriſti compenſatio eſſe peccatorum, quæ homines commiſere: quoniam videlicet tantum aut plus infinite accedit honoris Sapientiæ, Juſtitiæ, & Rationi univerſali ex perfecta Chriſti caritate erga nos, & erga Deum, hoc eſt, erga Juſtitiam, quam dedecoris ex mortalium flagitiis. Itaque veluti pretium ea paſſio eſt, qua ſarcitur abunde damnum Sapientiæ ac Juſtitiæ illatum. At non eſt hoc dicere, quod Catholici profitentur, Chriſti mortem ſolutionem eſſe pro debitis, quæ homines peccando contraxerunt, ſi quidem applicetur ea per Sacramenta in re vel in voto, remittendis. Impetravit deinde & impetrat mortalibus auxilia omnia gratiæ ad bene vivendum; quoniam his nempe, qui eam paſſionem conſiderarunt aut conſideraturi ſunt, ſenſum pietatis ipſa ingenerat. Denique ſpeciatim redemptio electorum eſt, quoniam videlicet Chriſtum mori oportuit, ut reſurgens exhiberet in ſe, quæ maneat ſolos electos incorruptio & gloria. Quid eſt hic autem quod Sociniana ſecta non ultro concedat, aut Janſeniana? Meritorum Chriſti transfuſionem in nos ferre non poteſt impia factio, cui Deus non eſt niſi Veritas, Sapientia, Recta Ratio. Nam Rectæ Rationi, vel Sapientiæ, ac Veritati pro altero quis ſatisfaciat? aut quæ omnino Rectæ Rationi ſive Rationi Univerſali ſatisfactio, niſi emendatio vitæ, pravorumque habituum coërcitio, quam Ratio ſive Sapientia conſulit, poteſt eſſe? Satisfactioni proprie dictæ, quæ compenſatio ſolutioque ſit pœnæ delicto debitæ ad æqualitatem, Numini irato oblata, ut miteſcat, nullus eſt ibi locus: nedum ſatisfactioni, ſive ſolutioni, quam quis pro alio peragat. At ubi verum Numen colitur, & ira Dei vera timetur, quam placari poſſe Catholici credunt; ſatisfeciſſe non pro peccatis tantum, ſed pro peccatoribus Chriſtum Servatorem ii prædicant; meritum omne ipſius ex humanitate eſſe, quamvis meriti ac perſoluti pretii magnitudo ſive excellentia infinita ex unione cum Verbo oriatur. Quorum nihil apud ſcriptores ex impia iſta factione reperias. Non, inquam, quiſquam eorum dixit aliquando, Chriſtum proprie pro nobis ſatisfeciſſe, ſeu veluti pretium numeraſſe irato Deo & Patri.

Pag. 137. *De la Sainte Meſſe. A la Conſecration; il faut adorer en ſilence ce qui s'opere ſur l'Autel; & la Conſecration achevée, il faut adorer Jeſus-Chriſt preſent, l'offrir à Dieu comme ſacrifié ſur le Calvaire: Il faut ſe joindre aux diſpoſitions divines avec leſquelles il s'eſt offert, & lui demander qu'il les imprime dans noſtre cœur.* Miſſam iſti volunt eſſe velut tragœdiam repræſentativam Paſſionis Chriſti, eo conſilio, ut cum ad conſecrationem ventum fuerit, & adorandus Chriſtus ibi dicetur, & quidem præſens; (quod verbum addunt de induſtria, ut exiſtimentur qualem credi oportet Chriſti præſentiam in altari credere, cum præſentiam dumtaxat per fidem intelligant;) non aliter adorandus, quam in Cruce, tunc cogitetur: id quod iſte hoc loco tradit haud obſcure. Nam quid iſta præceptio, ſi diligenter quidem expendatur, differt ab illa, quam Janſeniani in ſuo Precum diurnarum libello edi curaverunt, ea parte quæ inſcribitur, *Exercice Spirituel durant la Sainte Meſſe? A l'Elevation du Corps de Jeſus-Chriſt. Je vous adore* ELEVE' EN LA CROIX, *au Jugement general, & à la droite du Pere éternel.* Sed non ſub ſpeciebus, aut in hoſtia conſecrata, adorari eum magis, quam Calviniani, volunt.

Ibidem. *Le ſacrifice que Jeſus-Chriſt a offert ſur la Croix* N'AYANT ESTE' ACCOMPLI QUE PAR SA RESURRECTION & PAR SON ASCENSION AU CIEL, *où il eſt entré, comme dit l'Apoſtre, avec ſa Victime, pour l'offrir éternellement à Dieu: Il faut* JOINDRE *à la commemoration de la Paſſion de Jeſus-Chriſt, celle de ſa Reſurrection & de ſon Aſcenſion.* Sacrificium Chriſti non prodeſt, inquiunt, niſi perfectum: non prodeſt autem Chriſtus paſſione ſola, ſed eadem conjuncta cum reſurrectione & aſcenſione. Non prodeſt enim (ut volunt) niſi docendo juſtos poſt mortem manere incorruptionem & immortalitatem, quali nunc ipſe fruitur. Ergo ſacrificium Chriſti non eſt perfectum niſi per reſurrectionem & aſcenſionem. Qua de hæreſi jam ſuperius diximus. Orta ea eſt ex impietate, quæ pro Deo & Verbo non habet niſi Sapientiam intelligibilem, quæ fingitur & Chriſti mentem impuliſſe (nam Sapientiæ certe impulſu omnia egit) ad offerendum ſemetipſum; & victimam ſuam (quod certe numquam Paulus dixit) hoc eſt, hominem quem regebat in cælum induxiſſe, & per illum factum jam immortalem docere mortales. Neque enim prodeſt Sapientia & Veritas niſi docendo. Eſt iſtud autem Verbo tamquam ἡγεμονικῷ ſacrificium crucis tribuere, & omnem paſſionis Chriſti efficientiam doctrina & exemplo circumſcribere; vel operatione Sapientiæ in nobis, dum Chriſtum conſideramus paſſum & ſuſcitatum.

Pag. 141. *A la fraction de l'hoſtie. La fraction de l'hoſtie en trois parties, ſignifie que les trois parties de l'Egliſe, c'eſt-à-dire, l'Egliſe triomphante, militante, & ſouffrante, reçoivent leur ſainteté des merites de Jeſus-Chriſt, & de l'*UNION AVEC SON CORPS. *Il faut* DONC *demander à Dieu* UNE PLACE DANS CE CORPS, QUI EST L'EGLISE, *& concevoir cette grace comme l'origine & la ſource de toutes les autres.* At neque Corpus Chriſti verum profecto idcirco in altari eſt, ut ſignificet Eccleſiam tergeminam; triumphantem, militantem, patientem: neque accidentia, quæ poſt conſecrationem manent, poſſunt illam ſignificare. Eccleſiam ſignificari Euchariſtia contendunt ii ſolum, qui non Corpus Chriſti verum eſſe ſub accidentibus credunt, ſed panis ſubſtantiam phyſicam volunt remanere; eamdem ob grana multa, quibus panis conſtat, figuram eſſe multitudinis fidelium in unum Corpus coaleſcentis, ut iſte vult: denique conſequenter, Corpus Chriſti quod ibi eſt, Corpus Chriſti myſticum eſſe quod eſt Eccleſia, ex membris qui nos ſumus & ex capite qui Chriſtus eſt, conſtans, ut iſte hoc loco haud obſcure docet. Et certe ſi Chriſtus ſecundum divinitatem Sapientia univerſalis eſt, ecquod Chriſti Corpus niſi Sapientiæ Corpus poteſt eſſe? aut ecquod aliud Sapientiæ Corpus eſt, quam Corpus juſtorum, in quibus Sapientia habitat? Eſt hoc autem Corpus Eccleſiæ. Quod cum ſanctitatem accipere ex meritis Chriſti dicitur, ex conſideratione paſſionis & reſurrectionis Chriſti intelligitur; ſive ex meritis, (ut alios ex eodem grege loqui vidimus) myſteriorum ejus. Verum Catholici nihil hic tale, nihil aſtute cogitant: Euchariſtiam verum eſſe Corpus Chriſti contendunt, hoc tantum: ſignum fidelium idem eſſe, ſive Corpus

pus Christi mysticum in hostia sive integra, sive fracta, significari, plane negant. Frangi idcirco hostiam dicunt, ut facilius in os ingeratur: partem unam immitti in calicem ut significetur illius esse corpus, cujus est sanguis in calice: nihil ultra.

Pag. 143. D. *Comment faut-il recevoir Jesus-Christ, lorsqu'on communie Sacramentalement?* R. *Il est difficile de prescrire ce qu'il faut dire à Jesus-Christ en le recevant: Et la meilleure maniere de le recevoir, est que l'ame se réduise à une admiration profonde des graces qu'elle reçoit: une* ADORATION DES MERITES DE *Jesus-Christ, & une veuë generale de se donner totalement à lui.* Non audet orationis formulam scribere, quæ Christo tunc dicatur: Cur autem? nisi quia pertimescit, si Christum in ea precatione non fateatur præsentem sub accidentibus esse, Calvinianus habeatur? Satis habet, dum merita, hoc est, dum mysteria Christi considerentur attente, & quantum sit beneficium in Corpore Christi censeri, quod est Ecclesia, in qua Christus secundum divinitatem, hoc est, Sapientia residet. Hoc vero Calvinus ultro cum sua secta præstabit.

Pag. 280. *Dieu veut sauver les Elus; mais il ne les veut pas sauver séparément. Il les veut sauver, comme faisant tous ensemble un corps & une societé, qui est l'Eglise. Or pour lier les membres de ce Corps entr'eux, il ne leur a pas seulement donné un mesme esprit qui les anime tous, qui est le Saint Esprit; mais il les a mesme rendus dépendans les uns des autres. Car* TOUT LE CORPS CONTRIBUE PAR SES PRIERES & PAR SA CHARITE' A LA VIVIFICATION DE CHAQUE MEMBRE. *Ce qui fait dire à saint Augustin, que* L'EGLISE ENFANTE TOUS LES CHRE'TIENS. „ Tota omnes, „ tota singulos parit. *Aug. lib. 3. de bapt. contra Donat. cap.* XXVIII. *Et que* C'EST PAR LES GEMISSEMENS DE CETTE COLOMBE, QUE LES PECHEZ SONT REMIS: *c'est-à-dire, que les graces que Jesus-Christ a meritées par sa Croix & par sa mort, sont distribuées & appliquées à chaque fidelle* PAR LES PRIERES DE L'EGLISE, *qui les obtient de Dieu par les merites de Jesus-Christ.* Summa hæc istius ratiocinii est. Cum Deus sit Justitia intelligibilis & Ratio communis omnibus, vult profecto esse societatem colentium Justitiam & obsequentium Rationi: intra quam societatem quisquis cooptatur, non privati cujusquam hominis arbitrio, sed solius societatis judicio, suffragio, & voto debeat cooptari. Spiritus igitur ille ipse societatis illius quæ Ecclesia vocatur; qui Spiritus optat & orat, ut peccantes ad meliorem frugem redeant, hic est qui vivificat illos, qui remittit peccata volentibus (ut necesse est) vivere eodem spiritu; qui conjungit sibi connectitque inter se eos omnes qui pariter credunt Christum passum & suscitatum. Est enim Spiritus caritatis. Et hæc sunt merita Christi, quæ eadem societas orando publice, ac proinde docendo applicat his qui volunt de suo corpore censeri. Non habet jus, inquiunt, quisquam privatus dicendi, Ego baptizo, Ego justifico, Ego absolvo; sed Spiritus caritatis fraternæ, Spiritus Societatis sanctorum sive fidelium est, recipere inter suos quicumque habent eumdem Spiritum, & ejus consortium, ut par est, requirunt. Neque enim Sanctus est quisquam, ut eum oportet esse, nisi velit esse cum Sanctis. Ergo cum in illa hypothesi Spiritus illius societatis, qui & Spiritus caritatis mutuæ, sit Deus ipse, sive Spiritus Sanctus; conjunctio cum illa societate, sive cum illo Spiritu, reconciliatio cum Deo, ac proinde remissio peccatorum & vivificatio est: non vox Sacerdotis hanc efficit; qui quod ministerium exhibet, Ecclesiæ visibilis nomine exhibet, & externum tantum. Hæc præclara scilicet impiæ sectæ Theologia est; orta ex eo, quod cum Deum verum non habeat, fateri idcirco non potest, habere Sacerdotes potestatem a Deo & Christo remittendi peccata.

Pag. 317. D. *Comment prouveriez-vous que le culte des Images ne soit pas naturellement mauvais?* R. *C'est qu'il est clair que* LES IMAGES NE SONT QUE DES SIGNES; *c'est-à-dire, de certaines choses qui impriment dans l'esprit l'idée d'une autre chose, outre celles de leur estre. . . . . Or bien loin que le culte des signes soit défendu naturellement, il est expressément autorisé par toute l'ancienne Loi. . . . . Toute l'ancienne Loi consistoit dans le* CULTE DES SIGNES. . . . *L'Arche, le Tabernacle, le Temple, les Autels, les Sacrifices, les Vases, étoient autant* DE SIGNES: *Et l'on ne doit point douter que les Juifs n'eussent du respect pour tous ces signes, & qu'il ne leur fust mesme commandé de les honorer, & l'Arche particulierement. Si donc le culte des signes est permis & autorisé, celui des* IMAGES, QUI NE SONT RIEN QUE DES SIGNES, *ne peut estre défendu.*

D. QUEL CULTE OU HONNEUR *doit-on aux Images?* R. . . . . *On leur rend un* RESPECT *de mesme nature que celui que l'on rend aux autres signes des choses saintes;* COMME AUX LIVRES *de la sainte Ecriture,* AUX VAISSEAUX SACREZ *&c. C'est à-dire, un culte qui les distingue des choses tout-à-fait profanes, & qui marque seulement,* QU'ON HONORE CELUI QUI EST REPRESENTE' PAR L'IMAGE, *à cause qu'elle nous le represente.*

D. *Quelle est l'origine de ce culte?* R. *Il est fondé dans la nature. Car on aime naturellement ce qui nous represente ce que nous aimons, & qui nous en remet l'idée dans l'esprit:* COMME *chacun aime tout ce qui le fait ressouvenir de ses amis, de son pere & de sa mere &c.*

D. *Quand on se met à genoux devant une Image, est-ce à l'Image que l'honneur se rapporte?* R. *C'est principalement à* L'ORIGINAL: *Car ce sont les Saints que nous voulons honorer: mais de ce que nous choisissons plutost de les honorer devant leur Image qu'ailleurs,* C'EST UNE ESPECE D'HONNEUR QUE NOUS RENDONS *à l'Image.*

D. *Quelle est l'utilité des Images?* R. *De faire souvenir des objets qu'elles representent, de servir à recueillir l'imagination, & à faire éviter ainsi les distractions, d'aider la pensée, & de la rendre plus vive.* CE SONT LES LIVRES DES IGNORANS, *qui leur representent les mysteres, & qui suppléent en quelque sorte aux livres à leur égard.*

D. *Mais ne suffiroit-il pas d'avoir des images pour l'instruction, &* NON POUR LA VENERATION? R. *La* VENERATION AU MOINS INTERIEURE EST INSEPARABLE DE L'USAGE DES IMAGES POUR L'INSTRUCTION. *Car les Images ne peuvent instruire, qu'en representant à nostre esprit les objets Saints: Et elle ne les sçauroit representer à nostre esprit, sans qu'il lie en quelque sorte ces Images à ces objets; & qu'il ne rejailliſſe quelque chose de l'amour & de la veneration qu'il a pour les objets sur l'Image mesme.* Ergo, si Nicolio credimus, tolerabilis usus imaginum est; dummodo ad excitandam dumtaxat memoriam adhibeantur ut signa, per quæ ad prototypum colendum mens transeat; nec alia veneratio eisdem tribuatur, nisi quod aliter quam res quælibet omnino profana tractentur, tunc cum de prototypis cogitamus, cum reverentia. Orta hæc hæresis Iconomachorum ex impietate est. Nam si Deus non est nisi Ratio universalis & Veritas intelligibilis, nec ulla potest esse Imago Rationis universalis, sive Justitiæ & Veritatis intelligibilis, coli solam Veritatem fas est, & vivas imagines Veritatis, hoc est, rationales animos, in quibus Veritas & Ratio & Justitia habitat. Nulla enim certe imago alia Veritatis aut Justitiæ aut Rationis potest esse. Nihil enim colere animus rationalis debet, nisi quod sit supra se. Hoc ratio poscit. Atqui sola Ratio universalis & Veritas intelligibilis supra mentes est; nec illius ulla

poteſt eſſe imago. Ergo imagines non ſunt colendæ: ſed ſunt dumtaxat ſervandæ ut ſigna quædam, quæ Sanctorum juſtitiam & ſapientiam in mentem revocent. Ne Sancti quidem ipſi ſunt colendi per ſe, ſed ſola juſtitia quæ in illis habitat; hæc unice ſpectanda, & colenda amore eſt. Catholici e contrario, qui verum Deum norunt, non intelligibilem Juſtitiam colunt, ſed Deum juſtitiæ largitorem, & juſtitiam ſectantur propter Deum; propter Deum amicos Dei colunt; nec juſtitiam dumtaxat quæ in ipſis eſt, ſed ipſos etiam qui juſtitiam propter Deum ſectati ſunt: Et propter hos ipſorum etiam imagines colunt, honore eis exhibito, non ut marmoreæ vel aureæ ſunt, ſed præciſe ut ſimilitudines Sanctorum ſunt; & per ſe quidem, tametſi non propter ſe, ſed propter Sanctos quorum ſimilitudines ſunt. Neque enim aut Juſtitia intelligibilis Deus eſt, aut ſola mens quæ juſtitiam habet imago Dei eſt; ſed totus homo; in primisque qui poteſtatem aut excellentiam aliquam acceptam a Deo habet, ut parentes, ut magiſtri, ut reges, ut ſancti. Ob illam eorum eminentiam colenda eorumdem etiam imago eſt, ſervata proportione gradus & dignitatis. Nec colit Chriſtianus aliquid propterea propter ſe quod non ſupra ſe ſit; colit enim imaginem viri ſancti per ſe quidem, ut diximus, quatenus ſimilitudo viri ſancti ac ſupra ſe poſiti eſt, ſed propter ipſum virum ſanctum, non propter ipſam.

Ex libro qui inſcriptus eſt,
Inſtructions Theologiques & Morales ſur les Sacremens,
Par feu Mr. Nicole.
Pariſ. 1700.

Ex Tomo I.

Pag. 3. D. *Qu'eſt-ce que Sacrement?* R. . . . . *Quand il s'agit d'un Sacrement de la loi nouvelle, c'eſt un ſigne viſible inſtitué* DE DIEU *pour* SIGNIFIER *la* GRACE *inviſible qui eſt communiquée à ceux qui le reçoivent.* Theologi Catholici, ſaltem peritiores & adverſus hæreſim cautiores, nolunt dici 1°. Sacramentum novæ legis eſſe inſtitutum a Deo; ab homine Deo, a Chriſto ut homo eſt, inſtitutum dicunt, pro poteſtate excellentiæ qua pollebat, ob dignitatem ſummi Pontificis animarum noſtrarum & unionem cum Verbo. 2°. Dici nolunt inſtitutum eſſe Sacramentum novæ legis ad ſignificandam gratiam, ſed ad conferendam tantum: nec tam ſignum rei ſacræ, quam vel Rem vel Actionem Sacram, aïunt dici oportere. Rationem ſigni in Sacramentis valde commendant ii ſolummodo, qui Sacramenta mera eſſe ſigna contendunt, excitantia in animis fidem: quia Deum verum eſſe Chriſtum non credunt, auctorem Sacramentorum, quæ vere conferent, hoc eſt, ſanctificent ex opere operato.

D. *Eſt-ce le Sacrement qui produit cette grace, ou ſi Dieu la donne par lui-meſme à ceux qui reçoivent dignement le Sacrement?* R. *Il faut laiſſer ces diſputes aux Ecoles. Mais il ſuffit de ſçavoir que ceux qui reçoivent dignement le Sacrement, reçoivent la grace qu'il ſignifie.* Hoc eſt dicere, Qui ſignum pie ſuſcipit & probe intelligit, recipere eum gratiam quam ſignum ſignificat; ſed ex opere operantis, & ſolo ſuæ pietatis, fidei, & intelligentiæ merito. Non vult omnino dicere, quod aperte Catholici profitentur; Sacramentum ex opere operato, ut cauſam moralem; Deum ſimul ut cauſam phyſicam producere gratiam in ſuſcipiente Sacramentum.

Pag. 5. D. *Les Sacremens de l'ancien Teſtament ne conferoient-ils aucunes graces par eux-meſmes?* R. *Saint Paul* LE DECLARE NETTEMENT, *lors qu'il les appelle des obſervations legales, défectueuſes, & impuiſſantes, qui ont eſté abolies à cauſe de leur foibleſſe, & pa ce qu'il étoit impoſſible que le peché fuſt effacé par le ſang des boucs & des taureaux.* . . . . .

D. *Faut-il étendre cette doctrine à la Circonciſion meſme?* R. *Il ſemble que S. Auguſtin l'en ait excepte, & qu'il ait cru que le peché originel étoit effacé par cette ceremonie.* NE'ANMOINS *comme les* PASSAGES DE SAINT PAUL PAROISSENT SI PRE'CIS, AUSSI BIEN QUE LES TE'MOIGNAGES DE PLUSIEURS PERES, CE POINT EST DEMEURE' INDE'CIS. En ſcripta Patrum ejuſdem cum Pauli ſcriptis cenſentur ordinis atque auctoritatis; ſed Paulo ipſo ac ceteris ſimul omnibus potior unus habetur Auguſtinus; ita ut ſi vel unus ipſe ab illis diſſentiat, controverſiam ſaltem manere non deciſam oporteat.

Pag. 8. D. *Que faut-il conclure de là?* R. *Qu'il n'y a point de ſuperſtition dans l'honneur que les Catholiques rendent aux choſes ſacrées,* AUX IMAGES, AUX RELIQUES, AUX SACREMENS, AUX CEREMONIES, PARCE QUE SELON S. AUGUSTIN, TOUTES CES CHOSES SONT DES SIGNES, AUSQUELS ON PEUT RENDRE DE L'HONNEUR JUSQUES A CERTAIN DEGRE'. En Sacramenta inter ſigna, cujuſmodi imagines & cærimoniæ ſigna habentur. Nec honor aut Reliquiis Sanctorum, aut ipſi etiam Euchariſtiæ, niſi ſecundum quemdam modum debetur. Quin deinde Calvinum ac Lutherum abſolvimus?

Pag. 19. D. *Qu'y a t'il de certain ſur l'intention du Miniſtre des Sacremens?* . . . . . *Qu'y a t'il de conteſté?* R. *C'eſt de ſçavoir ſi l'intention interieure qu'il faut avoir, de faire ce que fait l'Egliſe, enferme quelque intention qui ſe puiſſe cacher, & qui conſiſte dans quelque choſe d'interieur, qui puiſſe eſtre ſeparé de l'action exterieure que fait l'Egliſe. Or ſur ce point,* LA PLUS SEURE OPINION *eſt que l'intention interieure n'eſt jamais ſeparée de l'action exterieure faite ſerieuſement; Parce que quiconque fait l'action exterieure d'une* MANIERE SERIEUSE, *& ſans la desavoüer exterieurement* PAR DES MARQUES DE JEU & DE RAILLERIE, *a la volonté de la faire:* CE QUI SUFFIT. . . . . *Si l'on exigeoit l'intention de faire quelque choſe, dont on ne fuſt pas aſſuré par l'action exterieure, on rendroit tout incertain dans l'Egliſe: car perſonne ne ſçachant ſi le Preſtre qui l'a baptiſé, avoit eu cette intention interieure, on ſeroit toujours en doute, ſi on a eſté effectivement baptiſé.* . . . . . *Ce qui rend cette opinion* PLUS CERTAINE *eſt, qu'*ON NE TROUVE POINT QU'AUCUN PERE AIT JAMAIS DOUTE' SI UN SACREMENT ADMINISTRE' EXTERIEUREMENT E'TOIT VALIDE. *Cependant ſi pour eſtre valide il étoit neceſſaire que le Miniſtre euſt quelque intention ſecrete, qui puſt eſtre ſéparée de l'action exterieure; ce doute auroit dû eſtre très-frequent, principalement dans le Baptesme adminiſtré par des heretiques ou par des laïques. Il eſt donc clair qu'il ne faut point dans le Miniſtre du Sacrement d'autre intention que celle de faire* SERIEUSEMENT L'ACTION EXTERIEURE PRESCRITE PAR L'EGLISE: *en ſorte que* DE'S LA QUE LE MINISTRE LA FAIT, IL SOIT CERTAIN QU'IL A INTENTION DE LA FAIRE, *puiſqu'il ne la fait que parce qu'il en a intention.* IL A BEAU DESAVOUER INTERIEUREMENT L'INTENTION D'ADMINISTRER UN VERITABLE SACREMENT; DE'S LORS QU'IL FAIT CETTE ACTION EXTERIEURE, IL LA VEUT FAIRE: *car s'il ne la vouloit pas faire, il ne la feroit pas: Et par conſequent il a intention de la faire.*

D. *Pourquoi mettez-vous pour condition d'avoir intention de faire ſerieuſement ce que fait l'Egliſe?* R. *C'eſt*

C'eſt que celui qui n'agiroit pas ſerieuſement, ne feroit pas ce que fait l'Egliſe, MAIS LE CONTREFEROIT. *Car les marques exterieures de jeu & de raillerie tiendroient lieu d'un déſaveu exprimé par des paroles. De meſme donc que celui qui diroit,* Je ne baptiſe pas cet enfant, *ne celebreroit pas un Sacrement, & ne le baptiſeroit pas: de meſme quiconque donne des marques exterieures en baptiſant, qu'il ne le fait que par moquerie, ne le baptiſe point: parce que cette moquerie qu'on témoigne à l'exterieur eſt un déſaveu de l'action, & fait le meſme effet que s'il diſoit, Ce n'eſt pas que je baptiſe cet enfant.*

D. *Ce ſentiment n'eſt-il point contraire au Concile de Trente?* R. *Nullement. Et il eſt ſi éloigné d'y eſtre contraire, qu'Ambroiſe Catharin, aprés avoir ſoutenu dans le Concile, que le Miniſtre d'un Sacrement, qui par malice auroit interieurement intention de ne le pas conferer lors qu'on l'adminiſtre, n'en empeſcheroit pas la validité, fit imprimer trois ans aprés la publication du Concile, un traité ſur ce ſujet; où il ſoutient que c'eſt en ce ſens qu'on doit entendre le Concile; & il fut meſme depuis élevé à l'Epiſcopat par le Pape.*

Il ne faut donc pas dire qu'un Miniſtre puiſſe adminiſtrer un Sacrement ſans intention: Mais que QUOIQU'IL VEUILLE N'AVOIR PAS D'INTENTION, IL L'A NEANMOINS EFFECTIVEMENT, PUISQU'IL A LA VOLONTE' DE FAIRE EXTERIEUREMENT *ce que l'Egliſe lui preſcrit.*

D. *Cette Doctrine n'eſt-elle appuiée que ſur les inconveniens qui naiſſent de l'opinion contraire?* R. *Elle eſt appuiée ſur l'autorité de S. Auguſtin.* „ *Il n'importe, dit-il, dans l'Egliſe Catholique, ſi le Sacrement eſt adminiſtré avec ſincerité, ou non: pourveu* „ *que le Miniſtre faſſe exterieurement ce qui lui eſt preſcrit. On ne reïtere pas le Sacrement à l'égard de* „ *celui qui l'a reçeu par tromperie, lors qu'on vient à* „ *le ſçavoir; mais on le punit par l'excommunication,* „ *ou on le guerit par la penitence. Lib.* VII. *de Bapt. cap.* 53. *Saint Thomas eſt du meſme ſentiment, & pluſieurs Scholaſtiques tant anciens que modernes. Le Pape Innocent* IV. *l'enſeigne auſſi expreſſément.*

Et hæc peſtifera etiam opinio ortum habet ex impietate, doctrinamque Eccleſiæ labefactat de efficacitate Sacramentorum ex opere operato, & de poteſtate miniſtorum. Nam ſi Deus non eſt niſi Veritas & Sapientia intelligibilis, non modo fruſtra, ſed etiam ſacrilege ſibi Sacerdos arrogat poteſtatem ſanctificandi, baptizando vel abſolvendo, pendentem ab intentione ſua. Miniſtrum ſe tantum eſſe noverit ad proponenda ſive applicanda ſigna, etiamſi non intendat facere, aut intendat etiam non facere ritum ſacrum, quia hunc ſacrum putat Eccleſia, (quam intentionem Chriſtus requirit;) dummodo ponat ritum externum, ex Eccleſiæ lege; quem vult certe ponere, quoties ponit; hæc functio externa & hæc voluntas ſufficit. Fides enim ſuſcipientis pie ſignum, multo magis illud etiam intelligentis, totum peragit: hic eſt Spiritus Dei qui juſtificat, qui baptizat. Inſolentis audaciæ eſt dicere, Ego baptizo, Ego juſtifico, Ego ſanctifico, Ego abſolvo. Ponere ſe tantum noverit ritum externum, quem quoties ponit, certe vult ponere ſerio. Nam ſi per jocum tantum; non facit, nec vult facere, ſed fingere. En quo ſpectat & unde eſt orta illa hæreſis de intentione, quam ſecta omnis impia defendit. Eſt illa ipſa XXVII. inter propoſitiones ab Alexandro VIII. damnatas, anno 1690. menſe Decembri: *Valuit aliquando baptiſmus ſub hac formula collatus,* In nomine Patris &c. *prætermiſſis illis,* Ego te baptizo. Et illa XXVIII. *Valet baptiſmus collatus a miniſtro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi obſervat; intus vero in corde ſuo apud ſe reſolvit,* Non intendo quod facit Eccleſia. Docuit iſtam ipſam propoſitionem poſteriorem hactenus Nicolius; priorem haud obſcure docuit verbis ſequentibus.

Pag. 37. D. *Quelles ſont les paroles neceſſaires au bapteſme?* R. *Celles-ci:* Je vous baptiſe au nom du Pere & du Fils & du S. Eſprit. *Tout le monde les doit ſçavoir: car il ne faut pas s'en éloigner, ni en ſubſtituer d'autres. Il eſt pourtant* CERTAIN, *que la maniere dont les Grecs baptiſent, qui eſt de dire,* „ Que le ſerviteur de Jeſus-Chriſt SOIT BAPTI„ ZE' au nom du Pere & du Fils & du S. Eſprit, *eſt bonne. . . . . Le Pere Morin* (lib. 8. de *Pœnit. cap.* 16.) *prétend meſme, que l'expreſſion de l'action, en diſant,* Je vous baptiſe, *n'eſt pas neceſſaire; & qu'il ſuffiroit de dire, lors qu'on verſe de l'eau,* „ Au „ nom du Pere & du Fils & du S. Eſprit. *Mais il faut s'attacher à l'expreſſion qui eſt certainement bonne, & ne ſe ſervir jamais de celles qui ſont conteſtées.* Saltem fas eſſe concedit de ea formula diſceptare, & neceſſariam negare mentionem actionis miniſtri, tametſi in uſu, ſiquidem invaluit, id quod eſt magis receptum ſervari jubet. Quod autem de formula Græcorum affert, ut alia nunc omittam, falſum eſt. Neque enim *Baptizetur* illi, ſed *Baptizatur* dicunt.

Pag. 40. D. *Quels ſont les effets du bapteſme à l'égard des enfans?* R. *Le premier eſt la remiſſion du peché originel. . . . Le ſecond. . . . eſt de délivrer les baptiſez de la puiſſance du diable. . . . Le troiſiéme eſt, de leur donner la regeneration, l'adoption, & la redemption.*

D. *Sont-ils parfaitement regenerez, adoptez, & rachetez?* R. *Non.* CAR *l'Ecriture diſtingue une adoption, une regeneration, une iredemption, qui ſont preſentes: & une adoption, une regeneration, une redemption, qui ſont futures. . . . . In regeneratione,* „ cum ſederit Filius hominis. . . Intra nos gemimus, „ adoptionem filiorum Dei exſpectantes, redemptio„ nem corporis noſtri. *Mais cette redemption, cette regeneration, & cette adoption futures ſeront l'effet de celles que nous recevons dans le bapteſme.* Nunc redemptos dicit in ſpe tantum eos qui baptizantur, redimendos in re cum reſurgent. Certe ſi Deus non eſt niſi Veritas intelligibilis, & peccatum originale proinde eſt amor boni cujuſcumque ſenſibilis, quoniam is avertit ab amore Veritatis ſolius; redemptio in re non poteſt eſſe, niſi cum liberabimur a concupiſcentia. Id vero fit in baptiſmo voto dumtaxat, reipſa non fit niſi in reſurrectione.

Pag. 41. D. *En quoi conſiſte* CETTE SANCTIFICATION DES ENFANS? R. *C'eſt dans la grace du Saint Eſprit, qui eſt* INFUSE *dans l'ame des enfans.* Aug. de peccat. merit. l. 1. c. 9. Dat, *dit* „ *ſaint Auguſtin,* Spiritus occultiſſimam fidelibus „ GRATIAM, quam latenter INFUNDIT & PAR„ VULIS.

D. *Comment concevoir cette grace?* R. *Il faut concevoir cette grace, comme on conçoit la concupiſcence qui lui eſt contraire, lors qu'elle n'agit pas telle qu'elle eſt dans un homme. Car cette grace eſt dans les enfans auſſi bien que la concupiſcence dans un homme endormi:* UN AMOUR QUI N'AGIT POINT, *parce qu'il n'eſt excité par aucun objet qui puiſſe donner lieu à ſon action. C'eſt en cette maniere que* LA VOLONTE' DES ENFANS EST TOURNE'E VERS LE BIEN.

D. *Le Saint Eſprit n'agit-il point du tout dans l'ame des enfans?* R. *Saint Auguſtin répond, que par une operation ſecrette il les fait devenir ſon temple.* Occulte agit, ut ſint templum ejus.

D. *Comment cela ſe peut-il faire, ſi l'ame des enfans n'agit point du tout?* R. IL Y A DANS L'AME *de certaines notions & de certains deſirs qui ſe forment ſans aucune reflexion, & ſans que l'on s'en apperçoive. C'eſt ainſi que ſaint Auguſtin enſeigne, que* L'AME SE CONNOIT *toujours, quoi qu'elle ne penſe pas toujours à elle-meſme.* „ Ergo animus vivit, ſive „ ipſe ratio ſit, ſive in eo ratio inſeparabiliter.

S. Aug.

S. Aug. lib. de immort. animæ, cap. 2.) *Le Saint Esprit peut donc operer dans les enfans de ces* NOTIONS *&* DE CES BONS DESIRS SANS REFLEXION, *tels qu'il en opere dans les perſonnes* ENDORMIES. Tales etiam nugas ſuggerit impietas. Nam ſi Deus non eſt niſi Veritas & Ratio univerſalis, non veri habitus ſupernaturales, quales agnoſcuntur a Doctoribus Catholicis, in baptismo infunduntur: ſed & Spiritus Sanctus in ea hypotheſi amor Dei in genere eſt; & gratia quam infundit, innatæ animo rationali notiones & appetitiones erunt Boni in genere, indeliberatæ prorſus ac neceſſariæ, quales ſunt in vivis ſomno ſopitis. Quaſi vero has Spiritui Sancto Catholicus quiſquam aut homo ſanæ mentis adſcribat.

Pag. 44. D. *D'où le baptesme tire-t'il la force de produire tous ces effets ſur les enfans & ſur les adultes?* R. *De la mort de Jeſus-Chriſt.* „ *Car, comme dit S.* „ *Paul, nous tous qui avons eſté baptiſez en Jeſus-* „ *Chriſt, nous avons eſté baptiſez en ſa mort.* D. LE MYSTERE DE LA RESURRECTION N'OPERE *t'il pas auſſi dans le Baptesme?* R. *Saint Pierre le déclare expreſſément par ces paroles:* „ Dieu nous a re- „ generez par la Reſurrection de Jeſus-Chriſt d'entre „ les morts pour nous donner une vive eſperance. *Et* „ *Saint Paul, lorſqu'il dit.* Jeſus-Chriſt eſt reſuſcité „ pour noſtre juſtification. *Il faut pourtant remarquer, que la Reſurrection n'opere pas par voie de merite, mais par voie de puiſſance; en ce qu'elle communique ſa* FORCE *aux moiens que le Sauveur a inſtitués pour la ſanctification des ames.* D. *Quel eſt le propre effet de la Reſurrection de Jeſus-Chriſt dans les baptiſez?* R. *La grace d'une nouvelle vie, qui ne ſoit plus ſujette à la domination du peché.* Catholici totum baptiſmi effectum ſoli paſſioni Chriſti tamquam cauſæ meritoriæ & moraliter effectrici tribuunt: negant in allatis ex Petro & Paulo teſtimoniis de baptismo ſermonem inſtitui. Impia hypotheſis, quæ pro Deo habet dumtaxat Veritatem intelligibilem; nec proinde Chriſtum putat prodeſſe poſſe niſi divinitate, quæ Veritas eſt, ut volunt; nec proinde niſi docendo; tam operari in baptiſmo reſurrectionem, ſive (ut ipſa loquitur) myſterium reſurrectionis, hoc eſt, conſiderationem reſurrectionis, quam paſſionis, tradit; nempe docendo. Non quod ſit aliquod, inquit, meritum reſurrectionis; ſed quod hanc vim habeat, ſcilicet objectivam, ut ad novam vitam ineundam vetere depoſita incitet & inflammet. Et eſt hoc, inquit, utrumque prodeſſe myſterio, ſive ſignificatione. Docet enim utrumque baptizatos, ſupereſſe eis poſt mortem vitam immortalem. Itaque cum ſpe hujus immortalitatis accendamur ad vitam ſancte inſtituendam, præcipuæ ſunt reſurrectionis partes in baptismo, ſive in gratia ibi conſerenda, in hac hypotheſi impia.

Pag. 47. D. *Quel eſt le ſens de ce que dit Saint Auguſtin, que la concupiſcence paſſe, quant à la coulpe, & qu'elle ſubſiſte quant à ſa realité?* R. *Saint Auguſtin veut dire, qu'elle paſſe* QUANT A SON EMPIRE *ſur la volonté, puiſqu'elle ne peut la rendre coupable; mais qu'elle ne paſſe pas en elle-meſme, puiſqu'elle ſubſiſte toujours dans le fond du cœur, où elle pouſſe ſans ceſſe de mauvais deſirs, c'eſt-à-dire, des penſées & des inclinations vers les creatures.* D. *Ces inclinations & ces deſirs ſont-ils de veritables pechez?* R. *Ce ne ſont des pechez, que lorſque la volonté, y conſent. Et c'eſt une erreur des Calviniſtes d'enſeigner, qu'*ILS NOUS RENDENT COUPABLES, *lors meſme que nous n'y conſentons pas. C'eſt pourquoi le Concile de Trente l'a juſtement condamnée.* Non negat motus concupiſcentiæ indeliberatos eſſe peccata minus proprie dicta, quia non tam gravia quam quando conſenſus accedit: id quod unum etiam Calviniani aïunt. Neque enim dicunt renatos per baptiſmum eſſe idcirco reos; ſiquidem e diverſo dicunt his non imputari, ſed tegi a Deo; tantum dicunt, opera etiam bona, his motibus concupiſcentiæ infecta, eſſe, ſi per ſe ſpectentur, vitioſa & prava: quod cum iſte non negat, cum Calvino tacite hoc loco facit.

Pag. 53. D. *La foi des peres & des meres eſt-elle neceſſaire aux enfans; & eſt-ce le ſens de ce qui eſt dit, que les enfans ſont baptiſez en la foi des parens?* R. *Elle n'eſt nullement neceſſaire. Car, comme dit ſaint Auguſtin, ceux qui offrent leurs enfans, les offrent au nom de l'Egliſe:* & C'EST LA FOI DE L'EGLISE *qui ſupplée au défaut de celle des enfans.* „ Offerun- „ tur quippe parvuli ad percipiendam ſpiritalem gra- „ tiam, non tam ab eis quorum geſtantur manibus. . . . . quam ab univerſa ſocietate ſanctorum „ atque fidelium. *S. Aug. ep. 23.* Nempe ſi Deus non eſt niſi Veritas intelligibilis, Sacramentum nihil eſſe poteſt præter ſignum intelligibilis Veritatis: hanc autem infantes intelligere non poſſunt, quomodo ergo eis baptiſmus prodeſt? Fides, inquiunt, & caritas, ſive parentum, ſive ſuſcipientium, ſi boni fideles ipſi ſunt, ſive ſi non ſunt, fides & caritas totius ſocietatis ſanctorum, hoc eſt, Eccleſiæ; (quæ ex Eccleſia ſunt Spiritus Angelici ob eamdem caritatem:) hæc, inquam, caritas facit, ut & ab Eccleſia recipiantur in numerum, ut membra ipſius, & ab Angelis ſanctis, ſi ex hac vita decedant, defendantur adverſus contrarias poteſtates. Hic unicus eſt aut certe præcipuus baptiſmi effectus in infantibus, ex hypotheſi impia; quæ nullum putat Sacramentum producere gratiam ex opere operato; ſed ſi quid efficiat, id totum præſtare fidem, ſive propriam ſignum ſuſcipientium, ſive alienam.

Pag. 127. D. *Quelle eſt la ſource de la Vertu de Penitence?* R. *C'eſt l'amour de Dieu* COMME JUSTICE. *Car celui qui aime la Juſtice, aime ce qu'elle ordonne. Or comme la Juſtice ordonne à l'homme de ne point pecher; elle lui ordonne auſſi, quand il peche, de haïr, de quitter, & de punir & reparer ſon peché. Et c'eſt ce qu'on appelle Penitence.*

D. *Pourquoi enfermez-vous dans la vertu de Penitence le deſir effectif de la punition du peché?* R. *C'eſt qu'il eſt de* L'ORDRE DE LA JUSTICE *de Dieu, ou que l'homme ne péche point; ou que pechant, il ſoit puni. Tout peché, petit ou grand, doit eſtre puni, dit S. Auguſtin; il faut que Dieu en faſſe le chatiment; ou que l'homme penitent le puniſſe lui-meſme. . . . . .*

Pag. 129. *En un mot,* LA LOI DE LA JUSTICE *de Dieu eſt, que perſonne ne reçoit* LA REMISSION D'UNE PEINE PLUS GRANDE, *qui lui étoit duë, s'il ne ſatisfait à Dieu par quelque ſorte de peine,* QUOI QUE BEAUCOUP MOINDRE. „ Nullus „ debitæ gravioris pœnæ accepit veniam, niſi qua- „ lemcumque, etſi longe minorem, quam debebat, „ ſolverit pœnam. *Aug. lib. de Contin cap. 6.*

D. *Jeſus-Chriſt n'a t'il pas entierement ſatisfait pour nos pechez?* R. *Oüi, ſans doute: Mais il a plu à la* JUSTICE *de Dieu de n'appliquer la ſatisfaction de Jeſus-Chriſt qu'à ceux qui* SE CONFORMERONT A CETTE LOI DE JUSTICE. *Ce qui n'empeſche pas que Jeſus-Chriſt n'ait ſatisfait entierement pour nos pechez: Puiſque la volonté que les hommes ont de* SATISFAIRE A LA JUSTICE DE DIEU NE LEUR EST DONNE'E QUE PAR LES MERITES *de Jeſus-Chriſt, & n'obtient la remiſſion de la peine duë au peché; que par l'union aux ſouffrances de Jeſus-Chriſt.*

D. *Qu'eſt-ce donc que faire penitence?* R. *On le peut apprendre de ſaint Auguſtin. Celui, dit ce ſaint Docteur, qui eſt veritablement penitent, tend uniquement à faire que le peché qu'il a commis ne demeure pas impuni.*

D. *Dieu ne remet-il pas les pechez quelquefois ſans en exiger aucune punition?* R. *Non. Car quand un penitent mourroit un moment aprés la remiſſion de ſon peché,* LA MORT *qu'il ſouffriroit en ſeroit toujours la punition.*

Juſti-

Juſtitiæ nomine, ut ex hoc loco maxime apparet, æquitatem ſolam iſte cum ſecta ſua impia; ſive Legem æquitatis intelligit, eam ipſam, quæ vetat peccare, quæ jubet odiſſe peccatum, & diſcedere a malo: unde cum ſatisfaciendum Juſtitiæ dicit, faciendum eſſe tantummodo intelligit quod æquum eſt. Æquum autem eſt, ut omne peccatum puniatur. Si ab homine pœnitente non punitur, punietur a Deo: id quod ex illius ſectæ hypotheſi hoc tantum ſignificat; Niſi homo pœnitentiam agat, ſaltem morietur. Mors enim ultima eſt a Deo, hoc eſt, ab Æquitate pœnâ indicta. Unde ſequitur, nullum ſupereſſe in Purgatorio pœnam luendam, dummodo ante mortem reſipuerit qui peccavit; hoc enim unum noxam omnem delet. Qua de impiæ ſectæ hæreſi jam ſuperius diximus. Obiter etiam hic iſte inſerit, Deum præter ipſam formalem Juſtitiam ſive Æquitatem, nullum eſſe. Et merita Chriſti, ob quæ bona nobis voluntas inſeritur, ex mente impiæ ſectæ, nihil aliud ſunt, niſi ipſamet Sapientia intelligibilis, eamdem nobis mentem ac voluntatem injiciens faciendi quod æquitas poſtulat, qualem & Chriſto ipſi dedit. Nam digna ſunt certe opera Chriſti, quæ multos habeant imitatores; nec poſſunt alia eſſe opera bona, quam quæ ſint iſtorum ſimilia. Manant hæc præclara dogmata ex illo palmari: Deum non eſſe niſi Æquitatem Juſtitiamve intelligibilem, quæ nullam per ſe exigit pœnam pro peccatis, ſed ſolam reſipiſcentiam. Quantumlibet enim te punias & caſtiges, numquam delebis τὸ peccaſſe; quod unum ex peccato ſupereſt, ſi Deus non eſt præter ipſam formaliter Æquitatem; excepta pronitate ad peccandum, quæ ex actu peccati relinquitur. Hæc vero bonis operibus ac laborioſis ſaltem minuitur in hac vita, nec per ſe peccatum eſt. Quem ergo placare quæris, dum te ipſe punis, ſi Deus non eſt niſi Æquitas & Sapientia? Rediſti cum illa in gratiam ſapiendo. Tamen ut Chriſtiani videantur iſti, Æquitatem etiam ſive Juſtitiam aïunt flagitare, ut peccatum puniatur. Sed primo peccatum dicunt puniendum eſſe, non peccatorem: unde ſibi eximie parcunt & indulgent iſti Moralis auſteræ prædicatores. Deinde peccati nomine id quod unum remanet poſt actum peccati intelligunt, ſcilicet concupiſcentiam: quæ quandoquidem morte deſtruitur, non eſt ulterius punienda. Sordes tantum ex peccatis animæ adhærescentes, igne ſupremi judicii eluentur. Ita iſti pſeudo-Chriſtiani.

Pag. 130. D. *Dieu ne remet-il pas les pechez aux baptiſez, ſans les obliger* A AUCUNE PENITENCE? R. *Il les leur remet ſans les obliger à certains exercices de penitence, qui doivent eſtre pratiquez par ceux qui ont peché aprés le bapteſme. Mais il ne les leur remet point ſans les obliger* A UNE VIE DE PENITENCE, & A CETTE PENITENCE GENERALE *qu'il a* IMPOSE'E *à tous les enfans d'Adam; qui lorſqu'elle eſt ſoufferte comme il faut, eſt* UNE GRANDE PENITENCE. Urgentibus ſcilicet Catholicis, ſi peccatum omne ut puniatur æquitas poſtulat, etiam ante baptiſmum commiſſa delicta oportet pœnitentia elui: Reſpondet iſte cum ſua ſecta, elui ſanc pœnitentia, ſed quæ poſt baptiſmum peragatur; & magna quidem illa pœnitentia, quam humano generi Deus impoſuit.

Pag. 131. D. *En quoi conſiſte la Penitence generale impoſée à tous les hommes?* R. *Elle conſiſte dans les maladies & la mort du corps, dans les miſeres de cette vie, dans l'éloignement de Dieu, dans l'incertitude du ſalut, dans l'obſcurciſſement de l'eſprit, dans la réſiſtance penible aux paſſions; & dans une vie ſerieuſe & laborieuſe.* D. *Pourquoi appellez-vous toutes ces peines du peché originel, des penitences?* R. *C'eſt que l'homme eſt non ſeulement obligé de les ſouffrir, mais qu'il les doit ſupporter en eſprit de penitence. Il doit mourir comme un criminel condamné à la mort par la Juſtice de Dieu, & la recevoir comme la ſatisfaction de ſes pechez: Il doit ſouffrir la maladie de ſon corps, & les autres miſeres de cette vie, comme une penitence que Dieu lui a impoſée. . . . . Cet arreſt de Dieu*, Vous mangerez voſtre pain à la ſueur de voſtre viſage, *regarde tous les hommes.* Juſtitia ſcilicet univerſalis peccato univerſali non poteſt niſi pœnitentiam univerſalem præſcribere; nempe tum labores hujus vitæ, tum mortem ipſam: nam illi quidem concupiſcentiam macerant, quæ eſt peccatum univerſale: mors eamdem prorſus extinguit.

Pag. 157. *Quelle idée on doit avoir du peché mortel.* Pag. 160. LA LOI DE DIEU QUI DE'FEND LE PECHE' MORTEL, *& qui condamne à l'Enfer ceux qui le commettent,* EST DIEU MESME, *& par conſequent eſt immuable & éternelle. Celui donc qui péche,* SOUHAITE L'ANEANTISSEMENT DE DIEU, *puiſqu'il hait ſa loi, & la voudroit détruire s'il pouvoit:* IL VOUDROIT QU'ELLE NE FUST POINT. Si Deus ſcilicet eſt ipſa formaliter lex vetans peccatum, vellet certe qui peccat non eſſe Deum; quia vellet non eſſe legem qualis eſt illa quam violat; quamquam nec ita vellet fortaſſe pro ſemper, ſed tantum pro tunc. At nemo certe Chriſtianus, aut qui verum Deum noverit; etiam dum peccat (niſi ſit emotæ mentis; quo ſtatu ſi ſit, non peccat:) velit propterea Deum non eſſe. Nemo ergo Chriſtianus, aut qui verum Deum norit, Deum verum arbitratur eſſe Legem ipſam formaliter quæ vetat peccatum.

Pag. 180. D. *Les pecheurs ne ſont-ils pas juſtifiez quelquefois avant la reception du Sacrement?* R. *Ils le peuvent eſtre. Mais* L'EGLISE, *dit Yves de Chartres, qui ne le ſçait pas, & qui ne juge pas du fond du cœur, ne les regarde point comme étant du nombre des juſtes, qu'aprés qu'elle les a reconciliez.* Si Deus non eſt niſi Ratio & Sapientia & Juſtitia intelligibilis, reconciliatio non fit niſi a Societate juſtorum & Sapientum. At ſi Deus eſt verus, & Chriſtus Deus verus, reconciliatio non per Eccleſiæ miniſtrum, ſed per miniſtrum Chriſti Sacerdotem de Eccleſia fit. Sed videtur iſte præterea reconciliationem nonniſi publice pœnitentium ob peccata publica deſiderare.

Pag. 181. D. *Pourquoi demandez-vous pour premiere condition la haine de la vie paſſée, ne ſuffit-il pas de mener une vie nouvelle?* R. *C'eſt une erreur Lutherienne, que la vie nouvelle ſuffiſe pour la penitence. . . . . Il ne faut pas croire, que Dieu nous ait pardonné nos pechés, déſlors que nous avons ceſſé de les multiplier, ſi nous ne nous en purifions de plus en plus par l'eau de nos larmes: de meſme que celui qui ceſſe d'é rire n'efface pas ce qu'il a écrit, quoi qu'il n'écrive plus rien de nouveau.* Quaſi vero neget Lutherus dolendum eſſe de præterito, ac diſplicere vehementer oportere peccatum, quoties menti ſuccurrit: aut Luthero par eſſe deſinat, qui præter emendationem vitæ ſatis habeat dicere ſæpiuſcule, ſtulte egi, inique egi. Ecquando venit in mentem Luthero negare id eſſe neceſſe?

Pag. 183. D. *Pourquoi demandez-vous pour deuxiéme condition de la contrition neceſſaire à obtenir la remiſſion des pechez dans le Sacrement de Penitence, qu'elle naiſſe de l'amour de Dieu?* R. *Pour un très-grand nombre de raiſons très-claires & très certaines.* 1 . . . 8°. *Cette diſpoſition ſuffiſante doit eſtre une bonne volonté: ce qui ne ſe peut ſans l'amour de Dieu. Car, ſelon ſaint Auguſtin, ſans la charité il n'y a point de bonne volonté.* Certe ſi Deus non eſt niſi Juſtitia intelligibilis, remiſſio peccati fieri non poteſt, niſi dolor de peccato præterito oriatur ex amore Dei perfecto: ex timore ſi oriatur, pravus eſt dolor. Si nimirum dixeris; Doleo de peccato, quia timeo Rationem & Juſtitiam ſive Sapientiam intelligibilem, ſtulte dixeris prorſus & impie. Nam timere æquitatem & Juſtitiam, ſive timere quod æquum & juſtum eſt, eſt non amare quod æquum & juſtum eſt: ac proinde hoc eſſet in ea hypotheſi, Deum non amare. Id autem certe pravum eſt & deteſtabile. At

Catholici qui verum Deum norunt & timent, ſic recte dicunt & ſentiunt: Doleo de peccato, quia Deum timeo: & quia Deum timeo, volo & pro præteritis delictis ipſum placare, & ſervare deinceps mandata ejus, quorum primum eſt de diligendo ſuper omnia Deo. Itaque timor Dei & bonus eſt per ſe, & ducit ad amorem tum veri Dei, tum etiam, propter ipſum, Juſtitiæ, quam iſti pro Deo habent.

Pag. 239. D. *Pourquoi fait-on une declaration de ſes pechez au Preſtre?* R. *Parce que le Preſtre* FAISANT L'OFFICE DE MEDECIN DANS LE SACREMENT DE PENITENCE, *ſi nous voulons guerir il faut lui découvrir* LES MALADIES DE NOSTRE AME, QUI SONT NOS PECHEZ, *de meſme que nous découvrons les maladies du corps à ceux que nous croions y pouvoir apporter quelque remede.*

D. *Pourquoi eſt-il neceſſaire de s'accuſer particulierement des pechez mortels?* R. *Parce qu'on ne peut obtenir le pardon de ces ſortes de pechez, que par l'abſolution du Preſtre; & que pour délier, il faut qu'il connoiſſe ce qu'il délie.*

Pag. 252. D. *Avec quel eſprit & quelle intention faut-il ſe confeſſer?* R. . . . 1°. *pour rendre hommage à Dieu par cette action, & reparer l'honneur qu'on lui a ravi.* 2°. *pour ſe ſeparer de la ſocieté du diable, qui n'a jamais confeſſé ſes pechez, & qui hait particulierement ceux qui les confeſſent.* 3°. POUR RENDRE A L'EGLISE & A LA SOCIETE' DE SES MEMBRES *cette marque de ſon retour à Dieu.* 4°. *pour obeir à l'ordre de Jeſus-Chriſt, qui a établi ce moien comme neceſſaire, pour obtenir la remiſſion de ſes pechez.* 5°. *pour pratiquer une juſte humiliation.* . . . 6°. . . . *pour apprendre de la bouche des Preſtres les remedes & les peines de ſes pechez.* Hic iſte confeſſionem inſtitutam in primis ad remedia a Sacerdote, tamquam a medico, perdiſcenda docet: ad veniam autem mortalium, quæ quidem publica ſint; ſiquidem eorum, a quibus reſipiſcere ſe debet peccator certiorem facere Eccleſiam, neceſſariam eſſe confeſſionem, auctore Chriſto, hoc eſt, ita exigente Sapientia ſive Æquitate. Quis enim neſcit jus poſcere, ut quibus ſcandalo fueris, his bonum præbeas exemplum reverſionis ad bonam frugem; & ita quidem ut Sacerdote judice in Societatem Sanctorum denuo velis admitti, unde peccando diſceſſeras?

Pag. 295. *Ce ne fut qu'au* DOUZIEME *ſiecle, qu'on commença de donner plus communément l'abſolution aprés la confeſſion avant l'accompliſſement de la Penitence.*

Pag. 279. D. *Quelle eſt la forme du Sacrement de Penitence?* R. *C'eſt l'abſolution du Preſtre, qui agit en Juge & avec juriſdiction.* D. *En quels termes doit-elle eſtre conçuë?* R. *Dieu a laiſſé la determination des paroles, par leſquelles on doit abſoudre les penitens, au pouvoir de l'Egliſe. C'eſt pourquoi elles peuvent eſtre differentes, ſelon les differentes Egliſes, & dans la meſme Egliſe en divers tems. Toute l'Egliſe Grecque a* TOUJOURS *donné l'abſolution aux Penitens par des prieres, dans leſquelles le Preſtre demande à Dieu qu'il les abſolve,* SANS Y MESLER AUCUNE EXPRESSION, QUI MARQUE QUE LE PRESTRE ABSOUT. *Celle dont on s'eſt ſervi dans l'Egliſe Latine* JUSQUES AU TREIZIE'ME SIECLE, *étoit auſſi conçuë en forme de priere. Et ce n'eſt que depuis ce tems-là, que la forme indicative, c'eſt-à-dire, celle où le Preſtre exprime qu'il abſout,* ABSOLVO TE, *s'eſt* INTRODUITE. *Tout ce qu'on en doit conclure, eſt qu'il faut ſuivre la pratique preſente de l'Egliſe, où l'on vit, ſans condamner celle des autres Egliſes* NI DES AUTRES TEMS: *puiſque cette varieté d'uſage ne nuit* EN RIEN A LA VALIDITE' DES SACREMENS. Cui ſectæ diſplicet forma baptiſmi, *Ego te baptizo*, ut ſuperius vidimus: ne Sacerdos videlicet vel Chriſtus homo exiſtimetur cauſa moralis eſſe juſtificationis eidem diſplicet dici in Pœnitentia, ob ſimilem cauſam, *Ego te abſolvo.* Contra morem priorum duodecim ſæculorum introductam aïunt hanc fuiſſe formulam ſæculo tantum decimo tertio, a Mendicantibus, ut credi volunt: ſequendum quidem eſſe unicuique morem Eccleſiæ ſuæ; at non continuo improbandum eum eſſe, quem vel Eccleſia Græca tenet, vel prioribus ſæculis duodecim Latina tenuerit. Quod eſt dicere, novitium eſſe morem hodiernum Latinæ Eccleſiæ, & ſolo ſcandali metu retinendum: minime quidem idcirco licere ab eo more jam recepto diſcedere; ſed ſi quis ſecus agat, validum nihilominus ſive perfectum fore Sacramentum. Quod autem & ſæculo XIII. hanc introductam eſſe formam aïunt, & ſæculo XII. morem abſolvendi ante peractam ſatisfactionem; id tempus enatæ hujus impietatis hominibus ſagacioribus ſatis perſpicue indicat. Jam renovandum eſſe hunc alterum morem clamat iſte cum ſua ſecta, quod abſolutionem velit eſſe, aut meram declarationem, qua Sacerdos ſignificet eſſe quempiam idoneum Euchariſtiæ percipiendæ, aut conjunctam certe cum ea declaratione: hanc vero prudentem eſſe non poſſe, niſi facto prius experimento vitæ ſanctius inſtitutæ.

Pag. 298. D. *L'abſolution du Preſtre n'eſt-elle qu'une declaration que les pechez ſont remis?* R. *C'eſt* UNE VRAIE REMISSION DES PECHEZ *conferée par le Preſtre: & elle précede meſme ordinairement, ſelon ſaint Bernard, le jugement de Dieu.* „ *La ſentence de* „ *Pierre, dit-il, précede celle du Ciel: puiſqu'il eſt dit,* „ *Ce que vous aurez délié ſur la terre, ſera délié dans* „ *le Ciel. C'eſt ce qu'enſeigne expreſſément ſaint Cyprien, & pluſieurs autres Peres. Les Novatiens avoüoient bien que Dieu pouvoit remettre les pechez mortels: mais leur erreur conſiſtoit à dire, que* DIEU N'AVOIT PAS DONNE' CE POUVOIR A L'EGLISE. *La verité Catholique ſoutenuë par l'Egliſe, conſiſte donc dans ce dogme,* QUE DIEU A DONNE' A L'EGLISE LE POUVOIR DE REMETTRE TOUS LES PECHEZ: *& c'eſt ce pouvoir qu'elle a de* DONNER LA REMISSION *des pechez, qu'elle a ſoutenu contre les Montaniſtes qui le nioient.* Quandonam abſolutio & qualis & cujuſmodi peccatorum vera remiſſio ſit, docet iſte hoc loco, ex mente ſectæ impiæ. De criminibus ſive peccatis publicis loquitur, quæ ab Eccleſia remitti Montaniſtæ & Novatiani negaſſe leguntur. Poteſtatem hæc remittendi contendit iſte e contrario conceſſam Eccleſiæ eſſe: quoniam nimirum Æquitas & Ratio poſtulat, ut jus unicuique Societati ſit in ſuum cœtum quos velit admittere, prioribus culpis vere & integre ab ea Societate condonatis, ob quas ex eo cœtu ejecti fuiſſent. Mortalia autem peccata, nempe crimina graviora & publica excludunt ab Eccleſia, inquiunt, hoc eſt, a cœtu ſanctorum. Hæc igitur quos videt vere pœnitere recipit denuo in cœtum ſuum, remiſſis vere peccatis: nemine inter ſanctos a cæleſtibus ſpiritibus agnoſcendo, niſi quem prius in ſuorum numero Eccleſia cenſuerit. Hoc eſt enim quod dicitur ſententia Petri præcedere ſententiam cæli: & hæ ſunt, inquiunt, claves Eccleſiæ. Ab Eccleſia igitur fit hæc remiſſio; eaque admiſſio eſt in cœtum Eccleſiæ, ſive in numerum ſanctorum: nec alio ſenſu delicti prioris ſive criminis *una quædam vera*, ut iſte loquitur, iſta remiſſio eſt, ab Eccleſiæ miniſtro facta. Catholicis e contrario docentibus, remitti crimina non ab Eccleſia, non Eccleſiæ nomine a Sacerdote, nec publica tantum delicta, ſed quælibet, Chriſti ſolius nomine, qui hanc poteſtatem non Eccleſiæ, ſed Sacerdotibus in Eccleſia dedit. Nec præcedit tempore Sententia Sacerdotis Sententiam Dei: ſed quæ Sacerdotis, ipſa Chriſti, & quæ Chriſti, ipſa Dei Sententia eſt: tametſi vox Sacerdotis & Chriſti hominis, eſt cauſa moralis, ſed infallibilis, gratiæ juſtificantis a Deo ſimul collatæ.

Pag. 313. D. *Que peut-on répondre à ceux qui diſent, que lorſqu'on differe l'abſolution, on met les penitens*

tens en danger de ſe perdre : parce qu'ils peuvent avoir une telle diſpoſition, qu'avec le Sacrement ils ſont ſauvez, & ſans le Sacrement ils ſont damnez? R. *On y peut répondre* 1°. *que l'Egliſe a cru que Dieu* SUPPLE'OIT *l'effet des Sacremens dans ceux qui n'en étoient pas privez par leur faute. Et c'eſt pourquoi elle veut qu'on reçoive les offrandes de ceux qui ſont morts en cet état; comme il eſt ordonné au* IV. *Concile de Carthage, au* 2. *Concile d'Arles, & en pluſieurs autres. C'eſt ce qui eſt conforme à la doctrine de Saint Auguſtin*, (lib. 4. contra Don. cap. XXIV. & XXV.) *qui enſeigne que le ſalut de l'homme dépend de la bonne volonté & du Sacrement; & que lorſque l'un ou l'autre manque ſans la faute de quelqu'un, Dieu y ſupplée; comme il ſupplée à la bonne volonté dans les enfans, & qu'il ſuppléa le baptesme dans le bon larron. Il faut répondre en ſecond lieu, que de deux dangers il faut choiſir le moindre. Or l'homme met ſon ſalut en bien plus grand danger, en s'expoſant à recevoir une abſolution ſans effet. . . . . qu'en differant de la recevoir en courant le danger d'une mort ſubite. Car ce danger des morts ſubites eſt presque imaginaire dans le Chriſtianisme, où il y a tant de Preſtres, qui peuvent donner l'abſolution à un penitent, pourveu qu'il ait encore quelque peu de vie.* Hæc eo ſpectant, ut abſolutio nonniſi Eccleſiaſtica credatur eſſe, & ad curationem pravorum affectuum inſtituta: prioris delicti remiſſionem ſola reſipiſcentia ac deteſtatione facti conſtare ac ratam eſſe: nec proinde ſalutem periclitari, ſi quis cum amore aliquo Dei, hoc eſt, Juſtitiæ, a qua peccando deſciverat, ex hac vita decedat.

Ex Tomo II.

Pag. 5. *Qu'eſt-ce que l'Euchariſtie?* R. *C'eſt un Sacrement de la Loi nouvelle, dans lequel ſous les eſpeces du pain & du vin, ſont contenus le vrai Corps & le ſang de Jeſus-Chriſt*, POUR LA NOURRITURE SPIRITUELLE DE LA VIE *que nous avons reçuë dans le Baptesme.* Qui alimentum vitæ ſpiritalis Euchariſtiam vocant, hi non manducationem Corporis Chriſti per ſe gratiam ſanctificantem conferre manducanti; id quod unum Chriſtus promiſit; ſed ſolam conſiderationem, præcipue paſſionis & reſurrectionis Chriſti ad pios affectus in animis ingenerandos prodeſſe ibi plurimum volunt.

D. *Reſte t'il du pain & du vin après la Conſecration?* R. *Non. Car* TOUTE LA SUBSTANCE DU PAIN & DU VIN S'EST CHANGE'E EN CELLE DU CORPS *& du ſang de Jeſus-Chriſt.*

Pag. 6. D. LES ACCIDENS *reſtent-ils après la conſecration?* R. *Il eſt viſible qu'ils reſtent, puisque nous voions toujours* l'APPARENCE *du pain, que nous en goutons la ſaveur, & que nous en ſentons les effets.* D. *Qu'eſt-ce que* CES ACCIDENS OU CES APPARENCES? R. *Il eſt de foi qu'*IL N'Y A PLUS DE PAIN NY DE VIN. *Il eſt viſible que nous continuons d'*APPERCEVOIR LES APPARENCES *du pain & du vin. La foi ne va pas plus avant: &* LAISSE LA DISCUSSION DU RESTE AUX PHILOSOPHES. *Et la* PIETE' SOUHAITE MESME QU'ON S'ARRESTE LA, *& qu'on ne s'embaraſſe pas dans des queſtions obſcures, où nous n'aurions pour guide qu'une raiſon foible & tenebreuſe.* Non poſſunt ii certe, quibus pro Deo eſt ipſa Realitas ac Veritas entium veram Tranſſubſtantiationem fieri verbis Sacerdotis credere. Non poſſunt igitur ii, qui de Tranſſubſtantiatione verba faciunt ex impia illa ſecta, non verbis ambiguis & æquivocis uti, ut id quod fides Chriſtiana exigit credere exiſtimentur, & fallant imperitos atque incautos. Itaque cum dicit iſte ſubſtantiam panis & vini converſam eſſe in ſubſtantiam Corporis & Sanguinis Chriſti, duplicem diſtinguit cum Philoſophis ſubſtantiam; alteram primam, quæ eſt individualiter ſubſiſtens; ſecundam alteram, quæ eſt natura generis ſecundum ſe abſoluta, natura communis, eſſentia rei. Deinde ſubſtantiam hoc loco ſecundam dumtaxat intelligit; quæ cum non ſit reipſa niſi in ideis: (nam a parte rei non ſunt niſi modificationes diverſæ, & contingentia quidem, mutabiliaque & corruptibilia omnia, & ſubſtantiæ primæ ſive individuales:) ſed cum ſubſtantia ſecunda, ſive natura communis, ſemper eadem permanens, incorrupta, atque immutabilis, in ideis ſit; ideam panis ac vini dicit mutatam eſſe in ideam Corporis & Sanguinis Chriſti. quæ mutatio fieri omnino non poteſt niſi in mente, per fidem, per Spiritum Sanctum, ut loquuntur; ſuperveniente nimirum idea Corporis & Sanguinis Chriſti vera in locum ideæ panis & vini, quæ eſt vis nutriendi & inebriandi. Non eſſe igitur amplius ibi panem & vinum, eſt vim eam, in qua poſita eſt ſubſtantia ſive natura communis panis, & communis natura vini, non jam conſiderari, non amplius hic locum habere: tantum cogitari, tantum ibi locum habere Corpus Chriſti & Sanguinem ſub ſpeciebus. Addit accidentia, quæ in ſenſus occurrunt, dicendane ſint accidentia, an meræ apparentiæ, non audere ſe definire: dimitti id oportere diſcutiendum Philoſophis: Perinde quaſi Philoſophia naturalis ad ea quæ naturam ſuperant explicanda, ſola ſufficiat. Quibus autem Philoſophis id dimittit? Carteſianis? Hæreticorum ſcilicet, hoc eſt, Janſenianorum in primis Patriarchis vel fratribus germanis: Qui extenſionem actualem, atque adeo impenetrabilitatem ſtatuunt eſſe de eſſentia corporis, ac proinde myſterium Euchariſtiæ convellunt. At nec Philoſophos iſtos audit fides, aut pietas Chriſtiana in his tantum conſiſtit vocibus: Nulla jam ibi ſubſtantia panis; ſed incurrunt tamen accidentia in oculos. Verum progreſſa ulterius, quid ſubſtantiæ, quid accidentium nomine intelligi oporteat, diligenter expendit, & exponit. Catholici enim ſubſtantiæ nomine, ſubſtantiam primam ſive individualem intelligunt, materia & forma individuali conſtantem; quæ proinde cum dicitur mutari in aliam ſubſtantiam individualem, nonniſi divina omnipotentia mutari poſſe intelligitur. Ac proinde accidentium nomine non poſſunt niſi vera accidentia intelligere, quantitatem in primis, ſive extenſionem quæ videtur. Qui hæc nolunt diligenter expendi & ſic exponi, hæretici Tolerantes ſunt; qui fidem ſolis conſtare vocibus volunt, ſub quibus quid ſibi libuerit quiſque intelligat, ut ipſis quoque fas ſit nihil niſi quod velint credere. Eo eſſe ex numero Nicolium, tum ex iſtius loci calce & clauſula apparet; tum quod in longiſſimo iſto tractatu de Euchariſtia, de adoratione Corporis Chriſti ſub ſpeciebus verbum nullum facit.

Pag. 10. D. *De quelle choſe* CE SACREMENT EST-IL SIGNE? R. *Il eſt ſigne par la ſeparation des eſpeces, de la mort de Jeſus-Chriſt, & de ſon immolation ſur le Calvaire: Et* PAR LES ESPECES MESMES, *du corps naturel de Jeſus-Chriſt, comme nourriture ſpirituelle: Et* DE SON CORPS MYSTIQUE, *c'eſt-à-dire, de l'union de tous les membres de l'Egliſe en un ſeul corps; parce que le pain eſt fait de pluſieurs grains de bled, & le vin de pluſieurs grains de raiſin. S. Aug. Serm.* 172. *novæ edit. Le mélange de l'eau avec le vin, figure, ſelon ſaint Cyprien, l'union des fidelles ſignifiez par l'eau, avec Jeſus-Chriſt ſignifié par le vin.* Catholici prorſus negant Corpus Chriſti ſignum eſſe cujusquam rei. Corpus Chriſti eſſe aiunt; hoc tantum. Specierum ſeparationem non in Sacramento, ſed in ſacrificio, dicunt eſſe ſignum immolati in cruce Chriſti. Nec ſpecies per ſe ut capaces nutriendi & inebriandi ullo modo ſignificant Corpus Chriſti; cum ne animorum quidem alimentum illud eſſe ſuperius oſtenderimus: nec ſi ſignum ejuſmodi eæ forent, Sacramentum propterea ſignum foret; neque enim ipſæ per ſe ſunt Sacramentum; ſed Sacramentum eſt

Corpus Chriſti ſub ſpeciebus, quod nullius rei ſignum eſt. Unde Sacramentum novæ legis in genere acutiores Theologi non definiunt, ſignum rei ſacræ, ſed actionem vel rem ſacram. Res autem ſacra tantum eſt Corpus Chriſti. Denique mixtio quando fit aquæ cum vino, tunc Sacramentum non eſt; aut ſi jam tum Sacramentum eſſe defenditur, videndum ne qui id defendunt, haud aliter Chriſtum poſtea quoque in cœlos eſſe, quam populus Chriſtianus ibi eſt, velint.

Pag. 58. D. *Les laïques ont-ils toujours communié ſous la ſeule eſpece du pain, comme ils font à preſent?* R. IL EST CERTAIN *qu'ils ont communié ordinairement plus de* DOUZE CENS ANS *ſous les deux eſpeces: quoi qu'en certaines occaſions ils ne communiaſſent, en ce tems-là meſme, que ſous une eſpece.* Quo tempore ſit hæc enata impia ſecta, hinc viri ſagaces colligunt: ut diximus, pag. 194. Simile eſt illud, pag. 61. D. *Faut-il donner l'Euchariſtie aux enfans?* R. *Il eſt certain qu'on la leur a accordée* TRES-LONG TEMS *dans l'Egliſe.*

Pag. 68. D. *Faut-il donner la Communion aux inſenſez?* R. *Il la faut donner aux frenetiques, qui ont témoigné la vouloir recevoir avant que de tomber en freneſie, pourveu qu'il n'y ait pas de peril d'irreverence. Mais on ne la donne plus à ceux qui ſont inſenſez dés leur naiſſance, s'ils ſont entierement privez de raiſon.* Dari poſſe Euchariſtiam & infantibus & inſenſatis prioris generis credunt ii, qui Euchariſtiam nihil eſſe cenſent, niſi ſignum Eccleſiaſticæ unionis: Corpus Chriſti myſticum ſignificantibus, ut dictum eſt cos velle, granis frumenti, ex quibus conſtat panis Euchariſticus. Catholici, qui nihil aliud Euchariſtiam ſive Corpus Chriſti cenſent eſſe niſi Corpus Chriſti, manducandum præberi volunt, niſi his, qui (ut Apoſtolus præcipit) probare ſeipſos poſſunt, & ſic de pane illo edere.

Pag. 115. D. *Que faut-il comprendre dans le ſacrifice de la Croix?* R. *Il faut comprendre toute la vie de Jeſus-Chriſt, qui n'a eſté qu'une préparation continuelle à ſon ſacrifice. . . . l'immolation actuelle que Jeſus-Chriſt a faite de ſoi-meſme ſur le Calvaire. . . l'oblation qu'il a faite à ſon Pere de ſon corps reſſuſcité & glorieux, au jour de ſa Reſurrection & de ſon Aſcenſion, en prenant dans le Ciel la place qui lui eſt deuë, & qu'il continuëra de faire dans toute l'éternité.* Sacrificium crucis complecti Reſurrectionem ipſam & Aſcenſionem credi volunt ii, qui Chriſtum prodeſſe humano generi negant, niſi ſecundum divinitatem, hoc eſt, ut interpretantur, ſecundum Veritatem, quæ per ipſum ut homo eſt docet mortales quid ſit poſt mortem ſperandum, ut jam alias diximus.

Pag. 125. D. *Cette doctrine, qu'il faut que les fidelles offrent le ſacrifice conjointement avec le Preſtre, eſt-elle bien autoriſée?* R. *Elle ne peut pas l'eſtre davantage: Car pluſieurs des prieres de l'Egliſe, & principalement du Canon, témoignent que le peuple offre avec le Preſtre. . . . . .*

D. *Tous les Chrétiens participent donc en quelque ſorte* A LA PRESTRISE? R. *C'eſt ce que l'Apoſtre ſaint Pierre enſeigne, en appellant tous les Chrétiens* un Sacerdoce roial. *Mais il n'en faut pas conclure, que tous les Chrétiens ayent droit d'offrir Jeſus-Chriſt* EXTERIEUREMENT *comme Miniſtres de l'Egliſe; ni qu'ils ayent le pouvoir de conſacrer* MINISTERIALEMENT: *cela étant reſervé au Preſtre: quoique l'*EFFET DE LA CONSECRATION *ſoit obtenu par les* PRIERES DE TOUTE L'EGLISE, AUSSI BIEN QUE PAR CELLES DU PRESTRE. *En un mot, nul autre qu'un Preſtre, prononçant les paroles de la conſecration, ne change le pain & le vin au corps & au ſang de Jeſus-Chriſt. Ainſi le Sacerdoce des Preſtres eſt un Sacerdoce exterieur, qui a des fonctions exterieures & ſenſibles: & le Sacerdoce des fidelles eſt un Sacerdoce interieur, qui n'a point d'effet exterieur, & ne s'exerce qu'aux yeux de Dieu.* Si Chriſtus nonniſi per fidem ſub ſpeciebus ponitur, tam illam certe mutationem ſpiritus fidelium laïcorum, quam ſpiritus Sacerdotis facit: & ſi quidem Sacerdos ſpiritu fidei careat, dum miniſterio vocis fungatur, quod ei creditum ab Eccleſia eſt, aderit nihilominus ob fidem ac preces fidelium in hoſtiis conſecratis Chriſtus. Itaque in ea hypotheſi conſecrant ipſi quoque laïci, ſed fide ſua tantum, & precibus ſuis; non externo ritu, non miniſterio vocis, quod Sacerdotibus peculiariter eſt commiſſum. Catholici hoc placitum deteſtantur, ut a ſecta profectum impia: nec fide nec precibus, ſive adſtantium fidelium, ſive ipſiuſmet Sacerdotis, aïunt fieri Corpus Chriſti; ſed ſolis Chriſti Domini verbis a Sacerdote prolatis, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia.

Pag. 138. D. *Par qui ce Sacrement (de l'Extreme-Onction) a t'il eſté inſtitué?* R. *Le Concile de Trente prononce anatheme contre ceux qui diront que tous les Sacremens n'ont pas eſté inſtituez par Jeſus-Chriſt.* MAIS *comme il n'a pas ajouté, s'il faut croire qu'il les a inſtitués* IMMEDIATEMENT, *ou s'il ſuffit de reconnoiſtre qu'il en a inſtitué quelques-uns par les Apoſtres;* ON DISPUTE ENCORE SI L'OPINION DE *S. Bonaventure, qui ſoutient que l'Extreme-Onction n'a eſté inſtituée que par les Apoſtres, quoi que* PAR L'INSPIRATION DE *Jeſus-Chriſt, peut eſtre tenuë. Et il y a des Docteurs, qui ont aſſiſté au Concile, qui prétendent qu'il n'y a point voulu donner d'atteinte. La* CHOSE EST ENCORE INDECISE. Hoc eſt dicere ad declinandum anathema Concilii Tridentini: Definitum eſt Chriſtum inſtituiſſe omnia Sacramenta novæ Legis; diſtinguo: mediate vel immediate, concedo: immediate omnia, nego. Intereſt nimirum ſectæ impiæ, credi aliquod unum ſaltem ab Apoſtolis vel Epiſcopis fuiſſe inſtitutum, tametſi inſpirante Chriſto; hoc eſt, ut iſti intelligunt, Sapientia & Ratione Univerſali. Nam cum ſint ſeptem ejuſdem efficientiæ ac virtutis, ſi [illegible] unum ab hominibus eſt inſtitutum, non p[illegible], nec proinde poſſunt etiam cetera gratiam conferre ex opere operato; ſed omnia oportet eſſe mera ſigna, quæ vel fidem excitent, vel ad cooptandum aliquem in ſocietatem fidelium ab ea ipſa ſocietate vel miniſtro ipſius adhibeantur. Eam ob rem credi vult iſte nondum eſſe ſuper ea re controverſiam deciſam; fas adhuc eſſe cuique contra tam apertam Concilii ſanctionem quid velit ſtatuere. Neque iſte certe in tomis iſtis duobus de Sacramentis vel ſemel dicit, ea gratiam ſuſcipienti conferre ex opere operato.

Pag. 140. D. *Quelle eſt la forme de ce Sacrement?* R. *Il y a deux extremitez à éviter ſur cette queſtion de la forme de l'Extreme-Onction, auſſi bien que ſur celle de la Penitence; l'une de s'écarter de la forme preſcrite* PRESENTEMENT PAR L'EGLISE ROMAINE, A CEUX *qui ſe ſervent de ſes Rits, & qui eſt conçuë en forme de priere, en ces termes:* Per „ iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam mi„ ſericordiam. . . . . *L'autre, de condamner toutes les expreſſions differentes de ce Rit, qui ſont en uſage dans l'Egliſe d'Orient, ou qui ont eſté autrefois en uſage dans l'Egliſe Romaine.* Morin. l. 8. de Pœnit. cap. 16. *Car de ſçavans Auteurs ont fait voir, qu'il eſt très-probable, que pendant un longtems on joignoit bien les prieres à l'onction; mais que ces prieres n'exprimoient pas l'action meſme de l'onction. Que depuis Saint Gregoire juſqu'à* L'AN MILLIE'ME *on a meſlé dans les prieres qu'on faiſoit en adminiſtrant l'Extreme-Onction, des expreſſions qui marquoient clairement l'onction en cette maniere:* JE VOUS OINTS &c. *ce qu'on appelle la forme indicative: Que de certaines Egliſes ne ſe ſont long-tems ſervies que de cette forme indicative: Que d'autres y ont joint l'expreſſion de l'onction par maniere de priere, qui eſt ce que l'on gra-*

pratique à preſent: *& qu'*ENFIN LA FORME INDICATIVE A E'TE' PRESQUE GENERALEMENT BANNIE. *Mais* TOUS CES CHANGEMENS NE FONT RIEN A LA SUBSTANCE DU SACREMENT, *qui eſt toujours bon, quand il eſt adminiſtré ſelon la forme preſcrite par l'Egliſe, qui a receu un* GRAND POUVOIR DE DIEU POUR DETERMINER LES FORMES & LES MATIERES DES SACREMENS, *quand Jeſus-Chriſt ne les a pas determinez en particulier. Ce qu'il eſt important de ſçavoir non pour ſe donner la liberté de changer la moindre choſe dans l'adminiſtration des Sacremens; mais pour ne prononcer pas des cenſures temeraires contre les Egliſes qui les adminiſtrent, ou les ont adminiſtrées, avec des cérémonies & des pratiques differentes de celles qui ſont reçeuës* PRESENTEMENT *par l'Egliſe Romaine. C'eſt en ce ſens qu'il faut prendre le Decret d'Eugene,* & LES DECISIONS DU CONCILE DE TRENTE, *ſur la forme & les cérémonies de la Penitence, de l'Extreme-Onction & de l'Ordre. C'eſt-à-dire, qu'il en faut conclure, que la forme dont on ſe doit ſervir, eſt à l'égard de ceux qui ſont obligez à la coutume qui s'obſerve dans l'Egliſe Latine, celle qui y eſt préſcrite: Mais non que toutes les formes differentes de celle-là, & qui ont eſté ou ſont en uſage en diverſes Egliſes, y ſoient condamnées.* Eo ſpectant hæc omnia, ut exiſtimentur formæ plerorumque Sacramentorum arbitrio Epiſcoporum aliæ aliis fuiſſe temporibus: Quod ſi verum eſt non ex opere operato gratiam ea conferunt; hoc eſt, non vi actionis, cujus modus a Chriſto Domino ipſo præſcriptus ſit; ſed ex opere operantis, hoc eſt, ſuſcipientis; cujus fides non uno magis quam alio quocumque ſigno excitatur & accenditur. Sic enim neceſſe eſt ſtatui in hypotheſi impia. Itaque nihil ad ſubſtantiam Sacramenti intereſſe ſtatuunt, quæ forma adhibeatur, dum morem ſuæ quiſque Eccleſiæ teneat. Nam quod in uſu uſque ad annum milleſimum fuiſſe dicitur forma Extremæ Unctionis indicativa, *Ego te ungo*, ex falſo librorum ſuppoſititiorum teſtimonio eſt; fictumque, tum ut novitia credatur eſſe ea qua nunc Eccleſia utitur, tum ut nihilo magis ablutio animæ his verbis, *Ego te baptizo*, vel iſtis, *Ego te abſolvo*, juſtificatio deſignari exiſtimetur, quam animæ unctio verbis iſtis, *Ego te ungo*. At illa ipſa anni milleſimi nota, ætatem impiæ ſectæ prodit, ut diximus. Negant autem Catholici permiſſum Eccleſiæ cujuſque arbitrio fuiſſe, ut quas vellet Sacramentorum materias formaſque præſcriberet. Omnes a Chriſto definitas fuiſſe, dum per quadraginta dies cum Apoſtolis loqueretur de regno Dei cenſent. Ex his potiores a Petro traditas Latinis fuiſſe; alias fuiſſe Græcis a Paulo traditas; poſtquam eaſdem pro ipſis, æque doctrinam de Euchariſtia iterum *accepit a Domino*, ſicut & tradidit nobis. Nam neque Occidenti ſuaſiſſet, neque Orienti, quam una eademque ratione ſervat unaquæque Eccleſia, formam ſuſcipere niſi ſumma quædam & præcellens, qualis fuit Petri vel Pauli, auctoritas. Fuere enim Eccleſiæ in Oriente Græcæ multo ante Byzantinam; multo certe antea quam Byzantina eſſet tantæ auctoritatis. Ergo iſtæ ab aliquo anteriore ac potiore magiſtro edoctæ, quem morem etiamnum obtinent, didicere. Nullam enim partem religionis, quam ſemel acceperit, retinet tenacius Eccleſia quælibet, quam quæ Sacramenta ſpectat.

Pag. 147. D. *Faut-il donner l'Extreme-Onction avant ou aprés le Viatique?* R. *Des Auteurs habiles ont fait voir, que depuis l'an 700. de Jeſus-Chriſt juſqu'à 1300. on ne trouve point qu'on ait adminiſtré le Sacrement de l'Extreme-Onction qu'avant le Viatique. Que depuis l'an 1300. un grand nombre d'Egliſes ont retenu cet ancien ordre, & qu'on l'a meſme obſervé au XVI. ſiecle dans les Egliſes de Clermont, de ſaint Flour. . . . . Mais au lieu que dans le Manuel de Chartres de l'an 1489. il étoit ordonné que l'on donneroit l'Euchariſtie aprés l'Extreme-Onction, on fit défenſe d'obſerver cet ordre dans un Synode Dioceſain de cette Egliſe, tenu en 1526. & l'on fonda cette Ordonnance ſur une raiſon qui certainement ne peut ſubſiſter. Parce, dit ce Synode,* „ que le Sa„ crement de l'Extreme-Onction eſt le DERNIER „ DES SACREMENS, nous défendons de le con„ ferer à des malades, qu'aprés la Confeſſion & la „ Communion, ſi le malade peut communier. *Car il eſt certain, que l'on ne peut dire, que l'Extreme-Onction aie eſté ainſi appellée, parce qu'elle étoit le dernier des Sacremens; puiſqu'elle portoit ce nom dans le tems meſme, où l'on l'adminiſtroit par une pratique* UNIVERESLLE *avant la reception de l'Euchariſtie en Viatique.* Mutari Extremæ Unctionis nomen, quod eſſet in ore ipſiuſmet Chriſtianæ plebis, nulla omnino ætate potuit. Ordo adminiſtrandi ante Euchariſtiam induci nihilominus potuit, atque inductus reipſa eſt, ab impiæ ſectæ hominibus, iis in locis, in quibus Rituales libros corruperunt: quorum teſtimonio nunc ſuadetur, non quidem univerſalem, ut iſte vult credi, ſed tamen multis locis, & uſque ad ipſum ſæculum Chriſti decimum quartum receptam fuiſſe eam conſuetudinem. Sed ex vera traditione, quæ aboleri omnino non potuit, nomen illud inditum huic Sacramento eſt, manebitque ſemper, quoniam ultimum reipſa Sacramentorum eſt & eſſe debet, dandum in extremo morbo: quamquam id ferre non poſſunt impiæ ſectæ defenſores, eo quod vident id cum ſua hypotheſi prorſus ſtare non poſſe. Nam cum Viatici participationem nihil aliud velint eſſe, niſi Symbolum conjunctionis cum fidelibus, quæ figura pignuſque ſit admiſſionis proximæ inter ſanctos, & perfecta propterea quædam remiſſio peccatorum;)nullas enim pœnæ reliquias, ut vidimus, luendas irato Deo in Purgatorio ſupereſſe volunt: ſed tantum aliquas, ſi ſunt, ſordes animæ eluendas.) Cum id, inquam, ponere ex impia ſua hypotheſi cogantur, exiſtimant minime decere, ut poſt ſignum adeo abſolutæ remiſſionis peccatorum, ſignum alterum adjiciatur quod ſupereſſe adhuc quidpiam fortaſſis dimittendum ſignificet; vel, ut Catholici credunt, Sacramentum rite adjiciatur extremum, quod & gratiam ſanctificantem vel donet vel augeat, & reliquias pœnæ pro peccatis debitæ vel ex toto vel ex parte eluat. En origo eſt perverſi ordinis, quem inducere ſecta vult impia in adminiſtratione Extremæ Unctionis: & iſte quidem contra ſanctionem ipſiusmet Eccleſiæ Carnotenſis, in qua natus baptizatuſque eſt.

Pag. 168. D. *L'Epiſcopat eſt-il un Ordre?* R. *C'eſt le premier & le principal des Ordres. Mais on ne le diſtingue pas de la Preſtriſe, parce qu'il n'en eſt que la plenitude & la perfection: au lieu que la ſimple Preſtriſe n'en eſt qu'une participation moins abondante & moins parfaite.* Exoſus eſt ſectæ impiæ character Epiſcopalis: Nec poteſt enim profecto, ſi Deus non eſt niſi Veritas & Sapientia univerſalis, aut character verus eſſe ullus, aut epiſcopatus alia ratione eſſe presbyteratu ſuperior, niſi ampliore poteſtate, quæ ſibi ſit ab Eccleſia conceſſa.

Sunt alia ſane innumera in iſtius operibus reprehendenda: ſed ut in aliis, quis in iſto etiam finis, ſi velimus ſingula diligentius expendere?

VIII. BLASIUS PASCHAL, CLAROMONTANUS in Arvernia.

SEquitur qui celebritate famæ nihilo inferior prioribus fuit, Blasius Paschal, ex Arvernia Claromontanus; cujus ex scriptis unum est solummodo, ex quo excerpta quædam exhiberi hic locus postulet. Titulus ei est: *Pensées de M. Pascal sur la Religion & sur quelques autres sujets, Paris.* 1678.

Tit. III. num. 1. *Voyons ce que nous dit sur tout cela la Sagesse de Dieu, qui nous parle dans la Religion Chrétienne. . . . . Je suis celle qui vous ay formé, & qui puis seule vous apprendre qui vous estes. Mais vous n'estes plus maintenant en l'état où je vous ai formé. J'ay creé l'homme saint, innocent, parfait. Je l'ay rempli de* LUMIERE *& d'intelligence. Je lui ay communiqué* MA GLOIRE *& mes merveilles.* L'œIL *de l'homme* VOIOIT ALORS LA MAJESTE' DE DIEU. . . . . *Mais il n'a pu soutenir tant de gloire, sans tomber dans la présomption. Il a voulu se rendre centre de lui-mesme, & independant de mon secours.*

Num. 6. *Car enfin si l'homme n'avoit jamais esté corrompu,* IL JOUIROIT DE LA VERITE', *& de la* FELICITE' *avec assurance. Et si l'homme n'avoit jamais esté que corrompu, il n'auroit aucune idée ni de* LA VERITE', *ni de la beatitude.*

Num. 14. *La seule Religion Chrétienne apprend aux justes qu'elle éleve jusqu'à la participation de* LA DIVINITE' MESME, *qu'en ce sublime état ils portent encore la source de toute la corruption.*

Num. 15. *Nous ne concevons ni l'*E'TAT GLORIEUX *d'Adam, ni la nature de son peché, ni la* TRANSMISSION *qui s'en est faite en nous. Ce sont choses qui se sont passées dans un Etat de Nature tout different du nostre, & qui passent nostre capacité presente.*

Tit. IV. *L'homme sçait si peu ce que c'est que Dieu. . . . . Si Dieu lui donne quelques raions de* SON ESSENCE, *ne sera t'il pas capable de le connoistre & de l'aimer?* In his locis quinque pro Deo habet Veritatem intelligibilem; unde Adamo ait visam fuisse majestatem Dei, in statu eum gloriæ fuisse; & quotquot viri probi veritatem nunc intuentur, hos divinitatis ipsius & essentiæ divinæ participes factos esse.

Tit. X. num. 18. *Le Messie, selon les Juifs charnels, doit estre un grand Prince temporel. Selon les Chrétiens charnels, il est venu* NOUS DISPENSER D'AIMER DIEU, *&* NOUS DONNER DES SACREMENS QUI OPERENT TOUT SANS NOUS. *Ni l'un ni l'autre n'est la Religion Chrétienne, ni Juive.* Contra doctrinam Ecclesiæ de efficientia Sacramentorum ex opere operato; & de timore gehennæ, tamquam sufficiente motivo impellente ad quærendam reconciliationem cum Deo. De utroque capite abunde superius egimus.

Tit. XIII. num. 15. *Quand la parole de Dieu qui est veritable, est* FAUSSE LITTERALEMENT, *elle est vraie spirituellement. Sede a dextris meis:* CELA EST FAUX LITTERALEMENT *dit: cela est vrai spirituellement. En ces expressions il est parlé de Dieu à la maniere des hommes. Et cela ne signifie autre chose, sinon que l'intention que les hommes ont en faisant asseoir à leur droite, Dieu l'aura aussi. C'est donc une marque de l'intention de Dieu, & non de sa maniere de l'executer.* AINSI *quand il est dit: Dieu a receu l'odeur de vos parfums, & vous donnera en recompense une terre fertile & abondante;* C'EST-A-DIRE, *que la mesme intention qu'auroit un homme, qui agréant vos parfums vous donneroit en recompense une terre fertile & abondante, Dieu l'aura pour vous, parce que vous avez eu pour lui la mesme intention, qu'un homme a pour celui à qui il donne des parfums.* Destruit sensum litteralem scripturæ, ut Deum neget remuneratorem esse per bona temporalia: id quod certe Rationi & Sapientiæ ac Veritati intelligibili non convenit.

Num. 18. *Il y en a qui voient bien, qu'il n'y a point d'autre ennemi de l'homme, que la concupiscence qui le* DE'TOURNE *de* DIEU, *ni d'autre bien que Dieu, & non pas* UNE TERRE FERTILE. *Ceux qui croient que le bien de l'homme est en la chair, & le mal en ce qui le détourne des plaisirs des sens, qu'ils s'en saoulent, & qu'ils y meurent. Mais ceux qui cherchent Dieu de tout leur cœur, qui n'ont de déplaisir que d'estre privez de sa* VEUE, *qui n'ont de desir que pour le posseder, & d'ennemis que ceux qui les en détournent, qui s'affligent de se voir environnez de tels ennemis, qu'ils se consolent:* IL Y A UN LIBERATEUR POUR EUX: IL Y A UN DIEU POUR EUX. *Un Messie a esté promis pour délivrer des ennemis: & il en est venu un pour délivrer des iniquitez, mais non pas des ennemis. . . . . Ce mot* d'ennemis *est donc équivoque.* Si Deus certe non est nisi Veritas intelligibilis & Sapientia seu Ratio universalis, Deus non liberat ab aliis inimicis, quam a concupiscentia: nec dat alia bona quam sui visionem: nec Deum denique aut liberatorem habent, qui Veritatem intelligibilem & Rationem universalem pro Deo non habent.

Tit. XVIII. num. 24. *On n'entend rien aux ouvrages de Dieu, si on ne prend pour principe* QU'IL AVEUGLE LES UNS, *& éclaire les autres.* Si Deus certe non est nisi Ratio universalis & Sapientia intelligibilis, sive Lux mentium communis, concipi opera vel operationes Dei non possunt, nisi concipias ante omnia alios a Deo, hoc est, ea luce illuminari; alios a Deo, hoc est, ea luce destitui, quod est excæcari. Quæ gemina Prædestinatio est, ad vitam, & ad interitum.

Tit. XIX. num. 1. *La Religion des Juifs sembloit consister essentiellement en la paternité d'Abraham, en la circoncision, aux sacrifices, aux cérémonies, en l'Arche, au Temple de Jerusalem, & enfin en* LA LOI, *& en l'alliance de Moyse. Je dis qu'elle ne consistoit en aucune de ces choses; mais seulement en l'*AMOUR DE DIEU; *& que* DIEU REPROUVOIT TOUTES LES AUTRES CHOSES. Cultum externum omnem respuit certe Ratio universalis: tantum diligi se cupit, timeri non vult: hoc enim esset odisse eam: sacrificia aspernatur, & Templa, & ritum quemvis externum. At Catholici e diverso censent verum Numen etiam se timeri velle; circumcisionem, cum lubet, præcipere; & cum lubet, tollere; sacrificia imperare similiter pro arbitrio & abolere.

Tit. XXVII. num. 4. *Toute religion est fausse, qui dans sa foi n'adore pas un Dieu comme principe de toutes choses: & qui dans sa morale n'aime pas un seul Dieu* COMME OBJET DE TOUTES CHOSES. Nempe hic Deus Atheorum est; Veritas scilicet

licet intelligibilis, hoc eſt, Quod decet, Quod eſſe oportet. Hoc enim principium rerum formale eſt; & idem objectum voluntatis bene ordinatæ, in quolibet ſuo actu qui ad mores ſpectat: In omni re id unum amandum eſt, Quod decet, & Quod oportet: hoc autem, inquit, Deus eſt.

Num. 8. *Enfin jamais en la contention du vrai Dieu ou de la verité de la Religion, il n'eſt arrivé de miracle du coſté de l'erreur, qu'il n'en ſoit auſſi arrivé* DE PLUS GRAND *du coſté de la Verité.* Si Deus ſcilicet verus non eſt, naturæ conditor ac dominus, qui miracula ſupra conſtitutas a ſe naturæ leges interdum per ſe ipſe efficiat, miracula nulla ſunt proprie dicta: ſed ſunt effecta in cauſis latentia ſingularia quædam & rariora: quæ ex cauſis ſuis pariter occultis educuntur ſubinde ab Angelis, tum bonis, tum malis, eo tantum diſcrimine, quod bonis majora tribui convenit, malis minora.

Tit. XXVIII. num. 4. *Nous croions que la ſubſtance du pain eſtant changée* EN CELLE *du Corps de Noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt, il eſt preſent réellement au Saint Sacrement. Voila une des veritez. Une autre eſt, que ce Sacrement* EST AUSSI UNE FIGURE DE LA CROIX, *&* DE LA GLOIRE, *&* UNE COMMEMORATION DES DEUX. *Voila* LA FOI *Catholique, qui comprend* CES DEUX VERITEZ, *qui ſemblent oppoſées. L'hereſie d'aujourd'hui ne concevant pas que ce Sacrement contient* TOUT ENSEMBLE *&* LA PRESENCE *de Jeſus-Chriſt,* & SA FIGURE, *&* qu'il ſoit SACRIFICE, *& commemoration de ſacrifice, croit qu'on ne peut admettre l'une de ces veritez, ſans exclure l'autre. Par cette raiſon ils s'attachent à ce point, que* CE SACREMENT EST FIGURATIF; *& en cela ils ne ſont pas héretiques. Ils penſent que nous excluons cette verité. Et delà vient qu'ils nous font tant d'objections ſur les paſſages des Peres qui le diſent. Enfin ils nient la preſence réelle: & en cela ils ſont héretiques.* Cur iſti & quo ſenſu dicant ſubſtantiam panis converti in ſubſtantiam Corporis Chriſti; cum Catholici dicant ſimplicius, panem hunc qui panis eſt ante conſecrationem, ſive ſubſtantiam panis hujus, in ipſum Corpus Chriſti converti; jam ſuperius diximus. Sacramentum autem hoc, eſſe etiam figuram paſſionis ac reſurrectionis Chriſti, & utriuſque commemorationem, Catholici prorſus negant. Propria ea locutio eſt Janſenianorum ſimiliumque; qui & figuram atque commemorationem eſſe hoc Sacramentum, & ſimul realem præſentiam profitentur, ut realis præſentia intelligatur ea dumtaxat, quæ fit per commemorationem. Catholici, inquam, hoc Sacramentum dicunt eſſe ſolummodo Corpus Chriſti ſub ſpeciebus; figuram vel commemorationem ſive paſſionis ſive etiam reſurrectionis non dicunt: In ſacrificio tantum figuram eſſe paſſionis dicunt, ob ſejunctum quodammodo Corpus a ſanguine, nempe ratione diverſarum ſpecierum: id quod illa vox Chriſti in ſacra Liturgia ſignificat; *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Calviniani recte cenſent, Sacramentum hoc, ſi figura ſit Corporis Chriſti, idem Corpus Chriſti realiter præſens eſſe non poſſe, ſed realem præſentiam, quam Catholici profitentur, intelligunt; non quam Paſchalius, quæ ſtare cum figura poſſit: hanc enim Paſchalii ac ſodalium præſentiam realem cum figura ſimul Calviniani ipſi ultro admittunt. Non eſt igitur hoc Sacramentum, ut Paſchalius credit, credique vult ſe cum Catholicis credere, figurativum: ſed ipſummet reipſa Corpus Chriſti glorioſum. Ex impietate autem illud Paſchalii & Janſenianorum dogma manare quis non videt; ſiquidem ubi Deus non eſt niſi Veritas entium, impoſſibilis vera Tranſſubſtantiatio eſt?

Num. 30. *Il y a deux veritez de foi également conſtantes. L'une, que l'homme dans l'état de la creation, ou dans celui de la grace, eſt élevé au-deſſus de la nature, rendu ſemblable à Dieu, &* PARTICIPANT DE LA DIVINITE'. *L'autre qu'en l'état de corruption & de peché, il eſt déchu de cet état, & rendu ſemblable aux beſtes.* Divinitatis nomine, Veritatem & Sapientiam intelligibilem, ut ſupra, intelligit.

Num. 39. *Le Saint Esprit repoſe inviſiblement dans* LES RELIQUES *de ceux qui ſont morts dans la grace de Dieu, juſqu'à ce qu'il y paroiſſe viſiblement dans la reſurrection. Et c'eſt ce qui rend les* RELIQUES DES SAINTS *ſi dignes de veneration. Car Dieu n'abandonne jamais les ſiens, non pas meſme dans le ſepulcre; où leurs corps quoi que morts aux yeux des hommes,* SONT PLUS VIVANS DEVANT DIEU, *à cauſe que le peché n'y eſt plus: au lieu qu'il y réſide toujours durant cette vie, au moins quant à ſa racine; car les fruits du peché n'y ſont pas toujours. Et cette malheureuſe racine, qui en eſt inſeparable pendant la vie, fait qu'il n'eſt pas permis de les honorer alors, puiſqu'ils ſont plutoſt dignes d'eſtre hais. C'eſt pour cela que la mort eſt neceſſaire pour mortifier entierement cette malheureuſe racine; & c'eſt ce qui la rend ſouhaitable.* Et rurſum Tit. XXX. num. 2. *Car nous ſçavons que* LES CORPS DES SAINTS SONT HABITEZ PAR LE SAINT ESPRIT JUSQUES A LA RESURRECTION, QUI SE FERA PAR LA VERTU DE CET ESPRIT QUI RESIDE EN EUX POUR CET EFFET. C'EST LE SENTIMENT DES PERES. C'EST POUR CETTE RAISON QUE NOUS HONORONS LES RELIQUES DES MORTS. *Et c'eſt ſur ce vrai principe, que l'on donnoit autrefois l'Euchariſtie dans la bouche des morts: parce que comme on ſçavoit qu'*ILS ETOIENT *le Temple du Saint Eſprit, on croioit qu'ils méritoient d'eſtre auſſi unis à ce Sacrement. Mais l'Egliſe a changé cette coutume: non pas qu'elle croie que ces corps ne ſoient pas ſaints; mais par cette raiſon que l'Euchariſtie étant le pain de vie & des vivans, il ne doit pas eſtre donné aux morts. . . . . Ne conſiderons plus leurs ames comme peries & reduites au neant: mais comme vivifiées, &* UNIES AU SOUVERAIN VIVANT. Qui Deum verum non agnoſcunt, ſolum reſurrectionis auctorem, quam Catholici ſe credere profitentur, ii excogitare debent, quemadmodum id futurum credant & explicent. Aiunt ergo eſſe in reliquiis bonorum (ſilet iſte nunc certe de ceteris) naturalem ac neceſſariam exigentiam vitæ, quæ ſit ſine peccato, quia ſine concupiſcentia tum ipſæ reliquiæ ſunt, tum animæ ipſis uniendæ: neque exigentiam ſolummodo, ſed etiam neceſſariam futuritionem. Hanc vero eſſe Spiritum Sanctum in eis; quoniam ſecta ea pro Spiritu Sancto non habet niſi τὸ εἶναι perpetuum, naturale ac neceſſarium. Itaque tum corpora bonorum, inquit, tum animæ vivunt Deo magis poſt mortem temporalem, quam in hac vita; quandoquidem naturaliter ac neceſſario vivere nunc ſimul exigunt abſque concupiſcentia, quæ per ſe mala eſt & Deo opponitur; qui eſt ipſa formalis immunitas a peccato, quia eſt τὸ εἶναι. Catholici Sanctorum reliquias non colunt idcirco, quia in eis habitat Spiritus Sanctus, ſed quia habitavit dum viverent.

Tit. XXVII. num. 64. *La vraie & unique vertu eſt de ſe haïr? car on eſt haiſſable par ſa concupiſcence: Et de chercher* UN ESTRE *veritablement aimable pour l'aimer. Mais comme* NOUS NE POUVONS AIMER CE QUI EST HORS DE NOUS, IL FAUT AIMER UN ESTRE QUI SOIT EN NOUS, *& qui ne ſoit pas nous Or il n'y a que* L'ESTRE UNIVERSEL *qui ſoit tel. Le Roiaume de Dieu eſt en nous: le* BIEN UNIVERSEL *eſt en nous, & n'eſt pas nous.* Bonum univerſale, bonum in genere, τὸ ἀγαθὸν, τὸ εἶναι, Quod decet, Quod oportet, ei pro Deo eſt.

Tit.

Tit. XXX. num. 2. *Il n'y a de conſolation qu'en la* VERITE' *ſeule.* Et Veritas ei pro Deo eſt.

Ibidem. *La mort eſt une peine du peché, impoſée à l'homme* POUR EXPIER SON CRIME: *neceſſaire à l'homme* POUR LE PURGER DU PECHE': *C'eſt la ſeule qui peut delivrer l'ame de la concupiſcence de ſes membres, ſans laquelle les Saints ne vivent point en ce monde.* Mors eſt, inquit, inflicta homini a Deo, hoc eſt, ab Æquitate, a Bono univerſali. Decebat enim, & oportebat, peccatum, hoc eſt, concupiſcentiam, puniri, aboleri, extingui: animum rationalem ab eo purgari, ſive liberari: Ergo oportuit hominem mori, ne peccatum eſſet perpetuum. Catholici baptiſmo dicunt originale peccatum, non morte, purgari. Nec concupiſcentiam peccatum eſſe dicunt, tametſi ad peccatum interdum inducit. Qui Deum autem non alium norunt, niſi τὸ πρέπον, τὸ θεον; nec Deum verum norunt, qui culpa condonata, pœnam nihilominus temporalem ob peccatum exigat; hi mortem inter pœnas ab irato Deo inflictas cenſere omnino non poſſunt; ſed neceſſarium & naturale bonum mortis eſſe definiunt, a rerum natura, ut æquum fuit, conſtitutum: nec pœnam homini proprie, ſed concupiſcentiæ ſoli inflictam.

Ibidem. *Nous ſçavons que Jeſus-Chriſt entrant au monde s'eſt conſideré & s'eſt offert à Dieu comme une holocauſte & une veritable victime: que* SA NAISSANCE, SA VIE, SA MORT, SA RESURRECTION, SON ASCENSION, SA SEANCE *éternelle à la droite de ſon Pere, & ſa preſence dans l'Euchariſtie* NE SONT QU'UN SEUL & UNIQUE SACRIFICE. *Nous ſçavons que ce qui eſt arrivé en Jeſus-Chriſt doit arriver* EN TOUS SES MEMBRES. Et infra: *C'eſt un des grands principes du Chriſtianisme, que tout ce qui eſt arrivé à Jeſus-Chriſt, doit ſe paſſer & dans l'ame & dans le corps de chaque Chrétien. Que comme Jeſus-Chriſt a ſouffert durant ſa vie mortelle, eſt reſſuſcité d'une nouvelle vie, & eſt monté au Ciel, où il eſt aſſis à la droite de Dieu ſon Pere; ainſi le corps & l'ame doivent ſouffrir, reſſuſciter, & monter au Ciel.* Christum hominem offerre ſe ut proſit hominum generi, eſt Chriſtum ſe offerre ad id in ſacrificium. Non poteſt autem prodeſſe niſi docendo, ſi verus Deus non eſt, ut ſæpe diximus. Tam docet autem vita ſua omni, immo etiam multo magis reſurrectione, aſcenſione, & ſeſſione ſua ad Patris dexteram; & Symbolis denique ipſis Euchariſticis, quam paſſione ſua: Docet enim his omnibus ſimul conſideratis, eadem juſtis, qui ſunt membra ejus, eventura eſſe, quæ ſibi evenerunt; hoc eſt, immortalitatem & incorruptionem poſt vitæ hujus ærumnas. Nam Chriſtus totus myſterium noſtrum eſt: nos in ſe toto exhibet. Ergo unicum, inquit, eſt Chriſti ſacrificium, conſtans vita ipſius, morte, reſurrectione, aſcenſione, ſeſſione ad dexteram Patris, & ipſo Euchariſtiæ Sacramento. Orta hæc ſunt præclara dogmata ex Atheïsmo, qui & verum Deum & Chriſtum Deum abnegat.

Tit. XXXII. num. 10. *O Dieu qui ne vous eſtes fait homme, que pour ſouffrir plus qu'aucun homme pour le ſalut des hommes! O Dieu qui ne vous eſtes incarné aprés le peché des hommes, & qui n'avez pris un corps que pour y ſouffrir* TOUS LES MAUX QUE NOS PECHEZ ONT MERITE'? Si Chriſtus certe nonniſi myſterium noſtrum eſt, hoc eſt, ſi non aliter prodeſt mortalium generi, niſi exhibendo in ſe quidquid eſt membris ipſius eventurum, & quibus quantiſque ex malis eos liberavit, oportuit eum etiam damni pœnam ſaltem brevi mora ſubire, quoniam hanc quoque promerita eſſe peccata noſtra doceri nos oportuit. Hæc eſt autem Calvini blaſphemia, conſequens ex ſimili Atheïsmo.

Hactenus de Paſchalio, tametſi in eo ipſius volumine multa ſunt alia digna cenſura.

IX. RENATUS CARTESIUS.

X. ANTONIUS LE GRAND.

XI. SILVANUS REGIS.

NE quid intentatum infernus relinqueret, quod non ad Eccleſiæ fidem, ſi fieri poſſet, convellendam adhiberet, novæ Theologiæ, hoc eſt, Janſenianæ coævam adjecit & adjutricem, eorumdemque conſiliorum ſociam ac participem, novam Philoſophiam, Carteſianam ab auctore Renato Carteſio appellatam, quæ innumeros habet hoc ævo ſequaces & aſſeclas. Miſeros ſane, ſi ſe non intelligunt ἀθεότητα defendere: miſeriores, ſi intelligunt. Sic enim eſt: Non aliud principium Philoſophiæ Carteſianæ eſt, quam eſſe id pro Deo, quod aſſignatum vidimus ab his quos hactenus appellavimus: Ens præciſe, τὸ ὄν, Ens illimitatum, Ens, Res, Perfectio in genere: Ens propterea infinitum, cujus nullum eſt nomen determinatum: unde & *Innominabilis* a nonnullis appellatur: id fere quod Galli dicunt, CHOSE. Itaque Philoſophia hæc Atheorum a peritioribus inter Catholicos jure nuncupatur. Quod ne temere quispiam a nobis dictum exiſtimet, proferenda ſunt in medium tum argumenta Carteſii, quibus exſiſtere Deum probat, tum placita ejusdem de Dei eſſentia & attributis quibusdam; ſimul etiam duorum in primis (præter Malebranchium) ex ea ſecta Philoſophorum, Antonii le Grand & Silvani Regis, conſentientes cum ſuo Patriarcha de iisdem capitibus ſententiæ proponendæ.

§. I.

Quibus argumentis Carteſius probet Deum exſiſtere.

QUem librum inſcripſit Carteſius, *Meditationes Metaphyſicæ*, & Pariſiis publicavit anno 1641. Is potiſſimum impiæ hypotheſeos principia continet, uti jam tum, cum primum lucem liber aſpexit, viſum eſt Theologis nonnullis acutioribus. Sic enimvero probat Deum exſiſtere, ut dubium legentibus etiam non acutiſſimis reliquerit, an verum aliquod Numen agnoſceret. Mirum certe viſum eſt merito, Philoſophiæ initium ab eo argumento, duci; profiterique ipſum ideas omnes ſuas, cogitationes, argumentationes, quantumvis claræ ſint ac diſtinctæ, dubias & inexploratas fore, niſi ſua Dei exſiſtentiæ probatione niterentur. Quod quidem de vero Deo quemadmodum pronunciari vere poſſit, viri docti mirantur; aïuntque id affirmari contra communem hominum ſenſum,

ſenſum; qui concluſiones phyſicas ac metaphyſicas, mathematicas definitiones, morales etiam plerasque ſententias, negant pendere ex ulla probatione exſiſtentiæ Dei. Nam ſi per impoſſibile (ut loquuntur) nullus reipſa Deus exſiſteret, nihilominus idea trianguli ſtaret, & eſſent bis bina quatuor, & ſuum eſſet cuique tribuendum. At ſi Ens, τὸ ὄν, ſive Id quod eſt, ſeu Verum in genere, pro Deo habet, recte is quidem, hoc eſt, conſequenter ratiocinatur.

Hoc eſt enim dogma palmare Carteſii: Cum rei cujuspiam mens habet ideam claram, tunc videt Id quod eſt, ſeu Verum: ac proinde tunc poteſt certo affirmare vel negare. Quod enim ſic videt quis, videt in Deo: qua viſione certior eſſe nulla poteſt. Eſt enim, Id quod eſt, ſeu Verum, Deus. Probari ergo ante omnia oporteret, Id quod eſt Deum eſſe. Id vero tutius fieri vidit, ſi oblique fieret, probando Deum exſiſtere, ita ut ſingulæ argumentationes velut pro confeſſo ac certo ponant, Deum eſſe Id quod eſt univerſim. Eam ob rem demonſtratione ſua de Dei exſiſtentia niti omnem ſuam Philoſophiam profitetur.

Meditationis tertiæ, in qua Deum probat exſiſtere, hæc ſumma eſt. Nihil eſſe poteſt in effectu, quod non prius in cauſa ſit efficiente ac totali. Atqui idea ſive perceptio Infiniti, hoc eſt, Entis perfecti præciſe, ſive Perfectionis nude conſideratæ, non ut eſt hæc vel illa perfectio, ſed ut eſt Perfectio & Ens in genere; idea ſive perceptio eſt Realitatis infinitæ & actualis: ergo illius ideæ ſive perceptionis objectum, cum ſit iſtud illius cauſa efficiens, Realitas eſt infinita & actualis: ergo Deus exſiſtit actu. Nam quod eſt infinitum, & actu exſiſtit, Deus eſt.

Manifeſtum eſt, uti jam diximus, eo ſpectare hac argumentatione Atheos, ut cum Deum ſtatuerint eſſe Id quod eſt, Id quod intellectus clare percipit, Id quod neceſſarium eſt eſſe, Id quod eſt vere; inde efficiant, nec Deum eſſe verum aliquem, nec aliquid in rerum natura aliter eſſe poſſe, quam mens naturaliter percipit: ſiquidem dum percipit Id quod eſt, ſeu Verum, affirmat mens ſecundum Deum. Catholicis hominum iſtorum vel cæcitatem mirantibus, vel obſtinationem deteſtantibus; quippe quos noſſe oporteat, non eſſe Deum Id quod eſt in genere, ſive Perfectionem in genere, atque eo nomine infinitam vel indefinitam; ſed Qui fecit omne id quod eſt; non tamen qui Id quod eſt in genere, nam id mere metaphyſicum eſt; ſed qui ſingulatim hoc & illud qualecumque perfectum; hoc & illud quodcumque eſt, fecit.

Ideæ deinde illius Carteſius dotes exaggerat, ne factitia, hoc eſt, ne mentis opus credatur eſſe. Nam ſi ſit, & contingens proinde ſit, neceſſaria objecti illius exſiſtentia colligi ex ea idea nulla ratione poteſt. Atqui non poteſt, inquit, niſi ab objecto infinito prodire idea infinita; alioqui effectus eſſet nobilior ſua cauſa. Nec fit illa in nobis idea ex nihilo: ſiquidem habet plurimum realitatis objectivæ. Nec fit per negationem finiti, ſiquidem plus habet ejuſdem realitatis objectivæ, quam finitum quodlibet: atque idcirco prior eſt infiniti illius idea, quam finiti. Nec denique fit per additionem, ſiquidem intelligo nullam additionem infinito enti aut Vero parem eſſe poſſe: ſimpliciſſimum enim illud eſt, nec additione creſcit. Ergo idea infiniti ſive Entis non finiti eſt ab objecto, quod exſiſtit actu & formaliter.

Hæc ſumma fere argumentationis ſeu verius ludificationis Carteſianæ eſt: quam ſæpiuſcule ab eo inculcatam ipſius verbis hic repræſentamus; ut appareat nihil ex illa infiniti idea adſtrui exſiſtere, niſi Ens in genere, quod proinde dicit omne genus entis; Perfectionem in genere, quæ proinde dicit omne genus perfectionis: Id quod eſt ſeu Verum in genere, quod proinde omne verum complectitur; ſed non finitum dicendum eſt verius quam infinitum, ut univerſale quodlibet: nec ideam habet niſi factitiam mentis cogitatione, ut quodlibet univerſale; demum illud proinde nonniſi ſtulte & impie Deum vocari. Deus enim, de quo ſerio quæritur num exſiſtat, ſpiritus intellectivus ſingularis eſt & incommunicabilis; cujus in Carteſiana demonſtratione nullum vel tenue veſtigium eſt: non quiddam in genere, & idem infinitum, vel potius non finitum, ut univerſale quiddam dumtaxat, quod unum ludificatio Carteſiana exhibet; verbis iſtis.

Meditatione tertia, De Deo, quod exſiſtat: Pag. 41. *Lumine naturali manifeſtum eſt, tantumdem ad minimum eſſe debere in cauſa efficiente & totali, quantum in ejusdem cauſæ effectu.* . . . . Pag. 43. *Nec etiam debeo ſuſpicari, cum realitas quam conſidero in meis ideis ſit tantum objectiva, non opus eſſe, ut eadem realitas ſit formaliter in cauſis iſtarum idearum; ſed ſufficere ſi ſit in iis etiam objective. Nam quemadmodum iſte modus eſſendi objectivus competit ideis ex ipſarum natura; ita modus eſſendi formalis competit idearum cauſis, ſaltem primis & præcipuis, ex earum natura. Et quamvis forte una idea ex alia naſci poſſit, non tamen hic datur progreſſus in infinitum; ſed tandem* AD ALIQUAM PRIMAM *debet deveniri; cujus cauſa ſit inſtar archetypi, in quo omnis realitas formaliter contineatur, quæ eſt in idea tantum objective.* . . . Pag. 45. *Et quantum ad ideas, quæ alios homines, vel animalia, vel Angelos exhibent, facile intelligo ex iis, quas habeo mei ipſius, & rerum corporalium, &* DEI, *poſſe componi; quamvis nulli præter me homines, nec animalia, nec Angeli in mundo eſſent.* . . Pag. 47. & 48. *Cetera autem omnia, ex quibus rerum corporearum ideæ conſtantur, nempe extenſio, figura, ſitus, & motus, in me quidem, cum nihil aliud ſim quam* RES COGITANS, *formaliter non continentur. Sed quia ſunt tantum modi quidam ſubſtantiæ, ego autem ſubſtantia, videntur in me contineri poſſe eminenter. Itaque* SOLA RESTAT IDEA DEI: *in qua conſiderandum eſt, an aliquid ſit quod a meipſo non potuerit proficiſci.* DEI NOMINE INTELLIGO SUBSTANTIAM QUAMDAM INFINITAM, INDEPENDENTEM, SUMME *intelligentem, ſumme potentem; & a qua cum ego ipſe, tum aliud omne, ſi quid aliud exſtat, quodcumque exſtat, eſt creatum. Quæ ſane omnia talia ſunt, ut quo diligentius attendo, tanto minus a me ſolo profecta eſſe poſſe videantur. Ideoque ex ante dictis Deum neceſſario exſiſtere eſt concludendum.* NAM *quamvis ſubſtantiæ quidem idea in me ſit ex hoc ipſo quod ſim ſubſtantia; non tamen idcirco eſſet idea ſubſtantiæ infinitæ, quod ſim finitus, niſi* AB ALIQUA SUBSTANTIA, QUÆ REVERA ESSET INFINITA, *procederet.*

Nec putare debeo me non percipere infinitum per veram ideam, ſed tantum per negationem finiti, ut percipio quietem & tenebras per negationem motus & lucis. Pag. 49. *Nam contra manifeſte intelligo* PLUS REALITATIS ESSE IN SUBSTANTIA INFINITA QUAM IN FINITA: *ac proinde* PRIOREM *quodammodo in me eſſe perceptionem infiniti, quam finiti:* HOC EST DEI, *quam mei ipſius. Qua enim ratione intelligerem me dubitare, me cupere, hoc eſt, aliquid mihi deeſſe, & me non eſſe omnino perfectum, ſi nulla idea entis perfectioris in me eſſet, ex cujus comparatione defectus meos agnoſcerem?*

Nec dici poteſt hanc forte ideam Dei materialiter falſam eſſe, ideoque a nihilo poſſe eſſe. . . *Nam contra; cum maxime clara & diſtincta ſit, &* PLUS REALITATIS OBJECTIVÆ *quam ulla alia contineat, nulla eſt per ſe magis vera, nec in qua minor falſitatis ſuſpicio reperiatur. Eſt, inquam, hæc idea* ENTIS SUMME PERFECTI *& infiniti maxime vera. Nam quamvis forte fingi poſſit tale ens non exſiſtere; non tamen fingi poteſt ejus ideam nihil reale mihi exhibere.* . . Pag. 51. *Præterea etiamſi cogitatio mea ſemper magis & magis augeatur, nihilominus intelligo, numquam illam idcirco fore actu infinitam, quia numquam eo deveni-*

nietur, ut majoris adhuc incrementi non ſit capax. Deum autem ita judico eſſe actu infinitum, ut nihil ejus perfectioni addi poſſit. Ac denique percipio ESSE OBJECTIVUM IDEÆ *non a ſolo eſſe potentiali, quod proprie loquendo nihil eſt, ſed tantummodo ab actuali* SIVE FORMALI *poſſe produci.*

Pag. 55. *De illa* (idea Dei) *quæri poteſt an ſit a ſe, vel ab alia. Nam ſi a ſe, patet. . . . illam ipſam Deum eſſe; quia nempe cum vim habeat per ſe exiſtendi, habet procul dubio etiam vim poſſidendi actu omnes perfectiones, quarum ideam in ſe habet, hoc eſt, omnes quas in Deo eſſe concipio. Si autem ſit ab alia, rurſus eodem modo de hac altera quæretur an ſit a ſe, vel ab alia, donec tamdem ad cauſam ultimam deveniatur, quæ erit Deus. Satis enim apertum eſt, nullum hic dari poſſe progreſſum in infinitum.*

Pag. 56. *Omnino eſt concludendum ex hoc ſolo quod* EXSISTAM, QUÆDAM*que* IDEA ENTIS PERFECTISSIMI, HOC EST, DEI, *in me ſit, evidentiſſime demonſtrari, Deum etiam exſiſtere. Supereſt tantum, ut examinem, qua ratione* IDEAM ISTAM A DEO ACCEPI: *neque enim illam ſenſibus hauſi. . . Nec etiam a me efficta eſt: nam nihil ab illa detrahere, nihil illi ſuperaddere plane poſſum: ac proinde ſupereſt ut mihi ſit innata;* QUEMADMODUM ETIAM MIHI EST INNATA IDEA MEI IPSIUS.

His vero locis diligenter attenteque conſideratis, ferat judicium lector veri amans, ac Deum timens, num falſo ac temere impacta Carteſio impietatis ſive Atheïsmi accuſatio ſit.

Certe quod dicit iſte, pag. 43. inter ideas, ne detur proceſſus in infinitum, debere mentem ad aliquam primam tamdem devenire, cujus cauſa ſive objectum omnem realitatem formaliter contineat; de Ente & Vero ſive de Realitate in genere ſermonem inſtituit. Nam & Realitas univerſalis quiddam primum eſt, ultra quod nihil ſit: & in Realitate univerſali tam formaliter continetur omnis realitas, quam formaliter continetur in humanitate univerſali omnis humanitas. At ex Deo vero non quod ipſe eſt formaliter, manat in inferiora, & in ipſis ineſt, ſed quod eminenter tantum. Non igitur veri Dei exſiſtentiam adſtruit, ſed Entis in genere.

Quod addit deinde, pag. 45. ideam hominis, Angeli, animalis cujuſcumque poſſe componi ex iis ideis, quas habet quiſque ſui ipſius, & rerum corporalium, & Dei; ſi Dei nomine, verum ille Deum intelligit, falſiſſime id dici ſtatim pronunciabit Catholicus quisque Philoſophus. Nulla enim rei creatæ idea ex idea veri Numinis coaleſcit. Sin Dei nomine Ens præciſe deſignat, hoc eſt, perfectionem quamlibet indeterminatam, prodit ſe Carteſius Atheum.

Cur mentem humanam definiat ea ſecta Rem cogitantem, ut iſte pag. 48. jam ſuperius diximus.

Quod Deum definit ſubſtantiam quamdam infinitam, ſumme intelligentem ac potentem; intelligentem quidem efficienter intelligit, non vitaliter: & infinitam, ut ſemper, pro non finita dicit, quale eſt Ens præciſe, ſive Ens & Verum in genere; quod non finitum quidem, etſi ex eo procedere cuncta quomodocumque poſſunt cogitari, ſed tamen nec proprie eſt infinitum, niſi quemadmodum univerſale quodlibet dici infinitum poteſt.

Quod poſtea dicit idem, pag. 49. & 84. & in Reſponſione ad primas objectiones, pag. 150. cognitionem infiniti priorem eſſe ac faciliorem, quam ſit idea cujuſlibet entis finiti, a Malebranchio pariter vidimus ſuperius uſurpatum; & habet illud ſimiliter Silvanus Regis in Metaphyſica, pag. 83. Denique in Diario Eruditorum Pariſienſi die 1. Martii 1706. ad librum Franciſci Lamy, illud ipſum placitum a Saurino, quondam Miniſtro Calviniano, qui hanc Diarii particulam texuit, comprobatur his verbis: *On paſſe enſuite à la demonſtration que Descartes a donnée de l'exiſtence de Dieu. On croit* AVEC RAISON, *que cette demonſtration eſt de* LA DERNIERE EVIDENCE, *quoi qu'elle n'ait pas laiſſé d'eſtre combattuë par des Theologiens, & par des Philoſophes, faute d'avoir accoutumé leur eſprit à contempler l'idée de l'*INFINI, *intimement preſent à l'ame, &* PREALABLE *à l'idée du fini.* Et vix tamen vere de Deo ipſo dicitur Atheorum, qui nihil aliud eſt quam Ens in genere, aut Res: Gallice, *Choſe:* aut Infinitum denique, hoc eſt, Ens indeterminatum. Quis enim homo animadvertit, niſi cum Metaphyſicas præciſiones dedita opera ac ſtudio facit, prius ſibi REM in mentem venire, quam rem talem; aut priorem eſſe ideam rei præciſe, quam rei talis; ac proinde illimitati indeterminatique entis, quam determinati ac circumſcripti? Statim hominem aut equum aut arborem cogitamus, non prius Ens in genere. Quid ita? Quia id ſtatim cogitamus, quod incurrit in ſenſus: ſingularia autem ſenſus feriunt: ex his deinde mens metaphyſicis præciſionibus aſſueta communem rationem ſive ideam abſtrahit. At ſi de Deo vero Carteſianum illud accipitur, nemo Catholicus non multo magis ſtatim repudiet, ut dictum inſane. Neque enim prius profecto infinitio Dei intelligitur ab homine, quam finitio rei creatæ; ſed e diverſo.

Quod addit eadem pag. 49. fieri non poſſe ut intelligam me non eſſe perfectum, niſi ſit in mente idea entis perfectioris, quid aliud probat, quam ex idea entis quod ſibi adeſt, mentem ſibi ipſam fingere ideam entis ſimilis aut melioris quod ſibi deeſt?

Quod ſequitur eadem pag. 49. ideam Entis non finiti continere plus realitatis objectivæ, quam ulla alia contineat; num inde efficitur iſtud Deum eſſe, nec tantum Ens in genere eſſe, quod univerſalius quidem eſt entibus quibuſlibet ſibi ſubjectis, ac propterea plus continet realitatis, at ut univerſale, non ut ſubſtantia ſingularis ſpiritalis, qualem eſſe Deum oportet?

Quod ſubjicit pag. 51. eſſe objectivum ideæ Entis ab ipſomet formali & actuali eſſe ipſius produci, falſum eſt. Ens in genere ut eſt in mente; idea communis eſt, quam mens abſtrahit ex idea vel ſenſu ſui entis aliorumque ſimilium, ſive hæc exſiſtant, ſive non exſiſtant.

Quod deinde colligit, ideam illam objectivam Entis Deum ipſum eſſe; quippe quæ nihil habeat ſupra ſe; hoc dicto Ens in genere, quod nihil habet ſupra ſe, offert pro Deo, & neceſſario illud exſiſtere oblique innuit, Eſſe, inquam, τὸ εἶναι, Rem, Realitatem univerſalem, eſſe neceſſario, nunc ſub hac, nunc ſub iſta multiplici forma; Quod eſt aperte Deum verum negare, & Mundi ſive materiæ ſub aliqua forma exſiſtentiam neceſſariam.

Denique quod iſte concludit, pag. 56. ideam Entis perfectiſſimi, hoc eſt, Entis præciſe, quod ſic quidem omnem involvit implicite perfectionem, quandoquidem nulla non eſt Ens, atque adeo nulla non eſt in Ente; ideam illam, inquam, quod Carteſius ſupponit a mente non fieri, jam oſtendimus falſum eſſe. Tam factitia illa eſt ex ideis ſingularibus, quam idea animalis & hominis; quarum neutra eſt a Deo inſita aut innata, quantumvis neutri magis detrahere quidquam poſſit quis aut ſuperaddere, quam ideæ Entis præciſe. Quod ſi deinde tam innata Dei, quam ſui cuique idea eſt, non ideam Dei quisquam, ſed conſcientiam tantum habet intimumve ſenſum: neque enim ſui, hoc eſt, animi ſui quisquam ideam diſtinctam habet, ſed conſcientiam tantum, ſenſumve intimum, ob identitatem intimi ſenſus illius cum re ſenſu eo percepta, hoc eſt, cum ipſa mente. Quis autem aut factitiam neget ideam illius Entis eſſe, aut objectum illius Deum putet eſſe; nempe illud Ens, illam Rem, quæ ſit ejusdem generis & ordinis, ac Realitas illa, cujus habet intimum ſenſum, quisquis ſe eſſe novit?

Medit. IV. de vero & falſo, pag. 60. *Cumque attendo*

tendo me dubitare, sive esse rem incompletam & dependentem, adeo CLARA & DISTINCTA IDEA ENTIS INDEPENDENTIS & COMPLETI, HOC EST, DEI, *mihi occurrit: Et ex hoc uno quod talis idea in me sit, sive quod ego ideam illam habens existam, adeo manifeste concludo* DEUM *etiam* EXISTERE, *atque ab illo singulis momentis totam existentiam meam dependere;* UT NIHIL EVIDENTIUS, NIHIL CERTIUS *ab humano ingenio cognosci posse confidam.* Quam sunt ea falsa, quæ hic audacissime pro veris afferuntur? Ejusmodi est primum illud: Cum sentio me esse incompletum & dependere, sive non habere omnem perfectionem, hoc ipso habeo claram & distinctam ideam Entis completi & independentis. Falsum enim istud est, & cum experientia ipsa pugnans. Tantum vel confusam habeo ideam perfectionum plurimarum quæ mihi desunt, vel distinctam unius; nec tunc cogito magis quam cupio infinitas. Non mihi tunc igitur Entis completi, nedum Dei, idea inest. Deinde cum sentio me incompletum esse & imperfectum, id unum cogito actu ac distincte, quod mihi deest, quo perfici formaliter possum & opto. Num vero id Deum esse existimandum est, quo perfici formaliter animus potest & optat? Id quod cogitat, qui se cogitat ens incompletum, aliud non est, quam vel Res aut Perfectio confuse cognita, vel hæc illa distincte, aut ipsum denique Esse, quo formaliter ipse sum quod sum, & a quo tamquam a forma universali pendent omnia ut sint. At propterea Ens singulare independens aut completum non est, cujusmodi Deum verum esse oportet: sed Deus iste Atheorum est.

Medit. v. pag. 76. *Invenio apud me innumeras ideas quarumdam rerum; quæ etiamsi extra me fortasse nullibi existant, non tamen dici possunt nihil esse. Et quamvis a me quodammodo ad arbitrium cogitentur, non tamen a me finguntur; sed suas habent veras &* IMMUTABILES NATURAS; *ut cum exempli causa triangulum imaginor;* pag. 77. *& si fortassis talis figura nullibi gentium extra cogitationem meam existat, nec unquam exstiterit, est tamen profecto determinata quædam ejus* NATURA SIVE ESSENTIA, SIVE FORMA IMMUTABILIS & ÆTERNA, *quæ a me non efficta est, nec a mente mea dependet: ut patet ex eo quod demonstrari possint variæ proprietates de isto triangulo: nempe quod ejus tres anguli sint æquales duobus rectis: quod maximo ejus angulo maximum latus subtendatur: & similes: quas velim nolim clare nunc agnosco, etiamsi de iis nullo modo antea cogitaverim, cum triangulum imaginatus sum: nec proinde a me fuerint effictæ. . . . Possum. . . . alias innumeras figuras excogitare, de quibus nulla suspicio esse potest quod mihi umquam per sensus illapsæ sint; & varias de iis non minus quam de triangulo proprietates demonstrare. Quæ sane omnes sunt veræ, quandoquidem a me clare cognoscuntur:* (pag. 78.) IDEOQUE ALIQUID SUNT, NON MERUM NIHIL. *Patet enim* ILLUD OMNE QUOD VERUM EST, ESSE ALIQUID. *Et jam fuse demonstravi, illa omnia quæ clare cognosco, esse vera. . . .*

Jam vere si ex eo solo, quod alicujus rei ideam possim ex cogitatione mea depromere, sequitur ea omnia quæ ad illam rem pertinere clare & distincte percipio, revera ad illam pertinere; numquid inde haberi etiam potest argumentum quo Dei existentia probetur? Certe ejus ideam, nempe ENTIS SUMME PERFECTI, *non minus apud me invenio,* (pag. 79.) *quam ideam cujusvis figuræ aut numeri. Nec minus clare & distincte intelligo ad ejus naturam pertinere ut existat actu, quam id quod de aliqua* FIGURA AUT NUMERO *demonstro ad ejus figuræ aut numeri naturam etiam pertinere: ac proinde. . . . . in eodem ad minimum certitudinis gradu esse deberet apud me Dei existentia, in quo fuerunt hactenus Mathematicæ veritates. Quamquam sane hoc prima fronte non est omnino perspicuum, sed quamdam* SOPHISMATIS SPECIEM REFERT. *Cum enim assuetus sim in omnibus aliis rebus existentiam ab essentia distinguere, facile mihi persuadeo illam etiam ab essentia Dei sejungi posse, atque ita Deum ut non actu existentem cogitari. Sed tamen diligentius attendenti fit manifestum, non magis posse existentiam ab essentia Dei separari, quam ab essentia trianguli magnitudinem trium ejus angulorum æqualium duobus rectis; sive ab idea montis ideam vallis: adeo ut non magis repugnet* DEUM COGITARE, (pag. 80.) *hoc est,* ENS SUMME PERFECTUM, CUI DESIT EXISTENTIA, HOC EST, CUI DESIT ALIQUA PERFECTIO, *quam cogitare montem, cui desit vallis. . . . Neque enim ex eo quod non possim cogitare montem nisi cum valle, sequitur alicubi montem & vallem existere; sed tantum, montem & vallem, sive non existant, a se mutuo sejungi non posse. Atqui ex eo quod non possim cogitare Deum nisi existentem, sequitur existentiam a Deo esse inseparabilem, ac proinde illum revera existere. Non quod mea cogitatio hoc efficiat,* (pag. 81.) *sive aliquam necessitatem ulli rei imponat; sed contra, quia ipsius rei, nempe existentiæ Dei necessitas me determinat ad hoc cogitandum. Neque enim mihi liberum est Deum absque existentia* (*hoc est,* ENS SUMME PERFECTUM ABSQUE SUMMA PERFECTIONE) *cogitare; ut liberum est equum vel cum alis vel sine alis imaginari. . . .* Pag. 82. *Magna differentia est inter ejusmodi falsas positiones, &* IDEAS VERAS MIHI INGENITAS, *quarum prima & præcipua est* IDEA DEI. *Nam sane multis modis intelligo illam non esse quid fictitium a cogitatione mea dependens, sed imaginem* VERÆ & IMMUTABILIS NATURÆ. . . . Pag. 84. *Quod autem ad Deum attinet, certe nisi præjudiciis obruerer, & rerum sensibilium imagines cogitationem meam omni ex parte obsiderent,* NIHIL ILLO PRIUS, AUT FACILIUS AGNOSCEREM. *Nam quid ex se est apertius, quam* SUMMUM ENS ESSE; *sive Deum, ad cujus solius essentiam existentia pertinet, existere? Atque quamvis mihi attenta consideratione* OPUS FUERIT *ad hoc ipsum percipiendum; nunc tamen non modo de eo æque certus sum, ac de omni alio quod certissimum videtur; sed præterea etiam animadverto* CETERARUM RERUM CERTITUDINEM AB HOC IPSO *ita* PENDERE, UT ABSQUE EO NIHIL UMQUAM PERFECTE SCIRI POSSIT. . . Pag. 85. *Possum enim mihi persuadere me talem a natura factum esse, ut interdum in iis fallar, quæ me puto quam evidentissime percipere; cum præsertim meminerim me sæpe multa pro veris & certis habuisse, quæ postmodum aliis rationibus adductus falsa esse judicavi. Postquam vero percepi Deum* ESSE, QUIA SIMUL ETIAM INTELLEXI CETERA OMNIA AB EO PENDERE, *illumque non esse fallacem; atque inde colligi* ILLA OMNIA QUÆ CLARE (pag. 86.) & DISTINCTE PERCIPIO, NECESSARIO ESSE VERA, *etiamsi non attendam amplius ad rationes propter quas istud verum esse judicavi; modo tantum recordor me clare & distincte perspexisse, nulla ratio contraria afferri potest, quæ me ad dubitandum impellat: sed veram & certam de hoc habeo scientiam. . .* Pag. 87. *Atque ita plane video omnis scientiæ certitudinem & veritatem ab una veri Dei cognitione pendere:* ADEO UT PRIUSQUAM ILLUM NOSSEM, NIHIL *de ulla alia re perfecte* SCIRE POTUERIM: *Jam vero innumera tum de ipso Deo, aliisque rebus intellectualibus, tum etiam de omni illa natura corporea, quæ est pure Matheseos objectum, mihi plane nota & certa esse possint.* Prima hoc loco Cartesii ratiocinatio hæc est. Triangulus, similisque figura quælibet, & quivis etiam numerus, suam immutabilem formam habet, æternamque naturam & essentiam intelligibilem, quæ a me non dependet; quæ non est nihil, quandoquidem vera est; quodcumque enim verum est, id aliquid est: Atque eam ob rem quæ proprietates

tates deprehenduntur a me triangulo convenire, eæ reipsa certo ac vere triangulo conveniunt. Atqui Enti summe perfecto, inquit, tam convenit exsistentia actualis, quam triangulo habere tres angulos; siquidem tam implicat Ens summe perfectum non exsistere actu, quam Ens summe perfectum carere aliqua perfectione. Ergo Deum exsistere tam certum est saltem, quam certæ sunt ullæ de triangulo, similesve aliæ, Mathematicæ veritates. Hæc vero argumentatio partim captiosa & fallax est, & merum sophisma, partim Metaphysicæ imperita. Nam cum Ens summe perfectum, sive (ut paulo postea) Ens summum dicit; nihil nisi summam essentiam intelligit, Realitatem formalem vel intelligibilem: quam certe perinde implicat non exsistere, si vera essentia est, atque implicat eum non esse qui cogitat se rem cogitantem esse. Ex quo colligitur Ens summum certe, hoc est, summam perfectamque essentiam in suo conceptu, sive in sua idea, tam necessario involvere essentiæ suæ actualem exsistentiam quam triangulus in sua idea necessario includit tres angulos æquales duobus rectis. Sunt enim essentiæ rerum necessariæ, & necessario veræ: Ergo necessario sunt. Præterea si Deus est, ut Cartesianis placet, Id quod est, Id quod est Verum, Id quod est semper Verum, Verum in genere, idemque Ens perfectissimum, quia nihil est vero perfectius; & sunt hæc nomina plane synonyma; certe exsistentia est perfectio Veri: nam quomodo verum, si non est actu verum? aut quomodo potest esse aliquando actu verum, si non est jam verum actu? Hoccine autem Deus est?

At alia ratio veri Numinis est, de quo quæritur, num exsistat, etiam posita actuali mundi, ut est, exsistentia: num, inquam, ex conceptu illius metaphysico solo, hoc est, ex idea illa, sive qualicumque definitione illius, qua dicitur Ens summe perfectum, necessario colligatur illius exsistentia. Peritiores Theologi aiunt, & ratio ipsa Metaphysica docet, in idea illa nullo modo exsistentiam contineri: tantum intelligi, si exsistat, exsistere illud a se oportere. Quæ duo sunt valde diversa. Est enim exsistere a se perfectio sane divina: Exsistentia autem præcise, ut docent Metaphysici, perfectio non est; sed modus singularum perfectionum. Sic homo exsistens actu non est perfectior, sive non habet plus perfectionis aut essentiæ, (nam idem hic perfectio atque essentia est;) quam homo possibilis vel futurus. Itaque non una tantum ex parte ruit argumentatio Cartesii, quæ veræ Metaphysicæ insciția nititur, in Meditationibus ipsis Metaphysicis.

Quod deinde subjungit, pag. 82. ideas esse nobis quasdam ingenitas, quarum prima & præcipua est idea Dei; cum quæ sint illæ innatæ ideæ, doceat idem Meditatione tertia, pag. 37. his verbis: *Ex his autem ideis aliæ innatæ. . . . Nam quod intelligam quid sit* RES, *quid sit* VERITAS, *quid sit cogitatio, hæc non aliunde habere videor, quam ab ipsamet mea natura:* Dei nomine manifestum est illud REM intelligere, & VERITATEM: hoc est, Id quod est, Id quod verum est: Cartesio hoc Deum esse: Rem, inquam, in genere, Veritatem in genere, Essentiam summam; quam exsistere certe apertissimum est, quandoquidem essentiæ sunt, ut veritates, omnes æternæ. Ergo multo magis Essentia summa est, hoc est Essentia essentiarum ac Veritas Veritatum omnium: alioqui Essentia vera & summa non esset. Attentione quidem animi opus est ad hæc considerandа; sed ea demum adhibita, palam est sic rem esse.

Sed vincit omnia quod postremo loco adjicit, pag. 85. absque certa cognitione Dei exsistentiæ nihil perfecte sciri umquam posse: ab illo principio connexa pendere omnia quæ sciri possiunt; posita Dei exsistentia tamquam principio, veritates quaslibet etiam Mathematicas clare ac certo percipi. Incredibilia sunt enim ista prorsus, & ἐξ ἀδυνάτων, si quis hic Deum verum cogitet: plana & aperta, si Cartesianum, hoc est, si Atheorum numen hic cogitemus. Itaque mimum se egregium, ludificatorem humani generis, sed reipsa Atheum Cartesius hic prodit. Ponit enim Deum esse Ens præcise, Id quod est, Verum in genere: cum quo certe connexum esse, & a quo pendere necesse est omne verum: nam omne verum vere est, & est Id quod est: nec verum est, nisi vere est, nisi est Id quod est: nec verum illud esse, videre possum, nisi videro illud esse, & esse Ens, sive Id quod est. Quod si autem illud videro esse Id quod est, cum illud in ipso Vero, hoc est, in Deo videam, qui est (ut volunt) ipsum Id quod est; ipsum Verum: Deus autem fallere certe non possit; nihil est etiam in ipsamet Mathematica verum, de quo certus esse possim, nisi Deo ipsomet per se immediate docente & viso; nihil de quo certus esse non possim, exsistentia Dei simul percepta. Atque hæc doctrina eo spectat, ut nihil etiam verum esse aut certum credatur, nisi quod lumen naturale dictat. Nam Id quod est, Verum ipsum, menti humanæ propositum, Deus ipse, & ipsum Lumen naturale est, ut alios quoque superius docentes vidimus.

Ex Responsione ad primas objectiones, pag. 157. *Deinde quia cogitare non possumus ejus exsistentiam esse possibilem, quin simul etiam ad immensam* EJUS POTENTIAM *attendentes, agnoscamus illud propria* SUA VI *posse exsistere, ac proinde* REVERA EXSISTERE, *atque* AB ÆTERNO *exstitisse. Est enim lumine naturali notissimum, id quod propria sua vi potest exsistere, semper exsistere; ac proinde intelligemus exsistentiam necessariam in idea* ENTIS SUMME POTENTIS *contineri, non per figmentum intellectus, sed quia pertinet ad veram & immutabilem naturam talis entis ut exsistat.* Hic rursum legentes Cartesius ludificat, dum pro Deo offert Ens præcise, Essentiam essentiarum omnium, sive (quod idem est) Veritatem omnium veritatum; quam iste, quia necessaria certe & æterna est, siquidem essentia seu forma universalis omnium essentiarum ac veritatum est, vi sua posse dicit exsistere, & ab æterno proinde revera exstitisse; alioqui summe potens non esset, hoc est, ut supponitur, Essentia essentiarum, Veritas Veritatum, Perfectio Perfectionum causa & origo, Ens infinite patens per omnes essentias. Quod quidem si potest exsistere, reipsa exsistit: vel potius exsistere actu citius cogitatur, quam posse exsistere. Nam essentiæ non possunt esse veræ essentiæ, nisi Veritas illarum, ac proinde omnium essentiarum ac Veritatum Veritas reipsa exsistat. At verus Deus non quia potens nec quia est immense potens, idcirco formaliter vel potest exsistere, vel exsistit; sed sola naturæ necessitate: nec vi sua sibi dat esse; quoniam non ea vi, qua dat ceteris esse, exsistit: sed est summe potens, quamvis nihil agat; & summe atque immense potens esse cogitatur, priusquam cogitetur exsistere; id quod de Essentia essentiarum omnium dici non potest.

Ex Responsione ad secundas objectiones, pag. 179. *Cum dicitis in nobis ipsis sufficiens reperiri fundamentum ad* IDEAM DEI *formandam; nihil a mea opinione diversum affertis. Ipse enim expresse dixi, . . hanc ideam* MIHI ESSE INNATAM, *sive non aliunde quam a me ipso mihi advenire. Concedo etiam ipsam posse formari, licet* ENS SUMMUM *exsistere nesciremus, sed non si revera non exsisteret. Nam contra monui, omnem vim argumenti in eo esse, quod fieri non possit, ut facultas ideam istam formandi in me sit,* NISI A DEO SIM CREATUS.

Pag. 183. *Non etiam urget, quod forte ideam, quæ mihi Deum repræsentat, ex præconceptis animi notionibus, libris, mutuis amicorum colloquiis &c. non a sola mea mente acceperim. Eodem enim modo procedet ar-*

argumentum, ſi quæram de iis aliis, a quibus dicor illam accepiſſe; an ipſam habeant a ſe, an ab alio, ac ſi de me ipſo quærerem: ſemperque illum a quo primum profluxit, Deum eſſe concludam. Quod vero hic admiſceris, eam poſſe efformari ex prævia rerum corporalium inſpectione, non veriſimilius mihi videtur, (pag. 184.) *quam ſi diceretis, nullam nos audiendi habere facultatem, ſed ex ſola colorum viſione in ſonorum notitiam devenire. Plus enim analogiæ ſive paritatis fingi poteſt inter colores & ſones, quam inter res corporeas & Deum. . . . . .*

Pag. 185. *Sed præterea in Deo intelligimus abſolutam immenſitatem, ſimplicitatem,* UNITATEM OMNIA ALIA ATTRIBUTA COMPLECTENTEM, *quæ nullum plane* EXEMPLUM *habet, ſed ut ante dixi, tamquam nota artificis operi ſuo impreſſa: ratione cujus agnoſcimus, nihil eorum quæ particulatim, ut in nobis ea percipimus, ita etiam in Deo propter defectum intellectus noſtri conſideramus,* UNIVOCE *illi & nobis convenire. Atque etiam dignoſcimus ex multis* PARTICULARIBUS *indefinitis, quarum ideas habemus, ut cognitionis* INDEFINITÆ *ſive infinitæ, item potentiæ, numeri, longitudinis, &c. etiam infinitorum; quædam in idea Dei formaliter contineri, ut cognitionem & potentiam; alia tantum* EMINENTER, *ut* NUMERUM & LONGITUDINEM: *Quod ſane non fieret, ſi idea iſta nihil aliud eſſet in nobis quam figmentum.*

Quod hic ait iſte, ideam Dei eſſe nobis innatam, nec fore illam in nobis, ſi Deus non exſiſteret, a quo etiam ſe poſſe perfici, qui cogitat dubitatve, novit; & eſſe illam præterea ideam immenſitatis, ſimplicitatis, tametſi in ea unitate perfectiones aliæ formaliter, eminenter tantum contineantur aliæ; de vero Numine Catholicis quidem numquam id ſuadebit, qui ideam Dei innatam eſſe negant: facile tantum haberi eamdem poſſe aïunt, ſive per diſcurſum ex conſideratione hujus univerſitatis, quemadmodum eximii alicujus opificii inſignem eſſe opificem aliquem ſaltem ſuſpicamur, ſive per traditionem inſtitutionemque parentum, vel magiſtrorum, qui creata omnia probe conſiderarint.

Jam veri Numinis ideam, non entis quidem ſimpliciſſimi, ſed ſimpliciſſimæ mentis ideam eſſe, Catholici prædicant; at eamdem eſſe propterea ſimpliciſſimam negant. Etenim Spiritus infiniti, qui Deus eſt, phyſica quidem in ſe ſimplicitas eſt, ut ita dicam, infinita: at compoſitio nihilominus in eo ipſo multiplex eſſe per multiplices ideas jure concipitur.

Denique nec de ipſo Ente in genere, ſive de Eſſentia aut Perfectione indeterminata, de Re aut Vero univerſim, cujus idea ſane una ac ſimpliciſſima, & tamen ſuo modo immenſa, omnes res ſive perfectiones continet, dictum vere a Carteſio eſt, innatam illius ideam nobis eſſe. Neque enim, ut jam diximus. Rem quisquam in genere ex idea innata cogitat, ſed primum cognoſcit entia ſingularia, ut quæque per ſenſus in mentem incurrunt; ex quibus poſtea mens abſtrahens ideam communem, Rem ſive Perfectionem in genere, & Ens univerſale cogitat, in quo omnis omnino perfectio, ut ſpecies ſubalternæ in genere univerſaliſſimo, continetur, etiam illa, ſive diſtincte cognita, ſive confuſe tantum, ſed tamen aliqua tantum particularis, qua ſe perfici poſſe quisque novit vel optat. Tam facile enim idea iſta Entis ſive Perfectionis univerſalis a mente ratiocinante abſtrahitur ex quibuſcumque entibus, quæ menti quomodocumque objiciuntur, quam rationem communem & ideam humanitatis abſtrahimus a ſingulis hominibus quos intuemur. Sed eſt utraque ex æquo mentis ratiocinantis opus, & abſtractionibus ſive præciſionibus Metaphyſicis ſtudio & meditatione aſſuetæ, neutra innata. Quamlibet ergo in idea illa Entis in genere ſimplicitatem & unitatem ineſſe intelligamus ejuſmodi, cui nihil in rerum natura ſimile ſit, quæ omnia Dei attributa complectatur, non propterea idea Dei hæc eſt, ſed Entis univerſaliſſimi, quale nullum poteſt extra res ipſas creatas, quibus reipſa identificetur, exſiſtere.

Et huic Enti quidem ac nobis jure negat Carteſius quidquam univoce convenire ex illis attributis, quæ particulatim conſideramus; exempli gratia, Spiritus, mens, intellectus, voluntas, de Deo (ſi quidem Deus eſt ſumme ſimplex Perfectio in genere) & de nobis dici certe univoce non poteſt. At de vero Numine ſecluſis imperfectionibus ac de nobis dici univoce ea omnia Metaphyſico conceptu communi Catholici jure contendunt.

Quod deinde hoc loco cognitionem (metaphoricam ſcilicet, neque enim aliam poteſt; ac propterea convenire univoce hanc negat cum cognitione humana ut eſt actus vitalis præciſe:) quod cognitionem, & potentiam indefinitam potius Deo attribuit, quam infinitam, id aperte quem Deum agnoſcat, per ſe prodit, nempe Ens præciſe, τὸ ὄν, τὸ εἶναι. Catholici autem actu infinitam cognitionem, potentiam actu infinitam Deo formaliter ineſſe norunt & prædicant; nec ſolummodo cognitionem indefinitam: ſed quæ infinitas poſſibiles creaturas, non tantum potentia complectatur, ſed actuali cogitatione comprehendat a ſe condi poſſe.

Pag. 187. *Contendo* EX HOC SOLO *quod attingam quomodolibet cogitatione ſive intellectu perfectionem aliquam quæ ſupra me eſt, puta ex eo ſolo quod advertam, inter numerandum me non poſſe ad maximum omnium numerorum devenire, atque inde agnoſcam eſſe aliquid in ratione numerandi quod vires meas excedit;* NECESSARIO CONCLUDI, *non quidem numerum infinitum exſiſtere, ut neque etiam illum implicare, ut dicitis: ſed me iſtam vim concipiendi majorem numerum eſſe cogitabilem, quam a me umquam poſſit cogitari, non a me ipſo, ſed ab aliquo alio Ente me perfectiore accepiſſe. . . Ut autem intelligatur quodnam ſit illud Ens me perfectius, an ſcilicet ſit ipſe numerus infinitus* REALITER EXSISTENS, *an vero aliquid aliud; conſideranda ſunt alia omnia, quæ præter vim dandi mihi iſtam ideam, in eodem a quo proficiſcitur eſſe poſſunt; & ita invenitur ſolus Deus.* Hoc eſt dicere, hanc eſſe neceſſariam ratiocinationem. Video eſſe aliquid in ratione numerandi quod vires meas excedit; Ergo vim iſtud videndi ego accepi, & limitatam quidem. Ergo eſt aliquid illimitatum, a quo & ego accepi, & alia omnia vires limitatas accipiunt. Atqui hoc Deus eſt, ergo Deus exſiſtit. Atqui numerus infinitus, ſive unitas quæ infinitis modis eſt realiter participabilis, eſt cauſa formalis & efficiens omnium quæcumque ſunt unum. Ergo numerus infinitus realiter exſiſtit, & ipſe Deus eſt. Exſiſtit enim in unitate, quæ Deus eſt. Nihil eſt enim aut eſſe poteſt, niſi pendens ac productum a multiplici ratione numerorum, ſive ab unitate multipliciter participabili. Eſt enim aliter & ex aliis numeris ſive unitatibus homo unus, aliter arbor una, & Sol unus. Et eſt unumquodque limitate unum; quia conſtans ex certis numeris ſive unitatibus. Qui autem ſe intelligit eſſe limitate unum, intelligit eſſe perfectionem ſua majorem; nec ſua tantum, ſed omnibus limitatis majorem, atque hoc ipſo infinitam. Nam quod omnia complectitur, inquiunt, eſt infinitum. Perfectio autem numerus quidam eſt, aut cauſa numeri. Ergo exſiſtit realiter numerus infinitus, ſive in re ſive in cauſa: Et hic Deus eſt. Hæc Carteſii hoc loco, ſed involuta, ratiocinatio eſt: qua pro Deo Numen Vanini, hoc eſt, Unitas entium obtruditur; quæ cum contineat numeros infinitos, infinitus etiam ipſa numerus nuncupatur.

Ad id deinde quod ſibi pag. 166. opponitur his verbis: *Adde ideam illam unitatis & ſimplicitatis unius perfectionis, quæ omnes alias complectatur, fieri tantummodo ab operatione intellectus ratiocinantis, eo*

modo quo ſiunt unitates univerſales, quæ non ſunt in re, ſed tantum in intellectu: ut conſtat ex unitate generica, tranſcendentali, &c. ſic ille reſpondet pag. 188. *Parum intereſt, quod idea unitatis omnium Dei perfectionum eodem modo quo* UNIVERSALIA PORPHYRII *efformari dicatur. Quamvis profecto in hoc plurimum differt, quod peculiarem quamdam & poſitivam perfectionem in Deo deſignet: Unitas autem generica nihil addat reale ſingulorum individuorum naturis.* Fas eſt inquit, unicuique ſane, unitatem perfectiones omnes complectentem, ſive ex qua manat omnis perfectio, inſtar univerſalis Porphyriani in Deo cogitare; tamen hoc habet peculiare unitas illa, quod eſt peculiaris & poſitiva in Deo; unitas autem generica nihil habeat realis perfectionis ſupra ſingula individua. At neque unitas, reponunt Catholici, qua formaliter omnia ſunt unum, quidquam realis ſive actualis extra mentem perfectionis deſignat, ſupra unitatem qua formaliter ſingula ſunt unum, vel eſſe poſſunt.

Pag. 190. *Quod autem* ATHEUS *poſſit clare cognoſcere trianguli tres angulos æquales eſſe duobus rectis, non nego: ſed tantum iſtam ejus cognitionem non eſſe veram ſcientiam affirmo: Quia nulla cognitio, quæ dubia reddi poteſt, videtur ſcientia appellanda. Cumque ille ſupponatur eſſe Atheus, non poteſt eſſe certus ſe non decipi in iis ipſis, quæ illi evidentiſſima videntur, ut ſatis oſtenſum eſt. Et quamvis forte dubium iſtud ipſi non occurrat, poteſt tamen occurrere, ſi examinet, vel ab alio proponatur; nec umquam ab eo erit tutus,* NISI PRIUS DEUM AGNOSCAT. Quod negat poſſe Atheum habere certam ſcientiam, quod triangulus habet angulos tres æquales duobus rectis, niſi Deum eſſe prius agnoſcat; id communi hominum ſenſui & experimento repugnat, ſi quidem Deum verum intelligimus; quem qui nullum eſſe contendunt nihilominus perfectos eſſe poſſe Mathematicos, certoque ſcire quæ didicerunt, Catholici confitentur. At ſi nec Deus eſt præter Realitatem intelligibilem, ſive Id quod eſt; nec Verbum Dei aliud præter Verum in genere, *le Vrai*, & Rationem univerſalem, ſeu Lumen commmune & naturale, in quo Id quod eſt, ſeu Verum, cernitur; certus eſſe profecto ne de Matheſeos quidem theoremate aliquo quisquam pototeſt, quin ſe prius noverit doceri a Deo, hoc eſt, (ut ipſi intelligunt) ab Eo quod ipſe videt, ſive, quod idem eſt, & eſt Carteſio cum ſuis magis familiare, quin prius noverit, non poſſe non eſſe verum, quod quis clare diſtincteque noverit; quandoquidem in Deo ipſo id videt, quem non poſſe fallere omnes conſentiunt: Hoc eſt, in Vero. Quod eſt dicere, non poſſe id eſſe falſum, quod ratio naturalis cognoſcit; neque aliter quidquam eſſe poſſe, quam quomodo ipſa docet eſſe; neque enim aliter quidquam poteſt eſſe, quam quomodo Deus docet: exempli gratia, materiam ſine actuali extenſione eſſe non poſſe, & ſimilia. Annon iſtud autem Carteſii placitum, & hæc reſponſio ad id quod ſibi opponebatur, non Euchariſtiæ myſterium dumtaxat, ſed Chriſtianam funditus religionem evertit, & quem Deum habeat Carteſius prodit? Non eſt ille certe Catholicorum Deus, quem niſi quis prius agnoſcat, habere de prima trianguli proprietate ſcientiam certam & imperturbabilem non poteſt. Aut Catholici Deum ſuum non norunt; docendique a Carteſio, Malebranchio, ſimilibusque, aut potius dedocendi ſunt.

Hoc ipſum quod de Atheo Carteſius hic docet, iterum ipſe tradit in Reſponſione ad quintas objectiones, pag. 575. *Quantum ad ſcientiam Athei*, inquit, *facile eſt demonſtrare, illam non eſſe immutabilem & certam. Ut enim jam ante dixi, quo minus potentem originis ſuæ auctorem aſſignabit, tanto majorem habebit occaſionem dubitandi, an forte tam imperfectæ ſit naturæ, ut fallatur etiam in iis quæ ſibi quam evidentiſſima apparebunt; illoque dubio liberari numquam poterit, niſi a vero & fallere neſcio Deo ſe creatum eſſe prius agnoſcat. Quod autem repugnet homines a Deo decipi, clare demonſtratur, ex eo quod* FORMA DECEPTIONIS SIT NON ENS, *in quod non poteſt ferri ſummum ens. Et in hoc omnes Theologi conſentiunt, omnisque fidei Chriſtianæ certitudo ex hoc pendet. Cur enim revelatis a Deo crederemus, ſi nos interdum ab ipſo decipi arbitraremur?* Quod negat quemquam poſſe certo ſcire quidquam, niſi ſe prius a Deo vero & fallere neſcio creatum eſſe cognoſcat, imperite diceretur, niſi juberet intelligi cum creatione donatum unumquemque eſſe lumine quod numquam fallat; & lumen illud eſſe ipſummet Id quod eſt, menti objectum: Id quod eſt autem, ſeu Verum in genere, Deum eſſe. Ex quo ſequitur, qui lumen illud, ſive Id quod eſt, ſequatur, non poſſe eum falli; ſed nec ſcire ſe certo poſſe non falli, niſi ſciat ſe eum ſequi, qui non poſſit falli: hoc autem, inquit, Deus eſt: & qui hoc ſequitur, Atheus non eſt.

Quod addit repugnare ut Deus homines decipiat, quoniam forma deceptionis eſt non ens, in quod non poteſt ferri ſummum ens; docet hoc etiam ratiocinio qualem Deum agnoſcat; nempe Id quod eſt, in genere: quod quidem non poteſt inducere in non ens. At verus Deus in pœnam peccati decipere homines poteſt, non in rebus quidem ad mores aut ad ſalutem pertinentibus; quoniam id repugnat ſanctitati, bonitati, ac veracitati ejus: ſed in iis rebus quæ ſpectant ad vitæ hujus commoda. Sic enim & Achab regem Iſraël decipi fecit, & Holofernem. Si Deus certe non eſt niſi Id quod eſt, inducere is omnino non poteſt in falſum, hoc eſt in Id quod non eſt. Sed neque Deus verus inducit in formam falſi ut eſt non ens, ſed in id quod non eſt verum, ut eſt homini malum, quem punit.

Denique Catholici, præterquam quod Id quod eſt negant Deum eſſe, Id quod eſt cogitari dicunt geminum oportere in rebus corporeis: alterum, Id quod eſt ſecundum leges a Deo naturæ præſtitutos, alterum, Id quod eſt & eſſe poteſt faciente Deo ſupra leges naturæ præſtitutas a Deo. Revelatas autem a Deo veritates fidei Chriſtianæ negant eſſe ſecundum Id quod eſt illud prius, ſed eſſe contendunt ſecundum poſterius. In priore autem ſecundum lumen rationis homines a Deo non decipi; ſiquidem lumen illud in rebus phyſicis non dicit, Hoc ita eſt, nec aliter abſolute poteſt eſſe; ſed tantummodo: Hoc ita ſemper eſt, niſi quando per miraculum aliter Deus eſſe voluerit. Geminum ergo eſt Id quod eſt; Deus autem unus eſt.

Ex Reſponſione ad ſecundas objectiones, pag. 259. *Nihil eorum quæ Deo tribuimus, ab objectis externis, tamquam ab exemplari poteſt eſſe profectum: quia nihil eſt in Deo ſimile iis quæ ſunt in rebus externis, hoc eſt, corporeis. Quidquid autem iis diſſimile cogitamus, manifeſtum eſt non ab ipſis, ſed a cauſa istius diverſitatis in cogitatione noſtra proficiſci. . . . .* Pag. 260. *Cum dicimus ideam aliquam nobis eſſe innatam, non intelligimus illam nobis ſemper obverſari: (Sic enim nulla prorſus eſſet innata:) ſed tantum nos habere in nobis ipſis facultatem illam eliciendi.* Ad primum aiunt Catholici, ideam Dei veri ex rebus externis, velut ab exemplari proficiſci; ex quo imperfectiones ſubmovemus omnes, perfectiones autem eidem adjicimus infinitas. Ad ſecundum, non elici aut quaſi ſuſcitari ideam hanc veluti inſitam in animo ac ſæpe ſopitam; ſed formari de novo paulatim a nobis & ratiocinando, quoties lubet. De Idea Entis in genere tantummodo dici a Carteſianis eam eſſe nobis ita innatam; quamquam & de illa ipſa id falſo jactari ſuperius oſtendimus.

Ex Reſponſione ad quintas objectiones, pag. 526. *Neque enim (ut ſcias) idea Dei formatur a nobis ſucceſſive ex perfectionibus creaturarum ampliatis, ſed tota ſimul,* EX HOC QUOD ENS INFINITUM, *omnisque ampliationis* INCAPACEM (forte incapax) *mente*

mente attingamus. Reſpondent Catholici, ideam Dei veri formari a nobis ſucceſſive ex perfectionibus rerum creatarum ampliatis: ſive cumulo perfectionum virtutumque exaggerato: ideam ſimplicem Entis præciſe nec ideam Dei eſſe, & per abſtractionem tantum fieri ab ingeniis Metaphyſicæ aſſuetis.

Ex Principiis Philoſophiæ, parte I. num. XVII. & XVIII. *Ulterius vero conſiderantes ideas, quas in nobis habemus, videmus quidem illas, quatenus ſunt quidem modi cogitandi, non multum a ſe mutuo differre: ſed quatenus una unam rem, alia aliam repræſentat, eſſe valde diverſas: & quo plus perfectionis objectivæ in ſe continent, eo perfectiorem* IPSARUM CAUSAM *eſſe debere. Nam quemadmodum ſi quis in ſe habet ideam alicujus machinæ valde artificioſæ, merito quæri poteſt, quænam ſit cauſa a qua illam habet: an nempe viderit alicubi talem machinam ab alio factam: an mechanicas ſcientias tam accurate didicerit, anve tanta ſit in eo ingenii vis, ut ipſam nullibi unquam viſam per ſe excogitare potuerit. Totum enim artificium, quod in idea illa objective tantum, ſive tamquam in imagine continetur, debet in ejus cauſa, qualiſcumque tandem ſit, non tantum objective ſive repræſentative, ſaltem in prima & præcipua, ſed reipſa formaliter aut eminenter contineri.* XVIII. *Sic quia Dei, ſive* ENTIS SUMMI *ideam habemus in nobis, jure poſſumus examinare, a quanam cauſa illam habeamus. Tantamque in ea immenſitatem inveniemus, ut plane ex eo ſimus certi, non poſſe illam* NOBIS FUISSE INDITAM, *niſi* A RE, *in qua ſit revera omnium perfectionum complementum, hoc eſt, niſi a Deo realiter exiſtente. Eſt enim lumine naturali notiſſimum, non modo a nihilo nihil fieri, nec id* QUOD EST PERFECTIUS *ab eo quod eſt minus perfectum, ut a cauſa efficiente & totali produci: Sed neque etiam in nobis ideam ſive imaginem ullius rei eſſe poſſe, cujus non* ALICUBI, *ſive in nobis ipſis, ſive extra nos, archetypus aliquis ejus perfectiones reipſa continens exiſtat.* Reponunt Catholici, ſi de vero Deo ſermo inſtituitur, haberi non poſſe ideam ipſius, pro noſtri intellectus imbecillitate, niſi cumulo virtutum ſive perfectionum exaggerato; quarum ſingulatim ideas ex rebus creatis haurit, & ex opificio transfert in opificem, demptis imperfectionibus. Hujus ideæ cauſam eſſe intelligendi vim datam a Deo; hunc vero longe perfectiorem ſuo effectu eſſe. At ſummi Entis vel ſummæ Eſſentiæ aut ſummæ Realitatis ideam negant veri Dei ideam eſſe; ſiquidem ſummum Ens in ſuo conceptu nullam actu involvit perfectionem, niſi præciſe ut eſt ens. Denique ideam illam ipſam Entis præciſe, aïunt habere cauſam efficientem perfectiorem, quam ipſa ſit, intellectum nimirum, qui ex ente ſive re particulari, quam ſe eſſe ſibi conſcius eſt, aliave qualibet, abſtrahit rationem entis præciſe: Entis enim præciſe ideam eſſe mentis opus poſtea abſtrahentis, ut diximus.

Ex Methodo, pag. 33. *Quamvis' ſatis viderem, ſi ſupponamus exempli cauſa, dari aliquod triangulum, ejus tres angulos neceſſario fore æquales duobus rectis; nihil tamen videbam, quod me certum redderet, aliquod triangulum in mundo eſſe. At contra, cum reverterer ad ideam Entis perfecti,* QUÆ IN ME ERAT, *ſtatim intellexi exiſtentiam in ea contineri, eadem ratione, qua in idea trianguli æqualitas trium ejus angulorum cum duobus rectis continetur. . vel etiam adhuc* EVIDENTIUS: *ac proinde ad minimum æque certum eſſe Deum,* QUI EST ILLUD ENS PERFECTUM, EXSISTERE, *quam* ULLA GEOMETRICA DEMONSTRATIO ESSE POTEST. Recte, ſi Eſſentia in genere, ſi Forma, eſſentiarum omnium, Deus eſt. Impoſſibile enim eſt, & eſt illud evidentius qualibet Geometrica demonſtratione; impoſſibile, inquam, eſt, non eſſe ſive non exiſtere eſſentias rerum. Impoſſibile proinde eſt, non eſſe Formam ſive Eſſentiam eſſentiarum omnium; quam vocant Ens ſummum, Ens ſumme & infinite perfectum. At hic Carteſii Deus, Deus eſt quem Athei omnes ultro agnoſcunt, vero interim repudiato Numine.

Ferat judicium nunc demum lector Catholicus, num ſerio loquatur Carteſius, cum aït iraſci ſe vehementer Atheis, tomo 2. epiſt. CIII. *Je ne dis pas que quelque jour je n'achevaſſe un petit Traité de Metaphyſique. . . . . dont les principaux points ſont de prouver l'exiſtence de Dieu, & celle de nos Ames, lorſqu'elles ſont ſéparées du corps, d'où ſuit leur immortalité.* CAR JE SUIS EN COLERE, *quand je vois qu'il y a des gens au monde ſi audacieux & ſi impudens, que de* COMBATTRE CONTRE DIEU. Atqui reipſa non Atheis iſthic, qui nulli reipſa ſunt, ſi non eſt ipſe, ſed Catholicis ipſis ſuccenſet, qui Rem & Ens indeterminatum, Eſſentiam ſeu Formam eſſentiarum omnium Deum eſſe audacter negant.

Novit ipſe dum viveret a multis fuiſſe Atheïſmi ſibi crimen impactum; & fuiſſe qui dicerent, Vanini exemplo Carteſium jactaſſe adverſus Atheos ſtilum ſe exſerere, ne Atheus ipſe haberetur, cum reipſa eſſet. Tomo III. epiſt. 1. pag. 43. *Car le fils* (Voëtius) *dit expreſſément dans ſon livre,* Pietas „ in parentem, f. H. p. 11. Nec puderet paren„ tem, ſi (uti non fecit) ſcriptionis partem ipſe „ præformaſſet, in primis etiam illam, qua VER„ TIGINOSI SCEPTICISMI, ET CONSEQUEN„ TER ATHEISMI abſurdis, Carteſiana Philoſo„ phia premitur. Et pag. 35. *Schook a déclaré qu'il garde encore tout le modele de la Préface, qui contient plus de ſoixante pages. . . . . Il a déclaré le meſme de la comparaiſon avec* VANINUS, *qui eſt le ſeul fondement qu'ils prennent* POUR M'ACCUSER D'ATHEISME; *à ſçavoir que j'ay écrit contre les Athées: & que Vaninus avoit feint d'écrire contre eux, bien qu'il fuſt Athée en effet; d'où ils concluent que j'enſeigne ſecrettement l'*ATHEISME.

Ἄθεϊαϛ Carteſium accuſat etiam Petrus Petitus Pariſienſis, in Diſſertationibus de Nova Renati Carteſii Philoſophia, pag. 132. & 134. Joannes Amerpoël, in libro, cui titulum fecit, *Carteſius Moſaïzans*, pag, 5. aït eſſe calumniatores, qui Carteſium Atheum exclament. Spinoſam Atheum ſimul & Carteſianum fuiſſe, nemo eſt qui ignoret.

Carteſium ſequuntur Carteſiani duo, præter ceteros quos prætermittimus, Antonius le Grand, & Silvanus Regis. Et ille quidem in Anglia Latine, iſte Pariſiis Gallice ſcripſit. Ille qui vero nomine Antonius le Grant appellatur, ex ordine Recollectorum, nomenque ſuum mutavit, ut Antonius Magnus eſſe credatur; in Apologia pro Carteſio Londini edita, anno 1679. pæne totidem verbis magiſtrum deſcribit: niſi quod Ens ampliſſimum dicit Deum ſuum malle ſe ſignificat, quam Infinitum, pag. 155. *Quando igitur dixit Carteſius, quantum ad infinitatem, etiamſi illam intelligamus eſſe quammaxime poſitivam, non tamen niſi negativo quodam modo intelligimus; ex hoc ſcilicet quod in* RE *nullam limitationem advertamus; vulgarem loquendi modum ſecutus eſt; quemadmodum &* INFINITI *nomen retinuit:* QUOD TAMEN RECTIUS ENS AMPLISSIMUM *vocari poſſe alicubi exiſtimat, ſi omnia vocabula rerum naturis conformia eſſe vellemus.* Sed ſive infinitum Ens dixeris, ſive Ens ampliſſimum, cum in re non aliud intelligitur niſi Ens ſive Realitas ipſa intelligibilis, quæ ſui ideam confuſam vel ſenſum imprimit ſubſtantiæ cogitanti, dum ſe eſſe rem cogitat, & ſe rem ex illa Realitate eſſe; non ille Catholicorum Deus, ſed Atheorum eſt.

Idem in Inſtitutione Philoſophiæ ſecundum principia Carteſii, parte 2. art. VII. *In conceptu*, inquit, *creaturarum, quæ finitæ ſunt perfectionis, contingens dum-*

dumtaxat & poſſibilis exſiſtentia continetur. In Dei autem conceptu, utpote entis ſumme perfecti, neceſſaria includitur exſiſtentia, cum illa, ut dixi, PERFECTIO *ſit & quidem æterna. Unde fit ut* NON MINUS NOBIS NOTUM SIT DEUM EXSISTERE, *quam Mathematicæ perito conſtat, Triangulo ineſſe tres angulos æquales duobus rectis. Nam ſicut ad naturam trianguli ſpectat, quod tres angulos habeat duobus rectis æquales; ita ad Dei naturam pertinet, quod exſiſtat: cum* EXSISTENTIA NECESSARIA *in idea Entis infiniti, omnipotentis &c. contineatur: ac proinde ſicut nunc exſiſtit, ita & ab æterno oportere illum exſtitiſſe.* Eadem iſte, ac magiſter, Metaphyſicæ inſcitia laborat; qui putat exſiſtentiam perfectionem eſſe; cum nihilo magis, ut diximus, entis alicujus exſiſtentia, quam ejusdem poſſibilitas aut futuritio, perfectio ſit. Entis infiniti & omnipotentis, ſi quidem ſit, exſiſtentia a ſe perfectio eſt: ſed alia ſecundum noſtrum intelligendi modum exſiſtentia eſt, alia exſiſtentia neceſſaria & a ſe eſt. De priore quæſtio eſt; ea ſi ponatur, neceſſe eſt conſequi alteram abſolute: niſi poni prior intelligatur, poſterior nonniſi hypothetice intelligitur: hoc eſt, ſi Deus exſiſtit, eſt a ſe. At quibus Deus non eſt niſi, Id quod eſt, Eſſentia ſive Forma eſſentiarum omnium, ſecundum hos oportet eſſe tam exſiſtentiam, quam exſiſtentiam a ſe de conceptu eſſentiali Dei. Impoſſibile enim eſt, ſi eſſentiæ ſunt veræ eſſentiæ, non eſſe eas, aut quod idem eſt, non eſſe veras, & a ſe veras. Sed hi Athei ſunt, quantumvis ſe Carteſianos tantummodo aut Novæ Philoſophiæ aſſectatores vocent.

Silvanus Regis in Metaphyſica, quam Pariſiis edidit anno 1690. eamdem ratiocinationem verbis fere totidem exhibet, cap. v. pag. 80. *Je viens de prouver que j'ay l'idée d'un eſtre parfait. Cette idée doit avoir une cauſe exemplaire ou objective. . . . . Cette cauſe exemplaire doit contenir formellement toutes les perfections que l'idée de l'eſtre parfait repreſente. . . . Je ne puis pas concevoir que cette cauſe ſoit autre choſe que le corps, ou l'eſprit, ou l'Eſtre parfait: Car je ne connois rien au delà de ces trois eſtres. Or ce n'eſt pas le corps ni l'eſprit. . . . . parce que le corps ni l'eſprit ne contiennent pas formellement toutes les perfections que l'idée de l'eſtre parfait repreſente C'eſt donc* L'ESTRE PARFAIT, *qui eſt la cauſe exemplaire de cette idée. Or l'eſtre parfait* NE PEUT ESTRE CETTE CAUSE SANS EXISTER: *donc l'eſtre parfait exiſte. Et c'eſt ce que je cherchois.* Inſignis deinde ejusdem de ea argumentatione jactantia eſt, pag. 81. *Cette demonſtration eſt ſi naturelle, & en meſme tems ſi convaincante, que s'il m'étoit permis de la conteſter, je pourrois revoquer en doute toutes les veritez les plus conſtantes.* Oportet, inquit, exſiſtere cauſam hujus ideæ, vel corpus, vel ſpiritum, vel ipſum Ens perfectum: non priora duo certe, quia non continent omnes perfectiones Entis perfecti: ergo tertium: ergo exſiſtit: ergo Deus exſiſtit. Nam Ens, τὸ ὄν, quod exſiſtit, certe exſiſtit. Catholici negant majorem & minorem hujus argumenti propoſitionem. Dicunt cauſam illius ideæ eſſe intellectum abſtrahentem a corpore & ſpiritu rationem Entis præciſe: non ergo ideæ illius cauſa eſt Ens perfectum exſiſtens actu; ſed corpus & ſpiritus, ex quibus rationem Entis præſcindit intellectus.

Poſtea negat idem ideam illam aut fictam, aut inventam eſſe, aut ex arbitrio noſtro pendere: idque ſe probare putat invictiſſime, tum quia non eſt in poteſtate noſtri arbitrii, ut Entia duo iſtiusmodi diſtincta inter ſe fingat: tum quia ſi nunc exſiſtit perfectum ens hujuſmodi, neceſſe eſt ſemper exſtitiſſe ac ſemper exſtiturum eſſe. Perinde quaſi Eſſentiæ vel Formæ intelligibilis eſſentiarum omnium non factitia idea ſit, tametſi duæ formæ hujuſmodi univerſaliſſimæ fingi non poſſunt; aut quia vera quæcumque eſſentia ac neceſſaria eſt, habendum id pro Deo ſit. Sic iſte rurſum, pag. 84. *Enfin je ne dois pas croire, que l'idée que j'ay de l'Eſtre parfait ſoit quelque choſe de feint ou inventé, dépendant ſeulement de ma volonté. Car je ſuis convaincu trés-certainement, que cette idée eſt l'image d'*UNE VRAIE & IMMUABLE NATURE, *par deux raiſons qui me paroiſſent invincibles. La premiere eſt, qu'il ne dépend pas de moi de concevoir deux ou pluſieurs Eſtres parfaits: d'autant que ces Eſtres étant diſtinguez, l'un n'auroit pas les perfections de l'autre. . . . . La ſeconde eſt, que ſi l'on ſuppoſe qu'il y a un Eſtre parfait qui exiſte maintenant, il eſt d'une conſequence neceſſaire, qu'il ait eſté de toute éternité, & qu'il ſoit éternellement dans le tems à venir; parce que s'il n'avoit pas eſté toujours, ou s'il venoit à ceſſer d'eſtre, il ſeroit privé de la perfection d'avoir eſté de toute éternité, ou de durer éternellement; ce qui répugne à l'idée de l'Eſtre parfait. D'où je conclus que l'idée que j'ay de l'Eſtre parfait eſt vraie: & par conſequent que l'Eſtre parfait exiſte. J'entens par l'Eſtre parfait,* LA CHOSE LA PLUS PARFAITE QUE JE PUISSE CONCEVOIR. Atqui irreverenter admodum de Rege dixerit aliquis, ipſum eſſe REM totius regni ſui perfectiſſimam. Dic virum, dic virum nobilem totius regni ſui perfectiſſimum. Nam ut in definitione, ſic in comparatione proximum genus poni decet & oportet. At de Deo cum dicitur is eſſe RES perfectiſſima, legitima ſuſpicio eſt non agnoſci perſonam vel ſubſtantiam intelligentem Dei nomine, ſed REM perfectiſſimam, cujuſmodi Veritas eſt: id quod non tantum erga Deum irreverens, ſed & blaſphemum atque impium eſt. Viam præterea hoc ratiocinio ſtruit iſte alteri ſuæ hæreſi de æternitate mundi. Sed neque Entis perfecti nomine aliud quidpiam iſtum intelligere, quam Id quod eſt, Id quod eſt verum, Id quod eſt ſemper verum; quod concipi certe non poteſt quin exſiſtat: nam verum, hoc ipſo quod verum eſt, eſt; & ſic de eſſentia ejus exſiſtentia ipſa eſt: nihil iſtum, inquam, cum Carteſianis intelligere Entis perfecti nomine, quam Id quod eſt, ſive Verum, argumento etiam illud eſt, quod Deum iſte ſuum cum impia ſecta, non ſpirituin infinitum, aut infinite perfectum, ut Catholici, ſed Naturam immutabilem, Ens perfectum, Rem perfectiſſimam vocat: nec ſubſtantiam quæ proprie, hoc eſt, vitaliter abſque imperfectione intelligat, dicunt; ſed improprie, & quo ſenſu dixere Pagani veteresque Philoſophi, opus naturæ opus eſſe intelligentiæ. Verentur iſti nimirum ei (ut vocant) Naturæ vel Rei, aliquem tribuere gradum metaphyſicum inferiorem Ente, Re, vel Natura: nam ſub qua demum categoria Veritas reponatur? Oportuit certe dici perfectum quiddam Deum eſſe, ab his præſertim, quibus ſolum Veritatis vocabulum non placeret: itaque quid perfectum dicerent conſiderarunt, cum Spiritum intelligentem infinite perfectum dicere nollent, nec poſſent. Dixere, Ens perfectum, Rem perfectam, Naturam perfectam. Quod perinde eſt, ut diximus, ac ſi quis Regem definiat Ens potens, Rem potentem. Dic virum, dic Principem potentiſſimum. Nam id recte definitionis lex poſtulat, ut proximum genus ſtatim ponatur, ſimiliter ſi Deum definias, Ens beneficentiſſimum, Dæmonem etiam dicito, Ens maleficum. Quin immo, dic Deum Spiritum infinitum, & increatum, eumdemque beneficentiſſimum: dæmonem vero, Spiritum creatum & malignum. Quod verum certe, idem eſt perfectum: nec aliquid cogitari perfectius vero poteſt. Nec idea veri haberi poteſt, quin verum exſiſtat, ut diximus. Idea Dei igitur, inquiunt, haberi non poteſt, quin ipſe exſiſtat. Eſt autem Verum præciſe, idem Ens præciſe: nihil enim aut ens niſi verum, aut verum niſi ens eſt. Idem ens perfectum, idem Ens ampliſſimum, ut iſte vocat; nihil enim quod verum ſit, non continetur in Vero præciſe. Sic ideam Entis ampliſſimi, hoc eſt, Veri, quisquis habet, habet ideam Dei exſiſtentis:

nam

nam verum exsistit. Hiccine vero Deus est Christianorum, quia Cartesianorum est?

§. II.

Cartesii impia placita de essentia & attributis Dei.

SEd ad Cartesium revertamur. Hic Philosophiæ fines prætergressus, Theologum egit, ut de natura veri Numinis ea proderet, quæ cum sua hypothesi congruerent. Argumento sane perspicuo, eo spectasse hominem, ut novis dogmatibus Philosophiæ corpus conderet, quod novis Theologis sibi coævis prodesset, ut Deum, si fieri posset, penitus e mundo tollerent. Sunt enim ea profecto & a vero Numine aliena, & Catholicis auribus detestanda.

I. Primo quidem Deum affirmat a se ipso esse, seque ipsum conservare. In Principiis Philosophiæ, parte 1. num. XXI. *Facile enim intelligimus nullam vim esse in nobis, per quam nos ipsos conservemus, illumque in quo tanta est vis, ut nos a se diversos conservet,* TANTO MAGIS ETIAM SEIPSUM CONSERVARE, *vel potius nulla ullius conservatione indigere, ac denique Deum esse.* Si Deus nimirum est Id quod verum est in omni ente, dum res contingentes mutabilesque conservat, seipse multo magis immutabilem servat. De Deo vero, quod se ipse conservet, nonnisi stulte; quod sic se conservet, nonnisi impie dicitur.

In Responsione ad primas objectiones, pag. 143. *Sed plane admitto aliquid esse posse, in quo sit tanta & tam inexhausta* POTENTIA, *ut nullius unquam ope eguerit ut existeret,* NEQUE ETIAM NUNC EGEAT UT CONSERVETUR, *atque adeo sit* QUODAMMODO SUI CAUSA: *Deumque talem esse intelligo. Nam quemadmodum etiamsi fuissem ab æterno, ac proinde nihil me prius exstitisset; nihilominus quia considero temporis partes a se mutuo sejungi posse; atque ita ex eo quod jam sim, non sequi me mox futurum, nisi* ALIQUA CAUSA *me quasi rursus efficiat singulis momentis, non dubitarem illam causam quæ me conservat,* EFFICIENTEM *appellare:* ITA *etiamsi Deus numquam non fuerit, quia tamen* ILLE IPSE EST QUI SE REVERA CONSERVAT, *videtur* NON NIMIS IMPROPRIE DICI POSSE SUI CAUSA. *Notandum etiam hic non intelligi conservationem quæ fiat per positivum ullum causæ efficientis influxum; sed tantum quod Dei essentia sit talis, ut non possit* NON SEMPER EXSISTERE.

Et pag. 144. *Non solent* (Theologi) *aliud intelligere, cum dicunt aliquid a se esse, quam quod nullam habeat causam. Si tamen iidem ipsi ad rem potius quam ad verba velint attendere, facile advertent negativam verbi* A SE *acceptionem a sola intellectus humani imperfectione procedere, nullumque in rebus habere fundamentum, quamdam vero aliam esse positivam, quæ a rerum veritate petita est, & de qua sola meum argumentum processit.*

Et pag. 145. *Cum dicimus Deum* A SE *esse, possumus quidem etiam intelligere istud negative: ita scilicet ut tantum sensus sit, nullam esse ejus causam, sed si prius* DE CAUSA CUR SIT; SIVE CUR ESSE PERSEVERET, *inquisivimus; attendentesque ad immensam & incomprehensibilem* POTENTIAM, QUÆ IN EJUS IDEA CONTINETUR, *tam exuberantem illam agnovimus, ut plane* SIT CAUSA CUR ILLE ESSE PERSEVERET, *nec alia præter ipsam esse possit; Dicimus Deum* A SE ESSE, *non amplius negative, sed* QUAM MAXIME POSITIVE. *Quamvis enim dicere non* OPUS *sit illum esse causam efficientem sui ipsius, ne forte* DE VERBIS DISPUTETUR; *quia tamen hoc quod a se sit, sive quod nullam a se diversam habeat causam, non a nihilo, sed* A REALI EJUS POTENTIÆ IMMENSITATE *esse percipimus: nobis omnino licet cogitare illum* QUODAMMODO IDEM PRÆSTARE RESPECTU SUI IPSIUS, QUOD CAUSA EFFICIENS RESPECTU SUI EFFECTUS: *ac proinde esse* A SEIPSO POSITIVE.

Et in responsione ad secundas objectiones, pag. 223. *Nulla res exsistit, de qua non possit* QUÆRI, QUÆNAM SIT CAUSA *cur exsistat. Hoc enim de ipso Deo quæri potest; non quod indigeat ulla causa ut exsistat; sed quia* IPSA EJUS NATURÆ IMMENSITAS *est causa, sive* RATIO PER QUAM *nulla causa indiget ad exsistendum.*

Denique in responsione ad quartas objectiones, pag. 331. *Nec ullibi dixi,* DEUM SE CONSERVARE PER POSITIVUM *aliquem* INFLUXUM, UT RES CREATÆ *ab ipso conservantur: sed tantum* IMMENSITATEM POTENTIÆ *sive* ESSENTIÆ, *propter quam conservatore non indiget, esse rem positivam.* Deum iste suum, quem non esse substantiam aut personam proprie intellectivam agnoscit, non aliquem, sed *Aliquid* propterea vocat, ut supra Rem & Ens nominavit. Jam si Deus est Id quod est Verum, certe est a se ipso positive: nam sic Verum est a seipso verum, non tantum negative. Et potentiæ suæ sive essentiæ debet quod exsistat. Deus igitur ipse sui causa quodammodo efficiens est. Quamquam eo verbo uti opus non est, ne de verbis, inquit, disputare videamur, & rixari velle. Ipse igitur se conservat; non quidem per influxum positivum causæ efficientis, sed quia non potest non semper esse, si Deus est Essentia essentiarum omnium. Nam hæ ipsæ necessario sunt. Ergo, inquit, aseitas non est, ut Theologi vulgo censent, proprietas mere negativa; immo vero positiva quam maxime est, qua dat reipsa sibi esse & perseverare: quoniam in conceptu Veri universalis continetur potentia omnis veri producendi, ac sui propterea quasi in perpetuum protendendi & in immensum, ubicumque scilicet & quantumcumque diu res possunt esse. Hæc illius potentia & hæc immensitas, ratio formalis est cur exsistat ipsum, & cur perseveret, nimirum quia ubique & semper oportet verum esse, idcirco ubique & semper est. Per positivum influxum res creatas conservat, qui sæpe deficit, unde & illæ desinunt esse: at se non ita conservat; sed per suam immensitatem & potentiam, quæ exigit ut semper & ubique sit Verum. Hoc est obliquo docere & callide; Deum non esse nisi Verum quod est in omni ubique ente, Verum universale, Ens entium; cujus tota essentia sit Id esse quod est verum in omni re quam facit; ac proinde tota relativa ad entia creata vel creanda. Nam de vero Numine nonnisi stulte & impie dicitur quod habeat ab immensitate & potentia, vel ut exsistat, vel ut se ipse conservet. Radix exsistentiæ positiva necessitas ejus essentiæ est; radix negativa, aseitas.

Eadem habet Cartesianæ Philosophiæ defensor & illustrator, Antonius le Grand, in appellata jam a nobis Institutione Philosophiæ secundum principia Cartesii, parte 2. art. 1. pag. 71. ubi de Deo sic loquitur: *Dicitur independens, quia a nullo alio suum esse mutuatur, & a seipso est quidquid est. Quod non ita intelligendum sit, quasi* DEUS A SE IPSO TAMQUAM A CAUSA EFFICIENTE *dependeat; cum de illa causa adhuc inquiri posset, an a se aut ab alio suum esse haberet. Sed quod in ipso* TANTA & TAM IMMENSA EST POTENTIA, *ut nullius opera indigeat, ut* EXSISTAT & CONSERVETUR: *ac proinde Deus* ALIQUO MODO SUI CAUSA *dici possit. Dices: Theologi hunc loquendi modum* REFUGIUNT: HORRENT *enim aliquam causalitatis rationem in Deo admittere. Unde explicaturi quomodo Deus a seipso sit, dicunt illud tantum negative debere intelligi: Deus est a se ipso, hoc est, non non est ab alio: nullo modo autem positive a seipso ut a causa. Respondetur verum esse, Deum a seipso negative esse; seu (quod idem est) a nulla causa habere*

quod exsistat: sed contendimus negationem illam NON SUFFICERE *ad naturam Dei explicandam: sed in eo aliquid positivum admitti* DEBERE, PER QUOD IN SUO ESSE PERSEVERET. *Et illud* DICIMUS ESSE INEXHAUSTAM *& incomprehensibilem ejus* POTENTIAM. *Si enim primus homo, quicumque is fuerit, ab æterno fuisset, ita ut nihil eum præcessisset; quia tamen partes temporis in quo exsistit, possunt a se invicem separari; & ex eo quod hodie sit, non sequitur quod sit cras futurus, nisi aliqua sit causa, quæ illum renovet, & quodammodo singulis momentis reproducat: non ambigimus illam causam, quæ illum conservet, esse positivam. Ita quamvis Deus fuerit ab æterno,* SIVE NUMQUAM NON FUERIT; *quia tamen* IPSE EST QUI SE CONSERVAT, *non tantum negative, sed* ET POSITIVE EST A SEIPSO, IN QUANTUM EJUS IMMENSITAS CAUSA EST CUR IN SUO ESSE PERSEVERET.

Instabis: si Deus est a seipso positive, erit sui causa, cum idem præstet respectu sui ipsius, quod causa efficiens facit respectu sui effectus. Dicere autem Deum SUI CAUSAM ESSE; *inusitatum est inter Theologos, & in falsitatis suspicionem adducitur. Respondeo admitti posse, Deum* ALIQUO MODO ESSE SUI CAUSAM, IN QUANTUM A SEIPSO CONSERVATUR, *modo* CAUSÆ NOMINE *non efficiens, sed* FORMALIS *tantum intelligatur. Ita ut sensus sit:* DIVINÆ ESSENTIÆ IMMENSITAS EST RATIO PROPTER QUAM NULLA CAUSA INDIGEAT UT EXSISTAT & CONSERVETUR. *Quod non ita intelligi debet, quasi Deus per influxum positivum* SE CONSERVET, SICUT *omnia creata ab illo conservantur; sed solum, quod ejus* INEXHAUSTA POTENTIA & ESSENTIÆ IMMENSITAS *talis sit, ut nullo conservatore indigeat. Nullus autem negabit illam* POTENTIÆ IMMENSITATEM *maxime esse positivam.* Eadem iste rursum inculcat, parte IV. art. 2. Hoc est dicere, summum & amplissimum Ens, hoc est, summam essentiam, sive Essentiam essentiarum omnium, idcirco esse, quia essentialiter Essentia est: idcirco formaliter ipsam se conservare, quia formaliter Essentia est essentiarum omnium: itaque sui causam esse non efficientem quidem proprie loquendo, sed formalem. Sic Verum, *le Vrai*, quod idem est atque Ens summum & amplissimum, idcirco est, quia essentialiter verum est; idcirco formaliter ipsum se conservat, quia ex natura sua est Id quod est, ex naturæ suæ immensitate est omne verum; nec potest, si verum est, non esse: & hoc ipso formaliter quod verum est, est: & potentissimum idem idcirco est, quod complectitur omne verum. Hunc vero modum loquendi, hanc omnem orationem, qua pro Deo tale Ens aut Verum obtruditur, Theologi Catholici non refugiunt modo, sed vehementissime detestantur.

II. Deum deinde Cartesius negat esse ubique ratione essentiæ suæ: tantum ratione potentiæ ponit esse immensum. Tomo I. epistolarum, epist. LXIX. *Hoc* UBIQUE *non admitto. Videris enim hic infinitatem Dei in eo ponere, quod ubique exsistat. Cui opinioni non assentior. Sed puto Deum* RATIONE SUÆ POTENTIÆ UBIQUE ESSE: RATIONE *autem* SUÆ ESSENTIÆ *nullam plane habere relationem ad locum.*

Huic Malebranchius assentitur, in Dialogis de Mataphysica & Religione, tomo 2. pag. 355. *Ce n'est point proprement* DANS L'IMMENSITE' DIVINE *que sont les bienheureuses intelligences.* C'EST DANS LA RAISON DIVINE. *L'immensité divine est le* LIEU DES CORPS; *comme l'Eternité, celui qui correspond au tems, ou qui les renferme tous. Mais la lumiere intelligible, le monde archetype, les idées divines, voila, si je ne me trompe,* LE VRAI LIEU DE NOS ESPRITS. *Car Dieu* NE TOUCHE & NE PENETRE L'ESPRIT, *du moins presentement,* QUE PAR SES DIVINES IDE'ES. Si Deus nimirum non est nisi Id quod est, Id quod verum est, cum nullum sit in universo vacuum, sed sint omnia plena corporibus veris & immensis; sunt ea quidem in immensitate divina, mens autem intellectualis non in essentia Dei ut immense diffusa, sed ut Veritas & Lux est. Est autem hoc profiteri, non esse ubique Deum ratione essentiæ suæ formaliter, sed tantum ratione potentiæ; si quidem Deus Verum est. Verum enim tametsi verum est independenter ab omni loco, tamen in loco non est, nisi quia verum ibi producit. Quare nec ubique est, nisi ubique agit; quod est nusquam esse formaliter per essentiam, sed tantum per potentiam, sive quæ det esse, sive quæ det intelligere. At verum Numen Theologi Catholici, peritiores saltem & cautiores, confitentur essentiæ suæ immensitate præsens adesse totum cuilibet substantiæ corporeæ creatæ, eique veluti coëxtendi.

Cartesii tamen asseclæ, ut cum Catholicis facere videantur, etiam secundum essentiam Deum ubique præsentem adesse subinde prædicant: quoniam videlicet norunt, ubi Deus reipsa non est nisi Ens aut Verum in genere, ne ratione quidem ab essentia ejus posse distingui potentiam. Crassiores interim nihilominus Philosophos appellant eos, qui nullum non locum aiunt a Deo repleri; nullumve esse, cui non suo modo coëxtendatur. Contendunt ipsi e diverso, extensionem illam non substantiæ esse, sed potentiæ. Itaque a Cartesio magistro suo ne transversum quidem, ut dicitur, unguem discedunt.

Inter hos principatum tenet, ut diximus, Antonius le Grand, in Institutione Philosophiæ ante appellata, parte 2. art. 8. *Nonnulli, quos vulgares appello Philosophos, ab ejus præsentia in omni loco immensitatem ejus desumunt: existimantes* DEUM UBIQUE ESSE, QUONIAM NULLUS LOCUS EST, IN QUO PRÆSENS NON SIT, *sive* QUI NON AB EO REPLEATUR. *Sed ii extensionem Deo tribuere videntur, cum Quantum illum esse imaginentur, & sua præsentia spatia omnia occupare. Adeo ut ejus magnitudinem seu potius quantitatem finitam fore arbitrentur, si dari aliquis locus posset, in quo ille præsens non esset,* & MODO SUO NON COEXTENDERETUR. *Sed relicto hoc* CRASSO PHILOSOPHANDI MODO, *dicimus Deum per hoc præcise esse immensum, quod res omnes creatæ ab ipso singulis momentis procreentur, & continuo ejus influxu ad exsistendum indigeant. . . . .* IN QUA CONSERVATIONE *& in rebus singulis præsentia, Dei immensitas consistit. Deus igitur mentibus præsens esse dicitur, quia earum singulis cogitationibus adest, & ad* EARUM *voluntatis determinationes* CONCURRIT. . . . *Iis autem auctoribus assentiri non possum, qui Deum* NON PER ESSENTIAM SUAM, SED PER POTENTIAM, *ubique præsentem esse asserunt:* QUAS *illius potentiam ab illius essentia ceterisque attributis secernerent. . . . Dicendum igitur, Deum per suam essentiam singulis rebus esse præsentem, & in omni loco esse,* IN QUANTUM EA QUÆ CREAVIT, CONTINUO PROCREAT & CONSERVAT. Et parte tertia, art. III. *Quando autem dicitur Deus per totum mundum extendi, non de extensione substantiæ intelligendum est, sed* DE EXTENSIONE POTENTIÆ: *ut sensus sit, Deum posse virtutem suam exercere modo in majorem, modo in minorem rei materialis partem.* Esse quidem Theologos quosdam Catholicos novimus, qui Dei præsentiam nonnisi ex ejus operatione colligant; tamen illi confitentur, si per impossibile (quod fingi cogitatione potest) res aliqua exsisteret, quam Deus nec creasset nec conservaret, nihilominus in illa Deum fore necessario per præsentiam ex vi immensitatis suæ. At in Cartesiana hypothesi ne fingi quidem cogitatione potest res aliqua exsistere Deo non creante & conservante; nihilo certe magis, quam

fingi

fingi cogitatione poteſt res vera eſſe, & ſimul non eſſe ac non perſeverare vera; quod eſſet ſimul eſſe & non eſſe. Unde exigit Carteſius, ut Deus non aliter omnino poſſit eſſe præſens rebus, quam ipſa formaliter operatione; qualiscumque illa etiam operatio eſt; quæ reipſa nihil quam univerſalitas Veri & Entis in genere, eſt, ſupra omne verum & ens ſingulare.

III. Ponit præterea Carteſius, Deum nihil prius cogitare quam velle. Quo quidem ex placito duo alia conſequuntur, ſtulta æque & impia, ſed horum alterum palam iſte docet; nempe eſſentias rerum a Dei voluntate pendere: alterum diſſimulavit ipſe quidem, ne forte a Catholicis, quos dictum illud offendit, lapidibus obrueretur: ſed a Carteſianis ipſum ſecutis quidam ſatis aperte prædicant; mundum videlicet eſſe æternum.

Illius porro primarii placiti, primique ex eo conſectarii, prolixa expoſitio eſt apud Carteſium, in Reſponſione ad ſextas objectiones, pag. 580. *Quantum ad arbitrii libertatem, longe alia ejus ratio in Deo, quam in nobis. Repugnat enim Dei voluntatem non fuiſſe ab æterno indifferentem ad omnia quæ facta ſunt aut umquam fient: quia nullum* BONUM *vel* VERUM, *nullumve credendum vel faciendum vel emittendum fingi poteſt, cujus idea* IN INTELLECTU DIVINO PRIUS FUERIT, QUAM EJUS VOLUNTAS SE DETERMINARIT AD EFFICIENDUM UT ID TALE ESSET. *Neque hic loquor de prioritate temporis; ſed* NE QUIDEM PRIUS FUIT ORDINE, *vel* NATURA, *vel* RATIONE RATIOCINATA, *ut vocant: ita ſcilicet ut iſta Boni idea impulerit Deum ad unum potius quam aliud eligendum. Nempe exempli cauſa,* NON IDEO VOLUIT *mundum creare in tempore,* QUIA VIDIT *melius ſic fore, quam ſi creaſſet ab æterno: nec* VOLUIT TRES ANGULOS TRIANGULI *æquales eſſe duobus rectis, quia cognovit aliter fieri non poſſe; &c. Sed contra,* QUIA VOLUIT *mundum creare in tempore,* IDEO SIC MELIUS EST, *quam ſi creatus fuiſſet ab æterno: Et* QUIA VOLUIT TRES ANGULOS *trianguli* NECESSARIO *æquales eſſe duobus rectis, idcirco* JAM HOC VERUM, *& fieri aliter non poteſt: atque ita de reliquis. Nec obſtat, quod dici poſſit merita ſanctorum eſſe cauſam cur vitam æternam conſequantur: Neque enim ita ejus ſunt cauſa,* UT DEUM *determinent ad aliquid volendum; ſed tantum ſunt cauſa effectus, cujus Deus voluit ab æterno ut cauſa eſſent. Et ita ſumma indifferentia in Deo ſummum eſt* EJUS OMNIPOTENTIÆ ARGUMENTUM. *Sed quantum ad hominem, cum naturam omnis boni & veri jam* A DEO DETERMINATAM *inveniat, nec in aliud ejus voluntas ferri poſſit; evidens eſt ipſum* EO LIBENTIUS, AC PROINDE ETIAM LIBERIUS *bonum & verum amplecti, quo illud clarius videt:* NUMQUAM*que* ESSE INDIFFERENTEM, NISI *quando quidnam ſit melius aut verius ignorat: vel certe quando tam perſpicue non videt, quin de eo poſſit dubitare. Atque ita* LONGE ALIA INDIFFERENTIA *humanæ libertati convenit quam divinæ. Neque hic refert, quod* ESSENTIÆ RERUM *dicantur eſſe indiviſibiles. Nam primo* NULLA ESSENTIA POTEST UNIVOCE DEO & CREATURÆ *convenire. Ac denique* INDIFFERENTIA NON PERTINET AD ESSENTIAM HUMANÆ LIBERTATIS: *cum non modo ſimus liberi, quando ignorantia recti nos reddit indifferentes; ſed maxime etiam, quando clara perceptio ad aliquid proſequendum impellit.*

Et pag. 486. *Attendenti ad Dei* IMMENSITATEM, *manifeſtum eſt nihil omnino eſſe poſſe, quod ab illo non pendeat, non modo nihil ſubſiſtens, ſed etiam nullum ordinem, nullam legem, nullamve rationem veri & boni: alioqui enim, ut paulo antea dicebatur, non fuiſſet* PLANE INDIFFERENS *ad ea creanda quæ creavit. Nam ſi quæ ratio boni, ejus præordinationem anteceſſit, illa ipſum determinaſſet ad id quod optimum eſt faciendum. Sed contra, quia ſe determinavit ad ea quæ jam ſunt facienda, idcirco (ut habetur in Geneſi) ſunt valde bona. Hoc eſt, ratio eorum bonitatis* EX EO PENDET, QUOD VOLUERIT IPSA SIC FACERE. *Nec opus eſt quærere* IN QUONAM GENERE CAUSÆ *iſta bonitas, aliæve tam* MATHEMATICÆ QUAM METAPHYSICÆ VERITATES A DEO DEPENDEANT. *Cum enim cauſarum genera fuerint ab iis enumerata, qui forte ad hanc* CAUSANDI RATIONEM NON ATTENDEBANT: *minime mirum eſſet, ſi nullum ei nomen impoſuiſſent. Sed tamen impoſuerunt. Poteſt enim vocari efficiens: eadem ratione qua rex eſt legis effector; etſi lex ipſa non ſit res phyſice exiſtens; ſed tantum (ut vocant) Ens morale. Nec opus etiam eſt quærere, qua ratione Deus potuiſſet ab æterno facere, ut* NON FUISSET VERUM BIS QUATUOR ESSE OCTO, *&c. Fateor id a nobis intelligi non poſſe. Atqui cum ex alia parte recte intelligam, nihil in ullo genere entis eſſe poſſe, quod* A DEO NON PENDEAT; *& facile illi fuiſſe quædam ita inſtituere, ut a nobis hominibus non intelligatur ipſa poſſe aliter ſe habere quam ſe habent; eſſet a ratione alienum, propter hoc quod nec intelligimus, nec* ADVERTIMUS *a nobis debere intelligi, de eo quod recte intelligimus dubitare. Nec proinde putandum eſt,* ÆTERNAS VERITATES *pendere ab humano intellectu, vel ab aliis rebus exiſtentibus, ſed* A SOLO DEO, *qui ipſas ab æterno, ut ſummus legiſlator, inſtituit.*

Denique, tomo I. epiſt. CXII. ad P. Merſenium: *Quantum attinet ad* VERITATES ÆTERNAS, *dico iterum, quod* SUNT TANTUM VERÆ & POSSIBILES, QUIA DEUS ILLAS VERAS & POSSIBILES COGNOSCIT; *non autem contra veras a Deo cognoſci, quaſi independenter ab illo ſint veræ. Et ſi homines recte intelligerent ſenſum ſuorum verborum, non poſſent unquam dicere* ABSQUE BLASPHEMIA, *quod veritas uniuscujusque rei præcedat cognitionem, quam Deus de ea habet. Nam* IN DEO IDEM EST VELLE & COGNOSCERE. *Ita ex hoc ipſo quod aliquid velit,* IDEO COGNOSCIT; & IDEO TANTUM TALIS RES EST VERA. *Non eſt ergo dicendum,* QUOD SI DEUS NON ESSET, NIHILOMINUS ISTÆ VERITATES ESSENT VERÆ; *Dei enim exiſtentia eſt* VERITATUM OMNIUM POSSIBILIUM PRIMA & *maxime æterna: &* SOLA UNDE RELIQUÆ OMNES PROCEDUNT. Alium Carteſii & Carteſianorum Deum eſſe oportet, ab eo quem Catholici colunt. Nemo enim in Eccleſia voluntati Dei adſcribit veram rerum eſſentiam aut poſſibilitatem: nemo etiam intelligit quomodo ea pendere a voluntate Dei ſui poſſit: ſed futuritionem & exiſtentiam dumtaxat ab ejus nutu ſuſpenſam eſſe novit & credit. At ſi Verum in genere Deus eſt, nulla profecto eſſentia poſſibilis eſt, ni vera ſit; nulla vera, niſi ſit prius Verum in genere, ex quo habere ea fingitur ut vera ſit.

Docet eadem plane Foucherius quidam, defenſor Malebranchii, in Critica Criticæ inſtitutæ adverſus Diſquiſitionem Veritatis, quam Malebranchius edidit. Sic enim ille, pag. 69. *Et dautant que quelques-uns obſcurciſſent cette doctrine, en prétendant que c'eſt comme une verité de foi, de dire que les creatures ſont contenuës dans la puiſſance de Dieu, avant meſme que l'on conçoive qu'il ait voulu les produire; il faut leur répondre, qu'il eſt dangereux de dire, que dans ce premier inſtant, on peut déja parler des creatures, & les regarder dans Dieu ou ailleurs. Au contraire, il faut dire,* qu'ELLES NE SONT CONCEVABLES DANS DIEU, QUE DANS L'INSTANT QU'IL LES PRODUIT ACTUELLEMENT

MENT. *En effet n'y ayant point dans Dieu de puiſſance d'agir* QU'AUTANT QU'IL VEUT, *il faut ſuppoſer ſon decret* LIBRE AVANT *qu'on puiſſe parler d'aucune choſe, puiſqu'*IL NE VOIT QUE CE QU'IL VEUT VOIR. *C'eſt pourquoi c'eſt un diſcours chimerique, de dire que les creatures ſont ou ne ſont pas contenuës dans ſa puiſſance en ce premier inſtant.*

Et pag. 80. *Dieu étant ſouverainement libre & puiſſant, il y auroit du blaſpheme à dire, qu'aucune choſe* HORS DE LUI *poſſedaſt* QUELQUE DEGRE' D'ESTRE OU DE REALITE', QU'IL NE LUI AUROIT POINT DONNE' AVEC INDIFFERENCE. *On croit avoir raiſon de contredire ceux qui enſeignent que* DIEU CONNOIST DES NATURES, DES ESSENCES, DES VERITEZ, DES PROPRIETEZ DES CHOSES, COMME MALGRE' LUI, *&* AVANT QU'IL SE SOIT DETERMINE' *à* LES FAIRE, *& à les connoiſtre.*

Accedit & qui Carteſii mentem penitius introſpexit, Antonius le Grand, libro jam appellato, art. XII. de Dei omnipotentia. *Nullus adhuc hominum qui Deum agnovit, omnipotentem eſſe inficiatus eſt. . . Nonnulli dumtaxat Philoſophorum innatam hanc notionem deſtruunt; qui* RERUM ESSENTIAS *conſiderando,* ÆTERNAS ESSE VOLUNT: *veluti ſeclusa Dei poteſtate* NATURAM QUAMDAM *haberent; quibus certo tempore exiſtentiam tribueret, & actu ente a eſſe efficeret. Unde aiunt nonniſi* POSSIBILIA *a Deo produci poſſe; & nonniſi ad ea quæ talia eſſe imaginamur, virtutem ejus extendi. Sed quoniam Dei majeſtati hæc doctrina derogat, & limitare ejus potentiam videtur.* &c.

Mox pag. 106. *Si quis obſiciat,* RERUM ESSENTIAS *vulgo perhiberi* IMMUTABILES *&* ÆTERNAS: *Reſpondeo, rerum eſſentias tantum immutabiles cenſeri, quatenus definitione exprimuntur & univerſaliter conſiderantur, ut fieri ſuetum eſt in ſcientiis, quarum ſtabilitas ac certitudo firmas definitiones exigit. Sic Mentis definitio, quæ eſt quod ſit Subſtantia cogitans, eadem ſemper eſt & non mutatur, prout in Anglo vel Italo reperitur. . . . Quod vero Æternæ dicantur, ſive quod ſuum eſſe cognitum ab æterno in intellectu divino habuerint, id non in ipſis, ſed in Deo æternitatem arguit: cum* COGNITUM ESSE IN MENTE DIVINA *ſit tantum reſpectu rerum creatarum denominatio extrinſeca, vel (ut quidam volunt) Ens rationis: quandoquidem cogitatio nullam realitatem rebus aſſerat, ſive (quod in ideam incidit) nihil reale rebus intellectis det aut adimat.*

Et Paulo apertius, art. V. *Omnes* ÆTERNÆ VERITATES A DEO SUNT *tamquam* A CAUSA EFFICIENTE *&* TOTALI. *Ille enim cauſa eſt creaturarum non ſolum quoad earum exiſtentiam, ſed etiam quoad earum* ESSENTIAM. . . *Exempli cauſa: Non voluit trianguli tres angulos eſſe æquales duobus rectis, quia vidit aliter fieri non poſſe: ſed e contrario, Quia pro libera ſua voluntate determinavit tres angulos neceſſario eſſe æquales duobus rectis, ideo non fieri potuit ut aliter ſe habeat. In Deo enim idem eſt* VELLE, INTELLIGERE, *&* CREARE: NEC ULLUM ILLORUM EST ALTERO, NE QUIDEM RATIONE, PRIUS. *Quia igitur rem cognoſcit, igitur talis res vera eſt.*

Nec debet dici, Deo per impoſſibile ſublato, non minus illas veritates fore veras. HOC ENIM FALSISSIMUM EST. OMNES ENIM VERITATES A DEI EXSISTENTIA PENDENT; *& ea illarum omnium eſt prima, æterna, & a qua ceteræ omnes dimanant velut a fonte. Neque certe illud difficile conceptu erit,* SI CONSIDERETUR DEUS UT ENS INFINITUM, *æternum, incomprehenſibile &* OMNIS BONI AUCTOR, *& a quo omnia dependentiam habent. In cujus conceptu indubie errant illi, qui putant aliquid eſſe poſſe independenter ab ejus voluntate.*

Dicitur igitur Deus efficiens cauſa omnium rerum non tantum exiſtentium, ſed & poſſibilium; AC OMNIUM VERITATUM QUAS ÆTERNAS *appellamus: ſimili prorſus modo quo Rex effector eſt omnium legum in regno ſuo. Nam omnes illæ Veritates ſunt* NOBIS *ab illo* INGENITÆ; *quemadmodum & Rex inter creaturas faceret, ſi tanta ei eſſet potentia ad inſerendum cordibus ſubditorum ſuas leges & decreta. Si quis opponat Deum in hoc fore Rege inferiorem, qui pro lubitu poteſt eas leges quas condidit deſtruere: quod ſi faceret, illas Veritates amiſſuras eſſe eſſentiam ſuam, ac proinde non fore amplius veras & immutabiles: Respondeo, alio modo de Deo quam de Rege eſſe ſentiendum. Rex leges ſuas mutare poteſt, quia ejus voluntas mutabilis eſt. . . . Dei autem voluntas immutabilis eſt. Perfectio enim in illo eſt, quod modo quam maxime conſtanti & invariabili operetur. . . . Contrarium eſt rationi credere aliquid aliter non poſſe ſe habere, quoniam quomodo id fieri poſſit, non intelligimus... Itaque concludendum eſt,* RERUM ESSENTIAS VERITATESque QUAS MATHEMATICAS *appellamus, a Deo eſſe,* QUIA SIC VOLUIT, *ſic diſpoſuit, ſic juſſit.*

Adde Silvanum Regis in Metaphyſica, cap. IX. pag. 91. ubi negat poſſibilitatem repugnantiamve rerum præcedere Dei voluntatem: aut Deum aliquid noſſe priuſquam id velit: *Je ne croirai pas, comme j'ay fait autrefois, que la poſſibilité & l'*IMPOSSIBILITE' DES CHOSES AIENT PRECEDE' LA VOLONTE' DE DIEU. *Au contraire je ſerai très-perſuadé, qu'*IL N'Y A RIEN DE POSSIBLE NI D'IMPOSSIBLE, QUE CE QUE DIEU A RENDU TEL PAR SA VOLONTE'. *Ainſi je vois bien qu'un certain ordre que j'ay regardé juſqu'ici comme devançant le decret de Dieu, & comme ſervant de regle à ſa conduite, eſt une pure fiction de mon eſprit, & un effet de la mauvaiſe habitude que j'ay contractée à juger de Dieu comme je juge de moi-meſme. Car comme c'eſt en moi une perfection que de conſulter & de ſuivre un certain ordre que je vois dans les choſes, j'eſtime que c'en eſt auſſi une en Dieu: Ne prenant pas garde que je differe de Dieu* EN CE QUE JE SUIS OBLIGE' A SUIVRE L'ORDRE *qu'il a établi, parce que je dépens de lui; & qu'il n'eſt pas obligé à ſe regler par ce meſme ordre, parce que* CET ORDRE N'EST AUTRE CHOSE QUE SA PROPRE VOLONTE'. *Je ne dirai donc pas,* QUE DIEU CONNOIST LES CHOSES AVANT QUE DE LES VOULOIR: QU'IL CONSULTE L'ORDRE AVANT QUE D'AGIR: QU'IL SUIT LA RAISON UNIVERSELLE *&c. parce que ces façons de parler ſignifient des perfections, qui n'étant que reſpectives ne peuvent convenir à Dieu. Ou ſi je le dis, je n'entendrai rien par là, ſi ce n'eſt que Dieu produit ou ne produit pas certains effets,* SUIVANT QU'IL VEUT *ou qu'il ne veut pas les produire; & que ſa volonté n'eſt jamais dépourveuë de connoiſſance.*

Eam ob cauſam idem, cap. VIII. pag. 90. negat Deum omnia intueri in propriis perfectionibus: in ſola voluntate, velut in ſua cauſa, hæc a Deo videri contendit. Stultum eſſe, eſſentiam Dei inſtar ſpeculi fingere, quod creaturas poſſibiles repræſentet, ante decretum divinum, ſeu liberam divinæ voluntatis determinationem; ſiquidem eſſet illud eſſentiam Dei velle pendere ex rebus quas repræſentat, quemadmodum imagines pendent ab archetypis. Ut aliquid igitur a Deo concipi poſſe vere intelligatur, prius cogitandum eſt tale iſtud eſſe etiam quoad eſſentiam, ex voluntate Dei; hoc eſt, tale iſtud eſſe, quia Deus tale id eſſe voluit. *Je ne dirai pas en dernier lieu, que Dieu voit toutes choſes dans ſes propres perfections, mais dans ſa volonté comme dans leur principe. Je ſuis pourtant ſi accoutumé à croire que Dieu voit les creatures en conſiderant les perfections qu'il a qui s'y* RAP-

RAPPORTENT, *que je ne puis presque m'empescher de considerer* SON ESSENCE COMME UN MIROIR, *qui a la proprieté de representer tous les objets qu'on lui met devant. Mais j'abandonne volontiers un* SENTIMENT SI PEU RAISONNABLE: *non seulement parce qu'il n'y a rien en Dieu qui se rapporte aux creatures que* SA VOLONTE'; *mais encore parce que l'essence de Dieu qui est toute parfaite, dépendroit des choses qu'elle representeroit, comme les portraits dépendent de leurs causes exemplaires. Ce qui repugne à la Nature d'un estre parfait. C'est pourquoi quand par une abstraction d'esprit je tasche de considerer Dieu avant la libre determination de sa volonté, je ne comprens pas qu'il voie rien du tout que sa propre essence, comme une source féconde, d'où il pourroit faire sortir,* S'IL LE VOULOIT, *toute sorte de* REALITE' & DE VERITE', *soit celle qui regarde la simple possibilité des choses, soit celle qui regarde leur existence. Mais je ne dois rien considerer de tout cela, comme devançant son decret, ou la libre determination de sa volonté, & comme lui paroissant déja en qualité d'objet* DETERMINE' POSSIBLE. *Je dois penser au contraire, qu'afin qu'une chose soit concevable à Dieu, il est absolument necessaire* QU'ELLE REÇOIVE DE SA VOLONTE' CE DEGRE' DE VERITE' & DE REALITE' QU'ELLE POSSEDE; *parce qu'autrement cette chose* SEROIT INDEPENDANTE *de Dieu: ce qui repugne à la nature d'un* ESTRE PARFAIT.

Denique pag. 224. negat ideirco Deum voluisse ut homo constaret spiritu & corpore, quoniam prius illud viderit ad hominis essentiam pertinere: aut voluisse ut triangulus tribus constaret angulis, qui essent æquales duobus rectis, quoniam vidit sic esse oportere; sed potius sic esse oportere, quoniam sic voluit, nemine cogente; quæ summa est, inquit, Dei indifferentia. *Nous sçavons en premier lieu, que la volonté de Dieu est souverainement indifferente à l'égard de toutes les choses exterieures. De telle sorte qu'il repugne que Dieu connoisse la* BONTE' OU LA VERITE' *de quelque chose,* AVANT QU'IL L'AIT PRODUITE *mediatement ou immediatement par sa volonté. En effet, ce n'est pas pour avoir vû qu'il étoit de l'essence de l'homme qu'il fust composé de corps & d'esprit, que Dieu a voulu qu'il fust ainsi composé. Ce n'est pas aussi pour avoir connu que les trois angles d'un triangle devoient estre égaux à deux droits, qu'il a voulu qu'ils fussent tels. Mais au contraire, parce qu'il a voulu que l'homme fust composé de corps & d'esprit, c'est pour cela qu'il est de l'essence de l'homme d'estre ainsi composé. Et parce qu'il a voulu que les trois angles d'un triangle fussent égaux à deux droits, c'est pour cette seule raison que cela est vrai maintenant, &* QU'IL NE PEUT ESTRE AUTREMENT.

Etiam inter Protestantes Cartesianos Christoph. Wittichius, in Theologia Pacifica, §. cxcix. his plane suffragatur. *Id*, inquit, *satis infert Dei summa perfectio. Summe enim perfectus non foret, nisi ab eo* DEPENDERET OMNIS REALITAS. *Perfectius enim* ENS *illo concipi posset, a quo scilicet omnia omnino dependerent. . . . . Dicendum alias foret, objecta per se suam habere essentiam & naturam, & priora esse, saltem natura, divina voluntate & intellectu, quod absurdum est; neque cum Dei primitate conciliari potest. . Sic sequeretur e contrario divinam voluntatem & intellectum ab illa ipsa dependere, & per consequens Deum esse non omnino independentem.* Et §. cc. Nulla veritas, inquit, *prior est Dei voluntate, nisi* VERUM ALIQUOD, *adeoque* REALE *quoddam Dei voluntatem antecedere velis.*

Maxima, ut apparet, Cartesianorum cum magistro suo consensio est, in adstruendo videlicet omni ope ac vi atheismo, doctrina de attributis divinis ad illam hypothesin accommodata; cujusmodi est quod hic traditur de omnipotentia Dei, & de intellectu ac voluntate ipsius. Sunt enim hæc prorsus incomprehensibilia, prorsus falsa, si de vero Deo accipiantur, quæ super hoc capite ex illorum libris hactenus descripsimus: at e diverso nihil est aut facilius intellectu, aut verius, quam quod his omnibus locis asseritur, si Deus non est nisi Verum & Ens in genere, Id quod est, Id quod est verum, Id quod est semper verum. Ex quo quem Deum Cartesiani agnoscant, promptum est intelligere. Nam quemadmodum essentiæ rerum ut veræ sint a Vero pendent, necesse est pariter confieri easdem a voluntate Veritatis pendere, quæcumque ea voluntas est. Veritas enim, sive Realitas, essentias rerum facit; quandoquidem ne essentiæ quidem sunt, nisi veræ & reales sunt. Sunt autem reales ac veræ a Veritate & Essentia in genere. Ergo si Deus Verum universale & Ens in genere est, a Dei voluntate pendent veritates Mathematicæ omnes ac metaphysicæ: Quamvis non possit, inquit Cartesius, explicari verbis, sive in quo genere causæ illas effecerit, sive num potuerit ab æterno aliter eas constituere, quam nunc sunt; hoc est, num potuerit efficere, exempli gratia, ut essent bis bina quinque. Est hoc reipsa dicere, Deum non esse nisi Verum universale, ex quo vel sub quo sint necessario, & tales necessario sint, quales sunt, essentiæ rerum & veritates omnes. Quamvis ne non libere Deus eas condidisse dicatur, nulla vi extrinseca cogente sic eas ipsum constituisse dicant; eamque summam Dei indifferentiam ac libertatem esse: Quærenti autem, si quidem a Deo essentiæ ac veritates Mathematicæ ac Metaphysicæ pendent, ac num ita hæ pendeant, ac num ita libere has fecerit, ut vel potuerit eas aliter facere, aut nunc eas possit mutare; respondeat Cartesius se nescire. Quo responsionis genere si Peripateticus uteretur, quanto peritior, certior, clarior nova Philosophia diceretur? At nunc quidem apte & suis principiis consentanee respondet. Neque enim certe videre potest in Verbo sive in Deo, hoc est, in Vero, an veritates Metaphysicæ Mathematicæque aliter veræ esse potuerint vel possint, quam nunc in illo Vero & ab ipso sunt veræ.

Negat deinde, quod eodem recidit, in potentia Dei res creatas, sive quantum ad essentiam, sive quantum ad exsistentiam contineri, antequam velit eas sic esse: quia non possunt certe concipi in Vero vel Ente esse, priusquam eas esse in seipso, hoc est, esse veras voluerit decreveritque Ens & Verum, qualiscumque ea voluntas est, & qualecumque istud decretum est; quod reipsa in illa hypothesi nonnisi metaphoricum est, nec aliud est reipsa quam necessitas sic exsistendi.

Ex eo sequitur non posse Deum aliud facere quam quod vult. Alioqui si qua essentia decreta Dei antecederet, cogeretur Deus, inquiunt, vellet nollet, essentias, veritates, proprietatesque, cujusmodi sunt, antequam vellet eas esse, cognoscere: nec proinde liber esset, inquiunt, nec omnipotens.

At hæc effata omnia, ut diximus, vera quidem sunt, si Deus non est nisi Veritas ipsa formalis essentiarum omnium. Nulla enim essentia vera est, priusquam in Veritate sit, nec potest a Veritate cognosci, priusquam ab ipsa ita decernente ac sanciente, sive approbante, habeat ut vera sit. Sed si de vero Deo hæc dicantur, quis Catholicorum neget esse blasphema? Verum quippe Deum affirmant Catholici, prius ratione ratiocinata secundum nostrum ratiocinandi modum, in infinitis Sapientiæ suæ thesauris ea contemplari quæ possit efficere: deinde e numero rerum infinito, quam selegerit cum lubet libere producere: Essentias enimvero rerum esse æternas & immutabiles: exsistentiam dumtaxat ab arbitrio Dei pendere: infinite plus posse eum quam velit efficere: Possibilitatem rerum metaphysicam, ac veri-

veritatem, quippe quæ nihil aliud ſit, quam cohærentia terminorum, recte intelligi potentiæ Dei phyſicæ præire: ſtultum eſſe aſſeverare Deum potuiſſe quidem, & ſimul tamen inenodabile confiteri, quemadmodum potuerit Deus ab æterno facere, ne eſſent bis bina quatuor.

Sunt in Excerptis iſtis tum eadem, quæ hactenus attigimus, particulatim expoſita, tum alia multa cum his connexa, & ipſa æque reprehendenda: ex quibus quæ ad præſens argumentum non attinent, tantum obiter indicabimus: nec ſunt tamen penitus omittenda, quoniam ſunt ea a fide Chriſtiana prorſus abhorrentia. Ejuſmodi eſt,

1. Quod Carteſius dicit, Merita Sanctorum non determinare Deum ad aliquid volendum, ad vitam æternam, exempli gratia, eis retribuendam; ſed tantummodo ea eſſe cauſam effectus illius, cujus Deus voluit ab æterno ut cauſa eſſent. Eſt iſtud autem cum Luthero & Calvino merita Sanctorum prorſus negare: tantum operis meritum, ſive pretium verius, non etiam meritum operantis agnoſcere; & beatitudinem non juſti mercedem, ſed operis prius a Deo poſiti effectum, neceſſario ex eo conſequentem. Quæ doctrina ex hypotheſi Atheïſmi manat; in qua quia Deus non eſt niſi Id quod reipſa eſt, certe nec meritum hominis proprie dictum eſſe poteſt apud Deum; ſiquidem ne Deus quidem ibi eſt, qui ob bonam hominis voluntatem moraliter moveatur, ad mercedem ei retribuendam.

2. Quod aït idem, nullam eſſentiam convenire univoce poſſe Deo & creaturæ. Nam id exinde oritur, quod pro Deo Verum & Ens ſupremum habet, cui nihil eſſe poteſt univocum cum creatura; ſiquidem hæc extra Verum & Ens nihil niſi mera limitatio & negatio & defectus eſt. Præterquam quod ſi quid eis univoce conveniret, eſſet illud Ente ipſo ſupremo ſuperius.

3. Quod Foucherius aït, non concipi poſſe in Deo creaturas, niſi in ipſo inſtanti quo vult eas producere. Et iſtud enim pariter ex Atheïſmo eſt. Si Deus enim non eſt niſi Veritas intelligibilis entium; cum nihil concipi poſſit verum eſſe, niſi Veritas verum id eſſe probaverit, ac voluerit, & fecerit verum; neque eſſentia aliqua, neque exſiſtentia vera eſt, niſi quo inſtanti Deus alterutram approbat, hoc eſt, vult ita eſſe; & alterutrum ei gradum realitatis donat, hoc eſt, ſive eſſentiæ & poſſibilitatis tantum, ſive exſiſtentiæ: quod eſt dare ei ut vera ſit. Ex quo ſequitur, ad hoc ut futura Deus noſſe inligatur, dici oportere, jam omnia quæcumque futura ſunt, etiam liberas noſtras volitiones, determinata eſſe a Deo; atque ab ipſo idcirco cognoſci, quia vult ea eſſe: cum nihil certe vere futurum ſit, quod non a Vero acceperit ut vere ſit futurum. *Quomodo autem*, inquit Antonius le Grand, parte 2. art. XII. pag. 108. *hæc duo concilientur, ut omnes voluntatis actus ab æterno Deus decreverit, & tamen voluntas indeterminata adhuc maneat, fateor a me non ita clare cognoſci.* Et mox: *Clare quoque percipimus omnia a Deo pendere, & nihil a nobis umquam fieri poſſe, quod ab æterno non decretum fuerit aut præordinatum. Quo pacto autem Deus liberas hominum actiones indeterminatas relinquat, inter illa recenſendum eſt, quæ captum noſtrum excedunt, & cui aſſequendo impares ſumus.*

4. Quod aït idem Antonius le Grand, omnes æternas veritates a Deo eſſe tamquam a cauſa efficiente & totali. Sic ſunt certe a Vero univerſali: a Deo vero non ſic ſunt: ſed aliud nihil ſunt præter convenientiam inter ſe aut repugnantiam terminorum ſive idearum, ut diximus.

5. Quod idem addit, in Deo idem eſſe velle, intelligere, & creare. Sane, Verum univerſale ſi quid intelligit, hoc vult eſſe; ſi hominis naturam intelligit, hanc vult eſſe talem, & facit: ſi hominem exſiſtentem concipit, facit illum intelligendo reipſa & vere exſiſtere: aut Verum ipſum fallitur, & verum non eſt. At de Deo vero id nonniſi impie & hæretice dicitur.

6. Quod rurſum addit idem, omnes veritates a Dei exſiſtentia pendere, ſi quidem Deus eſt Ens infinitum. Certe ſi Deus non eſt niſi Res in genere, Res infinita, vel potius Res indefinite, & Verum aut Reale in genere; *le Vrai, le Réel de toutes choſes*, a Dei exſiſtentia pendent veritates Metaphyſicæ, ac Morales, ſiquidem ipſæ ſunt Res, & Res veræ quædam, atque adeo pendent ab exſiſtentia Veri & Rei, qui Deus Atheorum eſt. Neque intereſt, utrum a Dei exſiſtentia pendere dicantur, an a voluntate. At quo ſenſu Athei Ens infinitum, Ens perfectum, Rem perfectiſſimam Deum vocent, Catholici negent, ſæpe ſuperius diximus.

7. Quod aït Silvanus Regis, voluntatem Dei ipſam eſſe cujusque rei naturam. Nam hoc eſt ſimiliter dicere, ſi Deus non eſt niſi Veritas & Realitas entium, (ut & iſte cenſet) eſſentias rerum tales eſſe, & veritates Mathematicas ipſas veras eſſe idcirco, quia Veritas poſcit ac vult ut ſic ſint; aliter enim nec reales nec veras fore.

Hic ſciſcitari lubet a Carteſianis & Malebranchianis, a Philoſophia ac Theologia vetere, ſive (ut loqui malunt) a Peripateticismo cur diſcedant. Amore ac ſtudio veri inquirendi, inquiunt. At verum illud, quod ſe inveniſſe gloriantur, Atheorum hypotheſi, qualem explicuimus, manifeſte favet; Peripateticismus, quem ſic appellant, cum vera de Deo & Catholica Theologia manifeſte congruit. Cur ergo hunc iſti Peripateticismum aſpernantur, ut Carteſismum ſuſcipiant & Malebranchismum, qui Atheïsmo favet, niſi Religionis deſerendæ, ac (ſi fieri poteſt) peſſumdandæ ſtudio?

Alterum, ut diximus, conſectarium non auſus eſt palam Carteſius profiteri: ſed cum illud ex placitis antea poſitis, & ex ipſomet principio illo, quo ponitur Deus aliud nihil eſſe niſi Verum, neceſſe ſit conſequi; haud falſa criminatio eſt, qua æternitatis univerſi, æque atque immenſitatis, aſſertor fuiſſe dicitur. Univerſi dico, non mundi, vel materiæ. Neque enim parcunt iſti æquivocationibus, ut fallant homines in religionis negotio, dum eas ſe odiſſe clamant, ſcilicet ne ipſi in uſu communi vitæ fallantur. Mundum hunc, quem vorticem unum univerſi, non ipſum univerſum eſſe exiſtimant, fatentur creatum eſſe in tempore, nec potuiſſe omnino ab æterno creari. Num alii extra iſtum ſint, inter ipſos controverſum eſt: alii aiunt, qui de Mundorum pluralitate nuper ſcripſerunt: alii vero negant, quibus ſatis eſt affirmare, decerptam ex infinite extenſo corpore quo conſtat univerſum, partem quæ materia hujus mundi eſſet, nec ullis finibus univerſum circumſcribi, quod conſtet ex mundo hoc aſpectabili & corpore ultra cælos extimos infinite vel indefinite protenſo.

Materiam ſimiliter hujus mundi illam ſæpenumero indefinite extenſi corporis portionem appellant, quæ formas diverſas induit, quas in hac aſpectabili univerſitate conſpicimus: ac proinde finitam materiam, finitumque mundum confitentur, ſed non propterea univerſum finitum.

Denique ut fucum legentibus faciant, ante mundum conditum Deum exſtitiſſe dicunt, hunc feciſſe corpora, hunc prius fuiſſe, quam eſſet quidquam creatum. Ubi prioritatem ſolummodo rationis volunt intelligi, quia prius oportet concipi Veritatem, veluti normam faciendi operis, quam ex ea quidquam procedere boni rectique noſcamus. Prius eſſentias facit, ut volunt, quam res faciat exſiſtere.

Hoc ſenſu Carteſius, parte 2. Principiorum Philoſophiæ, num. XXXVI. dixit, *Deum eſſe primariam motus cauſam: & eamdem ſemper motus quantitatem in univerſo conſervare. Motus natura*, inquit, *ſic animad-*

madverſa, conſiderare oportet ejus cauſam, eamque duplicem: Primo ſcilicet UNIVERSALEM *& primariam, quæ eſt* CAUSA GENERALIS *omnium motuum qui ſunt in mundo: ac deinde particularem, qua fit, ut ſingulæ materiæ partes motus quos prius non habuerunt acquirant. Et generalem quod attinet, manifeſtum mihi videtur, illam non aliam eſſe, quam Deum ipſum, qui* MATERIAM SIMUL CUM MOTU & QUIETE IN PRINCIPIO CREAVIT; *jamque per ſolum ſuum* CONCURSUM *ordinarium, tantumdem motus & quietis in ea tota quantum tunc poſuit conſervat.* Hic tria Carteſius ponit a Chriſtiana fide abhorrentia.

Primum eſt, non aliam materiæ quam motus in ea creationem fuiſſe; ſed in eo tantum poſitam eam fuiſſe, quod ex univerſo portio vere ſelecta eſt, quæ materia mundi idcirco fieri diceretur & eſſet, quoniam motu ei impreſſo, quo ſecaretur in partes, formas indueret, quas vidimus, diverſas. Ex quo non ſequitur, alio ſenſu Creatorem eſſe materiæ Deum, quam quia verum eſt eam vere exſiſtere, factamque eſſe motu illo idoneam ad recipiendas formas: eſt enim in illa hypotheſi Deus, Id quod eſt, Id quod verum eſt.

Alterum eſt, Motorem materiæ verius intelligi in ea hypotheſi Deum, quam Creatorem: motorem vero qui ſolummodo dicit, nullam veri Numinis ideam ingerere: nec motus principium extra materiam illam poni, niſi verbo tenus, cum reapſe in ipſa ſit; neque extra eſſe dicatur, niſi quia concipi Verum, a quo eſt motus omnis verus, & ipſamet corporis & motus eſſentia, abſque ullius motus & corporis exſiſtentia poteſt. Hoc illud eſt quod Malebranchius pro defenſione Carteſii aïebat, ut ſuperius vidimus, pag. 53. *Il eſt ridicule de dire que Mr. Deſcartes a cru que le monde ſe ſoit pu former de lui-meſme: puiſqu'il a reconnu, comme tous ceux qui ſuivent les lumieres de la raiſon, qu'aucun corps ne peut meſme ſe remuër par ſes propres forces; & que toutes les loix immuables de la communication des mouvemens ne ſont que des ſuites des volontez immuables de Dieu, qui agit ſans ceſſe d'une meſme maniere. . . Si les Athées peuvent ſoutenir, comme les Païens, que la matiere ſoit increée, ils ne peuvent pas de meſme ſoutenir qu'elle ait jamais eſté capable de ſe mouvoir par ſes propres forces. Ainſi les Athées ſeroient du moins obligés de reconnoiſtre le veritable moteur, s'ils ne vouloient pas reconnoiſtre le veritable Createur.*

Tertium quod hic Carteſius adſtruit, eamdem ſemper quantitatem motus in univerſo conſervari, eo ſpectat, ut fato fieri omnia adſtruat, & ex cauſarum motuumque neceſſaria inter ſe connexione: ut nimirum ſic Deo ſuo præſcientiam ſive ſcientiam aſſerat rerum futurarum, quæ nihil aliud in ea hypotheſi poteſt eſſe, quam ipſarum neceſſaria & vera futuritio.

Sic ut fucum faciant imperitis prius Deum exſtitiſſe aïunt, quam hunc mundum conderet. Malebranchius in Diſquiſitione Veritatis, pag. 198. *Il eſt indubitable, qu'il n'y avoit que Dieu ſeul avant que le monde fuſt creé, & qu'il n'a pu le produire ſans connoiſſance & ſans idée.* Et pag. 545. *Dieu renferme en ſoi les corps d'une maniere intelligible. Il voit leurs* ESSENCES *ou* LEURS IDE'ES DANS SA SAGESSE, *& leur exiſtence dans ſon amour ou dans ſes volontez. Il eſt neceſſaire de le dire ainſi,* PUISQUE DIEU A FAIT LES CORPS, & QU'IL CONNOIT CE QU'IL A FAIT, AVANT MESME QU'IL Y EUST RIEN DE FAIT. *Sed* prioritatem ſolius rationis ratiocinantis agnoſcit, & ſecundum dici; quoniam ſic neceſſe eſt, inquit, loqui & profiteri, ſiquidem Deum ſive Naturam agnoſcimus ſciſſe quid faceret, priusquam id facere moliretur. Noſſe enim prius oportet, ſecundum noſtrum concipiendi modum, eſſentiam rei alicujus, quam dare ei exiſtentiam.

Ita Silvanus Regis in Metaphyſica, pag. 110. & 111. admonet eas voces, *prius*, & *ante*, cum ante mundum exſtitiſſe Deus dicitur, vel priusquam conderet mundum nihil exſtitiſſe, de ſola prioritate naturæ, dependentiaque effectus a cauſa, qualis eſt ſolem inter & lucem, ignemque & calorem, accipiendas eſſe. Eam ob rem iſte corpora conſiderat, ſive in ſe præciſe & abſolute, & Entia tunc ea ſubſtantialia nuncupat; ſive ut ſunt entia talia; hoc eſt, modificata materies; & hæc appellat entia modalia. Entia igitur ſubſtantialia, hoc eſt, materiam præciſe commenſurari tempore negat; id eſſe peculiare ac proprium entium modalium aſſeverat; quoniam ea dumtaxat & incipiunt eſſe, & deſinunt. Neque tamen æternam dici vult materiam, quoniam æternitas ſit Dei propria, quippe conjuncta cum independentia: Perpetuam dici oportere, quoniam a Deo nihilominus tamquam a cauſa efficiente; quamvis ab æterno creata ſit. Materiam itaque, ſive ſubſtantias, ſive entia ſubſtantialia præciſe, nec poſſe dici creata in tempore, nec prius potuiſſe creari quam creata ſunt; ſiquidem tempus omne, quod eſt in comparatione durationis motus ſolaris cum aliarum rerum duratione poſitum, & eſt denominatio tantum extrinſeca, petita ab homine qui comparat, ſubſtantiarum in ſe abſolute conſideratarum & materiæ exſiſtentiam præſupponit. Sic enim ille pag. 108. *Suivant ce principe le mouvement du Soleil & la durée des choſes modales ſeront comme la matiere de la quantité du tems: & la comparaiſon que l'eſprit fera de l'un & de l'autre en ſera comme la forme. D'où il s'enſuit, que la quantité formelle du tems ne ſera rien de réel dans les choſes qui durent: mais un ſimple mode ou rapport exterieur, qui dépendra principalement de l'eſprit qui compare la durée des Eſtres modaux avec quelque partie du mouvement du Soleil. Je dis la durée des Eſtres Modaux, & non pas des* ESTRES SUBSTANTIELS: *pour donner à entendre, que le tems, ſelon noſtre maniere de concevoir, ne convient qu'aux eſtres modaux. Car comme* IL N'Y A QUE LES MODES, *qui a parler proprement* COMMENCENT & CESSENT D'ESTRE; CE N'EST QUE DES MODES *auſſi qu'on deſire ſçavoir combien ils ont duré.*

Or ſi le tems ne convient pas à la durée des ſubſtances créées, il convient bien moins encore à la durée de Dieu. . . . . C'eſt pourquoi pour marquer cette difference, je nommerai ETERNITE' *la durée de Dieu: J'appellerai* PERPETUITE' *la durée des ſubſtances créées: & je reſerverai le nom de Tems à la durée des Eſtres modaux. Ainſi l'Eternité de Dieu ſera la durée d'une ſubſtance* INDEPENDANTE & *incapable de changer d'eſtre ou de maniere d'eſtre.* LA PERPETUITE' *ſera la durée des ſubſtances, qui ſont dépendantes & capables de changer, ſinon d'eſtre, au moins de maniere d'eſtre. Et enfin le* TEMS *ſera la durée des eſtres modaux, qui ſont dépendans & capables de changer d'eſtre & de maniere d'eſtre.*

Suivant ces definitions, je ne dirai pas en premier lieu, que LE MONDE SOIT ETERNEL. *Car ſi par le Monde j'entens l'aſſemblage de tous les Eſtres modaux, il vient d'eſtre prouvé que le Monde eſt Temporel.* Pag. 109. *Et ſi par le mot de Monde, j'entens les ſubſtances créées, je ne puis pas non plus dire, que le Monde ſoit Eternel, parce que* LES SUBSTANCES CRE'E'ES NE SONT QUE PERPETUELLES. *Et il ne ſert de rien de dire, que* LES SUBSTANCES CRE'E'ES DOIVENT ESTRE E'TERNELLES PARCE QUE L'ACTION PAR LAQUELLE DIEU LES A CRE'E'ES EST TELLE. *Car il ſuffit qu'elles ſoient dépendantes & capables de changement, pour ne pouvoir prétendre au titre d'Eternelles. Je ne dirai pas en ſecond lieu, que les ſubſtances que Dieu a créées ayent pu eſtre produi-*

tes

tes plustoſt ou plus tard, devant ou aprés; parce que tous ces termes ſignifient des parties du tems: Et je ſçay trés-certainement que l'exiſtence du tems PRESUPPOSE CELLE DES SUBSTANCES.

Pag. 110. *De plus, parce qu'il y a des choſes qui ſont quelque tems avant que d'agir, & qu'il y en a d'autres qui agiſſent en meme-tems qu'elles ſont; pour marquer cette difference, je dirai que les premieres précedent leurs effets d'une priorité de tems: & que les dernieres les précedent d'une ſimple priorité de nature. D'où il s'enſuit que la priorité de nature ne ſignifiera rien autre choſe, que la dépendance d'un effet de ſa cauſe. Suivant ce principe, je ne dirai pas* QUE DIEU E'TOIT DEVANT QUE DE CRE'ER LES SUBSTANCES: *parce que le mot* devant *ſignifie une circonſtance de tems, qui ne peut avoir precedé l'exiſtence des ſubſtances.* OU SI JE LE DIS, *j'entendrai par le mot devant, non une anteriorité de tems, mais une ſimple anteriorité de nature; telle qui ſe trouve entre le Soleil & la lumiere, le feu & la chaleur, & en general entre toutes les cauſes & leurs effets.*

Lelevelius in vera & falſa Metaphyſica, pag. 78. hunc eo nomine ſuggillat his verbis: *Le public lui demande l'explication de ces propoſitions*, quas Silvanus Regis nimirum in Reſponſione ad D. Huetium protulit, pag. 266. & 267. „ *Que le monde n'a* „ *pas eſté créé du néant, ſi ce n'eſt en ce ſens, que* „ *le monde dépend de Dieu comme de ſa cauſe efficien-* „ *te; & que Dieu n'a eu beſoin pour le produire du* „ *ſecours d'aucune creature. . . . . Que bien que la* „ *matiere ne ſoit pas créée du néant, il ne s'enſuit* „ *pas qu'elle ſoit égale à Dieu, ni qu'elle ſoit éter-* „ *nelle.* Id vero recte ac nullo negotio intelligimus, ſi Deus non eſt niſi Verum & Reale in genere, *le Vrai & le Réel de toutes choſes.* Nam in ea hypotheſi, pendet Materia quidem a Realitate vera; nec aliter ex nihilo eſt, quam quia ex vera Realitate manat ac pendet; nec poteſt eſſe Vero ac Reali univerſali par.

Eam ob rem Carteſius, qui veram creationem nusquam adſtruit, (neque enim poteſt ſalva ſua hypotheſi) motu illo materiæ ſemel impreſſo, momento uno totum mundum fuiſſe conditum tradit, non (ut ſacræ litteræ produnt) ſpatio ſex dierum. Teſtis Malebranchius, pag. 404. libri de Disquiſitione Veritatis: *M. Deſcartes a penſé que Dieu avoit* FORME' *le monde tout d'un coup.* Et Antonius le Grand, parte III. art. VII. *Mundum* PRIMO SUÆ CREATIONIS MOMENTO FUISSE PERFECTUM, *& non temporum viciſſitudine incrementum accepiſſe.* Itaque motorem materiæ dumtaxat Deum Carteſius facit: id quod nullam ſat dignam Deo ideam Dei ingenerat: formationem ac perfectionem univerſi legibus deinde immutabilibus mechanicæ tribuit.

Creatum vero idem Le Grand negat a Carteſiana ſchola ſic accipi, quemadmodum a Catholicis ſolet; pro eo nimirum quod eſt productum ex nihilo, quod præexſtitiſſe mens humana poteſt cogitare. Creatum definit, id quod a ſolo Deo, (hoc eſt, ab Ente & Vero, quem unum Deum norunt,) accipit ut ſit, & verum ſit: ſive, Cujus exſiſtentiam non neceſſario involvit eſſentia. Quæ definitio cum æternitate univerſi, vel corporis ex quo materia mundi facta eſt, nulla ratione pugnat. Sic ille, parte 2. art. XIII. *Recepta eſt in ſcholis hæc definitio: Creatio eſt productio rei ex nihilo. Quæ absque omni ſcrupulo admitti poteſt, ſi per* NIHIL, *omnis realitatis negationem intelligant: non autem aliquid imaginarium, quod ſibi fingunt, ex quo omnia quæ producuntur pullulare exiſtimant. Nam nonnulli illud* NIHIL *tamquam materiam quamdam concipiunt, quam in ſpatio imaginario recondi arbitrantur, & ex qua res proficiſcuntur & effluunt.* Catholicos Philoſophos irridet, quibus falſam affingit ſententiam: cum nihil reipſa dicant, niſi fingi animo poſſe & oportere nihilum rei & ſubjecti ante creationem. Pergit ille: *Quare ne videar illorum errori patrocinari, ad tollendam omnem ambiguitatem, melius definiendam eſſe cenſeo: Eſſe operationem, qua ab efficiente res producuntur, nulla alia præter ipſum cauſa concurrente. Adeo ut res creata eſſe intelligatur. Quæ* PRÆTER DEUM, (hoc eſt, præter Verum) *nullam aliam cauſam ad exſiſtendum requirit. Unde fit, ut modi & accidentia non creentur, cum illa a ſubſtantia quoque dependeant, & extra illam nullo modo concipi poſſint. . . .* CREATUM *igitur illud cenſetur, cujus natura ſeu eſſentia clare intelligi non poteſt abſque eſſentia.* Ea definitione poſita, perſpicuum eſt, tametſi materia ipſa hujus mundi æterna, vel ut Silvano Regis magis placuit, perpetua ſit, nihilominus creatam dici eam oportere; tum quia eſt verum ens a ſolo Deo, hoc eſt, a ſolo Vero univerſali dependens; tum quia ejus eſſentia nullam neceſſariam cum exſiſtentia connexionem habet.

IV. Quarta Carteſii de Deo hæreſis eſt, quæ negat Deum feciſſe mundum hunc aſpectabilem propter hominem. Sane ſi Deus non eſt niſi Reale & Verum univerſale, finem aliquem extra ſe ſibi propoſuiſſe Deus in agendo dici omnino non poteſt; ſed hunc ſolummodo, ut entia & vera faceret: Nec magis propter hominem conditus fuiſſe a Deo Sol exiſtimandus eſt, quam homo propter Solem: Ac ne condidiſſe quidem hominem Deus jure cenſebitur eo fine, ut ab homine laudaretur; quoniam id ſuperbiam arrogantiamque ſapiat: Denique eatenus dumtaxat facta dici poſſe omnia propter hominem, quod apta ſunt ea quibus homo poſſit uti, quod in iis contemplandis poſſit ingenium exercere, quod poſſit denique hac pia credulitate ad laudem ſummi Entis accendi. Quæ quidem ſi de vero Numine jactantur, hæretica, ſummæ illius bonitati injuria, & impia ſunt. Atqui ſic Carteſius, tomo 2. epiſtolarum, pag. 135. *Et encore qu'il ſoit vrai en morale, eu égard à nous autres hommes, que toutes choſes ont eſté faites pour la gloire de Dieu, à cauſe que les hommes ſont obligez de loüer Dieu pour tous ſes ouvrages; & qu'on puiſſe auſſi dire, que* LE SOLEIL A ESTE' FAIT POUR NOUS E'CLAIRER, POUR CE QUE *nous experimentons que le ſoleil en effet nous éclaire: Ce ſeroit toutefois* UNE CHOSE PUERILE & ABSURDE, *d'aſſurer* EN METAPHYSIQUE, *que Dieu à la façon d'*UN HOMME SUPERBE, *n'auroit point eu* D'AUTRE FIN EN BATISSANT LE MONDE, *que celle d'eſtre* LOUE' PAR LES HOMMES: *& qu'il n'auroit créé le ſoleil, qui eſt pluſieurs fois plus grand que la Terre,* A AUTRE DESSEIN QUE D'ECLAIRER L'HOMME, *qui n'en occupe qu'une trés petite partie.*

Parte prima Principiorum Philoſophiæ, num. XXVIII. *Ita denique nullas unquam rationes circa res naturales* A FINE *quem* DEUS AUT NATURA *in iis faciendis ſibi propoſuit, deſumemus: quia non tantum nobis debemus arrogare, ut ejus conſiliorum participes eſſe putemus.* Modeſtiam ſimulat, ne finem, quem diximus, propoſuiſſe ſibi Deum in hujus univerſi molitione cogatur affirmare vel negare.

Similiter parte tertia, num. 2. *Etiam caveamus, ne nimis ſuperbe de nobis ipſis ſentiamus. Quod fieret, non modo ſi quos limites nobis nulla cognitos ratione, nec divina revelatione, mundo vellemus affingere. . . . Sed etiam maxime, ſi res omnes* PROPTER NOS SOLOS AB ILLO CREATAS ESSE FINGEREMUS: *vel tantum, ſi fines quos ſibi propoſuit in creando univerſo ingenii noſtri vi comprehendi poſſe putaremus.* Num. 3. *Quamvis enim in Ethicis* SIT PIUM *dicere, omnia* A DEO PROPTER NOS FACTA ESSE, *ut nempe tanto magis ad agendas ei gratias impellamur, ejusque amore incendamur: ac quamvis etiam*

SUO

SUO SENSU *sit verum, quatenus scilicet rebus omnibus uti possumus aliquo modo,* SALTEM *ad ingenium nostrum in iis considerandis exercendum, Deumque ob admiranda ejus opera suspiciendum: Nequaquam tamen est verisimile,* SIC OMNIA PROPTER NOS FACTA ESSE, UT NULLUS ALIUS SIT EORUM USUS. *Essetque plane ridiculum & ineptum id* IN PHYSICA *consideratione supponere: quia non dubitamus quin multa existant, vel olim exstiterint, jamque esse desierint, quæ numquam ab ullo homine visa sunt aut intellecta, numquamque ullum usum ei præbuerunt.*

Cartesium, præter alios istius sectæ assecias, sequitur ac describit Antonius le Grand, Institut. Philos. parte III. art. XV. *Non deerunt,* inquit, *qui dicent solem, exempli causa, ad nos illuminandum esse factum: Mentem nostram, ut illum consideret: Immo totum hoc universum* HOMINIS CAUSA *esse conditum: Cum videamus omnia quæ in illo sunt, ad illum peculiari modo referri; ac proinde fines Dei non minus quam alias causas posse a nobis cognosci. Respondeo, quidquid sibi fingant,* NON NISI CONJECTURIS *possunt quidquam de Dei fine statuere. Nam* INSULSUM EST *imaginari,* AD NIHIL ALIUD SOLEM QUAM AD NOS *illuminandos fuisse creatum, stellas nostri causa fuisse in firmamento positas; atque omnia astra lucem emittere aut pati in utilitatem aut delectationem nostram: Cum simus minima pars terræ, ac sol totam terram magnitudine excedat toties. Quis nescit multa jam in orbe exstitisse, & quondam exstitisse, quæ numquam ab homine visa sunt, aut in illius cognitionem pervenerint? Nulla enim ratione naturali assequi possumus, quod supra rationem est.*

Catholici dicunt e contrario, compertum sibi esse ex divina revelatione finem, propter quem Deus hunc mundum condiderit; nec alio scilicet spectasse Deum in eo condendo, quam ut hominis utilitati ac delectationi serviret. Hoc enim Moses aperte prædicat, cum toties dicit, Gen. cap. I. *Et vidit Deus quod esset bonum:* hoc est, alendo, erudiendo, vel oblectando homini utile.

V. Nihilo minus hæreticum & impium est, quod Cartesiani dicunt, Deum non esse indifferentem ad agendum, sed ex se determinatum necessario, ut agat. Eatenus dumtaxat indifferentem fuisse, quod & essentiæ ipsæ rerum tales omnino nunc sunt, quales ipse esse initio voluit; nec ulla vi exterius cogente adductus est ut ageret. Objectum istud olim Cartesio est, inter sextas objectiones, pag. 558. a Theologo: *Numquid vides te Dei libertatem destruere, a qua tollis indifferentiam, dum creat mundum hunc potius, quam alium, aut nullum, condit: Cum sit tamen de fide Deum ab æterno fuisse indifferentem ut conderet unum, vel innumeros, vel etiam nullum. . . . Quapropter non minus includitur indifferentia in divini quam in humani arbitrii libertate.* Cui objectioni nihil aliud Cartesius respondet, quam quod supra diximus, pag. 209. indifferentem dici eatenus Deum, quod essentias ipsas rerum quales voluit ipse constituit: cetero non univoce convenire Deo & homini indifferentiam. Et tomo 2. epistolarum, epist. LIV. ad P. Mersennum, pag. 294. *Pour ce que j'ay écrit, que l'Indifference est plutost un défaut qu'une perfection de la liberté en nous, il ne s'enfuit pas de là que ce soit le mesme en Dieu. Et toutefois je ne sache point qu'il soit* de fide, *de croire qu'il est* INDIFFERENT. *Et je me promets que* LE PERE GIBIEUF *défendra bien ma cause en ce point là: Car je n'ay rien écrit* QUI NE S'ACCORDE AVEC CE QU'IL A MIS DANS SON LIVRE De Libertate. Patronum adhibet hominem e suo grege.

Cartesium, ut solet, sequitur κατὰ πόδας Silvanus Regis, in Metaphysica; ubi negat aperte Dei voluntatem esse posse indifferentem ad aliquid: quoniam, inquit, perfectius est decrevisse statim quid agas, quam veluti animi pendere; quod idem ait esse atque esse indifferentem. Tamen idem postea Deum ut quam maxime indifferentem ponit esse, Cartesiano intellectu; quoniam scilicet & essentiæ rerum tales nunc sunt, quales ipse voluit esse: nec ulla vi extrinsecus cogente adductus est ad agendum: Ceterum agere ipsum NECESSARIO, idque ex vi naturæ suæ. Priorem hujus responsionis partem jam superius num. III. descripsimus, pag. 213. Nunc alteram dumtaxat ipsius verbis repræsentamus. *Nous sçavons en second lieu, que bien que Dieu soit absolument independant de tous les estres créés, & que par consequent il ne puisse estre determiné à agir* PAR AUCUNE CAUSE EXTERIEURE, *il ne laisse pas néanmoins d'estre* TRES-DETERMINE' A AGIR PAR LUI-MESME. *Car comme Dieu est un Estre simple &* TRES-NECESSAIRE, *il ne peut avoir rien de soi ni en soi qui* SOIT INDIFFERENT *ou* INDETERMINE'. *Dont la raison est, que l'indifference ou l'indetermination suppose de la dépendance: & que la dépendance est un défaut, qui ne peut compatir avec la nature d'un Estre parfait. Nous sçavons en troisiéme lieu, que quand Dieu agit par sa volonté,* BIEN QU'IL AGISSE NECESSAIREMENT; *il agit néanmoins de telle sorte,* QU'IL NE SENT AUCUNE FORCE EXTERIEURE, QUI LE CONTRAIGNE A AGIR. *Car en effet d'où viendroit cette force, puisqu'il a esté prouvé que l'action de la volonté de Dieu précede non seulement l'existence, mais encore* LA POSSIBILITE' DE TOUS LES ESTRES? *Ces trois veritez étant supposées, on peut donner une idée fort exacte de la Liberté de Dieu, en disant, Qu'elle consiste dans la proprieté que* DIEU A D'AGIR AU DEHORS SANS CONTRAINTE, *& avec une indifference telle, qu'il ne peut estre determiné à agir par aucune cause exterieure; quoi qu'*IL SOIT TRES-DETERMINE' A AGIR PAR LUI-MESME & PAR SA PROPRE NATURE. . . . . *Je dis. . . . . que Dieu agit avec une telle indifference, qu'il ne peut estre determiné à agir par aucune cause exterieure; pour faire connoistre, que l'indifference qui se trouve dans la Liberté de Dieu, est entierement differente de celle qui se rencontre dans la liberté des hommes.*

Denique pag. 90. *Je ne dirai pas en troisiéme lieu, que la volonté de Dieu* PUISSE ESTRE INDIFFERENTE *à l'égard de quelque chose. Car comme la determination de la volonté de Dieu est une perfection, si Dieu cessoit d'estre determiné, il cesseroit d'estre parfait: ce qui répugne.*

Atqui hæc omnia sane de Deo necesse est profiteri, si Deus non est nisi Essentia essentiarum omnium, aut Verum universale. Postulat enim hæc hypothesis, ut quæcumque illa Dei actio esse intelligatur, determinata ac necessaria ponatur esse ad rerum omne & omne ens producendum; eademque eatenus dumtaxat indifferens, quod nec ipsæ rerum essentiæ id esse quod sunt omnino potuerunt, nisi istud a Deo, hoc est, ab Ente & Vero acciperent; neque tamen ut hoc illis impertiret, ulla vi cogente exterius adduci adigive potuerit. At de vero Numine hæc jactari, ecquis Deum reveritus non indignetur?

VI. Par scelus est, quod Cartesiana schola Deum negat aut posse facere vacuum, aut partem aliquam materiæ annihilare, aut novum mundum efficere, præter istum. Ac de Ente quidem entium, de Ente in genere, ac de Eo quod est, verissime ista produntur. Quomodo enim Ens & Res & Id quod est, id quod nihil est exhibere, aut ubi jam entia sunt possit nova condere? Nam & mundum, uti postea dicemus, Cartesius infinitum ponit, & penetrationem corporum impossibilem. At verum Numen nihil horum posse nonnisi impie ac blaspheme dici, Catholici omnes consentiunt.

Quid autem Cartesius de vacuo? Parte secunda Principiorum, num. XVI. *Vacuum autem Philosophico more sumptum, hoc est, in quo nulla plane sit substan-*

ſtantia, DARI NON POSSE *manifeſtum eſt, ex eo quod extenſio ſpatii vel loci interni non differat ab extenſione corporis. Nam cum ex hoc ſolo, quod corpus ſit extenſum in longum, latum, & profundum, recte concludimus illud eſſe ſubſtantiam: quia omnino repugnat ut nihili ſit aliqua extenſio. Idem etiam de ſpatio quod vacuum ſupponitur, eſt concludendum: quod nempe cum in eo ſit extenſio, neceſſario etiam in ipſo ſit ſubſtantia.*

Et num. XVIII. *Adeo ut non magis repugnet nos concipere montem ſine valle, quam intelligere iſtam cavitatem abſque extenſione in ea contenta, vel hanc extenſionem abſque ſubſtantia quæ ſit extenſa: quia (ut ſæpe dictum eſt) nihili nulla poteſt eſſe extenſio. Ac proinde ſi quæratur, Quid fiet,* SI DEUS *auferat omne corpus quod in aliquo vaſe continetur, & nullum aliud in ablati locum venire permittat? Reſpondendum eſt, vaſis latera ſibi invicem hoc ipſo fore contigua Cum enim inter duo corpora nihil interjacet, neceſſe eſt ut ſe mutuo tangant: ac manifeſte repugnat ut diſtent, ſive ut inter ipſa ſit diſtantia, & tamen ut iſta diſtantia ſit nihil: quia omnis diſtantia eſt modus extenſionis; & ideo ſine ſubſtantia eſſe non poteſt.*

Quid deinde Silvanus Regis? In Metaphyſica, pag. 105. ut alia loca prætermittam: *Cette autre partie, . . . que je nomme les eſpaces imaginaires, non parce qu'elle eſt vuide, (parce qu'il ſera prouvé que* LE VUIDE EST IMPOSSIBLE, *non ſeulement d'une impoſſibilité naturelle, mais encore d'une impoſſibilité abſolue:) mais parce que les ſens n'y font rien appercevoir, & que je n'y reconnois* QUE LE CORPS, OU LA SUBSTANCE ETENDUE, *ſans aucune diſtinction de parties.*

Conſentit & Antonius le Grand, Inſtit. Philoſ. parte IV. art. VII. *Quia cum ſpatium*, inquit, *non aliquid ſit a corpore diſtinctum, immo corpora omnia ſuum ſecum ſpatium adferant & tollant, neceſſum eſt corpus eſſe, ubicumque ſpatium invenitur.* At prima ac præcipua hujus placiti ratio eſt, petita ex notione Dei, qualem impia ſchola agnoſcit. Quod non poſſit nimirum Ens entium ſive Realitas cauſare nihilum, quale Vacuum eſt. Cui rationi veluti primariæ, alia nihilo minus abſurda placita ejusdem ſectæ ſuffragantur.

2. Inde etiam ad nihilum poſſe quidquam a Deo rediqi negat Malebranchius: negat animo etiam concipi ſubſtantiæ annihilationem poſſe. In Dialogis de Metaphyſica & Religione, tomo 2. pag 289. *Un bon Philoſophe doit-il craindre ce qui eſt naturellement impoſſible, &* MESME CE QUI EST INCONCEVABLE, TEL QU'EST L'ANEANTISSEMENT DES SUBSTANCES?

Negat & Silvanus Regis, in Metaphyſica, pag. 90. *Je ne puis pas concevoir que Dieu, ſans changer de façon d'agir,* PUISSE DE'TRUIRE LES SUBSTANCES QU'IL A PRODUITES, *à cauſe qu'il les veut immediatement: & que s'il les détruiſoit, ſon action tendroit directement* AU NEANT: CE QUI EST IMPOSSIBLE.

Eadem ratiocinatione utitur Malebranchius, iterum propterea hic appellandus, in Meditationibus Chriſtianis, pag. 67. *Un corps exiſte, parce que Dieu veut qu'il ſoit: Il continue d'eſtre parce que Dieu continuë de vouloir qu'il ſoit:* & SI DIEU CESSOIT *ſeulement de vouloir que ce corps fuſt, dés ce moment il ne ſeroit plus. . . . . Afin que* DIEU PUST ANEANTIR CE CORPS, *il faudroit que* DIEU PUST ANEANTIR CE CORPS, *il faudroit que* DIEU PUST VOULOIR QUE CE CORPS NE FUST POINT. *Il faudroit que Dieu fuſt capable d'avoir une volonté,* DONT LE NEANT SEROIT LE TERME. *Or le neant n'a rien de bon, ni rien d'aimable. Dieu ne peut donc l'aimer* OU LE VOULOIR D'UNE VOLONTE' POSITIVE. *Dieu peut* ANEANTIR SON OUVRAGE, *parce qu'il peut ceſſer de vouloir que* CET OUVRAGE *ſubſiſte. Car les volontez de Dieu, quoi qu'éternelles & immuables,* NE SONT POINT NECESSAIRES. *Elles ſont arbitraires* A L'EGARD DES ESTRES CRE'E'S. LE MONDE N'EST POINT UNE EMANATION NECESSAIRE *de la Divinité. Dieu peut d'une volonté éternelle & immuable le créer pour un tems. Mais* DIEU NE PEUT AVOIR UNE VOLONTE' POSITIVE & PRATIQUE *de le détruire. Il ne peut point agir pour ne rien faire. Son action ne peut tendre* AU NEANT. *Cela eſt clair.* Certe Ens entium, ſive τὸ εἶναι, & Id quod eſt, velle aut diligere τὸ μὴ εἶναι cujusquam rei, ſive Id quod non eſt; aut tendere ad τὸ μὴ εἶναι, ad Id quod non eſt, omnino non poteſt. Deſtruere opus ſuum poteſt, hoc eſt, mundum hunc ipſum quem motu materiæ impreſſo formavit, ſi nempe ab æterno decrevit ad tempus ſolummodo hunc conſervare. Materiam ſive corpus extenſum præciſe annihilare, hoc eſt, velle ut corpus aliquod, vel pars aliqua materiæ amplius non ſit, non poteſt. Quomodo enim Ens faceret aliquid eſſe non ens? aut quomodo Realitas faceret aliquam rem non eſſe rem?

Pari fraude Antonius le Grand, Inſtit. Philoſoph. parte 2. cap. XII. in nihilum prolapſura eſſe creata omnia dicit, ſi Deus a concurſu ſuo ceſſaret. Ubi *creata* vocat, non materiam ex qua ſunt omnia, quam concurſu non putat egere; ſed opera (ut Malebranchius) quæ ſunt ex materia illa initio formata, ac proinde mundum etiam ipſum, quem ex nihilo ſui formatum eſſe ultro concedit; & antequam formaretur, nihil tale fuiſſe; & in ſimile nihilum recaſurum eſſe, ſi deſineret conſervari, hoc eſt, ſi deſineret eſſe qualis nunc eſt. *Non ſolum*, inquit, *rerum creatarum Deus eſt principium ſecundum fieri, ſed etiam ſecundum eſſe. Unde fit ut continuo influxu eas conſervet. Et* SI A CONCURSU SUO CESSARET, *haud dubium eſt, quin omnia quæ produxit, in nihilum eſſent dilapſura: quia* ANTEQUAM CREATA ESSENT, *& concurſum ſuum illis præberet,* NIHIL ERANT. Hæc ſunt quæ entia modalia Silvanus Regis appellat, ut vidimus; quæ ex Deo, hoc eſt, ex Ente in genere non neceſſario emanare dicunt, quoniam non habet illorum exiſtentia neceſſariam connexionem ſive cum Ente in genere, ſive cum ipſa eorum eſſentia vel idea. Hanc enim cauſam affert Malebranchius, in Reſponſione ad Arnaldum, de veris & falſis ideis, pag. 327. *Le monde n'eſt point une* EMANATION *neceſſaire de la divinité: il dépend des decrets divins, fort libres à cet égard, & fort* INDIFFERENS. L'EXISTENCE DU MONDE N'EST POINT *neceſſairement* ENFERME'E DANS L'IDE'E DE L'ESTRE INFINIMENT PARFAIT. Idque etiam repetit in Dialogis de Metaphyſica & Religione, tomo I. pag. 211.

3. Denique non poſſe Deum ſive plures mundos, ſive alium unum omnino præter iſtum condere, Carteſius perſpicue prodidit, parte 2. Principiorum Philoſophiæ, num. XXII. quoniam unum omnino corpus eſſe poteſt extenſum, quod jam omnia ſpatia, etiam imaginabilia occupat ſi Carteſio fides, ut poſtea dicemus. *Hinc que etiam*, inquit, *colligi facile poteſt, non aliam eſſe materiam cæli quam terræ: atque adeo* SI MUNDI ESSENT INFINITI, *non poſſe non illos omnes ex una & eadem materia conſtare:* NEC PROINDE PLURES, SED UNUM TANTUM ESSE POSSE: QUIA *perſpicue intelligimus, illam materiam, cujus natura in eo ſolo conſiſtit, quod ſit ſubſtantia extenſa, omnia omnino ſpatia* IMAGINABILIA, *in quibus alii iſti mundi eſſe deberent, jam occupare; nec ullius alterius materiæ ideam in nobis reperimus.*

Similiter Antonius le Grand, Inſtit. Philoſ. parte IV. art. I. *Implicat* PLURES MUNDOS ESSE, &c. *Ut omnis autem diſputationis via occludatur, dicimus hunc*

hunc mundum NULLOS MAGNITUDINIS SUÆ LIMITES HABERE. *Quia cum omne ſpatium ſit aliquid extenſum, & extenſio haberi non poſſit abſque corpore, dicendum eſt nihil a nobis ultra cœlos poſſe concipi quod non reale ſit. Et ſic* ALIUM MUNDUM PRÆTER HUNC ESSE NON POSSE.

Similis prorſus huic blaſphemiæ illa eſt, qua negant iidem, poſſe Deum novam materiam creare uſpiam; cauſas enim hujus dicti profert easdem ac ceteri, Antonius le Grand, Inſtit. Philoſ. parte IV. art. V. *Materia omnium Philoſophorum ſuffragio, generationis & corruptionis expers eſt: ac proinde exiſtimandum eſt, eamdem ſemper ejus portionem remanere. Nam pone* NOVAM MATERIÆ PARTEM IN MUNDUM INTRUDI; *quo ſe recipiet, cum Vacuum non detur, &* CORPORUM PENETRATIO IMPLICET? . . . . *Ad infinitam enim Dei potentiam ſpectat, ut modo maxime conſtanti operetur, & quod ſemel produxit, ſine diminutione aut augmento manuteneat & conſervet. . . . . Per primam materiam intelligitur* CORPUS *univerſe conſideratum, prout in conceptu ſuo tres dimenſiones includit, ſive prout dicit eſſe extenſum. . . . . Talisque materia non generationi & corruptioni eſt obnoxia: adeoque neque crescere neque minui poteſt; ſed ſolum diverſimode modificari, & varias formas aſſumere.*

Eadem de materiæ motu huic homini, & ipſi Carteſio, ut ſuperius vidimus, pag. 215. atque adeo toti ſcholæ Carteſianorum, ratiocinatio eſt. Negat ei motui, quem ſtatim materiæ Deus impreſſit, hoc eſt, quem reipſa materia undecumque accepit, nunc aliquid adjici ulla vi poſſe, aut exinde poſſe quidquam imminui. *Par eſt de motu ratio*, pergit ille ibidem. *Cum rerum conſervatio nihil aliud ſit, quam producta & repetita creatio, ſtatuendum eſt, Deum eſſe ejusdem motus conſervatorem, quam in primo rerum exordio in mundo poſuit. . . . . Exiſtimamus eamdem ſemper motus menſuram in Orbe univerſo reperiri; quamvis aliquæ ejus partes, nunc motum, nunc quietem patiantur, . . . Tam conſtantis in orbe motus ſolus Deus poteſt eſſe auctor: non. . . . materia quæ movetur, cum ſit mere paſſiva, & ſolum in extenſione conſiſtat. Inſtabilitatis enim Deus argui poſſet, ſi ſicut certam ac determinatam materiæ quantitatem in univerſo conſervat, tantumdem tranſlationis, quam in eo primo momento poſuit, non eodem concurſu tueretur ac cuſtodiret.* VIRTUS *ergo* ILLA QUÆ MATERIÆ PARTES AGITAT, NIHIL ALIUD EST NISI IPSE DEUS, *qui natura ſua ſapientiſſimus ac potentiſſimus* MODO MAXIME CONSTANTI *operatur: ac proinde ex ejus parte* VIS ILLA MINUI AUT ACCRESCERE NON POTEST, *licet ad diverſa corpora applicata, diſtribui ac dividi videatur. Atque ita una & eadem ſemper in natura rerum perſeverat; quamvis, inquam, in diverſis ſubjectis varietur. . . . Et ſicuti* EJUS LIBERTAS *in multiplici ac varia rerum productione elucet: ita æterna ejus* IMMUTABILITAS *in ejusdem motus & quietis materiæ conſervatione demonſtratur.* Eſt hoc autem ſatis aperte profiteri, non alium a Carteſianis Deum agnoſci, niſi vim illam quæ materiæ partes agitat, hoc eſt, niſi motus ipſius ab occulto calore producti leges immutabiles, ac neceſſarias, ſecundum mechanicæ regulas. Ex quo ſequitur, Deum Carteſianorum non poſſe aut aliter aut plura facere quam facit. Quomodo enim leges eæ mutari poſſent, aut mutare quidpiam, ſi ſunt ipſæ neceſſariæ & immutabiles? At verus Deus, quem Catholici colunt, absque ulla ſui mutatione & plures mundos, & alia innumera, & omnia aliter efficere poteſt quam facit.

Carteſio tamen ſuccenſet ſuper ea re (quod mirere) Carteſianus ipſe, Malebranchii defenſor Lelevelius, in libro inſcripto, De vera & falſa Metaphyſica, pag. 81. & 82. Carteſium, inquam, ille increpat, qui negarit, poſſe Deum alios fabricari mundos. Hominem videlicet ſimplicem & minus acutum, qui non viderit, poſſe id quoque concedi Catholicis: non quod novo orbi condendo ſpatium, quod imaginarium appellamus, ſive negativum, aliquod exitet: ſed quoniam mundis numero plurimis exhauriri non poſſit quidquid perfectionis in Ente in genere, in Vero, in Eo quod eſt, continetur. *Dieu peut créer mille & mille mondes plus grands & plus grands que celui que nous habitons*: NON PAS QU'IL Y AIT DES ESPACES POUR LES CRE'ER; CAR IL N'Y A POINT D'ESPACE SANS MATIERE: (*un eſprit attentif n'en doutera jamais:*) MAIS PARCE QUE QUELQUE NOMBRE DE MONDES QU'IL CRE'E, IL NE PEUT E'PUISER L'IDE'E SUR LAQUELLE IL FORME TOUS LES CORPS.

VII. Affinis, ut patet, huic errori, nec propterea ab iſto ſejungendus error alter eſt, quo ponitur, mundum eſſe infinitum, hoc eſt, carere limitibus, ſive infinite extenſum eſſe. Ita enim diſerte affirmantem Carteſium proxime audivimus, cum diceret, perſpicue ſe intelligere, materiam omnia jam ſpatia etiam *imaginabilia* occupare. Atque ita ſane neceſſe eſt eſſe, ſi Deus non eſt, qui materiæ quam crearet limites pro arbitratu ſtatueret. Ens enimvero in genere, ſi Deus eſt, & ubique eſt, (ut neceſſe eſt ubique Deum eſſe;) nusquam poteſt eſſe otioſum. Neque refert an infinitus mundus dicatur, an indefinitus: cum eatenus ſolum hæc duo inter ſe diſcrepare Carteſiani velint, quod *infinitum* id ſolum dici poteſt, quod limites in omni genere perfectionis nullos habet: *indefinitum*, quod in aliquo ſolum genere habet. Quæ diſtinctio ad homines ludificandos excogitata eſt; neque negat reipſa, ſed potius affirmat infinitam materiæ extenſionem eſſe.

Carteſio ſimulanti hæſitare ſe, tomo I. epiſt. 68. *An ſint ſimpliciter infinita, nec ne, profiteor me neſcire:* Morus ibidem reponit; *Haud tamen latere te poteſt, quin ſint vel ſimpliciter infinita, vel revera finita: quamvis utrum horum ſint, tam facile ſtatuere non poſſis. Quod autem vortices tui non diſrumpantur & ſatiſcant, non obſcurum videatur judicium,* MUNDUM REVERA ESSE INFINITUM. . . . *Qui autem Deum poſitive infinitum agnoſcit, id eſt,* UBIQUE *exiſtentem, quod tu merito facis, non video, ſi liberæ rationi promittatur quod hæſitet, quin continuo etiam admittat* NULLIBI OTIOSUM; *ſed eodem jure eademque facilitate, qua hanc noſtram, ubi nos degimus, vel quousque oculi animusque noſter pervadit, materiam ubique produxiſſe.*

Carteſius rurſum tomo 2. epiſtolarum; pag. 283. *Mundus fortaſſe limitibus caret* RATIONE EXTENSIONIS, *ſed non ratione potentiæ, intelligentiæ &c. Et ſic non omni ex parte limitibus caret.* Cum ſcriberet idem iterum ad P. Merſenne, epiſt. CV. intelligebat ipſe cum ſua hypotheſi conjunctam eſſe hanc hæreſim: quam nihilominus tueri decreverit, niſi ſcriptum aliquod in eam ſententiam anathema exſtare diceretur. *Je vous prie de me mander, s'il n'y a rien de déterminé en la Foi, touchant l'étenduë du monde, ſavoir s'il eſt fini,* OU PLUTOST INFINI: *& ſi tout ce qu'on appelle Eſpaces imaginaires ſont des corps créez & veritables. Car encore que je n'euſſe pas envie de mouvoir cette queſtion, je crois toutefois qu'il faudra malgré moi que je la prouve.*

Sic Principiorum Philoſophiæ parte I. num. XXVII. INDEFINITA *dicemus potius quàm infinita: tum ut nomen infiniti ſoli Deo reſervemus: quia in eo ſolo omni ex parte non modo nullos limites agnoſcimus; ſed etiam poſitive nullos eſſe intelligimus. Tum etiam, quia non eodem modo poſitive intelligimus, alias res aliqua ex parte limitibus carere; ſed negative tantum eorum limites,* SI QUOS HABENT, *inveniri a nobis non poſſe confitemur.* Et parte ſecunda, num. XXI. *Cognoſcimus præterea* HUNC MUNDUM, SIVE SUBS-

TANTIÆ CORPOREÆ UNIVERSITATEM, NULLOS EXTENSIONIS SUÆ FINES HABERE. *Utcumque enim fines illos esse fingamus, semper ultra ipsos aliqua spatia* INDEFINITE EXTENSA, *non modo imaginamur, sed etiam* VERE IMAGINABILIA, *hoc est,* REALIA *esse percipimus: ac proinde etiam substantiam corpoream indefinite extensam in iis contineri. Quia, ut jam fuse ostensum est, idea ejus extensionis, quam in spatio qualicumque concipimus, eadem plane est cum idea substantiæ corporeæ.* Denique in Responsione ad primas objectiones, pag. 148. *Et quidem hic distinguo inter* INDEFINITUM *&* INFINITUM: *Illudque tantum proprie infinitum appello, in quo nulla ex parte limites inveniuntur: quo sensu solus Deus est infinitus. Illa autem in quibus* SUB ALIQUA TANTUM RATIONE *finem non agnosco, ut extensio spatii imaginarii, multitudo numerorum, divisibilitas partium quantitatis, & similia; indefinita quidem appello, non autem* INFINITA, QUIA NON OMNI EX PARTE FINE CARENT. Vera causa excogitati discriminis indefinitum inter & infinitum, hæc est: quod si infinitus mundus diceretur, ut est reipsa in Cartesiana hypothesi, duæ forent substantiæ infinitæ, Deus & mundus: Id vero Catholici ferre non possunt. Itaque satius visum est mundum dicere indefinitum: Nomine infiniti soli Deo, ut ait Cartesius, reservato.

E. Cartesianis autem itidem statuit Antonius le Grand, Instit. Philos. parte IV. art. 1. *Ut omnis autem disputationis via occludatur, dicimus hunc* MUNDUM NULLOS MAGNITUDINIS SUÆ LIMITES HABERE. *Quia cum omne spatium sit aliquid extensum, & extensio haberi non possit absque corpore, dicendum est nihil a nobis ultra cælos posse concipi quod non reale sit. Et sic alium* MUNDUM PRÆTER HUNC ESSE NON POSSE. *Non tamen inde bene inferretur* MUNDUM ESSE INFINITUM; *sed tantum esse* INDEFINITE EXTENSUM: *in quantum scilicet non tantam extensionem in mundo imaginari possumus, quin adhuc majorem in spatiis illis intelligamus, cum* OMNIA SPATIA IMAGINABILIA SIVE SUBSTANTIA CORPOREA OCCUPET.

Dices: si mundus indefinitus est, hoc est, si nullum imaginari possumus extensionis terminum, dici debet INFINITUS: *cum infinitum sit quod fine caret. Respondeo* 1°. *Omnes admittunt in continuo partes indefinitas: adeo ut impossibile sit ad ultimam ne quidem cogitatione pervenire: Et tamen nullus adhuc asseruit continuum esse infinitum. Ita quamvis extensionem in mundo admittamus,* CUJUS FINEM IMAGINARI NON POSSUMUS, *non tamen ideo infinitus est existimandus.* (Atqui non aliter, reponet tibi aliquis, Deus est aut intelligitur infinitus, quam quia finem ejus imaginari non possumus.) *Respondeo* 2°. *magna est differentia inter* INFINITUM *&* INDEFINITUM. *Asserere enim non possumus aliquid esse infinitum, nisi rationem habeamus qua demonstremus ita se habere. Quod de Deo solo ostendi potest. Ut vero asseramus aliquid esse indefinitum, nobis sufficit, si nullum argumentum habeamus, quo manifestetur esse finitum. Quod de mundo probari non potest, immo neque intelligi ullos esse terminos materiæ* EX QUA MUNDUS COMPONITUR: *cum quodcumque extra cælum imaginentur, semper ibi concipiamus* SPATIUM EXTENSUM, *& habere longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quæ corpus constituunt.*

Et articulo tertio: *Nonnulli statuunt mundum figura globosa circumscribi, & uno æquali circuitu ita circumvolvi, ut ab ejus centro ad peripheriam ductæ lineæ sint æquales. Ad id asserendum potissimum inducuntur, quod sphærica figura omnium perfectissima sit, & maxime corporis cui adhæret conservativa . . . . Suam opinionem Aristotelis auctoritate fulciunt. . . . Cum igitur nullos extensionis* SIVE MATERIÆ *fines imaginari possimus, quin ultra illos alia spatia, quæ immediate illos sequantur, concipiamus: asserendum est orbem universum esse* INDEFINITE EXTENSUM, *& nulla figura aut termino* POSSE *circumscribi. Et licet tantum non arrogemus, ut credamus mentem nostram esse Veritatis mensuram, dicimus tamen eorum debere esse mensuram, quæ affirmamus vel negamus. Absurdum enim est de re quacumque ferre sententiam, cujus naturam attingi a nobis non posse cognoscimus. Quare non veremur indefinitam mundi extensionem asserere, quoniam in illo nullos limites agnoscimus.*

Docet eadem Silvanus Regis, in Metaphysica, pag. 105. jam citata: *Cette autre partie . . . . . que je nomme les Espaces imaginaires, non parce qu'elle est vuide, (parce qu'il sera prouvé que* LE VUIDE EST IMPOSSIBLE, *non seulement d'une impossibilité naturelle, mais encore d'une impossibilité absoluë:) mais parce que les sens n'y font rien appercevoir, & que je n'y reconnois que* LE CORPS OU LA SUBSTANCE E'TENDUE *sans aucune distinction de parties.* Ceteros nunc omittimus.

Nihilo sanior Lelevelii, similiumque, opinio est, qui finitum quidem esse mundum asseverant, sed spatia esse vera negant extra mundum, in quibus alii præter istum creari a Deo mundi possint. Hoc est enim dicere, posse quidem Deum mundos creare plures & plures, quia in Ente & Vero in genere infinita entia & vera continentur: non posse tamen creari mundos plures & plures, quoniam ubi crearentur, locus non est. Locum enim ubi materia jam nunc non sit, esse non posse. Totam igitur materiam hoc mundo comprehendi; hanc sub corporis extensi nomine æternam esse, etsi non coæternam Deo, siquidem ab Eo quod est dependentem, & durationi obnoxiam; materiam autem mundi tunc cœptam appellari, cum motum accepit. Quæ omnia quis non videt molliorem atheïsmum esse, sed tamen atheïsmum.

VIII. Inter cetera de Deo perversa dogmata, quæ ex Cartesianis principiis fluunt, non est illud sane postremum, quod iste scholam suam docuit; Deum solum omnia efficere; nec ullam proprie vim aut efficientiam esse causarum secundarum, sed Dei totam. *Le grand principe de Mr. Descartes,* inquit Lelevelius in defensione Malebranchii, pag. 79. *c'est que* DIEU FAIT TOUT, *& qu'il ne partage en aucune maniere* LA PUISSANCE RE'ELLE *avec ses creatures.* Cartesius ipse, parte prima Principiorum Philosophiæ, num. XXIV. *Jam vero quia* DEUS SOLUS OMNIUM *quæ sunt aut esse possunt* VERA EST CAUSA. Malebranchii in Disquisitione Veritatis, pag. 389. prolixam super ea re disputationem superius descripsimus, pag. 52. & sequentibus: ubi asserit is etiam implicare, ut mens humana brachii motum vere efficiat: nec magis a Deo posse vel homini vel Angelo vim movendi corpora, quam omnipotentiam suam, aut potestatem creandi, conferri.

Scilicet si Deus non est nisi Ens entium & Realitas eorum in genere, quidquid est activæ virtutis in ente creato, realis cum ea sit, & a Realitate proinde, ipsiusque Realitatis in genere veluti applicatio quædam; necesse est profecto hanc Deum esse, & a Deo solo, hoc est, ab Ente & Realitate produci quidquid Realitatis in effectu est. Itaque erunt causæ secundæ sive instrumenta dumtaxat virtutis divinæ; sive (ut mavult Malebranchius appellare) occasionales causæ: At non eædem veri nominis causæ, eo quod solius Entis sit dare esse: nec referri possit quodcumque est nisi ad Realitatem, quod & Ens entium est: atque adeo solus Deus vera causa sit. Sic omnis etiam idea seu cogitatio initium habet a conatu seu desiderio voluntatis, cupientis quiddam cogitare, admonita ab aliqua re creata, a sono horolo-

rologii exempli causa. Ad occasionem autem conatus illius sive desiderii, talis idea seu modificatio in intellectu habet esse; ergo a solo Deo, hoc est, ab Ente, a quo solo potest esse, & ad quod solum potest referri quidquid est. Quamobrem & conatum illum desideriumque occasione sonantis horologii Deus ipse solus in nobis efficit.

Malebranchius, in Disquisitione Veritatis, pag. 585. *Nous connoissons par sentiment interieur, que* NOUS VOULONS PENSER *à quelque chose, que nous faisons effort pour cela; & que dans le moment de nostre* DESIR *&* de nostre EFFORT *l'idée de cette chose se presente à nostre esprit. Mais nous ne connoissons point par sentiment interieur, que nostre volonté ou nostre effort produise nostre idée. Nous ne voions point par la raison que cela se puisse faire. C'est par préjugé que nous croions que nos desirs sont causes de nos idées C'est que nous éprouvons cent fois le jour qu'elles les suivent ou qu'elles les accompagnent. Comme Dieu & ses operations n'ont rien de sensible, & que nous ne sentons point d'autre chose qui precede la presence des idées que nos desirs; nous ne pensons point qu'il puisse y avoir d'autre cause de ces idées que nos desirs. Mais prenons y garde. Nous ne voions point en nous de force pour les produire: la raison ni le sentiment interieur que nous avons de nous-mesmes, ne nous disent rien sur cela.* Ex præjudicata, inquit, opinione fit; ut quoniam hoc post hoc vel cum hoc esse seu fieri animadvertimus; propterea hoc ex hoc sequi arbitrentur: hoc est, quoniam desiderantibus nobis aliquid cogitare, statim se menti objicit ejus rei idea, idcirco istius ideæ effectores nos ipsos esse censemus: sed falso. Si est vel fit in mente idea, a Deo solo fit & est: nam quidquid est, ab Ente solo habet ut sit, a Vero, a Realitate.

Idem, pag. 488. *Quand j'ay dit que la volonté commande à l'entendement de lui presenter quelque objet particulier, j'ay prétendu seulement dire, que l'ame qui veut considerer avec attention cet objet, s'en approche parce que ce desir en consequence* DES VOLONTEZ EFFICACES DE DIEU, QUI SONT LES LOIX INVIOLABLES DE LA NATURE, *est la cause de la presence & de la clarté de l'idée qui represente cet objet.* Natura, inquit, sive leges naturæ immutabiles, quæ sunt leges motuum necessariæ secundum mechanicæ regulas, eæ voluntas efficax Dei, eæ Dei ipsa essentia sunt. Deus proinde effector etiam cogitationum nostrarum, non nostra voluntas aut intellectus est: sed Deus, inquam, solus hanc ideam creat, mens vero percipit. Ergo reliquæ pariter causæ creatæ omnes nullam habent proprie dictam efficientiam; siquidem nullæ dant esse simpliciter alicui rei vel modo cuipiam existenti. Primum esse, inquam, rei vel modi cujuslibet est ab Ente solo: ergo a solo Deo. Si primum esse daret causa creata aliqua, jam Deus ipsa foret. Deum enim, hoc est, Ens esse oportet, a quo sit esse seu τὸ εἶναι, tum substantiæ, tum cujuslibet modificationis.

Cartesianorum ista ratiocinatio est. At Catholici, qui verum Numen agnoscunt, hi ipsum aiunt virtutis suæ quiddam rebus creatis impertire, ut certos & sibi congenitos effectus producant. Sic igni vim urendi contulit, quem, quando Deus voluit, *virtutis suæ oblitum* esse scriptor sacer prodidit, Sap. XVI, 22. Sic terræ herbam viventem, aquis reptile animæ viventis producendi vim dedit, Gen. I. & ceteris similiter rebus creatis, quæ sunt agendi vi præditæ. Quæ sacrarum litterarum testimonia, cum Malebranchius in Disquisitione Veritatis, pag. 586. prolata dicit esse secundum receptum in vulgo usum loquendi, familiari hæreticis atheisque effugio utitur.

Cartesium de more sequitur Silvanus Regis in Metaphysica, pag. 125. *Quand je considere. . . . que le corps & l'esprit n'agissent l'un sur l'autre, que* PAR L'ACTION MESME DE DIEU, *je suis obligé de reconnoistre, que* LES CAUSES SECONDES N'ONT POINT DE CAUSALITE' PROPRE; *& que tout ce qu'elles peuvent contribuer à la production des effets, c'est d'estre comme* LES INSTRUMENS *dont Dieu se sert pour modifier l'action par laquelle il produit ces effets.* Et pag. 124. *Or est-il que* LES CAUSES SECONDES N'AGISSENT *que par la vertu de la cause premiere,* QUI EST DIEU: *& Dieu n'agit que par sa volonté. Donc les mouvemens du corps n'agissent sur l'ame que* PAR LA VOLONTE' *de* DIEU; *entant qu'il a resolu de produire certaines pensées dans l'ame toutes les fois que les objets exterieurs causeront certains mouvemens dans le corps. Ce que je dis du corps à l'égard des pensées de l'ame, se doit entendre reciproquement des pensées de l'ame à l'égard de quelques mouvemens du corps. . . . . Et il ne sert à rien de dire, que si le corps & l'esprit n'agissent l'un sur l'autre que* PAR LA VERTU DE DIEU, C'EST DIEU QUI FAIT TOUT; *& que le corps & l'esprit ne sont point de veritables causes. Car je sçais par experience, que si le corps n'avoit certains mouvemens, l'ame n'auroit jamais certaines pensées; & que si l'ame n'avoit certaines pensées, le corps n'auroit jamais certains mouvemens:* CE QUI SUFFIT. . . . *pour n'obliger d'attribuer au corps les façons de penser de l'ame; & à l'ame les façons de se mouvoir du corps, comme* A DE VERITABLES CAUSES SECONDES. Veras esse causas non dicit, sed veras esse causas secundas; hoc est, inferioris notæ & ordinis; siquidem, ut ipse præmonuit, instrumentales tantum; & ut hoc loco subindicat, conditiones sine quibus effectus non fieret. Malebranchius, ut vidimus, causas occasionales & naturales appellat; veras esse causas efficientes negat.

IX. Hinc est quod & concurrere proprie Deum negant cum causis secundis. Nam si causalitas omnis, eo quod entitas & realitas est, tota Entis est, soliusque Entis; non concurrere dicendus est Deus, siquidem Ens in genere Deus est, cum ente creato: quippe cum τὸ εἶναι non possit esse nisi totum ab Ente, ac proinde a Deo, cum sit Ens Deus, & Id omne quod est: creatura autem, præter realitatem, nihil entis habeat aut dicat, nec proinde efficiendi vim ullam; sed limitationem dumtaxat, qua modificat actionem Entis. Concurrere autem proprie non dicuntur, nisi causæ illæ quæ sunt pariter efficientes. At quæ causa altera possit cum Ente dare esse?

Sic intellexit Silvanus Regis, in Metaphysica, pag. 215. ubi concurrendi vocem fingit esse ambiguam. Concurrere Deum negat dici posse, si vox illa proprie accipitur, ut significat agentia duo unum effectum producentia efficienter. Dici nihilominus ait ita posse, si sententia sit, Deum efficere per se assensum voluntatis, præviis tamen ideis quibus voluntas ad assensum determinatur, quas idem ipse quoque Deus efficit. Sic enim cum voluntate, inquit, Deus concurrit. Pag. 213. *Que les idées de l'entendement sont les causes secondes des determinations de la volonté.* Et pag. 214. *Que Dieu en est la cause premiere. C'est pourquoi quand j'affure que le Tout est plus grand que sa partie,* C'EST DIEU QUI FAIT QUE J'ASSURE CETTE VERITE' *plutost qu'une autre. Mais il le fait non par lui-mesme immediatement, mais par les idées du Tout & de la Partie, qui sont en moi. . . . . Cependant comme l'on a coutume de rapporter les effets aux causes secondes, parce qu'elles sont plus immediates; je ne dirai pas que Dieu produit le consentement que je donne à ces propositions, Le tout est plus grand que sa partie: Pierre merite la mort parce qu'il a tué un homme. . . Je dirai au contraire que ce consentement depend immedia-*

mediatement comme de ſa veritable cauſe des idées qui ſont dans l'entendement. Pollicetur ſe cum vulgo locuturum eſſe, ſed alio longe, quam vulgus, ſenſu.

Et pag. 215. *Nous ne dirons pas non plus que Dieu* CONCOURT AVEC LA VOLONTE' *quand elle ſe determine; au moins* SI LE MOT DE CONCOURIR EST PRIS A LA RIGUEUR, *entant qu'il ſuppoſe* DEUX ACTIONS SEPARE'ES, *qui contribuent à la production d'un mesme effet. Car nous ſommes aſſurez qu'il* N'Y A POINT DANS LA VOLONTE' D'ACTION QUI SOIT SEPARE'E DE CELLE DE DIEU: *ayant eſté prouvé que Dieu eſt la cauſe efficiente premiere* DE TOUT CE QU'IL Y A DE RE'EL *&* DE POSITIF *dans la volonté. Mais ſi par le mot* concourir *on veut entendre ſeulement, que Dieu agit dans la volonté comme cauſe efficiente premiere, & que les idées de l'entendement y agiſſent comme* CAUSES EFFICIENTES SECONDES; *nous tombons d'accord qu'en ce ſens-là Dieu concourt avec la volonté.* Quid cauſæ efficientis ſecundæ nomine iſte veterator intelligat, proxime obſervavimus. Quantum autem ab hac Philoſophia diſtet Chriſtiana, vel me tacente nemo non videt.

Objectum id olim Carteſio fuit, ipſomet ita referente, in epiſtola LIV. tomi 2. pag. 294. crimen vero dum præciſe inficiatur, ſuſpicionem merito facit, ne concurſum Dei dumtaxat, qualem ipſius alumnus proxime appellatus, admiſerit. *Je n'ay point dit en aucun lieu, que Dieu ne concourt pas immediatement* A TOUTES CHOSES: *& j'ay aſſuré expreſſément le contraire en ma réponſe au Theologien.* Non dicit Deum cum cauſis ſecundis concurrere; ſed tantummodo ad omnia omnino effecta concurrere, hoc eſt, vim ſuam exſerere immediate. Et Principiorum Philoſophiæ parte 1. num 51. *Alias res omnes, nonniſi ope* CONCURSUS DEI *exiſtere poſſe percipimus.* Et Antonius le Grand ſimili abuſu vocis, in Inſtit. Philoſ. parte 2. art. 12. hypotheſim affert, quam impoſſibilem ipſe cenſet, cum ait: *Si a concurſu ſuo Deus ceſſaret, haud dubium eſt quin omnia quæ produxit, in nihilum eſſent delapſura; quia antequam creata eſſent, & concurſum ſuum illis præberet, nihil erant.*

X. Ejusdem præterea impietatis indicium eſt quod iſti jactitant, nihilo magis Deum eſſe proprie ac formaliter ſpiritum, quam ſit corpus formaliter: nec proprie lædi offenſa, ut ab homine homo læſus offenditur: nec iraſci proprie Deum, aut velle ulciſci injuriam ſibi illatam. Quæ profecto de Ente in genere, de Realitate entium, de Eo quod eſt, de Eo quod verum eſt, de ipſa denique Veritate ac lumine naturali, (quod apud iſtos Verbum Dei eſt,) veriſſime pronunciatur. Nihil enim horum proprie ſpiritus eſt; ſed quiddam intelligibile tantum. Nulla ira vel odium proprie, ſed metaphorice ſolummodo Veritati convenit; quo nempe injuſtitiam odiſſe Juſtitia dicitur, & mendacium Veritas. At verum Numen proprie ſpiritum eſſe & iraſci proprie (ſecluſis iræ humanæ imperfectionibus) quotquot Catholici ſumus, profitemur utique, ac valde veremur iratum. Malebranchio autem viſum aliter, in epiſt. 1. contra defenſionem Arnaldi, pag. cxi. *Dieu eſt au deſſus de tous les Eſtres particuliers.* IL N'EST POINT FORMELLEMENT ESPRIT, *comme nous concevons les* ESPRITS. *Dieu veut & connoit: mais il ne veut & ne connoit pas comme nous.* In Dialogis autem de Metaphyſica & Religione, tomo 2. pag. 315. *Quand je dit que Dieu* CONNOIT *& qu'il* VEUT, *je ne prétens pas que ce ſoit comme les hommes. Je prétens ſeulement en general, que Dieu veut & connoit. . . . . Toutes les veritez ſont en Dieu.* Deinde pag. 327. *Vous avez raiſon, Ariſte: Dieu* N'EST NI BON, *ni miſericordieux, ni patient, ſelon les idées vulgaires.* Et pag. 331. *Dieu aime l'ordre invinciblement.* DONC *il punit indiſpenſablement ce qui le bleſſe. Ce n'eſt pas* QUE LE PECHEUR OFFENSE DIEU, *dans le ſens qu'un homme en offenſe un autre; ni que* DIEU LE PUNISSE PAR LE PLAISIR QU'IL TROUVE DANS LA VENGEANCE. *Mais c'eſt que Dieu ne peut qu'il n'agiſſe ſelon ce qu'il eſt, ſelon que l'exige l'Ordre immuable de rapports neceſſaires de tout ce qu'il renferme.* At neque Catholici dicunt, ex voluptate quam percipiat in ulciſcendo adduci Deum ad puniendum ſenſibili pœna peccatorem. Sed mos eſt hæreticorum dogmata Catholica deformare, ut ridicula appareant; quaſi oporteat (quod optant) in eorum ſententias concedere, eum, qui nolit abſurda amplecti quæ comminiſcuntur placita.

Simile iſtud eſt quod tradit Chriſtoph. Wittichius inter Proteſtantes Carteſianus inſignis, in Theol. Pacif. §. cxcvii. & in Append. qu. cxxiv. vitam Dei nihil aliud eſſe, quam unicum illum ac ſimpliciſſimum Dei actum, quo omnia tum poſſibilia tum exſiſtentia intelligit & vult: Et vocem *vitæ*, prout ita generaliter accipitur, ut tribuatur plantis, & beſtiis, & hominibus, & Angelis, & Deo, vix aliquid commune denotare, quod omnibus iſtis conveniat, præter nomen. Quod ſi ita eſt, ex vita creaturarum non poſſumus quidquam noſſe de vita Dei: quod eſt contra ſenſum ſcripturarum multis locis.

Ad cognitionem & volitionem quod attinet, quæ ſubſtantiæ ſpiritalis eſſentiam conſtituit; cum illi Deo hæc detrahere minime auſint; & Naturam alioqui ſcire quid agat & quid velit vulgari ſermone circumferatur; ſuo quoque Numini (quod non aliud quam vel ipſa Natura univerſalis eſt, vel Id quod verum eſt in genere:) cognitionem adſerunt & ſcientiam & volitionem; ſed quæ nihil habeat cum creatis intellectionibus volitionibusque commune; qualis eſt profecto tum Naturæ, tum Veritatis cognitio volitioque; quam ab ipſamet potentia agendi ne ratione quidem volunt diſtingui. Silvanus Regis, in Metaphyſica, pag. 89. *Quand j'attribuerai à Dieu les mesmes perfections qui ſe rencontrent dans le corps & dans l'eſprit,* CE NE SERA QUE DANS UN SENS EQUIVOQUE. *Quand je dirai, par exemple,* QUE DIEU PENSE, *j'entendrai qu'il penſe parfaitement; au lieu que* L'ESPRIT NE PENSE QU'IMPARFAITEMENT.

Et Antonius le Grand, Inſtit. Philoſ. parte 2. art. XI. ubi probat *Deum ſumme intelligentem, ſive Omniſcium eſſe. Haud arduum erit Deum ſumme intelligentem oſtendere;* & OMNIA QUÆ *entis* NOMINE *comprehenduntur, uno intuitu complecti; ſi recordemur illum ſubſtantiam perfectiſſimam eſſe, in qua nullus defectus aut limitatio poteſt intelligi. . . . Reſtat igitur, ut ſicuti Deus omnes perfectiones in ſe comprehendit, ita & ſcientiam* GRADU SUPEREMINENTI *contineat, quæ perfectio eſt. Dixi,* GRADU SUPEREMINENTI, *quoniam* NON EADEM *humanæ ac divinæ cogitationis ratio eſt. Hominis enim ideæ ab objectis extra illum poſitis terminantur; & pro rerum diverſitate, quas ſpeculatur, claræ aut obſcuræ dicuntur. . . . . Dei autem ſcientia non iſthoc pacto a rebus creatis pendet. . . . . ſed potius creata omnia a Dei intellectu eſſentias ſuas habent, & prout ab illo determinantur, diverſos entis gradus nanciſcuntur. Quippe intellectus divinus, quo res creatas cognoſcit, res eadem eſt cum ejus voluntate aut potentia, quæ ipſas determinat, & nonniſi ſecundum varios conſiderandi modos, a nobis diſtinguuntur:* Certe Ens in genere & Verum univerſale, debet omne verum complecti. Omniſcius autem eſt qui omne verum comprehendit. Quomodo autem? Quia facit, inquiunt, ut ſuperius vidimus. Nam Deum cognoſcere aliquid, ſecundum iſtos, & velle iſtud ſeu facere, unum idemque eſt. Sic facit omnem eſſentiam, quia veram cognoſcit, & veram Veritas facit.

XI. Nihilo levior impietas iſta eſt, quæ dicit Deum id eſſe, quod adeo neceſſario cognoſcimus & ama-

amamus, ut absque illa cognitione, & absque illo amore nihilo magis esse rationalis animus possit, quam absque sui cognitione, & amore suæ incolumitatis. Sic enim præter ceteros Silvanus Regis, in Metaphysica, pag. 269. *Il est impossible de concevoir qu'un esprit soit esprit, sans concevoir qu'il connoist Dieu, & qu'il se connoist soi-mesme. Je dis premierement qu'il se connoist soi-mesme; parce qu'il est également de l'essence de l'esprit, & de se connoistre, & de s'appercevoir qu'il connoit. Je dis 2. qu'il connoist Dieu,* PARCE QU'IL CONNOIT NECESSAIREMENT L'ESTRE PARFAIT; *à cause que.. l'idée de cet estre précede en lui l'idée de tous les estres imparfaits, considerez comme tels. Or par la mesme raison que l'esprit connoit Dieu, & qu'il se connoit soi-mesme necessairement, il a aussi pour soi-mesme &* POUR DIEU UN AMOUR NECESSAIRE. *Car il n'est pas possible de concevoir que l'esprit puisse connoistre* SON ESTRE *sans l'aimer: ni* QU'IL FUISSE AIMER SON ESTRE SANS AIMER DIEU *qui l'a produit, & qui le conserve.* Nulla mens est, inquit, & cum eo tota Cartesii schola; nulla mens est, quæ non cognoscat se esse: nulla se cognoscit esse, quin se amet esse: novit ergo mens omnis & amat esse, & vere esse. Hoc ipsum autem esse & vere esse, in genere, inquit, Deus est. Atheorum, inquam ego, non Christianorum Deus est.

XII. Nihili fortasse videri possit allucinatio Cartesii, negantis nomen substantiæ Deo & rebus creatis univoce convenire; quoniam quibusdam etiam forte Catholicis ita visum olim. At non viderunt illi fortassis enatam hanc opinionem esse primum ex impia de Deo hæresi. Siquidem qui Deum esse Realitatem in genere aut Veritatem contendunt; & substantiam definiunt, Id quod ita exsistit, ut alia re nulla egeat ad exsistendum; ii non possunt confiteri, substantiæ nomen esse posse commune Deo & rebus creatis. Nam quæ potest exsistere res creata, aut omnino cogitari, absque Realitate aut Veritate? At hæc tota Deus est, inquiunt: res creata, ut creata est, tantum dicit limitationem. At Numini vero & rebus creatis commune genus metaphysicum entis & substantiæ & spiritus asserere Catholici non reformidant: differentia sua Deum abunde a rebus creatis discriminante. Cartesium vero audiamus; Principiorum Philos. parte 1. num. 11. *Per substantiam nihil aliud intelligere possumus, quam Rem quæ ita exsistit, ut nulla alia re indigeat ad exsistendum. Et quidem substantia, quæ nulla plane re indigeat, unica tantum potest intelligi, nempe Deus. Alias vero omnes, nonnisi ope concursus Dei exsistere posse* PERCIPIMUS. *Atque* IDEO NOMEN SUBSTANTIÆ NON CONVENIT DEO & ILLIS UNIVOCE, *ut dici solet in scholis: hoc est, nulla ejus nominis significatio potest distincte intelligi, quæ Deo & creaturis sit communis.* Cujus dicti apud Cartesianos causam genuinam aperuimus.

XIII. Gravioris momenti ex iis quas hic commemorare propositum fuit, hæc impietas est: Æternitatem Dei non in duratione infinita consistere, momentis ac sæculis infinitis correspondente, quæ possunt animo & cogitatione fingi; ut Catholici saltem peritiores docent: sed in essentiæ immutabilitate, qualem habent rerum essentiæ, & propositiones quæ dicuntur æternæ veritatis, quia sunt semper veræ. Nam in his æque in Deo (ut volunt) sed suo, hoc est, in Vero, neque præteritum est, neque futurum, sed semper præsens: Non est, *fuit*, aut *erit*: sed semper, *est*. Neque enim dicimus, etiam de rebus præteritis vel futuris, *Verum fuit*, aut *Verum erit*; sed, Verum est id fuisse, Verum est id esse, Verum est id fore. Semper dicitur, *Est*. Hinc etiam dicuntur omnia secundum suum esse actuale præsentia esse in Æternitate Dei; quia Verum omnia complectitur, præterita, præsentia, & futura, in actuali (ut loquuntur) præsentialitate: quia Verum semper est alia fuisse, alia esse, alia fore. In Vero hæc non fuerunt, aut erunt, sed sunt: tametsi in seipsis erunt vel fuerunt. Hæc origo illius sententiæ apud quosdam Theologos est, alioqui Catholicos; quam illi non ratione adducti, sed auctoritate falsa, defendunt, nescientes quid dicant, aut unde ortum habeat ea sententia. De hac Dei sui æternitate audiendus ceterorum vice ac nomine Antonius le Grand, Instit. Philos. parte 2. art. VII. *Qui illud non animadvertunt, facile in errorem dilabuntur, &* ÆTERNITATIS VICE, DURATIONEM DEO TRIBUUNT... *Quia non satis durationem ab Æternitate distinguunt, putaruntque illa inter se confundi. Duratio enim exsistentiæ attributum est, non vero rerum essentiæ. Quis dicet has propositiones,* Bis tria faciunt sex; Ex nihilo nihil fit; *quæ tantum secundum essentiam veræ dicuntur, diutius hoc tempore mansisse, quam quocumque alio? Itaque duratio nonnisi exsistentiæ affectio est. Æternitas vero absque essentia divina concipi non potest: Et cum in Deo ejus exsistentia in ejus essentiæ conceptu includatur, soli Deo tribuenda erit Æternitas, non duratio.* Certe si divinitas non est nisi Realitas in genere, aut Veritas per se immutabilis, Æternitas concipi sine divinitate non potest; æternitas illa, inquam, quæ est immutabilitas Veritatis. Æternus Deus est, sicut æterna illa propositio est, Bis bina sunt quatuor: quæ propositio nullam durationem habet.

§. III.

Cartesianorum placita quædam ex impio dogmate de Deo consectaria.

Nunc vero tempus est placita quædam cursim strictimque referre, quæ sunt ex impio Cartesii dogmate de Deo consectaria. Neque enim instituti nostri ratio poscit aut finit, ut vel superiora, vel ista ipsa operosius ac prolixius refellamus; cum ea vel protulisse, refutasse sit.

I. Celebris in primis Cartesianorum illa hæresis est, qua contendunt sola nobis revelatione constare, corpora exsistere; evidentiam ejus rei nullam esse; id certo aliunde quam ex fide constare non posse. Scilicet si Deus non est nisi Verum, Deum autem sola mens percipit, sola mens potest Verum percipere. Verum autem, quod Deus est, & quod mens percipit, aut est ipsummet Verum universale, aut verum in ipso. In Vero autem universali non percipitur certo ac necessario & evidenter, nisi verum minus universale, sed tamen universale etiam ipsum: cujusmodi sunt veritates Mathematicæ, Metaphysicæ, ac Morales: denique omnes omnium rerum essentiæ. Singulare corporeum si quid mens videt, in idea videt, quæ occasione motuum corporis, sive sensuum, excitatur. Sensus autem sunt fallaces: iidemque nunc causæ occasionales, inquiunt, cur ideas in animis nostris obscenas falsasque Deus ipse producat, æque atque pias & veras, teste Malebranchio, in Responsione ad Arnaldi librum de veris ac falsis ideis, pag. 325. Nihil ergo evidenter aut certo per sensus cognoscimus, nec corpora hæc vel illa exsistere evidenter scimus, sed ex apparentiis tantum: quas tamen sequi oporteat in usu vitæ, tametsi cum veritas quæritur, haberi certa & evidens per sensus non potest.

Eam ob rem Cartesius aliique sensuum fallacitatem exaggerant. Sed Malebranchius ceteris apertius, in libro proxime appellato, pag. 327. *Je crois que voici une démonstration fort simple, qu'on ne peut s'assurer de l'existence du monde, que par revelation, soit generale, soit particuliere, & qu'on n'en peut donner de démonstration exacte. Le monde n'est point une emanation necessaire de la divinité. Il dépend des decrets divins, fort libres à cet égard, & fort indifferens.* L'EXISTENCE DU MONDE N'EST POINT NECES-

CESSAIREMENT ENFERME'E DANS L'IDE'E *de l'Eſtre infiniment parfait. Or une verité n'eſt démontrée, que lors qu'on a fait voir clairement, qu'elle a un rapport neceſſaire à ſon principe. Donc les ſaints meſmes, qui contemplent l'eſſence divine, ont beſoin que Dieu leur apprenne* PAR REVELATION, *s'il a creé ou s'il conſerve le monde.* Nihil certo ſcitur, inquit, niſi quod evidenter videtur, nihil evidenter videtur, niſi quod eſſe neceſſario intelligitur; nihil autem eſſe neceſſario intelligitur, niſi quod neceſſario verum, nihil eſt neceſſario verum, niſi quod cum Vero univerſali, cum Eo quod eſt in genere neceſſario connectitur: Nihil eſt connexum neceſſario cum Vero univerſali niſi eſſentiæ rerum, aut veritates ſive ideæ minus univerſales. At corpora hæc vel illa exſiſtere non eſt quid neceſſario connexum ſive cum Vero univerſali, (quod etiam Ens infinite perfectum vocant,) ſive cum ipſa idea corporis. Ergo corpora hæc vel illa exſiſtere non poteſt ſciri certo & evidenter, ſive per demonſtrationem. Ergo non evidenter, ſed tantum per revelationem ſcimus eſſe corpora: Quæ revelatio, ſi quidem particularis eſt, nonniſi opinio eſt: ſi generalis, teſtimonio nixa hominum ſcilicet, qui Sapientes habentur, nec illud ipſum genus opinionis excedit; certa idcirco dumtaxat, quia quod omnes dicunt, non poteſt non eſſe certum.

Ex hoc autem ſequitur 1°. Demonſtrationem exſiſtentiæ Dei, petitam ex magnitudine, & pulcritudine Univerſi, juxta illud, *Cæli enarrant gloriam Dei*, nullius plane roboris ac momenti eſſe. Neque enim certo mihi conſtat eſſe cælos, aut ſolem, aut lunam, & ſtellas, niſi teſtimonio ſenſuum, vel meorum vel alienorum: quorum relatu de nulla re poteſt certo conſtare quod vere exſiſtat. 2°. Fidem myſteriorum ſanctiſſimæ religionis, quæ *ex auditu* eſt, nonniſi opinionem eſſe. 3°. Nefas eſſe de aliqua re contingenti, quæ evenerit, jurare. Siquidem jurare eſt aſſeverare aliquid ſingulare certo ſic eveniſſe: id quod cum per ſenſus cognoſcatur; neque hi poſſint quid verum ſit certo pronunciare, ſed opinari tantum: (alioquin Deum ipſi quoque certo cognoſcerent, qui non eſt niſi Id quod eſt, Id quod verum eſt in genere, ut vult impia ſecta:) jurare ſalva conſcientia vel hypotheſi ſua ex ea ſecta nemo poteſt: quoniam eſſet hoc jurare, oculis ipſis me Deum vidiſſe, vel auribus percepiſſe: quod eſt ſane abſonum. Eſt hæc amentia Quaquerorum ſive Trementium in Anglia; quam ſequi Carteſiſtas & Malebranchianos oportet, ſi quidem ſecum conſtare velint.

Catholici utrosque deteſtantur, & docent, neque Verum intelligibile & univerſale Deum eſſe; nam id dictu impium eſt: neque evidenter id tantum cognoſci, quod per demonſtrationem cognoſcitur, ſed etiam verum ſingulare quodlibet evidenter ſenſu percipi, certo proinde affirmari poſſe, ac neceſſario affirmari ab his qui ſint ſanæ mentis oportere.

II. Famoſus deinde eſt adſcriptus a Carteſianis terræ motus, & illa Solis in centro mundi immobilitas. Quæ duo ſacris litteris, veterumque omnium Philoſophorum (quæ quidem non ſint ficta nomina) placitis adverſantur. Nam hi imam atque mediam in toto eſſe terram, eamdemque univerſi cardine ſtare pendentem, ſolam immobilem, circa eam volubili univerſitate; errantium vero ſiderum medium Solem ferri conſtantiſſime docuerunt. Sacræ vero litteræ ſolem oriri & occidere ſæpiſſime produnt: ſtetiſſe vero Solem & Lunam Joſue præcipiente, Joſue x. *Tunc locutus eſt Joſue. . . . . in conſpectu filiorum Iſraël, dixitque coram eis:* SOL *contra Gabaon* NE MOVEARIS: *&* LUNA *contra vallem Aialon.* STETERUNT*que* SOL *&* LUNA, *donec ulciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro Juſtorum?* STETIT *itaque* SOL *in medio cæli, &* NON FESTINAVIT OCCUMBERE *ſpatio unius diei*, &c. Quo ſpectavit auctor Eccleſiaſtici, cap. XLVI, 5. ubi de Joſue: *Annon in iracundia ejus* IMPEDITUS EST SOL, *& una dies facta eſt quaſi duo?* Sic in diebus, Ezechiæ, REVERSUS EST SOL *decem lineis*, Iſaï. XXXVIII, 8. Id quod etiam Babylone ſimul fuiſſe obſervatum, produnt ſacræ litteræ, 2. Paralip. XXXII, 31. Et Eccli. XLVIII, 26. de eodem Ezechia: *In diebus ipſius* RETRO REDIIT SOL, *& addidit regi vitam.*

Jam motus Solis diurnus quam perſpicue deſcribitur, Pſal. XVIII. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum: &* IPSE *tamquam ſponſus* PROCEDENS *de thalamo ſuo, exſultavit ut gigas* AD CURRENDAM VIAM: A SUMMO CÆLO EGRESSIO EJUS, *&* OCCURSUS EJUS USQUE AD SUMMUM EJUS. Eccl. I. terræ quies atque immobilitas cum Solis motu definitur his verbis. TERRA *autem* IN ÆTERNUM STAT. ORITUR SOL *&* OCCIDIT, *& ad locum ſuum revertitur, ibique renaſcens* GYRAT *per meridiem, &* FLECTITUR *ad Aquilonem,* LUSTRANS *univerſa* IN CIRCUITU *pergit ſpiritus, &* IN CIRCULOS SUOS *revertitur.* Pſal. CIII. *Qui fundaſti terram ſuper* STABILITATEM SUAM, *non* INCLINABITUR *in ſæculum ſæculi.* Incredibile eſt, quoties telluris ſtabilitas, Solisque ortus & occaſus in divinis litteris inculcetur; quoniam hæc fuit Adamo a Deo infuſa Philoſophia, ab eoque tradita poſteris.

At Carteſio non placet ita conſtitutum orbem eſſe. Nam Copernicum & Galilæum, primos hujus amentiæ aſſertores nunc omittimus: neque quo fine placitum illud invexerint, quoniam alio properandum eſt, inquirimus. Non placet, inquam, Carteſio: cur? Quoniam ſi Deus non eſt niſi Realitas in genere, & Ens entium, profecto nec factus eſt mundus iſte a Deo propter hominem, ut ſuperius Carteſium cum ſuis affirmantem audivimus; & nobiliſſimum propterea mundi corpus, cujusmodi Solem eſſe omnes conſitentur, in loco poni nobiliſſimo, qui medius eſt, jus & æquum poſtulat: & minora potius moveri corpora, cujusmodi terra eſt, quæ puncti vix inſtar habet comparate ad cælum, quam immenſa; cujuſmodi Sol ipſe eſt, quem (ut de ceteris nunc ſileamus) plus tantis decies centenis millibus Aſtronomi ſtatuunt; & tellurem denique potius circumagi, quæ globoſa eſt, quam cælum ſtellarum fixarum, quod in mundo infinito (ſive, ut loqui malunt, indefinito) ſphæricum eſſe non poteſt. Nam eam quoque hæreſim Carteſianorum eſſe ſuperius vidimus.

Senſit eam ob rem Carteſius, connexum eſſe cum primario ſuæ hypotheſeos dogmate, aliiſque, caput illud de motu terræ: adeo ut aperte confeſſus ſit, in epiſt. LXXV. ad P. Merſennum, tomo 2. ruitura eſſe Philoſophiæ ſuæ fundamenta, niſi hoc ſtaret, quod ex illis neceſſe eſt conſequi. *M'étant fait enquerir ces jours à Leyde & à Amſterdam, ſi le ſyſteme du monde de Galilée n'y étoit point, à cauſe qu'il me ſembloit avoir appris qu'il avoit eſté imprimé en Italie l'année paſſée: on m'a mandé qu'il étoit vrai qu'il avoit eſté imprimé; mais que tous les exemplaires en* AVOIENT ESTE' BRUSLEZ A ROME *en meſme tems, & lui condamné à quelque amande. Ce qui m'a ſi fort étonné, que je me ſuis quaſi réſolu de* BRULER TOUS MES PAPIERS, *ou du moins de ne les laiſſer voir à perſonne. Car je ne me ſuis pu imaginer, que lui qui étoit Italien, & meſme bien voulu du Pape, ainſi que j'entens, ait pu eſtre criminalizé pour autre choſe, ſinon qu'il aura ſans doute* VOULU E'TABLIR LE MOUVEMENT DE LA TERRE, *lequel je ſçay bien avoir eſté autrefois* CENSURE' *par quelques Cardinaux. Mais je penſois avoir oüi dire, que depuis on ne laiſſoit pas de l'enſeigner publiquement meſme dans Rome. Et* JE CONFESSE QUE S'IL EST FAUX, TOUS LES FONDEMENS DE MA PHILOSOPHIE LE SONT AUSSI: CAR IL SE DE'MONTRE PAR EUX

EUX EVIDEMMENT. *Et* IL EST TELLEMENT LIE' *avec toutes* LES PARTIES DE MON TRAITE', *que je ne l'en ſçaurois détacher, ſans rendre le reſte tout défectueux. Mais comme je ne voudrois pour rien du monde, qu'il ſortiſt de moi un diſcours, ou il ſe trouvaſt le moindre mot,* QUI FUST DESAPPROUVE' DE L'EGLISE, *auſſi aimai-je mieux le ſupprimer, que de le faire paroiſtre eſtropié.*

Et in epiſtola LXXVI. *Vous ſçavez ſans doute que Galilée a eſté repris depuis peu* PAR LES INQUISITEURS DE LA FOI, *& que ſon opinion touchant le mouvement de la Terre, a eſté* CONDAMNE'E COMME HERETIQUE. *Or je vous dirai, que toutes les choſes que j'expliquois en mon Traité, entre leſquelles étoit auſſi cette opinion du mouvement de la Terre, dépendoient tellement les unes des autres, que c'eſt aſſez de ſçavoir qu'il y en ait une qui ſoit fauſſe, pour connoiſtre que toutes les raiſons dont je me ſervois n'ont point de force. . . . Je ſçay bien qu'on pourroit dire, que tout ce que les Inquiſiteurs de Rome ont décidé, n'eſt pas incontinent* ARTICLE DE FOI *pour cela; & qu'il faut premierement que le Concile y ait paſſé. Mais. . . . . le deſir que j'ay de vivre en* REPOS, *&c.*

Et paulo poſt: *Pour le mouvement de la Terre, je m'eſtonne* QU'UN HOMME D'EGLISE EN OSE E'CRIRE, *en quelque façon qu'il s'excuſe. Car j'ay vu une Patente ſur la condamnation de Galilée, imprimée à Liege, le 20. Septembre 1633. où ſont ces mots:* QUAMVIS HYPOTHETICE A SE ILLAM PROPONI SIMULARET: *en ſorte qu'ils ſemblent meſme défendre qu'on ſe ſerve de* CETTE HYPOTHESE *en l'Aſtronomie.*

Eſt in eadem hæreſi Malebranchius, qui eamdem olim fuiſſe propugnatam putat: cum tamen nonniſi ficta ſint deliria Philolai, Ariſtarchi, ac ſimilium: ſacras vero litteras ad communem vulgi errorem accommodare orationem ſuam, mira audacia prædicat. In Diſquiſitione Veritatis, pag. 280. *Joſue par exemple parle devant ſes ſoldats, comme Copernic meſme, Galilée, & Descartes, parleroient au commun des hommes.* At hi contra mentem ſuam certe loquerentur metu lapidationis aut deriſus: ergone ſic Joſue? Ergone ſic Spiritus Sanctus metuebat ne multitudini diſpliceret, ſi verum doceret?

Iterum idem pag. 317. *La Terre* TOURNOIT *il y a deux mille ans. Elle eſt demeurée immobile juſqu'à nos jours: voici qu'elle commence à s'ébranler.* Si reverereturiſte ſcripturas ſacras, diceret veriſſime, *Il y a plus de trois mille ans que la Terre étoit immobile, & elle étoit demeurée immobile prés de trois mille ans.*

Similis Antonio le Grand audacia eſt, Inſtit. Philoſ. parte v. art. 2. ubi terram docet a cælo fluido eamdem circumambiente moveri: ſacros autem ſcriptores ad communes vulgi ſenſus ſtilum temperaſſe. Ad illud itaque Joſue dictum, *Sol contra Gabaon ne movearis*, aliaque ſcripturæ loca, Reſpondet ille, art. v. *Notum eſſe in ſacro textu multa rebus ſecundum noſtrum concipiendi modum tribui, & ſecundum receptam a vulgo opinionem. Ut dum ſcriptura telluri fines ac fundamenta adſignat, quibus tamen carere, omnium Philoſophorum eſt judicium. Dum mari immenſæ altitudinis abyſſum, affectiones, motusque varios, quorum omnium expers eſt, impertit. Dum* DUO MAGNA LUMINARIA *feciſſe, 1. Geneſ. deſcribit; unum majus, ut præeſſet diei; & alterum minus ut præeſſet nocti. Quæ tantum ſecundum communem loquendi modum, & non ſecundum rei veritatem talia eſſe dici poſſunt. Quia Sol & Luna majora non ſunt luminaria; præſertim Luna: cum Saturnus & cujuscumque ordinis ſtellæ fixæ mole eam longe excedant. Neque etiam Luna abſolute luminare minus vocari poteſt; cum Mercurius longe illa ſit minor. In hoc igitur textu Moſes Solem & Lunam luminaria magna appellat, noſtri dumtaxat reſpectu, & ſecundum vulgarem opinionem, quia ita nobis apparent & conſpiciuntur. Sic Terra in ſcripturis veluti ſtans deſcribitur, Sol vero per modum circumambientis eam: quia quoad intuitum noſtrum attinet, terra potius in medio mundi hærere, Sol autem circa eam verti apparet, quam oppoſitum.*

At diſſimulat iſte vel neſcit, fines & fundamenta quæ terræ, abyſſumque & affectiones, quas mari ſcriptura attribuit, metaphoras eſſe, quarum uſum ac ſenſum ne vulgus quidem ignorat. Quod autem deinde contendit, nonniſi ſecundum communem loquendi modum, & non ſecundum rei veritatem luminaria magna duo Solem & Lunam appellari, imperite omnino & falſo contendit. Luminaria enim, φωστῆρες, omnino ſunt duo, nec plura ſunt: alterum majus, minus alterum: illud, quod diem: iſtud, quod noctem illuminet. *Fecit Deus luminaria duo magna, & ſtellas:* ſtellas ſane plurimas, ſed luminaria tantum duo: quorum majus alterum, non comparate quidem ad ſtellas, ſed ad alterum e duobus quod minus eſt. Luminaria enim vero non ſine cauſa diſtinxit Moſes a ſtellis. Adde quod ſi terra movetur, eſt autem Sol immobilis, egregie deceptus eſt, decepitque nos Moſes, qui dixit Solem eſſe *luminare majus ut præeſſet diei*, &c. Gen. I, 16. & David, Pſal. cxxxv, 8, 9. *Solem in poteſtatem diei, Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.* Nam Solem præeſſe diei, nihil eſt aliud, quam factum eſſe ut ſuo motu faciat diem. At ſi Sol eſt immobilis, non Sol diem ſuo motu, ſed ſuo Tellus facit.

Pergit ille nihilominus: *Si dicas*; inquit, *hanc explicationem admitti non poſſe, cum in plurimis ſacræ ſcripturæ locis terræ ſtabilitas adſtruatur*, ut Pſal. xciii. & Eccl. i. *Reſpondeo illa loca non ſic intelligenda eſſe, quaſi terra ſtet immobilis, & circa axem ſuum non gyretur; ſed ſolum quod partes quæ illam componunt indiſſolubili vinculo uniantur, & ita inter ſe perpetuo cohæreant, ut a ſe mutuo non diſcedant aut abripiantur: quamvis in illa multa animantia, ſtirpes, aliaque rerum genera formentur aut corrumpantur* An hardos adeo iſte putat fore, qui ſcripta ſua lecturi ſint, ut credant dicenti, terræ ſtabilitatem, quando motui ac gyro Solis opponitur, de partium terræ inter ſe cohærentia, quæ facit ut non diſſiliant, poſſe probabiliter intelligi?

III. Tertia inſania nihilo minus cum ſacris litteris, & cum Philoſophia, quam Adamicam placet appellare; quoniam & a Deo tradita primo parenti, & a primo parente transmiſſa eſt ad poſteros, (cujus rei teſtes ſunt divinæ ipſæ litteræ:) & communi omnium gentium conſenſu continetur: ea, inquam, eſt, quæ brutas animantes meras eſſe machinas docet, nullo vero ſenſu moveri, nulla perceptione objectorum affici, nullo dolore, nulla ſenſibili ſeu corporea voluptate. Ita Carteſius in epiſt. LXVII. ad Henricum Morum, tomo I. *Poſtquam autem ego advertiſſem, diſtinguenda eſſe duo diverſa motuum noſtrorum principia; unum ſcilicet plane mechanicum & corporeum, quod a ſola ſpirituum vi & membrorum conformatione dependet, poteſtque* ANIMA CORPOREA *appellari: aliud incorporeum, Mentem ſcilicet, ſive Animam illam, quam definis, Subſtantiam Cogitantem: Quæ ſive diligentius an ab his duobus principiis orirentur animalium motus, an ab uno dumtaxat. Cumque clare perſpexerim, poſſe omnes oriri ab eo ſolo quod corporeum eſt & mechanicum: pro certo ac demonſtrato habui, nullo pacto a nobis probari poſſe, aliquam eſſe in brutis animam cogitantem. . . . Certum eſt in corporibus animalium, ut etiam in noſtris, eſſe oſſa, nervos, musculos, ſanguinem,* SPIRITUS ANIMALES, *& reliqua organa ita diſpoſita, ut ſe ſolis,* ABSQUE ULLA COGITATIONE, *omnes motus, quos in brutis obſervamus, ciere poſſint.*

Et in Diſſert. de Methodo, pag. 45. *Monitos eos volo, motum hunc* (cordis & ſanguinis,) *quem modo explicavi, adeo neceſſario ſequi* EX SOLA ORGA-

NORUM DISPOSITIONE. . . . *atque* HOROLOGII MOTUS, *ex vi, ſitu, & figura ponderum & rotarum quibus conſtat.*

Ridet Peripateticos, aliosque a ſe diſſentientes, Malebranchius; credique etiam vult pugnare communem ſententiam cum fidei Catholicæ inſigni dogmate, quod eſt de peccato originali. Deum enimvero fore injuſtum, qui multis ærumnis atque cruciatibus animas brutorum, innocentes ſcilicet, & quæ numquam peccarint, obnoxias fecerit, ac proinde miſeras. Quod ſi verum eſt, quid illi fiet, inquit, Auguſtini dicto percelebri; *Neque enim ſub juſto Deo quisquam, niſi mereatur, miſer eſſe poteſt*: quo ille dicto ſæpiſſime utitur, ad demonſtrandum adverſus Pelagianos originale peccatum, ex ærumnis ac pœnis, quibus homo in hac vita nunc quidem patet; non poſſet autem patere, inquit Malebranchius, niſi peccaſſet. Firmiſſima ſane Malebranchii ratiocinatio; ſed ſi eo nimirum nixa principio ſit, quod Athei ſoli ponunt, Deum non eſſe niſi Ens & Bonum præciſe, Ens & Bonum in genere: cui proinde non magis homo, quam canis aut felis, carus ſit. Ex eo enim conſectarium eſt, ſi homo tot premi malis niſi peccator non poſſit, eamdem quoque eſſe oportere conditionem belluarum, quibus æque atque homini ſenſus doloris ineſt. Malebranchium juvat ipſum audire ſic diſputantem, in Defenſione Disquiſitionis Veritatis, contra Ludovicum de la Ville, hoc eſt, P. le Vallois Jeſuitam, pag. 12. *Les Peripateticiens & presque tous les hommes croient que* LES BESTES ONT DES AMES, *& que ces ames ſont plus nobles que les corps qu'elles animent. C'eſt une opinion receuë dans tous les tems & de toutes les nations, qu'un chien ſouffre de la douleur lorſqu'on le frappe; qu'il eſt capable de tous les mouvemens des paſſions, de crainte, de deſir, d'envie, de haine, de joie, de triſteſſe; & meſme* QU'IL CONNOIST & QU'IL AIME SON MAISTRE. *Cependant on peut tirer de cette opinion des conſequentes directement oppoſées à ce que la foi nous enſeigne. I. Conſequence oppoſée à la foi: Que Dieu eſt injuſte. Les beſtes ſouffrent de la douleur; & il y en a de plus malheureuſes les unes que les autres. Or elles n'ont jamais peché: elles n'ont jamais fait mauvais uſage de leur liberté, car elles n'en ont point. Donc Dieu eſt injuſte qui les punit, & qui les rend malheureuſes, & inégalement malheureuſes, quoi qu'elles ſoient également innocentes. Donc ce principe eſt faux;* QUE SOUS UN DIEU JUSTE ON NE PEUT ESTRE MISERABLE SANS L'AVOIR MERITE'. *Principe néanmoins, dont Saint Auguſtin ſe ſert pour demontrer le peché originel contre les Pelagiens.* Eadem denuo vehementer inculcat in Dialogis de Metaphyſica & Religione, tomo 2. pag. 298 quæ deſcripſit ex Magiſtro ſuo Ambroſio Victore, Philoſophiæ Chriſtianæ tomo ſexto, qui eſt De Anima beſtiarum. Nam ibi pag. 90. titulus hic eſt capitis XII. *Dolorum ac miſeriarum, quas tot tantasque beſtiis ſi ſenſu præditæ ſint, accidere neceſſe eſt, nullam poſſe rationem juſtam aſſignari; cum peccato tantum, cujus nequaquam capax beſtia eſt, dolor ac miſeria debeatur, nec Deus, qui ſumme juſtus, ſumme bonus, ſumme benignus eſt, lætetur in perditione vel cruciatu vivorum, qui peccato nullatenus tenentur obnoxii, cum eorum quæ fecit nihil prorſus oderit.*

Idem rurſum in Diſquiſitione Veritatis, pag. 590. ratiocinium Malebranchius adhibet, nec ab ea opinione longe abfuiſſe Auguſtinum credi vult, ſecutus eumdem Ambroſium Victorem, quem ibi laudat; ut ſuperius vidimus, pag. 51. Tamen Auguſtinum ipſe alibi, pag. 431. opinatur, ad vulgares hominum ſenſus accommodaſſe ſe; eoque etiam progreſſum, ut affirmaret brutorum animas eſſe ſpiritales nec diviſibiles. Malebranchii verba ſuperius deſcripſimus, pag. 52.

Sed cur hanc amentiam Carteſiani obſtinate defendant, ex illo eorumdem impio dogmate proficiſcitur, quo ſtatuunt Deum non eſſe niſi Ens præciſe, Bonum in genere, Rectum ac verum rei cujusque ordinem; denique Verum univerſale, ſeu Veritatem rei in genere. Ex eo enim neceſſario conſequitur, ſi brutæ animantes percipiunt & amant, Deum ipſas, perinde atque nos, qui Chriſtiani ſumus, percipere & amare. Id certe in primis vereri ſe Malebranchius conteſtatur, in Dialogis de Metaphyſica & Religione, tomo 2. pag. 299. unde verba ejus ſuperius deſcripſimus, pag. 75.

Accepit ille etiam iſtud ex Ambroſio victore jam appellato, tomo VI. Philoſophiæ Chriſtianæ, cap. XXVII. cujus hic titulus eſt, pag. 152. *Oſtenditur quinto, beſtialem quoque, ſi detur, animam,* ÆTERNÆ VERITATIS LUCI *contuendæ idoneam eſſe; quia nimirum & Dei ſeu ſummæ Trinitatis imago, (quatenus nempe ſe eſſe, noſſe, amare, novit & amat:) & lux quædam ſpiritalis & incorporea, ejusdem proinde cum incorporea Veritatis luce generis; & ſe vivere verbi gratia vel ſentire manifeſta quadam luce certiſſima (eſt:) cum humanam mentem incorporeæ ac æternæ lucis capacem eſſe iisdem argumentis probet Auguſtinus.* Quæ viri oratio aliam rurſum ratiocinationem aperit, quæ Carteſianos perinde cogat belluis ſenſum & perceptionem, & conſentaneum huic ſenſui affectum adimere. Nam ſi Deus non eſt niſi Ens & Verum & Bonum in genere; Trinitas autem nonniſi Eſſe, Noſſe, Quieſcere, ſive Diligere illud eſſe; cum res nulla ſentiens poſſit exſiſtere, quin bonum ſibi proportionatum ſentiat & appetat, ſive cognoſcat & amet, ac Deum proinde, hoc eſt, Ens & Bonum ac Verum indeterminatum; ſequitur primo quidem non eſſe hominem ad imaginem Dei, niſi quod ſe eſſe, noſſe, ac diligere, novit ac diligit; deinde tam eſſe canem (horreſco hæc ſcribens) aut felem, gallumve gallinaceum, ad imaginem Dei, quam hominem; ſiquidem æque atque homo ſuum eſſe novit & amat, ſive incolumitatem ſuam, ac proinde etiam divinum eſſe; quippe quod ſimul cum ſuo quisque cognoſcit, cui cognoſcere datum eſt, ut quidem Carteſiani volunt. An vero horum alterutrum, poſteriusque in primis, Carteſiani iſti metuerent, aut metuendum omnino poſſent vel tenuiſſime ſuſpicari, niſi aliud longe pro Deo ſtatuerent, quam quod Catholici norunt & amant? hoc eſt, ſi alium ab eo, quem ſolum Athei velint, Deum agnoſcerent? Plauſibilius alii quidam, tametſi nihilo minus impie, loquuntur; qui cum Deum perinde alium non noverint, aliamve Trinitatem, præter Ens in genere, Veritatem, & Caritatem; & belluas tamen cenſeant eſſe anima ſenſuque præditas; ut ſolus homo nihilo minus, animusve rationalis, ad imaginem Dei ſive Trinitatis conditus dicatur, imaginem eam ponunt in memoria, intelligentia, & dilectione Sapientiæ ſeu Veritatis, Juſtitiæ atque Caritatis, quæ rationales animos decet. Non placet autem iſtud Carteſianis plerisque, qui unius tantum generis eſſe ſubſtantiam cognoſcentem volunt.

De peccato originali quod adjiciunt, ex eadem impietate ducit originem. Si Deus enim verus non eſt, neque peccatum originale proinde aliud eſt quam appetitus boni ſenſibilis; non meretur puniri & affligi carentia illius, niſi qui illud appetit. Alioqui eſſet Creator injuſtus, qui pœnis ſubjiceret innoxios. Non debent igitur in illa hypotheſi ex hoc quoque capite belluæ dici animatæ; ne vel Deus dicatur injuſtus, qui has variis ſubdit malis, iisdemque quibus & nos, cum non peccarint; vel ipſæ peccaſſe dicantur, quod ſtultum eſt.

Præterea ſi Deus non eſt niſi Ens entium, ſive Realitas univerſalis; ſunt autem belluæ animatæ; profecto nec magis curæ Deo, hoc eſt, Enti entium, homines eſſe poſſunt, quam belluæ: & harum æque atque illorum incolumitatem eſſe ei Deo caram oportet. Nam Ens entium dat omnibus ex æquo eſſe. Stulte ergo in ea hypotheſi poneretur dediſſe

dediſſe Deum homini poteſtatem animalia occidendi, aut veſcendi eorumdem carnibus. Nam quæ illa feritas hominum foret, pacificæ & quietæ atque innoxiæ genti bellum indicere, & immanem pro arbitrio cædem ejusdem facere? Brutæ igitur, inquit Malebranchius, animantes ne potius animatæ dicantur, quam ſuſcipiatur adverſa ſententia, ex qua tot abſurda quæ conſequuntur cogamur admittere. Hæc ratiocinatio ipſius eſt totidem fere verbis, in opere Dialogorum proxime indicato, pag. 301. Verba ſuperius deſcripſimus, pag. 75.

Denique ſi quidquid eſt in rerum natura, aut ſubſtantia extenſa ſive corpus eſt, aut ſubſtantia cogitans ſive Mens eſt; alteramque diſtingui oportet ab altera; (quæ ſunt Carteſii placita:) ſequitur, ubicumque cogitatio eſt, ibi Mentem eſſe, eamque immortalem; quod utrumque de belluis dici ſtultum & impium eſt. Belluæ igitur inter meras potius machinas computentur. Objecit illud olim Henricus Morus ipſi Carteſio, inter Carteſianas epiſtolas, epiſt. LXVI. tomo I. *Sed video plane quid te huc adegit, ut* BRUTA PRO MACHINIS HABEAS. *Immortalitatis utique animarum noſtrarum demonſtrandæ ratio; quæ cum ſupponat corpus nullo modo cogitare poſſe, concludit, Ubicumque eſt cogitatio, ſubſtantiam a corpore realiter diſtinctam adeſſe oportere, adeoque immortalem. Unde ſequitur, bruta ſi cogitent, ſubſtantias immortales ſibi annexas habere.*

Silvanus Regis & Antonius le Grand de belluis pariter cum Carteſio deſipiunt: quod cum nemo ſit qui ignoret, deſcribere quidquam ex ipſis ſuper hoc capite ſupersedemus.

Quanto verior ea eſt certiorque, quam ab Adamo (ut diximus) transmiſſa ad poſteros, communique omnium gentium conſenſu recepta Philoſophia, de brutorum anima ſententiam defendit, quam & in ſacras litteras referre curæ Deo fuit? Nam primum quidem priusquam de belluis ſermo inter homines foret, Deus ipſe animatas eſſe eas Adamum Evamque perdocuit: atque adeo ſi error is eſt, error eſt in Deum ipſummet conferendus: gentem innocentem, ut Malebranchius appellat, Deus ipſe mactari crudeliter juſſit; & quod injuſtum cenſet eſſe Malebranchius, miſeriis ſubdidit eandem ac pœnis multis Deus ipſe, cum nihil peccarint. Itaque probari jam ex miſeriis, quibus in hac vita ſubjacemus, peccatum originale non poteſt; (quod tamen argumentum ſibi nolit Malebranchius eripi:) cum Deus belluarum animas innocentes vexari ſinat & malis pæne obrui. Nam Geneſeos capite ipſo primo, verſu 29. & 30. *Dixit Deus* Adamo & Evæ: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in escam; & cunctis* ANIMANTIBUS *terræ, omnique volucri cæli, & univerſis* QUÆ MOVENTUR *in terra, &* IN QUIBUS EST ANIMA VIVENS, *ut habeant* AD VESCENDUM. Audin' ipſo die quo ſunt belluæ conditæ, dici animantes, quæ moventur, in quibus eſt anima vivens, & quæ veſcuntur? Quid vis amplius? Immo quo ipſo etiam momento ſunt eæ conditæ, cum necdum homo exſtaret aliquis, verſu 24. *Dixit quoque Deus: Producat terra* ANIMAM VIVENTEM *in genere ſuo,* JUMENTA, *&* REPTILIA, *&* BESTIAS *terræ ſecundum ſpecies ſuas.* Dixit ergo Deus ut fieret anima vivens, & facta non eſt: ſed magis Carteſio & Malebranchio credendum, affirmantibus, non animam viventem feciſſe Deum ut voluit, ſed meras machinas exhibuiſſe.

Validum & iſtud argumentum eſt, quod petitur ex verbis Iſaiæ, aut Dei ipſius voce, cap. I, 3. COGNOVIT BOS *poſſeſſorem ſuum,* & ASINUS *præſepe domini ſui: Iſraël autem me non* COGNOVIT, *& populus meus non intellexit.* Item ex Tob. XI, 9. *Tunc præcucurrit* CANIS, *qui ſimul & fuerat in via; & quaſi nuncius adveniens blandimento ſuæ caudæ* GAUDEBAT. Denique, ut alia omittamus, Jerem. VIII, 7. MILVUS *in cælo cognovit tempus ſuum,* TURTUR & CICONIA *cuſtodiunt tempus adventus ſui: populus autem meus non cognovit judicium Domini.* Non diceret profecto Deus, ac ne homo quidem, Cognovit arbor tempus virendi; populus autem meus non cognovit judicium Domini. At eſſet profecto huic etiam objurgationi locus, ſi nihil, quantum ad vim ſentiendi & cognoſcendi attinet, inter arborem & bovem intereſſet. Falleretur ergo inſigniter aut fallere vellet, qui contenderet metaphoricam eſſe locutionem eam, cujusmodi iſta eſt, *Sol cognovit occaſum ſuum.* Hic enimvero eſſe metaphoricam, illic analogam cognitionem ſignificari, plane convincit argumentatio divini Numinis: cui numquam profecto ſic excideret ratiocinari: Sol cognovit occaſum ſuum, Iſraël autem me non cognovit. Cum e contrario univerſo generi mortalium arrideat illa ratiocinatio; *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, Iſraël autem me non cognovit.* Argumento ſane perſpicuo, aliter in alia argumentatione ſumi *cognoſcendi* verbum: illic (ut diximus) metaphoricum eſſe, iſthic analogum.

IV. Ordo jam poſtulat, quem in prima rerum effectione Deus ſecutus eſt, ut nunc de hominis anima, quid Carteſiani ſtatuant, in medium proferamus. At de origine animæ necdum quisquam nobis occurrit ex eo grege, qui vel creatam a Deo (ut Catholici hoc verbum intelligunt) profiteretur aperte, ne forte mentiretur; vel aperte negaret, metu lapidationis. Materiam, cum primum eſt creata a Deo motum ſimul accepiſſe Carteſius ſæpe inculcat: anima vero quando vel quemadmodum eſſe incipiat, nusquam prodidit. Animam ſibi videri eſſe ex traduce nec plane negat, nec plane affirmat; quamvis credi fortaſſis ita velit, in Reſponſione ad ſextas objectiones, pag. 572. *Nec quoque ſi fingeretur animam humanam eſſe ex traduce, ideo concludi poſſet eſſe corpoream; ſed tantum ut corpus naſcitur a corpore parentum, ita ipſam ab eorum anima proficiſci.* Neque enim hac ille oratione damnare omne traducis genus videtur; ſed illud ſolummodo, quo ut ex corpore pars corporis, ſic ex anima decidi pars animæ intelligeretur a craſſioribus ingeniis: at non illud, quo tamquam lucerna de lucerna accendatur, & ſine detrimento alterius alter inde IGNIS exſiſtat.

Objicienti etiam Petro Gaſſendio, quod diceret hominem proprie ſolam Mentem eſſe, ſeu Rem cogitantem; ac deinde jocanti his verbis, apud Carteſium in Meditationibus Metaphyſicis, pag. 366. *Dicare jam Mens, atque eſto Res cogitans præciſe: Subdis ſolam cogitationem non poſſe divelli a te. . . . . Quamquam hæreo an cum dicis, non poſſe cogitationem divelli a te, intelligas te, quamdiu es, indefinenter cogitare. Id ſane conforme eſſato Philoſophorum celebrium, qui immortalitatem tuam probaturi aſſumpſere te* PERPETUO MOVERI, *ſeu (ut ego quidem interpretor)* COGITARE PERPETUO. *Verum ii non perſuadebuntur, qui non capient, quomodo poſſis aut per ſoporem lethargicum, aut in utero etiam cogitare. Quo loco hæreo præterea, an exiſtimes te* IN CORPUS *illiusve partem intra uterum aut ab exortu* ESSE INFUSAM. *Sed nolo moleſtius id inquirere, neque cogitare an reminiſcaris quid in utero, primisve ab exortu diebus, menſibus, aut annis cogitaveris:* Sic, inquam, objicienti ac percontanti Gaſſendio, Carteſius ita reſpondet, in Reſponſione ad Gaſſendio, Carteſius ita reſpondet, in Reſponſione ad quintas objectiones, pag. 507. ut ne vestulum quidem unum de animæ infuſione faciat. *Hæres vero, inquis, an ergo exiſtimem* ANIMAM *ſemper* COGITARE. *Sed quidni ſemper cogitaret, cum ſit ſubſtantia cogitans? Et quid miri, quod non recordemur cogitatio-*

tationum quas habuit in matris utero, vel in lethargico &c. cum ne quidem recordemur plurimarum, quas tamen ſcimus nos habuiſſe dum eſſemus adulti, ſani, & vigilantes. Ad recordationem enim cogitationum quas mens habuit, quamdiu corpori eſt conjuncta, requiritur ut quædam ipſarum veſtigia in cerebro impreſſa ſint, ad quæ ſe convertendo ſive ſe applicando recordatur. Quid autem miri, ſi cerebrum infantis vel lethargici veſtigiis iſtis recipiendis ſit ineptum? De infuſione animæ vox interim hic nulla.

Neque vero ii, quibus Deus non eſt niſi Ens in genere ac Realitas ipſa entium, quique proinde exiſtimant Deum illum ſuum agere neceſſario, ac ne pollicem quidem unum novæ materiæ poſſe in mundo creare, creationem animarum ex nihilo quotidie fieri per volitiones Dei diſtinctas ac ſingulares, fateri omnino poſſunt. Quæ cauſa eſt quamobrem nemo unus e Carteſiana ſchola, ſyſtematis ſui peritus, id auſus ſit vel ſemel profiteri. Forte cum Carteſius ſubſtantiam divideret in ſubſtantiam ſive Rem extenſam, quæ Corpus eſt; & ſubſtantiam ſive Rem cogitantem, quæ Mens eſt: nihil aliud voluit, quam quidquid eſt in rerum natura, Corpus eſſe; ſed aliud quidem extenſum, aliud non extenſum, qualis eſt vis ſeminum; atque adeo quod dici poſſit incorporeum, latens in viri ſemine: neque aliud eſſe Animam, ſive Mentem, niſi igniculum quemdam ex illo demum ſemine progreſſu temporis ſplendeſcentem. Neque aliam fortaſſis corporeitatis formam excludit ab Anima, quam quæ poſita eſt in extenſione longa, lata, & profunda. Aut utramque ſubſtantiam, Extenſam & Cogitantem, ex æquo vult eſſe æternam, quamquam a Deo, hoc eſt, ab Ente & ſub Ente in genere; quod eſt (ut aït) & neceſſarium, & utrique ſubſtantiæ commune: Ex Cogitante autem decerpi ſubinde particulas, quæ cum humana corpora ſubeunt, Animæ appellantur, & creari tunc dici poſſunt. Nam ita certe quidam olim, teſte Virgilio, libro III. Georgicon, Philoſophi ſtatuerunt, de viris belluisque ipſis:

His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem divinæ mentis, & hauſtus
Ætherios dixere: Deum namque ire per omnes
Terraſque tractusque maris, cælumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, VIROS, *genus omne ferarum,*
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere VITAS.

Ubi *hauſtus ætherii*, *divina mens*, & *Deus*, voces ſynonymæ ſunt, quæ æternam ſubſtantiam cogitantem ſignificant uſquequaque diffuſam: *tenues vitæ*, inde decerptæ animæ ſunt. Sed priorem ſententiam de anima latente in ſemine & inde emicante, ſecutum fuiſſe Carteſium, Auguſtino præeunte, prodidit ſcriptor haud ignobilis ex Carteſii diſcipulatu Ludovicus de la Forge, in præfatione Tractatus Gallici, quem inſcripſit, *De l'Eſprit de l'homme*, hoc eſt, De Mente Humana, *ſecundum principia Renati Carteſii.*

De ſitu animæ a Catholicis Carteſiani ſimiliter diſſident. Hanc enim illi ut ſpiritalem cenſent eſſe, nec cogitandi tantum, ſed & corporis movendi vi præditam, totam in toto corpore, totamque in partibus ſingulis aïunt reſidere. Carteſiani, qui quo diximus ſenſu corpoream eſſe arbitrantur, eique vim motricem adimunt, ſolam cogitationem relinquunt, totam in ea cerebri parte collocant, unde nervi omnes prodeunt, qua & iidem terminantur. Itaque glandulam pinealem præcipuam eſſe ſedem animæ ponunt: quo nihil inſulſius dici poſſe, periti etiam Anatomici prodidere. De ſede tamen animæ ibi collocanda, ſic ipſe Malebranchius, in Disquiſitione Veritatis, pag. 43. *L'ame reſide principalement, s'il eſt permis de le dire ainſi, dans cette* PARTIE DU CERVEAU, *où tous les filets de nos nerfs aboutiſſent. Elle y eſt pour entretenir & pour conſerver toutes les parties de noſtre corps: & par conſequent il faut qu'elle ſoit avertie de tous les changemens qui y arrivent; & qu'elle puiſſe diſtinguer ceux qui ſont conformes à la conſtitution de ſon corps, d'avec les autres: parce qu'il lui ſeroit inutile de les connoiſtre abſolument, & ſans ce rapport à ſon corps:* &c.

Et Antonius le Grand, parte 6. Inſtit. Philoſ. art. VIII. *Non abſque fundamento hanc* GLANDULAM *ſive Conarion ab Anatomicis dictam, in medio cerebri ſtatuimus tamquam præcipuam Animæ ſedem, & in qua omnes ſenſus noſtri fiunt. Quia nulla pars in cerebro noſtro invenitur, quæ duplex non ſit. Ut duobus oculis utimur ad videndum; duabus auribus ad audiendum, duabus manibus ad palpandum, & ita de reliquis ſenſuum noſtorum externorum organis: Et tamen nonniſi unum objectum videmus, nec niſi rem unam audimus, &c. Quare neceſſum eſt, ut duæ illæ imagines, ſeu potius duo illi motus nervorum (nam per ſpecies aut imagines nihil aliud intelligimus, quam varios partium cerebri motus:) qui per duo organa proveniunt, in unum locum conveniant, priuſquam ab Anima conſiderentur. Nec aliud reperibile eſt in toto cerebro, præter hanc* GLANDULAM; *cum in medio cavitatum cerbri ſit; & Spiritus undique illam ambiant. Ac proinde neceſſe eſt, ut illa* GLANDULA *ſit* SEDES SENSUS COMMUNIS, *hoc eſt, cogitationis, ac per conſequens, ipſius* ANIMÆ. Ad has nimirum deſcendere ineptias neceſſe eſt, qui cum Deum verum nullum noverint, nec Spiritum etiam aut quidquam aliud reipſa in mundo agnoſcunt præter materiam & motum; anima velut igniculo ex attritu ſeminum, veluti ignitorum lapidum, ſplendeſcente, & in ea cerebri parte ſedem ſuam collocante tamquam in arce.

V. Qui vero de origine & natura animæ tam prave ſentiunt, eo quod Deum haud alium eſſe ponant, quam Realitatem entium; quid illos arbitremur de ejusdem animæ immortalitate ſtatuere? Quod Atheus nemo negaverit, ſiquidem æquis ſtare conditionibus velit. Huic enim ſi quis conceſſerit, 1. Deum non eſſe niſi Ens ſive Bonum in genere, quod omnes naturaliter appetunt: 2. omnia quidem in mundo eſſe (ut vidimus Carteſianos ponere) vere corpora; ſed alia quanta eſſe ſive extenſa, alia non quanta, ſive quæ ſint nata cogitare: 3. cogitationem diſtingui geminam oportere; alteram congenitam, quæ eſt ſemper eadem, nec ullam rem ſpeciatim animo repræſentat; ſed eſt apta diverſis modis ſeu diſſimilibus objectis moveri: alteram multiplicem & variam, mutabilem ac tranſeuntem, quæ priorem diverſe afficiat: ac priorem quidem, ipſam eſſe animæ ſubſtantiam; alteram, modum quemdam quo feriunt pulſantque mentem ea quæ primum extrinſecus in ſenſus incurrunt: (Hæc enim Silvani Regis, ceteris haud diſſentientibus, ſententia eſt in Metaphyſica, pag. 70. *Car il y a cette difference entre la* PENSE'E, *qui conſtituë ma nature, & les penſées qui n'en ſont que des manieres d'eſtre; que la premiere eſt une penſée fixe & permanente; & que les autres ſont des penſées changeantes & paſſageres. C'eſt pourquoi afin de donner une idée exacte de ma nature, je dirai, Que je ſuis une penſée qui exiſte en elle-meſme, & qui eſt le ſujet de toutes mes manieres de penſer. . . . J'ay dit, quand je voudrai parler exactement: pour donner à entendre, que rien n'empeſche que dans l'uſage ordinaire je ne puiſſe dire, que je ſuis Une ſubſtance qui penſe: pourveu que par ces mots, ſubſtance qui penſe, je n'entende autre choſe que Penſée qui exiſte en ſoi.*) 4. Si quis deinde adjecerit, quod quidem manifeſtum eſt, poſt mortem exuta corpore anima, nihil deinceps in mentem ſubire per ſenſus. 5. quodque eſt ex antecedentibus conſequens, non jam ullius rei per ſenſus admoneri mentem; nec proinde habere eam dein-

deinceps cogitationem ullam ſpecialem; quæ veluti modus eſt afficiens ac determinans congenitam cogitationem; ſiquidem illa ex objectis corporeis ortum atque initium habet. 6. mentem, quæ nihil ſpeciatim cogitet, nullo proinde ſenſu affici, ſeu voluptatis, ſeu doloris; nihil ſentire, nihil concipere, aut imaginari; non corpora extra ſe poſita, non animas ipſas agnoſcere. 7. ſeipſam nihilominus ac Deum noſſe; ſiquidem intelligi omnino non poteſt animum exſiſtere, quin & ſe & Deum, hoc eſt, Ens & Bonum indeterminatum, incolumitatemque ſuam norit & amet. 8. Non perire igitur quod ſubſtantiale animæ eſt, nempe cogitationem illam, quæ congenita dicitur, poſitaque eſt in ſenſu dumtaxat vitæ ſuæ: perire tantum illas cogitationum perpetuas vices, quæ pendent ab objectis ſenſus ferientibus. Hæc, inquam, ſi quis Atheo conceſſerit, quid deinde erit in illo moræ, quin ſtatim jungat dexteras, in eamque partem concedat, quæ ſit tam liberalis? Atqui docet hæc omnia totidem fere verbis Silvanus Regis in Metaphyſica, pag. 267. *Que l'ame aprés la mort* SERA PRIVE'E DE L'ENTENDEMENT *&* DE LA VOLONTE'. *Bien que l'ame ne meure pas avec le corps auquel elle eſt unie, cela n'empeſche pas néanmoins, qu'elle ne ſoit privée aprés la mort de toutes les fonctions qu'elle exerçoit dépendamment du corps. Par exemple, elle eſt privée de l'*USAGE *de l'*ENTENDEMENT: *c'eſt-à-dire, des facultez de ſentir, d'imaginer, de* CONCEVOIR, *de ſe* RESSOUVENIR, *& d'avoir* DES PASSIONS, *qui ſont des eſpeces d'entendement, comme on l'a dit. Elle eſt encore* PRIVE'E *de* L'USAGE *de* LA VOLONTE'. . . . *comme toutes les fonctions de cette faculté ſuppoſent celles de l'entendement.* Ergo nec judicabit de re ulla animus ſejunctus a corpore; ſiquidem ex Carteſianorum placitis, ut vidimus, judicium actus eſt voluntatis.

Et mox idem: *Il y a meſme lieu de douter* SI L'AME SEPARE'E CONNOITRA *les autres* AMES. . . . Et pag. 268. *Il y a encore lieu de douter ſi l'ame ſeparée connoiſtra les choſes* MATERIELLES. . . . . LAISSANT A PART *ce que la foi nous enſeigne, quelques conjectures que nous puiſſions faire à noſtre* AVANTAGE *ſur ce ſujet, nous avons une aſſurance comme certaine, que l'ame ſ parée ne pourra connoitre ni mouvoir les corps.*

Pag. 269. *Comme l'ame perdra par la mort tous les avantages qu'elle a, qui dépendent de l'union de l'esprit avec le corps, elle retiendra auſſi tous ceux qui ne dépendent pas de cette union, & qui ſont des ſuites neceſſaires de la nature de l'esprit. Ces avantages ſont en general les proprietez de connoitre & d'aimer* DIEU, *& de ſe connoiſtre & de s'aimer ſoi-meſme. Car* IL EST IMPOSSIBLE DE CONCEVOIR QU'UN ESPRIT SOIT ESPRIT, SANS CONCEVOIR QU'IL CONNOIT DIEU, *& qu'il ſe connoit ſoi-meſme:* & cetera, quæ ſuperius deſcripſimus, pag. 223.

Pag. 270. *Si l'homme joüiſſoit aprés la mort de tous les* AVANTAGES QU'ON PRE'TEND; *& qu'il euſt par exemple une memoire intellectuelle plus excellente que la corporelle,* UNE CONNOISSANCE PLUS E'TENDUE *&* PLUS CLAIRE, *&* UNE VOLONTE' PLUS LIBRE *que celle qu'il a à preſent; il ſeroit ſans doute dans* LE PLUS HEUREUX E'TAT *où il puiſſe eſtre; & il y ſeroit par les ſeules forces de la nature, ſans le ſecours d'aucune grace ſurnaturelle. Ce que la foi ne nous permet pas de croire, ni meſme de ſuppoſer. Car elle veut que nous attendions tous les avantages que l'ame recevra aprés ſa mort, non de ſa ſéparation d'avec le corps, mais de la promeſſe que Dieu lui a faite de la rendre heureuſe, pourveu qu'elle lui ait eſté fidelle.*

Denique pag. 271. *Concluons donc que la mort détruit tout ce qu'il y a de modal dans l'homme, ſans toucher à ce qu'il y a de* SUBSTANTIEL, *qui eſt eſſentiellement* INCORRUPTIBLE. . . . *Elle ne touche point* A L'ESPRIT NI AU CORPS *conſiderez en eux-meſmes: qui ſont tout ce qu'il y a de ſubſtantiel dans l'homme.* Incorruptibilem verius dici animam oportere aperte docet, quam immortalem: quatenus videlicet nihilo magis animæ quam corporis ſubſtantia deperit. Neque alia mens eſt etiam Antonii le Grand, parte VII. art. IV.

Janſeniani, quibus eadem ſunt omnino de Deo placita atque iſtis, ut propius tamen ad ſenſus Catholicos de animæ vita poſt mortem accedere videantur, ponunt accreſcere animæ dum vivit, quamdam corporis ſimilitudinem inſtar vehiculi, quod ſecum e corpore abiens animus auferat: ſitque, dum vivimus, veluti alterum ac ſubtilius animæ corpus in corpore: hujus ope nimirum fieri, ut obvios agnoſcant pariter mortuos, angelosque ipſos, quibus pariter tenue corpus impertiunt. Vidimus certe ex ea ſecta qui ſic ſentirent.

VI. Jam hominem ſola mente conſtare, ad ejus vero naturam corpus minime pertinere, Carteſius decernit: Cur? Quoniam videlicet hominem eſſe factum ad imaginem Dei expreſſius traditum eſt in ſacris litteris, quam ut negari poſſit a quoquam. At ſi Deus non eſt niſi Ens aut Verum in genere; ad imaginem Dei eſſe in homine nihil poteſt, niſi quod Verum illud cognoſcat & amet: alioquin eſſet & lapis & Sol; & quodlibet aliud ens creatum, quod & reipſa exſiſteret & vere conſtaret ſuis partibus, factum pariter ad imaginem Dei, quia verum & unum eſſet. Ad eam igitur imaginem corpus in homine omnino non pertinet. Docent e diverſo Catholici, non animam ſolum hominis, ſed hominem totum eſſe factum ad imaginem & ſimilitudinem Dei; hoc eſt, poſitum a Deo quaſi vicariam ſui imaginem; quam qui læſerit, ipſum violaſſe Deum cenſeatur. Et quidem hæc prærogativa hominis ſola fide ac revelatione noſcitur: lumine naturali, ſi ſolum adſit, deprehendi non poteſt. At ubi verum Numen nullum admittitur, ſi qua eſt in homine ratio imaginis, hanc & ſolo naturæ lumine demonſtrari, & in ſola proinde intelligendi vi, quæ ſoli menti convenit, conſtitui neceſſe eſt.

Carteſium olim ſane non ſegniter caſtigabat Petrus Gaſſendi, his ipſis verbis, apud Carteſium, in Meditationibus Metaphyſicis, pag. 430. *Credibile eſt, inquis, te factum ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Credibile ſane religioſa fide: At ratione naturali quî liceat intelligere, niſi Deum facias hominiformem? Et in quonam conſiſtere poteſt hæc ſimilitudo? An tu cum ſis pulvis & cinis, præſumere te ſimilem potes æternæ illi, incorporeæ, immenſæ, perfectiſſimæ, ... incomprehenſibiliſſimæque naturæ? . . . . Credibile dicis ex eo quod creavit: Sed ex eo potius incredibile eſt. Siquidem opus operanti ſimile non eſt, niſi cum ab eo generatur per communicationem naturæ. At tu hoc modo genitus a Deo non es. Neque enim es ejus proles, naturæve ejus particeps:* &c. Huic vero argumentationi aliud nihil Carteſius reponit, in Reſponſione ad quintas objectiones, pag. 528 quam eo modo imaginem Dei hominem eſſe, quo tabella Alexandri imago Alexandri eſt: Vim cogitandi eſſe in Deo infinitam, in nobis pertenuem: neque de ratione imaginis eſſe, ut in omnibus eadem ſit cum re cujus eſt imago; ſed tantum ut illam in aliquibus imitetur.

Malebranchius imaginem Dei, quæ in homine eſt, cenſet in unione poſitam eſſe mentis humanæ cum Verbo & Sapientia Dei, ſive Ratione (ut vocat) univerſali: quod eſt eamdem collocare in cognitione Veri, ſive actuali, ſive (ut ſcholæ loquuntur) aptitudinali. Sic ille in Reſponſione ad Silvanum Regis, pag. 110. Verba ſuperius deſcripſimus pag. 77. Et in Præfatione Diſquiſitionis Veritatis ſic loquitur: *Mais je ſuis ſurpris que des Philoſophes Chrétiens, qui doivent préferer. . . . .* S. AUGUSTIN *à quelque*

miſerable Commentateur d'un Philoſophe Païen, regardent plutoſt l'ame comme la forme du corps, que comme faite a l'image & POUR L'IMAGE DE DIEU, *c'eſt-à-dire*, SELON S. AUGUSTIN, POUR LA VERITE', *à laquelle ſeule elle eſt immediatement unie.* Verius dici admonet factam mentem hominis eſſe propter imaginem Dei, quam ad imaginem. Veritatem enim imaginem ponit eſſe Unitatis, quem ſummum Deum unum agnoſcit; & propter Veritatem eam contemplandam creatum hominem eſſe.

VII. Libertatem arbitrii in homine quis non ſtrenue defendi a Carteſio putet his verbis, Principiorum Philoſ. parte 1. num. XXXIX. *Quod autem ſit in noſtra voluntate* LIBERTAS; & MULTIS *ad arbitrium vel aſſentiri vel non aſſentiri poſſimus; adeo manifeſtum eſt; ut inter primas & maxime communes notiones, quæ nobis ſunt innatæ, ſit recenſendum.* Etiam in ea poſitam eſſe rationem imaginis ſimilitudiniſque cum Deo cenſet. Ac nihilominus ſolam in homine libertatem a coactione, nec in Deo ipſomet aliam, agnoſcere ſe aperte profitetur. Indifferentiam vero in homine maximam ſæpenumero deprehendi ait, cujusmodi in Deo nulla eſt; hæſitationem ſcilicet fluctuationemque animi, cum ſuſpenſus hæret incertusque quid judicet aut eligat, propter æqualia ex utraque parte motiva. Indifferentiam autem ad agendum vel non agendum, cum ſe menti offerunt perſpicuæ rationes quæ agendum eſſe ſuadeant, nullam in homine prorſus eſſe; libertatem vero nihilominus tunc eſſe maximam, eoque majorem, quod minor aut nulla tunc animi indifferentia eſt. Ita conceptis verbis Carteſius, Meditatione quarta Metaphyſica, pag. 66. *Eadem ratione ſi facultatem recordandi, vel imaginandi, vel quaslibet alias examinem, nullam plane invenio, quam non in me tenuem & circumſcriptam, in Deo immenſam eſſe intelligam. Sola eſt* VOLUNTAS, *ſive* ARBITRII LIBERTAS, *quam tantum in me experior, ut nullius majoris ideam apprehendam. Adeo ut illa præcipue ſit,* RATIONE CUJUS IMAGINEM QUAMDAM & *ſimilitudinem* DEI *me referre intelligo. Nam quamvis major absque comparatione in Deo quam in me ſit; tum ratione cognitionis & potentiæ, quæ illi adjunctæ ſunt, reddunt que ipſam magis firmam & efficacem; tum ratione objecti, quoniam ad plura ſe extendit: non tamen in ſe formaliter & præciſe ſpectata major videtur: quia* TANTUM IN EO CONSISTIT, QUOD IDEM FACERE VEL NON FACERE, (*hoc eſt, affirmare vel negare, proſequi vel fugere*) *poſſumus. Vel potius in eo tantum, quod ad id quod nobis ab intellectu proponitur,* AFFIRMANDUM *vel* NEGANDUM, *ſive proſequendum vel fugiendum,* ITA FERAMUR, UT A NULLA VI EXTERNA NOS AD ID DETERMINARI SENTIAMUS. NEQUE ENIM OPUS EST ME IN UTRAMQUE PARTEM FERRI POSSE, UT SIM LIBER: SED CONTRA, *quo magis in viam propendeo, ſive quia rationem veri & boni in ea evidenter intelligo,* SIVE QUIA DEUS *intima cogitationis meæ ita diſponit,* TANTO LIBERIUS ILLAM ELIGO. NEC SANE DIVINA GRATIA, *nec naturalis cognitio,* IMMINUUNT LIBERTATEM, *ſed potius* AUGENT & *corroborant.* INDIFFERENTIA *autem illa, quam experior, cum nulla me ratio in unam partem magis quam in alteram impellit, eſt infimus gradus libertatis; & nullam in ea perfectionem, ſed tantummodo defectum ſeu negationem quamdam in cognitione teſtatur. Nam ſi ſemper quid verum & bonum ſit clare viderem, numquam de eo quod eſſet judicandum vel eligendum deliberarem: Atque* ITA QUAMVIS PLANE LIBER, NUMQUAM TAMEN INDIFFERENS ESSE POSSEM. Inter ea quæ libere facimus, refert ille affirmationem vel negationem; quoniam Carteſianum eſt, ut ſupra vidimus, judicium cenſere actum voluntatis.

Idem pag. 68. *Exempli cauſa, cum examinarem hiſce diebus, an aliquid in mundo exiſteret; atque adverterem, ex hoc ipſo quod illud examinarem, evidenter ſequi me exiſtere;* NON POTUI QUIDEM NON JUDICARE ILLUD *quod tam clare intelligebam verum eſſe:* NON QUOD AB ALIQUA VI EXTERNA FUERIM AD ID COACTUS; SED QUIA EX MAGNA LUCE *in intellectu magna conſecuta eſt* PROPENSIO IN VOLUNTATE: *atque ita tanto* MAGIS SPONTE & LIBERE *illud credidi, quanto* MINUS FUI *ad illud ipſum indifferens.*

Et in Reſponſione ad ſextas objectiones, pag. 582. *Sed quantum ad hominem*, & cetera quæ jam ſuperius deſcripſimus, pag. 208. In Reſponſione autem ad ſecundas objectiones, pag. 225. *Rei cogitantis voluntas fertur,* VOLUNTARIE *quidem &* LIBERE, (*hoc enim eſt* DE ESSENTIA VOLUNTATIS:) *ſed nihilominus infallibiliter in bonum ſibi clare cognitum.*

Fallit autem idem inſigniter abuſione vocum, cum lumen gratiæ ſupernaturale admitti a ſe fingit, eo quod intima cogitationis noſtræ diſponere Deum ad volendum fatetur, in eadem Reſponſione ad ſecundas objectiones, pag. 201. *Nec etiam ii*, inquit, *qui mea legent, putare poterunt, me iſtud* LUMEN SUPERNATURALE *non agnoviſſe; cum valde expreſſis verbis in ipſa quarta Meditatione. . . dixerim, illud* INTIMA COGITATIONIS NOSTRÆ DISPONERE AD VOLENDUM, *nec tamen minuere libertatem.* Nimirum pag. proxime hic ſuperiore, ubi de Deo id dixit, quod nunc lumini tribuit, quoniam in ea hypotheſi, cum lumen ſit Verum, & Deus Verum; ſive lumen dixeris, ſive Verum, nihil eſt. At ubi Deus non eſt niſi Verum in genere, quid poteſt niſi abuſive ſupernaturale dici; aut alio ſenſu, quam quia naturæ præciſe ſpectatæ advenit, prodeſtque ad beatam vitam, quæcumque demum ea ſit, aut futura ſit?

Silvanus Regis a magiſtro ne latum quidem unguem diſcedit. Libertatem arbitrii in eo eſſe poſitam aſſeverat; Primo quidem, quod indifferens voluntas ſit ad judicandum & eligendum alterutrum, cum ſe paria utrimque momenta rationum offerunt. Secundo, quod cum voluntas eligit aut judicat, id fiat absque ulla vi cogente extrinſecus. Tertio denique, quod affirmare & amare voluntas poſſit alio tempore, aliis adducta rationibus, id quod in præſentia negat & odit. Atque hic eſt, inquit, ſenſus diviſus Divo Thomæ multisque Philoſophis probatiſſimus: in quo liber animus & indifferens eſt: cum in ſenſu compoſito perſpicuæ lucis non poſſit voluntas non aſſenturi; & ſit nihilominus tunc quoque vel eo nomine magis libera, quod nullam habet reliquam partem indifferentiæ. Sic ille in Metaphyſica, pag. 211. *Parce que le jugement & le libre arbitre ſont deux eſpeces de volonté, qui regardent des objets, dont les rapports ne ſont que contingens, il faut qu'ils agiſſent* AVEC INDIFFERENCE & SANS NECESSITE'; *C'eſt-à-dire, de telle ſorte qu'ils retiennent toujours la* PUISSANCE *de ne pas agir, ou d'agir d'une maniere toute contraire à celle dont ils agiſſent Ainſi par exemple, quand je vois qu'un corps eſt borné de quatre coſtez, bien que je ne manque pas d'aſſurer qu'il eſt quarré, je ne l'aſſure pas néanmoins* AVEC NECESSITE'. *Car comme ce corps peut ceſſer d'eſtre borné de quatre coſtez, je retiens auſſi la puiſſance d'aſſurer qu'il n'eſt pas quarré. De meſme quand je ſens que la chaleur du feu me fait du bien, quoi que je ne manque pas alors de l'aimer, je ne l'aime pas néanmoins* AVEC NECESSITE'. CAR COMME CETTE CHALEUR PEUT CESSER *de me convenir, je puis auſſi ceſſer de l'aimer. Ce que je ne pourrois pas faire, ſi je l'aimois d'un amour neceſſaire. Outre* CETTE INDIFFERENCE, *qui eſt propre aux actions du jugement & du libre arbitre, il y en a une autre qui leur convient quelquefois; avant meſme qu'ils ſe ſoient determinez à agir. Cette indiffe-*

rence

rence conſiſte dans un état de ſuſpenſion, où le jugement & le libre arbitre ſe trouvent, lors que l'entendement leur repreſente deux ou pluſieurs choſes avec raiſons égales & oppoſées. . . . . Et ſi je délibere enſuite, ce n'eſt que pour me délivrer de cette indifference, laquelle on nomme Objective, pour la diſtinguer de l'indifference précedente, qui s'appelle réelle & poſitive.

On dira peut-eſtre, que l'indifference réelle & poſitive ne ſe peut rencontrer dans les operations du jugement & du libre arbitre; à cauſe qu'il repugne que le jugement & le libre arbitre ſoient indifferens à agir ou à ne pas agir, lorſqu'ils agiſſent en effet. A quoi je répons qu'il eſt vrai, que le jugement & le libre arbitre n'ont pas la puiſſance de ne pas agir, dans le tems-meſme qu'ils agiſſent: Mais que rien n'empeſche qu'ils n'ayent la puiſſance de ne pas agir DANS LE TEMS QUI SUIT. *Par exemple, quand j'aſſure qu'un corps eſt triangulaire, je ne retiens pas la puiſſance d'aſſurer qu'il ne l'eſt pas, pendant tout le tems que j'aſſure qu'il l'eſt. Mais cela n'empeſche pas que je ne puiſſe retenir la puiſſance d'aſſurer qu'il ne l'eſt pas pour le tems à venir; pendant lequel le corps triangulaire pourra devenir quarré ou ovale. Ce qui ſuffit pour établir* L'INDIFFERENCE *réelle & poſitive dont il s'agit.*

Et pag. 218. *Il faut donc que la liberté des actions humaines conſiſte, en ce que l'ame, quand elle affirme, ou lors qu'elle aime* NE SENT AUCUNE FORCE EXTERIEURE QUI LA CONTRAIGNE *à affirmer ou à aimer; & qu'elle affirme & aime de telle ſorte, qu'elle retient toujours la puiſſance de ne pas affirmer ou aimer, ou d'affirmer & d'aimer le contraire de ce qu'elle affirme ou de ce qu'elle aime. . . . Puiſque l'entendement eſt de telle nature, qu'il peut repreſenter comme mauvais les objets du libre arbitre, qu'il a déja repreſentez comme bons; c'eſt une neceſſité, que quand le libre arbitre aime une choſe, il retienne toujours la puiſſance de la haïr, quand elle lui ſera repreſentée comme mauvaiſe.*

Pag. 221. *Ce qui fait voir que les actions du jugement & du libre arbitre ſont parfaitement libres, ſi par le mot de* Libres *on entend (comme on le doit faire) des actions qui procedent d'une faculté intelligente* QUI AGIT SANS CONTRAINTE, *& qui retient toujours la puiſſance de ne pas agir* DANS LE SENS DIVISE'. *Mais ſi par le mot de* Libres *on veut entendre des actions, qui procedent d'une faculté qui ſe determine d'elle-meſme ou par elle-meſme, comme fait la volonté de Dieu, les actions du jugement & du libre arbitre* NE SONT PAS LIBRES. CAR *il a eſté prouvé, qu'il n'y a rien dans le monde, non ſeulement de ce qui exiſte, mais encore qu'il n'y a ordre, ni* RAISON DE BONTE' & DE VERITE' *qui ne dépende de Dieu comme de ſa cauſe efficiente, mediate ou immediate.* Negat voluntati creatæ vim ineſſe ſe ipſam determinandi ad actum, quam indifferentiam activam Catholici vocant. Cur autem negat? Quia illa determinatio habet aliquam rationem boni verique: ergo eſt a Deo, hoc eſt, Vero & Bono univerſali, ac neceſſario, velut efficiente cauſa, non a creata voluntate; in qua quidquid eſt Boni Verique neceſſe eſt in illa hypotheſi eſſe divinum: quippe cum Vero Bonoque nihil divinius ſit, ut volunt.

Malebranchii, hominis utique vafri, alia ratio, alia mens atque ſententia verbo tenus, reipſa eadem eſt. Gratiam enim actualem omnem ponit ipſe etiam eſſe invictam, atque efficacem per ſe atque irreſiſtibilem: hanc eſſe illuminationem cum bono motu ſeu delectatione: Conſenſum vero, qui hanc delectationem ſubſequitur, eſſe liberum ait, quoniam conjunctus eſt prior motus ſeu delectatio illa antecedens cum potentia non conſentiendi, ſive cum cupiditate; quæ poteſt reipſa ſemper & ex naturæ ſuæ conditione ac vi a bono mentem avertere. Quod ſi quando avertit, dicit Malebranchius tunc bonum motum qui præceſſit, tametſi eſt per ſe efficax reſpectu delectationis quam impreſſit, ſufficientem gratiam merito nuncupari; quoniam niſi cupiditas reſtitiſſet, ex illo bono motu conſenſus eſſet Deo operante ſubſecutus. Quæ verba Arnaldus ſic accepit, quaſi Malebranchius affirmaret, conſenſum a voluntate ſola abſque Deo eſſe: eamque ob rem Malebranchium Pelagianæ hæreſeos reum peregit: cum tamen ſolo nomine ab Arnaldo, ut diximus, non re, diſſideret. Dixit Arnaldus aperte quod ſentiebat; conſenſum voluntatis ſic eſſe & fieri a bono motu gratiæ, ut ei voluntas numquam omnino reſiſtat. Malebranchio placuit, ut Catholicos falleret, conſenſum voluntatis a bono motu qui præceſſit ſejungere, & aliam conſenſus adſignare cauſam. Quippe hunc motum prævenientem eſſe a gratia quidem invincibili, ſeu potius gratiam ipſam eſſe invincibilem confitetur: conſenſum vero ipſum negat ab eadem illa gratia invincibili proficiſci. Nihil enim aliud hunc conſenſum eſſe contendit, præter ipſum amorem neceſſarium nobisque ingenitum Boni in genere, vi ſua in bonum ſibi propoſitum neceſſario, tametſi ſuaviter, atque adeo (ut ait) libere propendentem. Quaſi vero Arnaldus, ſi Malebranchium intelligeret, valde curaret, utrum a bono motu gratiæ per ſe efficacis, qui conſenſum illum immediate præcedit; an poſt eam gratiam actualem, Deo per amorem Boni in genere æque neceſſarium rurſum invicte operante, in eo qui nec cupiditate jam tranſvertus agitur, nec alia cogitatione diſtrahitur, ob vim gratiæ actualis antecedentis, ſequi conſenſum quis affirmet.

Hanc Malebranchius ait eſſe P. Ameloti doctrinam, & Thomiſtarum quos allegat. Noſtram itaque voluntatem præparari a gratia illuſtrante ac movente invicte, idque demum peragente ad quod peragendum nata apta eſt; non tamen ipſum per ſe conſenſum: Agere autem eamdem voluntatem ſponte per aliam actionem Dei, nempe per eam qua fertur voluntas neceſſario & invicte, quamquam nihilominus libere, in bonum univerſim. Sic ille in Reſponſione ad litteras Arnaldi, pag. 196. & in Diſquiſitione Veritatis, pag. 483. In Reſponſione autem ad Arnaldum, ſcribentem contra librum Malebranchii de Natura & Gratia, pag. 151. agere voluntatem quidem concedit, dum bono motui cedit: negat tamen quidquam producere; negat voluntatis creatæ aliquam efficientiam eſſe; exercitium dumtaxat dicit eſſe motus illius innati, quo erga bonum generatim propendemus. *Mais ſuppoſé que je ne ſuccombe point à une tentation. . . . j'agis*, MAIS JE NE PRODUIS RIEN EN MOI. *J'agis, mais ce n'eſt que par ma volonté;* C'EST-A-DIRE PAR LE MOUVEMENT NATUREL *que Dieu imprime ſans ceſſe en moi pour me porter vers lui.* CE N'EST POINT UNE EFFICACE QUI ME SOIT PROPRE, OU QUI DE'PENDE DE MOI. *J'agis*, MAIS C'EST UNIQUEMENT QUE JE SUIS LE MOUVEMENT *que Dieu me donne*: &c. Vim omnem activam ſeu productivam ſui conſenſus adimit voluntati. Agit voluntas, inquit, ſive conſentit, quatenus ſequitur impulſum Dei, imprimentis animæ motum ſive amorem neceſſarium erga Bonum univerſim; qui motus ab actuali gratia prævenient, ac proponente Bonum univerſale determinatur ac ſiſtitur. Quod eſt cum Luthero, ni fallimur, profiteri, habere ſe voluntatem mere paſſive; & agi eamdem, non agere.

Itaque de ſolo nomine acris illa inter iſtos concertatio fuit: luſitque Malebranchius & Arnaldum, qui ſui dogmatis infenſiſſimum hoſtem; & Catholicos ſane multos, qui ſuffragatorem fidei eſſe Malebranchium putarunt. Hæc ſumma certe illius doctrinæ eſt in libro de Natura & Gratia, in Reſponſione ad Arnaldi epiſtolas, aliisque locis. Facient dicti fidem excerpta ſequentia ex ea Reſponſione.

Pag. 29. *Je crois qu'il eſt evident. . . que la grace efficace* EST DE MESME NATURE QUE LA SUFFI-

SUFFISANTE. *Telle grace actuelle* EST EFFICACE PAR RAPPORT *à tel effet ou tel consentement de la volonté, lors que Dieu la donne dans les circonstances qu'il prévoit que l'homme donnera ce consentement: & elle est* SUFFISANTE PAR RAPPORT A MILLE AUTRES EFFETS. *Car quoi que Dieu en la donnant prévoie bien qu'elle n'en sera pas suivie, ce n'est pas que de sa nature elle soit telle.* Sufficientem gratiam numquam dicit iste cum Catholicis esse eam, qua sola possit quis, si velit, cupiditatem vincere.

Pag. 109. *Je m'explique en deux mots. Je reconnois dans cet homme, 1°. une grace de sentiment, mais accompagnée de lumiere, qui lui découvre qu'il doit pardonner. . . . . 2°. j'y reconnois un bon mouvement. Car la delectation de la grace presse, incline, porte cet homme à pardonner. Enfin j'y reconnois un consentement libre à cette inspiration, ou à ce bon mouvement de la grace,* PARCE QUE *cet homme* PEUT *suspendre son consentement. A l'égard du premier, il ne dépend point de nous de sentir ou de ne pas sentir cette delectation prévenante; c'est un don de Dieu qui est en nous sans nous. A l'égard du second, il ne dépend point aussi de nous que cette delectation nous porte ou nous incline au bien. C'est son effet naturel. Ce bon mouvement est encore en nous sans nous. Mais à l'égard du troisiéme il dépend de nous de consentir à ce bon mouvement, ou de suspendre nostre consentement.* Potest, inquit, voluntas cohibere ac sustinere consensum; si nempe interveniat cupiditas, ut certe potest. At non est istud dare vim voluntati activam ad cooperandum gratiæ.

Objiciebat Arnaldus: apud Malebranchium, pag. 118. „ *Vous voiez en second lieu, que ce que vous dites* „ *de la derniere de ces trois choses, qui est le mouvement* „ *d'amour* QUE NOSTRE VOLONTE' FORME „ EN ALLANT AU DELA *de ce que nous sommes* „ *poussés par la Grace, que c'est en cela que nous agis-* „ *sons librement, & que nous meritons par le bon usage* „ *que nous faisons de nostre liberté,* NE VOUS DIS- „ TINGUE PAS DE LUTHER, *qu'en vous faisant* „ *tomber dans l'heresie de* PELAGE. *Car vous mettez* „ *en nous de bons mouvemens qui sont libres & meritoi-* „ *res, ce que ne vouloit pas Luther; & en cela vous* „ *vous distinguez de lui: mais vous voulez que ces bons* „ *mouvemens de la pieté Chrétienne, qui sont bons &* „ *meritoires, ne soient pas ceux qui sont formez en nous* „ *par la puissance de la grace; mais ceux que* NOUS „ NOUS DONNONS A NOUS MESMES *par le bon* „ *usage que nous faisons de nostre liberté.* EN NOUS „ AVANÇANT AU DELA *de ce que nous* POUS- „ SE LA GRACE. *Et vous vous engagez par là* „ *à croire, comme Pelage, que nos merites ne sont* „ *point des dons de Dieu, mais des fruits de nostre libre* „ *arbitre: que ce ne sont point des merites divins, mais* „ *des merites humains.* Sic, inquam, objicienti Arnaldo, respondet Malebranchius, pag. 120. *Je ne dis point que* LA LIBERTE' FORME LE MOUVEMENT D'AMOUR: *mais qu'elle consent au mouvement d'amour que la grace forme: ni* QU'ELLE AILLE AU DELA DE CE QUE NOUS SOMMES POUSSEZ PAR LA GRACE: *mais* QU'ELLE AVANCE, POUR AINSI DIRE, AU DELA DE CE QUE LA GRACE NOUS POUSSE INVINCIBLEMENT. *Et par cela j'entens seulement que le merite consiste dans nostre consentement, lorsqu'il dépend de nous de le donner.* Motum actualem gratiæ prævenientis fatetur esse invincibilem quoad effectum suum proprium; quoad consensum autem non esse eamdem illam gratiam invincibilem, quoniam potest intervenire cupiditas, & illum gratia actualis illa operatur tantum quodammodo objective; effective autem Deus, hoc est, amor innatus ac necessarius, & tamen (ut ait) liber, Boni in genere: Consensum proinde illum etiam ipsum dicit esse liberum ac meritorium.

Et pag. 121. *Je ne tombe point dans l'heresie de Pelage: mais je me distingue de Luther, lorsque je soutiens, que* LES SECOURS ACTUELS DE LA GRACE NE SONT POINT INVINCIBLES PAR RAPPORT AU CONSENTEMENT DE LA VOLONTE': *ou que la grace n'est point efficace par elle-mesme, au sens que Mr. Arnaud le soutient.* Negat Malebranchius consensum voluntatis effici invincibiliter ab actuali gratia præveniente; sed hac præsupposita dicit illum invincibiliter effici ab amore innato Boni in genere, qui illud invincibiliter prosequitur & arripit, quoties clare proponitur. Et a Luthero iste vel Arnaldo differt?

Pergit ibidem: *Je ne veux point que ces bons mouvemens de la pieté Chrétienne, qui sont bons & meritoires, ne soient pas ceux qui sont formez, en nous par la puissance de la grace. Car j'ay toujours prétendu que la delectation de la grace* INFLUE DANS NOSTRE CONSENTEMENT. *J'ay toujours dit qu'elle nous pousse, qu'elle nous presse, qu'elle nous incline au bien. Mais je ne veux pas* QU'ELLE NOUS Y PORTE INVINCIBLEMENT. . . . . *Je veux en un mot qu'il dépende de nous de consentir au mouvement de la Grace.* Et pag. 126. *Les Papes & les Conciles ont decidé que Dieu fait en nous nos bons mouvemens:* Velle & perficere. *Oüi contre les Pelagiens, qui nioient la necessité de la grace de Jesus-Christ. Mais ils n'ont pas décidé, que Dieu fait cela en nous* PAR UNE GRACE INVINCIBLE PAR RAPPORT AU CONSENTEMENT DE LA VOLONTE'. *Les Papes ont décidé le contraire dans les dernieres Constitutions, &c.* Gratia, inquit, actualis excitat, movet, impellit: hoc facit per se efficaciter & invicte: hic effectus illius adæquatus est. Consensum non sic facit ipsa invincibiliter: nam id summi Pontifices in suis Constitutionibus negant. Accedit ille consensus post illam motionem, cum mens sequitur amorem sibi innatum Veri & Boni in genere, & propensionem continuam qua fertur in illud. Pendet a nobis, quia non est sine nobis. Neque tamen est ille consensus actus voluntatis, nisi forte improprie; sed vel est quies potius in delectatione quam gratia actualis produxit; vel amor ipse innatus Boni ac Veri in genere, perseverans. Pag. 152. *Que si* ON VEUT *appeller la puissance qu'on a de suivre ou de ne pas suivre le mouvement naturel de l'ame, une puissance réelle & véritable; je demeure d'accord que les esprits ont cette puissance. Mais je ne vois pas qu'elle* PRODUISE *en eux* UNE REALITE' *ou une* MODIFICATION *qui change physiquement leur substance.* TOUT CE QU'IL Y A DE REALITE' DANS LE MOUVEMENT DE L'AME VIENT TOUJOURS DE L'EFFICACE DE LA PUISSANCE DIVINE: *& je ne crois pas qu'on éprouve en soi,* COMME DE SOI, QUE DES REPOS. *Car tous nos mouvemens sont déterminés par nos jugemens;* & TOUS NOS JUGEMENS NE SONT DE NOSTRE PART QUE DE SIMPLES REPOS *ou des cessations de recherches: recherches, dis-je, que nous pouvons faire par l'action continuelle de Dieu en nous,* & NON POINT PAR NOSTRE EFFICACE PROPRE. At illa ipsa quies reale quiddam & bonum est; igitur eo nomine est ipsa etiam a Deo solo: & hæc est caritas permanens in nobis, quæ est Deus ipse, secundum placita impiæ sectæ. Arnaldus ergo dicit hunc consensum voluntatis actum esse invincibiliter productum a notione actuali gratiæ prævenientis. Malebranchius dicit esse quietem, non ab illa gratia invincibiliter, sed post illam invincibiliter ab amore innato Boni in genere. Et non æque ambos damnat Ecclesia? Non Malebranchius in Luthero prædamnatus est, qui mere passivam exhibet voluntatem?

Non alios certe induere sensus de arbitrii libertate potest, quisquis (ut isti) Deum non esse nisi Ens aut Verum & Bonum in genere existimat. Nam si ita est, cum sint actus omnes & quies ipsa humanæ voluntatis entia & bona & vera, ac proinde cum totum

id

id quod ſunt, habeant ab Ente & Vero & Bono, quæcumque ea demum origo & emanatio cujusque boni ac veri entis ab Ente & Bono & Vero in genere eſt; neceſſe eſt nihil omnino realitatis a creata voluntate eſſe, ſed totum a Deo. Et eſt haud dubie e re improbæ factionis, (Carteſianam & Janſenianam intelligo) iſtiusmodi placita defendere, ut cum quem ſolum vult agnoſci Deum generi humano (ſi fieri poſſit) obtrudat, nec bellum gerere cum vero Numine exiſtimetur. Quis enimvero non eos eſſe ſumma erga Deum religione putet, quos viderit omnia prorſus, ne actibus quidem liberis exceptis, obſtinate Deo adſcribere? Quanto illi ſtultis, quorum numerus innumerus eſt, religioſiores propterea videbuntur, quam ii, qui divinæ gratiæ efficacitatem pendere ponunt a voluntatis per eamdem adjutæ conſenſu; adeo ut nullus ſit gratiæ divinæ motus efficax deliberati actus, niſi a libero activæ per ſe voluntatis conſenſu; quæ motum omnem gratiæ irritum facit, cum lubet; & cum lubet ſimiliter, facit efficacem? At iſti reipſa, Malebranchium dico & Janſenianos, ſi Dei nomine nihil aliud niſi Naturam intelligunt, ſeu Verum ac Bonum quodcumque quod eſt in rerum natura, quid aliud quam Pelagianis pejores ſunt, ſiquidem ſunt Athei?

VIII. De peccato originali non memini me quidquam apud Carteſium legere; quoniam is videri voluit, opinor, non Theologum agere, ſed Philoſophi dumtaxat partes tueri. Perinde quaſi non Theologica ſint ea placita de Deo, totiusque religionis fundamento, quæ ſub profano Metaphyſicæ nomine venditat. At Malebranchius, de cujus ſuper ea re hæreſi ſuperius quiddam diximus, ponit peccatum originale aliud nihil eſſe, niſi dependentiam animi a corpore, ſenſibusque corporeis: Ex ea enim in humanum genus ſummam corruptionem, veluti ſcabiem, graſſatam eſſe. In Dialogis de Metaphyſica & Religione, tomo 2. pag. 321. *Dieu a prévu qu'après le peché, l'union de l'ame avec le corps* SE CHANGEROIT EN DEPENDANCE. . . . . *& qu'ainſi* LA CONCUPISCENCE, QUI N'EST AUTRE CHOSE QUE CETTE DEPENDANCE, *répandroit une corruption generale dans le genre humain.* Dependentiam vero eam in eo eſſe poſitam, quod impreſſa cerebro veſtigia rerum ſenſibilium, animum his affigunt; atque adeo neminem poſſe in hanc vitam ingredi abſque concupiſcentia, ſive abſque originali peccato, quod nihil aliud in hac hypotheſi quam regnum illud concupiſcentiæ eſt: idem originale peccatum in parvulis, in viris actuale. In Diſquiſitione Veritatis, pag. 95. *Nous devons naiſtre* AVEC LA CONCUPISCENCE *&* AVEC LE PECHE' ORIGINEL. *Nous devons naiſtre avec la concupiſcence, ſi* LA CONCUPISCENCE N'EST QUE L'EFFORT *naturel*, QUE LES TRACES DU CERVEAU *font ſur l'eſprit* POUR L'ATTACHER AUX CHOSES SENSIBLES. *Et* NOUS DEVONS NAISTRE DANS LE PECHE' ORIGINEL, *ſi* LE PECHE' ORIGINEL N'EST AUTRE CHOSE QUE *le regne de* LA CONCUPISCENCE, *& que* CES EFFORTS *comme victorieux & comme maiſtres de l'eſprit & du cœur de l'enfant. Or il y a grande apparence, que le regne de la concupiſcence*, EST CE QU'ON APPELLE PECHE' ORIGINEL DANS LES ENFANS, *&* PECHE' ACTUEL *dans les hommes libres.*

Ut hanc hæreſim tueatur, addit potuiſſe primum hominem, ante lapſum, ſiſtere motum ſpirituum animalium & ſanguinis, cum luberet; qui motus has cerebri concuſſiones, commoti ipſi prius ab objectis, & hæc in illo veſtigia creant: nunc vero id in noſtra penitus poteſtate non eſſe. Proh quibus iſte figmentis fulcire nititur impietatem! Et hæc etiam in Deo, opinor, videt evidenter. Pag. 17. *Car encore qu'Adam puſt arreſter les émotions des eſprits & du ſang, & les ébranlemens du cerveau que les objets excitoient en lui: à cauſe qu'étant dans l'ordre, il faloit que ſon corps fuſt ſoumis à l'eſprit.* Et pag. 486. *Comme avant le peché toutes choſes étant parfaitement bien reglées, l'homme avoit* NECESSAIREMENT *ce pouvoir ſur ſon corps, qu'il empeſchoit la formation de ces traces lors qu'il le vouloit.* Et Malebranchii alumnus ac defenſor Lelevelius in defenſione ipſius adverſus Silvanum Regis, ſive in vera & falſa Metaphyſica, pag. 107. *Il eſt vrai que c'eſt une loi de l'union de l'ame & du corps, que l'ame ſente de la douleur ou du plaiſir, ſelon que les mouvemens qui ſe paſſent dans le corps, ſont utiles ou contraires à la conſervation de ce meſme corps. Mais M. Regis n'a pas voulu voir, que cette loi arbitraire a du ceder pendant l'innocence de l'homme* A LA LOI INVIOLABLE DE LA JUSTICE, QUI NE PERMET PAS QU'UN ESPRIT SOIT DEPENDANT D'UN CORPS, NI QU'IL NE PUISSE SUSPENDRE *ou moderer des mouvemens, auſquels ſont attachez des plaiſirs qui le corrompent, ou des douleurs qui le déſolent. Ainſi M. Regis a confondu l'état d'innocence avec celui de la nature corrompuë; & on le retrouve par tout également oppoſé à la foi & à la raiſon.* Cetera Malebranchii deliramenta de peccato originali jam ſuperius expoſuimus, pag. 55. & ſequentibus.

Wittichius Carteſio-Calvinianus, in Theologia Pacifica, num. LXI. pag. 45. motus glandulæ pinealis excitatos a ſpiritibus pariter affert ad peccatum originale explicandum. Et hos *motus inordinatos* vocat, *quia excitant in anima pravam concupiſcentiam; quæ converſa ad creaturas avertitur a Deo. Scilicet ſi fortes ſint ſatis*, inquit, *impreſſiones ſpirituum qui tendunt ad cupiditatem rerum terrenarum excitandam, anima vero deſtituatur juſtitia originali, (quæ ſi armata eſſet, poſſet ſiſtere iſtos motus;) ſortiuntur omnino ſuum effectum, & anima ſentit cupiditatem ad terrena, quæ eſt vitioſa illa concupiſcentia.*

Atqui ex ea doctrina ſane ſequitur, belluas oportere credi mere machinas eſſe: ne peccato originali pariter ſubjacere nobiſcum credantur, ob ſimilem pronitatem in bonum ſenſibile. 2°. Statum puræ naturæ eſſe impoſſibilem, in quo homo, abſque peccato, concupiſcentiæ ponatur, uti nos ſumus, obnoxius. 3°. Si Eva ſola peccaſſet, Adamo innoxio, nihilominus transmittendum neceſſario ad poſteros peccatum fore, quos Adamus ex Eva ſuſciperet, ut ipſe Malebranchius aperte confitetur, operis ſui de Diſquiſitione Veritatis, pag. 523. Sed quid agant, qui Deum non habent, niſi Ens entium, aut Verum ac Bonum in genere; hoc eſt, qui Deum nullum habent? Quid illi, inquam, aliud afferant aut commiſcantur, quod peccati originalis vices præſtet, ut Catholici nimirum, magnifice jactata peccati originalis confeſſione, videantur?

IX. Sed auguſtiora tamdem myſteria contemplemur. Quid mirum eſt ſi qui Deum non habent, præter Realitatem Entium, Tranſſubſtantiationem panis in Corpus Chriſti, qualem Catholici confitemur, nec aperte negare auſint, metu rogi, quamquam ſtare hanc ipſi minime poſſe cum ſua doctrina probe intelligunt; nec velint ſubinde plane confiteri; excipiantque propterea ſubdole ſe Philoſophos, ad quos ſacrorum myſteriorum expoſitio nihil pertineat, non Theologos eſſe vel agere? Quis tamen interim e Catholicorum Theologorum numero non jure ſuccenſeat, cum ab his ea poni principia viderit, quæ aperte cum Tranſſubſtantiatione pugnant? Quale eſt iſtud Carteſii, Principiorum Philoſophiæ, parte 2. num. VIII. *In re autem fieri non poteſt, ut vel minimum quid ex iſta quantitate aut extenſione tollatur*, QUIN TANTUMDEM ETIAM DE SUBSTANTIA DETRAHATUR; *nec vice verſa, ut tantillum de ſubſtantia detrahatur, quin tantumdem de quantitate ac extenſione tollatur.* Hoc eſt enim dicere, nec poſſe detrahi de quantitate aut extenſione Corporis

Chriſti, ut in altari ſub ſpeciebus ſit, quin tantumdem de ſubſtantia detrahatur, nec vice verſa tantillum detrahi de panis ſubſtantia, quin tantumdem de quantitate ſive extenſione tollatur. Quæ duo dogma Catholicum de Tranſſubſtantiatione penitus labefactant.

Deſcripſit Carteſium, ut ſolet, Antonius le Grand, parte 3. Inſtit. Philoſ. art. III. *Materia igitur Phyſica, ſeu (quod idem eſt) corpus naturale, eſt ſubſtantia in longum, latum, & profundum extenſa. Nec aliud, materiæ ſeu corporis nomine, ſub* IMAGINATIONEM *cadere poteſt. Quantitas eſt præcipuum illius attributum, quod eam conſtituit, nec poteſt ab illa ullo modo ſeparari. Adeo ut* MORDICUS *in noſtra ſententia aſſerendum ſit,* EXTENSIONEM ITA MATERIÆ IDENTIFICARI, *ut nihil a Quantitate detrahi poſſit, quin tantumdem a corpore auferatur. Et e contra, dum quidquam de corpore tollitur, tantumdem de quantitate detrahi.* Bene habet, quod *imaginativum* iſte ſe Philoſophum confitetur. Hoc enim ſane novæ & Carteſianæ Philoſophiæ proprium eſt, nihil ut capere prorſus poſſit, niſi quod cadat ſub imaginationem. Quæ cauſa etiam eſt, quamobrem ne ſimiles facti dicerentur ipſi jumentis inſipientibus, carere illa imaginandi vi, & meras eſſe machinas confinxerint.

Et illud autem e Carteſii Reſponſione ad ſextas objectiones, pag. 584. quo tamdem ſpectat? Cum ponit idem ſcilicet, repugnare omnino dari accidentia realia: ſi poſſint accidentia eſſe ſine ſubjecto, jam non accidentia fore, ſed ſubſtantiam: nec poſſe hanc ab illis divelli, etiam divina virtute. Concilium denique Conſtantienſe, cum definiit accidentia panis manere ſine ſubjecto in Sacramento, non propterea definiiſſe accidentia ea eſſe realia. *Ad accidentium autem,* inquit, REALITATEM EXPLODENDAM, *non mihi videtur opus eſſe exſpectare alias rationes ab iis, quæ jam a me tractatæ ſunt. . . .* OMNINO REPUGNAT DARI ACCIDENTIA REALIA: *Quia quidquid eſt reale, poteſt ſeparatim ab omni alio ſubjecto exſiſtere. Quidquid autem ita ſeparatim poteſt exſiſtere,* EST SUBSTANTIA, *non accidens. Nec refert quod dicatur, accidentia realia non naturaliter, ſed tantum per divinam potentiam a ſubjectis ſuis ſejungi poſſe. Nihil enim aliud eſt fieri naturaliter, quam fieri per potentiam Dei ordinariam, quæ* NULLO MODO DIFFERT AB EJUS POTENTIA EXTRAORDINARIA; *nec aliud quidquam ponit in rebus. Adeo ut ſi omne id quod naturaliter ſine ſubjecto eſſe poteſt, ſit ſubſtantia; quidquid etiam per* QUANTUMVIS EXTRAORDINARIAM DEI POTENTIAM *poteſt eſſe ſine ſubjecto, ſubſtantia eſt dicendum.* Non hæc, ſi vera ſunt, Tranſſubſtantiationis fidem convellunt? Non verum Numen e mundo tollunt, cum ejus potentiam iis limitibus circumſcribunt, ut nullam ipſius velint eſſe potentiam, præter ordinariam?

In Reſponſione denique ad objectiones quartas, pag. 349. uſque ad 353. ſpecies panis & vini, quæ in Euchariſtia remanent poſt conſecrationem, *accidentia* negat *eſſe quædam realia, quæ ſublata ſubſtantia cui inhærebant, miraculoſe ſola ſubſiſtant,* aut id *Eccleſiam ullibi docuiſſe.* Species ait, aliud pag. 351. nihil eſſe, præter entitatem quamdam modalem, ſeu terminum panis extimum, exempli gratia, qui concipitur medius inter ſubſtantiam quantitatemque panis, & corpora ambientia. Nihilo plus enim, inquit, panis quantitas, quam ſubſtantia, ad ſuperficiem ſeu ſpeciem pertinet, quæ ſenſus noſtros afficit. Quæ ſunt omnia ab iſto excogitata ſubtiliter, ne videretur fidei dogmati adverſari; ſiquidem ſalvam eſſe ſpeciem panis confitetur, mutata panis ſubſtantia; tametſi hanc mutari negat poſſe reipſa, niſi pariter mutata quantitate. Cujusmodi autem mutationem is poſſit agnoſcere, qui nec minui quidquam poſſe putat de quantitate Corporis Chriſti, quin tantumdem de ſubſtantia detrahatur; nec Deum habet niſi Realitatem entium; quis non ſtatim intelligit? Nimirum myſticam dumtaxat, quæ fide ac mente peragitur, ſubſtantiam Corporis Chriſti ibi cogitante, ubi panem prius conſiderabat; remanente cum ea cogitatione ſola ſpecie panis, ſive termino panis *qui concipitur extimus*, hoc eſt, intelligibili circumferentia.

Malebranchius ſimiliter in Diſquiſitione Veritatis, pag. 210. figuram, diviſibilitatem, impenetrabilitatem, & extenſionem, negat etiam divinitus a materia poſſe divelli. Negat quidquid in ſcholis Theologicis prolatum eſt hactenus ad illud placitum labefactandum, tametſi petitum ex ſanctiſſimo Euchariſtiæ myſterio, ullius eſſe roboris aut momenti. Gloriatur deinde, ſe palam facere poſſe, quemadmodum nihil ab eo dogmate detrimenti accedat fidei placitis; ſed id locum non poſcere. Ac demum concludit, pag. 213. ſatius eſſe multo Tranſſubſtantiationem ſimpliciter credere, quam velle eamdem explicari verbis; cum id fieri abſque animorum contentione non poſſit. *On ne doit pas entreprendre de donner des explications faciles & intelligibles des choſes, que les Peres & les Conciles n'ont point entierement expliquées. Et* IL SUFFIT DE TENIR LE DOGME DE LA TRANSSUBSTANTIATION, SANS EN VOULOIR EXPLIQUER LA MANIERE. *Car autrement ce ſeroit jetter des ſemences nouvelles de diſputes & de querelles, dont il n'y a déja que trop.* Quid aliud nequiſſimi hæretici hodie malint, quam vocem quidem Tranſſubſtantiationis retineri, quoniam invaluit, & ita neceſſe nunc eſt; de ſenſu autem vocis illius nihil inquiri; nempe ut integrum eſſe unicuique putetur, quem ibi velit Tranſſubſtantiationis modum cogitare; nec fidei adverſari eum, qui myſticam dumtaxat agnoſcat, quam ſcilicet intellectus & fides efficiat?

Atqui nec fides noſtra vocibus conſtat, ſed ſenſibus: nec ſola vox Tranſſubſtantiationis de fide eſt, ſed modus etiam Tranſſubſtantiationis notiſſimus fidei eſt: non modus quidem quo fit, ſed modus quo eſt. Nam Tranſſubſtantiationem nemo etiam e rudioribus in Eccleſia neſcit duo dicere; nempe ſubſtantiæ prioris interitum atque abolitionem, & reproductionem alterius ac loco prioris ſubrogationem. Qui hæc duo non credit, hæreticus Calvinianus eſt; cujuſmodi Malebranchius cenſeri debet, niſi dicat, quod numquam profeſſus eſt etiam provocatus; deſtrui a Deo priorem ſubſtantiam, hoc eſt, materiam, reproduci ab eo etiam ac ſubrogari novam ſubſtantiam, hoc eſt, Corpus Chriſti. Quo hæc modo faciat miracula Deus, fides non ſcrutatur; ſed Deo relinquit, quem ſcit eſſe omnipotentem, ac veracem.

Nec refert quod Malebranchii defenſor Lelevelius, in Vera & falſa Metaphyſica, pag. 88. negat converſionis nomen inferre deſtructionem. *Non pas que le pain ait eſté* ANEANTI. . . . . *mais parce qu'il a eſté changé au Corps de Jeſus-Chriſt; & que* CONVERSION OU CHANGEMENT N'EMPORTE PAS DESTRUCTION. Eſt illud litigatoris improbi, & hæreſim qua valet arte tegentis ac foventis effugium. Neque enim Eccleſia ad hoc myſterium fidelibus explicandum converſionis nomen genericum, ſed ſpecificum ac ſingulare Tranſſubſtantiationis nomen adſcivit, teſte Concilio Tridentino, Seſſ. XIII. can. 2. Nimirum ut converſionis eſſe modum ſpecialem, ſive certam ſpeciem, qualem explicuimus, & qualem vox ipſa importat, in hoc Sacramento doceret: qui ſubſtantiæ deſtructionem ſignificat, quam ſimplex converſio ſive generica in ſcholis certe non infert.

Nec denique minoris fallaciæ eſt, quod idem ait, extenſionem eſſe veram poſt conſecrationem; ſed hanc eſſe Corporis Chriſti extenſionem, non panis, qui eſſe ibi deſiit. *Y en a-t'il d'aſſez prévenu, pour ne pas voir, qu'on ne nie pas qu'il n'y ait une* VERITABLE E'TENDUE APRE'S LA CONSECRATION? *Mais*

Mais quelle étenduë? Voila la queſtion. C'EST CELLE DU CORPS DE *Jeſus-Chriſt*, *&* NON PAS DU PAIN, QUI N'Y EST PLUS. *Non pas que le pain ſoit aneanti*, & cetera, ut ſupra. Nam Corpus Chriſti ſecta æquivocationibus ad fallendos Catholicos aſſueta, panem ipſum appellat; qui quoniam non ut alimentum corporis tunc cogitatur, in Sacramento, ſive in eo myſterio, quod mens contemplatur, panis eſſe deſinere ab iſtis hominibus dicitur, & jam eſſe Corpus Chriſti, quantum ad denominationem ſcilicet, eo quod cogitatur viſo pane Chriſtus ſeu Chriſti Corpus.

Hæreſeos Malebranchium accuſarat Ludovicus de la Ville, qui P. Ludovicus le Vallois e Societate noſtra: In defenſione ſua Malebranchius nec ſe purgat a tam gravi accuſatione, nec de Euchariſtia quidquam dicit, quod Catholicum ſit. Tantum ut ſe probet ab hæreſi non diſcedere, quæ extenſionem ponit eſſe de eſſentia materiæ, præter alia prorſus futilia argumenta, Auguſtini auctoritate, ut ait, hanc tuetur, pag. 9. *S. Auguſtin avance en cet endroit, comme* INCONTESTABLE, *le* PRINCIPE *dont eſt queſtion: (Que l'eſſence de la matiere conſiſte dans l'étenduë:) Il ne s'attache meſme nulle part à le prouver; parce qu'il ne paroiſt pas que perſonne en doutaſt de ſon tems. Epiſt.* III. *cap.* 2. *Epiſt.* XXVIII. *cap.* 2. *Epiſt.* LVII. *cap.* VI. *Contra epiſt. Manichæi, cap.* XVI. *Lib.* X. *de Trin.* Et Tranſſubſtantiationem credit iſte; aut quisquis cum eo obſtinate defendit materiam ſine extenſione, ac viciſſim extenſionem ſine materia nulla vi divina etiam extraordinaria eſſe poſſe? Quid eſt Eccleſiæ definitiones eludere, & Eccleſiam ludere, ſi hoc non eſt? Dicit Eccleſia Tranſſubſtantiari panem. At inquiunt, Carteſiani & Malebranchiani, non dicit quo Tranſſubſtantiationis genere. Ergone duplex Tranſſubſtantiationis modus eſt, inquam ego? Etiam, inquiunt: alter eſt, quem Peripatetica ſchola defendit, qui prorſus implicat; alter, qui ſubſtantia panis remanente cum extenſione a nobis intelligitur. Malebranchius, adverſus de la Ville, pag. 42. *Je crois devoir aſſurer avec toute la confiance que donne la veuë de la Verité que j'ay démontré que* L'ETENDUE *n'eſt point une maniere d'eſtre; mais un eſtre, une choſe, une ſubſtance, en un mot*, MATIERE OU CORPS. . . . *Je ſoutiens de plus, que Mr. de la Ville* N'A POINT FAIT VOIR QUE CE SENTIMENT DE L'ESSENCE DE LA MATIERE FUST CONTRAIRE A LA TRANSSUBSTANTIATION: *Qu'il ne s'eſt objecté que des réponſes faciles à réſoudre, afin de triompher plus facilement de ſes adverſaires: qu'il n'a point combattu les miennes*; QU'APPAREMMENT IL NE LES A PAS SCEUES; & QUE DE L'HUMEUR OU JE VOI, QU'IL EST, JE NE ME CROI NULLEMENT OBLIGE' DE LUI DIRE. Eccur iſte veretur aut refugit fidem ſuam explicare palam, ubi crimen diluendum eſt hæreſeos, cujus publice inſimulatur? Satin putat eſſe adverſarium aſpernari, & jactare ſuperbe rationes ſibi graves ſuppetere, quas dedignatur adverſario aperire, conciliandæ Tranſſubſtantiationis cum dogmate de materia, quæ ſit ab extenſione, & de extenſione quæ ſit a materia prorſus inſeparabilis?

Dicit Eccleſia manere accidentia ſine ſubjecto. Diſtinguimus, inquiunt: neque enim Eccleſia dicit accidentia realia. Ergo ſi vel apparentia ſive animo concepta manere dixerimus, ſalva Eccleſiæ definitio eſt. Quaſi vero contra Wicleſum aliosve hæreticos definiendum aliquando fuerit manere apparentias ſine ſubjecto in imaginatione.

Dicit Eccleſia remanere priorem extenſionem: id quod nemo ſapiens dicat, niſi velit intelligi non manere cum ea ſimul rem cujus illa extenſio fuit. Quemadmodum remanere crumena non dicitur, niſi cui emuncta inde pecunia eſt. Malebranchiani, ne quis ita exiſtimet, non manere extenſionem priorem aïunt; ſed eſſe facta conſecratione extenſionem aliquam, non tamen panis, ſed Corporis Chriſti. Itaque dictum Eccleſiæ mutant. Illa *remanere*, iſti *eſſe* extenſionem dicunt: ut mutata ipſa extenſio panis in extenſionem Corporis Chriſti intelligatur, & Tranſextenſio verius quam Tranſſubſtantiatio ſit; manente priore materia, quippe quæ cum extenſione identificatur. Quod ſi autem Tranſextenſio tantummodo denominative intelligitur, quatenus quæ dicebatur extenſio panis, nunc appellatur extenſio Corporis Chriſti: nec differt Tranſſubſtantiatio a Tranſextenſione, ut neceſſe eſt eos ſtatuere, qui extenſionem a materia diſtinguunt; ſequitur Tranſſubſtantiationem ſimiliter fieri tantummodo denominative, quatenus quæ dicebatur prius ſubſtantia panis, poſtea ſubſtantia Corporis Chriſti vocatur, cum ſit tamen ſubſtantialiter eadem ac prius erat. Quid amplius, amabo, velit Calvinus? At ſi his uti effugiis licet, ad eludenda Eccleſiæ placita, quo evaſura tamdem ſacroſancta Religio eſt, niſi Judices Eccleſiaſtici auctoritate qua pollent compeſcant hæreſim?

X. Neque illud autem prætereundum eſt hoc loco, quod idem Malebranchius aſſeverat, in libro quem inſcripſit, Meditationes Chriſtianæ, pag. 115. tum illud generale diluvium, quod Noëmi temporibus contigit, tum illam mundi totius conflagrationem in fine mundi futuram, ſolis naturæ legibus adſcribendum eſſe; ita poſcentibus rerum cauſis, inquit, ut ſimul cum hominum malitia, ſive terra aquis ſurſum emergentibus ſubſideret atque abſorberetur: ſive ut igne e ſtellis in terræ globum inſiliente totus ille aliquando ardeat. Negat enim ſingulares in Deo ſingulorum iſtiuſmodi prodigiorum volitiones eſſe; generales tantum quasdam ſanctiones Numini divino attribuit, quas Naturæ leges appellant; quas nec potuerit Deus ipſe non eligere, ſiquidem ſunt optimæ; quibus ſe ſemper accommodet, a quibus numquam deſciſcat: Adeo ut nec miracula quidem proprie dicta edat, niſi perrara; hac enim Malebranchius exceptione utitur, ne negare prorſus miracula omnia videatur: tametſi nullum ſpeciatim adſignat, quod ſoli Deo adſcribat. Voluntati dumtaxat Angelicorum ſpirituum, qui e cauſis quibusdam latentibus eos effectus eliciunt, quos mirabiles appellamus, obſecundare Deum dicit. Recte ſane & conſequenter, ſi Deus non eſt niſi ipſamet Realitas ac Veritas entium, aut Ens in genere. Fieri enim omnino non poteſt, ut aliquid Deus ille agat ipſe per ſe, ſive ut nulla cauſa ſecunda interveniente efficiat quidpiam Ens univerſale. Igitur ſi Malebranchium, poſtpoſita Catholica fide, audivimus; non peculiari decreto Numinis aut diluvium contigit, aut futura eſt aliquando mundi conflagratio. Utrumque poſtulant leges naturæ ac motuum, qui ſemel impreſſi materiæ ſunt, ut hæc effecta, aliaque cum his conjuncta, ſuis temporibus repræſentent. Malebranchii verba ſuperius exhibuimus, pag. 66. Similiter ſi lapis e cælo decidat, caputque diſtringat hominis juſti, nefas eſt, inquit, id arbitrari profectum eſſe ex ſingulari ac peculiari Dei voluntate, qua ſalvum hunc hominem eſſe velit, dum eſt in ſtatu gratiæ, alio fortaſſis tempore ſe ſe letali ſcelere commaculaturum, ac proinde periturum. Neque ſi e diverſo homini impio lapis e cælo pariter lapſus necem acceleret, id ulciſcentis Dei peculiari voluntati adſcribendum eſt. Neque enim mortem, inquit, quæ eſt non ens, poteſt Ens univerſale, qui Deus eſt, velle. Utrumque igitur dicendum eſt eadem Dei voluntate contingere; hoc eſt, ex immutabilibus motuum legibus. Sic ille tum aliis locis plurimis, tum in libro de Natura & Gratia, pag. 156. verbis quæ ſuperius deſcripſimus, pag. 59.

Adeo vero his legibus, pergit ille, addictum Numen ipſum eſt, ut his ſit contentum unice, his omnia moderetur. Convenientem enimvero, inquit, ejus Sapientiæ gubernandi rationem, hoc eſt, ſimpliciſſimam eſſe oportet, & unius formæ, ſive immutabilem. Talem igitur mundi formam elegit; ex qua ſimul pauciſſima orirentur monſtra, & ſcelera. Itaque dum hanc ſequitur, Sapientiæ ille ſuæ, hoc eſt, Verbo ſuo, inquit, obtemperat; tametſi FIERI SIMUL NON POSSIT, ut omnes homines ſalvi fiant; nec fieri ſimiliter potuerit, ſive ut Adamo daretur gratia prævenians ne peccaret, ſive ut ſimilia poſtea mala innumera vitarentur. Nec tamen, inquit, propterea non ſummopere laudandus eſt Deus; ſiquidem plus ab ipſo Filium ſuum, hoc eſt, Sapientiam ſuam, quam quaslibet res creatas, diligi, jus & æquum eſt. Nocet, inquit, Sapientia divina ipſi potentiæ & bonitati Dei. Quid enim boni non poteſt Ens & Bonum univerſale efficere? Poteſt igitur omnes ſalvare; voluntate (ut quidem ex eodem cœtu nuper aiebat) eminentiali: Cujus enimvero ſolus in Bono univerſali, atque adeo in Dei voluntate ac votis non contineatur? Aut quos velit damnari vel perire Ens & Bonum univerſale, cum ſit Ens fons omnis entis; ſit autem damnatio non ens, ſeu entis ac boni privatio? Verum cum ex Sapientiæ legibus agere Deum neceſſe ſit; ſint autem eæ immutabiles ac ſimpliciſſimæ, prodeſſe illæ non poſſunt omnibus; nec fieri proinde ut Deo Sapienter agente, poſſint omnes homines ſalvi fieri.

Pereant igitur, quoniam ita neceſſe eſt, mortales innumeri: non propterea Deum decet non agere ſapienter, hoc eſt, ſimpliciſſimis rationibus, iisdem atque immutabilibus ubique ac ſemper legibus motuum obſervatis. Par enim eſt pluris a Deo fieri, ſeu plus diligi Filium ſuum, hoc eſt, Sapientiam ſuam, quam quorumcumque hominum ſalutem. Hæc egregia ſcilicet Malebranchii doctrina eſt, quæ ſatis manifeſta eſt nullius Numinis, niſi Fati profeſſio: ex principio Carteſiano orta, quo Deum ſtatuitur alium non eſſe, præter Verum & Ens in genere, ſive præter Realitatem ac Veritatem entium; nec aliud in mundo eſſe, præter materiam & motum ex immutabilibus Naturæ ſive Mechanicæ legibus. Sic enim Malebranchius in libro de Natura & Gratia, locis ſane plurimis quorum nonnulla ſuperius deſcripſimus, pag. 57.

Idem in libro Meditationum Chriſtianarum, pag. 104. negat aperte, vel innumeros infideles, vel Mahumetanos & hæreticos poſſe omnino Eccleſiæ caſtra ſequi, ſtante eo ordine, quem in hujus mundi molitione atque adminiſtratione Deus ſequitur. Hoc Deum ipſum affirmantem ibi inducit, verbis quæ ſupra deſcripſimus, pag. 65. Addit ibidem denique in eo poſitam eſſe Numinis providentiam, quod cum initio potuerit talem materiæ motum imprimere, ut ex eo motu monſtra plurima & peccata orirentur; eam rationem ac menſuram motus impreſſerit, ex qua pauciora tum in naturæ tum in gratiæ ordine vitia crearentur: his vero vitiis etiam ſubinde remedium afferat quibusdam miraculis, ſi tamen hæc Ordo, hoc eſt, ſi leges motuum, quas initio poſuit, ita fieri ſinant & poſtulent. Ab his enim deſciſcere Deum prorſus nefas eſt, inquit, ne mobile Numen inconſtansque eſſe videatur. Verba Malebranchii vide ſuperius, pag. 65. Sed quid eſt hoc aliud, amabo, quam Providentiam Numinis circa res humanas penitus abnegare, & vim fatalem neceſſariamque rerum aliarum ex aliis connexionem inducere?

Ad has nimirum impietates, blaſphemias, hæreſesque, Malebranchium, aliosque bene multos Philoſophia Carteſiana convertit: niſi forte verius, ut vidit eam patrocinantem ſibi Janſeniana ſecta avide eam arripuit patrocinio ejus deinceps, ex quo nata eſt, palam ſuſcepto. Nemo enim Janſenianus non Peripatetismum (ut appellat) edit, & Carteſismum mordicus tuetur.

Eſſe vero in ſcholis Academiisque Catholicis, qui hæc placita palam tueatur, quis non ingemiſcat? Vix eſſe autem in Philoſophia, etiam apud religioſas familias, magiſtrum aliquem unum, qui non eadem adoleſcentes doceat, quibus defleri lacrymis ſat digne poteſt? Etiam poſtquam a Deo Opt. Max. injecta hæc mens eſt vere Chriſtianiſſimo Regi Ludovico Magno, ut edicto dato Verſaliis, die 2. Auguſti, anno 1675. Carteſianismum e publicis ſcholis proſcriberet; ne veram religonem ſub Novæ Philoſophiæ obtentu tam nefaria placita in Chriſtianiſſimo regno ſenſim labefactarent. Tantumne vero nihilominus, Deus immortalis, adhuc in Gallia Philoſophis licere, ut de attributis divinis ea placita in vulgus efferant, quæ cum Chriſtiana fide pugnant, Deumque prorſus e mundo tollunt? In hoc quidem argumento iſtos verſari potiſſimum neceſſe eſt, quoniam eſſe id fundamentum Philoſophiæ ſuæ norunt. Itaque alii Meditationes Metaphyſicas ſcribunt, ut Carteſius; vel ſyſtema Metaphyſicum, ut Silvanus Regis; vel Dialogos de Metaphyſica & Religone, ut Malebranchius; vel De Vera & falſa Metaphyſica, ut Lelevelius. Nimirum ut Metaphyſici dumtaxat, non etiam Theologi haberi velle videantur; fasque ſit illis eo nomine de Deo ſuo quod libuerit, palam & impune, absque Theologorum cenſura, proferre in vulgus. Philoſophia eſt, inquiunt, quam docemus; atqui opiniones Philoſophicas Eccleſia non condemnat. De Theologis indicat, non de Philoſophis. Nimirum ut ſint in tuto, dum fidem ſubruunt, Philoſophos ſe eſſe & Philoſophis ſcribere profitentur. Ac reipſa Religio his hominibus nulla niſi Philoſophia eſt: & nova Philoſophia, nova Religio eſt: ut certe neceſſe eſt eſſe, ſi Deus non eſt niſi Verum, *le Vrai*. Excogitavit & adinvenit demum infernus, quemadmodum Deum negarent, dum confiteri viderentur novi Philoſophi, hoc eſt, Athei.

Felix Societas Jeſu magno Dei beneficio fuit, quæ a Carteſio ſollicitata, ut ejus Philoſophandi genus amplexaretur, nec amicitiæ quam pollicebatur ſignificatione eo adduci ſe paſſa eſt, nec minas ejusdem pertimuit. Nam & benevolentiam Jeſuitarum captaſſe ſe, ut Philoſophiæ a ſe inventæ famam conciliarent, teſtatur ipſe, tomo III. epiſt. XXII. ad unum ex ea Societate. *Car m'étant meſlé d'écrire une Philoſophie, je ſçai que voſtre* COMPAGNIE SEULE PEUT PLUS QUE TOUT LE RESTE DU MONDE, POUR LA FAIRE VALOIR, OU ME'PRISER. *C'eſt pourquoi je ne crains pas que des perſonnes de jugement, & qui ne m'en croient pas entierement dépourvu, doutent que je ne faſſe toujours mon poſſible* POUR LA MERITER. Ad colligendam Societatis benevolentiam nulli ſe dicit operæ parciturum. At poſtea minas in eosdem ipſum conjeciſſe, ſi Philoſophiæ ſuæ bellum indicerent, teſtis eſt ipſius epiſtola CXIV. eodem tomo, ad P. Merſennum. *Pour les Jeſuites, je ne vois point bien clair en leur fait. . . . . Mais je vous prie de ne leur pas donner parole, que je ne prendrai point un de leurs Cours pour en montrer les erreurs. Car au contraire* JE VEUX BIEN QU'ILS SACHENT *que je le ferai, ſi je le juge utile à faire connoiſtre la verité: & ils ne le doivent aucunement trouver mauvais, s'ils préferent la verité à la vanité de vouloir eſtre eſtimez plus ſçavans qu'ils ne ſont.* Sed nec minæ jam tum, ut diximus, nec blanditiæ profuere. Itaque apud Janſenianos Philoſophia Carteſiana ſe recepit.

Judicium Societatis
de quibusdam propoſitionibus
Carteſii & Malebranchii.

Fuit ergo Societatis de Carteſismo exoriente haud teme-

temeraria ſane ſuſpicio: at poſtquam plane innotuit, penitus rejectus a Magiſtris eſt. Ac noviſſime etiam, ut decreto publico pateret quid in ea Philoſophia potiſſimum displiceret, Reverendus admodum Pater Michaël Angelus Tamburinus, ejusdem Societatis Præpoſitus Generalis, de judicio Congregationis xv. prohibuit, ne quis de Societate propoſitiones xxx. ſequentes doceret vel defenderet, verbo vel ſcripto: quas hoc loco repræſentamus, ſubjectis unicuique propoſitioni noſtris adnotationibus, quæ quorſum tam abſurda effata a Carteſio, Malebranchio, ſimilibusque, excogitata ſint, breviter oſtendant.

1. *Mens humana de omnibus dubitare poteſt ac debet, præterquam quod cogitet, adeoque exſiſtat.* Eſt ex Carteſio, parte 1. Principiorum, num. 2. 5. 7.

2. *Reliqua non prius nobis certa & explorata eſſe poſſunt, quam clare innotuerit Deum exſiſtere; ſummeque bonum eſſe, non fallacem, qui mentem noſtram inducere in errorem velit.* Ex Carteſio, parte 1. Principiorum, num. XIII. Tomo 1. epiſt. CXII. & in Meditatione quinta, pag. 84. 85. 86. 87. Hujus utriusque axiomatis, ac totius Carteſianæ impietatis principium illud eſt, a nobis Deo auxiliante patefactum; Deum non eſſe niſi Ens, & Verum univerſale, omnis veri Verum. Nam ne iſtud quidem exſiſtere demonſtrari poteſt, niſi mihi prius conſtet eſſe me. Non poteſt enim demonſtrari verum exſiſtere, niſi certo prius conſtet exſiſtere qui cognoſcat verum: ergo demonſtrari non poteſt Deum exſiſtere, niſi prius conſtet eſſe me, qui verum cogitem & cognoscam. Ergo prima omnium veritatum, & fundamentum ceterarum, eſt hæc: Ego cogito, ergo ſum. Jam nec poſſum judicare aliquid in ulla ſcientia eſſe verum, quin prius cognoſcam Verum in genere, omnis veri Verum exſiſtere. Ergo cum Verum illud in genere, ſive omnis veri Verum, inquit, Deus ſit; non poſſum ſtatuere certo aliquid eſſe verum, quin prius cognoſcam Deum exſiſtere, qui non poſſit fallere; hoc eſt, eſſe omnis veri Verum, quod falſum eſſe non poſſit, aut cauſa erroris: alioqui non verum, ſed falſum & mendacium foret. Ergo ut verum aliquid eſſe conſtet, prius conſtare de exſiſtentia Dei oportet: & ut conſtet de exſiſtentia Dei, prius conſtare oportet me eſſe: Ergo cetera omnia pro dubiis, ac pro falſis etiam, inquit, cum verum inquiritur in Philoſophia, & in Mathematica, & in qualibet alia diſciplina, habenda ſunt, priusquam de exſiſtentia Dei ac mei conſtiterit; cum nihil poſſit haberi pro Vero, quin prius eſſe Verum in genere, Verum omnis veri, omnis veri normam, qui Deus eſt, & me, qui verum percipiam, eſſe conſtiterit. Ex certa hac cognitione gemina gradus eſt ad quascumque ſcientias faciendus. Et quia mihi conſtat per claram ideam ſive perceptionem, vel per intimum ſenſum ſive conſcientiam me cogitare, & eſſe; idcirco, inquit Carteſius, hoc primum pono veri cognoſcendi principium, Illud eſſe verum, cujus habeo claram ideam. Sic etiam in Hollandia Carteſianus percelebris Chriſtophorus Wittichius, in Appendice ad Theologiam Pacificam, pag. 52. quæſt. 6. *affirmat, lapidem Lydium veritatis eſſe claram & diſtinctam perceptionem; & hujus non iterum alium lapidem quærendum; quod normæ & menſuræ non iterum quærenda ſit alia norma & menſura. Omne*, inquit, *quod clare & diſtincte percipio, eſt verum.* Nihil certe percipitur niſi lux: ipſum autem verum, ipſa Veritas lux eſt: ergo quod clare percipitur, verum eſt. Quanto autem magis id certum, ſi verum ipſum Deus ipſe eſt? Nam quod Deus dicit, non poteſt non eſſe veriſſimum. Deus autem ipſe, inquit idem, pag. 104. num. CXXXIII. *revelat ea quæ interne per rationem rectam cognoſcimus.* Ergo quæ clare novimus, hæc vera ſunt: ſiquidem ni vera eſſent, qui conceptus iſtos omnibus hominibus indidit Deus, deceptor habendus eſſet. Neque enim prius clare percipiuntur, quam a Vero immitti, hoc eſt, a Deo, ut volunt, intelligantur, quem fallacem eſſe repugnat. Eo ſpectant hæc placita omnia, quæ ſunt connexa inter ſe, nihil ut etiam in Theologia credatur, niſi quod quisque lumine rationis verum eſſe perſpexerit. Generalis eſt enim illa propoſitio, qua Principia ſua Carteſius concludit: *Nihil ab ullo credi velim, niſi quod ipſi evidens & invicta ratio perſuadebit.* Itaque Rationem & fidem aïunt Carteſiani conſonare: verum vero non eſſe contrarium: lumen rationis æque ac lumen fidei a Deo eſſe: fidem quidem ſacris libris contineri: ſed ſi quid evidenti ratione pateat, cujus contrarium fides docere videatur, *ſcrutandam eſſe ſcripturam, & donec ſenſus fuerit intellectus hujus vel illius loci, judicium eſſe ſuſpendendum, atque hoc modo* DUBITANDUM, inquit Wittichius Carteſio-Calvinianus, loco cit. pag. 176. & in Theologia Pacif. pag. 194. quæſt. 134. Et in Conſenſu Veritatis in ſcriptura divina & infallibili revelatæ cum Veritate Philoſophica a Renato Descartes detecta, pag. 3. *In quo tamen ipſo clara & diſtincta opus eſt perceptione,* IN TANTUM *ut nihil divina fide admittamus, niſi de quo conſtiterit, illud a Deo credendum eſſe propoſitum, quodque Deum teſtatum eſſe clare & diſtincte cognoverimus.* Hoc eſt dicere, donec reperias quomodo ſcripturam poſſis eludere, vel torquere, ut cum evidenti ratione concilietur. Quod & de qualibet alia ſcripta definitione fidei dicunt & obſervant Carteſiani alii, qui ſe Catholicos exiſtimari volunt. Quare de his fidei Chriſtianæ myſteriis, quæ cenſent ipſi repugnare naturali lumini rationis, tantum dicunt credenda ea eſſe quidem ut dicuntur; ſed intelligenda eadem contendunt nihilominus aliter quam a Catholicis vulgo intelliguntur: neque aliter ea volunt intelligi, quam ita ut ratio & lumen naturale in intellectu eo acquieſcat. Quod quid eſt aliud quam omnia velle myſteria fidei ad luminis naturalis captum revocare, & fidem labefactare? Scripturam ſacram & definitiones Conciliorum pro cereo naſo habere, qui pro lubitu flecti poſſit?

3. *Ante certam notitiam divinæ exſiſtentiæ dubitare quisque ſemper poſſet ac deberet, annon talis naturæ conditus fuerit, ut in omni ſuo judicio fallatur, etiam in iis quæ certiſſima & evidentiſſima apparent.* Ex Carteſio, Principiorum parte 1. num. V. & XIII. Connexum etiam effatum iſtud cum duobus prioribus eſt. Nam ante certam notitiam, quod exſiſtat Verum in genere, ſive Verum neceſſarium, ſaltem quale exigit quæ nunc rerum univerſitas eſt; de ipſismet etiam eſſentiis rerum, & de propoſitionibus æternæ veritatis, dubitare oportet num veræ ſint.

4. *Mens noſtra eo quod finita ſit, nihil certi ſcire poteſt de infinito, proindeque a nobis disputari de illo numquam debet.* Ex Carteſio, Principiorum parte 1. num. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & Malebranchio, libro III. de Disquiſitione Veritatis, cap. 2. pag. 177. Si Deus nimirum non eſt niſi Quod eſſe ſemper oportet, Quod decet, Quod verum a mente noſtra clare percipitur; nihil certi poteſt de Deo ſciri, niſi quod poteſt clare percipi ita eſſe, & eſſe ſemper ita oportere. Atqui non poteſt clare percipi, exempli gratia, quomodo ſint in Deo tres perſonæ diſtinctæ; aut ex divinitate & humanitate ſit una perſona, & non una natura: ergo nec poſſunt iſta certo ſciri; nec debet a nobis umquam de Trinitate aut de Incarnatione disputari. Nam his exemplis in primis Malebranchius utitur, loco citato, poſt Carteſium. Aliud præterea affert iſte, Principiorum parte 1. num. XXXIX. XL. & XLI. & ex eo Malebranchius, loco jam indicato, de conciliatione libertatis humanæ cum Dei præordinatione, de qua nullum verbum fieri propterea jubet. Verba Carteſii hæc ſunt, num. XLI. *Illis vero nos expediemus, ſi recordemur* MENTEM NOSTRAM ESSE FINITAM;

DEI *autem potentiam, per quam non tantum omnia, quæ ſunt aut eſſe poſſunt, ab æterno præſcivit, ſed etiam voluit ac præordinavit,* ESSE INFINITATEM: *ideoque hanc quidem a nobis ſatis attingi, ut clare & diſtincte percipiamus ipſam in Deo eſſe; non autem ſatis comprehendi, ut videamus quo pacto liberas hominum actiones indeterminatas relinquat; libertatis autem & indifferentiæ quæ in nobis eſt, nos ita conſcios eſſe, ut nihil ſit, quod evidentius & perfectius comprehendamus. Abſurdum enim eſſet, propterea quod non comprehendimus unam rem, quam ſcimus ex natura ſua nobis eſſe debere incomprehenſibilem, de alia dubitare, quam intime comprehendimus, atque apud nosmetipſos experimur.* Dum reverentiam ſimulant iſti erga infinitam Dei potentiam, occultare nituntur impietatem ſuam. Cum enim in ipſorum hypotheſi Deus non ſit niſi Realitas ac Veritas entium, nihil aliud pariter præordinatio divina, quam ipſa vera rerum futuritio eſt. Quod ſi aperte dicerent, proderent manifeſte impietatem. Itaque ſatius ducunt profiteri, libertatem arbitrii quidem eſſe per ſe notam: certum quoque eſſe omnia a Deo eſſe præordinata: alioqui non eſſet, inquiunt, omnipotens: Nam ſcientia in Deo ipſa eſt formaliter, ut quidem iidem ſimili errore ponunt, potentia qua res ipſa facit, ſeu veras facit eſſe. Quomodo autem concilianda ſit cum humana libertate hæc præordinatio ſi quis velit aſſequi, vult rem incomprehenſibilem, inquiunt, comprehendere. Itaque de Deo hæc tantum in ſua iſti Metaphyſica tradunt, qua de Vero in genere ſciri per claram ideam poſſunt. Nempe eſſe unum, ſumme veracem, omnipotentem, æternum, immenſum, ſimpliciſſimum, omniſcium, rerum omnium creatorem. Vide Antonium le Grand, parte 2. Inſtit. Philoſ. ſecundum principia Carteſii, aliosque.

Eadem reverentia, ſed ficta certe, erga infinitam Dei potentiam, Malebranchius loco citato negat inquiri oportere, aut disputari, quomodo ſit Corpus Chriſti in Euchariſtia, aut quod genus illud converſionis ſit, quod ibi peragi fides docet. Audaciores quidem Carteſiani Trinitatem perſonarum in unitate eſſentiæ etiam rationibus naturalibus evinci poſſe dixerunt: quoniam ipſis pro Trinitate eſt Realitas omnis entis, Veritas omnis veri, Bonitas omnis boni. Unde inter Carteſio-Calvinianos celebratiſſimus Chriſtophorus Wittichius, in Theologia Pacifica, pag. 4. &. 5. Trinitatem negat eſſe ſic explicandam, quod Pater intuendo ſeipſum formet imaginem ſui ipſius, quæ Verbum ſit: & ex iſta imagine ad Patrem reſultet mutuus amor, qui eſt Spiritus Sanctus; ſed de hac re ſilendum ait eſſe prorſus: quia INFINITAS eſſentiæ, inquit, non magis ad Trinitatem, quam ad infinitatem perſonarum facit. Et certe Veritas univerſalis, Verum omnis veri, quod Verbum Carteſianis eſt, gignit Veritates infinitas ſubalternas minus univerſales, quæ ſunt propoſitiones æternæ veritatis. Eam ob rem pag. 6. ita concludit Carteſiana ratiocinatione: *ſed cum clare ſit revelatum iſtud myſterium, etſi nos non poſſimus omnem contradictionem, quam nectunt Sociniani, enodare; propterea tamen* NON EST NEGANDUM: *ſed hic noſtra ignorantia eſt confitenda:* & COGITANDUM QUOD DEUS SIT INFINITUS, NOS AUTEM FINITI; *quodque propterea non ſit mirum, ſi non omnia quæ in Deo ſunt intelligamus.* Ne jubet quidem actu poſitivo fidei credi quæ non intelligamus; tantum negari ea vetat ab his, qui modum & artem neſciant ad captum luminis naturalis myſteria revocandi: Quod eſt dicere, fidem hebetioribus tantum ingeniis eſſe neceſſariam; neque his etiam eſſe neceſſariam; ut credant, ſed ſolummodo ne auſint negare.

Similiter ex infinitate Dei, ſive ſumma perfectione, comparata cum noſtro valde finito intellectu, inquit idem, num. CVI. pag. 77. deducit Carteſius, Principiorum parte III. num. 2. *Cavendum nobis eſſe, ne nimis ſuperbe de nobis ipſis ſentiamus. Quod fieret non modo ſi quos limites nobis nulla cognitos ratione, nec divina revelatione, mundo vellemus affingere,* & cetera, quæ jam ſuperius deſcripſimus, pag. 216.

Et ipſe Wittichius, in Theologia Pacifica, num. CCI. pag. 171. *Quæritur, inquit, an Deus etiam iſta poſſit facere, quæ implicant contradictionem. Respondeo nos id non poſſe determinare;* cum POTENTIA DEI SIT INFINITA, NOS VERO FINITI. *Si autem hoc vellemus determinare, tum omnino limites poneremus potentiæ divinæ nobis non cognitos.* Scilicet per propoſitionem nonam dicunt iſti eſſentias rerum pendere a voluntate Dei. Hoc eſt autem dicere, res eſſe poſſibiles, quia ſunt veræ; & prius eſſe veras oportere, quam poſſibiles. Objicientibus deinde Catholicis: ſi veritates & rerum poſſibilitas pendet a Deo; ergo poteſt facere oppoſitum; exempli gratia, ut bis bina ſint quinque, non quatuor: Non audent Carteſiani negare conſequentiam. Nam ſi Deus hoc non poteſt efficere; ergo poſſibilitas rerum antecedit voluntatem Dei. Reſpondent igitur non eſſe de infinito disputandum; non noſtrum eſſe, qui finiti ſumus, infiniti potentiam limitibus coërcere.

Urgentibus ſimiliter ex parte adverſa Calvinianis, ſi Deus poſſit ea facere quæ ab ipſis dicuntur implicare contradictionem; cujusmodi eſt, Corpus Chriſti eſſe ſine extenſione ſub hoſtiis numero infinitis ubicumque terrarum Miſſa peragitur; & totum idem eſſe ſub ſingulis particulis per penetrationem dimenſionum, ac ſubſtantiam panis & vini annihilari, manentibus ſine omni ſubjecto accidentibus: hæc, inquam, ſi Deus dicatur poſſe efficere, una litura inducuntur omnia argumenta, quibus Tranſſubſtantiationem Calvinus impugnat. Respondet Wittichius, num. CCII. pag 173. ſe non affirmare Deum poſſe facere ea quæ implicant contradictionem: *tantum dico,* inquit, *me,* CUM FINITUS SIM, DEUM *autem* INFINITUM AGNOSCAM, *non audere* POTENTIAM DEI INFINITAM *limitibus circumſcribere; quod facerem, ſi dicerem, hæc Deum facere non poſſe. Et ſi enim nolim dicere, Deum facere non poſſe ea quæ implicant contradictionem, manent nihilominus contradictoria, adeoque talia quæ pro veris haberi non poſſunt. . . . . An impotentiæ foret ſi diceretur, Deum poſſe contradictoria, non intelligo. Hoc ſaltem ſcio,* ME FINITUM *dicere non poſſe nec debere, quid Deus non poſſit; ne* POTENTIÆ EJUS INFINITÆ *limites præſcribam.* Et num. CCIII. *Scholaſticos audaces eſſe in definiendo* INFINITO, *& potentia Dei infinita determinanda non mirror: qui etiam in aliis multis ſe ſe ingerunt in ea quæ non viderunt. . . . . Ex eo ipſo quod* DEUM *agnoſcamus* PRO PRIMA VERITATE, OMNIS REALITAS, *adeoque* OMNIS POSSIBILITAS *arceſſenda eſt ab ejus voluntate.* Et num. CCIV. *Interea ſtatuo, cum Deus in hoc univerſo voluerit plane repugnare noſtro intellectui, ut contradictoria ſint vera; Deum nobis ſtante hoc univerſo non poſſe credenda per fidem ea proponere, quæ leges hujus univerſi ſubruerent. An vero Deus* SUA POTENTIA INFINITA *potuiſſet forte aut poſſet hujus loco aliud univerſum condidiſſe aut condere, in quo obtinerent Veritates noſtris præſentibus contradictoriæ, neſcio; cum* POTENTIAM DEI INFINITAM NESCIAM MEO FINITO INTELLECTU DEFINIRE. Sed regerunt Catholici, habere ſe revelationem ſuper ea re: Calviniani, poſſe Catholicos dicere, exſerere Deum forte voluiſſe, ſi potuit vel poteſt, in Sacramento altaris, potentiam illam ſuam infinitam. Sic neque Catholicis ſatisfacit Carteſianus, nec Calvinianis; tametſi & ipſe in neganda Tranſſubſtantiatione plane Calvinianus.

5. *Nonniſi per fidem divinam certo cognoſcere quisquam poteſt, quod aliqua exiſtant corpora, ne ſuum quidem.* Eſt Malebranchii, in Reſponſione ad Arnaldi

naldi librum de veris & falsis ideis, pag. 327. ut superius diximus, pag. 223. & seqq. contra Cartesium aliquo modo, Principiorum parte 2. num. 1. & 2. & parte IV. num. CCVI. Nihil cognoscitur certo, inquit Malebranchius, nisi quod evidenter intelligitur: nihil evidenter intelligitur, nisi quod necessario connexum clare percipitur cum Vero universali: nihil est ita necessario connexum cum Vero universali, nisi essentiæ rerum & propositiones æternæ veritatis: Exsistentia actualis corporum non est sic necessario connexa cum idea Entis infiniti, a quo potest manare. Ergo non cognoscitur certo sive demonstrative exsistentia corporum. Nam ideam corporis exsistentis, inquit, mens sæpe habet ubi nullum est; & ceteroqui sunt sensus fallaces, nec possunt verum videre; alioqui Deum viderent, quod soli menti concessum est. Ergo esse corpora aliqua certo ac demonstrative scire non possumus, sed sola fide divina; hoc est, vivis Sapientibus, omnibusque mortalibus, ita se percipere per sensus aientibus; per hos exhibente Deo, (hoc est, ipsa Realitate ac Veritate) menti creatæ ideam corporis exsistentis: alioqui Deus auctor erroris (hoc est, quod Verum est id incertum esse & fallax,) jure videretur. Quæ ipsa Cartesii locis citatis ratiocinatio est.

6. *Modi vel ac identia in aliquo subjecto semel producta non amplius indigent actione positiva cujusquam causæ ipsa conservantis; sed tamdiu durare debent, donec positiva actione causæ alicujus externæ destruantur.* Nititur hæc propositio aliis duobus Cartesianis placitis, quæ continentur propositione X. & XXIX. Nam si extensio, ut in priore affirmatur, non distinguitur a materia; nec sunt ulla accidentia absoluta, ut ponitur in posteriore, non eget figura seu motus & quies materiæ actione etiam Dei conservantis; sed tamdiu perseverare ea necesse est, donec positiva actione causæ alicujus creatæ situs partium materiæ, atque adeo & ipsa accidentia modique destruantur.

7. *Ut aliquid de quantitate motus a Deo primum indita materiæ periisse crederetur, Deum oporteret fingi mutabilem & inconstantem.* Ex Cartesio, Principiorum parte 2. num XXXVI. Nempe cum Deus sit in hac hypothesi impia Ens ipsum entium; neque quidem in mundo sit aut fiat nisi per motum localem secundum leges mechanicas immutabiles; si quid motus, initio impressi materiæ ut mundus hic fieret, deperiret, leges immutabiles jam mutarentur: ac proinde Deus ipse. Nam harum legum immutabilis necessitas (ut volunt) Deus ipse est. Ergo cum eædem semper rerum species generentur & corrumpantur secundum easdem leges, idque solo motu locali fiat; & corruptio unius sit generatio alterius; nec conservatio differat a creatione: eadem motus quantitas dicenda est conservari a Deo in tota rerum universitate, quæ quantitas motus initio indita materiæ est; quamvis in singulis ejus partibus varietur & alteretur, sive augeri minuive possit, respectu diversorum corporum, in quæ vim suam ille motus sive Deus exercet. Quod nihil est aliud dicere, nisi easdem constanter servari leges motus in conservandis & propagandis universi rebus, quæ fuerunt in creatione. Alioqui Deus ipse mutaretur, mutatis legibus motus. Deus enim, inquiunt, verum est: Quod autem erat verum heri, non esset verum hodie: id quod in essentiis rerum implicat. Nam illæ semper veræ, semper sunt eædem. Et hoc illud est quod isti Dei constantiam & immutabilitatem vocant.

8. *Nulla substantia, neque Spiritalis, neque corporea, potest vel ab ipso Deo ad nihilum redigi.* Ex Malebranchio, in Dialogis de Metaphysica & Religione, tomo 2. pag. 289. & in Meditationibus Christianis, pag. 67. & ex Silvano Regis supra a nobis citato, pag. 218. Si Deus nimirum est ipsum Ens in genere, Ens & Realitas omnium entium, & Veritas rerum universalis, Deus certe non potest quidquam annihilare. Neque enim ens potest efficere non ens, aut velle non ens. Non potest, inquam, Veritas aut Realitas efficere, ut quod verum & reale est, verum & reale non sit.

9. *Essentia cujuslibet rei sic pendet a libera Dei voluntate, ut in alio quopiam rerum ordine, quem illi condere liberum fuit, alia foret quam nunc est, essentia, proprietatesque, verbi gratia, materiæ, Spiritus, circuli.* Ex Cartesio, in Responsione ad sextas objectiones, ut supra satis prolixe diximus, pag. 211. & sequentibus. Essentiæ rerum, inquit, non possunt esse possibiles, nisi quia veræ; nec veræ profecto, nisi id habeant a Veritate. Veritas autem illarum ac necessitas, Deus ipse est, voluntas Dei est, & est præterea haud dubie, inquit idem, Deus liber, siquidem coactus a nemine. *Ex eo ipso*, inquit Wittichius, supra a nobis appellatus pag. 238. *ex eo ipso quod Deum agnoscamus* PRO PRIMA VERITATE, OMNIS REALITAS, *adeoque* OMNIS POSSIBILITAS *arcessenda est* AB EJUS VOLUNTATE. Vide præterea quæ proxime diximus ad propositionem 4.

10. *Essentia materiæ seu corporis consistit in extensione externa & actuali.* Ex Cartesio, Principiorum parte 2. num. IV. & Malebranchius in Disquisit. Veritatis, pag. 210. & in Responsione ad D. de la Ville, hoc est, ad P. Ludovicum le Vallois e Societate nostra, qui eo nomine Malebranchio hæreseos crimen jure impegit. At suum hoc placitum Cartesiani nihilominus idcirco defendunt, ut dum quemadmodum Calviniani, (nam id ex illo dogmate evidenter consequitur:) Transsubstantiationem negant; non contra fidem dimicare se stultis persuadeant, sed Philosophicam dumtaxat sententiam tueri, cui nihil contrarium conceptis verbis Ecclesia definierit; Transsubstantiationis proinde vocabulum, quod retinere ipsi se etiam, quamquam ægre, profitentur, a Catholicis perperam intelligi & exponi. Nam clara materiæ, inquiunt, sive corporis idea, ac Verum proinde, & Deus ipse, hoc constanter docet. Cum reipsa idea quidem exhibeat materiam extensam actu; non tamen dicat non posse esse non extensam actu, aut extensionem actualem separabilem non esse a materia: de hoc enim non potest humana vis imaginandi judicare.

11. *Nulla materiæ portio quidquam de sua extensione potest amittere, quin tantumdem illi pereat de sua substantia.* Ex Cartesio, Parte 2. Principiorum, num. VIII. Sequitur ex propositione antecedente, quemadmodum & subsequentis pars prior: & est contra conditionem Corporis Christi in Eucharistia.

12. *Penetratio corporum proprie dicta, & locus omni corpore vacuus, involvunt contradictionem.* De Vacuo ita Cartesius, Princip. parte 2. num. XVI. & XVIII. Vacuum scilicet nihil est: Ens autem sive Realitas, non potest velle aut facere non ens aut nihil reale: ergo nec vacuum. Præterea vacuum si extensum concipis, eo ipso, inquit, totam ei corporis naturam adsignas, ex propositione 10. & sic quod vacuum vocas, reipsa corpus esse ostendis: cum sit tamen vacuum negatio corporis: ergo vacuum, quod concipitur extensum, implicat.

13. *Ubicumque imaginari possumus extensionem esse localem, verbi gratia, supra cælum, ibi reipsa spatium exsistit plenum corpore aliquo seu materia.* Ex Cartesio, Princip. parte 2. num. XXII. Nempe ubi extensio est, ibi necesse est esse id quod extensioni identificatur, ut volunt, nempe corporeitatem. Connexa hæc propositio est cum subsequente. Catholici e diverso dicunt, extensionem supra cælos esse, eamque recte concipi, non ut corpus, sed ut spatium aptum repleri corporibus, cui tota divina substantia sit præsens, ex III. Reg. VIII, 7. & Job XI, 7, 8, 9. quemadmodum exstitit in omni tempore imaginario ante

reale

reale tempus, & ibi fuit ubi mundum fecit.

14. *Mundi extenſio indefinita eſt in ſeipſa.* Ex Carteſio, Principiorum parte 1. num. XXVII. & parte 2. num. XXI. & in Reſponſione ad primas objectiones, pag. 148. Eſt contra Apoſtolum, Eph. IV, 10. Vide quæ de eo argumento ſupra diximus, pag. 219. & ſequentibus. Indefinitam extenſionem vocant, quæ non poteſt tanta ſupponi, quin adhuc ulterioris idea in me ſit. Negant autem ſe velle determinare finituſne ſit mundus, an infinitus: ſed indefinitum ſe tantum ſtatuere; quod neque mundi ut finiti, neque ut infiniti ideam habent: habent autem extenſionis ulterioris ſemper & ulterioris.

15. *Mundus non poteſt exiſtere niſi unicus.* Ex Carteſio, Principiorum parte 2. num. XXII. Nempe ſi Deus non eſt niſi Ens & Realitas entium, quæ ratio finit vel cogit limites Enti vel entibus poni? Infinitum potius quantum ſe cumque mens porrigit, atque adeo unicum eſſe mundum oportet; aut certe extra hunc orbem materiam indefinitam. Alii tamen Carteſiani nihil ibi eſſe aut eſſe poſſe malunt defendere, quam extenſionem infinitam, aut (ut alii) innumerabiles mundos profiteri.

16. *Eſt in mundo certa ac definita quantitas motus, quæ nec aucta umquam, nec imminuta fuit.* Ex Carteſio, Principiorum parte 2. num. XXXVI. Videtur hæc eadem ac ſeptima propoſitio eſſe.

17. *Nullum corpus moveri poteſt, quin reipſa moveantur etiam ſimul cetera, ſive a quibus recedit, ſive ad quæ accedit.* Nempe quia ex propoſitione XII. & penetratio corporum & vacuum repugnat, ut volunt: quod eſt omnipotentiæ veri Numinis prorſus injurium.

18. *Corpus moveri nihil eſt aliud, quam illud a Deo conſervari aliis atque aliis in locis ſucceſſive.* Colligitur ex Carteſio, parte 2. Princip. num. XXV. Si Deus ſcilicet non eſt niſi Realitas ac Veritas entium, motus realis vere eſt a ſolo Deo conſervante mobile in pluribus locis, ſiquidem realitas nonniſi a realitate eſt. Cohæret hæc propoſitio cum ſubſequente, & ex ea pendet.

19. *Solus Deus eſt qui movere poſſit corpora. Angeli vero, anima rationalis, ipſaque corpora non ſunt cauſæ motus efficientes, ſed occaſionales tantum.* Eſt ex Malebranchio, multis in locis, quæ ſuperius deſcripſimus, pag. 52. & ſequentibus. Sane ſi quid efficere Deus dici debet in rerum natura, in ea hypotheſi cui Deus non eſt niſi Realitas ipſa entium, Deus omnia prorſus & ſolus facit: & ſunt Angeli, anima, corpora, cauſæ tantum occaſionales: quia ad eorum deſiderium (quod ipſum ſic etiam a ſolo Deo eſt) hominis brachium & manum movet, & manu lapidem qui projicitur. *De operatione Angelorum & quarumvis creaturarum ſic cenſeo*, inquit Wittichius, in Theologia Pacifica, cap. XVI. num. CCXXXVII. *Illa operatio, quæ Angelis, ut & creaturis quibuſlibet tribuitur, longe alia eſt ab ea, quæ Deo adſcribitur; nec alio ſenſu poſſunt dici operari, niſi quod poſita tali eorum voluntate aliud quid ſequatur in creaturis: quod tamen totum* QUOAD OMNEM SUAM REALITATEM *Deus efficit. Sic ergo non apparet, quo minus, ſi Deus velit, poſita hac vel illa voluntate Angelorum, aliquid inde ſequi poſſit tam in mente noſtra, quam in aliquo corpore.*

20. *Creaturæ non producunt efficienter ullos effectus; ſed ſolus Deus ipſos ad illarum præſentiam efficit. Loca vero ſcripturæ, in quibus creaturæ tribuitur actio, intelligenda ſunt ſenſu figurato.* Patet & conſequitur ex antecedente propoſitione.

21. *Belluæ ſunt mera automata, omni cognitione & ſenſu carentia.* Ex Carteſio eſt & Malebranchio, locis quæ ſuperius attulimus, pag. 225. & ſequentibus, ſi Bonum nimirum belluæ appeterent, Deum ipſum amarent, qui Bonum ipſum in genere eſt, in Carteſii ſchola & Malebranchii. Si Verum perciperent, Deum ipſum agnoſcerent, ob eamdem rationem.

22. *Animæ rationalis unio cum corpore in eo tantum conſiſtit, quod Deus voluerit ad certas mutationes corporis, certas in anima perceptiones excitare; & vice verſa pro certis animæ cogitationibus ſeu voluntatibus certos in corpore motus ſequi.* Eſt Malebranchii paſſim, & aliorum, quorum verba ſuperius retulimus, Ita prorſus neceſſe eſt dicere, ſi Deus non eſt niſi Realitas entium. Hoc eſt enim dicere, unionem corporis & animæ in eo poſitam eſſe, quod ad certos corporis & ſenſuum motus oriuntur reipſa certæ cogitationis & affectus; ac viciſſim. Sed quoniam Chriſtianum neceſſe eſt de Deo loqui, neceſſe eſt Carteſianum, cui Deus non eſt niſi Realitas entium, omnem effectum Deo tribuere: quamvis cum hoc facit, nihilo plus explicat unionem corporis & animæ, quam faciunt ruſticani. Et cum tamen ſe egregios eſſe Philoſophos in hoc ipſo exponendo capite Carteſiani jactitent, nihil dicunt.

23. *Hanc motuum & affectuum communicationem non exigit ipſa corporis animæque natura: ſed dumtaxat Dei decretum liberum.* Si Deus ſcilicet non eſt niſi Realitas & Veritas entium; quod fiunt hi reciproci motus in anima & corpore, non ex natura corporis provenit, quod dicit tantum extenſionem; non ex natura animæ, quæ dicit tantum cogitationem; ſed quia Res ita ſe habet, quod eſt Deum ita velle: neque coacte ab aliqua vi extrinſeca; ergo (inquit) libere. Connexum iſtud eſt cum altero effato propoſitionis IX. Naturam ſcilicet & eſſentiam rei cujuſlibet non a ſeipſa eſſe, ſed ex libera Dei voluntate talem eſſe; hoc eſt, quia vera eſſentia eſt; ac proinde pendens a Veritate, quæ Deus Carteſio & ſimilibus eſt.

24. *Color, lumen, frigus, calor, ſonus, & aliæ quæ vocantur qualitates ſenſibiles, affectiones ſunt ſive modificationes ipſius mentis, non corporum ipſorum quæ dicuntur calida, frigida*, &c. Ex Carteſio, Principiorum parte IV. num. CXCVII. & CXCVIII. Quia in illa hypotheſi nihil eſt in mundo præter materiam, congenitumque ei motum, & rem cogitantem. Motus autem nec colorem, nec calorem habet, aut frigus. Ergo dicendum eſt non eſſe eas qualitates, ſed certas mentis modificationes, ad certum motum fibrarum. Hoc eſt dicere, ut proxime, neſcio quid fieri neſcio quomodo. Huc usque profecit artemque promovit nova Philoſophia. Atqui flagellum cum a rhedario concutitur, nonne ſonum in aere excitat, priusquam ad aurem perveniat? Ergo ſic de aliis qualitatibus eſt ſentiendum, eas eſſe extra mentem reales, hoc eſt, aliter quam ſolo motu productivas diverſorum ſenſuum in anima.

25. *Corpora mixta etiam brutorum non aliter inter ſe differunt, quam ex varia magnitudine, figura, ſitu, textura, quiete, vel motu atomorum ſive particularum materiæ, quibus conſtant.* Eſt ex Carteſio, parte 2. Principiorum, num. XXIII. Ut Wittichius docet in Conſenſu Veritatis, num. CLXXXIII. Conſequitur certe ex antecedente proxime propoſitione. Hoc eſt enim dicere, nullas eſſe qualitates ſenſibiles ſingulorum corporum, præſertim vero animatorum proprias, & quaſi ſpecificativas; nihil in his, inquam, eſſe, præter diverſum materiæ motum. Hinc in Conſenſu Veritatis, num. CCXCII. concedit Wittichius, tenebras Ægyptiacas, quæ materia ſenſibilis erant, a Sole ſola figura & motu fuiſſe diſtinctas; aquam ab igne diſtingui ſolo motu: idque ſe dicit percipere clare & diſtincte. Denique internum agendi principium omnibus creaturis, diverſum a magnitudine, figura, motu & quiete inditum negat, & ſolis creaturis rationalibus hoc privilegium reſervatum dicit, num. CCCXVI.

26. *Mens apprehendendo nullatenus agit, ſed eſt facultas mere paſſiva.* Quoniam ſcilicet ex propoſitione

sitione XXII. non ipse sibi intellectus ideas fingit, sed Deus solus, hoc est, Realitas: ac propterea mens se habet mere passive, eas recipiendo ac percipiendo. Quin ipsa perceptio veri, perceptio Dei est: cui recipiendo non potest nisi passive se mens habere.

27. *Judicium & illatio sunt actiones non intellectus, sed voluntatis.* Ex Cartesio, Principiorum parte I. num. XXXII. & XXXIV. Meditatione IV. pag. 69. & alibi passim. In verum, quod intellectus percipit, libere (inquit) voluntas propendet.

28. *Nullæ sunt formæ substantiales corporeæ a materia distinctæ.* Vide propositionem XXI. & XXV. *Absolute negavi*, inquit Wittichius, in Theologia Pacifica, pag. 117. num. CXLVI. *ullas dari formas informantes.* Ipsam animam rationalem negant propterea esse formam informantem; quoniam omnem actionem soli tribuunt Deo. Nam idcirco ipsam debent negare informationem animæ, quod genus quoddam actionis est. Satius duxerunt unionem corporis & animæ exponere, ut dictum est propositione XXII. ad certos fibrarum motus certas a Deo creari ideas & appetitiones; hoc est, nescio quid nescio cur aut quando vel quomodo fieri.

27. *Nulla sunt accidentia absoluta.* Est contra mysterium Sanctissimæ Eucharistiæ, in quo extensionem saltem agnoscit fides, a materia absolutam, sive solutam; ac proinde a Deo solubilem sive separabilem. Affinis est præterea hæc propositio vicesimæ quartæ: & est excerpta ex Cartesio, in Responsione ad quartas & sextas objectiones; quæ loca jam superius descripsimus, pag. 233. & 234.

30. *Systema Cartesii defendi potest tamquam hypothesis; cujus principia & postulata inter se & cum conclusionibus recte cohærent.* Nemo hoc sane concesserit, nisi qui hujus systematis impietatem non noverit; qui principium ejusdem postulatumque potissimum nesciat esse, Veri Numinis abnegationem. At magno Dei favore factum est, ut quamvis plerisque lateat ex Atheïsmo hæc effata omnia ducere originem, nemo tamen e Societate nostra in Gallia (quod certe sciam) vel unum eorum docuerit aliquando. Nam quod terræ motum velut hypothesim quidam defendisse dicuntur, (quod si vere dicitur, factum est sane imprudenter;) non illud systema Cartesii appellandum est; sed placitum unum dumtaxat ex ingenti velut corpore decerptum. Itaque cum nihil horum in nostra saltem Provincia quisquam docuerit, (neque enim id passi Superiores essent impune fieri:) hoc Præpositi Generalis edictum, non malum apud nos saltem coërcet, sed præcavet per quam Sapienter.

Jesuitis displicuisse semper Cartesismum, testis est etiam Samuel Maresius Calvinianus: cujus est hoc de Philosophia Cartesii judicium, in Dissert. de sphærulis precatoriis, &c. litt. E. pag. 8. *Quin etsi numquam professus sim me omnia Cartesiana admittere, multa tamen habet egregia & laude dignissima; cum quibus nulla Jesuitica Philosophia venit conferenda. Id sane laudandum in Cartesio, quod Dei existentiam & animæ independentiam a corpore comprobare studuerit: Quod plurima naturæ phænomena, ac totam doctrinam Dioptrices & Meteororum multo melius quam quisquam alius anteà explicaverit: Quod de loco, de corpore, de vacuo, de quantitate & qualitate, ea perspicue & solide tradiderit, ex quibus evertitur Transsubstantiatio Pontificia: qua sola ratione Jesuitis ejus philosophandi ratio probari non potuit: Quod liberi arbitrii naturam & doctrinam solide & accurate exposuerit, procul a* JESUITARUM *&* *Pelagianorum* INDIFFERENTIA AD OPPOSITA. De Transsubstantiatione & libero arbitrio Cartesium Jesuitis, ac proinde Ecclesiæ adversari, testis idoneus vir Calvinianus est.

Obscuriora nonnulla Cartesianorum placita.

Sunt præter ista quæ hactenus attigimus, alia quædam Cartesii Cartesianorumque obscuriora placita, quæ hic operæ pretium fuerit breviter indicare.

I. De origine animæ neque Cartesium, neque alium ex ea schola vidi aperte differentem: de natura tantum sive essentia illius, quam in actuali cogitatione constituunt: de facultatibus, de affectibus, multa differunt: de origine, ut dixi, silent. Animam filii accendi ab anima parentum tamquam lumen a lumine negat Wittichius, in Theologia Pacifica, pag. 84. Quæ sit alia tamen origo animæ dum non indicat, levius quiddam esse tacite innuit, quam quod nos substantiæ nomine intelligimus.

II. Cartesius, libro de Passionibus, art. XXX. *animam* dicit *esse revera junctam toti corpori; nec posse proprie dici eam esse in quadam ipsius parte seclusis ceteris:* at *nihilominus*, ut Wittichius admonet, pag. 87. num. CXIX. *Menti adsignandum est Ubi aliquod respectu operationis ad extra, quando agit in corpus & operatur:* nempe glandula pinealis. Nam Cartesius art. XXXI. libri proxime appellati, docet *specialem animæ sedem esse in ea cerebri parte, in qua anima suas functiones specialius quam in aliis partibus exerceat.* Eam ob rem, ut observat Petrus van Mastricht, in Novitatum Cartesianarum Gangræna, pag. 437 Cartesiani dicunt *duas esse in homine animas*; animalem, & rationalem. Prima est actio animæ, quæ in sanguine & spiritibus vitalibus consistit: altera, spiritus immaterialis & immortalis, sive cogitatio actualis.

III. *Anima*, inquit Cartesius, Meditatione VI. *non tantum adest corpori ut nauta navigio. Sensus sitis, famis, doloris &c. nihil aliud sunt quam confusi quidam cogitandi modi ab unione &* QUASI PERMIXTIONE *mentis cum corpore exorti.* In quo sit ea autem posita unio permixtiove mentis cum corpore, explicare Nova Philosophia non potest, quæ formam hominis negat animam esse, & ullam esse formam negat, quæ vel activa sit, vel appetat materiam in qua operetur, ut ait Wittichius, pag. 117. num. CXLVI.

IV. *De statu animæ separatæ*, inquit idem, pag. 119. *non egit Cartesius, cum is debeat cognosci per scripturam.* Et pag. 88. *Cartesius animam a corpore per mortem separatam non est contemplatus: tamen ut distinctam a corpore consideravit, Meditatione secunda.* Et ibidem Cartesium dicit animæ separatæ exsistentiam & actiones asseruisse; & inter alia memoriam intellectualem, distinctam a corporea, tomo 2. epist. 38.

Objicienti Samueli Maresio Calviniano; *Ex Philosophiæ Cartesianæ principiis animam separatam incapacem esse vel meminisse præteritorum, vel sperare aut timere futura, vel lætari aut tristari, & dolere de præsentibus; cum ad tales operationes requirantur varii motus nervorum & varia inclinatio glandulæ pinealis: quibus anima destituta non magis capax est istarum functionum, quam citharædus ullius soni musici edendi & eliciendi, sua cithara destitutus, & postquam confracta est. Quare multo melius Cartesiani fecerint,* inquit, *si uno verbo dixerint quod sentiunt; animam interire cum corpore, nec pœnæ vel præmii capacem esse:* Respondet Wittichius, in Theologia Pacifica, pag. 132. De commotionibus animæ internis, quas habet citra spirituum impulsum, ostendisse se ex Cartesio, spirituales commotiones, lætitiæ, amoris, spei,

ſeparatæ animæ POSSE adſcribi. Sed neque quidquam dicit de dolore vel triſtitia: & dum has tantum commotiones commemorat, tantum obſcuros innatosque deſignat quosdam modos cogitandi Boni in genere: Ecquod illud autem genus vitæ immortalis eſt?

Idem pag. 131. *Mihi*, inquit, Samuel Mareſius *attribuit*, *Animam non eſſe recipiendam in cælum niſi cum ſuo corpore; quod ne quidem per ſomnium cogitavi. Statuo enim, Animas* PIORUM *recipi in cælum ſtatim poſt mortem*; HOC EST, *poſt mortem* AD CÆLESTIA GAUDIA *admitti*. . . . . *Nos animam in corpore noſtro non aliter ponimus, quam quatenus ibi operatur. Cur ergo negemus eam ſic quoque in cælo & inferno eſſe*, SI *vel hic vel ibi extra ſe operetur?* Denique pag. 135. *Animas poſt mortem vel* AD CÆLESTIA GAUDIA *admitti, vel infernalibus pœnis addici, conſtanter aſſerimus.* Quæ vero ſint hæ infernales pœnæ, non dicit. In ea autem hypotheſi quæ Deum non habet, niſi Verum infinitum, pœnæ infernales aliæ eſſe non poſſunt, niſi cœcitas mentis, & extinctio proinde cogitationis: alioqui conjuncta etiam in inferno Mens cum Deo foret, quem cogitaret & appeteret vel amaret. Quod tametſi quidam concedunt, ut ſuperius vidimus, tamen rigidiores Carteſiani negant. Quid iſtud autem aliud eſt, quam animæ totius interitus? Et quid aliud Wittichius nominatim ſtatuere exiſtimandus eſt, qui animas ſeparatas cenſet eſſe completas, ut ipſoſmet Angelos, hoc eſt, nec appetere corpora, hoc eſt, reſurrectionem; & eſſe easdem, ſed piorum tantum, actu cogitantes, hoc eſt, propendentes erga Bonum in genere & indeterminatum? Sic enim ille in Appendice ad Theologiam Pacificam, quæſt. XLII. pag. 64. *Tria*, inquit, aſſero: 1. *Animas ſeparatas* PIORUM *habere omne id quod ad ſuæ eſſentiæ perfectionem requiritur*, (ſed nulla dona ſupernaturalia ſuperaddita,) *ideoque exſiſtere complete.* 2. *Poſſe quidem in homine animam conſiderari ut partem ejus, quatenus conjuncta eſt cum corpore: ſed ſoluta iſta unione æque exſiſtere, immo ſimiliter exſiſtere ac Angelos.* 3. *Eo quidem ſenſu dici poſſe animæ ſtatum præternaturalem, quatenus conſideratur natura prout hic fuit; cum requirebat unionem cum corpore; ſed poſt iſtam ſolutionem unionis, ſi natura abſolute conſideretur, æque naturaliter animam ſine corpore, ac Angelos ſine corpore exſiſtere poſſe.* En quod religioni emolumentum affert adverſus Atheos (ut jactitant) Carteſiana demonſtratio immortalitatis animæ petita ex diſtinctione mentis & corporis: Primum, ut anima ſeparata non appetat uniri cum corpore, nec proinde deſideret reſurrectionem, cum ſit per ſe completa ſubſtantia. 2°. Non ut in cælo ſint animæ beatæ, ſed in cæleſtibus gaudiis dumtaxat: in inferno autem & in cælo eas eſſe non negetur, ſi quis probare poſſit alterutro in loco eas quidpiam extrinſecus operari. Denique non ut torqueantur improbi in inferno, ſed ut omnino non cogitent, adeoque nec ſint. Quid eſt in hac hypotheſi quod habeat metuendum impietas? Quid hic valde Athei reformident? Aut quid habent viciſſim pii quod ſperent? Nam viſionem beatificam ſchola Carteſii prorſus ignorat. Audiamus eumdem Wittichium, pag. 62. quæſt. XL. Appendicis ad Theologiam Pacificam: *Ad argumentum Cl. Viri* (Samuelis Mareſii Calviniani) *quo conatur. . . . oſtendere. . . . quod beatitudo noſtra viſione Dei definiatur in ſcripturis, Reſpondi: ſcripturam tunc* VISIONIS DEI VOCE UTI METONYMICE PRO GAUDIIS CÆLESTIBUS. . . . . *Nego, ſi intelligas de viſione proprie dicta.* Quæ ſint autem iſta gaudia, jam ſuperius diximus: nempe lætitiam qualemcumque animæ confuſe cogitantis ſibi bene eſſe, aut ſibi male non eſſe.

V. Denique de creatione mundi, cum univerſum Carteſius cenſeat eſſe indefinitum, eo quod mens nullos limites extenſionis ejus poſſit adſignare; neceſſe eſt ut æternum quoque illud eſſe ſtatuat ob ſimilem cauſam: tametſi ut homines ludificet, parte III. Princip. num. XLV. fatetur *mundum* AB INITIO *fuiſſe creatum cum omni ſua perfectione; ita ut in eo & Sol & terra & Luna & ſtellæ exſtiterint: ac etiam in terra non tantum fuiſſe ſemina plantarum, ſed ipſas plantas: nec Adam & Evam natos eſſe infantes, ſed factos eſſe homines adultos. Hoc*, inquit, *fides Chriſtiana nos docet, hocque etiam ratio naturalis plane perſuadet.* Nam initium cum dicit, initium innuit, quo res ex materiæ ſinu per motum emerſerunt. Nec tamen, Wittichio certe interprete, vult opera ſingula cujuſque diei facta ſubito fuiſſe; ſed ſuo quæque integro νυχθημέρῳ, ſive ſpatio integro 24. horarum. Sic enim Wittichius in Theol. Pacif. num. XXV. & LXXII. Et fallor oppido, ni primæ diei nomine totam retro æternitatem intelligat, aut intervallum quod priorem aliquam huic ſimilem univerſitatem ſit ſubſecutum. Ut ut eſt, Carteſius dum modum explicat, quo intelligenda creatio ſit ſecundum ipſum, rem ſucceſſive & admodum lente peractam deſcribit: quam ipſe confitetur eſſe falſam hypotheſim; ſed tamen neceſſariam ad naturam rerum percipiendam.

Mihi veriſimile videtur, inquit Wittichius in Theologia Pacifica, num. LXXVIII. pag. 57. *Primo* νυχθημέρῳ *Deum creaſſe primum unico momento* TOTUM EXTENSUM QUANTUM EST, *dein terræ maſſam informem. . . . . & poſtea lucem accendiſſe: quod per gradus quin potuerit fieri non negari poteſt. . . . . Reliquo vero primi diei tempore, tum in cælo viſibili, quod nunc ſtellis eſt refertum exornando, tum* IN SUPREMO QUOD *ultra illud viſibile* IN INDEFINITUM EXTENDITUR, *plene* ABSOLVENDO & PERFICIENDO *fuiſſe occupatum; eoque abſoluto creaviſſe Angelos ejus incolas.* At ſi quid abſolvendum perficiendumque in indefinito illo extenſo fuit, certe νυχθήμερον primum, ſive primum illum diem cum ſua nocte oportet fuiſſe ceteris multo longiorem: nec video quid aliud perficiendum ibi abſolvendumque velit intelligi, niſi forte mundos plures & plures indefinite, quibus præſint Angelicæ turmæ totidem. Sed Carteſianarum hactenus novitatum & abſurditatum ſatis.

Jam, quod ſupereſt, uno Indice ſuperiora omnia complectamur. Quis vero hunc Indicem perluſtrabit, quin perſpicue agnoſcat, ethnicismum & atheismum ipſum, portentoſaque ex ipſo exorientia dogmata eo contineri? Neque hoc tantum; ſed & ſcriptorum novem, quorum hic pauca ex multis, (neque enim omnia certe,) ſed pauca ex multis, quæ colligi & exhiberi poſſent, Excerpta deſcripſimus, ſummam inter ſe conſenſionem eſſe? Eſt ita profecto. Regnat, aut certe regnare omni ope nititur in media Chriſtianitate Paganismus, & quam ſanctiſſimam Religionem aperta perſecutionum vi evertere non potuit, hanc ſimulata profeſſione eorumdem dogmatum pertrahere in ſuas partes & ſua impietate inficere artificioſe molitur: Junxere propterea vires & artes noſtra ætate exortæ ſectæ duæ; Janſeniana ſcilicet, & quæ nova Philoſophia appellatur. Vidit utraque ſub Chriſtianis Principibus non ſibi licere impietatem ſuam aperte profiteri: ſimulavit ſe eſſe Chriſtianam. E Chriſtianorum ſchola voces ac verba mutuata eſt, quibus ſua placita conveſtiret: alias etiam ſubinde, ubi Catholicæ verborum illorum definitiones cum ſuis illis placitis pugnarent, definitiones excogitavit: nullam deinde Theologicorum tractatuum partem prætermiſit: quam non ad ſuos ſenſus accommodaret, contende-

ret-

retque, qualem exponeret, & quam ſic defenderet, ipſam eſſe primigeniam Chriſtianorum fidem. Nam hæ vulgo Theologiæ partes præcipuæ adſignantur:

1. De Dei natura, exſiſtentia, & attributis.
2. De Trinitate.
3. De Angelis.
4. De creatione mundi & hominis, ſive De opere ſex dierum.
5. De fine ultimo ſeu beatitudine. De fide, ſpe, caritate, & Religione.
6. De Actibus humanis.
7. De peccatis, tum originali, tum actuali.
8. De lege & Gratia: De Juſtificatione & Merito.
9. De Incarnatione; ubi de Chriſto, & Deipara, de Sanctis, & Imaginibus.
10. Denique de Sacramentis, tum univerſim, tum ſingulatim conſideratis.

Itaque cum videret impietas quæ Deum tollit, fieri jam non poſſe ſub Chriſtianis Principibus, quin ſi libri ſcribantur de Religione, de Deo ſermo inſtituatur; Deum ipſa etiam profeſſa demum eſt, ſed ita ut in impietate tamen perſtaret. Nam eo nomine Formam Pulcri, Veri, Bonique, quod & in Univerſo ſpectatur, & mentem omnem in judicando dirigit, ut diximus, contendit intelligi oportere, ſic Patres intellexiſſe, inprimisque Auguſtinum: aliud nihil Dei nomine informari animo fas eſſe abſque craſſo errore: ſe ſolos proinde Chriſtianos eſſe, nos idololatras, nos eſſe Manichæos, qui Deum aliter cogitemus, quam quomodo Juſtitia & Sapientia & Rectitudo in genere cogitari debet; aut ab ipſa Juſtitiæ & Sapientiæ, ſeu Recti & Veri forma univerſali diverſum eſſe Deum putemus. Nullum magis attributum Deo convenire, quam Immutabilitatem in ſervandis legibus, quibus hoc univerſum adminiſtratur, quæ ſunt ipſæ leges motuum ac mechanices: has velle Deum eſſe perpetuas: ſecundum has fieri quidquid fit in rerum natura: ſimiliaque effata, quæ de Fato verius, & neceſſaria cauſarum inter ſe connexione ac ſerie, abſque Deo, quam de vero Numine prædicantur. Omnia deinde Religionis Chriſtianæ capita eo modo recipiunt ac defendunt, quo prædicari poſſent, etiamſi nullus, qualem Catholici colimus, Deus verus exſiſteret. Singula commonſtrabit Index; idque ita ſe habere, tum ex Atheorum libris Excerpta locis in Indice indicatis, tum noſtra ibi, uti ſperamus, adjecta ſubnotatio perſpicue ſuadebit.

Hæc Janſenianæ factionis doctrina eſt, & quæ ſuccenturiata ei eſt, Novæ Philoſophiæ. Huc ſpectant utriusque conſilia; tum ut nullum verum Numen agnoſcatur; tum ut nihil in Religione credatur, quam quod valet humana ratio aſſequi: ne Deum ſcilicet aliquem ſupra Deum ſuum ipſi cogantur agnoſcere. Nam & Rationem ſeu lucem mentium ac lumen naturale & commune animorum iſti Deum ſuum vocant. Hinc iidem Religionem Chriſtianam meram eſſe Philoſophiam, in moribus quidem ethicam naturalem, in dogmatibus autem Metaphyſicam prædicant: nihil fide credendum proponi, quod peritiorum ſaltem intelligentiam vel captum excedat: Vidiſſe proinde paganos ipſos, quos propterea ſubinde eximiis laudibus efferunt; vidiſſe, inquam, paganos ſola rationis naturalis acie, quid Trinitas, quid Incarnatio ſit, & reliqua demum primaria religionis Chriſtianæ dogmata perſpexiſſe. Hinc illi vim omnem Sacramentis, omnem ſcilicet quæ ex opere operato nuncupatur, efficientiam adimunt; quoniam nulla eſſe profecto poteſt hujusmodi, niſi verus eſſe Deus aliquis, qui id efficiat, ante prædicetur.

Sed quid hic neceſſe eſt cetera replicare, cum in ipſis Excerptis abunde oſtenderimus, in nullo capite vel Novam Janſenianorum Theologiam, vel Novam (ut vocant) Philoſophiam a nobis, hoc eſt, a Catholicis, diſſidere, præterquam in quo nos ita quidem ratiocinamur, ut verum eſſe & a nobis agnoſci Numen inde colligi oporteat; illi e converſo opinionem eam ſolum defendant, quæ defendi poſſit, quamvis Deus nullus verus exſiſtat? Quantus autem,, Deus immortalis, numerus hominum eſt inter eos ipſos, qui ſe Chriſtianos dicunt, quos iſta penitus afflavit impietas! Quam valde metuendum, ne niſi apprime perdiſcantur, ac refellantur acriter & aſſidue a Theologis vere Chriſtianis impia hæc placita; niſi a poteſtate legitima damnentur libri, quibus eadem continentur, in ipſomet orbe Chriſtiano funditus Chriſtianismus intereat!

Deus, venerunt Gentes in hereditatem tuam.

Tempus faciendi Domine: diſſipaverunt legem tuam.

INDEX
IN COLLECTANEA
EX SCRIPTIS ATHEORUM.

ABſolutio. *Vide*. Remittuntur peccata. Eccleſia. Poteſtas ligandi. Nonniſi abſolutione Sacerdotis remittuntur peccata mortalia. 194. Abſolvit Sacerdos in nomine & auctoritate Eccleſiæ & Chriſti. 144. Solvit per miniſtros Eccleſiæ; juſtificat ſolus Chriſtus. 145. Sacerdos exterius tantum agit: ſolus Deus agit intus. 144. Vox Sacerdotis auditur, manus extenſa cernitur: ſed Chriſti ſolius interna operatio eſt. 144. Chriſtus totum facit. 144. Solus abſolvit. 145. Peccata remittuntur converſo. 144

Abſolutionis forma Eccleſiæ judicio a Deo permiſſa. 194. Abſolvit Sacerdos per verba & preces. 144 Græci non dicunt, *Abſolvo te*: nec dixere Latini ante ſæculum XIII. 194. Introducta tunc eſt ea formula contra morem priorum ſæculorum 194.

Abſolutio ante peractam pœnitentiam dari cœpta Sæculo tantum XII. 194.

Abſolutio non eſt mera declaratio, ſed vera quædam remiſſio collata a Sacerdote. 194.

Abſolutio ſi differatur usque poſt pœnitentiam peractam, nullum eſt periculum a morte ſubitanea metuendum. 195. Abſolutionis defectum Deus ſupplet in neceſſitate. 194.

Accidentia nulla ſunt abſoluta ſive realia. 234. 241. nec definivit Concilium Conſtantienſe ea eſſe realia. 234. Nec Eccleſia uspiam. 234.

Accidentia & modi in aliquo ſubjecto ſemel producta, tamdiu durant, donec cauſæ alicujus externæ actione deſtruantur. 239.

Actus humani. *Vide*, Amor Dei. Qui agit ex ſpe mercedis temporalis a Deo impetrandæ, non agit ex fide 156. *bis.*

Adamus videbat majeſtatem Dei. 198. Erat in ſtatu glorioſo. 198. *bis.* Non erat in ſtatu fidei, ſed contemplationis. 171. Nutriebatur Verbo, ut Angeli. 171. Erat in Societate Angelorum, & totius militiæ cœleſtis. 173. Veritatem immediate in ſeipſa videbat; non, uti nos, per phantasmata. 173. Deum videbat in ſeipſo: ex Auguſtino, & aliis. 170. 173. Adam & Eva creati ſunt in ſtatu beatitudinis; Deum immediate viderunt. 10. Alioqui ſtulti creati eſſent. 10. *ter.* 13 *quinq.* 16. *bis.*

Adamus videbat clare omnes veritates quæ pertinebant ad mores: nos prima tantum principia. 163. Verbum Dei contemplabatur Adam. 13

Adamus puero ſimilis. 102. Egebat gratia ut in bona voluntate perſeveraret. 171. Adami gratia non fuit delectatio prævenions. 90. Sibi relictus eſt ut liberum arbitrium confunderetur. 90.

Adamum peccare oportuit. 90. Peccando impreſſit in anima veſtigia commotionum ſive paſſionum ſuarum. 171. Peccando perturbavit totam ſui corporis Oeconomiam. 171. *bis.* Peccando prolapſus eſt in amorem rerum corporalium. 173. Jam non poteſt homo concipere niſi corpora, aut certe niſi per corpoream imaginem. 173. Adamus potuit motum ſpirituum & ſanguinis ſiſtere, cum vellet. Nunc vero non poſſumus: & hoc eſt regnum concupiſcentiæ, peccatum originale. 233.

Adjutorium ſine quo, lux Verbi. 165.

Adoranda verba ſcripturarum. 168.

Adoratio Chriſti. *Vide*, Euchariſtia.

Æterna veritas. 3. Quid tam æternum, quam ratio circuli; 70. Æterna forma juſtitiæ. 2.

Æternitas Dei omnia includit & complectitur tempora, præterita, præſentia, & futura. 130. 210. *ter.* Reſpondet omnibus ſimul differentiis temporis. 170. Dei duratio eſt. 215. Eſt immutabilitas eſſentiæ. 223. Non eſt duratio. 223.

Altare cordis. 164. Verum altare, ſolus Chriſtus. 140 Altare lapideum pro ſacrificio Euchariſtico & Sacramentali. 140. Altare & menſa. 141.

Ambroſius Victor, laudatur a Malebranchio. 50. 51. 67. *bis.*

Americanus etiam inordinatione qualibet offenditur. Ergo Deum novit. 164.

Amor Dei. *Vide*, Deus

Amor Dei in nobis eſt ipſe amor divinus æternus ac ſubſtantialis. 59. 61. 62.

Amor Dei, præceptum de diligendo Deo impleri non poteſt in hac vita. 152. Sed tantum in altera. 154 *bis.* Amare Deum non ſolum debemus, ſed & velle amare ſempiterne. 169.

Amor Dei naturaliter homini inſitus. 11. 79. Amor Dei neceſſarius eſt: amant Deum neceſſario omnes mentes creatæ: ſiquidem amant neceſſario bonum in genere. 59.

Amor Dei, amor recti ordinis eſt. 60. Amare Veritatem, eſt amare Deum. 170.

Amor Dei nullus niſi in obedientia Deo præſtita. 154. 155.

Amor Dei non poteſt omnino eſſe ſine ſpe mercedis. 169. Peccatum eſt quidquid non ſit ex amore Dei caſto. 33. *bis. Vide.* Virtutes. Deum ſequi. Chriſtiani carnales docent Deum non eſſe amandum. 198.

Amor proximi. Non poteſt amari homo juſtus, niſi ametur juſtitia æterna, quæ Deus eſt. 177. Qui dilectionem amat, qua diligit proximum, amat Deum. 177. Juſtitia quam in juſtis diligimus, Deus ipſe eſt. 177. *Vide*, Dilectio.

Angeli antiquiores corporibus. 30. *bis.* Ex chao exorti. 32.

Angeli creati in amore Dei: etiam Diabolus. 170. Statim ac creati ſunt, Deum viderunt, divinam eſſentiam, creaturas in Verbo. 10. *ter.* 13. *bis.* 16.

Angeli non habent corpora quæ vere ipſi animent. 32.

Angeli, ad imaginem Veritatis. 13.

Angeli immortales quia Veritate aluntur. 30. Quia ſemper rationales. 31.

Angeli immutabiles divina ipſa immutabilitate. 31.

Angeli omnipotentes. 35 *Vide*, Deus ultor.

Angeli circumeunt thronum Dei. 32.

Angeli juſti, veraces, ſapientes, concordesque ſunt, ipſa formaliter ſumma divinaque Juſtitia, Sapientia, &c. 39.

Angeli in ſacris libris ſæpe cum ipſa divinitate confunduntur. 35.

Angeli ſubſtantiæ corporeæ dominantur. 30 Eorum miniſterio Sapientia æterna hunc mundum regit. 30. 35. Humanum corpus ipſi formarunt. 32.

Angeli non habent vim movendi corpora, ſed ſunt cauſæ tantum occaſionales. 240.

Angelis pares ſunt homines. 92. Æque ac nos, membra ſunt Corporis Chriſti 92. 100.

Angelis plenus aer. 30. 35. 39. Geniis, ſpiritibus, mentibus. 35. 39. *bis.*

Anima. *Vide*, Mens.

Anima an ex traduce, aut unde. 227. *bis.* 228. *bis.* non tamquam lumen a lumine Anima eſt a veritate. 241. Animæ ſubſtantia æterna. 59. Anima antiquior corporibus. 30.

Anima portio materiæ ſubtilizata & organizata. 80.

Animæ duæ in homine. 241.

Anima reſidet in glandula pineali. 228. Quæ eſt ſedes ſenſus Communis. 228. 241.

Animæ eſſentia, cogitatio, qua eſt ſui conſcia. 161. Anima omnis ſpiritalis. *Vide*, Beſluæ.

Anima eſt incorruptibilis verius quam immortalis. 229.

Anima vivit agendo. 186. Vivit de Deo & Chriſto. 186. De Deo ipſo vivit. 31. Anima per ipſam ſubſtantiam Dei vivificatur, ſicut corpus per animam. 5. 6. *bis.* Illuminatur ab ipſa ſubſtantia Dei. 6.

Animæ & corporis unio in eo poſita eſt, quod Deus ad certas mutationes corporis, certas in anima perceptiones excitet, &c. 249. Et hoc ex Decreto Dei libero, non ex natura corporis & animæ. 240 Unio illa eſt quædam permixtio. 241. Non adeſt anima corpori tantum, ut nauta navigio. 241. Non eſt forma Corporis. 230. Anima eſt cauſa occaſionalis tantum motus brachii. 170. Corpora, cauſæ occaſionales ſenſationum. 170. 171.

Animæ ſenſationes. *Vide*, Senſus.

Anima, Capacitas mera eſt veri & falſi. 21.

Anima naturaliter Chriſtiana. 34. 36. *bis.* 41.

Anima ſeparata non appetit reſurrectionem corporis. 242. Animæ ſeparatæ ſunt completæ, ut Angeli. 242. *bis.* Anima ſeparata cognoſcet & amabit Deum & ſe. 229. *bis.* Intellectus & voluntatis uſu privata eſt: nec meminit, nec concipit, nec habet ullos ſenſitivos actus. 229. Non cognoscet corpora. 229. Statum animæ ſeparatæ Carteſius non confideravit. 241.

Animæ vehiculum poſt mortem. 229.

Animæ piorum ad cæleſtia gaudia admittuntur, vel infernalibus pœnis addicuntur. 242. *bis.*

Anima mundi Deus. 19. Angeli ex Platone. 30. *bis.* 31. 35.

Annihilare nullam ſubſtantiam poteſt Deus, ſi ſapienter agat. 88. Si amplius Ens infinitum non vellet, ens finitum deſineret eſſe. *Vide*, Deus annihilare.

Antichriſtus erit compoſitus ex humanitate & peccato, ſicut Chriſtus ex humanitate & divinitate. 117. Peccatum incarnatum. *ibid.*

Arrianorum controverſia. 26.

Ariſtoteles miſerabilis Philoſophus. 54.

Arnaldo diſſimulationis vitium objicitur. 61. Et quod Auguſtinum non bene didicerit. 63. *bis.* 67. 77. *bis.* Arnaldus Ma-

Malebranchium de extenſione quæ in Deo eſt, non intellexit. 161.
Ars, in qua nobis placent, quæcumque ſunt bona : Verbum eſt. 5. Artifices ipſi ſi conſulunt regulas artis ſuæ, Philoſophi & Theologi ſunt. 16. *bis.* 17. Pictores ſcilicet, architecti, ſculptores. 17. Artium regulæ & leges, mundo antiquiores. 35.
Athanaſius. 162.
Athei aut rari, aut nulli. 12. Atheus Spinoſa. 74.
Attentio, oratio eſt. 47. *bis.* 57. 79. *Vide*, Oratio.
Auguſtinus quo argumento convictus, Deum eſſe didicerit. 8. Auguſtini placita, de Veritate quæ Deus eſt, hæc ſunt. 10. 45. Apud Auguſtinum doctrina de Deo Veritate eſt ſolemniſſima, creberrima, celeberrima. 2. 45. Nihil certius apud ipſum, aut familiarius eſt iſta doctrina. 2. 6. Volumen integrum poſſet ex ea Auguſtini doctrina texi. 2. 6. 22. 23. 45. 63. 66. Auguſtini teſtimonia de hac doctrina evidentia ſunt, nec poſſunt alio torqueri. 6. 56. 60. 61. *bis.* 69. 73. 75. 77. *bis.* Plenus eſt his placitis Auguſtinus. 4 *bis.* 69. 70. 73. 77. Luculentiſſime probat eſſe Deum, ex Veritate quæ fulget in Virtutum regulis. 2. Magno conatu adſtruit Veritatem eſſe Deum. 1. Id ex profeſſo docet. 2. *bis.* De iſto invento ſibi magnopere gratulatur. 2. A Platonicis didicit. 19. A Deo datus ad docendos mortales conſulendam eſſe Veritatem divinam. 22. Docet veritates ipſas mathematicas Deum ipſum eſſe : & qui has novit, Deum noſſe. 169. 170. *bis.* Baſis potiſſima doctrinæ Auguſtini, eſt de Veritate quæ Deus eſt. 2.
Auguſtinus in operibus Philoſophicis ſua principia ſtatuit. 63. 69. Magiſter Theologorum Eccleſiæ. 22. Patrum perſpicaciſſimus. 23. Fundatiſſimæ famæ in Eccleſia. 66. A Divo Paulo diſſentit de Circumciſionis effectu : idcirco ea queſtio deciſa non eſt. 190.
Auguſtinum citant, Janſenius. 1. &c. Ambroſius Victor. 6. &c. Thomaſſinus. 11. &c. Marſilius Ficinus. 11. Malebranchius. 45 &c.
Auguſtinus citatur. 171. *bis.* 173. *bis.* 174. 176. 177. *bis.* 192. *bis.* 195. *bis.* Citatur liber De vera Religione. 63. De libero arbitrio liber ſecundus, 63. Libri Confeſſionum, 22. 23. 63. Alia opera, 66. *bis.* 69.
Auxilium ſupernaturale. 9 *Vide*, ſupernaturale.

B.

Baptismus. Pro peccatis ante baptismum commiſſis agenda eſt pœnitentia per totam vitam. 193. *bis.* Morbi, mors, &c. ſunt pars illius pœnitentiæ. 193.
Baptismi Cæremoniæ & Confirmationis. 142.
Baptismus. In Baptismo debent Sacramentaliter exprimi myſteria omnia Chriſti. 122. In Baptismo myſteria quinque Chriſti operantur noſtram ſalutem. 125. Baptismus datur per impreſſionem & communionem mortis ac reſurrectionis Chriſti. 124. *bis.* 125. 143. Applicatur nobis ibi & appropriatur mors Chriſti. 124. Et reſurrectio. 124. Et aſcenſio. 125. Baptismus Sacramentum mortis & reſurrectionis Chriſti. 120. Vim ſuam trahit ex myſteriis paſſionis & reſurrectionis. 192. *bis.*
Baptismus illuminando prodeſt. 143.
Baptismi immerſio repræſentat Chriſti ſepulturam. 124. 129. 143 Applicabat baptizato virtutem & meritum mortis & ſepulturæ Chriſti. 124. *ter.* 129. 143. Applicat myſteria Chriſti 124.
Baptismi promiſſa. 125.
Baptismus. Morinus negat neceſſe eſſe dici, *Ego te baptizo.* 191. Formula Græcorum, *Baptizatur ſervus Chriſti*, valida eſt. 191.
Baptismi effectus, redemptio in ſpe. 191.
Baptizatis infantibus infunditur latenter gratia Spiritus Sancti. 191. Illa gratia eſt converſio voluntatis infantium ad bonum. 192. Eſt notio & deſiderium boni, quale habent dormientes. 192. In baptismo infans amat Deum. 55. *ter.* 56. *bis.* Fides Eccleſiæ, & parentum etiam, ſi ſint fideles, prodeſt infantibus. Baptizantur in fide Eccleſiæ. 192.
Baſilius. 162.
Beatitudo, Rectitudo creaturæ rationalis. 173. Poſita eſt in cognitione juſtitiæ eſſentialis, legis æternæ, Veritatis immutabilis. 173.
Beatitudo, Gaudia cæleſtia. 242. Viſio Veritatis. 198. Viſio Veritatis omnino nudæ. 157. Vivere in Veritate, de Veritate, propter Veritatem 157. Propter Veritatem eam, qua hic in terra poſiti delectamur, qua hic nutrimur. 157. Beatitudo eſt, nudam cernere Veritatem. 170. *bis.* Pane eo nutriri, qui Deus ipſe eſt ut Veritas æterna. 107. *quinq.* Mens Veritate omnino imbuitur. 107.
Beatitudo. Sacrificium æternitatis offeremus in cælo. 127. Sancti adorabunt Deum in æternitate ſui eſſe, & in Trinitate perſonarum. 158. Laudabunt Veritatem quæ ſatiabit, divinitatem quæ implebit, potentiam quæ reget. 158. Sancti in Deo perituri feliciter. 157. Infundetur divinitas in animam. 157. Nulla erit miſeria. 157. Laudabunt Deum in ſilentio æterno. 157. Verbum penetrabit ſubſtantiam beatorum, ut largiatur eis immortalitatem. 157. Spiritus Sanctus æque corpora poſſidebit atque animas. 157. *bis.* Effundetur conſummate. 158. *bis.* Spiritus æternus & immortalis vivificabit eos. 157. Redemptio tunc erit perfecta : & adoptio. 159. *bis.* In cælo unica operatio. 127. Unitas operationis erit. 158. Eccleſia cum Chriſto conſummabitur in Deo. 158. *bis.* In unitate Eſſe divini. 158. *ter.* 159. Immortales erimus ipſa formaliter æternitate Patris. 112.
Belluæ ſunt meræ machinæ. 225. 240. Habent animam corpoream, ſed non cogitantem. 225. Habent ſpiritus animales, ſed absque ulla cogitatione. 225. Ut horologia. 225. Alioqui Deum cognoſcerent & amarent. 226. *bis.* Si eſſent animatæ, nefas eſſet illas occidere. 226. Eſſent immortales. 227. Belluas eſſe animatas, non ex Veritate, ſed ex communi opinione dixit Auguſtinus. 51. 52. Animatas eſſe cenſuit anima ſpiritali. 51. 52. Athei ſuper ea re in duas ſectas dividuntur. 52. Si animatæ eſſent, cognoſcerent Veritatem, & amarent ordinem. 75 *ter.* An ſint belluæ immortales incertum eſt 31. Incorruptibiles certe. 31. Belluarum animæ in chao fuere. 31. De anima brutorum Catholica ſententia. 227. *ter.*
Bernardus. 171.
Biblia recipio potius quam Alcoranum, propter motiva credibilitatis. 74.
Bonaventura. 196.
Bona. Divitiæ non ſunt bona a Deo data. 156.
Bonum indeterminatum, Bonum in genere, Bonum univerſale, Deus eſt. 44. 97. Bonum quod omnes appetunt, ante ſenſuum tyrocinia, non aliud quam Deus ipſe. 11. 45. 47. Bonum omnis Boni. 5. 7. Quid hoc niſi Deus. 5. Bonitas & Veritas ipſa Deus eſt. 11. Bonitas, ſive ipſum Bonum, cujus notio in nobis lucet, Deus eſt. 5. *bis.* Non eſt bonitas alia niſi ipſe Deus. 5. *ter.*

C.

Cæli moventur ab Angelis. 31.
Cælum, anima juſti. 109 *bis.*
Caritas habitualis. *Vide*, Habitus caritatis.
Caritas juſtificans, Amor dominans Ordinis immutabilis. 78. Caritas, unio eſt, qua Deus juſtitia cordi conjungitur. 6. Sine caritate nulla eſt bona voluntas. 173. Caritatem inter & cupiditatem nihil mediat. Aut caritas dominatur, aut cupiditas. 155.
Carteſius. *Vide*, Spinoſismum. Carteſianorum Deus idem ac Malebranchii. 85. Carteſium defendit Arnaldus de Dei exiſtentiæ demonſtratione. 160. Carteſius Atheismi ſæpe accuſatus dum viveret. 207. *ter.* Carteſius ſuccenſet Atheis. 207. Jeſuitas ſollicitat, ut ſuam Philoſophiam amplexentur. 236. Irriſitur repudiantibus. 236. De Carteſismo judicium Societatis. 236 *& ſeqq.* Displicuiſſe Carteſismum Jeſuitis etiam Mareſius Calvinitta teſtatur. 241. Carteſii ſyſtema defendi poteſt ut hypotheſis. 241. Carteſii doctrina de libertate arbitrii laudatur a Samuele Mareſio Calviniſta, ut & doctrina de Tranſſubſtantiatione. 241. Carteſii palmare placitum eſt, Deum omnia facere. 86. Carteſismus juſſu Regis Chriſtianiſſimi proſcriptus e ſcholis. 236. Carteſianus moritur Atheus. 86.
Cauſæ occaſionales. *Vide*, Anima. Chriſtus. Occaſionalis. Cauſæ ſecundæ non ſunt proprie cauſæ. 221. Etſi ſunt proprie cauſæ ſecundæ 220 221. Nullam habent propriam cauſalitatem. 221. Nec anima poteſt brachium movere. 221. Cauſæ ſecundæ ſunt cauſæ naturales, ſed occaſionales tantum, non veræ cauſæ. 52. *bis.* 99. *bis.* Non producunt efficienter ullos effectus. 240 Ignem natura ſua urere qui dicunt, quid dicant non intelligant. 54. Cauſa unica vera, Deus. 47. 52. 53. 99.
Chaos. Verbum in chao fuit. 19.
Chriſtiana religio nihil niſi ingenitæ virtutis uſus eſt. 41. Anima naturaliter Chriſtiana. 34. 36. *bis.* 41. Qui vere homo, idem Chriſtianus. 41. Differt Chriſtiana religio a Philoſophia ethnica, ut magis & minus. 41. Mere naturalis eſt. 75 Chriſtianæ religionis potiſſima pars, Ethica. 41. *bis.*
Chriſtus. *Vide*, Myſteria Chriſti. Verbum. Unio hypoſtatica.
Chriſtus, Ordo amabilis, Veritas ſenſibilis, Lux viſibilis. 51. Æterna Veritas & pax noſtra. 160. Veritas æterna, quam multi interrogant, nec cognoſcunt, vel interrogant ut perſequantur eam. 106. 114. Lux hominum & Angelorum. 65. Veritas illa, quam conſulunt etiam fabri, dum perpoliunt opera ſua. 13. Magiſter Philoſophiæ, Matheſeos, & Arithmeticæ. 67. *bis. Vide*, Verbum. Ratio incarnata. 60. Sapientia facta lac. 173. Veritas incarnata. 114. Veritas æterna, in qua humanitas Chriſti ſubſiſtit. 114. Homo unitus Verbo. 118. Unio Verbi cum anima. 118. Humanitas deificata. 173. Verbum Angelus, ſeu legatus Patris. 118. Quæ docet, docet evidenter. 64.
Chriſtus natus eſt ex Virgine, & incorruptus : ergo Deus eſt. 130. 131. Chriſti miſſio excellentior fuit quam Prophetarum : ergo Deus eſt. 131. Chriſtus flagello terruit vendentes in Templo : ergo Deus eſt. 131. Chriſtus intrepide ſe morti obtulit : ergo Deus eſt. 130. Chriſti exemplo homines ſolitudine nunc delectantur : ergo Deus eſt. 131. Peccatores nunc convertuntur ad bonam frugem : ergo ipſe Deus eſt. 131. Chriſti facies in Transfiguratione reſplenduit ſicut ſol : ergo Deus eſt. 131.
Chriſtus quomodo Deus. 43 *bis.* Chriſtus Deus, quia unitus Rationi univerſali, ut nos fere ſumus. 75. A juſtis differt ſecundum magis & minus. 178. *ter.* Chriſti Spiritus. *Vide*, Spiritus Chriſti.
Chriſti adventus. Homines erant aſſueti invocare divinitatem

carne veſtitam. 43. Chriſtus veniſſet, etiamſi Adam non peccaſſet. 88. 89.
Chriſtus venit in magiſterium & in adjutorium. 167. Ut mederetur peccato. 123. Verbum incarnari oportuit, quia reparari non poteramus niſi per Veritatem. 178. Ergo oportuit ut Veritas ſe nobis accommodaret, aſſumendo corpus per quod loqueretur. 179. *bis.* Sapientia facta viſibilis, ut per carnem aſcenderemus ad cognitionem Sapientiæ. 167. Quippe quam homo per ſeipſam noſſe non poterat. 173. & ad amorem juſtitiæ. 167. Sapientia induta corpore. 173. Sapientia Dei majeſtatem ſuam depreſſit, abjecit, offendendo homini hominem Deum. 173. Ut Veritas facit doctiores, ut Ordo facit perfectiores. 65. 78.
Chriſti perſona. Humanitas elevata ad naturam divinam per unionem cum Verbo. 115. Sicut anima & corpus ſunt unus homo; ita Verbum & humanitas unus Chriſtus. 172. In Chriſto duæ naturæ ſine confuſione; ſed una perſona. Humanitas Chriſti non poterat dicere, Ego. 172.
Chriſtus Pater futuri ſæculi per ſuam divinitatem. 119.
Chriſtus, Myſterium univerſale. 122. Peccator univerſalis 122. Juſtus univerſalis. 122. Victima univerſalis. 122. Myſteriis prodeſt, hoc eſt, docendo. 120. *bis.* Typus omnium rerum quæ membris ipſius eventura ſunt. 200. Quomodo profuerit humano generi. 40. *ter.* Apoſtolus Myſteriorum ſuorum. 126.
Chriſtus in ſua humanitate Sapiens, Juſtus, Sanctus, Sapientia, Juſtitia, Sanctitate Dei ipſius eſt. 174.
Chriſtus in Verbo vidit tantum veritates neceſſarias & univerſales. 68. In Chriſto ſcientia unica divina. 59. Chriſti ſcientia tota divina ex Verbo. 59. Ex unione animæ cum Verbo. 59. Scit omnes veritates neceſſarias ob unionem cum Verbo. 94. *bis.* In Chriſto debet cogitari Sapientia immenſa & infinita. 182. Chriſtus omnia novit, ſed non cogitat ſimul de omnibus. 94. *bis.* 95. Non eſt tribuenda ei aliqua ignorantia. 179. Scientia ejus ſuperat omnem noſtram intelligentiam: nihil amplius quærendum 179. Scit omnia quæ Deus ſcit. 179. Non omnibus ſimul fidelibus providet. 95. Chriſto etiam non cogitante vel deſiderante multi accipiunt Spiritum Chriſti. 95. Chriſtus non novit utrum gratia quæ homini obtigit habitura ſit effectum. 95. 99. Chriſti mens in contemplatione Dei occupata non debet ad ſingularia cogitanda animum avocare. 101. Per Verbi revelationem novit diem judicii. 179. *bis.*
Chriſtus ut homo non habuit voluntatem γνωμικὴν. 117. Chriſti voluntas & operatio eadem ac Patris. 116. 117. *ter.*
Chriſti operatio. Divinitas erat comprincipium quo elicitivum omnium actionum humanarum cum humanitate Chriſti. 108. 116. Verbum in Chriſto unicum ἐγεμονικὸν fuit. 176. 179. *bis.* Verbum ſua luce mentem Chriſti regebat. 116. 117. 130. Chriſti voluntatem regebat Verbum efficaci & omnipotente operatione. 130. Humanitas, inſtrumentum divinitatis. 121. Omnia per eam Verbum agit, ſicut anima agit per corpus. 172. 174 175. *ter.* 176. Neſtoriani ſunt qui ſecus ſentiunt. 161. 179. Verbum regebat, poſſidebat, gubernabat, movebat, impellebat, ac determinabat animam Chriſti. 174. 175. 176. *bis.* Vera cauſa ac prima actionum Chriſti. 175. 179. 182. Regebat & impellebat humanitatem in omnibus ſuis orationibus. 179. Movebat, regebat gubernabat in omnibus. 179 *bis.* Dicta, facta, cogitata ejus dirigebantur & animabantur a Verbo. 161. 174. In omnibus actionibus agebat, gubernabat, applicabat, humanitatem Chriſti. 182. Ut corpus animæ, ſic anima menti, mens Veritati & Juſtitiæ ſubdebatur. 176.
Chriſtus liber, quia agit ut ipſe Deus. 176. Chriſti libertas eo major, quo potentius regebatur a Verbo. 130. Chriſti impeccabilitas ex Verbi influxu & operatione ortum habuit. 175. Fuit Chriſto homini naturalis. 176.
Chriſtus verax veracitate divina. 117. *bis.* Chriſti benignitas tota divina. 118. Chriſti ſanctitas ex divinitate, & ex ſanctitate incarnata. 117. *quater.* Chriſti ſanctitas gemina, Catholice. 176.
Chriſti preces & applicationes. 179. Chriſti preces ſive mera potius deſideria. 92. 93. *bis.* 99. 100.
Chriſtus cauſa gratiæ meritoria. 91. Chriſti meritum qualiter intelligant Janſeniani, & qualiter Catholici. 151. Chriſti ſolis meritis datur hominibus voluntas ſatisfaciendi divinæ juſtitiæ. 192. Sanctificari per gratiam Chriſti, eſt ſanctificari per merita myſteriorum ejus. 130. Chriſtus intendit nobis mereri gratiam proficiendi ex ejus myſteriis. 167.
Chriſtus cauſa occaſionalis ſalutis electorum. 167. 168. Ut ſit cauſa occaſionalis gratiæ, a Deo determinatur. 101. *bis.* Chriſtus cauſa occaſionalis gratiarum, per varia deſideria, quibus optat alios in Eccleſia ordines eſſe ſanctos. 92. 94. *bis.* Cauſa Phyſica. 92. Chriſti poteſtas in cælo & in terra, in deſideriis ejus poſita eſt. 93. 99. Chriſti deſideria ſunt circa hominum diverſa genera. 93. 94. *bis.* 96. *bis.* Chriſti deſideria quædam ſpecialia, ut erga Paulum. 94. 96 *bis.* Chriſti ἐνέργεια & operatio interior in producenda gratia. 99. Chriſtus cauſa occaſionalis gratiæ, quia exemplar juſtitiæ vel juſtorum eſt. 77.
Chriſtus operatus eſt in ſanctis per ſuam gratiam & ſuum Spiritum, etiam antequam naſceretur. 115. Principium vitæ in membris ſuis per ſuam divinitatem. 118. 119. Potuit eſſe cauſa occaſionalis gratiæ, ſub Vetere Teſtamento, priusquam eſſet. 100. Et gratiæ Angelis datæ. 100. Chriſti merita anticipata, 140. Dare Spiritum Sanctum non potuit ante aſcenſionem. 144. Non potuit eſſe cauſa gratiæ occaſionalis, priusquam cælos aſcenderet. 101.
Chriſtus non eſt prima cauſa diverſitatis gratiarum. 179.
Chriſti actiones omnes diffuderunt influxum gratiæ in ſimiles actiones membrorum ſuorum. 175. Quemadmodum immortalitas corporis ejus erit exemplar & origo noſtræ immortalitatis. 175. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus.* 174. 182. Non eſt cauſa occaſionalis omnis gratiæ quæ eſt in mentis illuſtratione poſita. 96. Nec exterioris gratiæ. 96. Chriſti meritorum effectus eſt lux rationis quæ illuminat omnes homines. 172. *bis.*
Chriſtus eſuriit non neceſſitate, ſed poteſtate, 164. 175. ſicut non eſt mortuus neceſſitate, ſed poteſtate. 174. Non Lazarum, ſed in Lazari perſona genus humanum defievit. 133. Lacrymatus eſt ex amore divino 132. Cœpit tædere, conſideratione peccatorum noſtrorum, & pœnæ quam merentur. 132. Triſtis fuit in perſona peccatorum. 132. peccatores in ſe transfiguratus. 132 poteſtate doluit, non conditione naturali. 132.
Chriſtus moriendo pro hominibus ſecutus eſt inſtinctum naturæ 40. Redemit nos non ſolum per mortem ſuam, ſed etiam per omnes vitæ ſuæ actiones. 167. *bis.* 172.
Chriſtus plus paſſus eſt quam ullus homo. 200. Paſſus eſt omnia mala quæ peccata noſtra promeruerunt. 200. Chriſti vox, *Deus meus, quare dereliquiſti me*, documentum magis quam expoſtulatio eſt. 130. Tunc caruit gaudio beatifico. 130.
Chriſtus ſatisfecit juſtitiæ per omnes actiones ſuas. 172. Quia juſſum fuit, ut cum diabolus juſto vitam ademiſſet, ipſe jus amitteret nos retinendi ſub mortis imperio, ex Gregorio. 172. ex Bernardo. 172. Et præterea quia plane ſatisfecit juſtitiæ divinæ, offerendo ſe morti. 172. Chriſti mors fuit ſolutio facta divinæ juſtitiæ pro criminibus hominum. 187, *bis.* Fuit adoratio digna Deo. 187. Fuit impetratio gratiarum quæ datæ ſunt hominibus. 187. Satisfactio Chriſti docet quæ maneat pœna impœnitentes 182.
Chriſtus, Veritas incarnata pro omnibus. 151. Oravit pro electis ſuis. 132. 151. Oravit pro ſalute tantum prædeſtinatorum. 179 180. *bis.* Petiit tamen pro reprobis quæcumque habituri erant. 179. Non potuit orare pro ſalute reproborum. 179. Pro ſolis prædeſtinatis mortuus: tamen omnium ſaluti vacare debent epiſcopi & ſacerdotes. 151. cum Deo, qui dedit eſſe omnibus, &c. 151. pro ſolis prædeſtinatis mortuus cur dicatur a Janſenianis. 151.
Chriſti Corpus incorruptum, quia Deus eſt. 132. Chriſti mortis & ſepulturæ merita. 124. *bis.*
Chriſti deſcenſus ad inferos ut perfecte vinceret. 125. Meritum & conſummatio eſt victoriæ & triumphi ejus. 125.
Chriſtus reſurgendo victor. 118. Chriſti reſurrectio, tertia Chriſti nativitas 124.
Chriſtus poſt reſurrectionem jam non vivit niſi propter Deum. 126. Vivit de Deo. 126 Nunc totus cæleſtis. 128. Totus divina virtute imbutus. 128 Totus conſummatus in Deo. 127. Victima Dei in ſtatu perfecto. 128. Victima ſanctificationis. 120.
Chriſti reſurrectione conſummatur noſtra reconciliatio. 120. Conſummatur redemptio hominum 120. Conſummantur promiſſiones factæ Abrahæ. 121. & promiſſa Chriſti. 124
Chriſti reſurrectione conſummatur ſacrificium Chriſti. 119. 122. Sacrificium crucis impletum non eſt niſi per reſurrectionem & aſcenſionem. 180 196. 200. Jungenda memoriæ paſſionis memoria reſurrectionis & aſcenſionis. 119. 180. nobiscum egit tam miſericorditer reſurgendo quam moriendo. 182. Chriſtum mori nihil profuiſſet, niſi etiam reſurgeret. 126. Si non ſurrexiſſet, nec haberemus mediatorem noſtræ reconciliationis, nec ſpem gloriæ, nec advocatum in cælo, nec Spiritum Sanctum in cordibus noſtris. 120. 125. 126. Chriſti virtus ad convertendas animas poſt reſurrectionem. 119. *ter.* poſt aſcenſionem. 119. Chriſti reſurrectio operatur in baptismo per viam potentiæ. 192. Chriſtus multum fructum affert per reſurrectionem & aſcenſionem ſuam. 120. 136. Chriſti morte reconciliamur cum Deo: Chriſti reſurrectione efficimur victima Deo grata. 121. 122. Chriſtus ſanctificatio noſtra per virtutem ſuæ reſurrectionis. 121. Chriſti reſurrectio principium ſpiritalis regenerationis populo Dei. 121. 124. Myſteria reſurrectionis & aſcenſionis proſunt nobis ut myſteria paſſionum. 120. *quater.* 121. *bis.* 122.
Chriſtus quousque aſcenderit, determinari non poteſt. 182. 183.
Chriſtus in cælo Pontifex. 122. 131. *bis.* 92. Chriſti ſacerdotium in cælo conſummatum. 144 Chriſti ſacerdotium æternum conſtitit in fide Chriſti ſuſcitati. 125. 126. Chriſtus in cælo accepit ſummum ſacerdotium. 126. Per reſurrectionem conſtitutus in perfecto ſacerdotio. 126. *quater.* Chriſti mors meritum & janua per quam intrat in ſacerdotium. 126. Chriſti ſacerdotium in reſurrectione conſummatum fuit. 126. Chriſtus per reſurrectionem egit partes Pontificis & Capitis noſtri. 125. 126. *bis.* 126. Et Regis. 125. Tunc conſecratus in Pontificem: tunc accepit virtutem conſummatam 125. Non egit ſacerdotem niſi ſuſcitatus. 126. *ter.* Chriſtus ſacerdos, quia Verbum Dei, & quia ſuſcitatus. 126. Chriſti ſacerdotii effectus eſt, mentes noſtras in cælum erigere. 126. *bis.*
Chriſti ſacrificium magnum in cælo. 136. Chriſtus in cruce victima expiationis: in cælo victima ſanctificationis. 128. Chriſtus, ſacrificium æternitatis in cælo. 136. Introivit in cælum cum hoſtia ſua. 188. Obtulit corpus ſuum patri in reſurrectione & aſcenſione. 196.

Chriſtus pro nobis in cælo intervenit. 125. Pontificem agit in cælo pro his qui ſunt pariter glorificandi. 126. Quomodo ſit in cælo Mediator & Advocatus & pontifex noſter, neſcimus. 180.
Chriſtus Dominus dominio divino. 118. 131.
Chriſti poteſtas tota divina ex Verbo. 118. *ter.*
Chriſtus. In humanitatem & in ipſum Chriſti corpus effuſa eſt gloria, quam Verbum habuit ſemper in Deo. 128.
Chriſtus in cælo partes agit Capitis Eccleſiæ, diffundendo Spiritum ſuum in membra ſua. 182.
Chriſtus integer ex Capite & membris. 116. *bis.* Unicus Chriſtus ex Capite & membris. 116. *quater.* 127. Unicus homo cujus ſubſiſtentia & perſona Chriſtus eſt. 116. Unicus Dei Filius ex omnibus electis. 116. Unicus puer-Deus. 116. Eccleſia & Chriſtus; unus Chriſtus. 177. Omnis natura humana eſt unita Verbo. 177. Eccleſia unam cum Chriſto & eamdem perſonam facit. 177. non tantum unitate morali, ſed unitate animæ, qui Spiritus Sanctus eſt. 177. unitate formæ ſanctificantis. 177. 178. Chriſtus perſona & ſubſiſtentia hominis interioris eſt. 115. In Chriſto ſubſiſtimus. 115. In eo vivimus & ſubſiſtimus. 115. *quater.* Chriſti gratia nos facit in illo ſubſiſtere. 124. Chriſtus, divinitate unctus, quam membris impertit. 114. 115. *bis.* Chriſti divinitatem & filiationem nunc participamus. 127. In altera vita dominium ejus & regnum participabimus. 127. *ter.* & ſacerdotium. 127. *bis.*
Chriſtus eſt noſtra juſtitia. 177. 178. per merita ſacrificii ſui. 121.
Chriſti conſideratio, ut homo eſt, non prodeſt, niſi etiam cogitetur ut Deus. 167, *bis.* Amor humanitatis Chriſti ſine expreſſa ſimul dilectione divinitatis, non eſt ſupernaturalis. 167. Chriſtum laudamus, ſi imitemur. 131.
Chriſtus adorandus, non flectendo genua, ſed obtemperando legi. 131.
Chriſtus non eſt orandus ut pro nobis oret. 180. *bis.*
Ciceronis Hortenſius. Ejus libri lectione inflammatus eſt Auguſtinus ad amorem Sapientiæ, quæ Deus ipſe eſt. 20.
Clemens Alexandrinus. 25. 27. 28.
Clerici debent labore manuum victum comparare. 147.
Codex æternus, Verbum Dei. 74.
Communio myſteriorum Chriſti. 149. Communio cum Chriſti myſteriis, paſſionis, reſurrectionis &c. 121. *bis.*
Communionem Paſchalem Chriſtianam anticiparunt, qui ante mortem Chriſti in eum crediderunt. 140.
Communio quælibet, paſcha eſt. 136. Communio Euchariſtica. 139.
Communio ſacrilega, tum Corporis Chriſti, tum Evangelii. 134.
Communio fit per adorationem ſolam. 168. Communio triplex; adorato Chriſto in Evangelio, in altari, in myſteriis. 168. *bis.*
Communione nutrimur ex Chriſto, & ipſe nutritur ex nobis. 137. Corpus Chriſti debet nutrire animam. 186. Manducare, refici eſt. 186. Communio Chriſti & membrorum reciproca eſt. 137. *bis.* Nihil Chriſto tunc eſt dicendum: ſed adoranda ſunt ejus merita: & nos devovere ei nos debemus. 189.
Communio ſub utraque ſpecie perſeveravit haud dubie per annos MCC. *196.*
Communio Corporis Chriſti pignus communionis æternæ in cælo futuræ. 136, *bis.* per cibum Veritatis increatæ. 136. Communio æterna in cælo, Chriſti magno ſacrificio. 136. Communicabimus in cælo communione ſpirituali & corporali. 137. *bis.*
Concilii infallibilitas major quam ſummi Pontificis. 183. In rebus facti, ut in facto Honorii, an ejus epiſtolæ ſint Monotheleticæ, errare Concilia poſſunt. 183. Concilium Conſtantienſe. 234. Concilii Tridentini patres peripateticæ Philoſophiæ plus æquo addicti. 207.
Concordia quam laudat Lucanus Poëta, Deus ipſe eſt. 39.
Concupiſcentia avertit a Deo. 198. Concupiſcentiam veluti naturalem multi conſiderant, falſo. 56. Concupiſcentiæ motus indeliberati, culpabiles. 155. *bis.* Juſti in hac vita ob concupiſcentiam quam habent, digni ſunt odio noſtro. 199. Concupiſcentia non reddit nos reos, niſi conſenſus accedat. 192. Non eſt peccatum in regeneratis, quia non dominatur, non eſt ſola. 55 vel quia in baptismo velut mortua fuit; etſi poſtea revixit. 56.
Condeſcenſio Verbi in Incarnatione. 76. *Vide*, Συγκαταβασις.
Confeſſio facienda ad oſtendendam Eccleſiæ ſuam reſipiſcentiam. 194. ad obediendum Chriſti præcepto. 194. ad diſcenda remedia vitiis ſanandis idonea. 194. In Sacramento pœnitentiæ Sacerdos partes medici agit: ergo debet noſſe morbos, hoc eſt peccata. 194.
Conſcientia erronea non excuſat. 155. *bis. Vide*, Bona intentio.
Conſulenda Veritas. *Vide*, Veritas.
Contritio debet eſſe ex amore Dei. 193.
Corporis eſſentia eſt in extenſione. *Vide*, Euchariſtia. Corporum penetratio implicat. 219. 239.
Corpora exſiſtere cognoſcimus occaſione veſtigiorum quæ ſunt in cerebro. 68. Corpora exſiſtere ſcimus per revelationem. 74. Corporum exſiſtentia nonniſi per fidem cognoſcitur. 223. *bis.* 238.
Corpora non poſſunt agere in animos. 48. Corpus movere aliud Corpus non poteſt. 52. *ter.* Nec Spiritus poteſt Corpus movere, 52, *bis.* Nec Angeli. 53. Neque homines corpus ſuum. 221. 99.
Corpora mixta, etiam brutorum, ſola figura differunt, vel textura, &c. 240.
Creatio. *Vide*, Mundus. Omne quod oritur, formatur ſecundum ideas. 78. Creatum quid dicatur. *Vide*, Mundus creatus.
Creationis ſex dies, ſex mundi ætates. 111.
Credenda ſunt quæ poſſunt intelligi. 6. *Vide*, Fides.
Cyprianus. 195.

D.

Dæmones ipſi vident Deum. 10, 13, 29, 65, 73. Dæmones ipſi amant Verbum Dei aliquatenus. 79.
Damnatos Deus punit ut puniat. 109. Damnatorum pœnæ, ſeparatio a Veri cogitione. 76. Damnati luce Veritatis pœne omnino diſtituti. 159. Deus ut ignis conſumens ab illis ſeparat ſe. 159. Damnati vident Deum ut juſtitia eſt, ſed non amant. 164. 165. Damnati erunt in tenebris exterioribus, ſejuncti prorſus a luce Dei. 172.
Deificatur homo per unionem cum Verbo. 75.
Deipara. *Vide*, Maria.
Devotion aiſée 151.
Deus. *Vide*, Auguſtinus. Bonum. Ens infinite perfectum. Idea entis. Mundus. Subſtantia divina. Subſtantia intelligibilis. Sapientia.

De exſiſtentia Dei.

Dei exſiſtentiæ demonſtratio ex idea infiniti. 80, 84, 85. *bis.* Ex idea extenſionis infinitæ. 71, *ter.* Nimium abſtracta homini Sinenſi videtur hæc demonſtratio. 81. Quidam putant eſſe ſophisma. 46, 80. Eſt tamen omnium pulcherrima. 44.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio ex eo quod ſentio me non eſſe perfectum. 201, 202. *bis.* 205.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio, ex eo quod de eſſentia ſit Entis, cujus ideam habeo, ut exſiſtat. 203. 208. Quemadmodum ſcio certo ad eſſentiam alicujus rei quiddam eſſentiale pertinere. 203. ut in veritatibus Mathematicis. 203. De eſſentia entis perfecti tam eſt exſiſtentia, quam de eſſentia montis habere vallem, & trianguli habere tres angulos. 203. Alioqui Enti perfecto deeſſet aliqua perfectio. 203. *ter.* 208. Deus, ſi cogitatur, eſt. 47. 50. 64. *quater.* 72. *ter.* 80, 81. *bis.* 85. 204.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio Carteſiana, ex idea Dei. 201, *quater.* Ex eo quod ſim & habeam ideam Dei innatam, 202. Dei exſiſtentiæ demonſtrationem Carteſianam ex idea Dei, probat Arnaldus. 161. *ter.*
Dei exſiſtentiæ demonſtratio adhibita a Sancto Auguſtino. 2. *bis.* Gradatione facta a corporibus & mentibus, quæ Deus non ſunt, ad Sapientiam & Veritatem, quæ immutabilis eſt: ergo Deus eſt. 12. *bis.* 19, 23. Ex eo quod corporibus mentes imperant, mentibus natura & regula veri ac juſti, quæ nulli ſubjecta eſt. 38. *Vide*, Mens. Deus enim eſt, ſi qua ſit natura immutabilis, increata, æterna, omni mente præſtantior. 6. *bis.* 15.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio, ex eo quod veræ & immutabiles naturæ, ſive formæ, ſive eſſentiæ, trianguli exempli gratia, non ſunt merum nihil: Nam quod verum eſt, NON EST MERUM NIHIL: ſed eſt aliquid. 203. *bis.* Impoſſibile eſt aliquid eſſe Verum, Juſtum, & Pulchrum: ergo impoſſibile eſt Deum non eſſe. 21. Impoſſibile eſt aliquid eſſe pulchrum ſine convenientia partium: ergo eſt ens pulchrum, quod det pulchritudinem corporibus; ens ſapiens quod det iisdem ſapientiam. 22.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio ex regulis ſapientiæ & numerorum. 12, 13. *bis.* Ex regulis quibus ſecernitur verum a falſo, pulchrum a deformi. 19.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio ex natura Veritatis. 22. Hanc demonſtrationem etiam mulierculæ capiunt. 23.
Dei exſiſtentiæ demonſtratio, ex eo quod Ens ſumme potens ſua vi poteſt exſiſtere. 204. *bis.* Et ſicut nunc exiſtit, ita ab æterno exſtitit. 208.
Dei exſiſtentia nihil evidentius, nihil certius ab humano ingenio cognoſci poteſt. 203, 208. Ad minimum id æque certum eſt, quam ulla Geometrica demonſtratio eſſe poteſt. 207. Deum eſſe, multo evidentius eſt unicuique, quam ſe vivere. 21. Facilius dubitarem me vivere, quam Deum non eſſe. 21. *bis.* Deus exſiſtit: Hæc propoſitio clariſſima omnium propoſitionum eſt; tam certa quam eſt illa; Ego cogito, ergo ſum. 72. Deum exſiſtere certiores ſunt homines, quam exſiſtere corpora. 47. Dei exſiſtentia adeo clara eſt, ut eam demonſtrari opus non ſit. 20. Per illam potius omnia demonſtrantur. 20. Nihil evidentius, quam Deum exſiſtere; ſiquidem nihil eſt evidentius, quam eſſe legem æternam, cui obedire oporteat mentes omnes. 36, 37.
Deus ignorari non poteſt. 10. *Vide*, Athei. Deum eſſe nemo non credit. 34. Deum nullus homo ignorat. 34. *Vide*, Rationalis creatura.
Deus. Sine Deo mens nec vivere poteſt, nec aliquid cognoſcere. 62, 73, 76. Non poteſt mens mens eſſe, quin cognoſcat Deum & ſe. 223. *bis.* Non poteſt amare ſuum eſſe, quin Deum amet. 223. Ne momento quidem uno poteſt quisquam eſſe, quin de Deo, hoc eſt, de Ente cogitet. 46. Nihil poſſumus cognoſcere, cogitare, vel amare, quin prius

Libere ferimur, etſi infallibiliter, in bonum clare cognitum. 230. Etſi non poſſit voluntas non aſſentiri. 230. Libere & ſine neceſſitate agimus, quia dum agimus, retinemus tamen potentiam aliter agendi poſtea. 230. 231. *bis.* Sic & potentiam aliter affirmandi retinemus, quando mutabitur objectum. 230, 231, *bis.* In ſenſu diviſo. 231. Non quia procedunt actiones noſtræ a facultate quæ ſeipſam determinet. 231. Nulla enim non determinatur a Deo. 231, *bis.*
Λόγος. 27.
Lumen naturale, lumen æternum ſubſtantia eſt illuminans immediate omnes mentes, æqualiter præſens omnibus, immutabile lumen, &c. 85. Lux naturalis, Verbum Dei. 27. Lumen internum quod quisque conſulit. 28, 29. Lumen mentium, Sapientia æterna, quæ manifeſtatione ſuæ ſubſtantiæ mentes illuſtrat. 70. Sola divina Verbi ſubſtantia poteſt mentem illuminare. 71, 73, 76, 79. Lumen quod illuminat. 4. Lumen publicum. 1. & commune. 1, 4. Quod communiter omnibus ratiocinantibus præſto eſt. 61. *Vide*, Dei exiſtentiæ.
Lux intelligibilis, intelligibiliter lucet. 66. Lux juſtitiæ. 3. Lux Veritatis increata. 9. Lux increata. 10. Lux quæ Veritas dicitur. 7, 8. Lux Veritatis æternæ, omnibus præſens, non ab omnibus conſpicitur. 9. Magis & minus ea luce mens illuſtratur. 9. Lucem veritatis, qui lucem ſuæ mentis putant eſſe, non Dei lucem. 11, 26, 29. *bis.* Lux mentium, ut eſt ſol lux oculorum. 16, 21. Lux ſemper illuminans homines. 41, 50. Lux præſens ubique. 4. Lux noſtra, Ratio univerſalis, Subſtantia intelligibilis ideas complectens. 60. *bis.* Lux manifeſtans veritates morales, Deus ipſe eſt. 164. Lux qua certum ab incerto ſecernimus, æterna & immutabilis eſt, ergo Deus. 12. *Vide*, Verbum.

M.

Macrobius. 26, 32.
Magiſter noſter ſolus Deus, non homo. 9, 51. Solus Chriſtus. 13, 29, 47, 51. Magiſtra noſtra ſola Veritas. 12, 29. Solum Verbum, magiſter noſter. 29. Magiſter noſter ſolus Chriſtus, Verbum Dei, Sapientia æterna. 51, 66. Magiſter noſter, ſolus Deus, Ratio univerſalis. 60. Solus Chriſtus. 60, 63. *bis.* 65, 66, 69. *bis.* Hoc patres & Platonici docuerunt. 69, 70.
Magiſter Sententiarum. 177.
Majeſtas Veritatis. 14.
Malebranchius ſcribere ſe pro Philoſophis profitetur. 93, 99. Malebranchius fatetur ſe olim accuſatum periculoſæ novitatis in dogmatibus religionis Chriſtianæ. 99, 102. Accuſatus olim, quod & preces & ſpem in Deo omnem tolleret. 102. Malebranchianæ Philoſophiæ laus. 87. Malebranchianus moritur Atheus. 87.
Malum unde ortum eſt? 37.
Manichæi Deum non norunt. 12. Deum imaginantur ut corpus æternum, immenſum, lucidiſſimum, potentiſſimum &c. 13. *Vide*, Deus.
Maria Mater Dei ſecundum humanitatem. 174. Maria mente Verbum concepit. 153, 154. *ter.*
Maria. Qui conceptam negant ſine originali peccato, nihilo ſunt minus pii erga B. Virginem, ut D. Bernardus, D. Thomas, D. Bonaventura, D. Anſelmus. 181. Non debent credere Conceptionem immaculatam, niſi qui id vident eſſe evidenter verum. 181. Eccleſia credit non eſſe articulum fidei. 181. 183. Quamvis ubique tradatur. 183.
Maria nullum peccatum actuale commiſit. 182. Concupiſcentia in ea omnis an extincta fuerit, non liquet. 182.
Marſilius Ficinus laudatur. 11, 12.
Materia non eſt æterna vel infinita. 76. Non eſt æterna; quandoquidem non eſt independens a Deo. 86. *ter.* Non eſt æterna, ſed eſt perpetua. 215. Non eſt creata ex nihilo, niſi quia dependet a Deo. 216. Non emanat neceſſario ex Deo. 74. Materiam Deus creavit, ſiquidem ſcit illam exiſtere 84.
Materia prima eſt corpus univerſe conſideratum. 221. Neque creſcere neque minui poteſt. 219. *bis.* alioqui Deus eſſet mutabilis. 219.
Materia ſubtilis, quam Tellus includit. 66.
Matrimonii gratia ex ſimilitudine cum conjunctione Chriſti & Eccleſiæ. 147. Matrimonium natura ſua indiſſolubile. 147. *bis.* Libellus repudii a Moſe permiſſus fuit contra legem naturalem: ſed ut levius malum toleratus. 147. *bis.*
Matrimonii uſus numquam eſt ſine peccato. 147, 148. *bis.* Niſi conjunctus ſit cum faſtidio & gemitu & repugnantia. 148. *ter.* Peccat, qui matrimonio utitur, vitandæ fornicationis ſtudio. 148. Et qui in Quadrageſima & jejunii diebus. 148. Et qui quo die Euchariſtiam percipit. 141. Adulter eſt uxoris amator ardentior. 148. Secundæ nuptiæ non carent juſta ſuſpicione peccati: aut ſi non in crimine, ſed nec in laude ponendæ. 148.
Mediator ſolus apud Deum, Dei Verbum eſt. 29.
Mendacium. Homo de ſuo nonniſi mendacium habet & loquitur. 9, 29.
Mens, hoc eſt, Sapientia. 38, 43. Mens univerſi. 23. Mens prima. 24. *Vide*, Verbum.
Mens non vivit aut alitur niſi de Deo. 48. Menti præſidet Veritas. *Vide*, Veritas. Mens creata nihil habet ſupra ſe niſi Sapientiam & æternam Veritatem. 41.
Mens, ſubſtantia cogitans. 212.
Mens. Qui mentem abſtrahunt à ſenſibus, Deum norunt. 25. *Vide*, *Rentrer en ſoi-même.*
Mens apprehendendo eſt facultas mere paſſiva. 240.
Menſa & altare. 149.
Merces bonorum operum. 153.
Meritum. *Vide*, Opera bona. Meritum & janua. 126. Merita Sanctorum non determinant Deum ad mercedem eis tribuendam. 214.
Meritum mortis & ſepulturæ Chriſti. 124. Merita ſacrificii Chriſti. 124. Meritum myſteriorum Chriſti. 121, 129. Merita myſteriorum Chriſti. 130. Merita futura Chriſti reddidere veteribus pœnas ſuas utiles. 122.
Miracula perrara. 235, *bis.* Angelis ſunt tribuenda. 235. Miracula fiunt, ſi Ordo poſcat. 65, 66. Miracula parum digna Deo. 54. Non fiunt peculiari volitione Dei. 60. Forte fiunt per Angelos. 60. Ut in vetere Teſtamento. 60. Miracula quotidiana creatoris. 110. *bis.* Miracula majora fuere in parte quæ Veritatem, quam in ea quæ errorem defenderet. 199.
Miraculum eſt quod per baptiſmum illuminamur. 143. Quod faciamus bonum & malum vitemus. 140.
Miſſa. Offerre debent ſacrificium fideles adſtantes cum Sacerdote: ſunt enim ipſi quodammodo Sacerdotes. 196.
Monitores tantum homines ſunt. 7, 12, 69. Aures tantum feriunt. 49.
Morinus. 191, 196.
Mors pœna peccati: neceſſaria ad purgandum hominem a peccato, hoc eſt, a concupiſcentia. 200. Mors optanda ad concupiſcentiam extinguendam. 199.

Mortis bonum. 90. Mortem optare Chriſtianus debet. 184.
Mortis tempus usque ad diem reſurrectionis videbitur unius noctis eſſe. 157. Receptacula animarum, ubi quædam ſunt beatæ, aliæ miſeræ ante reſurrectionem. 183. *Vide*, Animæ purgatorium.
Mortem parentum deflere, peccatum eſt. 157. *bis.*
Motor primus, vel potius unicus. 47, 53. Movet nos ad amorum Boni in genere. 47, 52.
Motus producit in materia omnes formas quas induit. 53, 89. Motuum leges duæ. 89. Leges motuum immutabiles conſtituit Deus, ſecundum quas hic mundus fieret ac ſubſiſteret qualem videmus. 57. Eadem ſemper quantitas motus, quæ eſt initio indita, in univerſo conſervatur. 215, 219, 240 Alioqui Deus eſſet mutabilis. 239. Ex legibus motuum neceſſario monſtra ſequuntur. 57. Deus eam rationem ac menſuram motus impreſſit materiæ, ex qua pauciora monſtra ſequerentur. 236.
Motus. Deus eſt primaria motus cauſa. 214. Cauſa generalis. 214. Solus. 215. Angeli & homines cauſæ tantum occaſionales. 239. Homines non ſunt vera cauſa motus quos in ſuis corporibus producunt. 52. *Vide*, Corpus movere. Si homo poſſet brachium movere, ut vera cauſa, poſſet creare, annihilare &c. 53.
Mundus ab initio creatus cum omni ſua perfectione, Sole, Luna, &c. 242. Mundus ſex diebus factus, ſinglis νυχθημέροις. 242. Mundus momento conditus. 216. *bis.* Et perfectus. 216.
Mundus creatus, hoc eſt, formatus. 88. Mundus non eſt emanatio neceſſaria ex divinitate. 218. *ter.* 223. Quia exſiſtentia mundi non includitur in conceptu Entis infiniti. 218, 223. Mundus creatus non ex nihilo præexſiſtente. 216. Creatum id dicitur, cujus eſſentia non involvit neceſſario exſiſtentiam. 216. *bis.* Quod præter Deum nullam aliam cauſam requirit ad exſiſtendum, 216. *Vide*, Deus mundum.
Mundus imago perfecta Verbi divini. 32.
Mundum eſſe oportet opificium eximii artificis. 21.
Mundi partes, templa Dei. 37.
Mundus, patria communis. 40.
Mundum Deus condidit, movendo materiam ſecundum leges immutabiles, ſecundum quas eſſent monſtra pauciora. 66. Mundi formatio ex Carteſio. 53. *bis.* Deus materiam ſimul cum motu & quiete in principio creavit. 215. *bis.* Deus materiæ, ſin minus creator, ſaltem motor. 215. *bis.* Mundus hic ſubſiſtit per leges communicationis motuum. 89. *Vide*, Materia.
Mundus factus eſt ex chao. 19.
Mundum non fecit Deus propter hominem. 32. *bis.* Tamen dici poteſt factus propter hominem. 32, 33.
Mundi ætates ſex. 111.
Mundum alium, aut plures, condere non poteſt Deus. 218. Mundus unus tantum poteſt eſſe. 218. *bis.* 220, 239. Poteſt alios mundos creare, ſed non poſſunt creari. 219, 220.
Mundus non eſt globoſus, ſed nulla figura aut termino circunſcribitur 220. *bis.* Mundus infinitus vel indefinitus. 214, 219. *quater.* 220. *ter.* 238, 240.
Mundi conflagratio eveniet ex legibus motuum neceſſariis. 66. Solis naturæ legibus eſt aſcribenda. 235.
Myſterium univerſale, Chriſtus. 122. Myſteriorum Chriſti communio. 194. Myſteria Chriſti omnia debent in electis repræſentari. 122. Per ea electi ſunt id quod ſunt. 129. Sunt ipſi propter Chriſtum, hoc eſt, ad myſteria ejus implenda. 129. Ex illis myſteriis gratia eſt derivata. 121, 129 Myſteria vitæ Chriſti tangamus per fidem vivam. 138. Myſteria Chriſti quinque operantur noſtram ſalutem in baptiſmo. 125. Myſteriorum Chriſti meritum nobis applicat Spiritus Sanctus. 121. Myſteriorum mortis & reſurrectionis Chriſti ſignificatio implenda in nobis eſt 125. Myſteria Chriſti in ſeptem Sacramentis ſunt panis fidelium. 133. *bis.* Myſteriorum Chriſti virtus applicatur per fidem & per Sacramenta 121, 129. Myſteriorum Chriſti gratia & Spiritus. 121. Myſteriorum vim & gratiam implorare. 120. Myſteriorum paſſionis & reſurrectionis efficientia. 110, 121, 124. Myſteriis & ſpiritui Chriſti imperfecte hic participamus: perfecte in cælo. 116. *bis.* Myſteriorum Chriſti vitandus abuſus. 122. Myſteriorum gratiæ. 167. Incarnationis, Nativitatis, Aſcenſionis, Penteceſtes. 167.
Myſterium. *Vide*, Sacramentum.
Myſterium hominis Dei. 121. Myſterium deſcenſus Chriſti ad inferos adorandum. 125. Myſterium fidei æque eſt mors cujuſlibet Chriſtiani, atque mors Chriſti. 143.

N.

Naturæ vires, ſola Dei voluntas. 52. Natura quam Philoſophi vocant, nihil eſt. 54, 60. Natura proprie ſunt leges naturales, quas Deus inſtituit & ſequitur. 60. Natura quæ dicitur, Deus ipſe eſt. 32 *bis.* Natura immutabilis, Deus. 71.
Natura Veritatis & Juſtitiæ. 6 *bis.* 9, 10, 12, *bis.* 14, 15, 22 *bis.* 31, *bis.* 37, 62. Natura immutabilis a ſeipſa eſt. Atqui Veritas, quam animo cernimus, eſt Natura immutabilis. 8. Natura trianguli. 203.
Neceſſitas exſiſtendi ſic & non aliter, in quacumque re, Deus eſt. 20, 21.
Neſtorianos appellat Arnaldus, qui Catholici ſunt. 161.
Nomen Dei, majeſtas Dei. 111.
Norma judicandi Deus eſt. 11.
Novatiani negabant datum eſſe Eccleſiæ jus remittendi peccata mortalia. 197.
Numeri numerantes, numeri divini, æterni, intelligibiles. 66, 70. *bis.* Videntur in Deo. 70. Reales ſunt. 70, 71. Numerorum ratio. 6, 7. Deus eſt. 13. Eorum incommutabilitas videtur in Deo. 13.
Numerorum veritas, mera relatio. 45.

O.

Occaſionales cauſas Arnaldus admittit, ut Malebranchius. 161. Occaſionales cauſæ nullam vim agendi propriam habent. 99. Occaſionales cauſæ deberent præcedere ſuum effectum 100. Occaſionales duæ cauſæ gratiæ, quæ mentem illuminat. 97.
Occaſionalis cauſa, propter quam inſtituuntur leges generales, & determinantur eædem 92. *bis. Vide*, Chriſtus.
Omnipotens Deus. 52. Quod vult facit. 52. *Vide*, Potentia.
Ὁμοιότης, ſimilitudo Unitatis. 15, 24 *Vide*, Plato.
Opera quæ non fiunt ex gratia & luce Chriſti, peccata ſunt. 123. *bis.* Opus bonum nullum ſine caritate Chriſti. 95.
Opera noſtra bona non movent Chriſtum ut de nobis ſollicitus ſit. 96.
Optimum. Deus facit ſemper optimum. 48.
Oratio non eſt ad Deum admonendum, ſed ut homo intelligat miſeriam ſuam. 129 Orare non eſt pſallere, vel precari, ut faciunt Monachi; ſed contemplari & conſulere Veritatem, quæ intus in animis præſidet, & nos illuminat. 87. *Vide*, Contemplatio. Obſecremus Deum per myſteria & merita Chriſti. 129.
Oratio eſt attentio, vel deſiderium. 47. *ter.* 56, 62, 63, 68, 69, 87, 88, 97.
Oratio vocalis publica prodeſt, non per ſe, ſed ob conjunctum deſiderium placendi Deo. 183. (De oratione vocali privata ſilet.)
Oratio Dominica. 183 & ſeqq. Dicere, *Deus meus*, ſoli juſti poſſunt. 108.
Qui es in cælis. 184. Hoc eſt, qui videris in cælis. 184.
Sanctificetur nomen tuum. 184. *bis.* Hoc eſt, Juſtitia colatur. 184. Ametur. 184. *bis.*
Adveniat regnum tuum. 154. 184. Adveniat dies judicii. 184. *bis.* Per hanc petitionem optamus mori. 184. Et deſideramus diem judicii. 184. Excludit deſiderium vitæ diuturnæ. 184. Mortem optare omnis Chriſtianus debet. 184.
Fiat voluntas tua Hoc eſt, Juſtitia ſua ſalva juſtos, & damna impios. 185 Hoc fiet in die judicii. 185. *bis.* Tunc ergo exaudiemur. 185. Vel, faciamus voluntatem tuam ſicut Angeli in cælo. 185. Quod fieri tamen ita perfecte hic non poteſt. 185. Sed tamen irreſiſtibiliter. 185, 50.
Sicut in cælo & in terra. 109.
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Non de ſolo pane temporali id intelligendum. 185. *bis.* Sed præcipue de pane ſpirituali. 185. Et de corporali, quantum neceſſe eſt ad ſpiritalem retinendum. 185, 186. Petitur gratia Dei, qui Deus & Chriſtus ipſe panis noſter eſt. 186. Chriſto ut pane nutrimur 1. Fide & amore ejus. 1. Meditatione & amore verbi Dei. 2. Perceptione Euchariſtiæ. 186. Euchariſtia panis Quotidianus eſt pro toto Eccleſiæ corpore. 186. *bis.*
Et dimitte nobis debita noſtra, &c. Debita ſunt peccata. 186. Quia per ea non ſolvitur Deo obedientia quæ ei debetur. 186. Petimus dimitti, modo confiteamur & pœnitentiam agamus. 186. Venialia, dummodo fiat eleemoſyna. 186. Hæc oratio non obtinet veniam per ſe ſola. 186. *bis.*
Et ne nos inducas in tentationem. Ne patiaris nos ſuccumbere tentationi. 187. (Expoſitio Catholica. 187.
Sed libera nos a malo. A maligno. 187. A malis corporis & animi, præteritis, præſentibus, & futuris, ne metuantur, vel inducant in peccatum. 187. *bis.* A concupiſcentia. 187.
Ordines. Unguntur ſacerdotes & Chriſtiani omnes Spiritu ſancto. 144. *bis.*
Ordo, ipſa Dei voluntas eſt. 212. Ordo immutabilis, Pater. 94. Ordo immutabilis Sapientiæ. *Vide*, Sapientia. Ordo, Verbum Dei eſt. 65. Verbum Dei eſt, objectum naturale omnium motuum in mentibus creatis. 78. Ordo, Chriſtus. 65. Ordo, Exemplar operum Dei, increatus, ſed genitus; ergo Verbum Dei. 48, 57. Ordinem eſſe immutabilem & neceſſarium natura ſua qui negant, hi Verbum Dei Deum negant eſſe. 51. Ordo neceſſarius, qui ſe menti creatæ ſemper offert. 50. Idea Ordinis innata. 75.
Ordinem quisquis diligit, Deum diligit. 101.

P.

Pagani ipſi Deum verum invocabant, cum deos vel Jovem invocarent. 36. *bis.* Colendo Juſtitiam, Pietatem, Pudicitiam, Pacem, Concordiam, Clementiam, &c. Verum Deum coluerunt. 23, 35. *ter.* 37, 38, 42. *ter.* Deum Veritatem cognoverunt, hoc eſt, legem: ſed non cogitaverunt ſe per illam legem eſſe judicandos. 186. Legem concipiendo ſeu formam Juſtitiæ, Sapientiæ, Pudicitiæ, Deum conceperunt. 42.
Papa. *Vide*, Petrus.
Paſcha, Communio. 136, 140. Paſcha in cælo. 140.
Pater, Unitas. 113. Unitas & Bonitas ſuprema. 29. Unitas ſim-

simplicitas, centrum est; proprietate sua personali. 27. *bis.* 28. Unum ante omnia. 28. Patri quiddam amplius tribuendum quam Filio. 25. Pater Veritatis æternæ. 112. Veritatis æternæ principium æternum. 112. Patris proprietas personalis, æternitas. 112. Patris proprietates, incomprehensibilitas, invisibilitas, ineffabilitas, incognoscibilitas. 28. Sinus Patris, origo omnium veritatum ad salutem pertinentium. 106.
Pater omnino est incomprehensibilis. Unitas prima, supra ens & essentiam, supra mentem & Sapientiam. 25, 26. *Vide*, Unitas.
Pater omnino invisibilis, indemonstrabilis: sed Filius, cum sit Veritas, cognoscibilis & demonstrabilis est, & cognosci facit Patrem. 28.
Pater dat esse rebus, Filius pulchritudinem. 112.
Pater Christianorum, Deus. 108. Principium potius. 109.
Pater futuri sæculi. 158.
Paulinus. 162.
Peccant homines, cum pro Bono universali convertunt se ad bonum particulare, ex lege carnis. 45, 59, 60.
Peccator vellet Deum annihilari. 193. Quia vellet legem non esse. 193.
Peccatum omne opponitur veritati, Sapientiæ, & justitiæ Dei. 194. Peccatum omne adjunctam habet infidelitatem. 154.
Peccatum est quidquid non fit ex Christiana fide. 154. Quidquid non fit ex caritate. 155. *ter.*
Peccatum est dictum, factum, &c. contra legem æternam, quæ est ipse Deus. 2.
Peccatum puniendum est. 193. (Catholici dicunt: non peccatum, sed peccatorem esse puniendum. 193.)
Peccatorum remissio. *Vide*, Remittuntur peccata.
Peccatum originale lumine rationis cognosci potest. 37. Probatione non eget. 55. Probatur ratione naturali, quia Deus esset injustus, qui belluas innocentes pœnis multis afficeret. 226. *quater.* Ex Augustino. 171. Probatur & explicatur. 171.
Peccatum originale quomodo explicet Malebranchius. 55. *bis.* Quæ est dependentia animæ a corpore. 233. Ex impressis cerebro vestigiis rerum sensibilium. 233. Regnum concupiscentiæ. 233. *Vide*, Adamus.
Peccati originalis transmissio quomodo fiat, captum nostrum superat. 198. Transfunditur ut pravi parentum mores & vitia. 196. *bis.* Ex motu glandulæ pinealis. 233. Transit a cerebro matris ad animam infantis. 55.
Peccatum per primam feminam intravit in mundum. 55. *bis.* 56. Si Eva sola peccasset, nihilominus peccatum transmitteretur ad posteros. 33. *bis.*
Peccatum originale Deus ipse facit propagari ad posteros. 57.
Peccato suo, non peccato Adami, rei sunt infantes. 56.
Peccatum originale pronitas animi est ad bonum sensibile, qualis est etiam in infantibus. 55.
Peccatum originale. Nascimur impii & idololatræ. 154.
Peccatum. Homo absque notitia Verbi nihil nisi mendacium & peccatum. 105.
Penetratio. *Vide*, Corporum.
Perceptio est modificatio animæ ad lumen naturale conversæ. 85.
Peripatetici & fere omnes homines credunt belluas esse animatas. 226. Ita creditum est ubique & semper: sed magno errore. 226.
Perpetuitas fidei circa Eucharistiam laudatur. *Vide*, Eucharistia.
Personæ in Deo cur dicantur. 15, 47. Personarum distinctio realis. 114. *bis.* Personæ divinæ paulatim in orbe cognitæ. 18. Personarum περιχώρησις, ob unitatem essentiæ. 114.
Petrus primus Apostolus Judæorum & Ecclesiæ totius. Jacobus primus Episcopus primæ & antiquissimæ Ecclesiæ. Paulus primus Apostolus gentium. 146. *bis.* Stephano datus est primatus diaconatus. 146. *bis.* Primatus Petri inter Apostolos. 145. Juris divini. 146. Ad tuendam unitatem in Corpore Pastorum. 146. Petrus unitatem Ecclesiæ repræsentat. 146. *bis.* Unitatem Apostolatus. 146. Petri successores Episcopi omnes. 146. *bis.* Petrus nihil sine consilio fratrum facit: nihil cum imperio. 146. Petrus & Paulus duo primi Apostoli. 147. Petrus a Paulo reprehensus. 147.
Philosophia Aristotelica minus capit doctrinam Augustini de Deo Veritate. 2, 8. A Peripateticis remotissima est. 6. Sed possunt opprimi mole doctrinæ sancti Augustini. 6.
Philosophiæ ac Theologiæ magnum emolumentum ex demonstratione existentiæ Dei, qui Veritas est. 8.
Philosophi vi luminis naturalis potuere Trinitatem agnoscere. 24. Philosophia moralis paganorum similis Evangelicæ. 33. Philosophi in Verbo divino leges de moribus hauserunt. 34. Philosophus Verbo divino immediate conjungitur. 29. *bis.*
Philosophia Christiana. 6. Philosophiæ genus est, cognitio Verbi divini. 18, 20.
Pietas, quam coluere Romani, lex ipsa æterna, Deus ipse est. 38.
Plato de Trinitate ea fere scripsit, quæ credit Ecclesia. 24. *bis.* Plato ὁμοουσιασής. 24.
Platonici aliis Philosophis præferendi. 9. Ab his didicit Augustinus Dei naturam & existentiam. 19. Et Verbi divinitatem. 19. Post Evangelium de Verbi consubstantialitate, & de Spiritu sancto multa scripserunt. 25. Melius quam Episcopi Arriani. 26.
Pœnitentia debet esse ex amore Dei. 192. *bis.*
Pœnitentia non est sola vitæ emendatio. 193. *bis.*
Pœnitentia facit ne peccatum sit impunitum. 192. Saltem morte punitur. 192.
Pœnitentia est peragenda ante communionem. 138. Ante reconciliationem. 138. *bis.* Reconciliatio necessaria, ut Ecclesia pœnitentem censeat esse de numero justorum. 193.
Polybius. 42.
Potentia Dei, voluntas ejus est. 110.
Potestas ligandi. Ecclesia ligat non per meram declarationem; sed per sententiam juridicam, quæ ligat per excommunicationem vel dilationem absolutionis. 144. *Vide*, Excommunicatio.
Prædestinatio hominum fit secundum leges generales Sapientiæ divinæ. 103. Non debent electi salutem suam referre peculiari voluntati Dei, sed legibus quas secutus est, & quæ salutem illam effecerunt. 58. Deus vult omnes salvos fieri; sed Sapientia ejus reddit eum impotentem: hoc est, agendo per vias simplicissimas, & leges motuum semper easdem, fieri non potest ut omnes homines salvi fiant. 57, 58. Fieri non potest ut omnes homines salvi fiant. 236. *bis.* Etsi vult Deus omnes salvos fieri voluntate eminentiali. 236. Par est a Deo plus suam Sapientiam suasque leges diligi, quam salutem nostram. 236. Non possunt innumeri homines ad Ecclesiam venire. 236. Deus vult omnes homines salvos esse, quantum finit simplicitas legum generalium naturæ & gratiæ. 91.
Prædestinatio, divisio massæ generis humani in duas partes. 152. Nemo debet de ea partitione conqueri. 152.
Prædestinatio Malebranchiano sensu nihil habet asperi, si auctori creditur. 103.
Prædestinatio ante prævisa merita. 14.
Prædestinatio necessaria & irrevocabilis. 39. *bis.* Sine ullo respectu meritorum. 39. *bis.* Sorte. 39.
Prædestinatio, præparatio donorum est. 152.
Prædestinationis exemplar Christus. 152.
Prædestinatio. Mors opportuna, non est ex peculiari volitione Dei. 235.
Prædestinatio. Non est Christi curæ, Paulusne an Joannes intrent in Ecclesiam. 95, 101.
Prædestinatorum Ecclesia. 96.
Primatus in Apostolis. 143, 144. Primatus diaconatus. *Vide*, Petrus. Stephanus.
Principia duo; materia sive chaos, & Verbum, quod est causa efficiens. 19. Principia tria: Deus, Verbum, & Anima mundi. 28.
Proclus. 24.
Prosper de Veritate quæ Deus est, sentit ut Augustinus. 4.
Providentiam a se tolli negat Malebranchius. 60.
Pudicitia, quam ut Deum Romani coluerunt, Deus ipse est. 42.
Pulchritudo summa, æterna, universalis, Deus. 33. *bis.* 43. Eadem est Veritas, Sapientia, honestas. 33. Eadem Verbum Dei. 33. Pulchritudo, justitia, Deus est. 32, 43. Pulchritudinis idea, essentia pulchri, Verbum est. 27. *bis.* Pulchritudo invisibilis. 4, 16. Pulchritudo summa. 7. Pulchritudo quæ super animas est. 16. Pulchritudo, qua pulchra sunt omnia, quæ oculis vel animo placent. 8, 22. Pulchritudo Dei elucet in omnibus rebus creatis. 32. Pulchritudines intelligibiles virtutum & legum de moribus videmus in Verbo Dei. 34. Pulchritudinem quærimus, ac Deum proinde, etiam cum bona peritura diligimus. 33, 35.
Pulchritudinis leges. *Vide*, Leges.
Purgatorium. Oratio semper facta est pro mortuis, ut essent in refrigerio, ut mitius tractarentur, quam promereantur peccata eorum. 182. *bis.*

Q.

Qualitates activæ nullæ sunt. 52. Qualitates sensibiles, ut color, calor, &c. sunt modificationes mentis, non corporum. 240.
Quantitas. *Vide*, Extensio.
Quod clare videmus, hoc certum, hoc verum est. 21. Nam videmus illud in Veritate, quæ Deus est. 23. *Vide*, Idea clara.

R.

Ratio universalis, cujus participes sunt mentes omnes creatæ. 48, 49, 62. Deus ipse est, Verbum Dei est. 48, 62. Verbum æternum. 51. Ratio universalis, quæ respondet consulentibus se, Verbum Dei Deo consubstantiale est. 57, 69, 74. Ratio universalis, natura immutabilis. 71. *bis.* Ratio universalis veritates æternas complectitur. 61, 68. Ratio universalis ipsa facit homines Sapientes. 87. Ratio quam consulimus, est Ratio universalis & immutabilis. 49. Eadem infinita, siquidem inexhausta. 50. Ergo Deus. 50. Eadem increata, siquidem universalis. 50. Eadem necessaria & independens: magis independens quam Deus ipse. 50. Coæterna & consubstantialis Deo. 50. Ratio universalis, per quam homines formaliter rationales sunt. 48, 99. *bis.* 51. *bis.* 56, 59, 60, 65. *bis.* 69. Quæ se semper offert menti creatæ, dum se colligit. 50, 61. Verbum Dei ipsum est.

est. 59, *bis.* Ratio summa; cujus participes sunt mentes creatæ. 47. Ratio quæ in nobis de nobis & de aliis fert judicium, omnium hominum suprema domina est. 50. Ratio quæ in nobis inest, est Ratio universalis. 49. Deo consubstantialis. 56, 62. Ratio hominis, Verbum & Sapientia Dei ipsius est. 78. Ratio, Magister noster. 73. Ratio, recta Ratio. *Vide*, Deus.
Ratio. Sunt qui cum Rationem hanc commemorari audiunt, verba dari putant sensus expertia. 47.
Rationalis est homo per participationem substantiæ Verbi & earumdem idearum. 77. Sola Verbi substantia facit me rationalem. 77, 78. Rationalis creatura connexionem habet essentialem cum Verbo Dei. 34. Rationalis creatura concipi non potest nisi subjecta Deo. 42.
Realitas intelligibilis, Veritas intelligibilis. 65, 71, *bis.* 85.
Rectitudo legis æternæ. 3. *bis.*
Redemptio specialis electorum fuit mors Christi. 188.
Regula, lex, lux, quæ sequenda est ut verum assequare, hæc Deus est. 78. Regula justitiæ. *Vide*, Justitia Regula judicandi de vero & falso, de pulchro & deformi, est communis omnibus: ergo Deus unus est. 21. Regulæ veritatis. 1. In his cernimus quidquid verum de virtute cernimus. 2. Regulæ veritatis & justitiæ supra mentem fulgent immutabiliter. 2. Menti coruscant. 4. *Vide*, Sapientiæ leges. Regulæ veritatis æterna ipsa Veritas sunt & Deus. 1. Regulæ morum nullibi subsistunt nisi in Verbo Dei. 34. *bis.* Regulæ ipsæ artium, pulchritudinis, convenientiæ, in solo Dei Verbo subsistunt. 16, *bis.* 17, 19, *bis.* 40.
Religio Judaica consistebat in solo Dei amore: cetera omnia improbabat, sacrificia, Templum, &c. 198. Religio Christiana, Metaphysica. 69.
Religiosi Exempti non debent uti suis privilegiis. 147. *bis.* Aut eorum superiores sunt mali Ecclesiæ ministri. 147.
Reliquiæ sanctorum sunt colendæ, hoc est, servandæ. 156. In his spiritus sanctus residet. 199, *bis.*
Reminiscentia, scientia. 7, *bis.*
Remittuntur peccata per gemitus columbæ. 198, *bis.* Per preces Ecclesiæ. 189 Per caritatem Ecclesiæ. 189.
Rentrer en soi-meme. 47, 48, 49, 50, 51, *ter.* 54, 66, 70, 75, 78.
Res, sive Id quod est, Deus est. 204.
Resurrectionis fides, summa Religionis. 120. Circumcisio concupiscentiæ. 149. Tunc filii Dei erimus, etiam secundum corpus. 157, 158. Salva tamen naturæ integritate. 157. Spiritus Sanctus residet in reliquiis eorum qui mortui sunt in Dei amicitia. 199. Usque ad resurrectionem. *Ibidem.*
Revelatio. Deus revelat ea quæ intus per rectam rationem cognoscimus. 237.
Revelatione divina scimus esse corpora. 62.
Rideat me ista dicentem, &c. 6, 69, 70. Dicat me fanaticum. 48. Ridiculum. 66. Stupidum. 77.

S.

Sabbatum non ex præcepto divino. 155. Opera servilia nonnisi peccata sunt. 155.
Sacerdotis ministerium est totum externum. 218. Sacerdotium cœpit Christus communicare post ascensionem. 143. *Vide* Hierarchia.
Sacramenta omnia sunt instituta a Christo, mediate vel immediate. 218.
Sacramentum est signum gratiam significans. 190. Institutum a Deo. 190. Ecclesia potestatem accepit a Deo determinandi materias & formas Sacramentorum. 197.
Sacramentis & signis corporalibus, & imaginibus, indigemus. 170, 171. Post Adæ peccatum. 173, *bis.*
Sacramenta, documenta. 134.
Sacramenta sunt honoranda, ut imagines, reliquiæ, cærimoniæ; quia hæc omnia sunt signa, quibus honos exhibendus est usque ad certum gradum. 190.
Sacramentorum cærimoniæ. 145. Sacramenta & cærimoniæ. 142. Baptismi & Confirmationis. 142. Vim exserunt, cum præsentes adsunt animo. 142.
Sacramentorum efficientia. 144. Sacramenta prosunt, ut circumcisio, plenis fide & caritate. 142, 144. Fides cum Sacramentis. 121. Sacramentum an operetur ex opere operato, quæstio relinquenda scholasticis. 190. Catholici carnales docent Sacramentorum efficientiam ex opere operato. 198. Sacramenta conferre gratiam ex opere operato qui non dicant. 196, 197. Sacramenta concione Verbi Dei & doctrina prosunt. 143. Applicant nobis virtutem resurrectionis Christi. 124. In his mysteria & sermo Christi sunt panis fidelium. 133, *bis.* Sacramenta septem, panis fidelium. 142. Præsentia Christi in his abscondita est. 138. Sacramenta ab oratione dantis & suscipientis vim suam habent. 142.
Sacramentorum defectum Deus supplet in necessitate. 194.
Sacramenta duo, ex latere Christi mortui profluxerunt: Aqua baptismi, & sanguis altaris. 143.
Sacramenta. Intentio sufficit faciendi modo serio actionem exteriorem. 190, *bis.* Nullus e patribus dubitavit, utrum Sacramentum exterius collatum esset validum. 190. Redderentur omnia incerta, si alia intentio requireretur. 190, 191. Etiamsi interius dicat minister se nolle facere actionem sacram, hoc ipso quod vult exterius agere, constat illum velle agere. Et hæc intentio sufficit. 190. Sola fictio & jocus non sufficit. 191. Est hæc sententia Catharini, post Concilii Tridentini tempora. 191. Itaque habet minister intentionem sufficientem, quamvis dicat se nolle habere. 191. Est hæc doctrina Augustini. 191, *bis.* Et D. Thomæ. 191.
Sacramentum passionis, resurrectionis, ascensionis. 118. Sacramenta, verba divinæ scripturæ. Sacramentum humanitatis Christi. 173. Sacramentum bonitatis Dei, quælibet creatura est. 142. Sacramentum Evangeliorum. 133. Sacramentum vitæ beatæ, mors Christiani. 143.
Sacrificia quatuor generum: laudes, caritates, obedientiæ, & vigilantiæ. 139.
Sacrificium æternum, sive æternitates in cælo. 127, 136, *bis.* 137. Caritas. 139.
Sapientia non est nihil. 12. Ergo Deus est. 12. Sapientia quam quisque consulit, cum Sapienter consulit, natura & persona divina est. 17. Sapientia, quam omnis anima rationalis consulit, Christus. 69, *bis.* Sapientia quam omnes appetunt, non aliud est quam Deus ipse. 11. Sapientia universalis, quæ facit homines formaliter sapientes, Christus est. 65, 67. Quæ facit & rationales, ut Deum ipsum. 64, 65, *bis.* 73. Sapientia nulla est nisi Sapientia Dei ipsa, ei consubstantialis. 50. Hanc consulunt legumlatores. 50. Sapientia immutabilis & necessaria, quæ mentes illuminat, Verbum Dei est. 48, 62. Sapientia increata illuminat immediate mentem: etsi multi hoc distincte non norunt. 48. Sapientiæ thesaurus communis. 23, 29. Sapientia æterna, solum lumen Angelorum & hominum. 87. Sapientia æterna nobis est ab ortu congenita. 20. Sapientiæ leges & regulæ supra mentem fulgent in æterna Veritate: sunt semper & ubique eædem: Ergo conspiciuntur in Deo. 17, *bis.*
Sapientia ubique, & propterea ubique Deus. 41.
Sapientia omnipotens. 33.
Sapientia est immutabilis: neque enim Sapientia potest desipere: Ergo Deus est. 12.
Sapientia ordo immutabilis, quem Deus necessario diligit. 48, *bis.* Nihil facit Deus sine Sapientia: Ergo nihil facit sine Verbo. 48.
Sapientia generans & Sapientia genita. 14.
Satisfaciendum est justitiæ divinæ. 192. Satisfactio necessaria, quamvis minor. 192, *bis.*
Satisfactio Christi. 172, 82, 192. *Vide*, Christus.
Scientiæ omnis primum principium, existentia Dei. 20.
Scientia media nulla. 59, *bis.*
Scriptura sacra aliquando est falsa ad litteram. 198. Ut quando dicit Deum accepisse sacrificia in odorem suavitatis, 191.
Seneca. 24, 32, 33.
Sensus fallaces. 223.
Sensus fitis, famis, doloris, sunt confusi quidam cogitandi modi. 241, *bis.*
Sinensium Li. 80. *Vide supra*, Li. Idem Deus Malebranchianus. 79, 80. Summa Veritas, Sapientia, Justitia: subsistens ab æterno in materia, formatrix illius ordinatissima; illuminat mentes creatas: Ordo, Regula, summa Veritas, cui mentes omnes sunt unitæ; in qua vident veritates & leges æternas. 80, 81, *bis.* Malebranchio fatente. 80, 81. *ter.* 82, *ter.*
Sol intelligibilis veri, Deus: ut sol oculos illuminat. 20, 24, 26, *bis.* 27, 28, 65.
Spatia imaginaria, plena corpore extenso. 218, 239, 240. Imaginabilia spatia. 218, 219, *bis.*
Sphæræ naturam videmus in extensione intelligibili, quam Verbum complectitur. 62.
Spes. Qui gratia caret, sperare debet, quia potest illam accipere. 151.
Spinosa Atheus. 74.
Spiritus Sanctus, Amor æternum subsistens. 104. Pax, Quies, Perfectio, Centrum, Unitas rerum omnium. 112. Spiritus Sapientiæ & veritatis. 14. Dilectio & delectatio justitiæ. 5. Spiritum sanctum inter Patrem & Filium Porphyrius posuit, ut nexum utriusque. 25.
Spiritus Sanctus. De eo minus aperte quam de Verbo locuti sunt Moses & Salomon. 25. Philosophi de Verbo multa scripserunt, siluerunt de Spiritu Sancto. 25. Parcius de Spiritu Sancto quam de Verbo locuta est Ecclesia. 25, *bis.*
Spiritus Sanctus quasi forma sanctificationis nostræ. 107, 115. Omnia Ecclesiæ membra animat, ut anima vivificat corpus. 177. Spiritus Christi in membra diffunditur. 92, *bis.* Non tantum ipsius dona, sed ipsummet dari nobis oramus, ut nos regat, ut sit principium omnium nostrarum actionum. 183. Ut nobis tamquam instrumento utatur. 183. *Vide*, Justificamur.
Statius. 40.
Status puræ naturæ impossibilis quoad terminum. 13, *bis.* 167. Quoad viam. 37, *bis.* 55, *bis.* 24, 233.
Stephano datus est primatus diaconatus. 146.
Subsistens Veritas. 111. Subsistens per se natura Veritatis. 8.
Substantia summa & perfectissima. 12. Substantia intellectualis incorporea. 19. Substantia Veritatis. 7. Substantia incommutabilis. 10. Substantia luminis naturalis, substantia Dei est. 85. Substantia infiniti intelligibilis. 85. Substantia intelligibilis, Rationis, & Veritatis, & Verbi. 61, *quater.* 62, 65, *ter.* 71, 73, *bis. Vide*, Lumen, Lux.
Substantiæ duæ. *Vide*, Entia.
Substantiæ nomen non convenit Deo & creaturis univoce. 223, *bis.* Substantia est, Res quæ ita existit, ut nulla alia re indigeat ad existendum. 223, 234.

Su-

Supernaturale auxilium. 9. Supernaturale lumen agnoscere se dicit Cartesius. 230. Quod disponit mentem ad volendum. 230. Supernaturalis revelatio. 105. Supernaturalia dona. 113. Supernaturale donum an & quod agnoscat Malebranchius. 54. *bis.* 55. Supernaturalis est ex Augustino & Patribus omnis cognitio veritatum moralium. 165, 172. Non item omnis cognitio veritatum Mathematicarum. 165, *bis.*
Supernaturalis gratia, cognitio Dei ut Justitia est, sive regula recti ac veri, cognitio veritatum moralium. 163, 164, 165. *bis.* Supernaturalis ac naturalis doni distinctio recens. 163. Quomodo recipi possit. 163, *bis.* Gratis ac sine ratione introducitur. 163, 164, *ter.* 165. Supernaturalis est quædam actio Dei in animis damnatorum. 164, *bis.*
Συγκατάβασις. 173, 174.

T.

TEmplum. Deus vult aliud quam templa lapidea ut ibi adoretur. 109.
Templum. Deus non est in templo. 109, *ter.* Sed in Ecclesia quæ est templum Dei. 109, *bis.* Ut est & Christi humanitas. 109.
Templum. Festum dedicationis Templi, est festum sanctitatis Dei. 110.
Terra movetur, sole immutabili. 224, *ter.* 225, *bis.* Alioquin fatetur Cartesius ruere omnem suam hypothesim. 224, 225. Terræ motum etiam hypothetice proponi vetat Inquisitio. 225, *bis.*
Θεανδρικαὶ Christi operationes. 175, *bis.* Deus ipse. 182.
Thomas Aquinas. 180.
Thomassinus laudatur. 176, 177, 178, 179, *bis.* 180.
Timor servilis. Christiani carnales docent Deum non esse amandum. 198.
Traditio divina & Apostolica. 155.
Transubstantiatio tenenda est, sed modus non explicandus. 76. Non vult Malebranchius explicare, quoniam non credit veram. 235, 103. Non est necesse annihilari materiam vel formam panis, ut quibusdam novis Theologis placet, ad explicandam Transubstantiationem. 234. Transubstantiationem sufficit credere: modus non est quærendus. 234. Vox retinenda, sensus non inquirendus. 234, 238. Transubstantiatio conversio est; atqui in conversione manet commune subjectum. 234.
Transubstantiatio, transextensio. 235. *Vide*, Extensio. Accidentia. Post consecrationem est extensio vera, non panis, sed corporis Christi. 235, *bis.*
Transubstantiatio. Species sunt entitas quædam modalis, terminus panis extimus, qui concipitur inter substantiam panis cum sua quantitate, & corpora ambientia. 234.
Tres personæ in Deo cur & quomodo dicantur. 15. Una natura Sapientiæ & Veritatis, dilatata in tres hypostases. 14. Tria quid, in Trinitate. 15. In Trinitate non sunt numero tria. 54.
Trinitas se manifestat ipsa in omnibus suis effectis naturalibus, & in donis supernaturalibus. 113.
Trinitas paulatim in orbe cognita. 18. Trinitatis cognitio debuit incipere a cognitione Filii. 106.
Trinitas. Æternitas, Veritas, Caritas. Auctoritas, Veritas, Caritas. Unitas, Veritas, Caritas. Principium, Regula, Pax, &c. 111, 112. *ter.* 113. Unitas, Veritas seu pulchritudo rerum, Unitatis pulchritudinisque nexus. 17. Tria Ecclesiæ principia. 111, 112. Deus, prima lex & prima Ratio: Christus, secunda lex & secunda Ratio. 106. Unitas sive Realitas simplex; Verbum sive similitudo Unitatis, &c. 26.
Trinitas non est explicanda, ut Catholici explicant. 238. Tametsi explicari non potest, tamen non est neganda. 238.
Trinitas nondum a nobis conspicitur, tametsi Veritatem videmus. 9.

V.

VAcuum Deus facere non potest. 217, 218. *ter.* 220, 239. Vaninus. 12.
Verbum Dei. *Vide*, Concordia. Fides. Ideæ. Justitia. Leges morum. Lex & Ratio. Lumen. Lux. Liber. Pulchritudo. Pulchritudines. Ordo. Ratio. Pietas. Veritas. Sapientia. Virtus Dei. Virtutum officia. Christus. Incarnari.
Verbum, Ratio æterna. 105. Ratio universalis. 44. Ratio universalis omnium spirituum. 65, *bis.* 73, 78, *bis.* Lux & Ratio summa, originaria & substantialis, quæ illuminat omnem hominem: absque qua nihil potest mens cogitare, aut discernere verum a falso, bonum a malo. 105, *bis.* Unio mentium cum Ratione universali naturalis est. 44, 47. Immediata, necessaria. 48, 65. Cum Verbo, cum Deo. 67, 68, *bis.* 69, 71, 74, 75. Verbo divino immediate mens divina conjungitur: siquidem conjungitur immediate Veritati: fieri aliter non potest. 29, 30. Eidem Verbo divino conjungitur immediate Legislator, Contemplator, Vir peritus rei publicæ gerendæ. 30, 34, *bis.*
Verbum est Veritas divina, cui homo præfert mendacium. 106. Nemo est homo qui non subinde consulat Verbum Dei. 78.
Verbum, Lux quæ ab oculis cordis videtur. 105. Ens vivens ac lucidum. 105. Fons lucis animorum. 105. Lux quæ sola potest diffundi in omnibus mentibus creatis, 106. Lex Angelorum & hominum. 104. Verbum ut Verbum, ut Veritas, ut Lux, agit in omnium hominum mentes. 162, 164. Christus ut Verbum nos illuminat. 172. Lucet in animis etiam Americanorum ac Siamensium Verbum Dei. 163, 164, *bis.* Verbum Dei sive Ratio universalis forma est spirituum creatorum. 59, *bis.* Informat immediate mentem. 69. Verbum ipsum divinum consulunt, qui se putant consulere rationem, lumen naturale, & bonum sensum. 26, 29. *ter.*
Verbum, Magister hominum. 106. Moderator summus, præsidens Spiritibus. 30. *bis.* Verbum Dei solum loquitur Sinensibus & Tartaris, Francis & Hispanis, Angelis ac dæmonibus. 73. Est causa Formalis cognitionum nostrarum, Verbi substantia. 73. Quæ nos immediate illuminat. 73. Mens velut speculum recipit imaginem Verbi. 105.
Verbum, Regula, quam ipsi vident impii in Libro lucis. 162, 163.
Verbo Dei mens alitur. 154. Verbum, panis æternus. 153. Panis vivus Angelorum & hominum. 153. Solus panis, quo possit mens satiari. 153. Verbo nutriebatur Adamus, ut Angeli. 171. Leges Dei meditari est nutriri Christo ac Verbo. 186.
Verbi Dei ideam habent ipsi infantes & lactentes. 75. In Verbo videmus veritates necessarias, occasione attentionis nostræ. 68, 74, 80, 85. Et pro modo attentionis. 73, 97.
Verbum sive Jesus, vita hominum, ut pater est vita Jesu. 107, 108.
Verbum, Veritas æterna & immutabilis, quam omnes quærunt. 107. *bis.* Veritas quam alii admirantur & diligunt, alii impugnant. 106. Veritas docens per Rationem & per Revelationem. 105. Illa ipsa Veritas, quam Græci & barbari docuerunt. 19.
Verbum Dei accurate noverunt Ægyptii. 19. Paulo post Salomonem in Græcia cognitum. 18.
Verbi generatio ineffabilis. 18. *bis.* Verbi Dei nativitas triplex. 18. *bis.* Verbi nativitatis terminus est Veritas subsistens. 112. Verbum a patre gignitur in sinu Virginis, in sinu altarium. 108. Verbum seipsum gignit. 28.
Verbum dicitur, relative ad mentes creatas. 105. Proprietate nativitatis æternæ est testis & canalis omnis veritatis, principium cognitionis Dei. 105. Verbi proprietas & indoles, propensio, studium, est manifestare se. 28. Verbum discit a patre, ad docendos homines. 106. *bis.* 111. Verbi proprium est manifestare patrem. 106. *bis.* 107. Donum substantiale Dei. 122.
Verbum per divinam essentiam & nativitatem æternam, vita est. 107. Est idea & exemplar: & dicit respectum ad res ut sunt tales. 26. Idcirco discedit a simplicitate patris. 26. *bis.* Verbum dicit ordinem ad res creatas. 112. Verbum dicit multiplicitatem, & est relativum ad res creatas. 72. Verbum dicit respectum ad multiplicitatem & convenientiam partium. 26.
Verbum, Sapientia increata. 105. Sapientia est quæ loquitur per res creatas, per legem, & per carnem assumptam. 17. Verbi peplum. 19. Verbum induit hunc mundum primo, deinde legem, denique carnem. 18. *bis.*
Verbum, Ratio faciens. 27. Sive dans formam rebus omnibus. 104. Natura archetypa, ars divina. 112. Brachium & potentia patris. 113, 114. Virtus patris. 114. Creator, Mens prima, origo idearum, primum exemplar creaturarum. 26. Verbum a Deo processit, ut daret esse huic universo. 19. *ter.* Verbo Domini cæli firmati sunt. 113.
Verbum est Unitas diffusa in omnibus rebus. 21. Est omnia in Unitate. 27. Unum omnia. 28. Non est proprie unitas, sed est ab unitate. 27. *bis.* Est omne quod exsistit, est, & erit. 19. Ens universale, ipsa essentia, Mens summa. 25.
Verbum, sermo æternus. 122. Sermo substantialis patris. 106.
Verbum. Idea coæterna patris. 106. Character substantiæ patris. 106.
Verbi voluntas. 117.
Verbum incarnatum. *Vide*, Christus. Incarnari.
Verbum incarnatum est illa Ratio quæ interius illuminat omnem hominem. 69, 76. Ubi nunc Sociniani sunt? 69, 75. Veritas quæ in humanitate Christi ut lux in lampade lucet, ad homines illuminandos. 107. Pulchritudo intelligibilis facta sensibilis. 89.
Verbum in humana specie Patriarchis apparebat. 114. Verbi condescensio. 27.
Verbum in Christo soli animæ unitum. 59.
Verbum, Mediator, per quem ad patrem mens creata progreditur. 28, 29. Verbum Dei pontifex. 89.
Verbum. Filius non potest agere per seipsum. 117.
Verbum, vita Christi. 108.
Veri cognitionem assequi solis naturæ viribus non possumus. 9. *bis.* Superbum est id arbitrari. 9. Verum nemo dicit, nisi inspirante Deo, qui Veritas est. 29. *Vide*, Mendacium. Deo tribuendum omne verum quod loquimur. 9.
Veritas non est nihil, sed vere ac summe est. 8, 11, 12, 23, 38. *bis.* 47. Veritatem qui dicunt non esse Naturam subsistentem: viliorem esse, quam ut Deus esse credatur. 8. Qui regulas Veritatis ac Justitiæ dicunt non esse viventer; ideoque nec Deum esse. 8. Qui dicunt Justitiam nihil vivum esse secundum substantiam. 8.
Veritas, quæ similitudo Unitatis, Verbum Dei est. 15. *bis.*
Veritas, cum profertur hoc nomen, cognita: cum explicatur, cognitu difficilis: ut Tempus. 24.
Veritas, Sapientia est. 2. Ostendit omnia bona quæ vera sunt. 2.

Veritas, Deus. 198, 200. Veritas, hoc eſt, ipſe Deus. 10. Veritas quæ Deus eſt. 2. Verus Deus eſt. 1. Deus noſter. 2. Veritas quæ apud Chriſtianos Deus ipſe eſt. 160. Veritas, de qua tot dicta ſunt, ipſa certe Deus ipſe eſt. 32.
Veritas non eſt ab alio vera, ſed a ſeipſa: ergo Deus. 45.
Veritas præſtantior creatura qualibet intellectuali. 2, 6. *bis.* 7. *quater.* 19. Superior. 6. *bis.* Ergo Deus. 6, 7. *bis.* 12. Omnibus ſupereminet dignitate naturæ. 1. *bis.* 2. *Vide*, Mente.
Veritas æterna eſt. 6 Ergo Deus. 8, 11, 19, 22, 45. *bis.* 63. Non alia nunc, alia poſt hac. 36. Veritatis æternitas. 19. Veritas æterna. 105. *ter.* 106, 107. *ter.* 111, 112, 114. *Vide*, Leges & Regulæ. Artium. Veritas ſempiterna, Fatum. 39. *bis.*
Veritas perſonalis. 104. Veritas ſubſiſtens, 111, 112. Natura per ſe ſubſiſtens. 8.
Veritas immenſa eſt. 7. Ergo Deus. 7, 8, 22, 45. *bis.* 63.
Veritas increata eſt. 7. *bis.* 8, 9. Ergo Deus. 8, 23. 45. *bis.* Increata, quia univerſalis. 45, 50.
Veritas infinita eſt. 7. Ergo Deus. 8, 49.
Veritas incommutabilis. 2, 7. Ergo Deus. 8, 22. Incommutabilis & æterna ſubſtantia quæ Deus eſt. 6. Veritas inflexibilis. 4. Quæ eſt verus Deus. 4. Veritas invertibilis: ergo Deus. 12, 13. Veritatis ſubſtantia viva & perpetua: ergo Deus. 8.
Veritas. *Vide*, Ordo. Regulæ Veritatis.
Veritate nutrimur. 167. Veritas, panis mentium. 107. Cibus beatorum. 107. *ter.* Et virorum proborum in hac vita. 107.
Veritas menti præſto eſt. 7. Cuilibet interroganti reſpondere parata. 21. Veritatis & juſtitiæ theſaurus communis, & inexhauſtus 21, 23, 29. *bis.* Veritatem ambo conſulimus. 8. Eamdem ambo videmus in æterna & incommutabili Veritate. 29. In Ratione univerſali. 49, 61. Veritas quam conſulimus in ſtudiis, in oblectationibus, in ſcientiis. 17. Veritas, quam quisquis conſulit, Deum & Dominum conſulit. 3. *bis.* Nam Veritas Tu. 2, 3. Interrogatur & conſulitur per ſeriam attentionem. 47. Quam intus præſidentem conſulit omnis anima rationalis. 63. *bis.* 69, 73. Veritas intima conſulenda eſt, ut recte judices. 47. Qui conſulitur docet, nempe Chriſtus. 61, 69.
Veritas ſupra mentes noſtra præſidet. 26, 69. *bis.* Id quod ſoli Deo competit. 3. *ter.* 4. Ipſe verus Deus eſt. 4, 21, 22.
Veritas ſola nos docet intus. 7. *Vide*, Magiſter, & Monitores.
Veritatis & Juſtitiæ idea nobis eſt naturaliter inſita. 24. Veritates nobis ſunt ingenitæ. 212. Animis ingenita propenſio eſt in Verbum, in Deum ut Veritas eſt, Lux, Sapientia, Juſtitia. 28.
Veritas intus ſe nobis manifeſtat. 23. Ipſa Deus eſt. 23. Ipſa nobis manifeſtat omnia quæ certa & evidentia ſunt. 23, 26. Veritas ſua luce increata formaliter illuſtrat intellectum. 7. Ut juſtum ab injuſto diſcernat. 7. Veritas immutabilis, non ſolum per modum lucis, ſed etiam per modum ſpeciei debet mentibus immediate ſeipſa imprimi. 9. Verbo ipſo divino mentem informante Deum cognoſcimus. 13. Et ſic beati Deum vident. 13.
Veritates omnes fulgent in æterna Veritate; & in ea percipiuntur. 28. Veritates in Deo videri, idque ab Auguſtino tradi, Malebranchio concedit Arnaldus. 160, 161. Veritates quæ ad ſalutem conducunt, in Deo ſunt, & Deus ipſe. Qui has novit, Deum quodammodo novit, 163, 164. Veritates dici in Deo videri, multos offendit. 69. Et tamen hoc ſciebat anno ætatis ſextodecimo Adeodatus. 69. Veritates æternas complectitur Ratio univerſalis. 61. Videmus illas in Deo. 63, 68. Veritas continens quæ incommutabiliter ſunt vera. 61. In Veritate quæ Deus eſt, videntur omnia. 170. Veritas nos alloquitur, cum evidens nobis aliquid eſt. 51.
Veritas regularum bene vivendi, nihil aliud quam Deus ipſe eſt. 2, 19. Item bene judicandi. 21, 23.
Veritas vix pure cernitur in hac vita. 107. Nuda cernitur & diſtincte in altera vita. 107. Veritatis videndæ in hac vita difficultas. 10. Veritatem immediate conſpicimus. 6.
Veritas, præter quam nihil eſt diligendum. 2.
Veritatis diſcipuli ſumus. 149, 157.
Veritas quæ leges præſcribit recte ratiocinandi & recte judicandi de rebus omnibus. 23. Veritas & Rectitudo, ſecundum quam pronunciamus, Hoc debet fieri, iſtud non debet: Deus eſt. 3.
Veritas quam Philoſophi docuerunt, Verbum Dei eſt. 18.
Veritas adoranda in Evangelii lectione. 168.
Veritas a Deo genita, ipſi æqualis. 8.
Veritas creatrix animorum. 23.
Veritas eadem in patre per eſſentiam, in Filio per nativitatem æternam, in Apoſtolis per traditionem Divinam, in Epiſcopis per Apoſtolicam, 105, 114.
Veritatem invocat omnis terra. 18.
Veritas prima omnium, *Ego cogito, ergo ſum.* 237. *bis.*
Veritas incarnata *Vide*, Chriſtus.
Veritas & Ordo ſunt relationes reales ac neceſſariæ, quas includit ſubſtantia Verbi divini. 78. *bis.*
Veritas numerorum, mera relatio. 45, 65. Sed idea Veritatis eſt immutabilis. 60, 61. *bis.*
Veritatem dearum potiſſimam Polybius appellabat, quia eſt ſemper invicta. 42.
Vident Deum clare in hac vita etiam peccatores. 13. Etiam damnati. 13. *Vide*, Dæmones.
Videtur in Deo incommutabilitas numerorum. 13. Videri aliquid aliter quam in Verbo, minime ferre poſſum, inquit Malebranchius. 64. *Vide*, Dei viſio. Deus videtur.
Virtutes exemplares ſunt ipſa Dei eſſentia. 38. Virtutum officia videmus in Verbo Dei. 34. Virtus Dea eſt; immo ſubſtantia ipſa Dei, & juſtitia eſſentialis. 39. Verbum Dei eſt. 40. *bis.* Virtutes increatæ, quibus anima juſti inhæret. 7. Fulgent in æterna Veritate. 7. Philoſophi eas in Verbo conſpexerunt. 34.
Virtutes abſque fide nullæ. 154. Virtutes niſi referantur ad Deum, virtutes non ſunt. 33. *Vide*, Amor Dei.
Vitæ diuturnitatem a ſe peti Deus improbat. 184, 185.
Vivit in ſe ipſa Juſtitia. 4. *bis.* 8. Ergo Deus eſt. 4. Semper vivens ac vigens Juſtitia. 4.
Unio Verbi hypoſtatica eſt ratio formalis cur Chriſtus cognoſcat veritates multas. 59. Unio ſubſtantialis divinitatis cum humanitate, 115.
Unio animæ & corporis, ineffabilis. 170, 171.
Unio mentium cum Verbo Dei. 77, 78. *ter.* 84. *Vide*, Rationalis. Uniuntur Chriſto mentes per Rationem univerſalem. 92.
Unitas prima, ſummum bonum, ipſum Unum, Pater. 26. Unitas ſimplicius quiddam eſt quam ipſum Ens. 24. *bis.* Unitas, ſummus Deus: infra Unitatem, Mens æterna, quæ profert in lucem res creatas. 19. Unitas conditrix & conſervatrix omnium. 12, 14, 15. *bis.* Summe fecunda. 14. Unitatis, quæ Deus eſt, incolumitas mea veſtigium eſt. 12, 15. *bis.*
Voluntas, motus animi ad Bonum indeterminatum. 97.
Voluntates peculiares nullas habet Deus. 54. *bis.* Nec debet habere. 57. Indignum id Deo eſſet. 57. *bis.*

Y.

YVo Carnotenſis. 193.

Z.

ZEno de duobus principiis ſentit cum Moſe. 191
Zorobabel vetus Philoſophus. 18.

Loca quædam Scripturæ.

Adam, ubi es? 110. bis.
Anima juſti ſedes Sapientiæ. 33.
Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. 156.
Civitas magni regis. 110. bis.
Clarifica me tu pater, &c. 129.
Deus in templo ſancto ſuo. 109.
Deus noſter ignis conſumens eſt. 156.
Dominus poſſedit me &c. 18, 24, 30, 50, 70.
Hodie mecum eris in paradiſo. 156.
Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram. 156.
Ignis conſumens. 93.
Job XXVIII. 17.
Intra in Cubiculum tuum. 110.
Lux vera quæ illuminat omnem hominem. 41, 50, 70.
Non pro mundo rogo. 180.
Non ſumus ſufficientes. 163, 165.
Ut crederetur Auguſti temporibus Æneïdographus ſcripſiſſe: oportuit fingi vivere eum & ſcribere deſiiſſe, ut cum tardiſſime, anno Urbis DCCXXXV. Et cum eſſe carmen illud oporteat, opus annorum undecim, ut Servius adnotavit, cœptum illud fuiſſe anno DCCXXXV. Connexa ſunt enim mendacia, hæc omnia, ſi neceſſe fuit poni, ut diximus, finitum opus ante annum DCCCXXV. Atqui ſic, inquam, neceſſe fuit poni a falſariis, Æneïdos patronis. Nam anno Urbis DCCLIV. ſi Faſtis quidem credimus; Conſulatum geſſit Caïus Cæſar, Auguſti Cæſaris ex Julia filia nepos: non ante viceſimum certe ætatis annum, avi ſui exemplo. Ergo natum eum eſſe oportet anno Urbis DCCXXXIV. Et de anno quidem iſto Caii natali convenit inter eruditos. Hunc vero ſi genitum Æneïdographus vidiſſet; ipſum potius quam Marcellum verſibus commendaret: nepotem ſcilicet Cæſaris ex filia, potius quam ſororis ipſius filium; cujus præſertim vota fuiſſe Auguſto ſuſpecta Plinius refert, libro VII. ſect. XLVI. Aut de Caïo Cæſare certe, nonnihil libro ſexto laudis auguriive aſpergeret. Ergo ut credatur vates hunc fetum edidiſſe Auguſti temporibus, Marcelli ſolius laudes commemorat, quem conſtat obiiſſe circa annum DCCXXXIV. & vatis obitus cum anno conſequente natalem Caii Cæſaris Auguſti filii, ſive ex filia nepotis jungitur; Plinio aperte reclamante; qui libro XIV. ſect. IV. annum Urbis DCCXL. obitui Virgilii aſſignat.

Horatius Virgilio æqualis, excuſat ſe a ſcribendis Auguſti laudibus: id oneris conatur in Virgilium & Varium derivare: libro 2. epiſt. 1. verſu 245.

At neque dedecorant tua de ſe judicia, atque
MUNERA, quæ multa dantis cum laude tulerunt.
Dilecti tibi Virgilius Variusque poëtæ:
Nec magis expreſſi vultus per aënea ſigna,
Quam per vatis opus mores, animique virorum
Clarorum apparent. Nec ſermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere geſtas,
Terrarumque ſitus, & flumina dicere, & arces
Montibus impoſitas, & barbara regna, tuisque
Auſpiciis totum confecta duella per orbem,
Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum,
Et formidatam Parthis te Principe Romam:
Si quantum cuperem, poſſem quoque: ſed neque parvum
Carmen majeſtas recipit tua: nec mens audet

Rem

Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.

Gesta Cæsaris, quæ hic describit, annum quem diximus Urbis Romæ DCCXXXV. denotant. *Muneribus* donatum ac multa laude auctum ab Augusto Virgilium significat: quibus haud dubie incitaretur vates ad extolvenda promissa de exornandis carmine rebus ipsius gestis. An igitur ea neglecta sponsione, ea spreta invitatione, tot ac tantis testata muneribus, ad aliud animum transferret carminis argumentum?

Idem Horatius auctor est, Virgilium Bucolica dumtaxat, cum Satyras ipse scriberet, evulgasse: libro I. Satyra X. versu 42.

Pollio regum
Facta canit, pede ter percusso: forte epos acer,
Ut nemo, Varius ducit. Molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.
Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,
Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
Inventore minor.

Communi consensu fatentur hoc loco Interpretes, Horatium, cum hæc scriberet, nihil de Æneide saltem prorsus audivisse. At etiam sola testatur Bucolica tunc lucem aspexisse; nam *facetum & molle* in Bucolicis sane reperitur: in Georgicis nihil est facetum, nihil molle; totum ibi grave & serium est. Itaque hæc ipsa in lucem non exisse ante Virgilii obitum, tum Horatii silentium suadet; tum ipsius Virgilii testamentum, quo sua cremari carmina jusserat. An enim cremari ea juberet, si jam in publicum emanassent? Condiderat ea in scriniis, retractanda subinde, & per otium polienda. Ecquando igitur scripsit Æneidem?

Quod Regum facta canere Pollio deinde ab Horatio dicitur, (nam id est obiter exponendum:) de laudatorio carmine intelligendum est, non de tragico: neque enim regum facta canere, argumentum tragœdiæ est. Et veteri Scholiastæ satis indulgenter creditur, hoc verbo, *pede ter percusso*, significari versus se ex pedum jambicos, quorum ad binos quosque pedes pede terram percuteret, qui eos recitaret. Fictum satis nugaciter, ex præjudicata opinione statuentium tragœdiam hic describi. Perinde quasi non sint in hexametris æque seni pedes, atque in iambicis: aut *pes percussus* idem sit atque terra pede percussa: aut denique non ridendus esset, qui dum carmen reciturat, ter singulis quibusque versibus terram percuteret. *Pes ter percussus*, numerus carminis est ter reprehensus, ter damnatus, ter emendatus. Quo sensu *pedem* Horatius accepit, libro I. epist. XIX. versu 28. ubi dicitur *pede masculo Sappho*. Pseudo-Horatius ipse in versibus iambicis non ternos, sed senos ictus agnoscit, libro de Arte Poëtica, versu 253. *Forte epos*, carmen est serium, absque fabula: quo describuntur mores, qui fugiendi sint, quive sequendi: ubi acrem esse in vitiis reprehendendis oportet. Sed ista obiter dicta sunto, de Horatii loco perperam hactenus ab Interpretibus accepto.

Docet Virgilius in Georgicis, Tithono duce missos fuisse Trojanos in Italiam:

Ausonii, Troja GENS MISSA, *coloni:*

Et alibi:

Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

An idem carmen postea conderet, in quo non missam a Troade coloniam sub Tithono Laomedontis filio, originem diceret esse Romanorum: sed profugos quosdam sub Ænea? An secum ipse tam manifeste, tam absurde pugnaret?

Docet metempsychosin scriptor Æneidos, libro VI. non semel: hanc e contrario Virgilius improbat, locis quæ a nobis indicabuntur, ad librum VI. Æneidos, versu 713.

An si Æneis Plinii ævo exstaret, qui plus tricies Virgilii Georgica laudat, & ex Eglogis ipsis octavam: libro XXVIII. sect. IV. non ille vel semel Æneida commemoraret? An eo saltem loco, ubi *numerum fecunditatis* suum *ad vicenos* fetus dicit esse, *sed educare tam multos* matres non posse; libro VIII. scilicet, sect. LXXVII. adversari sibi Virgilium non fateretur; cum sit locus ille percelebris, bisque repetitus a vate, libro tertio & octavo:

Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum fetus enixa jacebit;
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati.

An etiam cum diceret, libro eodem VIII. sect. LI. cervos Africam non gignere; idque ipsum sect. LXXXIII. repeteret; non aliter prodidisse, sed falso, Virgilium commemoraret, si Æneis exstaret; in qua legitur libro I. versu 188. tota ipsa esse in ipso Africæ aditu armenta cervorum visa Æneæ:

Tres litore cervos
Prospicit errantes; hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

Æneidographus, libro XII. versu 412. dictamnum refert caulem ferre, floremque comantem. An si Æneis tunc exstitisset, cum Plinius scriberet, libro XXV. sect. LIII. nullum dictamno florem, nullum caulem esse, non ille Virgilium ibi secus quidem sentire, sed falsa, legentes commoneret? Qui Plinii diligentiam, sagacitatem, ingenuitatemque noverint, negligi hæc loca vel omitti non potuisse, siquidem ea exitaret, fateantur necesse est: nec Æneida neglecturum fuisse, qui ex ipsa Homeri Iliade, quidquid legenti occurrit, quod ad Historiam naturalem pertineret, in opus suum transtulerit.

Idem libro VII. sect. XXXI. *Divus Augustus*, inquit, *carmina Virgilii cremari contra testamenti ejus verecundiam vetuit.* Præter solitum Plinius hæc indiligenter scripsisse dicendus est, si non Georgica carmina intellexit: quippe quæ sola eo nomine insignienda sunt: verius certe, quam vel breves Eglogæ, vel Epicum poëma. Non potuit, inquam, alia intelligere Carmina, quam quæ vere ac proprie Carmina sunt; quæque ipse tam sæpe cum laude appellat; aut alia ea fuisse debuit admonere. Quin immo, Æneida Plinius non potuit Carmina appellare. Carmen enim Æneis est, non *Carmina*. Carmen dicitur, quantæcumque magnitudinis sit, quod in unico versatur argumento, ut epicum poëma quodlibet. Carmina dicuntur, cum plura ac disparia tractantur argumenta, ut fit in Bucolicis & Georgicis: carmina sunt illic novem, isthic quatuor: quot diversa scilicet ac dissimilia argumenta. Ergo sola Georgica Plinius intellexit, non solam Æneida, ut fabularum narratores prodidere.

Tamen hunc Plinii locum de sola Æneide acceperunt ii, quorum intererat credi fetum eum esse Virgilii: ut ii, qui sub Augusti Cæsaris nomine carmen scripsere prælongum, quo cremari Æneidem prohiberet; aliaque ejusdem argumenti, sub nominibus Sulpicii Apollinaris, quem Donatus in vita Virgilii Sulpicium Carthaginensem vocat; Phocæ Grammatici, Cornelii Galli, & alterius incerti. Exstant inter poëmatia a Pithœo collecta: ubi etiam pag. 92. epitahia Virgilii leguntur, a poëtis duodecim, ut tituli mentiuntur, conscripta, per tetrasticha duodecim, totidemque districha: quibus in singulis simul cum Bucolicis & Georgicis Æneis commemoratur, ad conciliandam ei operi scilicet opinionem paris vetustatis. Sed sunt ista omnia manifeste partus unius

ejusdemque venæ, exercitantis se in eodem versando duodecies argumento.

Proh! quot adminiculis fulta Æneïs est, ut sincera ac genuina Virgilii lucubratio fuisse credatur! 1°. Testimoniis innumeris, Ovidii, Juvenalis, Statii, Silii Italici, Martialis, Propertii, Quintiliani, Asconii Pediani, Taciti in dialogo de Oratoribus; aliorumque: ut eos qui Ecclesiastici dicuntur, scriptores omittamus, qui plurimi certe sunt, sed æque supposititii, proxime sequentis ævi & fabricæ. 2°. Comparatione cum Homero ficta a Macrobio. 3°. Fictis tum Æneido mastigibus, qui Æneïda vituperarint, tum illius defensoribus, ut a Donato fingitur in vita Virgilii: tum denique Servio Scholiaste, qui ut æque vetusta ejusdemque vatis partus esse credatur Æneis ac cetera, in Bucolica Georgicaque, quemadmodum in Æneïdem, scholia conscripsit.

Sub Virgilii certe magno nomine apparere opus oportuit, quod in eo genere, eorum omnium præstantissimum censebatur esse, quæ a multis vatibus, non prorsus contemnendis, edebantur. Nam si sub nominibus genuinorum parentum, sive scriptorum, hi fetus aliique similes prodirent, haud tanti fierent; nec hypothesi totius impiæ cohortis fulciendæ prodessent. Præterquam quod si solos scriptores Ecclesiasticos proferret grex impius e forulis Bibliothecarum, venirent in suspicionem homines, confictos fortassis libros eos esse. Quamobrem & profanos similiter fingi oportuit, quos nemo suspicaretur pravo consilio fuisse conditos: quique proinde minime dubiam obtinerent existimationem vetustatis. Adde quod & hæc poëmata, & historici scriptores, titulo antiquitatem præferentes, multo carius eo nomine venire: neque enim quisquam arbitraretur vera narrari de rebus Græcis vel Romanis, si de his historiæ sæculo tantum post Christum natum tertio decimo conditæ crederentur. Scripta porro Æneïs videtur post annum 1230. ex libro I. versu 296. & libro IV. versu 229. & libro X. versu 166.

Alia plurima argumenta, quæ Virgilio Æneïdem abjudicent, ipsius operis, quæ mox sequetur, Censura suppeditabit.

§. II.

Argumentum Æneïdos.

MIrari subit profecto haud temere, inter tot Æneïdos laudatores, viros alioquin eruditione insignes, neminem adhuc unum extitisse, quem quidem legerim, qui verum hujus poëmatis scopum attigerit, vel omnino indicarit. Eo vates impius spectavit unice, ut doceret, fato evenire omnia tam bona, quam mala; nihil esse quod fatis possit obsistere; non Venerem, non Junonem; nec Deum, nec Deam esse, qui vel quæ remorari aut efficere fata valeat, sive prospera, sive adversa. Ipsummet Jovem, sive Regnatorem Olympi, non fata efficere, sed veluti ex urna educere, & sortiri ac volvere vices. Fatum appellant, ut pseudo-Tullius definit, ordinem seriemque causarum, cum causa causæ nexa res ex se gignit. Naturam alii appellant cum suis legibus. In hac fuit hæresi populus Romanus, temporibus Diocletiani & Maximiani; quorum honori nummi leguntur inscripti, FATIS VICTRICIBUS. Vix aliud singulis fere versibus in hoc poëmate se offert quam *fatum* & *fata*: hæc singulæ personæ vel incusant vel prædicant. Ex innumeris pauca hic exhibemus loca: ex quibus id liqueat, quod diximus, vatem spectasse in isto opere. A Jove ordiamur:

Is Venerem sic alloquitur: I, 262.

Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum
FATA *tibi: cernes urbem & promissa Lavini*
Mœnia, sublimemque feres ad sidera cæli
Magnanimum Æneam; neque me sententia vertit.
Hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longius & VOLVENS FATORUM ARCANA *movebo.*
Bellum ingens geret Italia, populosque feroces
Contundet, legesque viris & mœnia ponet.

Junonem, XII, 794.

Indigetem Æneam suis ipsa & scire fateris
Deberi cælo, FATISque *ad sidera tolli.*

Matrem Deûm, IX, 94.

O genetrix, quo FATA *vocas?*

Deos omnes, X, 107.

Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo.
Seu FATIS *Italûm castra obsidione tenentur,*
Sive errore malo Trojæ, monitisque sinistris:
Nec Rutulos solvo: sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent: Rex Juppiter omnibus idem:
FATA *viam invenient.*

Juno deinde similiter fata commemorat, ac subinde etiam culpat:

I, 21. . . . *Hoc regnum Dea gentibus esse,*
Si qua FATA *sinant, jam tum tenditque, fovetque,*
I, 41. . . . *Mene incepto desistere victam,*
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
Quippe VETOR FATIS.
VII, 293. *Heu stirpem invisam,* & FATIS *contraria nostris*
FATA *Phrygum!*
VII, 313. *Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis;*
Atque immota manet FATIS *Lavinia conjux.*
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.
X, 67. *Italiam petiit* FATIS *auctoribus; esto.*
XII, 149. *Nunc juvenem video imparibus concurrere* FATIS;
Parcarumque dies & vis inimica propinquat.

Venus quoque: I, 242.

Hoc equidem occasum Trojæ, tristesque ruinas
Solabar, FATIS *contraria* FATA *rependens.*
IV, 110. *Sed* FATIS *incerta feror: si Juppiter unam*
Esse velit Tyriis urbem, Trojaque profectis.

Æneas ipse, I, 209.

Tendimus in Latium, sedes ubi FATA *quietas*
Ostendunt: illic fas regna resurgere Trojæ.
II, 34. . . . *Trojæ sic* FATA *ferebant.*
II, 433. . . *Si* FATA *fuissent Ut caderem.*
III, 716. *Sic pater Æneas, intentis omnibus unus,*
FATA *renarrabat Divûm.*
IV, 340. *Me si* FATA *meis paterentur ducere vitam*
Auspiciis, & sponte mea componere curas.
V, 700. *At pater Æneas casu concussus acerbo,*
. . . . . *Siculisne resideret arvis,*
Oblitus FATORUM, *Italasne capesseret oras:*
Tum senior Nautes. . . . .
Nate Dea, quo FATA *trahunt, retrahuntque, sequamur.*
VI, 66. . . . . *Da, non indebita posco*
Regna meis FATIS, *Latio considere Teucros.*
VII, 20. . . . *Salve* FATIS *mihi debita tellus:*
Hic domus, hæc patria est: Genitor mihi talia namque,
Nunc repeto, Anchises FATORUM *arcana reliquit.*
IV, 13. *Heu quibus ille Jactatus* FATIS. Æneas scilicet.
IV, 225. . . . FATISque *datas non respicit urbes.*
IV, 440. FATA *obstant, placidasque viri Deus obstruit aures.*
Anchises: III, 9. *Et pater Anchises dare* FATIS *vela jubebat.*
III, 182. . . . *Nate Iliacis exercite* FATIS.

Dido

Dido: IV, 612. . . . . *Si tangere portus*
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:
Et ſi FATA *Jovis poſcunt, hic terminus hæret.*
IV, 596. *Infelix Dido, nunc te* FATA *impia tangunt.*
Sibylla: VI, 147. *Si te* FATA *vocant; aliter, non viribus ullis*
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.
VI, 376. *Deſine* FATA *Deûm* FLECTI SPERARE *precando.*
VI, 759. *Et te tua* FATA *docebo.*
VI, 859. *Oſtendent terris hunc tantum* FATA, *neque ultra*
Eſſe ſinent.
Evander: VIII, 333. *Me pulſum patria, pelagique extrema ſecutum*
Fortuna OMNIPOTENS *&* INELUCTABILE FATUM
His poſuere locis.
VIII, 477. FATIS *huc te (Ænea) poſcentibus offers.*
Turnus: VIII, 11. *Advectum Æneam claſſi, victosque Penates*
Inferre, & FATIS *regem ſe dicere poſci*
Edoceat.
IX, 133. . . . *Nil me* FATALIA *terrent,*
Si qua Phryges præ ſe jactant reſpo ſa deorum.
Sat FATIS *Venerique datum eſt: ſunt & mea contra*
FATA *mihi.*
X, 471. . . . *Etiam ſua Turnum* FATA *vocant.*

Herculis ea vox ibi eſt.

XII, 676. *Jam jam* FATA, *ſoror, ſuperant: a! ſiſte morari:*
Quo Deus, & quo dura vocat FORTUNA, *ſequamur.*
Hector: II, 293. *Sacra, ſuosque tibi commendat Troja Penates:*
Hos cape FATORUM *comites: his mœnia quære.*
Helenus: III, 374. *Nate Dea, nam te majoribus ire per altum*
Auſpiciis manifeſta fides: ſic FATA *Deûm rex*
Sortitur, volvitque vices.
Troades: V, 655. . . . *Miſerum inter amorem*
Præſentis terræ, FATISque *vocantia regna.*
Ilioneus: VII. 239. *Sed nos* FATA *Deûm veſtras exquirere terras. Imperiis egere ſuis.*
De Græcis Æneas, II, 13. *Fracti bello,* FATISque *repulſi Ductores Danaum.*
Vates ipſe, de Ænea, I, 6. FATO *profugus.*
De Arunte, idem XI, 759. *Et* FATIS *debitus Aruns.*

Innumera ſunt alia ſimilia, quæ palam faciant eo ſpectare Vatem in hoc poëmate, ut doceat, Fato omnia evenire, Fato Deum Deamve nullam poſſe obſiſtere; fruſtra preces eſſe, flecti Fata non poſſe.

Exemplum illuſtre, ſeu materia inſignis quærenda fuit, in quo ea FATI poteſtas ſola valuiſſet. Ejusmodi eſſe credi voluit cohors impia, Victoriam Chriſtianæ religionis de Moſaïca, Chriſtianis Sacris Romæ receptis poſt exciſum templum Hieroſolymitanum, & Civitatem ſanctam ſuccenſam. Non eſt autem vates auſus argumentum illud aperte tractare, qui vellet ethnicus exiſtimari. Itaque convertit illud in fabulam, quæ haberet cum illo argumento magnam ſimilitudinem. Ob eam rem finxit:

Pro Hieroſolymis incenſis, Trojam ſuccenſam.

Pro Chriſtiana Religione inde poſtea Romam advecta a Chriſtianis, Trojana numina ab Ænea in Italiam, poſt Trojam crematam deducta.

Pro Judaïsmo extincto, & Synagoga abolita, Turnum occiſum, & ſuſpendentem ſe Amatam præ desperatione. Quæ quidem ſunt falſa omnia. Nam Troja quidem capta expilataque, ſed non cremata fuit, ut poſtea dicemus. Et e Trojanis quidem orti ſunt Romani; ſed ex iis qui ante obſidionem Trojanam in Italiam ſe receperunt: nec tamen Ænea duce, ſed Tithono Laomedontis filio, fratre Priami. Æneam enim poſt Trojam captam in Italiam veniſſe negat aperte Homerus, ut viri eruditi ante nos viderunt, & in Apologia Homeri oſtendimus.

Itaque fabula hæc non Epica proprie eſt, in qua veram oportet eſſe Actionem; ſed tota Romanenſis ut Galli vocant; *un pur Roman*: in qua ficta ipſa' Actio eſt, ficta omnia. Quamvis in ſenſu arcano, quem indicavimus, vera proponatur Actio; & eodem ſenſu accipiendæ non paucæ inſerantur propterea partes ac ſententiæ, expertes alioqui ullius boni probabilisve ſenſus.

§. III.

Vitia Æneïdos.

MUlta ſunt, eaque graviſſima hujus epopœïæ vitia: ſic enim epicum poëma appellant. Nam cum actionem exhibere debeat veram, & unam, & certæ magnitudinis ſive durationis; peccat hæc primum in tribus iſtis præcipuis fabulæ epicæ dotibus.

1. Nam primo quidem fictum eſt argumentum totum, ut diximus, fictæ perſonæ, res fictæ: paucis quibusdam locis exceptis, in quibus ſenſus latet allegoricus, qualem ex parte jam expoſuimus.

2. Deinde actio quæ narratur, non una, ſed gemina eſt: qualem ipſe vates in fronte operis proponit. Prior, Æneæ itinera; poſterior, bella deſcribit. Prior ſex libris prioribus continetur; poſterior, ſex poſtremis. Prior his verbis initio continetur: *Multum ille & terris jactatus & alto.* Poſterior iſtis: *Multa quoque & bello paſſus.* Una quidem & ſimplex foret actio, ſi a verſu 37. libri ſeptimi poëma ſic inciperet:

Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, advena claſſem
Cum primum Auſoniis exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu Diva mone, dicam horrida bella,
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque ſub arma coactam
Heſperiam. Major rerum mihi naſcitur ordo,
Majus opus moveo. Rex arva Latinus & urbes,

Et quæ ſequuntur. Si *major* demas, & *majus*, illuſtre iſtud, non partis unius, ſed operis totius eſſet exordium. Nam quod antecedit de exſequiis nutricis Æneæ, prorſus ſupervacuum eſt; neque cum reliqua fabula connexum aut cohærens; niſi quia in itinere contigiſſe nutricis obitus fingitur. Qua ratione vates potuiſſet plura inter navigandum diverticula fingere: pluresque ac varios in illis eventus; quorum enarratione ad tricenos excreſcere libros opus poſſet. Nam haud alia de cauſa Palinuri naufragium, Miſeni necem, obitum Caïetæ narrat, quam quod præternavigaſſe oppida vel promontoria fingitur, his nominibus inſignia. At quam multa potuit reperire in Africa, Italia, Siciliaque, loca ſimilia; ex quibus occaſionem ſumeret epiſodia ejus generis plura fingendi? Unitas itineris ibi certe quidem agnoſcitur, at non unitas actionis, quam epicum carmen poſcit. Adeo denique parum cohæret pars prior Æneïdos cum poſteriore; ut e perſonis, quæ ſex poſteriores libros implent, nullam appellet, præter unum Latinum regem obiter in fine libri ſexti; neque etiamtum ut eſt pars aliqua carminis. In prioribus libris, inquam, nec Turnus commemoratur, nec Evander, nec Pallas, nec Amata, aut Lavinia, nec Mezentius, nec alia ulla inſignior paulo perſona, quæ in poſteriore parte de nomine appellatur. Præcipua dos igitur carminis epici, quæ unitas eſt, Æneïdi deeſt; geminam enim complectitur actionem, non unam & ſimplicem.

3. Deinde cum certæ magnitudinis ſive durationis actionem eſſe oporteat, juſtam excedit menſuram Æneïs. Nam Homerica Ilias uno & quadraginta diebus concluditur: Odyſſea, quadraginta. Et libros nihilominus quatuor & viginti unaquæque complectitur. Æneïs, quæ duodenis omnino conſtat, annum ſaltem poſtulat integrum; ut qui ſunt erga Æneïdo-

graphum clementiores eruditi consentiunt: P. Mambruno interim contendente mensis sedecim Æneïdi tribui oportere. Quantum illa igitur Homeri imitatio distat a primigenio exemplari!

4. Numina, quæ in Æneïde inducuntur, non sunt, ut apud Homerum, & in nummis antiquis, Naturæ dona insignia quædam; quibus per prosopopœiam vita & vox & operatio tribuitur; sed sunt mere ludicra & fabulosa, ut ligneolæ atque automatæ hominum effigies, *des marionnettes*. Juno quidem inducitur inimica Æneæ, quoniam in Iliade fuit infesta Trojanis: Venus Æneæ tutatrix, quia in Iliade genitrix. At neutra in Æneïde, quod in Iliade est. Illa, Fides est conjugalis. Paridi & domui Priami ob Helenæ raptum infensa: Hæc, formositatis, & comitatis, donum vel amor est. In Æneïde Juppiter, Juno, Venus, quid sit, statuere nemo certo potest, nisi automata quædam figilla esse, qualia mimi exhibent in theatris ad plebem.

5. Dii e machina repente exoriuntur in Æneïde, sæpissime; similiaque miracula repente eduntur; cujusmodi ne unum quidem exstat apud Homerum, ut in Apologia Homeri ostendimus; quem si, ut par est, æstimamus, has subitas apparitiones, eventusque inopinatos & incredibiles, procul abesse debere ab Epico carmine censebimus, ingensque istud esse in Æneïde vitium.

6. Narratio Trojani excidii, & fugæ subsecutæ, quæ libro secundo & tertio continetur, plenissima tædii est ob prolixitatem: eademque potuit æque apud Evandrum libro octavo fieri, quam apud Didonem. Verum ut libros duodecim Æneis impleret, episodium Didonis addi oportuit, & quatuor ipsis pæne libris tractari: quod est in Epico carmine vitium haud leve profecto. Noluit vates scilicet opus suum carere fabula aliqua amatoria, ut aliæ Romanenses fabulæ sæculi XIII. & XIV.

7. Ad elocutionem quod attinet, quæ & versificatio dicitur, nævis ea scatet innumeris: Vocibus nimirum audacter fictis, inanibus epithetis, commutationibus casuum prorsus insulsis, solœcis denique, quæ vix tironi in scholis Grammaticæ vel Poëtices magister ignosceret. Propterea P. Rapinus Homerum prodidit Virgilio longe versificatione præstare. Gallicismi veteres, vel si quis malit Italicismos vocare, subinde se offerunt, qui recentem operis produnt ætatem. Comparationes sæpe interserit, omnes omnino humiles, pueriles, in totum absonas. Dialogos itidem comminiscitur, ne verisimiles quidem; qualis est Junonem inter & Æolum, aliique: qui nihilo magis habent veri speciem, quam fictum ab Æsopo colloquium Muris rustici cum Mure urbano. Versus denique inchoatos, dimidiatosve, qui orationem compleant, nec finem desiderent, plurimos ponit ex industria. Quibus de nævis omnibus dicemus enucleatius in Censura singulorum librorum.

8. Ter quaterve Musam aliam atque aliam incitat ad canendum; cum debeat una dumtaxat & sua excitari: & Musarum chorus subinde ad levia quædam in memoriam reducenda invocandus. Atque eo quidem fine sua vati Epico Musa incitanda ad canendum est, ut ipsa deinceps loqui debeat, non ipse vates; nec jam poetæ tribuenda narratio, sed Musæ sit. Sic recte Homerus: Μῆνιν ἄειδε Θεά, *Iram cane Dea:* & iste, si sibi constaret, *Musa mihi causas memora:* id quod idem valet atque, Dea, vel Musa cane. At iste postea in persona ipse sua convertit subinde orationem ad personas poematis, ad Musas, ad ipsos legentes, aliosque: quod est haud dubie insigne in Epico poëmate vitium, & multiplex.

9. Impurum hominem hunc vatem fuisse, non tam fictum cum Didone conjugium suadet, quo rem sacram, ut dicemus, involvit: quam quod ipsummet crimen pessimum, libro x. versu 325. cum narrat, docet. Non sic Homerus, quo nihil est magis verecundum, magisve pudicum, in libris integris octo & quadraginta.

Hoc tamen opus universa cohors mirifice prædicat, propter singularem in occultanda subinde allegoria industriam; nunc quidem vocibus ænigmaticis, nunc etiam Hebræis: qua ille arte eximius sane est, & divinum ob id condidisse opus a sodalibus est existimatus. Allegorias ethicas, sive ad mores spectantia præcepta, vel ad politicam, contineri hoc opere contendunt plerique ipsius laudatores: sed quos fateri necesse est, has perinde ex fabulis Æsopicis, quin immo facilius, certiusque, & utilius, quam ex Æneïde, elici omnino posse.

OBSERVATIONES IN LIB. I. ÆNEIDOS.

§. I.

Expenduntur quædam e libro I. *Æneïdos.*

INfinitus sim, si colligere aggrediar omnes hujus poëmatis nævos, qui contra artis Grammaticæ vel Poëticæ leges occurrunt legenti. Totum enimvero carmen est prorsus inelegans, absque poësi vera, sola constans pedum mensura, sive structura, quam versificationem vocant; eaque persæpe barbara, obscura, plena verbis prorsus alienis, audaci commutatione casuum, contra Latini sermonis usum: tantum dissimile Georgicis opus, quantum æs auro distat. Ob neglectum scriptionis, Guyetus in Notis manuscriptis ad Virgilium, quæ adservantur Parisiis in Domo Professa Societatis Jesu, ex dono Clarissimi Viri Menagii, censet quatuor prostremos Æneïdos libros, Virgilii esse non videri. At aliæ sunt causæ, quæ suadeant, non unius esse opificis Latini carmen istud, sed duorum saltem vel trium: quamvis ab uno summo præside operis, videatur illud Gallice prius exaratum. Quæ nos igitur cursim legentes potissimum offenderunt, ea solummodo hic referemus.

5. *Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris*
Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Litora: multum ille & terris jactatus, & alto,
Vi superûm, sævæ memorem Junonis ob iram.
Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem,
10. *Inferretque deos Latio, genus unde Latinum,*
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

Arma cano, dictum est imperite, pro *Bella cano.* Melius Lucanus, *Bella per Æmathios plus quam civilia campos, Jusque datum sceleri canimus.* Virgilius genuinus, in Egloga VI. *arma virosque* non dixit, de simili argumento: sed, *Cum canerem reges & prælia. Arma cano* idem valet ac si Gallice dicatur, *Je chante*

thante les piques & les mousquets. *Arma* enimvero nihil nisi τὰ ὅπλα sunt. Sic apud Virgilium semper in Georgicis, hoc est, quinquies; & in Egloga decima semel, vox ea accipitur: & apud Plinium, denique & apud Horatium quoque ipsum, ubi jocose dixit, libro 1. epist. XIX. ad Mæcenatem, versu 7.

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad ARMA
Prosiluit dicenda.

Nam & ibi *arma*, scuta, gladii, & galeæ sunt, & conflictus armorum, de quibus necesse est dicere Annalium scriptorem. Quid enim vetat dixisse eum jocose; *Il n'a jamais pris envie à Ennius de parler de boucliers & de lances, qu'aprés avoir bien bu.* Nam eo sensu in militari clamore dicitur, *Ad arma*, *Ad arma*. Deinde iste ipse, aliud esse Grammatice *bellum*, aliud *arma* censuit, cum libro VII. Æneid. 235. eccinit,

Seu quis bello est expertus, & armis.

Adde quod vox ea *arma* plane hic superflua est; ubi ejus ponendæ causa nulla subjungitur primis quatuor versibus. Nam tolle hinc *arma*, integra est sententia: & satis opportune exprimitur bellorum mentio, ubi sequitur:

Multa quoque & bello passus.

Præterea dicet ipse Æneïdographus, quid sint isthic *arma*, si tamen sibi ipse constat, aut si idem est scriptor libri undecimi, atque hujus primi. Dicet, inquam, ipse, quid hic *arma* sint. Nam libro XI. versu 742. Tarchontis vires ingentes prædicat, qui virum armatum ex equo sustulerat, his verbis:

Venulo adversum se turbidus infert;
Direptumque ab equo dextra complectitur hostem;
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in cælum clamor: cunctique Latini.
Convertere oculos; volat igneus æquore Tarchon,
ARMA VIRUMQE *ferens.*

An aliud alibi *Arma virumque* potest esse in Latino usu? Quod si utrobique idem valet, ut poscit Latinitas; *Arma virumque cano*, aliud nihil erit, nisi, *Virum armatum cano.* O egregium Carminis exordium! Sic libro primo, versu 123. *Arma virúm tabulæque.* Et libro 2. versu 181. *Arma deosque parant comites.* Et sic a Passeratio vate egregio, elephas appellatur ingeniose.

Arma virosque ferens turrito bellua dorso.

Quid quod *arma*, sive (ut placet) res bello gestas, veluti præcipuum scriptionis argumentum commemorari statim non oportuit; cum e libris duodecim vix quatuor postremos res bello gestæ impleant? Quin immo, cum nec Æneas in pugna appareat ante librum decimum? Potissimum certe Carminis argumentum, Æneæ post multos errores adventus in Italiam est: adventitium autem, ex eadem regione depulsio inimicorum & æmulorum. Satis igitur fuit initio dici, Cantari virum, qui primus ab ora longinqua in Italiam venerit, multa ibi bello passum.

Versu 6. *Italiam fato profugus.* Post Hierosolyma incensa. *Fato*, ita poscente necessario rerum aliarum ex aliis consequentium nexu. Nam hic est, ut diximus, finis totius poëmatis. Quomodo vero *primus in Italiam* venit Æneas, si multo ante Æneam Patavii sedem fixit Antenor, ut Junonem iste conquerentem inducit, versu 246? Annon Patavium in Italia est?

7. Multum ille & terris jactatus & alto.

Partitionem operis sui facit, ut diximus. *Multum ille & terris* &c. itinera ficta Æneæ proponit, sex libris prioribus describenda. *Multa quoque & bello*, bello res ab eo gestas posterioribus sex libris narrandas. Ita duplex actio proponitur, contra leges Epici carminis, quod unicam desiderat. *Terris & alto*, pro *terra marique*, vereor ut Latinum sit.

6 *Lavinaque.* Lavina quæ nunc litora sint, ignoratur. A Lavinis, quos Plinius memorat, fictum hoc loco nomen *Lavina.*

9 *Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem.* *Dum* pro *donec* est: neque enim bella, quæ hic commemorantur, gesta sunt, dum urbem Æneas conderet. Nam & libro XII. versu 193. de ea ipsa urbe dicitur, *Mihi mœnia Teucri Constituent, urbique dabit Lavinia nomen.* Et dum bellum gessit, castra, non urbem, designavit. Testis ipse Æneïdographus, libro VII. versu 157. *Ipse humili designat mœnia fossa, Moliturque locum, primasque in litore sedes Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.* Alioquin, *dum conderet*, positum esset, pro *Dum vellet condere*; quod durum foret.

10 *Inferretque deos Latio, genus unde Latinum.* Hoc est, genus ab Ænea, sive a religione, quam intulit Latio, Latinum dictum est; scilicet a Christo Christianum. Nam & *Æneas* Christus, & *Latinus* Christus est, ut diximus. Alioquin quomodo ex Æneæ facto Latini appellati sint, cum prius Latini dicerentur, & Latium, quam in Italiam Æneas pedem inferret, expediri satis probabiliter non potest, si demas allegoriam. Quod tamen Servius fingit, Æneam, qui Trojanorum nomen posset victis Latinis imponere, maluisse Latinos etiam appellari eos, qui Trojani essent, eorumque posteros: (id certe ut fieret etiam Juno a Jove postulat, libro XII. versu 823.) verum est prorsus, & reipsa effectum, si *Æneas* Christus esse intelligitur. Nam is profecto maluit Judæos, qui ejus sacra susciperent, Latinos & Latinæ religionis dei cultores, quam Judaïcæ, vel Judæos.

16. *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,*
Carthago, Italiam contra, Tiberinaque longe
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli.

Quomodo *urbs antiqua*, quæ nondum esset a Didone exstructa? Et *nova* certe *Carthago* appellatur versu 303. Verum imprudens Æneïdographus, cum scriberet *Antiqua* & *Fuit*, Carthaginem cogitabat, qualis erat ætate sua; cum nulla ejus vestigia, aut prætenuia certe, a multis jam sæculis superessent. Quomodo deinde *Tyrii coloni*? Nam arva quidem coluntur, at urbs non ita colitur. Et coloni si appellantur, qui aliunde deducti sponte; Carthaginis Tyrii conditores, si quidem fabulæ creditur, in hoc ipso libro narrandæ, versu 344. non coloni fuere, sed profugi. Quomodo *Tiberina longe ostia*, cum tertio die decerptum Carthagine ficum Cato in Senatu ostenderit, Plinio ita referente, libro XV. sect. XX. Quomodo *dives opum*, cum sola tunc haberet, quas secum detulisse Dido fingitur, Pygmalionis opes? Quomodo demum *studiis asperrima belli*, quæ nondum cum quoquam bella gessisset? *Studia belli* pro usu belli, audacter & metri causa positum est. Et civitatem quidem bello asperam vere dici putaverim: an vero Latine dicatur, Urbs aspera bello, multum ambigo. Nam civitas bene morata dicitur perbene, urbs bene morata, non ita.

20. *Posthabita coluisse Samo.*

Nullus e probatis scriptoribus Samum dicit Junoni aliquando sacram fuisse. Apud Homerum, Iliad. δ.

loca ſibi ſacra dum ipſa Juno recenſet, Sami non meminit. Tria tantum oppida commemorat, Argos, Spartam, Mycenas.

25. *Hinc populum late regem belloque ſuperbum*
Venturum excidio Libyæ; ſic volvere Parcas.

Volvere, pro ſtatuere, vel ſtatuiſſe, metri cauſa eſt barbare poſitum. Clotho colum bajulat, Lacheſis net, Atropos filum frangit: ecqua volvere aliud eſt quam nere, ſive filum glomerare?

27. *Id metuens, veterisque memor Saturnia belli*
Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat Argis;

Quo nominativus ille caſus, *Id metuens*, referatur, Grammatici etiam oculatiſſimi non vident.

30 *Manet alta mente repoſtum*
Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ,
Et genus inviſum, & rapti Ganymedis honores.

Ganymedem a diis raptum, ut vinum diis ad menſam funderet, finxit Homerus, Iliad. υ. verſu 234. Sed propterea Junonem fuiſſe Trojanis iratam, nemo finxit, nec potuit cum ratione fingere; cum Trois filius fuerit, raptus ante Laomedontem natum, cujus patruus tantum erat; annis forte centum ante judicium Paridis, & Helenæ raptum: quæ gemina cauſa fuit iræ Junonis adverſus Trojanos apud Homerum.

54 *Talia flammato ſecum Dea corde volutans.*

Flammato pro inflammato ſive accenſo, barbarum eſt, metri cauſa, ab iſto & ſociis ejus uſurpatum. *Flammantia lumina torquens* dixit Virgilius, libro III. Georg. verſu 433. ſed non *flammata*, cum verbum ſit neutrum.

68 *Sed quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt.*

Uti vocibus vel ſermone *ad aliquem*, pro *apud aliquem*, Latinum non eſt. Nec decuit Junonem induci ſupplicem, quæ *Divûm incedit regina.*

77 *Connubio jungam ſtabili.*

Solœcum eſt. Nam in *connubio* ſecunda producitur, ex verbo *nubo*. Unde & ipſe alibi producit, ut libro III, 319. *connubia ſervas*. Et libro IV, 3, 6. *Per connubia noſtra*. Tam falſo ancipitem ſtatuit eſſe hanc ſyllabam, quam ſi quis in *pronubus* ancipitem eamdem eſſe contenderet.

98 *O terque quaterque beati,*
Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Verbum *oppetere*, ſolitarie poni, abſque ſubſtantivo *mortem* vel *necem*, barbarum eſt.

108 *Tum prora avertit:*

Audacter, ſed σολοικῶς, pro, *avertit ſe.*

138 *Et tantas audetis tollere moles?*

Moles ponere abſolute pro *fluctibus*, non eſt hominis Latini, ſed pueriter Latinitate abutentis. Penuria vocis ſynonymæ, cum *fluctus* ſcribat verſu ſequente, hominem coëgit prorſus inſolenter *moles* pro fluctibus hic apponere.

143 *Tenet ille immania ſaxa,*
Veſtras, Eure, domos.

Melius quam *immania ſaxa* dixit verſu 85. *cavum montem*. Nam *ſaxa* domus eſſe non poſſunt.

158 *Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam*
Proſpiciens genitor.

Neptunus genitor maris?

161 *Defeſſi Æneadæ.*

Æneadæ Latine non dicuntur, niſi orti ex Ænea; non ſocii comitesve Æneæ, aut ei ſubjecti.

160 *Flectit equos, curruque volans dat loca ſecundo.*

Pro *currui*, ſolœcum eſt. Neque enim eſt ſimile illud, Egloga V, 29. *Daphnis & Armenias curru ſubjungere tigres Inſtituit*. Eſt enim iſthic *curru ſubjungere*, pro ſub curru jungere. Et quis Latine dici putet *currum* Neptuni *ſecundum*, pro eo quod eſt, *Trojanis obſequenti*, ut Servius emplaſtris dives exponit?

185 *Proſpectum pelago late petit, Anthea ſi qua*
Jactatum vento videat, Phrygiasque biremes,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Quæ ſunt iſta *celſis in puppibus arma Caici*? Gallicismus haud dubie hic eſt ſæculi decimi tertii: *les armes*, ſive *les armoiries*: inſignia ſcilicet ſive regum, ſive principum virorum, quorum eæ puppes eſſent.

188 *Tres litore cervos Proſpicit errantes.*

At nullos in Africa cervos eſſe Plinius admonet, libro VIII. ſect. LXXXIII. Qui ſi Æneïs tunc exſtaret, ſecus ſentire Virgilium admoneret; quem in Georgicis, ut diximus, laudat ſæpiſſime. Plinio Herodotus ipſe præivit libro IV. n. 162.

202 *Neque enim ignari ſumus ante-malorum.*

Ficta vox, pro *anteriorum malorum*, audacter & nove & barbare.

238. *Certe hinc Romanos olim volventibus annis.* Audacter & nove, pro *decurrentibus*. Nam Georg. I. verſu 163. *volventia plauſtra* cum dixit Virgilius, onus volutim trahentia intellexit, ac proinde verbum active accepit. Lucretius æque nove ac prave libro V. *volventia luſtra* dixit.

227 *Et jam finis erat, cum Juppiter æthere ſummo*
Despiciens mare velivolum.

Velivolum, vox factitia, & inutile numeri complementum. Ejusdem fabricæ eſt apud alios, *velivolans.*

231 *Atque illum tales jactantem pectore curas,*

Quas? Despicere enim mare & terras, & defigere lumina regnis Libyæ non eſt magnarum opus curarum.

241 *Quæ te, genitor, ſententia vertit?*

Metri cauſa dictum eſt barbare, pro, Quæ te cauſa permovit, ut a priore ſententia discederes? *Vertit te ſententia*, pro, mutaſti tu ſententiam, inepta caſuum commutatio eſt, huic vati perquam familiaris.

246 *Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,*
Illyricos

Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi:

Ignotus Plinio, ac proinde fictus adventus ille Antenoris in Italiam eſt; & fictus quidem de induſtria, ad conciliandam alteri commento fidem de ſimili Æneæ fuga ex Trojano incendio, & ſimili poſt illud adventu ejusdem in alterum Italiæ latus. Antenorem, cujus Homerus meminit, in Trojana clade cum reliquis civibus intra mœnia poſitis, veriſimillimum eſt periiſſe.

249 *Unde per ora novem vaſto cum murmure montis*
It mare proruptum, & pelago quatit arva ſonanti.

Ut Æneïdographum non ſemper culpemus; non Timavus, ut vulgo Interpretes cenſent, ſed mare proruptum, per novem fauces montis terras ſubire, ac lancinare, & premere arva, ab eo dicitur; incipiens a fonte Timavi, qui rivulus eſt hodie obſcurus.

251 *Hic tamen ille urbem Patavi, ſedemque locavit*
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia; nunc placida compoſtus pace quieſcit.

Antenoris etiam ſepulcrum Patavii hodieque oſtenditur, ſed recens. Poſita igitur hæc inſcriptio eſt, multo poſt tempora divi Ludovici Francorum Regis: cujus noviſſimis temporibus Gothici characteres in uſu eſſe cœperunt. Itaque Patavii neque Antenor neque Æneis innotuit ante ſæculum XIV. vel ipſum XV. fortaſſis. Venetos, in quibus Patavium eſt, Trojana ſtirpe ortos Cato quidem prodidit, apud Plinium, libro III. ſect. XXIII. at non ex Trojanis poſt incendium profugis, aut per Illyricum, totamque Thraciam & Macedoniam, iter aggreſſis; ſed mari potius Adriatico, ut Tithonus infero, advectis: neque Antenorem omnino commemorat, nedum genti nomen dediſſe refert, aut arma fixiſſe Troia.

Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?

Reponere in ſceptra, pro, reponere in thronum regium, vel regno reſtituere, Latinum non eſt.

260 *Oſcula libavit natæ.*

Neque eſt iſtud Latinum: ſed juncta temere verba ſunt.

261 *Parce metu, Cytherea.*

Pro, metuere deſine, pone metum, ſolœcum eſt.

262 *Cernes urbem, & promiſſa Lavini*
Mœnia, ſublimemque feres ad ſidera cæli
Magnanimum Æneam, neque me ſententia vertit.

In voce *Lavini* nunc primam corripit, quam verſu ſexto produxit: *Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora.* Quo jure autem, vel qua Grammatica lege dicitur, *Sententia non me vertit*; pro, Nec mutavi ſententiam?

265 *Hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,*
Longius & volvens fatorum arcana movebo.

Forte verius, *monebo.* Juppiter non fata ipſe facit, ſed volvit tantum & ſortitur.

Populoſque feroces
Contundet, moresque viris & mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
Ternaque tranſierint Rutulis hiberna ſubactis.

Conciliare ſtudet deinceps Euſebianæ Chronologiæ fidem, quæ tribus annis Æneam ponit Latinorum regem fuiſſe: & longæ ſerici regum Albanorum ſive Latinorum, usque ad ortum Romuli.

271 *At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo*
Additur: (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno:)
Triginta magnos volvendis menſibus annos
Imperio explebit, regnumque ab ſede Lavini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

At in eadem Euſebiana Chronologia Aſcanio poſt Æneam regi Latinorum anni octo & triginta dantur. Nec Ascanium porro Æneæ filium, nec Iulum, novit Homerus: neutrum Horatius, Virgilius, aut Plinius: nulli horum trium notum regnum eſt patrum Albanorum; quorum tota ſerics, quamvis etiam Livii teſtimonio, Euſebii in Chronico, aliorumque, nitatur, tam eſt fabuloſa, quam eſt Æneæ poſt Trojam everſum adventus in Italiam, cum quo ſunt iſta connexa; ſiquidem genus ab Æneæ ducere ii dicuntur. *Regno*, inane verſus complementum eſt. *Volvendis menſibus*; Verſu 238. dixit, *volventibus annis*; neutrum Latine. Virgilius, libro II. Georg. 402. recte: *Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.* Dispar ingenium. *Volvendis menſibus* dixit iſte, metro ſerviens, pro *volventibus ſe menſibus*: Et *magnos orbes* pro *annos*, ut verſum compleret, poſito epitheto *magnos*, ne cum quis *menſibus* legeret, orbes menſtruos intelligeret.

276 *Hic jam tercentum totos regnabitur annos*
Gente ſub Hectorea.

Atqui ab anno, quo in Euſebiana Chronologia ponitur Aſcanius Albam condidiſſe, usque ad ortum Romuli, anni ſunt omnino CCCLXXXII. Sed metro exprimi numerum illum annorum, labor fuit. Quæ deinde gens illa Hectorea eſt; cum neque Hector rex fuerit, nec poſteros reliquerit? *Debuit dicere Æneia*, inquit Servius. Sed metro cogente ſcilicet *Hectoream* prætulit.

Donec regina ſacerdos
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.

Genuinis ſcriptoribus rerum Romanarum, cujusmodi Plinius eſt, ignoti parentes Romuli & Remi fuere. *Martem Patrem* nummi veteres vocant: quo nomine virum bellicoſum fuiſſe Romulum ſignificatur. *Ilia* Plinio, Horatio, Virgilio, Plauto, ignota penitus eſt.

287 *Veniet luſtris labentibus ætas,*
Cum domus Aſſaraci Phthiam, clarasque Mycenas,
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Domus Aſſaraci, ſi Latine loquimur, nonniſi familia Aſſaraci eſt, qui proavus fuit Æneæ Homero teſte. Non fuit ex ea familia certe L. Mummius a victoria Achaïcus appellatus, qui Corinthum evertit: neque ad eam victoriam Argos & Mycenæ pertinent, quippe quæ in Peloponneſo ſunt & in Argolide, non in Achaia. Neque eſt ex eadem Aſſaraci domo aut Quinctius Flamininus, cujus etiam victoriæ nonniſi ab incertis produntur ſcriptoribus; aut Æmilius Paulus, qui Macedoniam quidem, at non Theſſaliam, ubi Phthia eſt, cepit. Denique ſi vel Cæſarem vel Romanos intelligeret, non domum Aſſaraci certe, ſed domum Æneæ hic diceret; cum ad Venerem, quam Juppiter hic alloquitur, Aſſaracus nihil pertineat. Ergo Jovem hic Æneïdographus id facit vaticinari, quod ipſe noverat contigiſſe anno 1204. cum poſt Conſtantinopolim captam a Francis, Marchio Monferratenſis Theſſaliam obtinuit, ubi Phthia eſt; & Peloponneſum, ubi Mycenæ & Argos.

290 *Naſcetur pulcra Trojanus origine Cæſar.*
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris:

Ju-

Julius a magno demissum nomen Iulo.

Latinâne ista sunt? *Pulcra origo: famam terminare astris: demissum nomen? Demissæ ab Jove gentis nomina* dixit Virgilius in Georgicis: Horatius, *demissum genus*; neuter, demissum ab Iulo Julii nomen, quod tanto post Iulum, vel Iüli potius fictam ætatem apparuit. Si litteram spectes, non Julium Cæsarem, sed Octavium, qui & Augustus appellatus est, ab Æneæ originem ducere prodidere Virgilius & Horatius. Ille libro III. Georg. versu 33. ubi res gestas ab Augusto narrat: *Addam urbes Asiæ domitas*, &c. *Stabunt & Parii lapides, spirantia signa, Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis Nomina, Trosque parens, & Trojæ Cynthius auctor.* Assaraci prolem appellat Æneæ avum Capyn, & patrem Anchisen, cum ipso Ænea: qui sunt omnes a Dardano orti Jovis filio. Hos autem statuis e Pario marmore donandos a se dicit idcirco vates, ut non minus nobilitate generis Augustum Cæsarem inclytum esse significet, quam rebus gestis. Neque tamen, quod dicit idem poëta de eodem Augusto Cæsare, libro I. Georg versu 28. *Cingent materna tempora myrto*, quæ Veneri dicata arbos est, & pacificæ victoriæ Symbolum:) id eo spectat, ut significetur, genus ab Ænea Veneris filio traxisse Octavium, sive Augustum Cæsarem: quamvis eadem utrumque genuit Venus: ea scilicet, quæ, ut in Apologia Homeri diximus, in nummis antiquis & apud Plinium appellatur VENUS GENETRIX. Sed sensus est, tam Augustum, quam Æneam, ipsas Charitas genuisse: tanta in utroque benignitas, comitas, urbanitasque fuit. Augustum ab Ænea genus duxisse prædicat Horatius similiter, libro 2. satyra v. versu 62. *Tempore quo juvenis Parthis metuendus, ab alto Demissum genus Ænea, tellure marique Magnus erit.* Octavius ergo Cæsar genus ab Ænea cum duceret, & diversa gens Julia sit ab Octavia; consequitur manifeste, quod de Octavio locupletissime certe testes hi duo prodidere, ab iisdem de Julia, id negari. Non est igitur Æneïdographus Virgilius.

293 *Hunc tu olim cælo, spoliis Orientis onustum*
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.

Quæ sunt illa Orientis spolia, quæ Julius Cæsar tulit? aut cur spolia Orientis sola commemorantur, si Gallias etiam expilavit? Aut quando spoliis Orientis onustum Julium Cæsarem Venus accepit?

295 *Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.*

Id est, Cæsare consecrato, inquit Servius; *cum Augustus regnare cœperit, clauso jam templo, pax erit per orbem.* Ut esset etiam aliquod augurium, quo præsignificaretur fore, ut Christus esset *Princeps pacis*; finxere auctores hypothesis impiæ, quietem a bellis fuisse sub Augusto, Janique templum ab eo clausum. Nescit Servius cum suis, Janum, non templum, sed armamentarium fuisse, ut nummi Neronis docent inscripti: PACE POP. ROM. TERRA MARIQ. UBIQUE PARTA JANUM CLUSIT.

297 *Diræ ferro & compagibus arctis*
Claudentur belli portæ: Furor impius intus
Sæve sedens super arma, & centum vinctus aheneis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Si *Janus* ædes sacra fuit, ut vulgo, sed falso creditur, (armamentarium enim, ut diximus, non templum fuit;) sed si ædes sacra Jano fuit, *furor intus* non bene collocatur. Sed fabulis accensendum est, quod de Jano umquam clauso narratur: cum id originem habuerit ex nummo Neronis prave intellecto; cujus hæc est inscriptio, PACE P. R. TERRA MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT: cum effigie, non templi certe, sed armamentarii, ut diximus. Nec *clusit* ibi est pro *clausit*: stulte enim æque Janus clausus, quam Jupiter clausus, vel clausus Apollo, diceretur. Sed est vice *inclusit*. Sic Plinius, libro XXXIII. sect. VI. dixit, *Gemmas auro clusit*: & *sub gemmis venena cludunt*. Nec denique, quod hic præcipuum est, JANUM ibi Deum Janum significat: sed sub his quinque litteris totidem subsunt voces, hac sententia: *Pace Populo Romano terra marique parta Imperii Armamentarium Narbone Urbis Muris* CLUSIT: hoc est, inclusit: Percussum enim Narbone nummum hunc fuisse, ut alios innumeros, cogit fabrica confiteri, præter alia argumenta sic antea Tarraco in nummis suis scripserat: DIVUS AUGUSTUTTA EI. Divus Augustus *Voluit Turritam Tarraconem Armamentarium Esse Imperii.* Sed Tarracone rebellante, Armamentarium Imperii Nero Narbonem transtulit. Itaque inter fabulas ab improba cohorte fictas, cum in nummis veteribus easdem confingendi causam aliquam inquirerent; refer *clausas* Jani vel *belli portas*.

314 *Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata*
Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit.

Quis vero risum teneat, cum *classem* audit *sub rupe occultam?* Et cujusmodi demum esse potest *convexum nemorum?* Ne fingi quidem cogitatione potest. Sed metrum scilicet non ferebat concavum scribi: posuit temere Æneïdographus properans *convexum*.

320 *Vel qualis equos Threïssa fatigat*
Harpalyce.

Neque vox Latina est Threïssa, neque Græca. Græce enim Θρῇσσα dicitur.

333 *An Nympharum sanguinis una?*

Quis sanguis Nympharum est?

334 *Sis felix, nostrumque leves quæcumque laborem.*

Sis felix, pro, felix esto nobis tuus adventus, Latinum non est. Addi pronomen oportet, ut in Egloga V, 65. *Sis bonus o, felixque tuis.*

342 *Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:*
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Non Agenoris urbem debuit vates dicere, sed Agenoridum: cum inter Didonis proavos fuisse fingatur Agenor. *Brumæ intractabilis imbrem* dixit Virgilius, libro I. Georg. versu 211. pro bruma, quæ non sinit ullum opus tractari, ob nimios imbres. Sed *genus* hominum *intractabile bello*, mera sunt verba sine sensu.

344 *Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,*
Germanum fugiens.

Nummus Tyriorum, sub Antonino Soæmiadis filio percussus, inscriptusque ΔΕΙΔΩΝ, dedit occasionem scriptoribus improbæ cohortis confingendi Didonem Tyriam, satis imperite. Primum enim, ΔΕΙΔΩΝ, si nomen unum esset, viri nomen esset, ut Πλάτων, Ἀρίων, & similia; non feminæ. Deinde Tyrum ab Didone potius, quam Carthaginem certe, ædificatum fuisse nummus significaret. At ne quidem est ibi vox una ΔΕΙΔΩΝ, sed primis syllabis tantum litterisve expressa hæc sententia: ΔΕΙ μᾶν Δόμους Ὥρα Νέας. *Nunc tempus est novas ædificare domos:* quoniam videlicet sub Severo Imp. diruta ab Arabibus Parthisve Tyro, colonia eo missa fuerat: unde nummi Latine deinceps inscripti ibi leguntur

tur; adſcitis etiam Græcis hominibus in civitatem: unde & ΗΡΑΚΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ certamina in uno Tyriorum nummo ſcribuntur. Itaque ſub Antonino Soæmiadis filio, cujus hic nummus eſt inſcriptus ΔΕΙΔΩΝ; aiunt incolæ, quieta a bellis data, tempus eſſe, ut novæ civibus ædificentur domus, vetuſtis dilabentibus. Propterea in nummo eo pictus ad pedes Tyri, quæ Deæ ſtolatæ effigies eſt, operarius, ligone domorum fundamenta ponit, & tecto domus tegulas alter diſponit. En unde Didonem accepere ſcriptores omnes ſuppoſititii. Nemo enim e genuinis ac vere antiquis Didonem commemorat. Eſt hic nummus in ære inciſus a D. Vaillant, tomo 2. de nummis Coloniarum, pag. 135.

369 *Devenere locos, ubi nunc ingentia cernis*
Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem.

Surgentem, inquit Servius, hoc loco, Scholiaſtes ex grege improbo, *erigentem ſe: ut ſurgentem in cornua cervum*, Æneid. x. 725. Siccine erigunt ſe ipſæ arces, ut cervi? Denique nemo prudens *novam Carthaginem* dixerit, ubi non præceſſit vetus. Urbs nova dici potuit, non Carthago nova.

379 *Nos Troja antiqua (ſi veſtras forte per aures*
Trojæ nomen iit:) diverſa per æquora vectos
Forte ſua Libycis tempeſtas appulit oris.

Pro *alliſit*, vel *caſu appellere compulit*. Et quid eſt, *forte ſua*, niſi vox ficta metri condendi cauſa: Ceterum Troja antiqua certe non fuit, cum eſt capta: vix anni centum a Troë conditore effluxerant. Sed ſua ſpectat tempora Æneïdographus.

385 *Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.*

Nullum eſt mare Phrygium; quoniam in mediterraneo Phrygia eſt.

388 *Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,*
Europa atque Aſia pulſus.

Ager Carthaginis (hanc enim habuit ante oculos, ut dicitur verſu 342.) inter Libyæ deſerta imperite cenſetur, quæ procul inde abſunt. Aſia pulſus Æneas dici potuit, at non Europa, ſi quidem *pulſus*, de utraque regione, ut Latinitas poſcit, eodem ſenſu intelligitur. Nec *pulſus* demum, aut *ejectus* Latine pro eo dicitur, quod eſt fluctibus amotus alicunde, ſed quomodo idem *ignotus*, qui proxime *fama ſuper æthera notus?*

394 *Namque tibi reduces ſocios, claſſemque relatam*
Nuncio, & in tutum verſis Aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

At ut a Syrte minore ad litus Carthaginis poſſint naves appellere, Noto magis, ac deinde Euro eſt opus, quam Aquilonibus. Nec Aquilones Latini dixere, niſi de ventis procelloſis, ut libro 2. Georg. verſu 334. *Aut actum cælo magnis Aquilonibus imbrem.*

406 *Dixit, & avertens.*

Se, ſubaudi, inquit Servius, *hoc eſt, cum averteretur*. Sed qua lege, quove exemplo?

460 *Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas.*

Atqui nulla fuit ars picturæ Iliacis temporibus, ut Plinius adnotavit, libro xxxv. ſect. vi.

465 *En Priamus: ſunt hic etiam ſua præmia laudi.*

Laudi, pro *virtuti*; audacter & prave, ſolius metri cauſa, poſitum.

466 *Sunt lacrymæ rerum.*

Dictum prorſus inſolenter, pro eo quod eſt: Hic etiam commiſerationi locus eſt, ob res adverſas, quæ calamitoſis accidunt.

478 *Parte alia fugiens amiſſis Troïlus armis*
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruque hæret reſupinus inani.

Ut iſte *puerum*, ſic impubem Troïlum Priami filium facit pſeudo-Horatius, libro 2. Ode 9. At Homerus ſaltem adoleſcentem ἱππιοχάρμην, ex curru pugnantem, Iliad. υ. 257. *Fertur equis*, pro *ab equis abripitur*, ut metro ſerviat, dictum inepte a vate properante. Et *curru* pro *currui*, ſolœcum eſt.

494 *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
Penthesilea furens.

Acceptum nomen Penthesileæ eſt ex Plinio, libro vii. ſect. lvii. ubi Amazonem eam fuiſſe dicit: bello Trojano interfuiſſe non dicit. Agit de ea Quintus Smyrnæus, libro 1. egregius ex improbo grege fabulator; qui ut Æneidi conciliaret auctoritatem, ex libro ſecundo multa Græco carmine reddidit.

534 *Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt:*
Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ:
Oenotrii coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.

Heſperiam pro Italia nemo dixit, niſi ſcriptor ſuppoſititius. *Cognomine* pro *nomine* poſitum imperite eſt ad numeri complementum. Noluit *de nomine* ſcribere; quoniam tertio verſu ſic iterum ſcribi oportuit. Satis deinde abſone *terra potens* dicitur & armis & ubertate agrorum: tum quia *potens armis* eſt potens haſta, vel enſe & clypeo; quod frigidum eſt, nec Latinum; pro eo quod eſt, bello potens: tum quia potens ubertate, incongrue dicitur, pro eo quod recte Virgilius dixit, 2. Georg. 185. *Et fertilis ubere campus*. *Italiam* denique dictam eſſe *gentem* falſum eſt. Non eſt iſtud gentis, ſed regionis nomen. Et Itali ducis tam fictum nomen eſt, qui Italos, quam Franci, qui Francos cognominarit. *Minores* etiam, pro *poſteros*, Latinum non eſt.

550 *Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura*
Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Quid eſt, *occubare umbris*? Et cur umbræ crudeles? *Occubat*, dictum pro *occubuit*; & *crudeles umbræ* poſitæ ad verſum citius abſolvendum ſane videntur, ſed nullo bono ſenſu aut probabili.

569 *Quis genus Æneadûm, quis Trojæ neſciat urbem,*
Virtuteſque, viroſque, & tanti incendia belli?

Atqui Æneadum genus dici Latine omnino non poteſt, niſi de nepotibus Æneæ ac pronepotibus; qui tunc certe nulli fuere. *Genus Æneæ* de majoribus ejus recte diceretur; at Æneadæ imperite, ubi non plurimi ſunt orti ex Ænea. Deinde *Trojæ urbem* ſolœcum e Galliciſmo eſt, *la ville de Troie*, pro *urbem Trojam*.

578 *Tros Tyriuſve mihi nullo diſcrimine agetur.*

Tros in ſingulari numero, pro *Troïus*, ut verſu 600. *Trojanus*, vel ſolœcum eſt. Viri quippe nomen proprium eſt, non gentile.

579 *Atque utinam rex ipſe Noto compulſus eodem*
Afforet Æneas.

Noto pelli ad oram Carthaginis e Sicilia navigans non potuit, sed Septemtrione. Notus enim naves e Carthagine potius in Siciliam ageret.

600 *Troïus Æneas, Libycis ereptus ab undis.*

Hic recte *Troïus*, non *Tros*, ut versu 578.

611 *In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ*
Lustrabunt convexa.

Quomodo umbræ possint sive lustrare sive attingere montium convexa, vel cacumina, quis intelligat? Hic vates delirat.

647 *Æneas (neque enim patrius consistere mentem*
Passus amor:) rapidum ad naves præmittit Achaten.

Amor non passus consistere mentem, si Latine mediocriter intelligimus, amor est non passus hominem non insanire. Nam dici illud, pro eo quod est, Non potuisse animum Æneæ, pro sua erga filium caritate, rem ultra differre; Latinæ aures non ferunt. Et virum *rapidum*, pro *velocem*, quis approbet?

657 *Ilione quod gesserat olim*
Maxima natarum Priami.

Nata Priami, dictum barbare est, non Latine, ut & libro II. versu 527. Est ea loquendi forma vulgaris sæculi decimi tertii. Sic in data facultate Ludovico IX. matrimonii contrahendi cum Margareta Provinciæ, dicitur hæc *nata nobilis viri Comitis Provinciæ*, in libro inscripto, *Mélanges Curieux*, P. Labbei, tomo 2. pag. 654. Et est ista Ilione soli huic vati Latino cognita.

660 *Hæc celerans, iter ad naves tendebat Achates.*

Hæc celerans, pro, hæc afferre properans: & *iter ad naves tendere*, pro, habere; metri causa tantum scriptum audacter est & barbare, non Latine.

667 *Ergo his aligerum dictis affatur Amorem:*
Nate, meæ vires.

Amor Veneris filius, fictum a suppositiis scriptoribus numen est. Non illud Homerus agnovit, aut Virgilius etiam, qui de Amore sic cecinit, Egloga VIII. versu 43. *Nunc scio quid sit Amor: duris in cautibus illum Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edunt.* Veneris filium non facit, ut Æneïdographus. Alius iste igitur ab illo est.

671 *Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum*
Litora jactetur, odiis Junonis iniquæ,
Nota tibi.

Æneas frater Amoris vel Cupidinis, dicitur perquam inepte. Neque enim alio sensu Venere & Anchise natus ab Homero Æneas proditur, quam quia genitus est formosus ex formoso. At Amor non sic ex Venere ortus, aut ex Venere simul, & si ita placet, ex Jove. Deinde *nota tibi*, pro *nosti*, vel *notum tibi est*: positum metri causa insolenti licentia est.

680 *Regius accitu cari genitoris ad urbem*
Sidoniam puer ire parat.

At Carthaginem Tyrus, non Sidon, genuit, teste Plinio, libro v. sect. XVII.

683 *Dona ferens pelago & flammis restantia Trojæ.*

Pro, quæ superfuerunt ex incendio naufragioque; barbare dictum, non Latine. Gallicismum est, *qui sont restées*: & præsenti participio expressus, *qui restent*, pro præterito.

684 *Hunc ego sopitum somno* &c.

Mirum est in verbo *sopire* primam produci, sed a scriptoribus tantum suppositiis; Æneïdographo, Ovidio, Claudiano: quamvis sit in substantivo *sopor*, prima brevis.

679. *Reginam petit: hæc oculis, hæc pectore toto*
Hæret, & interdum gremio fovet, inscia Dido.

Quomodo vero Dido gremio fovere potuit Ascanium, quem tunc oportuit esse annorum saltem quindecim? Vide librum IV. versu 84.

728 *Crateras magnos statuunt, & vina coronant.*

Virgilius, libro 2. Georg. versu 528. Latine dixit & festive, *cratera coronant*, vino scilicet. Non diceret, Vina coronant: quod est ineptum.

731 *Et noctem flammis funalia vincunt.*

Funalia oportet fuisse vel sebo vel cera illita. Neutrum in usu fuit ævo ipso Plinii, qui nec sebum in candelis, nec in cereis ceram, nec omnino *funalia* idcirco novit.

733 *Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes*
A Belo soliti.

Oportet mendacem esse memorem. Quomodo *omnes a Belo*, cum *Belus genitor* Didonis dicatur, versu 625?

737 *Nostrosque hujus meminisse minores.*

Nostri minores, pro *posteri*, Latinum non est.

742 *Tum Bitiæ dedit increpitans.*

Increpitans, pro *adhortans*, vel *provocans* ad bibendum, dictum nugatorie & barbare.

746 *Hic canit errantem Lunam, Solisque labores.*
Unde hominum genus, & pecudes, unde imber, & ignes;
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones.

Et Plinius quidem *septemtriones* appellat: at nemo peritus, *geminos*: quos tamen iste iterum profert, libro III. Æneïd. 516. Vates imperitus arbitratus est, voce hac *trio* currum plaustrumve significari; & geminam ursam, majorem minoremque, quæ sunt Borealia signa duo, *geminos triones* appellavit: quoniam in Gallia plebs rustica Plaustrum majus, & & Plaustrum minus vocat. Verum *triones* non sunt, nisi stellæ septem in Ursa majore sic dispositæ, ut boves referant aratro subligatos.

759 *Nam te jam septima portat*
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.

At libro v. versu 626. post annum elapsum rursum dicitur, *Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas.*

§. II.

Expenduntur quædam e libro II. *Æneïdos.*

VErsu 2. *Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto. Inde*, pro *deinde*. *Pater*, epitheton inane. Melius hoc loco diceret, *fatur*: post cœnam.

6 *Et*

6 *Et quorum pars magna fui.*

Propter conjugem amissam, inquit Servius. At quot alii similiter & conjuges ibi, & liberos etiam amiserunt?

8 *Et jam nox humida cælo*
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

Tamen sermonem instituit versuum viginti supra mille & quingentos, qui recitari etiam cursim vix possent uno spiritu horarum trium spatio.

31 *Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,*
Et molem mirantur equi.

Innuptæ, epitheton puerile, & hoc loco prorsus alienum. Est præterea ambigua oratio. Nam mens legentis statim existimat, donum illud dici vel *donum Minervæ*, vel *donum exitiale Minervæ*: quod utrumque est omnino absonum. Oblatum Minervæ, ut vult intelligi, quis statim agnoscat?

50 *Sic fatus, validis ingentem viribus hastam*
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit.

Equus de equo ligneo recte & convenienter dicitur: *ferus* adjectivum, pro substantivo *equus*, de ligneo equo nihilo minus absone ponitur, quam diceretur absurde, *ligneus ferus*.

59 *Dardanidæ.*

Pro *Trojani*, solœcum est, ut jam sæpicule monui. Nihilo magis enim Trojani sunt Dardanidæ, quam Galli omnes Borbonidæ sunt.

68 *Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.*

Phrygia dixit imperite, pro *Trojana*. Vide quæ dicturi sumus ad lib. IX. versu 599. & mox ad versum 191.

90 *Invidia postquam pellacis Ulyssei,*
Haud ignota loquor, superis concessit ab oris.

Pellax, nomen novum, & factum a vate, ad assimilationem vetustatis. Et quid sunt *oræ superæ?* Et *concessit* pro *recessit*, nonne vox aliena pariter est, metri causa posita?

104 *Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.*

Odyss. ι. versu 207, viri nomen proprium est Ἰθακος, non Ulyssis cognomen a patria Ithaca, ut hic ab imperito vate ponitur. Ab Ithaca enimvero non fit Ithacus, sed Græce Ἰθακήσιος, & Latine, ut apud Horatium, libro I. epist. 6. ad Numicium, sub finem, *Ithacensis Ulysses*. Quamvis, ut Æneidographi honori consuleret, Stephanus de Urbibus, dixit ex Ἰθάκη fieri Ἰθακος & Ἰθακήσιος: unde, & Ἰθακος Ὀδυσσεύς; quod nusquam, præterquam isthic, legit. At Virgilius accurate profecto scriberet, ut æqualis ei Horatius.

129 *Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.*

Composito, sine præpositione, pro *ex compacto*, positum audacter, obscure, barbare. Narratio Sinonis prolixa, tædii plena: & quæ loquacem ac garrulum probet Æneam.

146 *Ipse viro primus manicas atque arcta levari*
Vincla jubet Priamus.

Quæ potuit jubere Priamus *vincla levari* Sinoni; cum Sinon ipse dixerit, versu 134. *Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi?* Idem in vate lapsus memoriæ mox iterum occurrit, versu 153. ubi de eodem Sinone: *Sustulit exutas vinclis*, Priami jussu scilicet, *ad sidera palmas*.

171 *Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.*

Minervæ nomen est Τριτογένεια apud Homerum Iliad. Θ. 39. hoc est, tertio genita: quia post Martem & Herculem in bello necessaria est: hoc est, cum virtute & robore opus industria est. *Tritoniam* aut *Tritonidem* vere prisci scriptores non dicunt Palladem, sive Minervam. Ex improbo grege sunt Scholiastæ, qui Τριτογένειαν finxere derivatum fortassis nomen esse ex amne Tritone, apud quem genita Minerva fuerit; quod insanum figmentum est.

172 *Vix positum castris simulacrum, atserе coruscæ*
Luminibus flammæ arrectis.

Arrectis luminibus, pro rigentibus oculis, dictum est imperite, metri necessitate. Aures, non oculi, arriguntur.

Salsusque per artus sudor iit.

Salsus sudor, epitheton inutile & ineptum.

177 *Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis.*

Telis metro cogente positum pueriliter, pro *viribus*, aut *machinis*. Neque enim *telis* certe exscindi possunt civitates.

190 *Tunc magnum exitium* ——
—— *Priami imperio Phrygibusque futurum.*

Atqui Priamus, Homero teste, non Phrygum rex fuit, sed Trojanorum: quibus ad ortum superjecta Phrygia est.

197 *Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,*
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Imperitus vates, vel audax pro more suo Larissæum facit Achillem, qui Phthiæus fuit. Sed cum hanc vocem ferre non posset versus, Achillis patriam audacter mutavit. Alia Phthiotis, alia Thessalia fuit. Larissa in Thessalia, in Phthiotide Phthia fuit. Vide Plinium, libro IV. sect. XIV. & XV.

203 *Tranquilla per alta.*

Numquam in Georgicis, aut apud probatos scriptores *alta* in plurali reperias, ac velut substantivum nomen, pro mari. Sed 2. Georg. 479. *maria alta*. III. Georg. 329. *alta stagna*. IV. Georg. 359. *alta flumina*. Plinius, libro IX. sect. XII. *per tranquilla* dixit; nusquam *alta* pro mari, vel *per alta*.

207 *Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque*
Sanguineæ exsuperant undas.

Habentne angues, sive serpentes, jubas? Minime sane: sed metri causa *jubas* posuit pro *cristis*.

213 *Laocoonta petunt: & primum parva duorum*
Corpora natorum, &c.

Ignotus Homero Laocoon est: sed fabulam Æneido-

dographus finxit, & augere atque exornare ex eo voluit, quod de ſtatua quadam legit apud Plinium, libro xxxvi, ſect. iv. *Sicut in Laocoonte, qui eſt in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendum. Ex quo lapide eum & liberos, draconumque mirabiles nexus, de Conſilii ſententia fecere ſummi artifices, Ageſander, & Polydorus, & Athenodorus Rhodii.* Ex quo haud temere profecto ſuſpicamur, Rhodi potius id contigiſſe, quod Laocoontis ſtatua repræſentat, quam Trojæ, quo rem tranſtulit Æneïdographus. Cauſæ ſic ſuſpicandi ſunt; quod Rhodii artifices hanc ſtatuam fecerunt, & quidem de Rhodiorum Conſilii ſententia, γνώμῃ βουλῆς: deinde quod Rhodi dracones exſtitiſſe aliis etiam temporibus ex Annalibus conſtet, etiam ſub Magno Equitum Rhodiorum Magiſtro Albuſſonio.

242 *Quater ipſo in limine portæ*
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.

Quomodo *in limine portæ*, cum per portam induci non potuerit *inſtar montis equus*; ac propterea disjiciendâ pars murorum fuerit, ut proxime dixit, verſu 234. *Disjicimus muros, & mœnia panditus urbis.* Interrupto fortaſſis aliquandiu opere, excidit illud vati e memoria.

246 *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris*
Ora, Dei juſſu non umquam credita Teucris.

Solœcum iſtud eſt: neque enim Latine dicimus, *Credere aliquem:* quamobrem nec dici Latine poteſt, Creditus aliquis, aut Os creditum alicujus.

290 *Ruit alto a culmine Troja.*

Ecquod eſt *altum culmen urbis?*

293 *Sacra ſuosque tibi commendat Troja Penates.*

Atqui Penates dii ſunt domeſtici. Unde Plautus in Merc. *Ego mihi alios deos penates perſequar, alium larem.* Quomodo poteſt civitas Trojana ſuos omnes uni homini Penates commendare?

301 *Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror.*

Dictum nove, *clareſcere*, pro *magis audiri.* Vide infra, verſu 705.

309 *Tum vero manifeſta fides, Danaumque pateſcunt*
Inſidiæ.

Pro, rei manifeſtæ, ſeu manifeſtæ cladi habita tunc fides eſt, dictum obſcure ſaltem & audacter. Et *pateſcunt*, pro *patent*, fictum metri cauſa vocabulum eſt. Tamen & a Livio uſurpatum.

318 *Ecce autem telis Pantheus elapſus Achivis,*
Pantheus Otriades, arcis Phœbique ſacerdos.

Sola metri ratio coëgit Pantheum fingere ex Pantho, quem Homerus dicit patrem fuiſſe Polydamantis: ſed quo fit Panthus ipſe patre genitus, non dicit.

320 *Sacra manu, victosque deos, parvumque nepotem*
Ipſe trahit.

Primo, ſacra manu, deosque, quomodo *trahere* potuit ut nepotem? Deinde *nepos* pro filio fratris, priscum non eſt.

324 *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus*
Dardaniæ: fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Juppiter Argos
Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in urbe.

Nunc de Troja incenſa, ut finxere impiæ hypotheſis defenſores, dicendum eſt obiter. Cum credi vellent ii, ut diximus, Deum non eſſe, niſi Naturam rerum ipſam; cogerenturque, ut Chriſtiani (quod ambiebant,) nihilominus haberentur, Vetus ac Novum Teſtamentum agnoſcere: ſtatuerunt Veteris Teſtamenti tempus, usque ad Eccleſiæ Chriſtianæ abſolutam conſtitutionem, exhibuiſſe toto orbe quædam præludia rerum ſub Novo Teſtamento futurarum, præſertim inſignium. Nam cum in univerſo orbe futurum eſſet tempus Novi Teſtamenti, idcirco non in ſola Judæa, inquiunt, oportuit præcedere quasdam inſignes illius delineationes; ſive, ut appellant, typos & figuras; ſed in reliquo etiam orbe cognito. Fingi, inquam, typos illos idcirco oportuit? quoniam ſi Deus non eſt niſi Natura rerum ipſa docens mortales: Natura autem ſemper eſt eadem, nec legem figit aut refigit pro arbitrio, cum e contrario Deum verum Catholici dicant Moſaicam legem, cujus ipſe primum auctor exſtiterat, deinde abrogaſſe: neceſſe eſt in hypotheſi impia ponere, in toto orbe, non in Judæa ſolum, exſtitiſſe aliqua maxime inſignium ſub Novo Teſtamento eventuum rudimenta, præter ea quæ in ſacris libris leguntur. Quæſitum ergo eſt, quid vetuſtis illis temporibus credi poſſet præfiguraſſe fore, ut poſt Hieroſolymam incenſam a Veſpaſiano fieret Romæ ſedes & arx veræ Religionis. Inventum eſt apud Homerum, Trojam captam fuiſſe: apud Virgilium in Georgicis, Trojanos in Italiam veniſſe: apud Plinium, Trojæ excidium, captamque Trojam. Addidit impia cohors, Trojam non modo captam, ſed & incenſam fuiſſe: neque Trojanos duce Tithono ante captam urbem, ut Virgilius prodidit, ſed ab Ænea deductos in Italiam eſſe, poſtquam Troja tota conflagraſſet. Ita ex compacto, non Æneïdographus tantum, aut poëtæ ceteri, ſed hiſtorici quoque ex eadem cohorte, Livius, aliique prodidere.

Ilium tantummodo *captum* Plinius refert, libro xxxvi. ſect. xiv. De Ulyſſe Horatius, libro I. epiſt. 2. *Qui domitor Trojæ.* Et libro 2. Sat. iv. verſu 191. *Dii tibi dent* CAPTA *claſſem deducere Troja:* ſed *capta* tantum. Et voluiſſe Græcos prædari ſolummodo, totamque urbem compilare oſtiatim, (id quod efficere omnino non poſſent, ſi ſtatim injeciſſent ignes:) Ulyſſes eſt auctor in Odyſſea, ν'. verſu 262. ubi de Orſilocho, quem dicit a ſe fuiſſe interfectum,

Οὕνεκά με στερέσαι τῆς λητίδος εἵθελε πάσης
Τρωϊάδης.

Quoniam me privare volebat omni præda Trojana.

In Odyſſea θ', 492. & 512. ubi de equo Trojano diſſerit Ulyſſes, manifeſtum eſt, direptam ſolummodo Trojam fuiſſe, non conflagraſſe: Ἄστυ διέπραθον ὑψηρεφὲς Ἀχαιῶν.
Odyſſ. λ'. 532. ubi Ulyſſes de Neoptolemo Achillis Filio:

Ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν.
Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ἐπὶ νηὸς ἔβαινεν
Ἀσκηθής.

Sed quando certe Priami diripuimus celſam urbem, portionem & munus eximium habens navem conſcendit incolumis. Naves Græci repetierant, necdum Troja ſuccenſa dicitur.

Rurſum Odyſſ. γ'. 130. & ν'. 315. fere ut proxime.

Αὐτὰρ ἐπεὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν.
Βῆ μὲν δ' ἐν νήεσσι, *Urbe*

Urbe direpta, naves conscendimus. Est enim διαπέρθειν, *depopulari, expugnare, diripere.*

Iliad. β'. 414. non aliud a Jove postulat Agamemnon, quam ut Priami domum evertat, & portas palatii incendat: θύρετρα.

Iliad. δ'. 238. capturum se sperat urbem, hoc tantum.

Ἡμεῖς δ' αὖ τ' ἀλόχῳς τε φίλας, καὶ νήπια τέκνα
Ἄξομεν ἐν νήεσσιν, ἐτὴν περιλείψομεν ἔλωμεν.

Nos vero, uxoresque dilectas, & infantes liberos
Ducemus in navibus, postquam urbem ceperimus.

Iliad. ε'. Juno & Minerva promisisse dicuntur Menelao, fore ut in Græciam rediret, cum Trojam diripuisset. Ἴλιον ἐκπέρσαντα. Et Homerus Iliad. μ'. 15. Πέρθατο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ. Direptam dicit, non incensam.

Iliad. ο'. 558. nihil aliud a Græcis metuendum dicit, quam ne urbem capiant, & interficiant cives. Denique Iliad. ω'. 245. non incendendam putabat Trojam Priamus, sed depopulandam tantum ac diripiendam:

Πρὶν ἁλαπάζομένην τε πόλιν κεραΐζομένην τε
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, βαίην δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Eodem verbo usus est Homerus, cum captam vastatamque, sed haud dubie non incensam, narravit Trojam fuisse ab Hercule sub Laomedonte, Iliad. ε'. 642. & ξ'. 251. Τρώων πόλιν ἐξαλαπάξας.

Quin etiam negat haud obscure Trojam fuisse succensam ipsa Juno, Iliad. υ'. 318.

Ἦτοι μὲν γὰρ νῶϊ πολῆος ὠμόσσαμεν ὅρκῳ,
Πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
Μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξῆσαι κακὸν ἦμαρ,
Μὴ δ' ὁπόταν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται,
Δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρῆϊοι υἷες Ἀχαιῶν.

Nam sane nos multa juravimus juramenta omnes inter deos, ego & Pallas Minerva; Numquam a Trojanis aversuras esse malum diem: neque si quando Troja infesto igne tota flagraret incensa, incenderent autem bellicosi filii, Achivorum. Negat ibi, inquam, Juno haud obscure urbem conflagrasse: negat eo ultionis & iræ in Trojanos esse deventum. Nam id si contigisset, futurum ibi Juno haud dubie vaticinaretur, ut de Ænea Neptunus vatem agit. Negat solummodo vel se vel Palladem, quidquam opis allaturam esse Trojanis, etiam si Græci Trojam incenderent. Vide Apologiam Homeri, pag. 177.

Nunc ergo apparet, opinor, quamobrem Æneïdographus a vero discesserit, Trojanosque profugos Ænea duce in Italiam venisse finxerit, non a Tithono deductos ante obsidionem urbis. Præsignificatum hoc evento voluit credi, id quod postea contigit: nempe post Hierosolymorum conflagrationem sub Vespasiano, in urbem Romam commigrasse veram Religionem. Idcirco fingi & simile Trojæ incendium, & pii Æneæ fugam oportuit: atque ad ista commenta validius fulcienda, fingi Iulum necesse fuit, a quo & Albani reges, & Julia gens sit exorta.

360 *Non atra cava circumvolat umbra.*

Bonum epitheton, inquit Servius; *naturale enim est, ut obscurum sit omne concavum.* Emplastrum ridiculum: solius enim metri ratio epitheton illud ineptissimum obtulit. Præterquam quod *nox atra* si fuit, quomodo versu 340. *Oblati per lunam* dicuntur eodem tempore, *Hypanisque Dymasque?*

363 *Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos.*

Vide quæ diximus ad I. Æneïdos, versu 379.

374 *Alii rapiunt incensa feruntque Pergama.*

Quid est, amabo, rapere & ferre Trojam incensam? Verba & numeri, sed sine sensu. Comparatio ridicula tempestatis ventis oppositis concitæ, cum prælio inter inimicas acies. Et *rupto turbine* quid sit, vix capio.

435 *Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus ævo*
Jam gravior: Pelias & vulnere tardus Ulyssei.

Vulnus Ulyssei, pro vulnere quod Ulysses intulit, non est oratio congrua, aut Latina.

455 *Qua se, dum regna manebant,*
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & avo puerum Astyanacta trahebat.

Ferre se, pro *se conferre*, audacter nimis: Et *ad soceros*, inepte dictum, solius metri causa, pro *Ad socerum socrumque.* Ut & *trahebat*, pro *ducebat.*

460 *Turrim in præcipiti stantem, summisque sub astra*
Eductam tectis.

In præcipiti, pro, in loco declivi, dictum obscure. *Sub astra*, pro *ad astra*, vel usque ad nubes, si puer hodie poneret, puniretur audacia.

483 *Apparet domus intus, & atria longa patescunt.*

Verbum novum factitiumque, pro *patent*, metri causa, ut jam superius versu 309.

487 *Penitusque cavæ plangoribus ædes*
Femineis ululant.

Ficta vox *plangor*, ab audacissima cohorte, pro planctu.

488 *Ferit aurea sidera clamor.*

Plumbeum epitheton, *aurea.* Et e *cavis ædibus* quomodo ferit sidera clamor?

499 *Vidi ipse furentem Cæde Neoptolemum.*

At negat Achilles ipse conceptis verbis Neoptolemum filium suum in obsidione Trojæ interfuisse, Iliad. τ'. 331. Nam in Scyro insula interim eum educatum esse diserte prodit. Hunc Æneïdographus etiam Pyrrhum vocat, ut versu 462. *Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus Exsultat.* Et versu 491. *Instat vi patria Pyrrus*, & versu 526. & alibi. At non alia de causa adjecit iste alterum illud Neoptolemo nomen, quam quia versus facilius ex Pyrrhi, quam ex Neoptolemi nomine struitur.

513 *Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus.*

Veterrima, vox est, Plauto, Plinio, Horatio, Virgilioque ignota; eoque vel uno nomine e Latio ejicienda.

526 *Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,*
Unus natorum Priami.

Pyrrhi de cæde, dictum ambiguum: nam & Pyrrhum cæsum obvio sensu significat. Πολίτης Priami filius ab Homero commemoratur, Iliad. β'. 791. Sed ex liberis Priami, qui obsidionis tempore interiere, is unus fuit. *Unus natorum Priami* denique, pro, Unus filiorum Priami, Latinum non est.

533 *Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur.*

Quid est, in media morte teneri, nisi voces sine sensu?

540 *At non ille, fatum quo te mentiris, Achilles*
Talis in hoste fuit Priamo; sed jura fidemque
Supplicis erubuit.

In hoste, pro *erga hostem:* & *fidem supplicis*, pro fiducia, qua se Achillis hostis sui conspectui obtulit: illud contra Grammaticæ leges; istud contra Latini sermonis usum est, & æque obscure, quam audacter positum.

554 *Hæc finis Priami fatorum.*

Sic in v. Æneid. 384. *Quæ finis standi?* Et x, 116. in manuscriptis libris, *Hæc finis fandi?* Et xii, 798. *Quæ jam finis erit!* At Virgilius, libro iv. Georg. 116. *Extremo ni jam sub fine laborum, Vela traham.* Masculini ibi generis est. Non quod non & feminini sit. Sic enim apud Plinium, lib. xxx. sect. xxiv. & lib. xxxiii. sect. i. occurrit. Sed aliter alibi ab eodem scriptore poni, haud verisimile est.

554 *Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum*
Sorte tulit, Trojam incensam, & prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis terrisque superbum
Regnatorem Asiæ: jacet ingens litore truncus,
Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Reipsa non fuit aut Troja incensa; aut Priamus regnator Asiæ, ac ne Phrygiæ quidem, sed Troadis solummodo, cum parte Mysiæ adjacentis, ut in Homeri Apologia ostendimus, pag. 247. ex Homero, Iliad. ω 543. Nec potuit, cum hæc narrare Æneas fingitur, hoc est, post annos septem a Troja capta, ut dicitur in fine libri primi, jacere in litore Priami caput avulsum a corpore. Neque intelligitur quo casu, vel a quo amputatum ei caput fuerit; cum proxime antea ipse Æneas referat, Priamum adacto in latus ense a Pyrrho fuisse interfectum: *Dextraque coruscum*, inquit, *Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.* Unde didicerit Æneas, avulsum fuisse Priami humeris caput, & jacere in litore truncum, debuit vates præmonere. Nam ipse mox innuit, non visum Æneæ Priamum deinceps, ex quo *crudeli vulnere vidit vitam exhalantem. Subiit* animo deinde *deserta Creüsa, & direpta domus.* Quod hic initio dicitur, *Hic exitus illum sorte tulit*, pro, Hunc exitum ille sorte tulit; positum est ab audace poëta, metro ita cogente leges Grammaticæ spernere. Et quid est in fine, *Corpus sine nomine?*

569 *Tyndarida aspicio.*

Deliberantem vates Æneam inducit, debeatne Helenam interficere. At habet illa deliberatio quiddam indignum viro forti: nec satis prudenter coram femina, Didone scilicet, recitatur.

582 *Dardanium toties sudarit sanguine litus?*

Madere sanguine litus potuit, sudare non potuit. Sed versus vatem adegit *sudarit* insulse scribere, pro *maduerit.*

586 *Animumque explesse juvabit*
Ultricis flammæ.

Pro *irâ* dicere *flammam ultricem*, Italici, sed sequiore ævo, ingenii est. Similiter solœcum videtur esse, *explere animum iræ*, pro *iræ*: vel pro, *animi iram explere.* Sed metrum vetabat scilicet scribi, *Ultrici flammâ.* Propterea maluit, cum properaret, solœcizare.

610 *Neptunus muros, magnoque emota tridenti*
Fundamenta quatit, totamque a sedibus urbem
Eruit.

Dictum puerilitèr: perinde quasi tridens Neptuno pro telo sit, apto ad evertenda urbis fundamenta. Imitari illud forte voluit, Georg. I, 15. *Tuque, o cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti, Neptune,* At tridens Neptuni Symbolum solummodo est piscationis piscium marinorum, ut ex Plinio discimus, libro ix. sect. xx. Idcirco Neptunus in nummis pingitur dextra tridentem, sinistra delphinum tenens. Et tridentis usus, qui laudatur a Virgilio in Georgicis, poëticus est. Naturæ scilicet provocantis Tellurem, ut vehendo homini simile aliquid navibus proferret, quæ mari vehuntur, & vehunt mortales. Illa autem sic provocata, ut fingitur, fudit equum. Usus tridentis in dextra Neptuni, hoc est, Naturæ mari præsidentis, non potest sævus ac divus esse; non potest non semper esse utilis & fructuosus.

617 *Ipse Pater Danaïs animos viresque secundas*
Sufficit: ipse Deos in Dardana suscitat arma.

Vires secundæ, verba sunt sine sensu: Et *arma Dardana*, pro *Dardania*, solœcum est, metri causa admissum.

753 *Et vestigia retro*
Observata sequor per noctem, & lumine lustro

Quomodo potuit, in tenebris præsertim, notare vel observare vestigia? Et *lumine lustro*, pro oculis quæro vel investigo; nonne puerum sapit, qui synonymas quaslibet voces numeris complendis aptas ex libris adhibet?

§. III.

Expenduntur quædam e libro III.

1 *Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem*
Immeritam visum superis.

TOti Asiæ, minori scilicet, imperitasse Priamum fingit, quemadmodum Jacob Patriarcha in universa Judæa regnavit. Nam Priami gens, Israël sive Jacob hic est. *Immeritam* autem *Priami gentem* quomodo dicit, cum neque injusti sint superi, & causam belli exitiique, raptum fuisse Helenæ a Paride Priami filio, nemo ignoret, & ipse demum, si idem ipse est scilicet, ut vulgo creditur, *Laomedonteæ perfidia Trojæ* commemoret, 1. Georg. 502. Quin etiam Æneas ipse, tum hoc ipso loco, ubi *fumare Neptuniam Trojam* refert, tum libro 2. versu 610. ubi dicit, *Neptunus muros magnoque emota tridenti Fundamenta quatit*; hanc calamitatem Priami genti merito suo evenisse prædicat: hoc est enim Laomedontis culpam fateri, qui fuit Priami pater; quique Neptuno pactam cum juramento mercedem pro ædificatione Trojæ murorum, perjurus negavit.

4 *Diversa exsilia, & diversas quærere terras,*
Auguriis agimur divûm: classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quo fata ferant, ubi sistere detur.

Atqui Creüsa monuerat fore, ut in Italia ad Tiberim sisteret, ibique felix degeret, libro superiore, versu 781. *Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva*
Inter opima virûm lento fluit agmine Tybris. Illic res lætæ, regnumque, & regia conjux Parta tibi. Mendacem oportet esse memorem. Nisi forte quis dicat, noluisse Æneam umbræ femineæ credere: At quorsum illa sic monere fingeretur a vate, nisi ei esset habenda fides?

8 *Contrahimusque viros. Vix prima inceperat æstas,*
Et Pater Anchises dare fatis vela jubebat.

Litora

Litora tum patriæ lacrymans, portusque relinquo,
Et campos ubi Troja fuit.

Quid eſt, *contrabere viros?* Quaſi vero *contrahendi* fuerint, ſive ſimul trahendi, qui navigaturi erant? Ut ut eſt, diligentes admodum in exſtruendis navibus oportet eos fuiſſe, qui intra menſes vix duos naves viginti conſtruxerint: Ait enim Æneas, libro I. verſu 385. *Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.* Incredibile omnino eſt, tot tam cito ædificare naves potuiſſe homines; quibus præſertim ad eam fabricam inſtrumenta apta peritosque opifices defuiſſe neceſſe eſt, in tam præcipiti fuga ex Urbe capta & conflagrante. An vero etiam intra tam paucos dies *campi* facti ſunt, *ubi Troja fuit?* Audaciſſima ea hyperbole eſt.

13 *Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis,*
(Thraces arant,) acri quondam regnata Lycurgo.

Cur autem *procul* a Troade Thracia dicitur, cum perangusto tantum freto ab ea dirimatur? Dici *procul* hoc loco volunt Interpretes, pro longe lateque: ſed contra Latini ſermonis uſum. Fictus etiam Thraciæ rex Lycurgus: viri nomen acceptum ex Homero eſt, Iliad. ζ. & η. & ex nummis antiquis, *Regnata* valde durum & audax; quamvis illud etiam habet pſeudo-Horatius, libro II. Ode VI. & libro III. Ode XXIX.

17 *Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis,*
Æneadasque meo nomen de nomine pono.

At nomen urbis *Ænos* in Thracia ab Æneæ nomine non deducitur: nec cives oppidi illius dici Æneadæ potuerunt: ſed, ut nummi veteres docent, AINIOI.

34 *Multa movens animo, Nymphas venerabar agreſtes,*
Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis,
Rite ſecundarent viſus, omenque levarent.

Gradivus ficta vox eſt a *gradiendo*, & Martis epitheton: quoniam Mars in nummis antiquis gradiens cum ſpoliis pingitur. *Nymphæ* adduntur, ſive pro divinis aliis attributis, ſeu verius ad ornatum & aſſimilationem fabulæ. Ut *rite* deinde, inane complementum; & *viſus* pro *viſa*, vates ſcriberet, hoc eſt, ut ſolœcizaret, metri ratio ſola coëgit. Denique *omen levare*, pro eo quod eſt, efficere ne malum portendat, aut malum omen avertere, ſaltem obſcurum eſt.

60 *Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra,*
Linquere pollutum hoſpitium, dare claſſibus Auſtros.

Ut metro ſerviret, ſolœca duo admiſit: alterum, *dare claſſibus Auſtros*, pro *dare claſſem ventis*: alterum, cum *auſtros* poſuit pro Aquilonibus. Nam auſtri e Thracia Delum venientibus contrarii ſunt. Idem error repetitur, verſu 70. *Et lenis crepitans vocat Auſter in altum.* Quis Gallo poëtæ ignoſceret, ſi *le Sud* ſcriberet, pro *le Nort?*

75 *Quam pius Arcitenens oras & litora circum*
Errantem Mycone celſa, Gyaroque revinxit,
Immotamque coli dedit, & contemnere ventos,
Huc feror, hæc feſſos tuto placidiſſima portu
Accipit: Egreſſi veneramur Apollinis urbem.

Delum inſulam creditur hic vates deſignare: ſed magno errore. Qui ſic opinantur, accepiſſe hæc iſtum putant ex Plinio, libro IV. ſect. XXII. *Ipſaque longe clariſſima, & Cycladum media, ac templo Apollinis, & mercatu celebrata Delos: quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola terræ motum non ſenſit.* Sed multum iſte diſcedit a Plinio. Neque enim Delum Plinius inter Myconum & Gyarum, aut juxta eas collocat; ſed inter alias longe Delo propiores. Neque dixit, *circum oras & litora errantem* prius Delum fuiſſe, deinde *immotam*: ſed, quod differt ab eo longiſſime, diu in aquis fluctuatam eſſe, ut quasdam ſcilicet, quas vidimus juxa Audomaropolim, inſulas: neque id ipſum etiam ipſe affirmat, ſed proditum ait a quibusdam: atque idcirco motum terræ, quo concuti ſolitæ eſſent ceteræ circumfuſæ inſulæ, ſolam Delum non ſenſiſſe, dum ita fluctuaret.

85 *Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia feſſis.*

Thymbræi Apollinis Plinius non meminit; ſed Strabo, ut ſodali ſuo Æneidographo gratificaretur. Et mirum ſane, Thymbræum Apollinem, non Delium, dici in Delo coli: cum ſit oppidum Thymbræ in Troade, teſte Plinio, libro V. ſect. XXXIII. a Delo leucis amplius centum.

124 *Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus,*
Bacchatamque jugis Naxon.

Hoc eſt, vitibus conſitam, Baccho plenam. Dictum audacter, & barbare, & longe ab eo ſenſu, quo Virgilius hanc vocem accipit, libro 2. Georg. 487. *Et virginibus bacchata Lacænis Taygeta:* hoc eſt, ubi virgines Lacænæ inconditos clamores edunt more bacchantium. Potuitne ſcriptor probatus vocem eamdem gemina acceptione tam diſſimili uſurpare? *Pelago volare*, pro *mari currere*, dictum eſt pueriliter.

131 *Et tamdem antiquis Curetum adlabimur oris.*

Vox ea *Curetum*, accepta ex libro IV. Georg. 151. Exiſtimata eſt ab Æneidographo imperite ſignificare Cretenſes. Sic enim Virgilius ibi: *Nunc age naturas apibus, quas Juppiter ipſe addidit, expediam: pro qua mercede canoros Curetum ſonitus, crepitantiaque æra ſecutæ Dictæo cœli regem pavere ſub antro.* Curetes Homerus nonniſi in Ætolia collocat, vel ut Plinius cenſet, libro IV. ſect. 2. in Acarnania. Quamobrem & ibi fuiſſe oportet antrum Dictæum. Plinius quidem, libro eodem, ſect. XX. a rege Curetum, hoc eſt, ab Acarnanum rege, qui Cretam ceperit, Cretam fuiſſe appellatam Cratetem prodidiſſe refert: ſed Curetum nomen propterea Cretenſibus fuiſſe aliquando datum, nullus ſcriptor tradidit, qui ſit genuinus. Non ergo Virgilii verſus iſte eſt, in quo pro Cretenſibus Curetes ponuntur: *Et tamdem antiquis Curetum allabimur oris.*

152 *Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras.*

Audacter, obſcure, nec ſine ſolœco dicitur Luna ſe fundere per feneſtras, & quidem *inſertas*: pro, Per quas ſe Lunæ lumen inſerebat.

148 *Effigies ſacræ Divûm, Phrygiique penates,*
Quos mecum a Troja mediisque ex ignibus urbis
Extuleram, viſi ante oculos. . . .
153 *Tum ſic affari, & curas his demere dictis.*
156 *Nos te, Dardania incenſa, tuaque arma ſecuti,*
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor;
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes.
Imperiumque Urbi dabimus; tu mœnia magnis
160 *Magna para: longumque fugæ ne linque laborem.*
Mutandæ ſedes: non hæc tibi litora ſuaſit
Delius, aut Cretæ juſſit conſidere Apollo.

Prædicunt Phrygii penates, hoc eſt, ſacra Chriſtiana in Judæa nata, fore ut Æneæ nepotes, hoc eſt, ſummi Pontifices, Chriſti in viſibile Eccleſiæ regimine ſucceſſores, (ut quidem vati licuit fingere, ſed verius Vicarii; nam Chriſtus manet in æternum:) fore ut illi, inquam ex ipſis illis ſacris, quæ colent ac tuebuntur, referant decus immortale & æternum. Propterea ex Creta, hoc eſt, ex Judæa in Italiam eſſe commigrandum, ubi Urbs Roma condenda, quæ orbi

orbi imperatura fit. *Terris* pro *in terris*, metri causa positum, contra Grammaticæ leges. *Ignes urbis*, pro *incendia urbis*; Gallicismus est, *les feux de la ville*. *Sub te*, pro te auspice; Gallicismus alter, *sous vous*. *Classibus* pro *navibus*, positum puerliter. *Cretæ*, pro *in Creta*, solœcum est.

163 *Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,*
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ:
Oenotrii coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Hos versus quatuor describit ac repetit ex I. Æneïdos, 534. ubi eos expositimus.

167 *Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus,*
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.

Si sensum verborum solummodo proprium spectes, Dardanum in Italia, sive (ut iste loquitur) in Hesperia ortum fuisse, alienum prorsus a vero est. Nobilem eum virum fuisse e regione, quæ Troas postea est appellata, docet Homerus. Æque falsum deinde, vel ab Iasio, vel a Dardano genus esse Trojanum. A Dardano qui genus traxisset, solus tunc Æneas supererat. Sed Dardanum Italum fuisse singi ab Æneïdographo oportuit, tum ob arcanum sensum libro VII. versu 209. aperiendum: tum ut Evandro junctus consanguinitate crederetur, absque qua Evander non potuisset socia cum ipso arma jungere, & Pallantem filium ei dare militiæ comitem: cui a Turno illata nex efflectura esset, ne ipsi Turno pius Æneas ignosceret. Quorsum autem hic commemoratur Iasius, qui in reliquo poëmate non apparet? Quid quod, nisi voluerit vates eumdem esse Dardanum & Iasium patrem, obscura admodum oratio est: in qua post *Iasiusque pater*, necesse sit, *genus a quo principe nostrum*, non ad Iasium, sed ad Dardanum, qui antecessit, referri. Cur autem Iasius pater, non ipse sit Dardanus, si princeps generis Dardanus est? An aliud *pater*, aliud *princeps generis* est?

202 *Nec meminisse viæ media Palinurus in unda.*

Quomodo meminisset viæ, quam numquam institisset? *Media* deinde *in unda*, num Latinus sermo fert dici pro *medio mari*? Minime certe. Denique ex promontorio Lucaniæ Palinuro, de quo Plinius, libro III. sect. x. fictum nomen est nautæ Trojani, *Palinurus*: cujus Plinius ibi meminisset, si Æneidem vidisset.

210 *Strophades Graio sunt nomine dictæ*
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyiæque colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensasque metu liquêre priores.

Satis audacter neglecta elisio est in voce *insulæ*: audacius etiam *mari* subintelligitur. Nam quid est absque eo Ionium magnum, Gallicum magnum, Hispanicumve magnum?

242 *Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo*
Accipiunt: celerique fuga sub sidera lapsæ,
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt.

Accipere vim plumis, pro *ictum excipere*. Latinum non est. Et *sub sidera*, pro *sub æthere*, vel *ad æthera*, barbarum est, metri solius causa positum.

250 *Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.*

Figere dicta, pro *imprimere animis*, metrum scribi jussit, ratione invita.

253 *Italiam cursu petitis, ventisque vocatis*
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.
Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem,
Quam vos dira fames, nostræque injuria cædis,
Ambesas subigat malis consumere mensas.

At *malæ* scriptoribus genuinæ antiquitatis non sunt maxillæ, ut cohorti improbæ placet; sed quas genas dicimus. Plautum & Plinium consule. Et *nostræ injuria cædis*, pro injuria nobis illata ob cæsa armenta nostra, ambigua oratio est, non Latina. Ecqua illa enim cædes volucrum fuit, cum, ut dictum est versu 242. *neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo* acceperint? Memorem oportet esse vatem mendacem. *Subigat* deinde, pro *cogat*, vel *adigat*, etsi quæsitum de industria, tamen coactum & durum est. Ludicrum istud oraculum ut impleretur in libro VII. versu 116. hic præmittitur.

280 *Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.*

Celebramus, pro *cohonestamus*, metri causa dictum obscure & inepte. Et ipsummet *cohonestamus* poneretur absurde. Nam quid est, *cohonestare* vel *nobilitare litora*? Verius hic insulsa casuum commutatio est, pro, *Et in Actiis Iliacos celebramus litoribus ludos*. Crebræ sunt istiusmodi casuum commutationes in hoc opere: quibus dici tamen nihil potest ineptius aut stultius. Nihil erat, quod non facile carmine scriberet, permisso sibi illo usu metathescon, sive commutationis casuum in nominibus.

292 *Litoraque Epiri legimus, portuque subimus*
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

Nescit Æneïdographus situs locorum. Nam prius legendum litus Epiri fuit, quam Phæacum sive Corcyræ arces prospiceret. Deinde Buthrotum in Thesprotia est, infra Chaonium portum, qui remotior est ad Aquilonem. Sed Chaoniam prætulit, qui metro commodior. Denique Urbs Buthroti pro *Buthrotum* solœcum est, ortum ex Gallicismo, *la ville de Buthrot*.

319 *Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas?*

Quærit Æneas ab Andromache, an sola ac vidua sit, Hectore mortuo; an Pyrrho nupserit, ut falso appellat, pro Neoptolemo. Atqui sic esse audierat, ut ipse vates immemor dicti refert, versu 295. scilicet Pyrrho nupsisse eam, ac deinde Heleno.

341 *Ecquæ jam puero est amissæ cura parentis?*

Præmonere debuit vates, unde sciret Andromache Creüsam in fuga fuisse amissam; neque cum aliis navem conscendisse: idque non sine magno carminis vitio ab eo prætermissum esse jure existimatur.

343 *Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.*

Hoc loco Servius hæc: *Quidam* avunculus *humiliter heroïco carmine dictum accipiunt*. At non humiliter tantum, sed falso dicitur Ascanii avunculus Hector. Est enim avunculus, frater matris: fuisset autem Hector avito genere ab Ascanio, si foret, quinto gradu disjunctus.

348 *Et multum lacrymas verba inter singula fundit.*

Multum lacrymas fundere, durum, barbarum, vel & solœcum est. Sed maluit scilicet *multum lacrymas* dicere

dicere, quam *multas lacrymas*, ne videretur prosa scribere.

353 *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.*
Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Ea dissolutio diphthongi æ in vocales duas aï, incognita poëtis vere antiquis, Plauto, Virgilio, Horatioque, in scriptis genuinis. Inventum istud est improbæ cohortis, tum ad mentiendam vetustatem, tum ad metrum citius faciliusque explendum.

359 *Trojugena, interpres Divûm, qui numina Phœbi,*
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Quid est, amabo, *sentire sidera*, & *volucrum linguas*, & quæ hic commemorantur cetera? Cognoscis, vel intelligis, voluit dicere: ut verbum dissyllabum poneret, metrum cogebat: posuit hoc loco ineptum. Nam quid ineptius dictu, quam *sentire tripodas, lauros, sidera, volucrumque linguas?*

385 *Ante & Trinacria lentandus remus in unda.*

Factitia vox, *lentandus*, pro, lenta navigatione agitandus: quoniam circumeunda erit Sicilia fere tota, ut dicetur versu 429.

389 *Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam*
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus
Triginta capitum fetus enixa jacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Istius ænigmatis confingendi occasionem vati dedit nummus Antonini. Aug. Pii, qui est in Regia Gaza ex ære maximo, num. 40. ANTONINUS AUG. PIUS P. F. TR. P. COS. III. capite laureato. In parte aversa, sine epigraphe, Imperator paludatus Romano more, nudo capite; (sed ex ara ante Templum Apollinis posita, protendit ei manum Apollo:) virum longe humiliore statura, qui manu lituum Auguralem, in capite pileum Narbonensem gestat, e navigio descendens sinistra ducit: coram procumbit sus cum porcellis sex septemve: retro laurus. Scilicet Antoninus rediens Narbone in Urbem navigio, inducit in Urbem Romam Augurem Narbonensem, ut ibi quoque jus habeat exercendæ aruspicinæ, extorum inspectione in porcis, in Templo Apollinis forte Palatini: Est enim laurus Apollini sacra. Nullus hic Æneas aut Iulus est. Et quam Vaillantius in eo nummo videre se ilicem putavit ab hoc vate deceptus, laurus est. Et templum Apollinis, mœnia esse urbis Albæ, eodem duce, dixit, magno errore certe. Erizzo, pag. 264. nummum Imp. Hadriani depinxit, in quo scrofa aream implet, sed cum porcellis tantum septem, qui quidem appareant: quamvis possint ex situ conjici duodeni, utraque scilicet parte seni. Certe *numerus fecunditatis in suibus*, teste Plinio, libro VIII. sect. LXXVII. est *ad vicenos* dumtaxat: *sed educare tam multos nequeunt.* Et libro XI. sect. XCV. *generosas sues duodenas* aït *habere mammas.* Ænecis certe si ævo Plinii exstitisset, ejusdem is haud dubie utroque hoc loco, vel alterutro saltem, meminisset. Nihil certius esse norunt, qui Plinium norunt.

414 *Hæc loca, vi quondam & vasta convulsa ruinâ*
Dissiluisse ferunt; cum protinus utraque tellus
Una foret.

De freto Siculo loquitur, quo ab Italia Sicilia dividitur: & *protinus*, ut versum expleat, ponit insolenti audacia, pro *statim initio.*

394 *Nec tu mensarum morsus horresce futuros.*

Horresco active positum, metri causa, contra Grammaticæ leges. Verbum neutrum est apud Virgilium, libro III. Georg. versu 199. *Tum segetes direæ, campique natantes Lenibus horrescunt flabris.*

441 *Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,*
Divinosque lacus, & Averna sonantia silvis:

Dici *divinos lacus*, propter vicinum Sibyllæ divinatricis antrum, insulsum est. *Avernus* deinde lacus unus est, non plures. Et quomodo *sonant Averna silvis?* Verba sunt ista sonantia sine sensu. Neque Averna plurali numero substantive dicuntur: sed adjective tantum; ut si freta vel stagna adjicias: quemadmodum Virgilius, libro 2. Georg. versu 164. *Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernis.* Et libro IV. versu 493. *Terque fragor stagnis auditus Avernis.*

452 *Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.*

Inconsulti, pro carentes responso, vel nullo accepto a Sibylla consilio, barbarum & solœcum est; quæsitumque solius metri causâ.

473 *Fieret vento mora ne qua ferenti.*

Vento ferenti, pro vento secundo, dictum est barbare. Nam quid est, *ventus ferens*, nisi forte Gallicismus est?

474 *Quem Phœbi interpres multo compellat honore:*
Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo,
Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis;
Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc accipe velis.

Conjugio superbo, epitheton puerile est. Insulsum præterea. Nam quamvis Æneas Venere prognatus dicitur, non propterea conjux Anchisæ Venus appellatur, aut ab Homero, aut ab eruditis & sanæ mentis hominibus, qui quid sit *Venus Genetrix* norunt. *Ausoniæ tellus*, solœcum est metri causa admissum; tum ob fictum substantivum nomen *Ausonia* pro Italia: tum quod tellus Ausoniæ, ut & apud pseudo-Horatium, *tellus Iberiæ*, pro, tellus Itala vel Ibera, tam imperite dicitur, quam *tellus Galliæ*, pro *tellus Gallica* vel Mavortia. *Arripere terram velis*, pro attingere, vel contingere navibus, dictum est barbare, metri causa.

525 *Tum pater Anchises magnum cratera corona*
Induit, implevitque mero.

Pueriliter scriptum metro cogente, pro *cratera coronavit mero, quo eum implevit.* Nam coronam e floribus, quam crateri circumdarent, undenam in navi haberent? Et quorsum ea, quæ detrahenda statim esset, ut crater hauriretur?

576 *Liquefactaque saxa sub auras*
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Delirat vates, cum metri causa fortassis *liquefacta saxa* dicit, pro *igne percocta* vel *exusta.* Ac si *exæstuat* active sumitur, ut necesse est, ne hemistichium illud inane videatur esse versus complementum, solœcum est.

581 *Et fessum quoties mutat latus, intremere omnem*
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.

At non Trinacria certe, sed mons Ætna solus cælum tunc subtexit fumo.

599 *Per ſidera teſtor,*
Per ſuperos, perque hoc cæli ſpirabile lumen.

Vates inſulſus obteſtatur per ſidera, per ſuperos, aërem. Qualis ea gradatio eſt? & qualis *per ſpirabile lumen* obteſtatio eſt? *Spirabilis aura* quæ ſit, compertum eſt; *Lumen ſpirabile* ecquodnam eſt? Ecquod *hoc* quod manu ſive geſtu oſtendit lumen, cum *nec lucidus æthra ſiderea polus* eſſet, ut proxime ante dixit?

610 *Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus*
Dat juveni.

Haud multa morari, pro non longam adhibere moram, oratio barbara eſt. *Juvenem* deinde appellat, quem *virum* dixit, verſu 591. *immiſſaque barba:* Et *quondam ad Trojam miſſum in armis*, verſu 595.

621 *Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.*

Dictu affabilis, pro eo quod eſt, comis congreſſu, & ſermone affabilis, dictum barbare & ſolœcum eſt.

623 *Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro*
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieque aſperſa natarent
Limina.

Manu magna, inane epitheton, & *manu* pro *manibus*, metri cauſa. *Limina* deinde quomodo *natant ſanguine*, ſi *aſperſa* tantum?

648 *Sonitumque pedum, vocemque tremisco.*

Tremisco, pro *contremisco*, audax ſyncope eſt: verbum ipſum active poſitum, ſolœcum eſt.

677 *Cernimus adſtantes nequicquam lumine torvo*
Ætnæos fratres, cælo capita alta ferentes.

Lusca, ut aïunt, oratio. Incertum enim, an *Cernimus lumine torvo* ſignificet; quod eſt abſurdum: an *adſtantes lumine torvo*, quod Latinum non eſt.

684 *Contra juſſa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim,*
Inter utramque viam, leti diſcrimine parvo,
Ni teneant curſus.

Properans vates hic mancam orationem fecit, omiſſo verbo *fugiendi* aut *vitandi* Scyllam atque Charybdim. Cetera deinde ſic voluit intelligi: *leti diſcrimine parvo, ni curſus teneant viam inter utramque*; hoc eſt, inter Scyllam & Charybdim: quod eſt abſurdum. Nam neque Scylla certe, qui ſcopulus eſt; neque Charybdis, quæ eſt vorago, via eſt.

690 *Talia monſtrabat relegens errata retrorſum*
Litora Achæmenides, comes infelicis Ulyſſei.

Errata, pro *pererrata*, ſolœcum eſt metri cauſa admiſſum. *Retrorſum*, ſimiliter, pro ante tres retro menſes, ut dicitur verſu 645. Denique *comes infelicis Ulyſſei*, hemiſtichium eſt hic frigide repetitum ex verſu 613. ad complendam orationem cum carmine.

707 *Hic Drepani me portus, & illætabilis ora*
Accipit.

Illætabilis, factitia vox & nova, huic ſoli nota, & Æneïdos admiratori Satio.

§. IV.

Expenduntur quædam e libro IV.

14 *Quæ bella exhauſta canebat!*

Bella iſta quæ ſunt, præter pugnam unius horæ nocte ſuprema Trojæ? Niſi forte & cum Harpyis geſtum computat.

20 *Anna, fatebor enim, miſeri poſt fata Sichæi*
Conjugis, & ſparſos fraterna cæde penates.

Quomodo *ſparſi* cæde *penates*, ſi quidem ante aras commiſſa, ut ipſe aït, libro 1. verſu 353? *Fraternam* deinde *cædem* dicere, pro cæde, quam frater meus fecit, meo interfecto marito, audacis eſt vel imperiti vatis: durum enim iſtud, & obſcurum eſt. *Anna* nomen Hebræum eſt. At Tyriis certe nec lingua fuit Hebræa, nec nomina.

34 *Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?*

Manes an ſepulti?

36 *Non Libyæ, non ante Tyro, deſpectus Iarbas,*
Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit: placitone etiam pugnabis amori?

Solœcizat audacter, ratus ſe poſteris ſuaſurum exemplo ſuo id licere. *Libyæ & Tyro*, inquam, pro *in Libya* & *Tyri* ſolœcum eſt: quantumvis Cicero (ſed falſus pariter) *Siciliæ* pro *in Sicilia* ſcripſiſſe ſimiliter feratur. *Iarbas* Gætulus fuiſſe dicitur verſu 326. *Pugnare amori*, pro reſiſtere, vel repugnare, Latine certe non dicitur. Nec ſimile eſt, quod Virgilius habet, Egloga v, 8. *Tibi certet Amyntas.* Et 2. Georg. 99. *Cui non certaverit ulla.*

40 *Hinc Gætulæ urbes, genus inſuperabile bello,*
Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis.
Hinc deſerta ſiti regio, lateque furentes
Barcæi.

Ex his gentibus ſoli Numidæ metuendi Carthaginienſibus fuere. Nam & Gætuli ad occidentem pæne ſunt ultimi in Africa, in Mauretania Cæſarienſi, contermini Maſſæſylis & Mauretaniæ Tingitanæ; teſte Plinio, libro 1. ſect. 1. & libro XXI. ſect. XLV. atque adeo hos inter & Carthaginem Mauretania Cæſarienſis tota & Numidia interceſſit. Ad orientem longe Syrtis major, multo vero magis Barcæi recedunt Ægyptum usque. Sed nec *Gætulæ urbes* aliquæ ulli fuere Geographo cognitæ magis quam in America urbes Iroquæorum.

41 *Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis.*

Fictum audacter adjectivum nomen *infrenus*; huic uni notum, & pſeudo-Columellæ in carmine: at iſte de equis, hic de viris agit.

45 *Diis equidem auſpicibus, reor, & Junone ſecunda,*
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.

Juno ſecunda, aut *ſecundus Juppiter*, pro æquo, favente, propitio, Latinum non eſt, ut res ſecundæ, aut venti ſecundi.

50 *Tu modo poſce deos veniam, ſacrisque litatis*
Indulge hospitio, cauſasque innecte morandi.

Ter uno verſu ſolœcizat: & cum poſcere aliquid aliquem dicit, pro *ab aliquo*: & cum veniam, pro favore vel pace, ut verſu 56. & cum *litare ſacra*, pro rem ſacram facere. Deinde, *indulge hoſpitio*, pro, fa-

facile concede, ut hic iſte diutius hospitetur, obſcuræ brevitatis oratio eſt.

52 *Dum pelago deſævit hiems, & aquoſus Orion,*
Quaſſatæque rates, & non tractabile cælum.

Atqui non hiems, ſed æſtas erat, ex ipſa Didone, libro I. Æneid. 760. *Nam te jam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.* Quomodo ergo non ſecum pugnat Æneïdographus, cum hoc loco dicit, Donec mitescat hiems, dum eſt pluvius Orion, dum ſunt quaſſatæ necdum reparatæ naves, dum aër denique intolerabilis eſt? Omnia tempus præſens & præſentem hiemem denotant.

59 *Junoni ante alias, cui vincla jugalia curæ.*

Vox iſta, *jugalis*, ignota ſcriptoribus genuinis eſt, Plauto, Plinio, Horatio, Virgilioque.

62 *Aut ante ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras,*
Inſtauratque diem donis, pecudumque reclusis
Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.

Spatiatur, pro *vagatur*, ſive *obambulat*, (nam hanc vim ea vox habet, 1. Georg. verſu 389.) haud ſatis aptum hoc loco verbum, nec ſatis videtur religioſum. *Inſtaurare diem donis*, pro inſtaurare munera ſingulis diebus, commutatio inepta caſuum eſt, quam non excuſat metri neceſſitas.

65 *Heu! vatum ignaræ mentes! quid vota furentem,*
Quid delubra juvant? Eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.

Inepte vates in ſua perſona loquitur, quod eſt in epico Carmine vitioſum: cum ſolas oporteat loqui perſonas, quæ in poëmate inducuntur.

84 *Aut gremio Aſcanium, genitoris imagine capta,*
Detinet.

Quomodo *gremio* adoleſcentem ſaltem annorum quindecim? De eo quippe dictum eſt, libro III. verſu 491. *Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.* Idem etiam error eſt, libro I. verſu 722. Quomodo etiam *genitor* Æneas a vate hic dicitur, cum non verus Aſcanius, ſed ſub Aſcanii ſimulata facie Cupido is eſſet, ut dictum eſt libro I. verſu 688. At etiam *noctem non amplius unam* huic dolo Venus popoſcerat a Cupidine. Cur ergo reditum Aſcanii Æneïdographus non ſignificat; cum plures jam a dolo incepto effluxiſſe dies narratio doceat? Sed dolum adhuc perſeveraſſe innuit haud dubie Juno inferius, verſu 92.

92 *Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:*
Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis,
Tuque, puerque tuus.

Quid ſit Juno, Venus, & Cupido, expediri probabiliter non poteſt ullo arcano allegoricove ſenſu. Mera fabula Romanenſis eſt, ut diximus.

115 *Sed fatis incerta feror, ſi Juppiter unam*
Eſſe velit Tyriis urbem, Trojaque profectis.

Si pro *an*, quoniam metri ratio *an* ſcribi vetabat, Gallicismus eſt.

116 *Conſieri poſſit.*

Ficta vox audacter, pro *conſici*, ſic metro cogente.

196 *Protinus ad regem curſus detorquet Iarbam:*
Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.

Aggerare, pro *augere*, fictum audacter, metri cauſa.

210 *Terrificant animos.*

Verbum audacter factum ac recens, ſoli poſt hunc Lucretio uſurpatum.

215 *Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu*
Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur.

Mæonia, hoc eſt, Lydia, pro Phrygia, idem eſt ac ſi Gallicam pro Hiſpanica veſte quis dixerit. *Subnixus* (ſic enim ipſe Servius legit:) pro, ob mentum & capillos unguento madentes ſub mitra poſitos, ſe efferens; dictum eſt perobſcure & inſulſe (quamvis Servio interprete, *ſubnixus* idem valeat, atque *fiducia elatus*. Errant, qui *ſubnexus* hic emendant; cum ſubligari certe circa mentum vel capillos mitra non ſoleat. *Rapto* pro *ſtupro* cur ſcripſerit, non apparet.

220 *Audiit omnipotens, oculosque ad mœnia torſit*
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.

Amantes, ſine regimine poſitum abſolute, Gallicismus eſt, *des amans*. Oratio alias ambigua, cum legi poſſit, *famæ melioris amantes*.

222 *Tum ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat;*
Vade; age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.

Rurſum Deus ex machina, qui exitum inveniat, nodumque ſolvat. Hic *pennæ* dantur Mercurio, ut *remigium alarum*, libro 1. verſu 305. utrobique ridicule.

227 *Non illum nobis genitrix pulcherrima talem*
Promiſit, Graiûmque ideo bis vindicat armis.

Pulcherrima genitrix, ut ſupra *pulcherrima Dido*, verſu 60. epitheton puerile eſt. *Graiûm vindicat armis*, dictum ambigue; pro, ab armis Græcorum Æneam bis liberat: crederis enim æque dici, armis ipſis & ope Græcorum fuiſſe eum vindicatum.

229 *Sed fore, qui gravidam imperiis belloque frementem*
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.

Gravidam fuiſſe *imperiis* Virgilii ætate *Italiam*, quis intelligat? Si *gravem* voluit dicere, neque iſtud planius eſt, & barbare dixit, non Latine, metri cauſa. *Proderet* autem ut ſcriberet, pro *probaret*, verſus citò conficiendus coëgit. At reipſa ſignificat vates, id quod ſua ætate cernebat, Chriſtum in Italia regnaturum, plena ac veluti feta regnis, ſive ditionibus, quæ eſſent diverſis ſubjectæ Principibus: regno ſcilicet Neapolitano, Statu Eccleſiaſtico, Ducatu Mediolanenſi, Mantuano, Veneto, Genuenſi, & aliis: eademque *bellum* aſſidue depoſcente, factionibus Guelforum ac Gibellinorum, quæ ſæculo decimo tertio Italiam quatiebant, circa annum 1228. ac deinceps.

234 *Aſcanióne pater Romanas invidet arces?*

Atqui Aſcanius ipſe ille fictus trecentis ipſis ponitur ante Romam conditam annis.

244 *Dat ſomnos, adimitque.*

Acceptum iſtud quidem eſt ex Homero, ſed prave

intellecto. Neque enim apud Homerum Mercurius, aut qualis hic esse dicitur, Jovis nuncius est, aut quidquid aliud de eo fingit Æneïdographus cum sodalibus. Genius Mercatorum, sive Mercatura est; qui lucro parto somnos dat, adimit dum adhuc est faciendum, ut in Apologia Homeri diximus. Sic apud Horatium, libro 2. sat. 3. versu 68. Mercurius est lucri dator Deus. *Accipe quod numquam reddas mihi, si tibi dicam, Tune insanus eris, si acceperis? an magis excors, Rejecta præda, quam præsens Mercurius fert?* Et apud Plautum, in Sticho, act. III. sc. 1. versu 2. *Neptuno grates habeo & tempestatibus. Simul Mercurio, qui me in mercimoniis Juvit, lucrique quadruplicavit rem meam.* Idem in Pœnulo, act. 1. sc. 2. versu 114. *Damnum, quod Mercurius minime amat.* Et nunciis quidem etiam præesse ab eodem dicitur, in Amphitruonis prologo, versu XI. *Nam vos quidem id jam scitis concessum & datum. Mihi esse ab diis aliis,* NUNCIIS PRÆSIM & LUCRO. *Hæc ut me vultis approbare, amittier,* (forte, *ac nitier:*) LUCRUM *ut perenne vobis semper suppetat; Ita huic faciatis fabulæ silentium.* Sed *nuncii* quibus præest, nihilo magis nuncii deorum sunt, quam *lucrum* hic lucrum deorum est. Nuncii sunt, non quos a Jove Mercurius, sed quos Jovi defert; hoc est, Amor lucri Ordini Nobilissimo Mercatorum, de re bene augenda ex mercimoniis peregre advehendis, de adventu classis auro onustæ vel frumento, aliive similes ad lucrum pertinentes nuncii. Sic Plautus idem intellexit, in Sticho, act. 2. sc. 1. versu 1. *Mercurius, Jovis qui nuncius perhibetur, numquam æque patri Suo nuncium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nunciabo.* Idcirco & litteras, nunciis perscribendis scilicet, inventisse dicitur a Gellio quodam apud Plinium, libro VII. sect. LVII. Nam & litteris commercii pars magna peragitur. Jovis filius Mercurius appellatur, quia Nobilissimus dicitur & est Ordo Mercatorum. Est enim a Jove nobilitas. Fictus pueriliter Æneidographi sodaliumque sine ullo arcano sensu Mercurius est.

244 *Et lumina morte resignat.*

Servius dictum ait, pro *morte claudit.* Turnebus, positum pro eo quod est, in busto aperit: conjectationemque firmat ex Plinio, libro XI. sect. LV. sed contra mentem vatis; qui *resignat* scripsit, pro, in morte iterum signat, sive claudit: quamvis dictum barbare metri causa.

246 *Jamque volans apicem & latera ardua cernit*
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit.

Non hic est ille *Atlas cælifer*, qui *axem humero torquet stellis ardentibus aptum*; sed Mauretaniæ mons, cujus descriptio sequitur puerilis & putida; dum ei caput, humeros, mentum, & barbam adtribuit; eumdemque *durum* satis dure & obscure vocat. Certe ad fabulam Æneïdos prorsus est illa descriptio supervacua & inutilis.

284 *Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris*
Piniferum caput, & vento pulsatur & imbri.

Quomodo ergo cælum vertice fulcit, si est adeo humilis, ut caput & vento pulsetur & imbri.

256 *Haud aliter terras inter cælumque volabat.*
Litus arenosum Libyæ, ventosque secabat.

Quis istud est, secabat litus & ventos, & quidem inter cælum & terras?

265 *Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas.*

Quæ porro fundamenta locat Æneas, cum jam essent *minæ murorum ingentes, cœptæ turres, æquataque machina cælo*, supra, versu 89?

309 *Quin etiam hiberno moliris sidere classem,*
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Vide quæ diximus ad versum 52. Insaniebat sane Æneas, si Aquilone flante Carthaginis portu tentabat exire. Nullus enim magis contrarius ei egressui ventus est. Quomodo deinde dicitur Æneas *moliri classem*, quæ tunc debuit probe munita esse, & fugæ parata?

311 *Quid si arva aliena, domosque*
Ignotas peteres, & Troja antiqua maneret;
Troja per undosum peteretur classibus æquor.

Trojam antiquam cum vates diceret, non ætatem Trojæ vel Æneæ, sed suam haud dubie spectabat. Quid deinde est *æquor undosum?* An caret umquam undis æquor? An *undosum* censuit dici pro procelloso?

318 *Miserere domus labentis, & istam,*
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.

Vox est Didonis ad Æneam abire cupientem. Sed quæ domus Didonis erat; cum sorora sola comite e domo sua & Tyro profugisset?

337 *Pro re pauca loquar: Nec ego hanc abscondere furto*
Speravi, ne finge, fugam; nec conjugis umquam,
Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni.

Ergo pius Æneas stupro tantum voluit commaculare cubile Didonis?

344 *Et recidiva manu posuissem Pergama victis.*

Quid est, *posuissem Pergama recidiva?* An, iterum casura posuissem? Delirat vates.

361 *Italiam non sponte sequor.*

Versum dimidiatum facit, completa ibi sententia: id quod esse absurdum jam monuimus. Et quid est Italiam, Galliamve sequi? Oratio barbara ob metrum adscita. Ut ut est, compertum nunc est, & convenit inter eruditos, in Italiam, post captam Trojam, numquam Æneam pedem intulisse. Nam post captam expilatamque Trojam, Æneam Trojæ imperitasse, & posteros ipsius usque ad sua tempora testatur Homerus, Iliad. υ. versu 306.

Ἤδη γὰρ Πριάμῳ γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων.
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Nam vel hic locus unus, præter ipsum totum Iliados argumentum, demonstrat Æneam, excisa Priami stirpe Troïbus imperasse, non Italis, & posteros ejus usque ad Homeri tempora. Narrabat enim ea quæ cernebat oculis; cum propheta certe neque esset ipse, neque Neptunus, quem id prædicentem induxit. De industria & magna ex arte scripsit Virgilius in Georgicis, libro III. versu 35.

Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis
Nomina, Trosque parens, & Trojæ Cynthius auctor.

Nimirum ut primo Augustum ex Assaraco Æneæ proavo genus ducere, Tithonum vero, ductorem eorum, qui in Italiam venere Troja missi, non ex Assaraco quidem, sed ex Troë Assaraci patre, ortum significaret. Nam si allatos proxime versus cum his conferas qui sequuntur, versu 46.

Mox

Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

Et cum isto iterum, e libro 2. versu 385.

Nec non Ausonii, Troja gens missa, coloni.

Perspicue intelliges, in Italiæ partem, ubi fuere primum Ausones, hoc est, non ubi Roma aut Latium est, sed ubi magna Græcia, venisse Trojanos; nec profugos quidem, sed ante bellum Trojanum missos, duce Tithono, Laomedontis filio: quemadmodum sub idem tempus Tyrrheno Lydorum regis filio duce, coloni in Etruriam ducti sunt, ex illo Tyrrheni appellati. Sententia enim Virgilii hæc est; celebrandum esse versibus suis nomen Cæsaris per tot sæcula, quot a Tithoni proavis atavisque, primi Ausonum ductoris in Italiam, usque ad ipsa Cæsaris tempora effluxerunt. Quorsum enim alioqui fit Tithoni mentio, si non is pertinet ad originem Italæ gentis? Diceret potius, Æneæ prima quot abest ab origine Cæsar.

Eam ob rem meminit etiam Laomedontis Virgilius, libro I. Georg. versu 502. post bellum civile defletum:

Hunc saltem everso juvenem succurrere sæclo
Ne prohibete: satis jam pridem sanguine fuso
Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.

Peccata parentum in posteros vindicari, etiam ethnici crediderunt. Quid autem Laomedontium scelus ad Italos pertinebat, vel ad Romanos, si ab Ænea hi genus trahunt, cujus e majoribus Laomedon non fuit? At id probe intelligitur, cum Tithonus agnoscitur e Troja coloniam in Italiam deduxisse. Nam is Laomedontis filius æque ac Priamus fuit; & ambo Anchisen Æneæ patrem tertio tantum consanguinitatis gradu attingebant. Igitur calamitates Romanas derivavit ibi Virgilius in culpam Trojæ sub Laomedonte Tithoni patre: quo Tithono duce egressi sunt coloni ex urbe Troja, qui Italiam incolerent. Laomedonti murum exstruxerant Neptunus & Apollo, Iliad. ῾. 452. 453. Laomedon pactam mercedem utrique negavit: & cum eo fuere Trojani fœdifragi, Iliad. φ'. 459.

Lucem his haud parvam afferet schema regum Trojanorum cum liberis, ex Homero scriptore perquam accurato, & in genealogiis texendis verace nec fabulatore. Sic ille igitur, Iliad. υ'. versu 215. & seqq.

Dardanus, Jovis filius, hoc est, vir nobilis, & prudentia insigni.
|
Erichthonius.
|
Tros
|
Ilus — Ganymedes — Assaracus
|
Laomedon — Capys
|
Priamus — Tithanus — Lampus — Clytius — Anchises
|
Hicetaon
|
Paris — Hector — Helenus — Cassandra — Æneas
|
Astyanax. — Polydorus — Deïphobus — Polites, &c. Priami filii omnino quinquaginta. Iliad. ω'. 459. Et filiæ duodecim. Iliad. ζ'. 248.

Troja capta est anno ante Christum 1294. Unde consequitur, Dardanum floruisse, ut cum citissime, sub Mosis principatu, qualis ex Hebræo codice & Editione Vulgata agnoscitur. De Ænea Plinius, libro XXXV. sect. XXXV. n. 5. in mentione Parrhasii picturæ; *Laudantur*, inquit, *& Æneas, Castorque ac Pollux in eadem tabula.* Quæ tabula exhibere Æneam cum Anchise & Iulo profecto non potuit.

Servius & Eustathius, ambo ex eadem cohorte, Æneïdographi causæ serviunt; cum Homericos de Ænea versus ad Romanos referunt; & Homerum fingunt vel id ex Orpheo aut ex Sibyllinis oraculis accepisse: quæ tamen utraque carmina constat multo postea esse conficta; vel id spiritu prophetico præsensisse, quo sunt, inquit, afflati poëtæ. Sic fallit & Strabo, libro XIII. ubi hunc Homeri locum ait aliter ab aliis legi; ab iis scilicet, qui credi vellent, & Homerum fuisse prophetam, & in Italiam venisse Æneam, ibique regnasse. At nulli sic libri habent, ut Strabo refert quosdam legisse: Νῦν δέ δή Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει, sed uti nos exhibuimus.

367 *Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*

Sic libro VII. versu 606. *Hyrcanisve Arabisve parant.* Quo jure in *Hyrcanus* secundam Syllabam producat, mihi incompertum est. Nummus certe regis Arsacæ, in quo versus Iambicus est, in Ὑρκανὲς eamdem corripit: & Dionysius etiam Periegetes, versu 699. Ἀνδρασιν Ὑρκανοισιν.

388 *His medium dictis sermonem abrumpit, & auras*
Ægra fugit; seque ex oculis avertit, & aufert.

Auras fugit, pro, abdit se in cubiculum, fugiens apertam lucem; Latinum non est. Etiam in cubiculis vitali vescimur aura. *Avertit & aufert*, synonyma sunt pueriliter congesta.

399 *Et robora silvis Infabricata fuge studio.*

Audacter & nove fictum verbum *infabricata*. Et versus dimidiatur tantum, sensu completo.

402 *At veluti ingentem formicæ farris acervum*
Cum populant.

Pro, *populantur*, solœcum est. Et puerilis comparatio Trajanorum Carthagine exeuntium, cum formicis frumenti cumulum avide deprædantibus.

408 *Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus?*
Quosque dabas gemitus? cum litora fervere late
Prospiceres arce ex summa, totumque videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.

Ridicula in heroïco sive epico carmine apostrophe est, qua vates ipse compellat quemquam, vel interrogat. Et quid est, *misceri clamoribus æquor?* Verba sine sensu: Nempe commutatio casuum hæc est, audacissimo vati familiaris; pro, *tantos clamores miscerí toto æquore.*

415 *Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquat.*

Oratio perobscura, ut metro serviat, *frustra moritura*, pro, sed frustra, siquidem nihilominus moritura.

430 *Exspectat facilemque fugam, ventosque ferentes.*

Ventus ferens, Latinum vix esse puto. Jam supra occurrit, libro III. versu 473.

431 *Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro.*

Conjugium antiquum debuitne dici, quod vix esset bimestre?

435 *Extremam hanc oro veniam. . . .*
Quam mihi cum dederit, cumulatum morte remittam.

Obscura oratio, quam eruditus Interpres difficillimam esse confitetur: cum anceps sit, qua *cumulatam morte* dicat Æneam; an sua, an Æneæ, an sociorum. Plerique codices *cumulatam morte relinquam*; longe obscurius. Nisi sententia sit; non solum ei me afflictam, sed etiam mortuam & absumptam igni relinquam. Sed id ipsum obscure expressum.

441 *Ac veluti annoso validam cum robore quercum*
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & alte
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis: & quantum vertice ad auras.
Ætherias, tantum radice ad tartara tendit.

Comparationes iste ubique adhibet e rure vel mari petitas, sed omnes argumento parum congruentes. Nam quid frondibus terram consternentibus simile reperias in Æneæ lacrymis, de quibus mox dicetur? Quomodo vero possunt Alpini Boreæ inter se certare? Deinde an in scopulis quercus sunt? aut in scopulis agunt radices usque ad tartara? Quercus in plana descendere, hoc est, locis planis gaudere, auctor est Plinius, libro xvi. sect. xxx.

447 *Haud secus assiduis hinc atque hinc fletibus heros*
Tunditur, & magno persentit pectore curas.
Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.

Magno pectore, & tamen flet. *Lacrymæ volvuntur*. Latinum non est, sed dictum metri causa: & ut cum frondibus comparentur, quæ terram consternunt, concusso stipite. Quæ similitudo?

450 *Tum vero infelix fatis conterrita Dido*
Mortem orat; tædet cæli convexa tueri.

Concava certe potius dici oportuit, quam *convexa*. Nam convexa quis videt, ita ut tædeat videre? Metrum coëgit solœcizare.

453 *Vidit thuricremis cum dona imponeret aris.*

Aræ thuricremæ, vox est factitia, soli huic vati nota, & sodali pseudo-Ovidio, Æneïdos laudatori. Et sacerdotem forte melius denotaret thura cremantem, quam aras, in quibus thus crematur.

457 *Præterea fuit in tectis de marmore templum*
Conjugis antiqui.

Ecquando potuit istud condi templum de marmore, cum anno saltem post Trojam captam Dido ponatur a vate venisse Carthaginem? *Conjugis* deinde *antiqui*, pro *prioris*, puerile & metro serviens sapit ingenium.

465 *Terribili monitu horrificant.*

Verbum metri causa factum audacter, neque ab alio usurpatum, præterquam a pseudo-Catullo, a quo dicitur *Horrificans Zephyrus*.

477 *Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.*

Commutatio casuum huic vati familiaris, sed insolens & insana: *spem fronte serenat*, metri causa posuit, pro *frontem spe serenat*: quod ipsum sat est obscurum, nisi subintelligas, ut Interpretes ipsi fatentur, *simulata*.

478 *Inveni germana viam, gratare sorori.*

Versus prosaicus. Et *gratari*, pro *gratulari*, fictum videtur ac novum. Certe non occurrit apud quatuor genuinos Latinitatis scriptores antiquos.

480 *Oceani finem juxta, solemque cadentem,*
Ultimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Oratio haud ullo modo explicabilis. Nam qui primum Æthiopes juxta mare occiduum & Atlantem? Homerus in Odyssea, *ά*. 23. Æthiopas quidem divisit in orientales & occidentales; & utrosque dicit ultimos hominum esse; at non juxta Atlantem. Et quis ille *maximus Atlas*; vel, *torquet? Columnam cæli* vocari ab indigenis montem Atlantem, prodit Herodotus, libro iv. *ή*. 184. eo quod cacumen ejus nubibus semper absconditur: torqueri cælum ab Atlante non dicit. Hominem Christianum hic se, ut passim alibi, vates prodit. *Maximum Atlantem* jam monuimus ad I. Æneid. 474. Deum ipsum immortalem ab eo dici, & ἄτλαντα, hoc est, impatibilem. Hic ab eodem juxta Oceani finem collocatur, quoniam ubique cum sit, singulis vere dicitur locis adesse.

496 *Exuviasque omnes, lectumque jugalem,*
Quo perfidi, superimpones.

Lectusne jugalis ille in spelunca fuit, de qua vates loquitur, versu 165.

500 *Non tamen Anna novis prætexere funera sacris*
Germanam credit; nec tantos mente furores
Concipit, aut graviora timet jam morte Sichæi.
Ergo jussa parat.

Concipit mente furores, contrarium objicit legenti sensum, quam quem locus postulat. Nam de Didone recte diceretur, *Concipit mente furores*. At de Anna hic sermo est, de qua vates audax, ut metro serviret, dixit, *Nec tantos mente furores Concipit*, pro *suspicatur de sorore*. Quam sibi credulos homines fore sperabat iste, qui hanc esse poësim Virgilianam nihilominus crederent.

506 *Intenditque locum sertis; & fronde coronat*
Funerea.

Intendit pro *tendit*, metri causa positum insulse est. Ipsum *tendere*, Gallicismus est, *tendre*, si ponatur absolute, nec addas aulæa, aliudve simile. *Tendere locum*, scilicet parietes loci ubi erat pyra, Gallicismus est, *tendre la sale*: pro Latino *vestire*, vel *instruere*, vel *ornare*.

509 *Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque,*
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ;
Sparserat & latices simulatos fontis Averni.

Qui sunt hi tercentum dii, vel, si lubet, centum dumtaxat! Unde accepit hæc saga Massyla Erebum & Chaos & Hecaten, & tria Dianæ ora, quæ nos Latini vix novimus? Nomine certe ipsa tam fuere eo saltem ævo ignota Carthagine, quam nunc Pekini apud Sinenses. Avernum similiter, qui lacus in Campania est, quis hanc percantatricem docuit? Decuit, si vates saperet, similia potius circa Carthaginem loca notare.

515 *Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,*
Et matri præreptus amor.

Æneïdographus hippomanes hic describit, de quo Plinius disserit, libro viii. sect. lxvi. nec alius certus auctor ante ipsum. Unde igitur didicit saga Massyla *amoris* id esse *venesicium*; ut Plinius loquitur, nisi vate docente, qui Plinium legit?

541 *Nescis heu perdita, necdum*
Laomedonteæ sentis perjuria gentis.

Atqui non fuit Æneas Laomedonteus, ut superius vi-

vidimus. Deinde *ſentis* & *gentis*, cacophonia eſt. Denique *ſentire aliquid*, pro *noſſe aliquid*, an Latine dicitur?

554 *Æneas celſa in puppi, jam certus eundi.*

Certus eundi non eſt oratio Latina vel congrua: ſed, quantum ad ſyntaxim attinet, Gallicismus eſt; *ſûr, ou reſolu de s'en aller.*

562 *Demens: nec Zephyros audis ſpirare ſecundos?*

Prorſus ſitus ventorum iſte neſcivit: adeo miſcet omnes ubique. Ut Carthagine ſolveret Æneas, iturus in Italiam, non Zephyro ei, ſed Euro & Auſtro opus fuit.

565 *Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas?*

Dictum utrumque, & *præceps*, & *præcipitare*, prorſus inepte, metri cauſa, pro *feſtinus* & *feſtinare*, vel potius *feſtinandi.*

579 *Dixit: vaginaque eripit enſem*
Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula ferro.

Fulmineum enſi datum inepte, hoc præſertim loco. Quin etiam Latinumne ſit, ambigo. *Fulminantem* dixere genuini ſcriptores, numquam *fulmineum.*

583 *Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.*

Cærula dictum ſubſtantive, pro mari, audacter & ſine exemplo. *Cærula* quin etiam adjective pro *cærulea*, ſoli habent poëtæ ſuppoſititii. Denique *cærula verrunt*, & *mare verrunt*, humilis metaphora eſt.

594 *Ferte citi flammam, date vela, impellite remos.*

Nec *dare vela*, niſi *ventis* addas, Latinum eſt: nec *impellite remos*, pro *agitate:* ſed utrumque metri neceſſitas extorſit.

609 *Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,*
Et Diræ ultrices, & dii morientis Eliſæ.

Unde Hecates nomen Didoni Tyriæ notum? unde & Latinum nomen Dirarum? Tam hæc nomina Didoni, ſi fuit, oportuit eſſe nota, quam Americana. Cur nullum autem numen Phœnicium invocat?

610 *Et dii morientis Eliſæ,*
Accipite hæc, meritumque malis advertite Numen.

Qui ſunt *dii morientis?* Et *advertite numen*, quis credat dici poſſe, pro, poteſtatem exercete, qualem promeruere mali?

612 *Et noſtras audite preces. Si tangere portus*
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt;
Et ſic fata Jovis poſcunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu avulſus Iüli,
Auxilium imploret, videatque indigna ſuorum
Funera: nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.
Hæc precor, hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.

Hic valde laborant Interpretes, ut oſtendant quem exitum habuerit hæc imprecatio: ſed labore irrito; cum vota ſint inania furentis feminæ. Ad elocutionem quod attinet; *ſi tangere portus*, humilis oratio & coacta eſt; pro, ſi ad portus naves appellere. *Hic terminus hæret*, inanis vocum ſtrepitus eſt ſine ſenſu; *galimathias:* metri cauſa finiendi poſitus. *Media arena inhumatus*, ſenſu caret: nam quid *media arena* eſt.

622 *Tum vos, o Tyrii, ſtirpem & genus omne futurum*
Exercete odiis, cinerique hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.

Non hic Punica bella prædicit, Romanos inter & Carthaginenſes, ut vulgo creditur; nam inter hos bina ſaltem fuere pacta fœdera. Sed Tyrii hoc loco Turcæ ſunt, qui ſæculo decimo tertio Tyro potiebantur. His nulla ſunt umquam cum Romanis in Latio poſitis, vel ſummi Pontificis dominio ſubjectis, ſancita pacis fœdera.

625 *Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor.*

Quomodo *ex oſſibus*, cum proxime dixerit, *Cineri hæc mittite noſtro?*

627 *Nunc, olim, quocumque dabunt ſe tempore vires,*
Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis; pugnent ipſique nepotes.

Significat odium Mahumetanorum adverſus Chriſtianos, Algerianorum, Tunetanorum, Tripolitarum.

635 *Et pecudes ſecum, & monſtrata piacula ducat.*

Monſtrata nimirum, verſu 513. 514. & 515. At *piacula* non ibi monſtrantur, hoc eſt, ſacrificia; ſed res indicantur ad incantationem aptæ.

640 *Dardaniique rogum capitis permittite flammæ.*

Rogus Dardanii capitis, pro rogo, cui impoſita effigies eſt capitis Dardanii, dictum obſcure, & metri cauſa, cui ea brevitas utilis.

693 *Tum Juno omnipotens, longum miſerata dolorem,*
Difficilesque obitus, Irin demiſit Olympo.

Cur Iridi, hoc eſt, Arcui cæleſti, hæ partes tribuantur, expediri omnino non poteſt. Mera fabula Romanenſis eſt, in qua abſque ulla allegoria pro arbitrio perſonas fingit vates, & ſua ſingulis quæ vult munia partitur & nomina.

V.

E libro quinto Æneïdos nonnulla expenduntur.

1 *Interea medium Æneas jam claſſe tenebat*
Certus iter, fluctusque atros Aquilone ſecabat.

Aquilone, immo Auſtro potius, qui eſt Aquiloni oppoſitus, ad iter Italicum ſolus oportunus Carthagine ſolventibus.

5 *Duri magno ſed amore dolores*
Polluto, notumque, furens quid femina poſſit.

Quis credat hunc eſſe hujus orationis ſenſum: ſed notum erat Æneæ; quid poſſint acerbi dolores, ob læſum contemptumque magnum amorem, & quid femina furens poſſit. *Duri dolores*, pro *acerbi: amor pollutus*, pro *læſus:* & *notumque*, pro *notum*, & *quid poſſit:* quod poſtremum mutatum in *notumque*, ſolius metri cito conficiendi cauſa apparet, & orationem obſcurare.

10 *Olli cæruleus ſupra caput adſtitit imber,*
Noctem hiememque ferens; & inhorruit unda tenebris.

Quo ſenſu *imber* dici *cæruleus* poteſt, & ſimul quidem *noctem ferens? Adſtitit imber ſupra caput*, pro *capiti incubuit*, dictum certe inepte eſt. Ut & *inhorruit*, pro *horrorem incuſſit*, vel *facta eſt horrida*, ſolœcum eſt. Aliter Virgilius eo verbo eſt uſus, 1. Georg. verſu 314. *Spicea jam campis cum meſſis inhorruit*, hoc eſt, intremiſcit, ut Servius ait.

13 *Heu*

13 *Hou quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?*

Quianam particulam esse antiquitatis causa affectatam vere ait Quintilianus, si quidem intelligat, antiquitatis mentiendæ causa.

16 *Obliquatque sinus in ventum,*

Sinus pro *vela*, dictum improprie, obscure, & audacter.

24 *Nec litora longe*
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos.

Fida & *fraterna*, geminum sine conjunctione epitheton, vitium sermonis est.

32 *Petunt portus, & vela secundi*
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite classis:

Zephyri secundi, qui versu 19. *vespere ab atro Consurgunt venti. Ferri classem gurgite*, pro *mari provehi*, adeo aures offendit, ut excusari metri necessitate non possit. Nam gurges si in mari sit, navi cuilibet metuendus, nec classis ferendæ est capax.

36 *Occurrit Acestes*
Horridus in jaculis & pelle Libystidis ursæ.

At ursos, teste Plinio, libro VIII. sect. LXXXIII. nullos habet Africa. *Horridus in jaculis*, Latinum non est; pro *ob jacula*, quod versus non ferebat. *Libystis* pro *Libyca*, ficta vox est, ut versus compleretur, nec visa alibi.

45 *Dardanidæ magni, genus alto a sanguine divûm.*

Sæpe monuimus, Trojanos non potuisse dici Dardanidas, sicut nec Galli possunt dici Borbonidæ. Sed multo magis imperite dicuntur *a sanguine divûm*. Nam quis ille divûm sanguis est, ex quo gens una tota dici orta possit? Numquid Jovi sanguis mortalis est?

46 *Annuus exactis completur mensibus orbis,*
Ex quo reliquias divinique ossa parentis
Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras.
58 *Ergo agite, & lætum cuncti celebremus honorem.*
Urbe velit posita templis sibi ferre DICATIS.

Anniversaria sacra peragi apud Christianos solita in festis sanctorum, & in templis eorum honori dicatis, Æneidographus respicit. Nullum hujus moris apud ethnicos, Græcos Romanosve, vestigium est.

51 *Hunc ego Gætulis agerem si Syrtibus exsul.*

Ignarus terrarum situs & marium Æneïdographus fuit. Nullæ sunt Syrtes Gætulæ, nec possunt esse. *Syrtes* sinus maris importuosi sunt, citra & ultra Tripolim Africæ. Gætulia regio mediterranea, Mauretaniæ Cæsariensis, in confinio Tingitanæ. Itaque Gætulæ Syrtes æque imperite dicuntur, quam si dixeris; Caletense fretum in Arvernia. *Gætulæ Syrtes* iterum occurrunt versu 192. *Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus usi.*

105 *Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.*

At libro X. versu 189. *Namque ferunt luctu cycnum Phaëthontis amati*, &c. In hoc posteriore versu Phaëthon ipse Phaëthon est: at in priore, aut Phaëthon pro Sole ponitur: neque istud quidem recte; cum apud Homerum non Solis nomen, sed epitheton sit, αἴθων Φαέθων: aut si pro ipso Phaëthonte ponitur, falsum est: Neque enim equi sunt Phaëthontis, sed Solis.

111 *Et palmæ, pretium victoribus.*

Pretium, insulse, pro *præmio* positum metri causa.

117 *Mnestheus mox Italus, genus a quo nomine Memmi.*

Quasi vero ex Mnestheo fieri potuerit Memmius.

118 *Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram,*
Urbis opus.

Quis vero existimet, qui quidem Latine intelligat, navem appellari *Urbis opus*, ut sit sententia, molem esse grandem instar urbis?

119 *Urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu*
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.

Vere chimæram, hoc est, commentitiam navem describit; in qua pubis versus, sive remigum ordines fuerint tres, alii aliis superpositi. Fieri enim omnino non potest, ut vel geminus ordo remigum sic positus usui esse navi impellendæ possit. Fefellit vatem, quod apud Plinium legit, libro VII. sect. LVII. sed prave intellexit; fuisse naves olim sex ordinum, & plurium deinceps usque ad quadraginta. Vide quæ ad eum Plinii locum de eo argumento diximus in Editione secunda.

136 *Considunt transtris, intentaque brachia remis*
Intenti exspectant signum: exsultantiaque haurit
Corda pavor pulsans

Intentaque brachia positum absolute, pro intentisque ad remos brachiis, solœcum est audacissimum. Illud deinde, *exsultantiâque haurit Corda pavor pulsans*, acceptum est III. Georg. versu 105. ut utrumque opus existimetur esse unius opificis.

142 *Insindunt pariter sulcos, totumque dehiscit*
Convulsum remis rostrisque stridentibus æquor.

Atqui in verbo *stridere* prima syllaba producitur; ut in sexto Æneïdos, versu 573. qui liber est alterius artificis. Emplastrum hic frigidum tentant apponere, qui contra omnium librorum fidem *tridentibus* legunt. Quid enim sunt *rostra tridentia*? Num & Latine *tridentia* dicimus? Quod si trifida rostra fuere ad hostiles naves in incursu feriendas, trifidum illud acumen usui non fuit, ut mare convulsum dehisceret. Hoc efficiebat pars ima rostri dumtaxat, non illa superior, & extra aquam exstans.

149 *Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant*
Litora:

Audax profecto, nec tironibus ipsis ignoscenda commutatio ea casuum est; pro *vocem inclusam*, dici *inclusa litora*, sola metri citius absolvendi causa.

151 *Effugit ante alios, primusque elabitur undis*
Turbam inter fremitumque Gyas.

Elabitur undis, pro *elabitur per undas*, dictum est obscure & barbare, metri causa. Nam proprie *elabi undis* elabi & evadere ex undis est.

198 *Vastis tremit ictibus ærea puppis;*
Subtrahiturque solum.

Æream

Æream puppim pro *ærata* coëgit verſus imperite ſcribere: ut & *ſolum* pro unda maris, quæ navi ſubſternitur.

281 *Vela facit tamen.*

Merus Gallicismus: *Il fait voile.* At Latine *vela texere* eſt.

289 *Circus erat, quo ſe multis cum millibus heros*
Conſeſſu medium tulit, exſtructoque reſedit.

Exſtructo conſeſſu, inquit Servius; inficete, opinor. Exſtructo ſuggeſto intelligi voluiſſe vates videtur, & obscure de more locutus.

294 *Niſus & Euryalus primi.*

Accepta ex Homero nomina, ſed nomina tantum: hos enim oportet eſſe longe diverſos ab Homericis. Quin etiam apud Homerum nomina Græca ſunt, quæ ſtulte Æneïdographus tranſtulit ad Trojanos. Sua ſunt cuique genti propria nomina. Perinde iſtud eſt, ac ſi quis in poëmate Gallos juvenes duos Sancium & Ferdinandum vocaret, quæ ſunt Hispanica nomina.

297 *Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.*

Diores, acceptum pariter nomen eſt ex Homero, ſed viri ad Trojam interfecti nomen eſt, Iliad. ϑ'. Regius ex Priami ſtirpe Diores ignotus Homero fuit.

306 *Gnoſia bina dabo levato lucida ferro*
Spicula.

Levato, nitido, inquit Servius. Ficta vox audacter, pro levigato, metri cauſa: quamvis & ea Celſus uti dicitur.

324 *Ecce volat, calcemque ferit jam calce Diores,*
Incumbens humero.

Fieri omnino non poteſt, ut calcem præcurrentis inſequens calce terat: niſi forte calcem iſte dixerit pro calcis veſtigio: quod Latini ſermonis ratio non fert.

331 *Hic juvenis, jam victor ovans, veſtigia preſſo*
Haud tenuit titubata ſolo.

Titubata, ſolœcum eſt grave, metri cauſa admiſſum, pro *titubans*, vel *titubantia:* cum verbum ſit neutrum, participium paſſivum eſſe non poteſt, ſed imperſonale dumtaxat, *titubatum eſt*, ut *ventum eſt.* Nemo ſcriptor alius tali participio paſſivo eſt uſus.

344 *Gratior, & pulcro veniens in corpore virtus.*

Quid eſt, *veniens in corpore virtus?* Creſcens, inquit Servius. At quo teſte, quove probo exemplo? Et quid eſt ipſa *creſcens virtus in corpore?*

371 *Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,*
Victorem Buten immani corpore, qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulva moribundum extendit arena.

Occubare tumulo, pro *jacere in tumulo*, nove fictum verbum, metri cauſa; quanquam & ab aliis poſtea adſcitum. *Veniens* pariter metri ſolius cauſa, pro *venire*, idque ipſum pro *eriundum eſſe*, ſolœcum eſt: & forte Gallicismus antiquus, *Il vient de cette maiſon là.*

380 *Ergo alacris, cunctosque putans excedere palma,*
Viribus potius; nam cur *palma* ante pugnam!

395 *Sed enim gelidus tardante ſenecta*
Sanguis hebet.

Hebet non habent genuini ſcriptores ulli: primus hoc verbum iſte videtur finxiſſe metri cauſa.

419 *Erycis tibi terga remitto.*

Terga Erycis, pro corio bovis, quo utebatur cæſtu Eryx, an vel Latine dictum, vel a ſobrio?

422 *Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertosque*
Exuit.

Artus membrorum tam dicitur inſulſe, quam membra artuum. Si artus a membris differunt, exui, hoc eſt, nudari certe non poſſunt artus, ſed membra tantum. Denique *exuimus* ſane veſtes: at neque membra, neque artus, neque oſſa certe, lacertosve exuimus. Sic de arboribus Virgilius, 1. Georg. verſu 51. *Exuerint ſilveſtrem animum.* Barbara alia quælibet eſt, quæ exuendi verbo ſignificatio tribuitur: atque hic metri cauſa, pro *nudat*, ſcripſit imperite & barbare Æneïdographus, *exuit.*

426 *Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterque*
Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras.

Dictum abſurde *in digitos*, metri cauſa, pro *in pedes*, vel *in digitos pedum. Interritus* apud genuinos ſcriptores non occurrit. Et *auræ ſuperæ*, ut de aëre dicatur, quem manus ſublimes poſſunt attingere, Latinitas non fert.

437 *Stat gravis Entellus, niſuque immotus eodem,*
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Tela pro cæſtibus dici ratio non patitur: nec *tela exire*, pro eludere, ſeu evitare, leges Grammaticæ ſinunt: quamvis idem iterum, xi. Æneid. 710. *Vim viribus exit.*

457 *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.*

Ille, inane verſus complementum.

463 *Feſſumque Dareta Eripuit.*

Daretis & *Dareta* dicit iſte ſæpius metro ſerviens. At apud Homerum eſt Δαρῆος, Δαρῆϑ'. Et iſte ſibi non conſtans Daren ſemel dixit, verſu 456.

469 *Jactantemque utroque caput.*

Pro *utrimque*, nove audacterque fictum.

480 *Effractoque illiſit in oſſa cerebro.*

Commutatio caſuum, non ignoſcenda tironi, metri cauſa inducta: pro, effractisque oſſibus illiſit in cerebrum.

488 *Et volucrem trajecto in ſune columbam*
Quo tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto.

Quæſitum haud abſone, ſanusne ac ſobrius vates eſſet, qui avem Veneri ſacram, Venere genitum, ut aïunt, Æneam, ſagittantium telis expoſuiſſe ſcribat. Sed nimirum avem ille ſelegit, quæ cum voce *ſune*, verſum aptius citiusque clauderet, *in ſune columbam.*

507 *Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu*

Alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.

Avem potius debuit petere. *Tetendit*, pro *intendit*, metri causa, absone. At stulte istud oculis teloque verbum accommodatur. Non *intendi* sagitta dicitur, oculusve, sed dirigi.

509 *Ast ipsam miserandus avem contingere ferro*
Non valuit: nodos & vincula linea rupit;
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.

At *nodos* certe *rumpere* sagitta non potuit, sed linum solummodo, inter malum & avem.

516 *Plaudentem, nigra figit sub nube columbam:*
Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris
Aeriis.

Quid est, *vitam in astris relinquere*? Et quæ sunt astra in aëre?

519 *Amissa solus palma superabat Acestes.*

Pro *restabat*; de rebus Latine dicitur, non de personis.

524 *Seraque terrifici cecinerunt omina vates.*

Terrifici, solis nota poëtis sequioris ævi vox.

545 *At pater Æneas, nondum certamine misso,*
Custodem ad sese comitemque impubis Iuli:

Tamen jam annorum saltem sedecim.

565 *Quem Thracius albis*
Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis.

Commutatio casuum perabsurda: pro, primores pedes albi sunt, qui vestigia figunt.

567 *Alter Atys, genus unde Atyi duxere Latini.*

Atys, acceptum nomen est ex Herodoto. Qui vero sint Atyi Latini, nescio. Gens Romana fuit Atia, ex qua in nummis M. Atius Balbus.

591 *Falleret indeprensus & irremeabilis error.*

Nova audacter ficta vocabula a properante poëta.

592 *Haud aliter Teucrûm nati.*

Pro, Trojanorum filii, Latinum non est. Sic iste, 2. Æneid. 527. *Unus natorum Priami*, prave.

613 *At procul in sola secretæ Troades acta*
Amissum Anchisen flebant.

Post annum ab illius excessu scilicet, dum viri luderent, flebant feminæ. *Acta* vox Græca, quæsita metri causa, ἀκτὴ, pro litore, sat ridicule: quamvis pseudo-Tullius ea quoque usus dicatur, ut Æneïdographum scilicet absolveret.

621. *Cui genus, & quondam nomen natique fuissent.*

Genus absolute positum, pro nobilitate, seu nobili genere, Latinum non est. Et *fuissent*, pro *fuerant*, metri causa, barbarum est.

626 *Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas.*

Oportet mendacem esse memoren. Ex ipsis istius verbis, libro 1. versu 759. aperte colligitur, hanc esse æstatem octavam. Ex quo sic concludit Servius: *Ergo constat, quæstionem hanc unam esse de insolubilibus: quas non dubium est emendaturum esse Virgilium.*

627 *Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa,*
Sideraque emensæ ferimur.

Quid est, *emetiri sidera?* aut quæ nova sidera visa sunt eis, Ægæo & mediterraneo mari ex parte tantum enavigato?

628 *Dum per mare magnum*
Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.
Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes.

Quid est, *Italiam* Galliamve *sequimur*, pro *quærimus*, nisi verbum sine sensu, metri causa positum? Nec *fines* deinde Erycis, nec *fines fraterni*, Latine dicuntur, pro *fines* regnorum fratris Erycis. Regna fraterna dicimus; at non propterea *fines fraternos*.

631 *Quis probibet muros jacere, & dare civibus urbem?*

Muros jacere, pro *fundare*, dictum imperite, metri causa. Et est manca oratio, omisso Æneæ nomine. Dici enim oportuit, *Quid prohibet Æneam muros struere?*

634 *Hectoreos amnes, Xanthum & Simoënta videbo?*

Hectorei satis levi causa dicuntur amnes, si propterea sic appellantur, quia haud longe ab illis cum Achille pugnavit Hector. Pari jure eosdem nuncupaveris Achilleos. Solius metri causa adjectum epitheton est.

638 *Hic domus est, inquit, vobis, jam tempus agit res:*

Jam tempus agit res, pro Tempus favet his rebus componendis, obscure dictum est, & ex ingenio audaci, numeris dumtaxat serviente, spreto bono sensu, neglectis Grammaticæ legibus.

639 *En quatuor aræ Neptuno.*

Hic quærunt Interpretes, a quo hæ fuerint aræ positæ, nec inveniunt.

645 *Pyrgo, tot Priami natorum regia conjux.*

Pyrgo, fictum nomen esse a poëta fatentur Interpretes, ut alia sunt plurima. *Nati Priami* Latine non dici, jam monuimus.

660 *Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem.*

Foci penetrales, foci sunt domestici, quo tunc feminæ certe accurrere, & inde titiones afferre non potuere. Sic Virgilius intellexit, libro 1. Georg. versu 29. cum dixit, *Tectis penetralibus.* Nam *aræ penetrales*, sive *intimæ*, dici nullo bono sensu possunt.

663 *Transtra per & remos & pictas abiete puppes.*

Pro, & pictas factasque ex abiete puppes; perplexe & barbare.

667 *Primus & Ascanius, cursus ut lætus equestres*
Ducebat, sic acer equo turbata petivit
Castra; nec exanimes possunt retinere magistri.

Quæ castra? Classem debuit dicere; sed versus vetabat. *Castra, id est, classem*, inquit Servius, magistrum

giſtrum ſuum excuſans, inepte. *Exanimes*, ſive magiſtri dicantur, ſive juvenes, dictum eſt metri causa, nullo bono ſenſu.

685 *Tum pius Æneas humeris abſcindere veſtem.*

Acceptum id ex ſacris litteris, ubi in luctu vel indignatione ſcidiſſe produntur Judæi veſtimenta ſua.

690 *Nunc, pater, & tenues Teucrûm res eripe leto.*

Leto, pro exitio, metri cauſa. Nam res publicæ non ſunt leto obnoxiæ, ſed exitio.

701 *Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas*
Mutabat.

Quid eſt, *mutare curas nunc huc, nunc illuc?* Metrum ita poſcebat, pro *agitabat*: non ratio, non ſermo Latinus.

708 *Isque his Æneam ſolatus vocibus infit.*

Hoc eſt, *incipit*: ac proinde ſcribi *ſolari* oportuit. Vox eſt Plautina; ſed ævo Horatii Virgiliique obſoleta.

729 *Lectos juvenes, fortiſſima corda,*
Defer in Italiam: gens dura atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio eſt.

Fortiſſima corda, non eſt Latinum. *Deferre corda in Italiam*, non eſt oratio congrua. *Gens aspera cultu*, pro *gens asperis moribus*, vatis eſt metro ſervientis, nec de bono ſenſu ſolliciti: ut & *Latio* cum dicit, pro *in Latio*, ſyntaxim ſpernit.

733 *Congreſſus pete, nate, meos. Non me impia namque*
Tartara habent triſtesque umbræ, ſed amœna piorum
Concilia, Elyſiumque colo.

Elyſium fictum loci apud inferos nomen, ex Elyſiis campis, quos Virgilius commemorat, 1. Georg. 38.

742 *Æneas, quo deinde ruis? quo proripis? inquit.*

Pro, *Æneas deinde, quo ruis? inquit: quo te proripis?* vix tironi in poëtica ignoſcendi errores.

759 *Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes*
Fundatur Veneri Idaliæ.

Dedit occaſionem fingendi templi Veneris Erycinæ, nummus antiquus inſcriptus, C. CONSIDI NONNIANI, cum templo in colle, & voce ERUC. ſed ridicule intellectus, ut oſtendimus in Numismatibus Collectaneis, tit CLXIV.

785 *Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis*
Urbem odiis ſatis eſt, pœnam traxiſſe per omnem
Relliquias; Trojæ cineres atque oſſa peremptæ
Inſequitur: cauſas tanti ſciat illa furoris.

At neque fuit in Phrygia Troja, ſed in Troade: neque ſunt Latina quæ ſequuntur: *Urbem exediſſe*, pro *perdidiſſe: relliquias* urbis: *oſſa urbis*; *urbs perempta*, pro *everſa: ſciat* denique, pro *viderit*. Totidem hæc ſolœca ſunt, tam bono ſenſui, quam Latino ſermoni contraria; metri cauſa tantum admiſſa.

808 *Pelidæ tunc ego forti*
Congreſſum Æneam, nec diis nec viribus æquis,
Nube cava eripui.

Non ita: ſed offuſa Achilli caligine, ſubductoque per Trojanorum cuneos in extremum Ænea, ut refert Homerus ingenioſe, Iliad. υ. 325. Non eſt Neptuno poteſtas in nubes: & fabula propterea nubis cavæ, cum de Neptuno eſt ſermo, ſale & ſenſu caret.

828 *Jubet ocyus omnes.*
Attolli malos, intendi brachia velis.

Antennas appellat *brachia velorum*: at intendi antennæ non poſſunt. Commutatio caſuum hic eſt, familiaris huic audaciſſimo vati, ut metrum cito conficiat, cum aliter non poteſt. Dixit ergo inſulſe & barbare, *intendi brachia velis*; pro, *intendi brachiis*, ſive *antennis vela*.

838 *Cum levis æthereis delapſus Somnus ab aſtris,*
Aëra dimovit tenebroſum, & dispulit umbras.

Vates ipſe vigilans ſomniat. Quid enim? An Somnus inter aſtra? Noctemne dispellit, & tenebras, & umbras?

Verſus qui peculiarem Claudiano ſtilum referant, in hoc uno libro quinto, plures ſunt, opinor, quam in quatuor ſuperioribus. Vatis, ut ſuſpicamur, alterius hæc ſunt, ab eo qui libros quatuor priores conſcripſit: quanquam concordibus animis, communicatisque ſubinde laboribus, partitum inter ſe opus integrum confecere, ex Gallico ſibi propoſito argumento.

§. VI.

Quædam expenduntur e libro ſexto Æneïdos.

1 *Sic fatur lacrymans, claſſique immittit habenas.*

METaphora inſolens, ſolius metri cauſa nove excogitata: *il laſche la bride à la flote.*

3 *Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci*
Ancora fundabat naves, & litora curvæ
Prætexunt puppes.

Fundabat, pro, *fundo affigebat*, dictum barbare, metro cogente. Sic & præteritum *fundabat* pro præſenti, ut connexæ ſententiæ poſtulant.

14 *Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoïa regna,*
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,
Chalcidicaque levis tandem ſuperadſtitit arce.
Redditus his primum terris tibi, Phœbe, ſacravit
Remigium alarum.

Enavit, pro *evolavit*; ut & *remigium alarum*, audax nimirum tranſlatio eſt. *Nager en l'air, avec la rame de ſes ailes.* Hoc ut excuſet Quintilianus, libro VIII. cap. VI. Virgilium dicit, ut nunc *in Dædalo*, ſic etiam *in apibus ſpecioſiſſime uſum eſſe* hac metaphora. Mentitur. Nusquam Virgilius ſic eſt locutus. Deinde Italia, ubi ſunt Cumæ Chalcidenſes, ad occidentem Cretæ jacet, non *ad Arctos*, nedum ad *gelidas*.

24 *Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto*
Paſiphaë, miſtumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.

De Paſiphaë hoc tantum habet Virgilius, Eglogæ VI. verſu 47. *Et fortunatam, ſi numquam armenta fuiſſent,*

ſent, Paſiphaën, nivei ſolatur amore juvenci. Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit? Et verſu 52. *Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras*, &c. Inde acceptum ab Æneïdographo Paſiphaës nomen eſt, & amor juvenci. Verum ibi puella eſt ruſticana, innupta, quæ Virgilii ætate nefandum juvenci concubitum quæſivit: iſthic Minoïs conjux & mater Androgeo fuiſſe fingitur, & monſtri biformis: ut vocem illam *minotaurus* ex eo factam eſſe ſuadeat. Plinius quidem, libro x. ſect. v. inter militaria ſigna ponit, *lupos, minotauros, equos, aprosque.* Verum ipſe nominis illius ſitus admonet, opinor, non alios ibi minotauros eſſe, quam tauros minores, ſed veras taurorum, ut luporum, equorumque, & aprorum effigies.

33 *Quin protinus omnia*
Perlegerent oculis; ni jam præmiſſus Achates
Afforet, atque una Phœbi Triviæque ſacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia Regi.

Jamne rex Æneas? Sic metrum ſcribi juſſit, non ratio. Si deinde nomen iſtius ſacerdotis *Deiphobe Glauci* fuit, Sibylla igitur non fuit. *Sibylla* enim non appellativum nomen eſt, ut vulgo fabulis creditur; ſed proprium, ut Fauſta, Fauſtina, Helena, Genovefa: nam id ex Plinio liquet.

45 *Poſcere fata Tempus ait: Deus, ecce Deus.*

Ex Chriſtiano more & ore *Deus* eſt, ſic abſolute poſito eo nomine: & illa vox multo magis, *Deus, ecce Deus* adeſt.

52 *Ceſſas in vota, precesque,*
Tros, ait, Ænea? ceſſas? neque enim ante debiſcent
Attonitæ magna ora domus.

Ceſſare in vota, pro *vota differre*, metri cauſa poſitum barbare & obſcure eſt. *Tros*, ſolœcum hic eſt: eſt enim illud viri, non gentis nomen. *Debiſcent*, pro *aperientur*, & *ora* pro *oſtia domus*, dictum pari, hoc eſt, inſigni licentia, metri cauſa. *Attonitæ*, epithetum eſt nullius ſenſus, complendo tantum verſui utile.

55 *Fuditque preces Rex pectore ab imo.*

Rex iterum ecce Æneas. Etiamnum libro I. ſic eſt appellatus.

58 *Magnas obeuntia terras*
Tot maria intravi duce te, penitusque repoſtas
Maſſylûm gentes

Magnas terras, epitheton frigidum: *magna maria* voluit dicere, ſed metrum prohibuit. *Maſſylûm gentes penitus repoſtas* videre non potuit, qui vix oram intravit Africæ.

64 *Diique deæque omnes, quibus obſtitit Ilium, & ingens*
Gloria Dardanidûm.

Quibus obſtitit, pro, *quos offendit*, dictum imperite & barbare, immo σολοικῶς, metri cauſa.

68 *Errantesque deos, agitataque numina Trojæ.*

Agitata, pro *mari jactata*, dictum obſcure & prave, metri cauſa.

72 *Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata*
Dicta meæ genti ponam, lectosque ſacrabo,
Alma, viros.

Sibyllinos libros ſignificat Romæ magna cura ſervandos, qui nempe eo nomine etiamnum circumferuntur. Quæ fabula impiæ cohortis ſcriptores auctores habet. *Viros*, pro, *librorum tuorum cuſtodes*, dictum contracte & obſcure.

147 *Nec duro poteris convellere ferro.*

Duro, epitheton inane. Etiamne *ferro convellitur* ramus ex arbore?

166 *Hectoris hic magni fuerat comes.*

At Miſenum Homerus non novit. Fictum ab Æneïdographo viri nomen eſt ex oppido nomine in Campania.

228 *Oſſaque lecta cado texit Corinæus aheno.*

Fictum viri nomen eſt ex Corinæi oppidi nomine.

239 *Quam ſuper haud ullæ poterunt impune volantes*
Tendere iter pennis.

Ullæ volantes, pro *ullæ volucres*, barbare dictum, metri cauſa.

286 *Centauri in foribus ſtabulant, ſcyllæque biformes,*
. . . . . ac bellua Lernæ,
. . . . . flammisque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæque.

At hujusmodi monſtris, Gorgonibus præſertim, Harpyisque, & Centauris, locus apud inferos dari non debuit. Figmentum iſtud vatis ingenio indulgentis eſt, ac ſupra leges fingendi poëtis conceſſas evagantis.

299 *Terribili ſqualore Charon.*

Ignota vox ſcriptoribus genuinis, Homero, Herodoto, Plauto, Virgilio, Horatio, Plinioque.

366 *Portusque require Velinos.*

Atqui non debuit Palinurus portus commemorare Velinos, cum nulladum eſſet ea ætate Velia, ut alii jam adnotarunt. Cetero tamen liber hic ſextus majore diligentia & cura elaboratus eſt, quam priores. Accuratior multo, ac vere poëtica verſificatio eſt, maxima ex parte. Alterius certe vatis opus, ſed tamen concordis cum prioribus. Unicus in hoc libro ſexto verſus eſt inchoatus tantum, nec perfectus; quales in quinque prioribus libris plures ſunt: in quinto ſcilicet quinque; in quarto totidem; ſex in tertio; in ſecundo novem: in primo denique tres. Hic unum eſſe ſaltem oportuit, ut ab eodem uno artifice confectum opus fuiſſe crederetur.

417 *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci*
Perſonat, adverſo recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns jam colla colubris,
Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam
Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit objectam, atque immania terga reſolvit,
Fuſus humi, totoque ingens extenditur antro.

Scriptor imperitus, quis eſſet veterum exiſtimatione Cerberus, neſcivit: & commentum de eo finxit perridiculum. Ex Homeri ſententia, Cerberus triceps, locus eſt in terræ viſceribus, ubi metallum triplex eſt, Æs, Argentum, & Aurum, prope ipſosmet inferos abditum. Canis idcirco appellatur, quod ut canis ædes heriles, ſic theſauros & opes ingentes locus ille cuſtodiat. At Cerbero ſic intellecto nihil omnino eorum convenit, quæ Æneïdographus iſthic de eo comminiſcitur. Non ille cuſtos tartareus eſt, non ad regis ſolum cubat, non tremens extrahitur, non latrat, non terret umbras, non in antro recubat, non horrent ei colla colubris, non offam inhiat aut arripit. Virgilius poëtica proſopopœia, ubi totum infernum ſtupuiſſe refert Orphei cantu, tantum ore tri-

triplici hiasse Cerberum ait, ac siluisse: IV. Georg. 481. *Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti Tartara: cæruleisque implexa crinibus angues, Eumenides: tenuit atque inhians tria cerberus ora.* Hic *trifaux* vox est audacissime ficta, metri causa; a nemine alio usurpata. *Offam melle soporatam*, dictum insulse; tum quia aliud soporatum est, aliud vi soporifera præditum: tum quia melli non inest ea vis, sed papaveri tantum, quod hic non nominatur.

424 *Occupat Æneas aditum, custode sepulto.*

Sepulto, pro *sopito*, ridicule & improprie, metri causa: quoniam primam syllabam verbi *sopire* voluit longam haberi, ut jam diximus ad librum I. versu 684.

456 *Infelix Dido, verus mihi nuncius ergo*
Venerat, extinctam, ferroque extrema secutam.

Ferro extrema secutam, non est Latinum, sed obscure dictum & barbare, metri causa: pro, ferro sibi conscivisse necem. Quid est, *extrema sequi?*

471 *Quam si dura silex.*

Solœcum est; silex apud ceteros scriptores omnes masculini generis est. Apud istum autem occurrit & versu 602. *Quos super atra silex.* At Ecl. 1, 35. *Si lice iu nuda* haud dubie est pro *nudo:* neque enim metrum cogit scribi *nuda.*

481 *Hic multum fleti ad superos, belloque caduci*
Dardanidæ.

Latina hæc non sunt; *Fleti*, pro *defleti: ad superos*, pro *apud vivos:* & *bello caduci*, pro, *qui in bello cecidere.* Mera barbaries est, adscita metri causa. *Dardanidæ*, pro *Trojani*, solœcum est, ut jam plus semel monuimus.

500 *Deïphobe armipotens.*

Vox nova & audacter ficta, & huic vati familiaris.

523 *Egregia interea conjux arma omnia tectis*
Emovet, & fidum capiti subduxerat ensem:
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.

Atqui libro 2. versu 567. Helenam, sive Tyndarida, servantem limina Vestæ, & in sacrario abdidisse se dicit, quæ nunc in Deïphobi conjugis domo, & prius in arce, narratur. Scilicet alius libri hujus sexti opifex ab eo est, qui secundum exaravit, ut jam monuimus.

565 *Ipsa Deûm pœnas docuit.*

Pro, *pœnas a diis constitutas*, dictum improprie & barbare, metri causa.

588 *Per Graium populos, mediæque per Elidis urbem.*

Barbara oratio, *mediæ per Elidis urbem*; pro mediam per urbem: solœca, *per urbem Elidis*, pro per urbem Elida. Metrum coëgit sic Gallicizare; *la ville d'Elis.*

595 *Nec non & Tityon, terræ omniparentis alumnum.*

Omniparens, ficta vox audacter, huic uni & sodali Lucretio cognita.

617 *Sedet æternumque sedebit*
Infelix Theseus.

Atqui versu 122. inter eos Thesea memorat, qui subinde revertunt ad superos. *Si fratrem Pollux alterna morte redemit, itque reditque viam toties: Quid Thesea, magnum Quid memorem Alcidem!* Vide etiam quæ de Theseo Cerberum vinciente refert, versu 395. lapsum memoria Æneidographum hoc loco fatebere.

652 *Inter odoratum lauri nemus: unde superne*
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.

Plurimus amnis, pro vasto, dictum pueriliter, metri causa.

713 *Tum pater Anchises: Animæ, quibus altera fato*
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam,
Securos latices & longa oblivia potant.

Μετεμψύχωσιν hic docet animarum, sed tantummodo beatarum. De ea nihil habet Virgilius, aut in Eglogа sexta, aut in quarto Georgicon, versu 220. Quin immo haud obscure eam isthic negat, versu 225. 226. 227. & primo Georgicon, versu 32.

471 *Aliis sub gurgite vasto*
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Infectum pro *inficiens*, audax certe, nec Latina ea locutio est.

743 *Quisque suos patimur manes.*

Quid est, *suos pati manes?* Dictum saltem est, perobscure, pro eo quod est, In sua quisque patitur anima vel umbra, quod meretur, pro eo ut in vita peccavit.

Exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arva tenemus.

Coëgisse vatem videtur metri ratio, ut *mittimur per Elysium* diceret, pro *in Elysium.*

747 *Æthereum sensum, atque auraï simplicis ignem.*

Auraï, pro *auræ* metri causa excogitata diæresis est, ignota Virgilio, Horatioque genuino, & Plauto.

769 *Pariter pietate vel armis*
Egregius, si umquam regnandam acceperit Albam.

Egregius armis, pro *egregius bello*, jam diximus Latinum non videri. Nec *regnandam* magis placet, quam superius, rursumque inferius, versu 792. *regnata.*

777 *Quin & avo comitem sese Mavortius addet*
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. Viden' ut geminæ stent vertice cristæ,
Et pater ipse suo superûm jam signet honore.

Ilia Assaraci sanguinis, pro, de sanguine, vel ex stirpe Assaraci, non est oratio congrua. Et *educet* pro *gignet* vel *pariet*, metrum coëgit obscure scribere. Deinde ne fabulæ quidem Romulum ferunt addidisse se Numitori comitem, sed ultorem illatæ injuriæ: neque quidquam hic se videre fatentur Interpretes. Similiter, quod de geminis cristis adjicitur, deque honore suo quo superûm Pater signasse eum dicitur, quomodo Romulo conveniat, extricare iidem nondum potuere. Enimvero ne Divus quidem umquam est appellatus, cum mos umquam ususve fuerit consecrari reges: nedum ipsius Jovis honore signatus dici potuit.

781 *En hujus, nate, auspiciis, illa inclyta Roma*
Imperium terris, animos æquabit Olympo.

Non auſpiciis certe Romuli, ac ne ullius quidem Auguſtorum, Roma inclyta imperium terris æquavit. Nec animos quomodo eadem ethnica æquavit Olympo, exponi probabiliter poteſt. Sed Chriſti auſpiciis inclyta Roma, hoc eſt, Religio Chriſtiana, quam Roma tuetur, dominatur toto orbe terrarum; & cultores ſuos in cælum effert.

788 *Huc geminas huc flecte acies, hanc aſpice gentem,*
Romanosque tuos. Hic Cæſar. & omnis Iüli
Progenies, magnum cæli ventura ſub axem.
Hic vir, hic eſt, TIBI *quem* PROMITTI *ſæpius audis;*
Auguſtus Cæſar, Divûm genus: aurea condet
Sæcula qui rurſus Latio, regnata per arva
Saturno quondam: ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium.

Non eſt hic *Cæſar* is, quem Julii Cæſaris, nomine novimus. Nam quæ fuit aut dici poteſt exorta poſt Julium Cæſarem Iüli progenies? Simili modo quem Cæſarem Auguſtum appellamus, quis alicubi legit, non dico *ſæpius*, ſed vel ſemel promiſſum Æneæ? Dici etiam non potuit *Divûm genus*, qui ſe Divi Julii ſolius, & quidem adoptione tantummodo filium agnovit, ac nominavit. *Aurea ſæcula* ſub Auguſto certe non fuere, ſi ſtatum illorum temporum conſideres, qualem fuiſſe eum teſtis eſt Plinius, libro VII. toto capite XLV. Nec Auguſtus profecto imperium protulit ſuper Garamantas & Indos: cum ſub eo premerent Imperium hinc Germani, inde Parthi.

798 *Hujus in* ADVENTU *jamnunc & Caſpia regna*
Reſponſis horrent Divûm, & Mæotica tellus,
Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Caſpia regna nulla fuere ſub Auguſto: nec vel Caſpii maris, vel Mæotidis paludis accolæ advenientem Auguſtum Cæſarem umquam reformidarunt: aut in exſpectatione eorum, quæ ſub ipſo eventura eſſent, turbata Ægyptus eſt.

806 *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis:*
Et metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?

Virtutem, id eſt, gloriam, inquit, Servius. At inepte, inquam, alterum pro altero vocabulo metri citius abſolvendi cauſa ponitur.

612 *Miſſus in imperium magnum; cui deinde ſubibit*
Otia qui rumpet patriæ.

At ſat anguſta fuit Numæ regis ditio, non *magnum* certe *imperium*. *Subire alicui*, num Latine dicitur, pro *ſuccedere*, ſucceſſorem in regno vel magiſtratu eſſe?

822 *Infelix, utcumque ferent ea facta minores.*

Utcumque, pro *quomodocumque*; *ferent*, pro *accipient*; *ea facta*, pro *hoc factum*, ſive *hoc facinus*; totidem ſunt licentiæ audaciores, nec Latinæ, ſolius metri cauſa adſcitæ. *Minores* ſimiliter, pro *poſteri*, Latinum non eſt.

830 *Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci*
Deſcendens, gener adverſis inſtructus Eois.

Audiit Æneïdographus, e Gallia Cæſarem (nam hic ſocer Pompeii fingitur:) in Urbem revertiſſe. Inde iter habuiſſe eum finxit per arcem Monœci, quæ litori maris Liguſtici appoſita eſt, hodieque *Monaco* vocatur: verum ſodales ipſius, qui poſterius ſcripſere Romanam hiſtoriam, æque fabuloſe per amnem Rubiconem, & per Ariminum adverſo ſitori, hoc eſt, Adriatici maris, impoſitum, deſcendiſſe Cæſarem commenti ſunt. Sed quid eſt, *dux inſtructus Eois?* Num id ducem exprimit adjutum copiis ſive militibus ex Oriente? At e Romanis ipſis plures Pompeio ſe adjunxere, quam Cæſari.

832 *Ne, pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella.*

Scriptum pro *aſſuefacite*, metri cauſa, eo ſæculo, quo *innoteſcere aliquid alicui*, dicebatur, pro *notum facere*. Et metri cauſa, *aſſueſcere bella animis*, pro *animos aſſueſcite bellis*, caſuum mutatio inſolens eſt.

836 *Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho*
Victor aget currum, cæſis inſignis Achivis.

Urbs triumphata, an Latine dicitur?

853 *Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas,*
Ipſumque Æaciden, genus armipotentis Achillei:
Ultus avos Trojæ, templa & temerata Minervæ.

Ille, cum dicit, prius appellatum e duobus proxime commemoratis, hoc eſt, ſocerum, qui Julius Cæſar, deſignat. Nam in hac recenſione virorum illuſtrium, ordinem temporum diligenter obſervat. Itaque præpoſtere ac ridicule poſt Cæſarem & Pompeium Mummium Achaïcum, qui centum ante annos obiit, denotaret; & negligenter quidem, non appellato eo de nomine, cum ceteros omnes appellet. De populis illis triumphaſſe Cæſarem dicit, quorum majores in obſidione Trojæ fuere. Hi ſunt Achivi & Corinthii, Argos & Mycenæ in Peloponneſo, & Phthiotæ ex ditione Æacidæ, hoc eſt, Neoptolemi, in Theſſalia. De Corintho quidem & Peloponneſo triumphaſſe Cæſarem fingit perridicule, quoniam Corinthi coloniam ab eo conditam legit in nummis antiquis plurimis. De Phthiotide & Theſſalia bello Pharſalico; nam Pharſalici campi in Theſſalia ſunt. Verum neque hic triumphus Cæſaris Corinthiacus cognitus ceteris, quamvis æque fabuloſis ſcriptoribus eſt: neque cui alii tribuendus ſit ille Corinthiacus Theſſalicusque triumphus, ullus Interpretum potuit invenire: neque reipſa ullus Romanorum ducum, aut Mycenas, aut Argos, aut Phthiam cruit: nec denique Peloponneſus ad Imperium pertinuit ſub Julio Cæſare, præter coloniam Corinthum. Itaque mera ſua ſomnia hic vates narrat. *Eruere Æacidem*, pro *regnum Æacidæ*, ut Argos & Mycenas, barbare dicitur, non Latine. *Avos Trojæ*, pro, avos ſuos, qui e Troja venerunt, vel Trojæ vixerunt, nihilo minus barbare, quam contracta, ſcriptum eſt metri cauſa.

842 *Duo fulmina belli*
Scipiadas, cladem Libyæ.

Cladem Reipublicæ nemo, opinor, Latine dici putet, niſi eum, qui ſuis ſeditionibus, aliisve flagitiis, perniciem Reipublicæ attulerit: non eum qui juſto bello hoſtilem provinciam devaſtavit.

845 *Quo feſſum rapitis Fabii? tu Maximus ille es,*
Unus, qui nobis cunctando reſtituis rem.

Acceptum illud ex Plinio eſt, qui multo illuſtrius & acutius dixit, libro XXII. ſect. V. *Fabio illi, qui rem Romanam* RESTITUIT NON PUGNANDO. Nam *cunctandi* verbum deſidiam pigritiamve, non pugnæ dilationem, quæ ſit in laude ponenda, ſignificat. Accuratius cautiusque deſcripſit Plinium Valerius Maximus, cum de eodem Fabio dixit, libro VII. cap. VII. *Cujus non dimicare, vincere fuit.*

849 *Orabunt cauſas melius.*

Non

Non id Virgilius diceret, in tam recenti memoria eloquentiæ Tullianæ, ob quam a Plinio dicitur Tullius *linguæ lauream meritus*, & *facundiæ Latiarumque litterarum parens.*

852 *Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem.*

Morem pro *modum*, barbarismus est, metri causa admissus.

854 *Hæc pater Anchises, atque hæc mirantibus addit,*
Aspice, ut insignis &c.

Miranti debuit dicere, aut postea *Aspicite:* nisi metri ratio cogeret vatem solœcizare.

867 *Hic rem Romanam magno turbante tumultu*
Sistet eques.

Sistet rem, pro *stabiliet*, vel *firmabit*, dictum improprie, metri causa. Et *eques* obscure dictum, aut frigide. Nam vel significat, cum adhuc esset eques Romanus, quod esset obscure dictum: vel equo vectus, aut equitatu usus, quod utrumque est frigidum.

865 *Quis strepitus circa comitum? quantum instar in ipso est?*

Barbarismus est, pro *quanta majestas! Instar* apud probos scriptores semper pro *ad instar* est, & sequentem habet casum genitivum, vocabulum illud sic interpretari, ut sensus sit, Quanta similitudo ei cum Marcello priore est! emplastrum est frigidum opponere: cum hujus Marcelli nomen subintelligi hoc loco, hemistichium antecedens non ferat.

872 *Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem*
Campus aget gemitus!

Aget gemitus, pro *edet*, metri causa, barbarum est. Et *quantos gemitus virûm campus Martius aget*, si pro *audiet*, vel *voce resultante reddet*, coactum, obscurumque est, non Latinum.

876 *Nec Romula quondam*
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

Romula, pro *Romulea*, solœcum est, admissum metri causa.

882 *Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,*
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animamque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Hic vates desipit. Ait enim, Marcellum eum fore, si fata vincat; hoc est, si quod evenire omnino non potest, prohibentibus fatis, nihilominus eveniat. Et lilia ponit & flores in Elysio. Et projici lilia animæ sive umbræ jubet. Et inani se munere ita fungi fingit Anchisen fateri. Annon hæc totidem poëtica deliria sunt?

890 *Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda,*
Laurentesque docet populos, urbemque Latini.

Magno poëmatis epici vitio, e personis quæ altera Æneïdos parte sunt appellandæ, nullam in priore vates appellat, ut initio diximus, præter Latinum regem, atque hoc uno quidem in loco obiter. Non Turnus, non Amata, non Lavinia, non Evander, non Mezentius, non alia multa insignia nomina fecundæ partis, ante septimum vel octavum librum apparent.

VII.

Expenduntur quædam e libro VII. *Æneïdos.*

1 *Tu quoque litoribus nostris, Æneïa nutrix,*
Æternam moriens famam, Caïeta, dedisti:
Et nunc servat honos sedem tuus.

Caieta ex oppidi nomine fictum feminæ nomen est. Episodia multa in hoc poëmate mortibus constant: Anchisæ, Miseni, Palinuri, Caïetæ, & aliorum. *Et nunc servat honos sedem tuus*, pro, *Et nunc locus servat honorificam tui memoriam*, commutatio casuum est insolens, metri causa; contra Grammaticæ leges.

28 *Et in lento luctantur marmore tonsæ.*

Vox *tonsæ*, ficta ad conciliandam operi opinionem vetustatis: ut aliæ innumeræ sunt eodem fine ab improba cohorte fictæ, quoniam scripta credimus vetusta, in quibus voces occurrant ignotæ nobis originis aut significationis. Excepta hæc est a poëtis dumtaxat tribus hujus cohortis; Æneidographo, Lucretio, Statioque: & pro remis posita.

37 *Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,*
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
Cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ:
Tu vatem, tu diva mone, dicam horrida bella, &c.

Prolixa, sed puerilis Musæ invocatio in medio opere repetita, cujusmodi nulla apud Homerum est, nec debet esse in epico carmine; continuam enim oportet narrationem esse. Musæ aut Musarum invocatio brevis subinde inseritur; non ut partem operis insignem, sed ut peculiare quiddam suggerant. Ejusmodi est illa Homerica, β′ 761. Τίς τ' ἄρ τῶν ὄχ' ἄριστος ἦεν, σύ μοι ἔννεπε Μοῦσα: *Quis jam horum præstantissimus fuerit, tu mihi dic Musa.* Et β′. 484. Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. Οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν, *qui duces Achivorum & principes erant.* Satis interim imprudenter ad bella canenda Musam Erato dictam ab ἐράω, hoc est, ab amore invocat.

44 *Major rerum mihi nascitur ordo,*
Majus opus moveo.

Numquid majus eo, quod in totius operis fronte propositum est? Minime certe: sed majus, quam quod libro quarto, quinto, sextoque exaratum est.

45 *Rex arva Latinus & urbes*
Jam senior, longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater: isque parentem,
Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

Picus nomen fuit regis in Latio, apud Plinium, libro x. sect. xx. *Faunus* in Italia rex, quem cum Stercuto filio Plinius idem memorat, libro xvii. sect. vi. Ut est autem fabulosa, & ante alios scriptores ab Æneïdographo instituta hæc regum series, alii aliter eamdem concinnant, ita ut ab eo plerique discedant. Eusebius in Chronico regem nomine Latinum nullum habet; sed ante Æneam fuisse Latinorum reges ait, Janum, Saturnum, Picum, Faunum: hos tantum. *Latinus* rex Plinio etiam est Horatioque incognitus. Neque enim appellatur is, libro I. Satyra x. versu 27. ubi quidam dicitur, *Oblitus patriæ patrisque Latini.* Quamvis inde haud dubie Æneïdos scriptor, aliique eum vel imitati vel secuti, Latinum regem suum hauserint. At nihil ibi aliud

pater

pater Latinus eſt, quam Romanus. & Lingua Latinus, non Græcus. Plinius, loco allato, Fauni filium, non Latinum, ut Æneïdographus, ſed *Stercutum regem* appellat, ut diximus. Sed Æneïdos fabula Latinum fingi dicique poſcebat.

59 *Laurus erat tecti in medio, in penetralibus altis*
Sacra comam.

Laurus ſub tecto? Et *ſacra comam*, pro ſacratis Phœbo frondibus, an eſt Latina congruàve oratio?

70 *Et ſumma dominarier arce.*

Extenſio ſyllabæ, pro *dominari*, ex Plauto accepta, in Amphitruonis prologo, & Caſſio Hemina, quem Plinius laudat, libro XIII. ſed ignota Horatio, Virgilioque.

74 *Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,*
Regalesque accenſa comas, accenſa coronam
Inſignem gemmis.

Viſa omnem ornatum cremari, viſa comas accenſa & coronam; ſubintelligendum ubique, *ſecundum comas, ſecundum coronam.* At coactum iſtud, nec Latinum eſt. Et coronam dari filiæ Principis, quo more, quave in regione conſuevit? Nulla Auguſtarum corona in nummis antiquis eſt, nulla Ægypti reginarum, ne Cleopatræ quidem. Sed eſt in nummis Blanchæ Francorum Reginæ & Regentis, ſæculo XIII. Prius non exſtat. Inde accepit Æneïdographus.

105 *Cum Laomedontia pubes*
Gramineo ripæ religavit ab aggere claſſem.

Laomedontia pubes dici Latine non poteſt, niſi quæ orta a Laomedonte ſit: qualis non fuit ea, quæ navi in Italiam deſcendiſſe fingitur cum Ænea.

111 *Ut vertere morſus*
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi

Penuria edendi, pro inopia ciborum edulium, craſſus barbarismus eſt, metro cogente admiſſus.

114 *Et violare manu malisque audacibus orbem*
Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris.

At ſi quadræ fuere, quomodo eædem *orbes* ſeu orbiculatæ? Linea ſi fingatur decuſſatim ducta per medium, non facit ea tamen ex orbe quadram. *Quadram* appellat Horatius, libro I. epiſt. XVII. verſu 49. *Et mihi dividuo findetur munere quadra.* At ibi quarta pars eſt orbiculati panis, non orbis, ſeu panis integer.

117 *Ea vox audita laborum*
Prima tulit finem: primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac ſtupefactus numine preſſit.

Tulit finem, pro indicavit finitos eſſe labores, barbarismus: alter, *eripuit*, pro *ſtatim excepit*: tertius, *numine*, pro *oraculo:* quartus, *preſſit*, pro *compreſſit*, ut ipſe ſtatim deos precaretur.

144 *Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.*

Didit apud Horatium legitur, pro *dividit.* At non *didi* certe *ſpargi eſt.*

177 *Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum*
Antiqua e cedro, Italusque, paterque ſabinus
Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem:
Saturnusque ſenex, Janique bifrontis imago,
Veſtibulo adſtabant, aliique ab origine reges.

Si omnes iſti inter avos Latini regis fuere, cur ii non ſunt ſuperius memorati, verſu 45. in ſerie regum, a quibus ducere is genus ibi dicitur? Mendacibus ſæpe memoria deficit. *Italus* nomen fictum eſt, ſed metro oportunum. *Antiqua ex cedro, Italusque:* vocalis ultima vocis *cedro*, nec eliditur, nec corripitur, ſatis audacter.

187 *Ipſe Quirinali lituo parvaque ſedebat*
Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat
Picus, equûm domitor.

Unde ei *lituus Quirinalis*, cum Quirinus, hoc eſt, Romulus, nonniſi poſt annos a Pico amplius quadringentos exſtiterit? *Ancile* fictum nomen eſt imperite & ſtulte; acceptum videlicet ex nummo vetere Antonini Auguſti Pii, inſcripto ANCILIA, ſed prave intellecto: quippe cujus ſententia ſit iſta: *Augures Narbonenſes, Clypeos Inſignes Legaverunt Imperatori Antonino:* quorum effigiem ſcilicet idem nummus exhibet. Inde eſt fictum *ancile*; inde ficta *ancilia* ſunt; quæ rurſum iſte commemorat, libro VIII. verſu 684. Et ad fabulam confirmandam Servius hoc loco: *Ancile, ſcutum breve Regnante Numa, cœlo hujusmodi ſcutum lapſum eſt*, &c. *Succinctus lituo trabeaque*, dictum negligenter & imperite. Nam trabea ſola, non lituo, ſive augurali baculo, potuit eſſe ſuccinctus.

189 *Quem capta cupidine conjux*
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis
Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.

A Pico rege in Latio nomen avi pico Martio datum fuiſſe, Plinius refert, libro X. ſect. XX. Id iſte vertit in fabulam.

195 *Dicite, Dardanidæ, (neque enim neſcimus & urbem*
Et genus, auditique advertitis æquore curſum.)

Auditique, pro *cogniti ex auditu*, barbarismus obſcurus eſt *Advertitis curſum æquore*, pro, *mari curſum huc direxiſtis*, ſimiliter metri cauſa dictum eſt barbare & obſcure, non Latine.

219 *Ab Jove principium generis, Jove Dardana pubes*
Gaudet avo: rex ipſe Jovis de gente ſuprema
Troïus Æneas tua nos ad limina miſit.

Quin immo, a Dardano Jovis filio non prodiit Trojana inventus, ſed Æneas ſolummodo. Jactet ſe ille igitur avo Jove, at non juventus Trojana, quæ nihilo magis *Dardana pubes* dici debet, quam juventus Gallica *pubes* Borbonia eſt appellanda.

224 *Europæ atque Aſiæ fatis concurrerit orbis:*

Hyperbole nimium exaggerata. Magis conſiderate Horatius: *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.* Hoc imitari & augere Æneïdographus voluit.

232 *Tantique aboleſcet gratia facti.*

Fictum metri cauſa verbum, pro *abolebitur.*

240 *Hinc Dardanus ortus Huc repetit.*

Huc repetit, num Latinum eſt, pro *huc redit?*

305 *Conceſſit in iras*
Ipſe Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

Nihil dici aut fieri perturbatius hac oratione poteſt, quam

quam metro ſerviens & properans poëta ſic ſtruxit: pro, Ipſe Deûm genitor antiquam Calydona conceſſit in iras Dianæ. Et *concedere* aliquem alicui *in iras*, pro, permittere aliquem alterius furori, barbarum & metro conceſſum eſt, non Latinum.

317 *At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.*

Trahere, abſolute poni, pro rem trahere, vel producere, barbarum eſt, metri cauſa ſcriptum; Latinum non eſt.

327 *Odit & ipſe pater Pluton.*

Pluto vel *Pluton*, pro Dite ſignificando, vox eſt ignota genuinis ſcriptoribus, Homero, Herodoto, Plauto, Virgilio, Horatio, Plinioque.

330 *Quam Juno his acuit dictis, ac talia fatur.*

Tautologia puerilis.

333 *Neu connubiis ambire Latinum*
Æneadæ poſſint, Italosve obſidere fines.

Metri cauſa ſolœcizat, cum tertiam ſyllabam corripit, in verbo *obſidere*.

339 *Diſjice compoſitam pacem, ſere crimina belli.*

Crimina belli, pro *cauſas belli*, dictum inſolentius, metri cauſa celerius abſolvendi.

419 *Fit Calybe, Junonis anus, templique ſacerdos,*
Et juveni ante oculos his ſe cum vocibus offert.
Turne, tot incaſſum fuſos patiere labores?

Ordo, inquit Servius, *poſcit ut intelligas, Junonis templi anus ſacerdos.* Certe *Junonis anus* inſulſe dicitur. Et quorſum deinde conjunctio copulativa *que* poſt genitivum *templi*, niſi metri conficiendi cauſa? Quid ſunt denique *fuſi labores*, niſi barbarismus ſimiliter ob metrum admiſſus, pro *irritos eſſe*, vel forſan pro *ſuſceptos*?

432 *Rex ipſe Latinus,*
Ni dare conjugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tamdem Turnum experiatur in armis.

Ni dicto parere fatetur, pro eo quod eſt, niſi profiteatur ſe ſtare dictis, ſive promiſſis, dictum obscure a vate, qui vellet quam citiſſime metri parere legibus. Deinde *In armis* pro *in bello*, Latinum non eſt.

440 *Sed te victa ſitu, verique effeta ſenectus,*
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter, falſa vatem formidine ludit.

Quid eſt, *veri effeta ſenectus*, niſi barbara oratio, pro eo quod eſt, Minime jam capax veri dicendi, vel prœcognoſcendi. Et *inter arma Regum*, pro ſuper bellis regum inter ſe, nihilo levior barbarismus eſt, metri cauſa admiſſus.

447 *Diriguere oculi; tot Erinnys ſibilat hydris,*
Tantaque ſe facies aperit.

Diriguere, vox huic ſoli vati nota, & Æneïdos laudatori Ovidio. *Tanta ſe facies aperit*, pro, tam horridam oſtendit faciem, voces ſunt ſine ſenſu, & oratio barbara. *Tanta facies*, pro *tam horrida facies*, in tirone quis ferret?

456 *Sic effata, facem juveni conjecit, & atro*
Lumine fumantes fixit ſub pectore tedas.

Atro lumine, ut bene monet Servius, ratione caret. Nam quis novit atrum lumen, aut noctem albam? Propterea *atro* interpretatur *inferno* vel *furiali*. At cui iſtud probaverit!

460 *Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit.*
Sœvit amor ferri, & ſcelerata inſania belli.
Ira ſuper Magno veluti cum flamma furore &c.

Arma fremit, pro, cum clamore depoſcit, ut Servius interpretatur, barbarismus eſt. *Arma toro tectisque requirit*, pro, in toro & in tectis, licentia eſt, quæ obscuram orationem facit. Sed & *in toro* dici *arma requiri*, vere amentis & inſanientis ipſiusmet poëtæ eſt. *Amor ferri* præterea, pro amore belli, vel armorum, tironis eſt, Synonymas voces quærentis, quibus verſum compleat. Jam *Ira ſuper*, hoc eſt, ira præter ſævitiam, amentiam, inſaniam, fremitumque: perinde quaſi non ab ira ſint hæc prius dicta: verbum inane eſt, verſui tantum conficiendo utile, quem aliter complere vates non poſſet. Sequitur deinde hujus iræ comparatio puerilis cum olla fervente.

464 *Furit intus aquæ vis:*
Fervidus atque alte ſpumis exuberat amnis.

Amnis in olla?

466 *Nec jam ſe capit unda.*

Verius & clarius diceret, Nec jam vas capit undam. Etenim, Nec jam ſe capit unda, pro, nec jam ſe continet unda in vaſe, dictum barbare & obscure eſt.

493 *Hunc procul errantem rabidæ venantis Iüli*
Commovere canes.

Undenam illæ canes venaticæ Iülo? Adductæne ab Ænea ex Troja cum diis penatibus?

498 *Nec dextræ erranti Deus abfuit, actaque multo*
Perque uterum ſonitu, perque ilia venit arundo.

Alecto intelligit. Deam ergo debuit, ut verſu 511. & 541. non *Deum* dicere: ſed metri ratio coëgit Deum appellare. Similiter metri cauſa ſcripſit, *Nec dextræ erranti*, pro, *Nec dextræ, ne erraret*; barbarismo audaci.

505 *Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſilvis)*
Improviſi adſunt: hic torre armatus obuſto:
Stipitis hic gravidi nodis.

Peſtis aspera, pro, *Furia Alecto exaſperans occulte ruſticos*, barbara & obscura, metri cauſa, oratio eſt. *Obuſto* factitia vox eſt, metro pariter cogente, pro *peruſto*; nec alibi viſa certe, quam apud Ovidium, pari metri cauſa. Denique, ut metro ſerviret, inepte, non Latine certe, *ſtipitem gravidum nodis* dixit, pro, *gravem nodis fuſtem.*

543 *Deſerit Hesperiam, & cœli convexa per auras*
Junonem victrix affatur voce ſuperbe.

Convexa per auras cœli, dictum perquam inepte & inuſitate: abuſione vocis, *convexa*, minime probabili. *Convecta* noluit vates dicere: tum quia alis, quas Furiæ dedit verſu 408. vecta dici non potuit; nedum *convecta*: nam cum quo vecta? Ergo ſcripſit *convexa*, ut metrum impleret. Vel ita poſuit,

pro *per auras & cæli convexa*, ineptiſſima vocum transpoſitione.

580 *Tum quorum attonitæ Baccho nemora avia matres*
Inſultant thiaſis.

Attonitæ Baccho, pro *ebriæ*, vel *Baccho percitæ*: & *nemora inſultant*, pro *ſultant in nemoribus*, vel *per nemora*: voces ſunt impropriæ metro cogente poſitæ, quæ barbaram orationem efficiunt & obscuram.

582 *Undique collecti coëunt, Martemque fatigant.*

Pro *flagitant*, ſive cum clamore bellum depoſcunt, ut Servius interpretatur, dictum eſt ineptiſſime, metri cauſa.

596 *O miſeri! Te, Turne, nefas, te triſte manebit*
Supplicium.

Supplicium Latine non de morte dicitur, qua quis occumbit in certamine. *Te nefas manebit*, ſi *nefas* pro ſcelere ponitur, dictum eſt barbare, *te ſcelus manebit*. Si interjectio eſt, ut verſu 73. pro, *res horrida*, dictum nihilo minus barbare eſt.

601 *Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes*
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cum, eum prima movent in prælia
Martem:
Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcaniſve Arabiſve parant: ſeu tendere ad Indos.
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna.

Maxima rerum Roma, Latinum non eſt; ſed voces ſine ſenſu. Perfrigide certe Roma vocatur *res maxima*. Imitari ſe vates credidit illud 2. Georg. verſu 534. *Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma*. Sed longe eſt iſtud diſſimile. Ecquando vero bellum Getis inferre Roma paravit ante Trajanum Imperatorem? Deinde in illa oratione, *inferre manu bellum*, vox *manu* prorſus inanis eſt, & ſolius metri cauſa appoſita. Præterea *domos Arabum* dixit Virgilius, libro 2. Georg. verſu 115. *Arabos* nemo ſcriptor ſanæ mentis. Ecquando etiam *ad Indos tendere* Romanis venit in mentem? Certe numquam. Denique non ante annum Urbis Romæ DCCXXXV. repopoſcére Romani, ac recepere ſigna a Parthis, ut initio diximus: quo anno obiiſſe Virgilium volunt: ecquando igitur ſcripſit Æneida? *Parthos repoſcere ſigna*, pro a Parthis, metri cauſa ſolœcum eſt, aut certe ſolœco proximum.

607 *Sunt geminæ belli portæ, ſic nomine dicunt,*
Religione ſacræ & ſævi formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora; nec cuſtos abſiſtit limine Janus.

Immo, unica Jani, non templi, ſed armamentarii, porta fuit; verum ea biforis.

623 *Ardet in excita Auſonia, atque immobilis ante.*
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Pulverulentus equis furit.

Inexcita, ficta vox audacter eſt. *Campis*, verbum inane. Denique niſi metro ſerviret, properaretque vates, non *pars arduus* ac *pulverulentus* diceret; ſed *ardua* & *pulverulenta*.

641 *Pandite nunc Helicona, deæ, cantusque movete,*
Qui bello exciti reges.

Verſu 37. Muſam Erato tantum invocavit; nunc omnes Heliconis deas, ſive Muſas, oat: illam, ut exordia belli; iſtas, ut finem deſcribat.

647 *Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris*
Contemptor divûm Mezentius, agminaque armat,
Filius huic juxta Lauſus: quo pulcrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Corpus Turni pulcrum ridicule dicitur, pro aspectus vultusve venuſtate, aut ſtatura egregia. *Mezentius* nomen eſt acceptum ex Plinio, libro XIV. ſect. XIV. ubi ex Varrone aït, *Mezentium Etruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tuliſſe*. Contra Æneam vel Trojanos potius diceret, ſi illum ibi tunc fuiſſe Annales aliqui prodidiſſent. Quin etiam occiſum in eo bello Mezentium fuiſſe negat; qui addit, ab eo pro auxilii mercede vinum acceptum fuiſſe.

656 *Victoresque oſtentat equos, ſatus Hercule pulcro*
Pulcher Aventinus.

Aventinus, ex collis nomine fictum viri nomen. *Pulcher ex pulcro Hercule*, dictum pueriliter.

657 *Clypeoque inſigne paternum*
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram.

Sic IX. Æneid. verſu 548. *Parmaque inglorius alba*. Ætatem id prodit, qua mos eſſet gentilitia & paterna ſcuta geri: ac proinde ſæculum XIII. Neque enim uſurpari cœpta ſunt primum ante ſæculum XII. Nec ſimile eſt, quod ex Homero hic referunt Æneïdos Interpretes; cum nullum ille *paternum inſigne* commemoret.

662 *Geryone extincto.*

Geryon acceptum nomen ex Plinio eſt, qui Geryonum armenta abſtuliſſe Herculem dici, prodidit, libro IV. ſect. XXXVI. Verum aliquem trimembrem fuiſſe exiſtimatum, non dicit. Commentum iſtud eſt ſcriptorum ſuppoſititiorum.

664 *Pila manu, ſævosque gerunt in bella dolones.*

Dolones ficta vox eſt ab improba cohorte, ad conciliandam ſcriptis ſuis opinionem vetuſtatis: nam facile vetuſta ea eſſe ſcripta cenſemus, in quibus voces occurrunt ignotæ ſignificationis & originis.

670 *Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,*
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiva juventus.

Tiburti nomen acceptum ex Plinio eſt, libro XVI. ſect. LXXXVII. ubi filius Amphiarai dicitur, qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum. Non igitur *Argiva juventus* dici debuit, ſed Bœota.

696 *Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.*

Hæc *arva* ſoli huic vati, & Silio cognita, ut jam Interpretes adnotarunt.

699 *Ceu quandam nivei liquida inter nubila cycni,*
Cum ſe ſe e paſtu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: ſonat amnis, & Aſia longe
Pulſa palus.

Scilicet cycni canunt (vide noſtras in Plinium Notas, ad lib. X. ſect. XXXII.) & volant iidem *inter nubila*: & quidem *liquida*, poſitum pro *ſerena*, metro cogente. Et *Aſia palus* ficta. *Aſia prata* Virgilius celebrat, 1. Georg. verſu 383. *Aſia palus* nemini memorata.

707 *Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar:*
Clau-

Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium.

Claudia gens quidem & patricia fuit & nobiliſſima: Claudia tribus nonniſi ſuppoſititiis imperitisque ſcriptoribus eſt cognita. Non ſicut Iſraëliticæ tribus, ita Romanæ, ex uno eodemque parente ſingulæ originem traxere.

732 *Lævas cetra tegit.*

Cetra, vox ficta ad conciliandam operi fidem vetuſtatis, uti vox *aclides*, verſu 730.

733 *Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,*
Oebale.

Apoſtrophe, qua vates ipſe quempiam alloquatur, in carmine heroico prorſus eſt inepta. Ejus certe apud Homerum exemplum nullum exſtat.

741 *Teutonico ritu ſoliti torquere cateïas.*

Et longe poſt Æneæ ætatem Teutones fuere. Ut *cetram* proxime, ita nunc *cateïam* fingit, ut cum vetus eſſe vox exiſtimaretur, etiam Æneis antiqua crederetur. Iſidorus, libro XVIII. Originum, cap. VIII. de Haſtis: *Clava* eſt, inquit, *qualis fuit Herculis, dicta quod ſit clavis ferreis invicem religata, & eſt cubito ſemis facta in longitudine. Hæc & Cateïa, quam Horatius etiam dixit.* Ubi vero Cateïam Horatius dixerit, non invenio. Silius Italicus cateïæ ſimiliter meminit, libro III. eamque dat Macis in Africa, & a Phœnicibus dicit acceptam. Gellius quoque, libro X. cap. XXV. inter telorum jaculorumque nomina meminit *cateïæ*. Omnes ut Æneïdos ſcriptori rem gratam facerent.

744 *Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ,*
Ufens, inſignem fama & felicibus armis.
750 *Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos,*
Archippi regis miſſu, fortiſſimus Umbro.

Rurſum apoſtrophe a vate facta, imperite. *Ufens*, ex fluvii nomine fictum eſt viri nomen. *Archippus*, nomen Græcum eſt, quod in Marrubia gente propterea non fuit. Acceptum illud eſt ex epiſtola Pauli ad Coloſſenſes. *Umbro* denique, ut Ufens, fictum ex fluvii nomine viri nomen eſt.

756 *Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum*
Evaluit.

Vox ficta, metri cauſa, *evaluit*, pro *valuit*. Eſt & apud Statium, Æneïdographi ſimiam.

765 *Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte novercæ*
Occiderit, patriasque explerit ſanguine pœnas,
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Ætherea, & ſuperas cæli veniſſe ſub auras.

Patrias pœnas, pro, *pœnas a patre inflictas*, dictum obſcure. *Turbatis equis*, pro *efferatis*, dictum improprie, metro cogente. *Ad ſidera ætherea venire*, pro *ad vitam redire*, dictum inepte. quod tironi non ignoſceretur.

783 *Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus*
Vertitur arma tenens.

Vertitur, pro *incedit*, vel *agit*, ineptum eſt, nec Latinum.

785 *Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram*
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Incredibile, & dictu inſanum, Chimæram galeæ ſuperpoſitam, ignes efflaſſe gutture, ſimiles Ætnæis, niſi in pictura aliqua. *Tam magis* & *quam magis*; pro *tanto magis* & *quanto* vel *quo magis*, Latinum non eſt, ſed metri cauſa inductum.

789 *At lævem clypeum ſublatis cornibus Io*
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos,
(Argumentum ingens) & cuſtos virginis Argus;
Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

Io in vaccam ab Argo mutatam, & ab eo alligatam oleæ, Plinius refert, libro XVI. ſect. LXXXIX. hoc tantum. Inde accepit iſte Io, & fabulam auget.

799 *Queis Juppiter Anxurus arvis Præſidet.*

Vidit iſte primo nummum inſcriptum, JOVIS AXUR. Vidit deinde apud Plinium, libro III. ſect. IX. *Terracinam oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum* olim: inde Jovis Anxuri nomen finxit inepte ac ridicule. Quæ ſub his litteris, JOVIS AXUR; ſententia lateat, diximus in Notis ad Plinium, eo loci.

§. VIII.

Quædam expenduntur e libro VIII. *Æneïdos.*

3 *Utque acres concuſſit equos, utque impulit arma.*

QUid eſt, *impellere arma*? Ego quidem neſcio. Si poſitum id eſt, pro, *ut commovit homines ad arma capeſſenda*; dictum eſt obſcure & barbare, non Latine.

18 *Talia per Latium: quæ Laomedontius heros*
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æſtu.

Quæ iſta Latinitas eſt: *Talia per Latium*; ubi ſubintelligendum, eſt, aut *gerebantur*, aut *ferebantur*? Sed & Æneas nihilo minus abſurde Laomedontius heros appellatur, quam ſi Rex Ludovicus XIII. Condæus heros diceretur: fuit enim Laomedon Æneæ tantum propatruus.

29 *Æneas, triſti turbatus pectora bello.*
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.

Dare per membra feram quietem, pro, *ſero dare membra quieti*, dictum eſt obſcure & barbare. Sed & *turbatus pectora bello*, Græcismus eſt, Latine loquentibus improbandus, ut Gallis Belgismus.

40 *Neu belli terrere minis:*

Terrere, pro *terreare*, inuſitatum ſaltem eſt.

62 *Ego ſum pleno quem flumine cernis*
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem,
Cæruleus Tybris, cælo gratiſſimus amnis.

Adnotatio hæc eſt P. Franciſci Vavaſſoris, eximii certe Grammatici & Critici, Operum ſuorum pag. 155. col. 2. *Cælum, cæli, cælitus. Si cælum annuerit, faverit. Cælo duce, auſpice, ſecundo. Nihil minus Latinum, nihil Gallicum magis. Habere tamen aliquid ejuſmodi videtur Virgilius, cum dicat, Æneidos libro* VIII. *verſu* 64. *Cæruleus Tybris, cælo gratiſſimus amnis. Sed illud Virgilianum interpretor, non quemad-*

modum Servius, cælum, pro his qui in cælo sunt; verum cælum pluvium, sive aërem, qui in nubem cogatur, fluviosque augeat imbribus. Verum pace tanti viri dixerim, dum vatem liberare nititur a suspicione Gallicismi, absonum ei sensum affingit, aut frigidum. An Tybris enim magis, quam amnes ceteri, augetur: aut exundat imbribus? An si plus exundet, idcirco est gratior aëri? An denique *gratissimum* dici quidquam serio potest inanimo elemento, aëri, aquæ, vel terræ? Recte Servius Æneïdographum intellexit, qui selectum hic a cælitibus, a superis, Tyberim dici monet, eo quod ei imposita Roma Caput mundi est.

72 *Tuque, o Tybri tuo genitor cum flumine sancto*
Accipite Æneam.

Tyberi genitor, pro *Tybri pater*, dictum inepte, metri causa: ut si de Episcopo dixero, *Reverende genitor*, pro *Reverende Pater*. Neque enim Æneas est Tiberi patre genitus, ut Georgicon libro IV. versu 355. Dicitur *Aristæus Penei genitoris ad undam.*

143 *Neque prima per artem*
Tentamenta tui pepigi.

Per artem, pro, per fraudem, dolum, aut calliditatem, dictum est metri causa barbare & obscure. *Tentamenta* cujuspiam *prima pangere*, voces sunt sonoræ sine sensu: pro eo quod est, Non tentavi te callide, pacto oblato sive quæsito.

157 *Nam memini Hesiones visentem regna sororis*
Laomedontiadem Priamum.

Hesiones nomen acceptum ex Plinio est, libro XXXV. sect. XXXVII. ubi *Hesionam nobilem* pinxisse dicitur Antiphilus. Hæc vero Priami soror ficta est, ignota Homero.

178 *Accipit Æneam, solioque invitat acerno.*
Tum lecti juvenes certatim, aræque sacerdos,
Viscera tosta ferunt.

Sacerdos Jovis aut Vulcani dicitur quidem a profanis scriptoribus: at sacerdos aræ, nemo probatus, arbitror, scriptor dixit.

184 *Postquam exempta fames, & amor compressus edendi.*

Potus hoc loco non meminit, ingenti errore: quamvis proxime dixerit, *Bacchumque ministrant.* Considerator Homerus, qui sexies hunc versum in Iliade cecinit, ut ά. 469. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο: nec potus est umquam oblitus.

245 *Pallida, diis invisa, superque immane barathrum*
Cernatur.

Super, pro *desuper*, ut recte posuit versu 249. Solœcum est, metri causa factum.

250 *Et vastis molaribus instat.*

Molaris substantive dici de molari lapide, apud scriptores genuinos, non arbitror.

259 *Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem*
Corripit, in nodum complexus: & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.

In nodum complecti quid sit, nescio. *Angere oculos elisos*, insana oratio est: & *inhærens*, inane versus complementum. Angit guttur & facit siccum sanguine; elidit autem oculos, scribi oportuit.

265 *Nequeunt expleri corda tuendo.*

Tuendo, pro, intuendo, solœcum videtur, metri causa admissum. In Georgicis, *tueri* defendere est. I. Georg. 21. *Studium, quibus arva tueri.* Et libro III. versu 305. *Hæ quoque non cura nobis leviore tuendæ.* Alius ab illo Æneïdographus est.

342 *Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum*
Rettulit.

Acer, epitheton inane, ad versum complendum. *Rettulit*, pro *nuncupavit*, dictum barbare & obscure, metri causa.

367 *Ingentem Æneam duxit, stratisque locavit,*
Effultum foliis, & pelle Libystidis ursæ.

Ingentem, epitheton hic alienum, metro datum. *Effultum*, pro, sedentem in strato e foliis Latinum non est. De *pelle Libystidis ursæ*, vide quæ diximus ad librum V. versu 37.

370 *At Venus haud animo nequicquam exterrita mater,*
Laurentumque minis & duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur, thalamoque hæc conjugis aurea
Incipit, & dictis divinum inspirat amorem.

Apud Homerum, Iliad. ά. 369. Thetis a Vulcano petit arma pro Achille filio: sed ea fabula significatur, Græcorum classem arma fieri jussisse pro Achille. At hic quid Venus est, quæ fieri arma poscat pro Ænea! Aliam prorsus, sed ludicram induxit iste cum suo grege Theomythologiam, quam quæ fuit reipsa ethnicis cognita. Mera propterea hæc fabula est, sine ullo sensu, sine acumine.

402 *Quod fieri ferro liquidove potestur electo.*

Potestur, ficta vox, soli nota cohorti audaci ac recenti, non ulli probato poëtæ, ne Plauto quidem, vel Horatio aut Virgilio, sed Lucretio uni præter istum.

403 *Quantum ignes animæque valent, absiste precando,*
Viribus indubitare meis.

Animæ, de follium flatibus, dictum audacter, sed & prave. Deinde *indubitare* pro *diffidere*, verbum est audacissime & solius metri causa fictum. *Indubitatum* Latine id dicimus, de quo non ambigitur. *Indubitare* fingit iste, cum Statio, opinor, ex eodem grege, idem valere ac *dubitare.*

436 *Certatim squamis serpentum auroque polibant.*

Pro *poliebant*, solœcum est, quale esset, *audibant*, pro *audiebant.*

459 *Alii ventosis follibus auras*
Accipiunt redduntque.

Ventosi folles, pro eo quod est, qui excipiunt & emittunt aërem, obscurum est, ac durum: Latinum non est. Virgilius, ex quo iste versus hic quinque describit, scilicet e libro IV. Georg. 171. *Taurinis* scripsit, non *ventosis.* Et Cyclopas recte ponit in Ætna monte, non in insula Lipara, quo iste eos adduxit, ut viciniores essent Æneæ.

485 *Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,*
Componens manibusque manus, atque oribus ora-
Ori-

Oribus nonnisi solœcizando dici posse putamus. Accepit iste hoc tormenti genus, ex Edicto, quod communi consensu Reges Francorum & Angliæ tulere, anno 1189. Cum profecturi essent in Terram sanctam: Ut homicida simul cum interfecto ligatus vel projiceretur in mare, vel humo contegeretur.

505 *Ipse oratores ad me regnique coronam*
Cum sceptro misit.

Gallicismus est sæculi XIII. Corona regibus in usu non fuit ævo Augusti, sed diadema. In nummis antiquis non vidi ante sæculum XII. jam senescens.

522 *Multaque dura suo tristi cum corde putabant.*

Tristi cum corde suo per se, & *cum corde suo aliquid putare*, quam inelegans, quam parum Latinum!

542 *Et primum Herculeis sopitas ignibus aras*
Excitat.

Commutatio casuum audax usque ad impudentiam, ut metro exitus inveniatur: pro, *Herculeis avis sopitos ignes Excitat.*

561 *Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsa,*
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi,
Nascenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat,

Præneste nonnisi neutrius generis esse potest, ut ipse posuit, libro VII. versu 682. Quamobrem *sub ipsa* solœcum est. In editione Gryphiana anni 1550. legitur, *sub ipso. Attendendum sane*, inquit Servius hoc loco, *hoc sibi Evandrum vindicare, quod fuit in Hercule. Nam ut ille Geryonem extinxit, ita hic Erylum occidit.* Quo fieri autem pacto potest, ut Evander nunc senex, olim in juventa sub ipsa urbe Prænestina Herilum regem occiderit, cum VII. Æneid. 678. fundator urbis illius dicatur esse Cæcubus, qui Turno in hoc bello suppetias tulit? Solvi hic nodus nulla certa ratione aut via probabili potest.

589 *Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,*
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cælo, tenebrasque resolvit.

Atqui Lucifer ipsamet Veneris stella est. Venus-ne Venerem diligit?

592 *Oculisque sequuntur Pulveream nubem.*
596 *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.*

At *putris campus* de lutulento potius, quam de pulverulento dicitur. Deinde *quadrupedans*, de equo aliove animali Latine dicitur, quod quatuor pedibus graditur: *Sonitus quadrupedans*, pro *quadrupedantis*, barbarum est, metri causa positum.

630 *Fecerat & viridi fetam Mavortis in antro*
Procubuisse lupam; geminos hinc ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impavidos: illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.

Imperitus rei historicæ vates lupam hic & gemellos describit, quales vidit in nummis antiquis depictos. Sed stulte credidit fabulas prodere, natos ex lupa gemellos; quod Romano nemini venit in mentem. Tantummodo ferunt Annales, ita prodente Plinio, libro XV. sect. XX. inventam esse lupam, quæ infantibus mammam præberet. Stultum est addere, gemellos istos fetum lupæ fuisse, quæ lingua etiam membra formaret.

635 *Nec procul hinc Romam, & raptas sine more*
Sabinas.

Sine more, pro eo quod est, præter jus fasque, Latinum non est.

637 *Subitoque novum consurgere bellum*
Romulidis Tatioque seni.

Regnasse Romæ cum Romulo Tatium, fabula est. Raptas fuisse virgines Sabinas a Romanis Plinius prodidit, libro XV. sect. XXXVI. sed de Tatio nihil habet. Est tamen *Tatius* nomen Romanum, ex quo est Τατιανὸς in nummis Græcis.

661 *Duo quisque Alpina coruscant*
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.

Coruscant, pro *coruscа gestant*, solœcum est, cujus jam supra exemplum vidimus alterum, v. Æneid. 642. At Virgilius aliter verbum illud usurpat, nimirum neutraliter, IV. Georg. 73. de apibus: *Tum trepidæ inter se coëunt, pennisque coruscant.* Et 98. *Elucent aliæ, & fulgore coruscant.* Servius *gæsa* interpretatur *hastas viriles. Nam etiam viros fortes Galli gæsos vocant* fabulæ. Ficta hæc vox est, ut aliæ plurimæ, ad conciliandam operi, in quo eæ occurrunt, fidem vetustatis.

670 *Secretosque pios: his dantem jura Catonem.*

Aliud est dare jura legesque, aliud jus dicere. Alterum pro altero posuit Æneidographus.

685 *Hinc ope barbarica variisque Antonius armis*
Victor, ab Auroræ populis & litore Rubro
Ægyptum, viresque Orientis & ultima secum
Bactra vehit; sequiturque, nefas! Ægyptia conjux.

Rubrum litus & Bactra vidisse M. Antonium, aut vicisse, stultum est credere; aut inde etiam auxilia contraxisse.

704 *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo*
Desuper, omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Prorsus ignarus illorum temporum fuit iste, qui tamen eorum æqualis existimatur fuisse. Imperitissimus etiamnum jure habeatur, qui crediderit, Indos, Arabas, & Sabæos, sub M. Antonio meruisse stipendia, eo saltem numero, qui dignus aliqua mentione fuerit.

714 *At Cæsar triplici invectus Romana triumpho*
Mœnia.

De M. Antonio, quoniam bellum civile id fuit, Cæsar octavius triumphum non egit.

722 *Incedunt victæ longo ordine gentes,*
Quam variæ linguis, habitu tam vestis & armis.
Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos
Pinxerat. Euphrates ibat jam mollior undis,
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis,
Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.

Atqui Cæsar Augustus, nec vidit aliquando, aut subegit, Nomadas, Afros, Lelegas, Caras, Gelonos, Morinos, Dahas, bicornis Rheni, aut Araxis accolas: nec nisi multo post Actiacam victoriam vidit Euphratem. O certe credulos homines, qui Æneïdos scriptorem Augusti temporibus vixisse defendunt!

IX.

Quædam expenduntur e libro IX. *Æneïdos.*

6 *Turne, quod optanti Divûm promittere nemo*
Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Nemo divûm, dictum est barbare, non Latine: est enim *nemo*, pro *ne homo*, hoc est, nullus homo. *Volvenda dies* quid sit, obscurum est, & metri causa contra Latinitatem positum, ut libro I. versu 238. *Volventibus annis.*

10 *Nec satis: extremas Coriti penetravit ad urbes.*

Coritum fictum esse urbis vel oppidi nomen, jam antea monuimus, ad III. Æneid. 170. At hic, ut libro VII. versu 209, viri nomen est. Eumdem esse libri septimi atque noni hujus opificem, ex eo intelliges: sed alium verisimiliter libri tertii esse auctorem.

31 *Aut pingui se flumine Nilus,*
Cum refluit campis, & jam se condidit alveo.

Refluit campis, dictum ambigue. Videtur enim significare, cum in campis ex alveo suo redundat: at hic est e contrario, cum ex campis irrigatis in alveum se *recipit*, & in eo se includit: cujus verbi vice dici *condidit*, non probat latinitas, sed metrum cogit.

59 *Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili. . . .*
64 . . . . . *Et siccæ sanguine fauces.*

Siccæ sanguine fauces, pro *sanguinis sitientes*, quisquamne putet aut Latinum esse, aut non metri tantum causa hic esse quamvis barbare positum?

67 *Qua tentat ratione aditus, & qua via clausos*
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.

Qua via, in sexto casu, solœcum est contra rationem metri. Nec *via* potest esse in nominativo, cum *qua via* dicatur, ut proxime, *qua ratione:* & verbum *excutiat* de Turno æque dictum oporteat intelligi, atque proximum *tentet:* nec via *excutere* possit vallo Trojanos, sed Turnus cum copiis. *Excutiat* pro *extrahat*, metri causa positum est: sicut & *effundat*, pro *alluit.*

98 *Immo ubi defunctæ finem portusque tenebunt*
Ausonios.

Navis defunctæ: subaudi, inquies, periclis: *finem*, & hic subaudi, viæ, seu navigationis. Quis tantam licentiam vel tiro non castigandam metueret? *Tenere finem*, Latinumne est?

123 *Obstupuere animis Rutuli: conterritus ipse*
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, revocatque pedem Tyberinus ab alto.

Pedem fluvius *ab alto revocat*, pro refert cursum a mari, quam audacter, barbare, & insolenter dictum?

136 *Sunt & mea contra*
Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,
Conjuge præcepta.

An sensus est, Quia conjugem illa gens mihi prius abripuit; an, Postquam eripuero ex illius manibus conjugem? Ambigua oratio est.

142 *Quibus hæc medii fiducia valli,*
Fossarumque moræ, leti discrimina parva.

Discrimina parva leti, dictum obscure: nam & significat, haud magnum esse mortis periculum: At hic positum est pro exiguo mortis intervallo; metri causa.

159 *Interea vigilum excubiis obsidere portas*
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.

Obsidere tertiæ conjugationis factum audacter metri causa; & a paucis aliis cohortis ejusdem poëtis.

176 *Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,*
Hyrtacides: comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, jaculo celerem levibusque sagittis.

Hyrtacides, non *Nisus*, sed *Asius* ab Homero dicitur. De nominibus Nisi & Euryali, vide quæ diximus ad lib. V Æneid. 294. *Ida*, montis nomen, ex quo fictum feminæ nomen est.

179 *Et juxta comes Euryalus, quo pulcrior alter*
Non fuit Æneadum.

Æneadæ, ut sæpe monuimus, absone Trojani, seu viri sub Ænea arma tractantes dicuntur.

220 *Nec mea jam mutata loco sententia cedit.*

Sententia loco mutata, an Latinum, an fanum est?

265 *Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:*
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

Unde tantum auri jam tum Ascanio? Est id inter incredibilia. *Talenta duo magna auri*, Plauti æstimatione, sunt sex millia librarum Gallicarum, monetæ aureæ: *six mille francs, ou deux mille écus en or.*

275 *Te vero, mea quem spatiis propioribus ætas*
Insequitur, venerande puer, jam pectore toto
Accipio.

Euryalum ab Ascanio vocitari *puerum venerandum*, nec mos, nec ratio patitur.

272 *Præterea bis sex genitor lectissima matrum*
Corpora, captivosque dabit, suaque omnibus arma.

Gallicismus hic est, pro *suaque omnium arma*, quod metri ratio non patiebatur. Scripsit ergo *omnibus*, *Et leurs armes à tous.*

261 *Revocate parentem, Reddite conspectum.*

Conspectum, an substantivum hic nomen, an participium est? Utrumque hic aut barbare dictum, aut obscure, ut metro serviatur.

287 *Hanc ego nunc ignaram hujus quodcumque pericli est,*
Inque salutatam linquo.

Ridicula diæresis, quales apud Lucretium ex eadem impia cohorte sunt plurimæ. Similis altera rursum occurret inferius, libro X. versu 794. *Inque ligatus*, pro *illigatus.*

342 *Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse*
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque, Hebesumque subit, Rhœtumque, Abarimque,
Ignaros: Rhœtum vigilantem & cuncta videntem,
Sed magnum metuens se post cratera tegebat.

Eurya-

Euryali cædes, pro *ſtrages ab Euryalo edita*, Latinum non eſt. *Perfurit*, ſolis eſt vatibus turmæ recentis nota vox. *Plebem ſubit*, pro *aggreditur*, metri cauſa dictum eſt non Latine, ſed barbare. *Cratera* ſane ingentem fuiſſe oportuit, quo ſe tegi poſſe homo putaret.

374 *Pectore in adverſo totum cui cominus enſem*
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam, & cum ſanguine miſta
Vina refert moriens: hic furto fervidus inſtat.

Multa morte, pro *certo illata nece*, obſcurum eſt, nec Latinum. *Vina refert*, pro *reddit*, inepte, metri cauſa. Et *vina reddit pectore* perfoſſo, inſulſe dictum, Denique, *hic furto inſtat*, pro, *interim Euryalus ſtragem pergit tacitus edere*, dictum obſcure, & coacta nimis oratione.

384 *Euryalum tenebræ ramorum oneroſaque præda*
Impediunt, fallitque timor regione viarum.

Tenebræ ramorum, barbara oratio eſt, metri cauſa, pro *ramorum opacitas*. *Fallit timor regione viarum*, pro, timor facit aberrare a via recta regionis, metri cauſa ſcriptum eſt ſolœcizando, mutatis nominum caſibus.

411 *Conjicit: haſta volans. . . .*
Et venit adverſi in tergum Salmonis, ibique
Frangitur, & fixo tranſit præcordia ligno.

Hunc locum ex inſolubilibus eſſe Servius adnotat. Nam ſi fractum in tergo lignum eſt, quomodo deinde tranſit præcordia?

438 *At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnes*
Volcentem petit, in ſolo Volcente moratur.

Per omnes, pro *inter omnes*: & *in ſolo Volcente moratur*, pro ſolum Volcentem ſpectat; Latinum non eſt, ſed barbarum, & metro datum. Et quomodo noctu vir a viro diſcerni in ſilvis potuit?

468 *Nec te tua funera mater*
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.

Quid ſit *tua funera*, valde laborant Interpretes ut *extricent*. Dixit vates audax metri cauſa, *tua funera*, pro *tua funerea*; hoc eſt, tui curatrix funeris, *non te*, tuum ſcilicet corpus, extendi, porrexi, ut lavarem, ego mater, poſtquam preſſiſſem oculos.

491 *Et funus lacerum tellus habet.*

Funus lacerum, pro *corpus lacerum*, prorſus inepte. Noluit autem *corpus lacerum* dicere, poſt artus & *membra avulſa*; cum puerilis eſſet ita συνωνυμία.

503 *At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro*
Increpuit.

Increpuit ſonitum, pro *excitavit*, ſolœcum eſt, aut ſolœco proximum.

516 *Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque.*

Ruunt pro proruunt, propellunt, dictum eſt barbare, & ſolœcizando, metri cauſa.

528 *Et mecum ingentes oras evolvite belli.*

Ecquæ ſunt oræ belli? Servius initia & extrema belli interpretatur. Emplaſtrum eſt ſervile.

596 *Tumidusque novo præcordia regno Ibat.*

Novo regno, pro *novi ſpe regni*, dictum obſcure & improprie.

599 *Bis capti Phryges.*

Atqui alii Troës, alii Phryges ſunt. Phrygia numquam, Priamo paruit, aut obnoxia fuit, ſed Troas ſolummodo, cum parte Myſiæ ſupra Troadem ad Helleſpontum.

667 *Dant ſonitum flictu galeæ.*

Flictus, vox ficta audacter.

680 *Sive Padi ripis, Athesim ſeu propter amœnum.*

Credi ſe vult horum fluviorum accolam; & fuiſſe quidem aliis ex indiciis poteſt videri; ſed adhuc ἐπέχω.

716 *Inarime Jovis imperiis impoſta Typhœo.*

Fictum imperite nomen ex ἐν Ἀρίμοις Homerico, ut dudum adnotavimus, ad librum Plinii tertium, ſect. XII. Nam Homerum hic Æneïdographus manifeſte deſcribit, ſed ita tamen, ut ubi cubilia Typhæi eſſe dixit Homerus, impoſitam iſte Typhæo inſulam fingat. *Inarimen* ſcribendi primus auctor fuit, & ceteris omnibus dux errandi fuit Plinius, qui cum legentem audiret anagnoſten, apud Homerum

—— ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἰμάσσῃ
Ἐν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

deceptus ſoni ſimilitudine in diphtongis αι & οι cum vocalibus ι & η, audire ſe putavit Ἰναρίμης, præſertim cum præceſſiſſet γαῖαν. Plinii errorem ſecuti ſunt præterea, Ovidius, Lucanus, Statius, Silius, Claudianus.

735 *Turbati ſubito Æneadæ: tum Pandarus ingens*
Emicat, & mortis fraternæ fervidus ira. . . .

Ira mortis, pro dolore de nece fratris, barbare dictum, ut metro ſerviatur, & ſolœcum.

X.

Expenduntur quædam e libro X. *Æneïdos.*

1 *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*

O *Lympus omnipotens?* Nemo ſic locutus eſt ſcriptor ethnicus.

13 *O pater, o hominum divumque æterna poteſtas.*

Dictum obſcure & barbare, metri cauſa, pro, qui poteſtate polles in homines divosque.

24 *Et inundant ſanguine foſſæ.*

Solœcum eſt, pro *exundant*. Eſt enim *inundant*, activum.

44 *Si nulla eſt regio Teucris quam det tua conjux*
Dura.

Epitheton præpoſtere poſitum, quod in tironibus reprehenditur.

58 *Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quærunt.*

Id eſt, renaſcentia, inquit Servius. Inepte. *Recidiva* enim idem valet, atque iterum caſura. *Recidiva Pergama* jam vidimus ſupra, libro IV. verſu 344. & libro VII. verſu 322.

65 *Æneam hominum quisquam divumque ſubegit*
Bella ſequi? aut hoſtem regi ſe inferre Latino!

Ita-

Italiam petiit fatis auctoribus, esto,
Cassandræ impulsus furiis.

Subegit, pro *coëgit*; quid coëgit scribere barbare? *Regi Latino*, si de rege accipitur, cui Latinus nomen fuit, Juno mentitur: neque enim se hostem Latino Æneas intulit. Si Turnum designat, obscura & ambigua oratio est.

90 *Quæ causa fuit consurgere in arma*
Europamque Asiamque, & fœdera solvere furto?

De Europa & Asia, vide quæ diximus ad librum VII. versu 224. *Furto*, pro Helenæ raptum, dictum obscure.

102 *Eo dicente, Deûm domus alta silescit:*
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.

Silescit, verbum factitium, metri causa; Terentio quoque & Catullo, sed vatibus ex eodem grege, usurpatum. Et *tremefacta solo tellus*, quid est? A fundamentis certe *solo* non est.

108 *Tros Rutulusve fuat.*

Pro *Troïus*, solœcum est, ut diximus ad librum I. versu 578.

116 *Solio tum Juppiter aureo*
Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.

Fabula sine sensu, & ad rem inutilis: ille scilicet comitatus Jovis ad limina: quæ? Spectat Æneïdographus morem, quem Canonici tenent, deducendi Episcopum exuntem e Choro, ad limina usque Palatii, unde est in Ecclesiam aditus.

164 *Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris*
Æneam, armetque rates, pelagoque vehatur.
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri.

Impositа navibus nomina fuisse ante suprema Divi Ludovici tempora, cum in Africam trajecit, vix arbitramur: cum in prioribus ad Orientem navigationibus pro sacro bello, nullæ suis nominibus distinctæ naves commemorentur. *Massicus* ex montis nomine fictum viri nomen est.

168 *Quique urbem liquere Cosas; queis tela, sagittæ*
Corytique leves humeris, & letifer arcus.

Cosas exstitisse Æneæ temporibus, haud probabile est. Arcuum thecam, æque ac sagittarum, *Coriti* vel *Coryti* verbo vult Servius designari. Usi eodem verbo dicuntur Ovidius & Statius.

170 *Una torvus Abas; huic totum insignibus armis*
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.

At in nummis antiquis Romanorum Imperatorum, a M. Antonio Triumviro & Julio Cæsare, usque ad Fl. Jul. Constantium Aug. fratrem Fl. Jul. Constantis, nullæ apparent in navibus pictæ imagines.

180 *Sequitur pulcherrimus Astur,*
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

Arma versicoloria an Latine dicantur, ambigo: epitheton hic esse frigidum, & metro dumtaxat commodatum scio. *Equo fidentem* appellavit Asturem; quoniam velocissimi sunt equi asturcones dicti.

184 *Et Pyrgi veteres, intempestæque Graviscæ.*

Intempestæ, pro *pestilentes*, vel infames ob magnam cæli intemperiem, Latinum non est; sed fictum pro metri commoditate vocabulum. Virgilius, libro I. Georg. versu 247. *Noctem intempestam* dixit; sed pro ea, qua tempus non est ullius bene agendæ rei.

189 *Namque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati,*
Populeas inter frondes umbramque sororum
Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem:
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.

Virgilio in Egloga sexta, *Phaëthontiades*, non *sorores Phaethontis*, opinor, sed filiæ, sunt appellatæ. Nam sic & Anchisiadem, non Anchisæ fratrem, sed filium vocitamus: & Prœtides apud Plinium, libro XXV. sect. XXI. Prœti filiæ sunt, non sorores. Nec *populeas arbores* dixit Virgilius, sed *alnos*, his versibus: *Tum Phaëthontiadas musco circumdat amara Corticis, atque solo proceras erigit alnos.* Cycnos Æneïdographus non vidit: nam terras illi vix deserunt, nec cælum cantu petunt.

204 *Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat.*

Armat, pro *concitat*, dictum obscure, metri causa. Nam quis intelligat, *armat in se?*

207 *It gravis Auletes, centenaque arbore fluctum*
Verberat assurgens.

Centena arbore, pro centenis remis, hyperbole audax, metri causa. At navis, quæ quinquaginta remos ex utroque latere haberet, nullas habuit vetusta ætas, Plinio teste, etiam ipsius temporibus: nullas vidit ætas subsecuta.

208 *Spumant vada marmore verso.*

Marmore verso, an poëticum, Latinumve est?

218 *Ipse sedens clavumque regit, velisque ministrat.*

Sedens clavum regere gubernator potest: ministerium præbere velis, sedens non potest.

228 . . . . *Vigilasne, Deûm gens,*
Ænea? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphæ, classis tua.

Nunc quintum sextumve, aut amplius, Deus e machina. A Nymphis admonetur Æneas periculi, in quo versatur Ascanius. Ob id mutatas prius in Nymphas, quibus esset cordi salus Ascanii, Æneæ naves ipsas fingi oportuit, libro superiore, versu 102. *Deûm gens*, pro *Deûm proles*, vel *Deûm genus*, dictum barbare, metri causa. *Et immittere rudentes velis*, pro *laxare funes*, metrum similiter coëgit barbare dicere.

236 *At puer Ascanius muro fossisque tenetur*
Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.

Horrentes Marte, dictum ambigue: nam potius videtur designare, qui bellum exhorrescant, quam qui bello feroces incutiant horrorem.

249 *Inde aliæ celerant cursus. Stupet inscius ipse*
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.

Quis hoc Oedipus intelligat? *Animos omine tollit*; pro, tali omine suorum animos erigit. Nihil dici magis barbarum potest, minusve Latinum. Et *Tros* pro *Troïus*, solœcum est.

251 *Tum breviter supera aspectans convexa precatur.*

Con-

Concava certe tantummodo, non convexa ſupera potuit aſpectare: ſed metrum coëgit vatem ſic deſipere.

287 *Interea Æneas ſocios de puppibus altis*
Pontibus exponit.

Pro, *deponit in litus*, barbarum eſt, metri cauſa poſitum.

288 *Multi ſervare recurſus*
Languentis pelagi, & brevibus ſe credere ſaltu.

Languens pelagus, epitheton languidum. *Brevibus ſe credere*, pro, *in brevia ſeu loca vadoſa inſilire*, abſurdum eſt.

312 *Occiſo Therone; virûm qui maximus ultro*
Æneam petit. Huic gladio, perque ærea ſuta,
Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum.

Suere vel *conſuere æs*, quis dicat, vel cogitet, pro textu æreo clypei, niſi vates carmen deproperans? Et *gladio latus haurire apertum*, quid ſit, quis intelligat? An enim *haurire*, pervadere vel exhaurire eſt? Et gladium oportet optimæ facturæ fuiſſe, qui æreum clypeum, aureamque loricam penetrarit, & latus perfoderit.

334 . . . . . *Steterant quæ in corpore Graiûm*
Iliacis campis.

In corpore, pro *in corporibus*, barbare, metri cauſa poſitum. Ecquando autem eripi ab Ænea vel Achate ea tela potuere e Græcorum corporibus? Achates certe in Iliade nullus eſt.

359 *Anceps pugna diu; ſtant obnixa omnia contra.*

De pugna ventorum hic loquitur; ſed obſcuriſſima oratione, ut omnes conſentiunt Interpretes.

361 *Hæret pede pes, denſuſque viro vir.*

Pede, pro *pedi*, inquit Servius: ſatis audaci ſane licentia.

365 *Ut vidit Pallas Latio dare terga ſequaci. . . .*

Sequaci, pro *perſequenti*, metri cauſa inepte poſitum ſolœcum eſt.

370 *Per ducis Evandri nomen, devictaque bella.*

Bella devincere, num Latine dicitur?

388 *Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetuſta*
Anchemolum.

Videtur imprudens vates, dum nomina virorum apud Homerum quæreret, legiſſe initio verſus 529. Iliad. Η. Ἀγχίμολον ἦ οἱ ἦλθε Θόας: ubi vocis illius propterea prima littera majuſculo picta eſt charactere: ac nomen idcirco viri proprium id eſſe cenſuiſſe, aut vertiſſe in *Anchemolum:* cum ſit ἀγχίμολον ibi adverbium, prope, proxime.

394 *Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abſtulit enſis:*
Te deciſa ſuum, Laride, dextera quærit.

Thymbre, in vocandi caſu metri cauſa ut ſcriberet, & *Thymber* in recto caſu dictum credi vult, & *Thymbrus:* ut *Evandrus* finxit.

408 *Horrida per latos acies Vulcania campos.*

Acies Vulcania, pro magna incendii vi, metaphora puerilis eſt & inſulſa.

411 *Sed bellis acer Haleſus.*
Tendit in adverſos, ſeque in ſua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretaque, Demodocumque,
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe,
Elatam in jugulum: ſaxo ferit ora Thoantis:
Oſſaque dispergit cerebro permiſta cruento.

In ſua ſe colligit arma, pro, ſuo ſe protegit clypeo; voces ſunt ſine ſenſu, verſus conficiendi cauſa temere arreptæ. *Diripit dextram*, pro *abſcindit*; audacter, ſed nullo ſenſu tolerabili. *Fulgenti* epitheton frigidum & inane. *Oſſa cerebro permiſta*, dictum barbare, pro, oſſa cum cerebro. Sed qui dextra enſe feriebat, lævane ſimul ſaxum id tale ac tantum projecit?

417 *Fata canens ſilvis genitor celarat Haleſum;*
Ut ſenior leto canentia lumina ſolvit.

Canentia lumina, pro, *ſeniles oculos*, dictum omnino barbare, metri cauſa. An enim oculi ſenibus, ut capilli, cani fiunt?

430 *Et vos, o Graiis imperdita corpora, Teucri.*

Imperdita, fictum perquam audaciſſime verbum metri cauſa; pro, non interfecta, quæ Græci non potuerunt perdere.

432 *Extremi addenſent acies.*

Addenſent, verbum alibi inauditum; pro, denſas faciunt acies, metri cauſa factum.

444 *Hæc ait, & ſocii ceſſerunt æquore juſſo.*
At Rutulûm abſceſſu juvenis, tum juſſa ſuperba
Miratus, ſtupet in Turno.

Æquore juſſo, pro *campo præſcripto*, dictum barbare metri cauſa. *Stupere in aliqua re*, num Latine dicimus?

450 *Aut leto inſigni: ſorti pater æquus utrique eſt.*

Sorti utrique æquus, pro alterutra ſorte æque contentus, dictum eſt barbare, & obſcure, metri conficiendi cauſa. Immo, voces ſunt ſine ſenſu.

453 *Deſiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire*
Cominus.

Apparat, pro *parat*, metro ſolo poſcente poſitum barbare eſt.

459 . . . . *Magnumque ita ad æthera fatur.*

Fari ad aliquem, Latinum non eſt, ſed ſolœcum. Et *fari ad magnum æthera*, dictum inſulſe; pro *cælum*, vel potius cælites alloqui, compellare, orare.

478 *Tamdem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.*

Bonis Latinitatis auctoribus, ut Plinio, *ſtringere* aliud non eſt, quam conſtringere. At aliud longe eſt perſtringere, ſive delibare.

501 *Neſcia mens hominum fati ſortisque futuræ,*
Et ſervare modum, rebus ſublata ſecundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta.

Sententias iſtas morales, & quaſi paræneſes, ab ipſomet poëta proferri, contra leges epici poëmatis eſt. Ab eo vitio abeſt Homerus, qui dicta hujusmodi ab ipſismet poëmatis perſonis inſeri ingenioſe ac ſo-

lerter facit. *Sublata mens*, pro *elata*, metrum coëgit imperite & barbare ſcribere.

524 *Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iüli.*

Per patrios, pro *per Anchiſæ manes*, dictum ambigue: incertum enim, an Magus per patris ſui, an per patris Æneæ manes oret. Et *ſurgentis*, pro *exorientis*, dictum barbare, metri cauſa.

532 *Belli commercia Turnus*
Suſtulit iſta prior, jam tum Pallante perempto.

Belli commercia, pro pactis conventis, quæ in bello fiunt, quis intelligat? Sed nimirum hoc vati verbum ſe obtulit, quo verſum clauderet.

547 *Dixerat ille aliquid magnum vimque affore verbo*
Creäiderat, cæloque animum fortaſſe ferebat.

Quid eſt, *ferre animum cælo?* Voces ſine ſenſu. *Dixerat ille aliquid magnum:* quæ ſtili humilitas!

561 *Protinus Antæum, & Lycam, prima agmina Turni*
Perſequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem.

At *Numam* jam dixit occiſum fuiſſe ab Euryalo, libro IX. verſu 454. Et eo quidem nomine, tamquam parum memor a Macrobio carpitur.

563 *Ditiſſimus agri*
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Cur dicantur Amyclæ tacitæ ut exponant Interpretes, fabulas fingunt ineptas, aut fictas ante ſe deſcribunt. *Tacitas* dici hic arbitramur, quæ ſunt ſine nomine, ſine ulla celebritate famæ. Non valde Latine iſtud quidem; ſed ut alia innumera.

598 *Vir Trojane, ſine hanc animam.*

Sine hanc animam, pro, omitte hanc animam; ſolœcum eſt metro cogente admiſſum.

613 *Si mihi quæ quondam fuerat, quamque eſſe decebat,*
Vis in amore foret.

Pro, ſi tantum apud te valeret aut efficeret tuus erga me amor, quantum par eſſet; dictum eſt ſaltem perobſcure.

636 *Tum Dea nube cava tenuem ſine viribus umbram*
In faciem Æneæ (viſu mirabile monſtrum)
Dardaniis ornat telis. . . .

Hic Homerum imitari, Iliad. ε. 449. Æneïdographus exiſtimatur: ſed Homerum profecto neque ipſe, neque qui ſic ſtatuunt intelligunt. Non habet ille umbram, ut iſte, Quæ *ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ*, verſu 664. Eſt enim miraculi genus, a quo abhorret Carmen epicum.

677 *In rupes, in ſaxa, volens vos Turnus adoro,*
Ferte ratem, ſævisque undis immittite Syrtis.

Syrtis in numero ſingulari, pro *Syrtium*, ſolœcum eſt, metri cauſa admiſſum: niſi *Syrtium major*, vel *minor* addatur.

681 *An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens*
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem.

Amens, inane epitheton. *Mucrone ſe induere*, pro *transfodere*, & *exigere enſem*, pro *inferre*; barbare dicta ſunt metri cauſa. Et *crudus enſis*, pro aspero vel acerbo, ſimiliter.

792 *Si qua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas.*

Vetuſtas, pro *poſteritas*, metri cauſa, dictum inepte.

845 *Ad cælum tendit palmas, & corpore inhæret.*

Quomodo vero poteſt quis ſimul ad cælum palmas tendere, & incumbere cadaveri?

854 *Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.*

Omnes per mortes, Latinum non eſt, ſed dictum barbare.

880 *Nec mortem horremus, nec divûm parcimus ulli.*

Pro eo quod eſt, Nullum deorum novimus, aut reveremur, omnes contemnimus; *nulli parcimus*, verbum eſt prorſus alienum, a vate poſitum, temere arripiente quodcumque claudendo verſui aptum ſe verbum offert.

§. XI.

Expenduntur quædam e libro XI. *Æneïdos.*

1 *Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.*
Æneas, quanquam & ſociis dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataque funere mens eſt,
Vota Deûm primo victor ſolvebat Eoo.

QUid factum ſit nocte victoriam ſubſecuta, vates imprudens ſub finem libri ſuperioris memorare prætermiſit, magno errore: haud levi fortaſſis argumento, alium eſſe, quamvis in opere ſocium, hujus libri & poſtremi etiam verſificatorem, quam ſuperioris. *Funere*, dum *quo* vel *cujus* non dicit, ſcribit obſcure. Et cur noctu non ſunt humata pro more corpora? *Vota Deûm*, pro *vota diis facta*, barbarum eſt. Et *primo Eoo*, pro primo mane, metri cauſa poſitum eſt nihilo minus barbare. *Præcipitant curæ* denique, pro *urgent*, ſolœcum eſt.

7 *Mezenti ducis exuvias, tibi magne trophæum,*
Bellipotens.

Vox nova, ex cohortis recentis fabrica. Et *magne Bellipotens*, adjectiva duo ſimul, contra ſyntaxim, metri cauſa.

36 *Ut vero Æneas foribus ſeſe intulit altis;*
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt
Pectoribus; mæſtoque immugit regia luctu.

Illæ *fores altæ* quæ ſint, & quæ illa *regia* in quam Æneas advenerit; aut ubi noctem is egerit, antequam eo veniret, dici non poteſt: id totum imprudens & properans vates omiſit.

72 *Tum geminas veſtes, auroque oſtroque vigentes,*
Extulit Æneas, quas illi læta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat.

Læta laborum, pro, gaudens tali labore, non eſt oratio congrua, ſed ſolius metri cauſa audacter projecta.

104 *Nullum cum victis certamen, & æthere cassis.*

Æthere cassus, est privatus æthere. At *æther* pro luce, quo jure, nisi metro poscente, ponitur?

118 *Vixet, cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.*

Vixet, pro *vixisset*, dictum audacissime. Et *Deus* sic absolute positum, os Christianum sapit, opinor.

136 *Evertunt actas ad sidera pinus,*
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum, &c.

At cedrus in Latio nulla est. Et *pinus actæ*, pro *elatæ*, barbarum est, positum metri causa. Et usque *ad sidera*, hyperbole pueilis.

142 *Arcades ad portas ruere, & de more vetusto*
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros.

Acceptum istud est ex more Christiano: neque enim id aut gentiles, aut ipsi Judæi faciunt. *Discriminat*, pro *discernit*, versus poposcit, non Latinus sermo.

169 *Quin ego non alio digner te funere, Palla,*
Quam pius Æneas, & quam magni Phryges.

Quid est, *magni Phryges?* Cum Trojani præsertim alii a Phrygibus sint.

177 *Quod vitam moror invisam Pallante perempto,*
Dextera causa tua est: Turnum gnatoque patrique
Quam debere vides meritus.

Perplexa oratio, cujus sensus est: Si adhuc sustineo vivere, junctæ tecum amicitiæ causa hoc facio: Dexteram tuam vides debere Turnum occidere; quia hoc merentur Evander pater & Pallas filius. Vates imperitus *dexteram* semel posuit, accipiendam & metaphorice pro fœdere & amicitia conjuncta; & proprie, pro dextra in certamine valida.

199 *In flammam jugulant pecudes.*

In flammam, pro, mox igni cremandas, dictum obscure.

204 *Innumeras struxere pyras, & corpora partim*
Multa virum terræ infodiunt: evectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt,

An vero in urbibus sepeliendi tunc mos fuit, ut sæculo decimo tertio? *Urbique remittunt*, dictum obscure & inepte, pro, in suam quæque corpora urbem remittunt.

213 *Jam vero in tectis prædivitis urbe Latini*
Præcipuus fragor.

In tectis urbe, pro *in tectis urbis*, pari causa, solœcum est.

265 *Libycove habitantes litore Locros.*

Fingit quod vult: est id enim alibi inauditum.

268 *Devicta Asia subsedit adulter.*

Voces sine sensu, quas nulli possunt extricare Interpretes. *Subsedit*, ibi est, pro, *in lecto succedit*: nempe Ægisthus in lecto Clytemnestræ, uxoris Agamemnonis.

296 *Variusque per ora cucurrit*
Ausonidum turbata fremor.

Fremor, pro fremitu, vox ficta audacissime. *Fremomorem verborum*, de his quæ magi immurmurant, dixit Arnobius æque insolenter. Alibi, opinor, non occurrit.

313 *Toto certatum est corpore regni.*

Pro, totis regni viribus, an Latinum est! Non est profecto.

324 *Sin alios fines, aliamque capessere gentem*
Est animus.

Capessere, pro *adire*, barbarum.

344 *Cuncti se scire fatentur,*
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.

Quid est, mussare dicere!

347 *Det libertatem fandi, flatusque remittat.*

Flatus, pro tumore, vel superbia, dictum barbare, metri causa.

350 *Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus*
Consedisse urbem luctu.

Consedisse luctu, pro *jacere in luctu*, dictum barbare, metro cogente.

372 *Inhumata infletaque turba.*

Infleta, vox factitia, nec alibi, quod sciam, usurpata.

389 *An tibi Mavors*
Ventosa in lingua.

Ventosa, pro jactabunda, *vanteüse*, Gallicismus est. Apud Horatium, lib. 1. epist. VIII. versu 12. & epist XX. versu 37. & libro 2, epist. 1. *ventosus*, levis & inconstans est: apud Virgilium, vento plenum sive agitatum significat: ut lib. 1. Georg. 206. *ventosa per æquora vectis. Semper erit*, versus inchoatus.

401 *Ne cessa turbare metu, atque extollere vires*
Gentis bis victæ, contra premere arma Latini.

Premere arma regis, pro, oratione imminuere vires ejus, barbare metro cogente scriptum est.

467 *Cetera, qua jusso, mecum manus inferat arma.*

Jusso, solœcum est, pro *jussero*: quod unius hujusce versus prætenta vetustate excusare pseudo Seneca nititur, epist. LVIII.

556 *Ita ad æthera fatur.*

Fari ad æthera, certe nec Latinum, nec bene sanum est.

575 *Spiculaque ex humero parvæ suspendit & arcum.*

Parvæ: Gallicismus, *de la petite.*

583 *Sola contenta Diana.*

Prima brevi in Diana: quam producit, 1. Æneid. 503.

590 *Hæc cape, & ultricem pharetra deprome ſagittam.*

Adhuc Deus e machina: ſagitta e Dianæ pharetra, ab ipſa ad Camillam transmiſſa. Et quod ſequitur;

593 *Poſt ego nube cava miſerandæ corpus & arma*
Inſpoliata feram tumulo.

Factitia vox: quamquam & a Quintiliano; ut aïunt. uſurpata.

607 *Adventusque virûm, fremitusque ardeſcit equorum.*

Soli cohorti improbæ nota vox, *ardeſcit*.

621 *Jamque propinquabant portis; rurſusque Latini*
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.

Equorum ſcilicet; quod exprimi oportuit, ne eſſet obſcura oratio, ut eſt.

644 *Lata huic haſta per armos*
Acta tremit, duplicatque virum, transfixa dolore.

Duplicare virum quid ſit, ne Oedipus quidem exponat. *Et haſta transfixa dolore*, pro *cum dolore*, metri cauſa, contra leges Grammaticæ eſt.

659 *Quales Threïciæ cum flumina Thermodontis*
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

Quid eſt, *pulſare flumina? Bellantur*, ſolœcum immane eſt, metri cauſa admiſſum, pro *bellant*. Sed quod gravius peccatum eſt, Amazonas iſte & fluvium Thermodontem ponit in Thracia; cum nec Amazones ullæ in Thracia fuerint, ſed in Aſia: & Thermodon fluvius in Cappadocia.

682 *Agreſtisque manus armat ſparus.*

Sparus, pro telo, non eſt Latinum nomen, ſed factum ad conciliandam ſcriptis opinionem vetuſtatis.

718 *Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis*
Tranſit equum curſu.

Incredibile narrat, & metri cauſa barbarizat: cum *ignea* ſcribit pro *irata*.

731 *Nomine quemque vocans: reſcitque in prælia pulſos.*
Quis metus, o numquam dolituri, o ſemper inertes,
Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia venit?

Reſcit in prælia, barbare dictum, pro *revocat*: quod ab eo ſcribi non finebat prius hemiſtichium, *Nomine quemque vocans*. *Pulſos* ſimiliter, pro *fugientes*, metri cauſa poſitum, barbare & obſcure. *O numquam dolituri*, ſcriptum quoque perobſcure, ubi ſubintelligendum eſt, ex vulnere accepto in prælio, cum fugam tam facile capeſſatis.

750 *Suſtinet a jugulo dextram, & vim viribus exit.*

Soloecum eſt, *exit*, pro *evitat*: quamvis jam ſic poſitum, libro v. 438.

768 *Forte ſacer Cybeles Chloreus olimque ſacerdos.*

Cybele ſecunda brevi hic ponitur, & libro III. verſu 211. quam libro X. produxit, verſu 220. *Nymphæ, quas alma Cybele* &c. Deinde cum ea vox *ſacerdos*, vati opus eſſet claudendo verſui; eidemque inchoando, utile æque nomen *ſacer*, ob id adjecit poſtea, *olimque ſacerdos?* Quid? an ergo ſacerdotio tum dejectus?

774 *Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati*
Caſſida.

Caſſida, pro *caſſis*, ſolœcum eſt, metri cauſa elegantioris; ne ſpondæus eſſet in primo pede ab oratione antecedente pendens.

797 *Reducem ut patria alta videret,*
Non dedit.

Alta, inane epitheton, huic vati perquam familiare; ut diximus. Eſt tamen hic undecimus liber, aut melioris alterius venæ; aut, ſi ſit eadem, diligentioris, quam non pauci e prioribus.

XII.

Expenduntur quædam e libro XII. *Æneïdos.*

6 *Tum demum movet arma leo.*

QUæ? dentesne movet, an ungues?

51 *Et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.*

Dictum obſcure, pro, de vulnere quod inferimus.

52 *Longe illi Dea mater erit, quæ nube fugacem*
Feminea tegat, & vanis ſe ſe occulat umbris.

Obſcure dictum ſaltem & inepte. An enim Venus *ſe ſe occulit?* An *ſe ſe* dictum eſt pro *illum*, ſcilicet Æneam? Et quid eſt, *vanis occulat umbris?*

62 *Simul hæc inviſa relinquam*
Lumina, nec generum Æneam captiva videbo.

Hæc lumina inviſa, pro, hanc lucem mihi odioſam, dictum eſt barbare metri cauſa.

74 *O mater: neque enim Turno mora libera mortis.*

Obſcura oratio, quam Servius conatur exponere, & reponit in inſolubilibus.

82 *Poſcit equos, gaudetque tuens ante ora frementes,*
Pilumno quos ipſa decus dedit Orithyia.

Orithyia Actias, hoc eſt, ex Attica regione, a Virgilio memoratur, libro IV. Georg. 463. quomodo igitur Pilumno Italo potuit eſſe cognita? Deinde *decus* de equis dictum, verbum inane eſt, metri abſolvendi cauſa dumtaxat poſitum.

88 *Circumdat loricam humeris, ſimul aptat habendo*
Enſem, quem Dauno ignipotens Deus ipſe petenti
Fecerat.

Aptare habendo, pro, ita ut geſtari poſſet, conſtructio verborum inſolens & obſcura, & ſolius metri cauſa excogitata.

108 *Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira.*

Acuit Martem, quis intelligat, pro *bellum parat?* Et *ſe ſuſcitat ira*, metro cogente, pro *ſuſcitat iras*.

127 *Et genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſylas.*

Fal-

Falſum eſt, teſte Homero, Iliad. υ. 303. ſuperfuiſſe aliquem e ſtirpe Aſſaraci, ipſiusque Dardani, præter Æneam. Nec in prioribus libris Æneidos ulla mentio illius proſapiæ eſt.

161 *Interea reges, ingenti mole Latinus*
Quadrijugo vehitur curru: cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis avi ſpecimen: bigis it Turnus in albis.

Ingenti mole, pro *magno apparatu*, metri neceſſitas excogitavit, quamvis ineptum. Radiatum Latini caput finxit, ex more Romano, in nummis Auguſtorum, quorum ibi ſunt capita radiata. Sol vero *avus Latini* propterea nonniſi perabſurde dicitur: præſertim cum ipſe Latini avum ſuperius Picum appellavit, VII. Æneïd. 47. 48.

166 *Hinc pater Æneas, Romanæ ſtirpis origo,*
Sidereo flagrans clypeo, & cæleſtibus armis:
Et juxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ.

Quomodo potuit Æneas eſſe origo Romanæ ſtirpis, qui nonniſi unius domus potuit origo eſſe? Neque enim ut ex Jacobo omne Iſraëlitarum genus, ſic ex Ænea omnes Romani prodiere. Et aliud eſt eſſe ſtirpis originem, aliud eſſe dumtaxat gentis caput: quamvis hoc tantum voluiſſe Æneidographum contendunt, qui cupiunt omnes ejus nævos excuſari. Et quorſum hic commemoratur Roma vel Romana ſtirps, cujus nomen non eſſet audiendum, niſi poſt annos quadringentos? Quid denique *clypeus ſidereus* eſt, quem feciſſe Cyclopes dicuntur in inſula Vulcania, libro VIII. verſu 447. Et *ſtagrans clypeo*, pro, ſplendente clypeo.

214 *In flammam jugulant pecudes, & viſcera vivis*
Eripiunt.

Jugulatæ pecudes adhucne vivunt?

229 *Non pudet, o Rutuli, cunctis pro talibus unam*
Objectare animam.

Pro, Turnum unum bello ac periculo objicere, omnium loco ducum ac militum noſtrorum, qui ſunt tales ac tanti viri: barbara prorſus & obſcura oratio eſt, quam metri ratio ſola extorſit a vate.

263 *Petet ille fugam, penitusque profundo*
Vela dabit.

Et *penitus* & *profundo*, verba ſunt inania, vel inepta. Neque enim *vela profundo*, aut ipſi maris ſuperficiei, vel *alto*, ſed ventis dantur.

280 *Hinc denſi rurſus inundant*
Troës, Agyllinique.

Inundant Troës, pro *effundunt ſe*, barbarum eſt, metri cauſa poſitum.

285 *Crateraſque focoſque ferunt.*

Ferunt quis ferat dici pro *conjiciunt?*

285 *Fugit ipſe Latinus,*
Pulſatos referens infecto fœdere divos.

Pulſatos, pro *læſos*, aut violatos, barbare dictum metri cauſa.

287 *Infrenant alii currus, aut corpora ſaltu*
Subjiciunt in equos.

Infrenare currus, Latine eſt, alligare & cohibere currus, ne abripiantur ab equis. Quis vero credat hic poni, pro, Alligant equos curribus? Deinde corpora *ſubjiciunturne*, annon potius conjiciuntur *in equos?* Quid eſt, *ſubjicere in equos?*

313 *Quo ruitis? quove iſta repens diſcordia ſurgit?*

Repens, pro *repentina*, vox recens eſt, ſoli cohorti improbæ cognita.

316 *Me ſinite, atque auferre metus,*

Pro, ſinite me pugnare ſolum, ac metum pro ſe quisque deponat, dictum barbare & pueriliter, metri cauſa.

334 *Gemit ultima pulſu Thraca pedum.*

Thraca, pro *Thracia*, dictum eſt æque impudenter, ac ſi quis *Galla* pro *Gallia* dixerit.

464 *Et ſternacis equi.*

Sternacis equi, ficta vox, pro, equitem facile ſternentis, nec alibi usquam audita.

412 *Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,*
Puberibus caulem foliis, de flore comantem
Purpureo.

At caule & floribus dictamnum caret, teſte Plinio, libro XXV. ſect. LIII. de dictamno: *Flos nullus ei, aut ſemen, aut caulis:* quod Dioſcorides deſcribens ait: Ὅτε ἄνθος, ὅτε καρπὸν φέρει. An ſi Æneïs ſub Virgilii nomine tunc exſtaret, cum Plinius hæc proderet; non ille Virgilium ſecus quidem, ſed falſo, ſtatuere admoneret?

416 *Hoc Venus, obſcuro faciem circumdata nimbo*
Detulit.

Rurſum miraculum, & Deus e machina, quo exitus fabulæ reperiatur. A Venere deinde medicina? Ab Æſculapio potius debuit proficiſci; vel ab aliquo potius Machaone Æſculapii filio, qualem Homerus induxit, pro Menelai vulnere, Iliad. δ. 193.

430 *Ille avidus pugnæ ſuras incluſerat auro*
Hinc atque hinc, oditque moras, haſtamque coruſcat.

Ocreæ ex auro? *Hinc atque hinc*, pueriliter dictum, pro lævo dextroque crure. *Coruſcat*, ſolœcum eſt, ut jam monuimus, pro *quaſſat*. Vide quæ diximus ad lib. VIII. Æneïd, verſu 661.

440 *Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.*

Non eſſet avunculus Aſcanii Hector, etiamſi aliquis Aſcanius foret. Quinto gradu abeſſet ab Hectore. Nam nec Creüſa fuit ulla; nec, ſi foret, Priami filia foret; alioquin ab Homero certe appellaretur. Eſt hic verſus repetitus ex libro III. Æneïd. verſu 343.

464 *Ipſe neque averſos dignatur ſternere morti.*

Illud pronomen *ipſe*, intelligendum de Ænea eſt; ſed de quo longiſſime antea, ſermo præceſſit: adeo ut conjectore opus ſit, qui ad quem *ipſe* referatur indicet.

516 *Hinc fratres Lycia missos & Apollinis agris,*
Et juvenem exosum nequicquam bella Menœten.
526 *Æneas Turnusque ruunt per prælia; nunc, nunc*
Fluctuat ira intus.

Inepte prorsus fratres occisos memorat, quorum nomina non appellat. Deinde *ruere per prælia*, voces sunt sine sensu, pro irrumpere in certamen, vel irruere in medias acies. Denique illud *nunc* repetitum pueriliter, versus dumtaxat explendi causa, inane verbum est.

529 *Murranum hic, atavos & avorum antiqua sonantem*
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos.

Qui sunt isti porro reges Latini, quos habuit Murranus atavos? aut qui demum ii esse potuere?

565 *Ne qua meis esto dictis mora: Juppiter hac stat.*

Quid est, *hac stat?* Pro, hac conditione stabit a nobis, dictum est barbare, metri causa. Et, *Ne qua dictis meis sit mora*, dictum est ambigue.

475 *Atque animis pariter certantibus omnes*
Dant cuneum.

Dant cuneum, pro, in cunei formam irruunt, barbare dictum metri causa.

596 *Incessi muros.*

Pro *oppugnari*, solœcum est, metro datum.

602 *Purpureos moritura manu discindit amictus,*
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Manu, vox inanis. *Informis*, pro *deformis*, metri causa, solœcum est. *Informis* est proprie, sine forma: at non propterea *deformis*, seu turpis.

609 *It scissa veste Latinus,*
Conjugis attonitus fatis, urbisque ruina,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

Acceptus hic mos e sacris libris. Judaïcus enim ille mos fuit, *scissa veste* in luctu procedere: ut Chusaï, libro 2. Reg. xv, 32. *Scissa veste, & terra pleno capite.*

621 *Quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?*

Noluit dicere ob cacophoniam, Quisve venit? Maluit barbare dicere, *Quisve ruit?*

648 *Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ*
Descendam, magnorum haud umquam indignus avorum.

Inscia culpæ, pro, exsors vel immunis, dictum barbare, metri causa. Sic & *indignus*, pro *indigna*; & *avorum*, pro *avis*, totidem solœca sunt.

657 *Mussat rex ipse Latinus*
Quos generos vocet.

Mussat, pro *dicit se nescire*; non est Latinum, sed metro commodum.

670 *Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit*
Turbidus, æque rotis magnam respexit ad urbem.

E rotis, pro *e curru*, absurde, metri causa. Et, *respexit ad urbem*, inanis oratio, cum præcesserit, *oculos ad mœnia torsit.* Denique, *ad magnam urbem*, epitheton frigidum est.

678 *Stat conferre manum Æneæ.*
684 *Ac veluti montis saxum de vertice præceps,*
Cum ruit avulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptum magno mons improbus actu.
689 *. . . . Disjecta per agmina Turnus*
Sic urbis ruit ad muros.

Comparatio puerilis est, Turni properantis ad muros defendendos, cum saxo cadente ex aliquo monte. Neque *conferre manum alicui*; neque *proluere*, pro *exedere*; neque *magno actu*, pro *magno impetu*; neque *mons improbus*, pro parte montis haud exigua, sed vitiosa; nec denique *sublapsa vetustas*, pro, quæ labente ævo advenit; Latine scientibus potest placere: nec viris prudentibus, *saxum vento avulsum.*

694 *Me verius unum*
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.

Fœdus luere, pro, fœdus implere; vel pro, fœderis rupti pœnas exsolvere, ut Servio placet; barbare dictum est & obscure, metri causa.

707 *Stupet ipse Latinus,*
Ingentes genitos diversis partibus orbis
Inter se coiisse viros, & cernere ferro.

Inter se coiisse viros, pro, convenisse ut manus conserrent invicem, dictum est barbare, & parum considerate. *Cernere ferro*, pro *decernere*, solœcum est, solius metri causa admissum. Quamobrem fingit pseudo Seneca, in usu esse desiisse suis temporibus eam locutionem, quæ esset Virgilii ævo recepta: epist. LVIII.

718 *Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvencæ;*
Quis pecori imperitet.

Mussant juvencæ, an æque congrue dicitur, ac *mussat rex ipse Latinus?*

725 *Juppiter ipse duas æquato examine lances*
Sustinet, & fata imponit diversa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere letum.

Quem damnet labor, pro, quisquis ille sit, cui damnum afferat suus labor; & quocumque mors inclinet, minime sollicitus, dictum est barbare & obscure, metri causa. Jovem præterea vates docet humanas res minime curare; neutram in partem moveri: fati sui sibi quemque causam esse. Prave hic iste Homerum imitatur, qui Iliad χ'. versu 209. similiter dicit, tunc cum essent congressuri Achilles & Hector, duo fatis in bilancibus Jovem posuisse: sed addit, quod iste omisit, Hectoris lancem suo pondere descendisse in Orcum.

728 *Emicat hic, impune putans, & corpore toto*
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem.

Impune putans, pro, certum fore ictum putans, dictum barbare, metri causa. Nec minus certe, *consurgit in ensem sublatum*; pro, *consurgens attollit ensem.*

731 *At perfidus ensis.*

In extremo hujus fabulæ exitu sæpe peccare Æneïdographum censent eruditi. Ut quod mucro mortalis fragilisque Turno datur, clypeus Æneæ immortalis: unde non viro, sed armis tribuenda victoria sit.

Quod

Quod fugientem deinde ignave Turnum vates induxit, Æneam in ea fuga crudeliter persequentem; alaque similia. Fortitudinis erat heroicæ, inquiunt, Æneam levi tectum armatura, de hoste etiam cataphracto triumphare.

760 *Æneas mortem contra præsensque minatur*
Exitium, si quisquam adeat; terretque trementes,
Excisurum urbem minitans, & saucius instat.

Adeat, pro, ad Turnum accedat; dictum obscure & barbare, metri causa. Deinde istud, *& saucius instat*; pro, & *quamlibet saucius*, similiter; sed & inconsiderate; cum superius dixerit, versu 421. de ipso vulnere: *subitoque omnis de corpore fugit Quippe dolor: atque novæ in pristina vires.*

746 *Nec minus Æneas, quanquàm tardante sagitta.*

Pro, tardante vulnere ex sagitta; quæ tamen sponte exciderat, ut dixit iste, versu 423. dictum est barbare metri causa, & ab immemore mendace.

801 *Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ*
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recurſent.

Et mihi, pro *nec mihi*, metri causa barbare scriptum est. Et *ore dulci*, epitheton est insipidum.

816 *Adjuro stygii caput implacabile fontis,*
Una superstitio superis quæ reddita divis:

Nihil habent, inquit, superi supra se, per quod jurent: propterea jurant per infernum, & deos inferos. *Reddita*, pro *quæ superest*, vel *quæ concessa*, dictum barbare, metri causa cito absolvendi.

898 *Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.*

Litem discernere, pro *dirimere*, metri causa barbare: ut & *arvis*, pro *de arvis*.

899 *Vix illud lecti bis sex cervice subirent,*
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Dictum satis stulte. Ecquando enim venit in mentem hominibus vel senis vel duodenis, gestare capite saxum ingens? Consideratius dixit Homerus, Iliad. *ε*. 304. Diomedem arripuisse *saxum magni ponderis, quod non duo viri ferrent, quales nunc sunt homines.*

Hæc sunt loca perpauca, quæ cursim Æneïda pervolventem legentis animum offenderunt. Perpauca, inquam, nam multa præterii, multa dissimulavi: restant innumera similia; quæ quibus erit plus otii, acuminis, & eruditionis, nullo negotio animadvertent, & patefacient, si viri sunt veri amantes.

FINIS.

PSEUDO

PSEUDO HORATIUS, SIVE ANIMADVERSIONES CRITICÆ

Quibus oſtenditur Horatii poetæ nihil ſupereſſe genuinum præter Epiſtolas & Sermones.

PROLUDIUM.

HOratii ſatyra quarta libri ſecundi laudatur a Plinio, libro x. ſect. LXXIV. Odas nusquam commemorat.

Horatius ipſe Odas abjudicat, libro I. Epiſt. 1. cujus iſtud initium eſt.

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camena, Mæcenas.

Nam gemina ſe tantum ceciniſſe Camena teſtatur, tum *prima* nimirum, tum *ſumma* iſta ſive poſtrema; & in utraque Mæcenatem a ſe ſtatim fuiſſe laudandum. Prima Satyras ſive Sermones complectitur, libris duobus; quorum iſtud exordium eſt.

Qui fit, Mæcenas, nt nemo quam ſibi ſortem &c.

Altera epiſtolas continet totidem libris. At pſeudo-Horatius occaſione dicti hujus cenſuit Odas ſe poſſe Horatio adſcribere, ſi primam a Mæcenatis laude inchoaret. Nec animadvertit, cum primam & ſummam Camenam dicit Horatius, ejusdem generis verſus deſignari; & quidem hexametros: nam ejusmodi certe Horatius intellexit, cum de Virgilii Camena dixit, libro I. Satyra x. verſu 45.

Molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Bucolica ſiquidem ibi denotat, quæ verſibus conſtant hexametris.

Scribendi genus in ſermonibus ſive Satyris, & in Epiſtolis, adeo diſſimile eſt Lyrico in Odis, difficillimum ut ſit, in utroque unum eumdemque vatem ſe cum pari laude exercere.

Horatius, libro I. Satyra IV. verſu 40.

Neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis: neque, ſi quis ſcribat, uti nos.
SERMONI PROPIORA, *putes hunc eſſe poëtam.*

Annon eſt hoc profiteri aperte, nihil ſe ſcripſiſſe aut vulgaſſe carmine, niſi quod *propius ſermoni* eſſet, quam carmini? Non igitur ſcripſit Odas; quippe quæ longe diſtant ab eo ſcribendi genere; quod ſermoni proximum eſt.

Idem libro I. Satyr. x. verſu 36. docet, ex omni carminum genere, unum ſe ſatyricum delegiſſe. Non igitur ſcripſit Odas.

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque
Diffingit Rheni luteum caput; HÆC EGO LUDO,
Quæ nec in æde ſonant certantia, judice Tarpa,
Nec redeant iterum atque iterum ſpectanda theatris.
Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos,
Unus vivorum, Fundani. Pollio regum
Facta canit, pede ter percuſſo. Forte epos acer,
Ut nemo, Varius ducit. Molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.
HOC ERAT, *experto fruſtra Varrone Atacino,*
Atque quibusdam aliis, MELIUS QUOD SCRIBERE POSSEM.

En palam profitetur, ex omni ſcribendi genere, quod tunc notum Romæ, ac receptum uſu inter poëtas eſſet, tragico, comico, heroïco, morali, bucolico, ſatyrico ſive epiſtolari, nullum ſe noſſe *melius*, in quo ſtilum poſſet & ingenium exercere, quam iſtud poſtremum. Argumento certiſſimo, neque ea ætate Latinis notum fuiſſe aut uſurpatum Lyricum ſcribendi genus; neque Odas umquam ſcripſiſſe Horatium.

Rurſum libro 2. Epiſt. 1. verſu 250.

Nec ſermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere geſtas,
Terrarumque ſitus:

Unice ſe *ſermonibus* ſcribendis addictum conteſtatur: cur de Odis ſilet ubique?

At libro I. Epiſt. XIX. verſu 19.

O imitatores, ſervum pecus, ut mihi ſæpe
Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus!
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps:
Non aliena meo preſſi pede: qui ſibi fidit
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Oſtendi Latio, numeros animosque ſecutus
Archiloche, non res & agentia verba Lycamben.

Ac

Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui MUTARE MODOS *& carminis artem.*
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcæus, sed rebus & ordine dispar,
Nec socerum quærit, quem versibus oblinat atris;
Nec sponsæ laqueum furioso carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis
Vulgavi FIDICEN. *Juvat* IMMEMORATA *ferentem*
Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri.

Existimavit artifex Odarum sub Horatii nomine, hic Horatium profiteri, scriptos a se versus esse iambicos, Sapphicos, Alcaïcosque. Itaque tales ipse versus confinxit. At magno id errore existimavit. Tantum dicit Horatius, versus a se conscriptos esse mordaces ac censorios, eodem spiritu, atque eodem metri genere, quo Archilochus scripsit: sed genus scribendi Archilochicum temperasse se, admisto colore aliquo ex Sapphûs & Alcæi ingenio. Ex quo consequitur, tergeminos istos vates eodem metro exarasse carmina, atque Horatium, in his, quos pro suis agnoscit ac defendit, versibus; hoc est, hexametro: & hos mutare modos ipsum timuisse: Sapphicos autem, Alcaïcosque, & cujuslibet alterius generis versus, quo scriptæ sunt Odæ, ab improba, sed ingeniosa, nec inerudita certe, cohorte excogitatos esse sæculo decimo tertio; nec simile aliquid exstitisse in omni antiquitate saltem Latina. Nam metri genus, quo Pindarus, ut vocant, utitur, toto distat Olympo ab isto, quod Horatii dicitur: & ipsum recens est, ejusdemque ævi. Nec mentiri Quintilianum dubitamus, qui libro x. cap. 1. alios exstitisse Lyricos ait; sed *Horatium Lyricorum fere solum esse legi dignum*; nisi de sua ipsius ætate, hoc est, de sæculo decimo quarto loquitur. Quos Horatius hic iambos nuncupat, non versus sunt, quos iambicos appellamus: non metrum ea vox, sed carminis materiam significat, mordacem, censoriam, aculeatam. Quamobrem non se novo uti metro gloriatur Horatius, sed tantum *immemorata* scribere, hoc est, novum tractare argumentum, & quidem quod possit

Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri:

cujusmodi Odæ non sunt: quippe spurcæ pleræque & obscenæ. Sic libro 2. Epist. 2. versu 59. ubi dixit:

Carmine tu gaudes: hic delectatur iambis:
Ille Bionæis sermonibus, & sale nigro:

non triplex metri genus indicat; nam carminis metrum & sermones habent: sed triplex argumentum: heroïcum, satyricum, morale, verum istud postremum simplici & repente per humum stilo; quanquam non sine ingenio, tractatum: hoc est enim, *sale nigro*. Neque vero alios Horatius versus a se conscriptos usquam prodidit, quam qui libris quatuor Sermonum & Epistolarum continentur. Sic ille rursum, libro 2. Satyra 1.

Sunt quibus in Satyra videar nimis acer:

& alibi passim. *Fidicen* denique, quo se nomine donat in epistola XIX. superius allata, vates quilibet eleganter dicitur, quocumque canat ille metro ac numero.

De Pindaro genuino Horatius, libro I. epistola III. versu 9.

Quid Titius, Romana brevi venturus in ora?
Pindarici fontis qui non expalluit haustus;
Fastidire lacus, & vivos ausus apertos,
Ut valet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa?
An Tragica desævit & ampullatur in arte?

Scripta hæc epistola est, cum esset Tiberius Cæsar in Thracia, Asiáve, ex versu 2. & 5. hoc est, anno Urbis DCCXXIV. Et hic aperte Horatius significat, expalluisse se *Pindarici fontis haustus*, *Thebanosque modos*, quos quærit an Titius non expalluerit. Si Pindarus scripsit Odas, locus iste argumento est certissimo, saltem nullas ante hunc annum ab Horatio scriptas fuisse. Et tamen, præter eas, quæ nullam habent temporis notam, amplius triginta sex ab eo scriptæ Odæ feruntur ante illud tempus. Supposititias igitur oportet has Odas reputari, quæ illorum annorum aut illius temporis significationes habent; atque adeo universas.

Addemus hic & ex epistola 2. libri secundi versus aliquot, qui ad rem præsentem possunt quadamtenus pertinere: præsertim ut quid Carmen sit, ex parte saltem intelligatur.

Versu 59. *Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis.*

Carmine heroïco, inquit Torrentius, vere.

65 *Præter cetera, me Romana poëmata censes*
Scribere posse, inter tot curas totque labores?
76 *I nunc, & versus tecum meditare canoros,*
86 *Verba lyræ motura sonum connectere digner?*

Lyrica, inquiunt Interpretes: falso. Confer versus 65. & 76. proxime allatos: nam idem poëseos genus omnes exhibent: *versus canoros* scilicet de rebus *Romanis*.

93 *Qui minus argutos vexat furor iste poëtas?*
Carmina compono, hic elegos.

Carmina, versus hexametros de laudibus vivorum, de re rustica, de moribus, de diis: *elegos*, quibus defletur obitus clarorum virorum, sed hexametros pariter: cujusmodi sunt, quibus apud Virgilium Egloga quinta,

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant;

& ipsi ibidem pastores deflent. Versus alternos hexametros pentametrosque, in laudibus fontis enati in villa Ciceronis, scripsit libertus ejus Laurea Tullius, quos Plinius recitat, libro XXXI. sect. III. sed *carmen* appellat, non *elegiam*. Prave igitur libri Odarum quatuor inscripti sunt *Carminum libri*. Nam & Plinius *Carmina* Virgilii Georgica appellavit, quæ hexametris versibus constant.

59 *Mox etiam, si forte vacas, sequere, & procul audi.*

Non hoc Augusto Cæsari Horatius diceret, (nam id obiter indicare juvat, ad vindicandum a mendo fetum Horatii genuinum, dum adulterinam insectamur:) quippe inverecunda, si Principi fiat, hæc admonitio est. Itaque nihil hic movendum; ut putant ii, qui a versu 87. credi volunt versus quinquaginta quatuor sequentes transferendos esse in epistolam primam.

99 *Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?*
Quis nisi Callimachus?

Quia Alcæus Lyricus, inquiunt. Immo vero, quia Alcæus hexametro satyrico, sive mordaci, quali nunc Horatius, usus olim carmine est. Respicit enim versum 91. & nunc dicit Alcæum carminibus, Callimachum elegis nobilem.

109 *At qui legitimum cupiet fecisse poëma &c.*

Sequuntur deinde regulæ ac leges bene scribendi poëmatis. Ex quo duo colligimus; Primum est, non

hæc ad Auguſtum, ſed ad Julium Florum ſcribi. Alterum, non eſſe Horatium auctorem libri De Arte Poëtica; alioquin actum ageret.

143 *At non verba ſequi fidibus modulanda Latinis.*

Fides Latinas, ut *lyram* verſu 16. numeroſam tantum poëſim appellat, qualis eſt in hexametris, quos & *verſus canoros* vocat, verſu 76.

Ne quid omittam, quod huc pertineat, nummum admoneo exſtare Turnone, apud P. Albaret, ſed fictum poſt ſæculum XIV. ad conciliandam fidem vetuſtatis volumini Odarum uni, quaſi unicus ille aut præcipuus Horatii partus fuerit. Nam ex una parte Vatis vultum exhibet, cum titulo, Q. HORATIUS. Ex altera parte lyra eſt, cum hac epigraphe: ORPHEUS SÆCULI: quæ recentiſſimam prodit ætatem. Minus enim eſt ambitioſa vetuſtas: nec nummos cudit umquam, niſi honori Principum.

In Cenſura autem, quæ ſequitur, cave, quisquis hæc legis, exiſtimes, omnia a nobis eſſe excuſſa diligenter, adeo ut nihil prætermiſſum ſit, quod ſit animadverſione dignum. Vix centeſimam attigimus partem eorum, quæ ſunt obelo configenda. Nam quis enumerare poſſit verſus modulationis ſive numeroſi ſoni expertes; alios ſine cæſura in medio; plurimos proſæ ſimiliores quam poëſi; nonnullos una ſyllaba redundantes; quosdam deſinentes in pronomen *qui*, vel in conjunctivam particulam *&*: quod nihilo minus abſurdum in Latino verſu debet videri, quam eſſet in Gallico: ſi poëſim exceperis, ſermoni propiorem: in aliis voces diſſectas, ut pars earum priorem verſum compleat, altera ſequentem inchoët: ſtrophen cum ſtrophe in plerisque illigatam, alioqui ſenſu carituram: cum ratio poſtulet, quamlibet ſtrophen inſtar eſſe periodi ſuis vocibus circumſcriptæ: alioqui non ſine gravi offenſione aurium ipſius etiam multitudinis verſus eſſe legendos vel concinendos; quippe quæ ſingulas quaſi periodos in ſingulis Hymnorum ſuorum ſtrophis audire conſueverit, Latina denique vocabula aut factitia plurima, aut ſecus intellecta, quam ab Horatio in Epiſtolis Satyrisque? Horum quidem vitiorum exempla haud pauca commemorabimus; ſed nec omnia, nec alterius generis alia plurima, quæ ingenioſiores, & quibus eſt plus quam nobis otii, ſi quidem id aggredi abſque præconcepta exiſtimatione Horatii voluerint, deprehendent.

I. IN LIBRUM I. ODARUM ANIMADVERSIONES.

ODE I. *Ad Mæcenatem.*

1 *Mæcenas atavis edite regibus.*

MEzentium & Porſenam Etruriæ reges ex Plinio novimus. At de Mæcenatis genere hoc tantum Horatius genuinus, libro I. Satyra VI. verſu 1.

Non quia, Mæcenas, Lydorum quidquid Etruſcos
Involvit fines, nemo generoſior eſt te:
Nec quod avus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Nobilitas omnis Mæcenatis, avo gemino Tribuno militum conſtat: cui *pareret legio Romana Tribuno*, ut dicitur verſu 46. An ſi foret idem Odarum & Satyrarum opifex, hic illud regium genus prætermitteret, quod illic tantopere commendaret? Lydos veniſſe in Etruriam Tyrrheno rege, hoc eſt, ut exponit Herodotus, libro I. ſect. XCIV. regis Lydi filio, teſtis eſt etiam Plinius, libro III. ſect. VIII. Mæcenatem e Lydis a Tyrrheni regis filio in Italiam deductis ortum fuiſſe dicit Horatius. At non propterea profitetur ortum ex regis filio ſeu rege Tyrrheno: ac ne quidem e nobilibus Lydis, ſi qui viri nobiles inter colonos tunc allegatos fuere; id quod vix credibile eſt.

Tamen hunc vatem ſecuti ſunt alii, ex eodem grege ſcilicet. Propertius:

Mæcenas eques Etruſco de ſanguine regum.

Silius Italicus:

—— *Sceptris celebratum nomen Etruſcis.*

Martialis, libro XII. Epigr. IV.

Mæcenas atavis regibus ortus eques.

3 *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum*
Collegiſſe juvat: metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad deos.

Sunt, inquit, quos juvat, quibus plurimum prodeſt, in ludis Circenſibus, qui ſimiles ſunt Olympicis, per campum pulverulentum agitare currum; atque ita metam circumflectere, rotis ſumma velocitate incitatis, ut ad eam non impingant. Nam hæc illos victoria ad eorum amicitiam evehit, qui ſunt dii ac domini terrarum, ad benevolentiam ſcilicet Cæſarum, qui dii ſunt: quo nempe ſenſu ſcriptum eſt etiam in Pſalmo LXXXI. de Magiſtratibus & Judicibus, *Ego dixi, Dii eſtis.* Accepit hunc loquendi modum iſte ab Horatio genuino; qui libro 2. ſat. VI. verſu 52. deos appellat Auguſtum & Mæcenatem: *Deos quoniam propius contingis*: quod idem valet atque *evehi ad deos.* Quod Dacerius aït, *evehi ad deos*, aliud nihil eſſe, quam tranquillam deinde vitam degere poſt victoriam, frigidum & humile eſt.

20 *Nec partem ſolido demere de die.*

Hoc iſte dicto ſi morem negat Romanis fuiſſe, ut pranderent ſub meridiem; ut plerosque video velle Interpretes; Horatio is genuino adverſatur, qui prandia in Satyris & Epiſtolis perſæpe commemorat.

Deinde vero, poſtquam alios aliis rebus detineri dixit; de ſe deinde ſic pronunciat:

29 *Me doctarum hederæ præmia frontium*
Dis miſcent ſuperis: me gelidum nemus
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo: ſi neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton:
Quod ſi me Lyricis vatibus inſeres,
Sublimi feriam ſidera vertice.

Neque hanc carminis iſtius clauſulam Interpretes intel-

telligunt; quia neque quis sit isthic Mæcenas, quem vates alloquitur, sciunt. Si jam *diis superis* immixtus est vates, quorsum desiderat sublimi ferire sidera vertice? Scilicet *dii superi* non alii hic sunt, quam quos proxime deos terrarum dominos appellavit: neque aliud est *diis superis* istis misceri, quam quod postea subdit, *secerni populo*: id quod tunc contingit, cum quis deorum ac dominorum terræ consuetudine & colloquio familiari fruitur.

ODE II. *Ad Augustum Cæsarem.*

1 *Jam satis terris nivis atque diræ*
Grandinis misit Pater & rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem.

Ridicule *nivis* quantalibet copia inter prodigia & ostenta reponitur: Et grando hieme, quando & nix decidit, quid habet diri, quod terrere urbem possit? Templa deinde cur *sacras arces* vocat, quorum nullum fuit Romæ arci simile? Templum Jovis Capitolini in arce quidem, hoc est in Capitolio, sed non ipsum arx fuit.

5 *Terruit gentes, grave ne rediret*
Sæculum Pyrrhæ, nova monstra questæ.

Quid? nix, grando, & tonitru, quæ Romæ visa sunt vel audita, fecere ut gentes timerent, ne Deucalionis diluvium rediret? O gentes sane de facili pavidæ! Et quæ Latinitas ista est: *Terruit gentes, ne rediret*: pro, sic terruit gentes, ut timerent ne rediret?

9 *Piscium & summæ genus hæsit ulmo,*
Nota quæ sedes fuerat columbis:
Et superjecto pavidæ natarunt
Æquore damæ.

Columbarum sedes in ulmis? ubi terrarum! Non ea certe istius natura fuit, quam emisit Noë ex arca; non earum, quas novimus omnes. *Damæ* semper est Virgilio generis masculini: ut Egloga VIII. versu 28. *Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.* Et libro III. Georg versu 539. *Timidi damæ, cervique fugaces.*

18 *Jactat ultorem, vagus & sinistra*
Labitur ripa.

Exundat potius, quam *labitur*, siquidem *ultor*. Sed metro vates imperitus servit.

21 *Audiet cives acuisse ferrum,*
Quo graves Persæ melius perirent.

Graves metri causa ponit, ut proxime, *sæculum grave*, pro molesto.

33 *Sive tu mavis, Erycina ridens,*
Quam Jocus circumvolat, & Cupido.

Erycinam Venerem ex nummo vetere prave intellecto confictam esse, ostendimus in Numismatibus Collectaneis. Ubi deinde cæsura versus sequentis? *Quam locus circum.*

38 *Quem juvat clamor, galeæque læves,*
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.

Ita libri omnes: mentiente Dacerio, in vetustis editionibus legi *Marsi*, non *Mauri*. Sed *Mauri* vates solius metri causa scripsit; cum *Romani* hoc loco dici convenientius foret.

41 *Sive mutata juvenem figura*
Ales in terris imitaris almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæsaris ultor.

Egregium vero Cæsaris ultorem Mercurium; qui nonnisi Deus Mercaturæ præses est, vel amor pecuniæ & lucri, teste Homero; qui dum Maiæ filium vocat, Odyss. ξ'. versu 435. lucri & rei lautæ auctorem intelligit; ut recte Horatius genuinus sensit, libro 2. sat. VI. versu 5. *Auctius atque Dii melius fecere; bene est: nihil amplius oro, Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis.*

47 *Neve te nostris vitiis iniquum*
Ocyor aura
Tollat: hic magnos potius triumphos:
Hic ames dici Pater atque Princeps.

Vitiis iniquum ut barbare solœcizansque scriberet, pro, vitiis nostris iratum, nec ferentem illa patienter, manifeste coëgit sola versus explendi festinatio. Deinde, ei quod ibi verbum subauditur: *Hic magnos potius triumphos?* Nam quod sequitur, *ames*, non potest huc referri: cum aliud sit *ames dici*; aliud, *ames triumphos*. Denique si titulus *Patris patriæ* versu ultimo intelligitur, non est Augusto datus, ut nummi veteres testantur, ipsique historici, nisi multis post obitum Horatii annis. Quam ob causam non appareret in laudibus Augusti, libro 2. epist. 1. *Augustus Pater* absolute, non est appellatus, nisi post mortem & consecrationem, in nummis inscriptis, DIVUS AUGUSTUS PATER.

51 *Nec sinas Medos equitare inultos,*
Te duce, Cæsar.

Medos pro Parthis ponit, ut supra *Persas*, insigni errore, a quo semper abfuit, dum res pariter Augusti describeret, tum Virgilius in fine Georgicon: tum Horatius genuinus, libro 2 epist. 1. versu 256. *Et formidatam Parthis te Principe Romam.* Et libro 2. Satyra V. versu 62. *Tempore quo juvenis Parthis horrendus, ab alto Demissum genus Æneæ.* Et libro 1. epist. XVIII. versu 56. *Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.* Denique libro 2. Satyra 1. versu 15. *Aut labentis equo describit vulnera Parthi.* Nemo, qui Augusti ætate scripserit, Persas Medosve pro Parthis dixit; neque qui multo postea scripsit Plinius. *Equitare*, pro, incursiones in fines Romani imperii facere, æque imprudenter & barbare dictum est. An enim Cæsar prohibere vellet aut posset, quin Parthi equitarent? Denique *inultos*, pro *impunitos*, probati scriptores non dixere; sed pro non vindicato. Ita Horatius, libro 1. sat. VIII. versu 44. *Et ut non testis inultus.* Et libro 2. sat. III. versu 297. *Posthac ne compellarer inultus.* Et Virgilius, libro III. Georg. versu 227. *Multa gemens ignominiam, plagasque superbi Victoris, tum quos amisit* INULTUS *amores.*

ODE III. *Ad navim, Virgilium Athenas vehentem.*

Virgilium mittit Athenas, ne Virgilio credatur minus cognitus fidicen Lyricus, quam scriptor Sermonum & Epistolarum. At præter breve votum, quod initio præfigitur, pro felici navigatione, reliqua Ode de navigantium audacia est, quæ nihil ad Virgilium pertinet, aut ad rationem suscepti itineris.

10 *Qui fragilem truci*

Commisit pelago ratem.

Trux pelagus? Epitheton alienum, & arreptum temere metri cito absolvendi causa.

14 *Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti,*
Quo non arbiter Adriæ
Major, tollere seu ponere vult freta.

Atqui Adriaticum mare Noto non est obnoxium, sed Euronoto tantum. Idcirco fingit Dacerius. *Adriam* hic positum esse pro mari quolibet indistincte. Deinde *ponere freta*, pro, fluctus componere sive sedare, metrum vati suasit ut barbare scriberet. Denique ubi cæsura est versus istius?

21 *Nequicquam* DEUS *abscidit*
Prudens Oceano dissociabili
Terras.

Deus sic absolute positum, ex Christiana religione est, quæ sola Deum terræ & maris conditorem ac divisorem novit. *Dissociabili* dictum audacter, pro eo quod est, Qui oceanus potest dissociare sive disjungere terras & gentes inter se. Hoc enim voluit iste intelligi, quod barbare est elocutus.

25 *Audax omnia perpeti*
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Omnia perpeti, pro, omnia aggredi, dictum imperite, barbare versus complendi causa. *Per vetitum nefas*: ex his duabus vocibus redundat alterutra.

27 *Audax Japeti genus.*

Legit iste sacras litteras, & in his Japheth filium Noë, cui Occidens obtigit, & insulæ gentium. Alius est Ἰαπετὸς apud Homerum, Iliad. θ'. versu 479.

32 *Semotique prius tarda necessitas*
Leti corripuit gradum.

Recte Virgilius, libro III. Georg. versu 104. *Cum præcipiti certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.* At *corripere gradum*, pro, accelerare, certe Latinum non est.

37 *Nil mortalibus arduum est:*
Cælum ipsum petimus stultitiâ: neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.

Adeo, inquit, nihil mortalibus ardui est, ut cælum ipsum stulti incolere cupiamus; quamvis per nostra scelera Jovem cogamus numquam de manibus ponere fulmina. Ex Christiana religione hic sensus est, quæ copiosam pollicetur mercedem in cælis, his qui vitam sancte composuerint. *Iracunda fulmina*, pro *Jovem iracundum*, commutatio casuum barbara est, Latio indigna.

ODE IV. *Ad Sextium.*

1 *Solvitur acris hiems.*

Dictum inepte: solvitur enim, quod adstrictum fuit, non quod adstringit: hiems & frigus adstringit: terra gelu adstricta veris adventu solvitur: glebæ solvuntur, non hiems.

7 *Dum graves Cyclopum*
Vulcanus ardens urit officinas.

Grave, familiare epitheton huic vati, metri causa graves *Persæ*, *grave sæculum*, *graves officinæ* &c.

16 *Jam te premet Nox, fabulæque Manes,*
Et domus exilis Plutonia.

Fabulæque manes, dictum saltem obscure. Incertum enim est, an Manes dicat meras esse fabulas; an quod alii malunt, de Manibus multas narrari fabulas. Plutonem pro Dite soli dicunt scriptores supposititii: non Virgilius in Georgicis, non Plautus, non Plinius, non Horatius genuinus.

ODE V. *Ad Pyrrham.*

6 *Et aspera*
Nigris æquora ventis
Emirabitur insolens.

Emirabitur, vox ficta metri complendi causa, & ex affectata specie vetustatis: pro *admirabitur*. A nemine, præter istum, ea est usurpata vox. *Insolens*, dictum barbare, simili causa; pro, non assuetus talia pati.

ODE VI. *Ad Agrippam.*

1 *Scribéris Vario fortis, & hostium*
Victor, Mæonii carminis alite.

Alite, solœcum, pro *aliti*. Sed quid est, *ales carminis? l'oiseau du poëme*; sive, *le coq du poëme heroique:* Præterea non fuit Homerus Mæonius, sed Ionius: ut dicemus ad lib. IV. Ode IX. Acceptum Varii nomen ex Satyris & Epistolis Horatii, in quibus Varium is sæpe laudat: inprimisque versu isto jam laudato; *Forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit.* Ubi *epos* Odarum artifex, id quod epicum carmen vocamus intellexit, sed magno errore; ut tum superius, tum in Observationibus ad Virgilium ostendimus. Itaque falso Varium isthic facit Mœonii carminis alitem, hoc est, in epico carmine insignem; pro carmine morali, sive de moribus.

5 *Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem*
Pelidæ stomachum cedere nescii,
Nec cursus duplicis per mare Ulyssei.

Gravem, ut Ode IV. dictum est, huic versuum generi commodum epitheton. *Duplicis*, pro vafro, versipelli, fallace, vereor ut Latinum sit. Cor duplex, duplex animo, aliudve simile, non improbamus. Sed *Ulysses duplex* displicet, ut Cæsar duplex.

10 *Imbellisque lyræ Musa potens vetat*
Laudes egregii Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.

Quid est, *Musa potens lyræ*, nisi voces canoræ sine sensu? Deinde an *imbellis* est lyra, quæ bella nescit canere? Egregium vero epitheton, *egregius Cæsar!* Quem dici *invictum* oportuit: sed metrum urgebat, *egregii* præferret.

ODE VII. *Ad Munatium Plancum.*

2 *Aut Ephesum, bimarisve Corinthi*
Mœnia.

Bimaris, pro, quæ duo maria respicit; factitium vocabulum est, nove, audacter, imperite. Et cui umquam celebrata fuere vel celebranda Corinthi mœnia?

8 *Plurimus in Junonis honorem*
Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.

Quam

Quam multa, oro te, inquit P. Vavaſſor, *dedocendi ſumus, ut Latine diſcamus? Quid uſitatius inter nos, quam quid* in honorem alicujus facere: *quo ſe tamen omnis ferme antiquitas incorrupta abſtinuit?* Latine deinde monet cum Plauto dicendum: *Nunc huc honoris veſtri venio gratia:* &c, *Tui honoris gratia feci quod mandaſti.* Tamen inter ſcriptores antiquitatis incorruptæ Plinius haud dubie cenſendus eſt, qui *in honorem alicujus* non ſemel dixit. Verum debet etiam Latine loquenti admodum displicere *plurimus* abſolute ſic poſitum, ut ſubintelligatur *vates*: quod nomen non præceſſit.

27 *Nil desperandum Teucro duce, & auſpice Teucro.*

Atque *auſpice* de divis tantum dicitur, & Muſis: de homine non dicitur. Horatius, libro 1. epiſt. III. verſu 13. *auſpice Muſa.*

30 *O fortes pejoraque paſſi*
Mecum ſæpe viri.

Acceptumne iſtud eſt ex illo Æneïdos, *O paſſi graviora!* an illud potius ex iſto? Neque enim Æneida usquam laudat iſte; quem tamen obiiſſe ponunt, poſt annos a Virgilii exceſſu decem.

ODE VIII. *Ad Lydiam.*

8 *Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum*
Sanguine viperino
Cautius vitat? neque jam livida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?

Hoc eſt, cur non pancratio geſtit vincere, atque adeo & cæſtu, qui ſæpe jam vicit diſco, & jaculo ultra ſcopum conjecto? Sed *armis* pro *cæſtu* poſitum eſt urgente metro obscure. Et *expedito*, pro *vibrato* ſimiliter metrum ſuggeſſit, ſed oratione barbara.

ODE IX. *Ad Thaliarchum.*

1 *Vides ut alta ſtet nive candidum*
Soracte: nec jam ſuſtineant onus
Silvæ laborantes.

Stant certe montes immoti: ſed verbum id hic frigidum eſt, & metri cauſa adhibitum. Quantam vero neceſſe eſt eſſe nivium copiam, ut ſub his ſilvæ laborent? Et tamen Dacerius: *Ce* laborantes *eſt fort beau.* Centies ſic exclamat; nec tamen fere alibi, quam ubi culpandus eſt vates, & inepte ſcribit.

9 *Permitte Divis cetera; qui ſimul*
Stravere ventos æquore fervido
Depræliantes, nec cupreſſi,
Nec veteres agitantur orni.

Stravere ventos, pro compreſſere, mitigavere, ſedavere, dictum eſt barbare, metri cauſa. *Depræliantes*, factitia vox eſt, ſimili cauſa: alibi, quod ſciam, haud viſa. *Divi* ſternentes ventos, dictum eſt ex Chriſtianæ religionis ſenſu, quæ Deum agnoſcit auctorem tranquillitatis in mari. Neptunum ethnicus vates diceret.

ODE X. *Ad Mercurium.*

1 *Mercuri facunde, nepos Atlantis,*
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ.
Te canam magni Jovis, & deorum
Nuncium, curvæque lyræ parentem.

At Mercurius Homero, ut diximus, & Horatio genuino, libro 2. ſat. III. verſu 68. & in nummis Poſtumi Aug. nonniſi Genius Mercatorum ſive Mercaturæ eſt, vel Genius lucri dator aut amator: Non eloquentiæ deus, aut orationis inventor, aut muſicæ, aut palæſtræ; nec deorum nuncius eſt. Horatius, loco citato: *Accipe quod numquam reddas mihi, ſi tibi dicam; Tune inſanus eris, ſi acceperis; an magis excors, Rejecta præda, quam præſens Mercurius feri?* Sic libro 2. ſat VI. verſu 3. jam ſupra allato: *Auctius atque Dii melius fecere: bene eſt, nihil amplius oro, Maia nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis.* Mercurium vates orat, ut rem ſuam ſibi præſtet incolumem. Unde ſubjicit verſu 13. *Hac prece te oro, Pingue pecus domino facias, & cetera, præter Ingenium; utque ſoles, cuſtos mihi maximus adſis.* Non eumdem Mercurium invocant Odarum ſcriptor & Satyrarum: an idem uterque Horatius eſt. His adde præterea quæ de Mercurio diximus, ad librum IV. Æneid. verſu 244. Qui ſunt deinde Latine, *homines recentes?* Nonne recens ſeu nuper nati? Nam pro primum ortis in mundi primordio, dictum eſt certe perobscure. Et *catus*, verbum inane, explendo verſui quæſitum, *une cheville.* Denique ultimi verſus cæſura ubi eſt? Sic in permultis aliis ea deſideratur, aspera idcirco verſificatione.

27 *Tu pias lætis animas reponis*
Sedibus: virgaque levem coërces
Aurea turbam. ſuperis deorum
Gratus & imis.

Simile illud eſt, quarto Æneïdos, verſu 242. *Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit.* Neuter Homerum intellexit, Odyſſeæ ω. 1. tametſi videri poteſt imperitis eum ſecutus uterque.

ODE XI. *Ad Leuconoën.*

1 *Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quem mihi, quem tibi*
Finem dii dederint, Leuconoë: nec Babylonios
Tentaris numeros, ut melius, quidquid erit pati.

Scire nefas, pro *ſciri nequit*; ut alibi, *quidquid corrigere eſt nefas*, pro *quidquid corrigi nequit*; barbarum eſt, nec Latinum. *Ut melius* ſimiliter, pro *cum melius ſit*, dictum obſcure.

6 *Sapias, vina liques.*

Scopæ diſſolutæ, pro, ſi ſapias, vina liquato. Metro ſervit ubique, usque ad barbariem ſermonis.

8 *Carpe diem*, pro, hoc die, hujusque dici fruere ſtatim hilaritate; Latinum non eſt, ſed metri cauſa fictum ab audaculo vate. Similiter *credula poſtero*, pro, fidens ſeu ſperans diem futurum fore felicem; barbarum eſt. *Credulus* nemo dici debet, niſi præſenti vel indicio, vel ſermoni.

ODE XII. *Ad Auguſtum.*

1 *Quem virum aut heroa lyra vel acri*
Tibi ſumes celebrare, Clio?

Proh! quam ab aſpero verſu inchoat Auguſti laudes! carente ſcilicet in medio verſu cæſura. *Acri tibia*, pro, acutioris ſoni, nonne commodius metrum ſcribere barbare vati ſuaſit?

7 *Unde vocalem temere inſecutæ*
Orphea ſilvæ.

Temere, vox eſt ſane temere poſita, metri cauſa. Nam quomodo ſilvæ ſequi temere, hoc eſt, nullo ordine, potuerunt?

13 *Quid prius dicam ſolitis Parentis*
Laudibus?

Parens, de Jove non dicitur apud probatos ſcriptores: ſed *Pater*: ut apud Virgilium, *Ipſe Pater*: & *Pater omnipotens*. Aliud *parens*, aliud *Pater* eſt.

31 *Et minax, quod ſic voluere, Ponto*
Unda recumbit.

Pro, reſident fluctus, *recumbit* metri neceſſitas obtulit; ſed oratione ex eo barbara.

41 *Hunc & incomptis Curium capillis*
Utilem bello trahit, & Camillum
Sæva paupertas.

Sæva, pro, aspera & perpeſſu difficilis, metri cauſa poſitum ſatis inepte. Nam cur *ſæva*, quæ viros tam fortes protulit?

45 *Creſcit occulto velut arbor ævo.*
Fama Marcelli.

Cette comparaiſon eſt fort belle, inquit Dacerius; qui ſic ſemper exclamans vatem commendat, ubi ineptit, ut iſthic. Lente enim certe creſcit fama, quæ nonniſi ut arbor occulte creſcit. Et quid eſt, *ævo occulto?*

49 *Gentis humanæ pater atque cuſtos,*
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæſaris fatis data.

Supra Jovem ipſum Fata reponit, ut Æneïdographus.

53 *Ille ſeu Parthos Latio imminentes*
Egerit juſto domitos triumpho:
Sive ſubjectos Orientis oris
Seras & Indos.

Latio imminentes Parthos, pro, imminentes Syriæ, Armeniæ, aliisve finibus Romani Imperii, dictum eſt imperite: ut & Seras & Indos aliquid negotii aut jurgii cum Romanis habuiſſe. Deinde ſubjectos Orienti Seras & Indos, Soli ſcilicet, recte intelligimus ac dicimus: at *ſubjectos Orientis oris*, quis intelligat? Strepitus vocum canorus eſt ſine ſenſu: *galimathias*. Sed voces quinque continuæ, *ſubjectos Orientis oris ſeras & Indos*, deſinentes in ſibilum litteræ S, cujus non aures offendant, etiam ſi ſurdaſter ſit?

ODE XIII. *Ad Lydiam.*

Ab iſta Ode legenda, ſimilibusque, prorſus abſtinemus: quas dum probi caſtique Interpretes a ſuis editionibus reſecant, admonent ſpurcas eſſe.

ODE XIV. *Ad navim, qua revehebantur amici in mare Ægæum.*

Anno, ut nunc quidem videtur, exeunte 1233. vel incipiente 1234. cum Joannes Brennenſis Comes, prope cadentis Imperii Romaniæ, ut tunc appellabatur, adminiſtrationem ſuſcepturus, mari Byzantium peteret, Oden hanc exaravit pſeudo Horatius. Integram hic juvat exſcribere, eo quod liquido exponat, absque ulla allegoria, periclitantis illius ditionis ſtatum, ut erat eo tempore; aliud certe nihil æque probabiliter.

1 *O Navis, referent in mare te novi*
Fluctus: o quid agis? fortiter occupa
Portum: nonne vides ut
Nudum remigio latus?
5 *Et malus celeri ſaucius Africo,*
Antennæque gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſſint imperioſius
Æquor? Non tibi ſunt integra lintea.
10 *Non dii, quos iterum preſſa voces malo:*
Quamvis Pontica pinus
Silvæ filia nobilis,
Jactes & genus & nomen inutile.
Nil pictis timidus navita puppibus
15 *Fidit: tu niſi ventis*
Debes ludibrium, cave.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non levis:
Interfuſa nitentes
20 *Vites æquora Cycladas.*

1 *O navis.* Quæ nuncium attulit de obitu Roberti de Curtenaïo Imp. Conſtantinopolitani, anno 1229.

Fortiter occupa portum. Noli exire e portu *Fortiter*, epitheton puerile. Portum Oſtienſem intelligit, unde ſolvit Joannes Brennenſis.

5 *Malus celeri Africo ſaucius.* Africo, vento, qui navim ex Ægæo mari in Galliam detulit. Epitheton *celeri* frigidum eſt; ſed metro utile.

Vix durare, pro, perferre diutius, dictum audacter.

10 *Preſſa malo*, pro, malis oppreſſa; coacta metro oratio eſt.

Pontica pinus, ſtructa Byzantii navis, ex arboribus ſilvarum Ponto Euxino vicinarum.

Jactes & genus & nomen inutile; cum diceretur. Navis Græca, navis regia, navis Imperatoris Romaniæ.

Nil pictis puppibus. Pictas ſane naves prima hæc, opinor, vidit ætas.

15 *Niſi debes ventis ludibrium*; pro, niſi velis eſſe ventis ludibrium; dictum metri cauſa barbare, quia ſpondæum verſus exigebat.

Nuper ſollicitum quæ mihi tædium. Tædebat me nuper, inquit, dum eſſem ſollicitus de ſtatu Imperii Romaniæ; de quo expectabam ut nuncios afferres.

Nunc deſiderium, curaque non levis: ne Joannes Brennenſis cum ſociis & amicis naufragium patiatur.

20 *Interfuſa nitentes vites æquora Cycladas:* quibus iter Byzantium ex mari mediterraneo eſt: maria fuſa & inter Cycladas currentia, fac ut evites. Sed cur hæ *nitentes*, niſi metri cauſa ineptum epitheton eſt? Ponti & Cycladum mentio omnino vetat hic quæri allegoriam: quamvis Quintilianus, libro VIII. cap. VI. verſus duos priores exponit allegorice; ſed duos illos dumtaxat, & quidem ſatis coacte. Confer cum hac Ode aliam ejusdem argumenti, quæ eſt XXVII. libri tertii.

ODE XV. *Nerei de Troja vaticinium.*

1 *Paſtor cum traheret per freta navibus*
Idæis Helenen perfidus hospitam.

Ut metro ſerviret Paridem paſtorem fecit; & quidem quaſi antonomaſtice.

3 *Ingrato celeres obruit otio*
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata.

Pro Neptuno, metro cogente, Nereum poſuit: cui tamen

tamen non ea poteſtas data a poëtis eſt, ut ventos pro arbitrio compeſcat. *Fera fata*, pro *feralia*, ſive *luctuoſa*, non placet.

5 *Mala ducis avi domum*
Quam multo repetet Græcia milite.

Mala metri cauſa pro *infauſta* ſcripſit: vel pro *avi ſiniſtra*, ut dixit Plautus.

14 *Grataque feminis*
Imbelli citharæ carmina divides.

Divides, pro *cantabis*, dictum audacter, ut verſus citius finiretur, ac numeroſius.

19 *Tamen heu ſerus adulteros*
Crines pulvere collines.

Adulteros crines, pro *adulter*, dictum ineptiſſime: ſed ita verſus cogebat ſcilicet.

31 *Sublimi fugies mollis anhelitu.*

Sublimem anhelitum vocare, tractum ex alto pectore ſpiritum, vatis eſt imperiti vel audacis: & iſtud epitheton merito ante nos Scaliger improbavit.

33 *Iracunda diem proferet Ilio,*
Matroniſque Phrygum claſſis Achillei.

At nec *iracunda claſſis* fuit ſed ex claſſe tota ſolus Achilles: nec obſeſſi *Phryges* fuere, ſed Trojani.

35 *Poſt certas hiemes uret Achaïcus*
Ignis Iliacas domos.

Falſus propheta Nereus eſt: capta Troja expilataque eſt, non cremata. Et trochæum *ignis* ponit hic vates pro ſpondæo, ſolœcizans.

ODE XVI. *Palinodia.*

2 *Quem criminoſis cumque voles modum*
Pones iambis.

Criminoſus, facta vox eſt a cohorte illa recente: non eſt apud probatos ſcriptores. Nunc apud inventores pro *maledico* ponitur, nunc pro *ſceleſto*.

5 *Non Dindymene, non adytis quatit*
Mentem ſacerdotum incola Pythius.

Adytis, pro *in adytis*, verſu cogente. Et *incola Pythius*, pro Apolline, dictum eſt humiliter & obſcure, ex ſimili cauſa.

9 *Triſtes ut iræ.*

Pro *graves*, licenter admodum: quia verſus ſcilicet ſpondæum poſcebat.

13 *Fertur Prometheus addere principi*
Limo coactus particulam undique
Deſectam: & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

Stomacho pro pectore, dictum inepte. Nam ſi pro ira, etiam eo ineptius, quod fabulæ adverſatur. An enim Prometheus iram appoſuiſſe iræ diceretur? A leone enim iracundiam indidiſſe homini fingitur, a vulpe aſtutiam, &c. at non iracundiam appoſuiſſe iracundiæ. *Principi limo*, pro primigenio, ſive primo; quis non videt audacter dictum, nec ſatis Latine, ut dactylo verſum abſolveret?

18 *Et altis urbibus ultimæ*
Stetere cauſæ cur perirent.

Ultimæ, pro *potiores*, vel *proximæ*: & *ſtetere*, pro *fuere*, non ratio, non Latinitas ſuaſit ut ſcriberet; ſed metri leges, quæ dactylum illæ, iſthic ſpondæum deſiderant.

22 *Compeſce mentem: me quoque pectoris*
Tentavit in dulci juventa
Fervor, & in celeres iambos
Miſit furentem.

Compeſcere mentem, abſtinere a ratiocinando eſt. Pro, iram cohibe, mitiga, comprime; dictum imperite, & verſus cito conficiendi neceſſitate. *In dulci juventa*, epitheton inane, *cheville*: præſertim cum *fervor*, & *furor* ſequatur. Præterea, *miſit in iambos*, pro, impulit ut iambos ſcriberem, ex pari metri neceſſitate barbare dictum; ut & *celeres iambos* cur appellet, haud alia cauſa eſt. Nam hexametri pentametrique certe celerius pronunciantur, quam iambi. Et quis tamen *celeres* hexametros pentametrosve dixerit?

ODE XVII. *Ad Tyndaridem.*

8 *Nec virides metuunt colubras,*
Nec Martiales hœdilia lupos.

Perquam imperite ſecundam ſyllabam corripit in *hœdilia*, cum longa ſit: & dactylum facit, *hœdili*: ac deinde anapæſtum ponit pro dactylo, *a lupos*. Et *Martiales lupi*, quam inepte idcirco dicuntur, quia hœdos vorant?

10 *Utcumque dulci Tyndari, fiſtula,*
Valles, & Uſticæ cubantis,
Lævia perſonuere ſaxa.

Utcumque pro *quandocumque*, ut hic accipitur, barbarum eſt, vel ſolœcum: nam reipſa Latine valet, *quomodocumque*. Deinde *cubantis* ſcribere, pro *declivis*, hoc eſt, ſolœcizare, aut loqui barbare quid coëgit, niſi feſtinatio conficiendi verſus, quamvis inepte? Nam *collem cubantem* quis vidit? quis ſobrius dixerit?

14 *Hinc tibi copia*
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta ſinu.

O intricatam & vix extricabilem ſententiam?

19 *Dices laborantes in uno*
Penelopen, vitreamque Circen.

Cur vitrea Circe? quoniam id epitheton egregie vatem adjuvit properantem. Aliam quære cauſam: probabilem nullam invenies.

21 *Hic innocentis pocula Lesbii*
Duces ſub umbra.

Vinum *innocens*, pro *innoxium*, an Latinum? *Pocula ducere*, pro *haurire*, an eſt Latinum? An non utrumque metri neceſſitas huc intruſit?

25 *Ne male diſpari*
Incontinentes injiciat manus.

Male diſpari, pro *valde diſpari*, neceſſitas verſus expendi ſuaſit, latinitate invita.

ODE XVIII. *Ad Quintilium Varum.*

Eſt hæc Ode XVIII. ad Quintilium Varum: Ode XXIV. ad Virgilium eſt, de morte Quintilii. Idem utrobique Virgilius. At Varum ex nummis veteribus intelligimus annis ſaltem novem poſt Virgilii exceſſum fuiſſe ſuperſtitem. Fruſtra ibi Quintilium neſcio quem rhetorem fingunt; cum is, cujus defletur obitus, tantum a fide, a pudore, a juſtitia & veritate commendetur, non ab eloquentia. Ut ut eſt, præter Varum, Quintilium aliquem fuiſſe alicujus nominis, ex nullo probato liquet ſcriptore.

6 *Teque decens Vemus.*

Decens, pro *decora*, carminis neceſſitate poſitum eſt.

7 *At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,*
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata: monet Sithoniis non levis Evius:
Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt avidi. Non ego te, candide Baſſareu,
Invitum quatiam: nec variis obſita frondibus
Sub dium rapiam.

Ut modico vino utamur, inquit, admonet pugna Centaurorum cum Lapithis orta in ebrietate. *Debellata*, pro, *pugnata*, *conſecta*, barbare, metro exigente. Monet & Bacchus non levis, hoc eſt, exitialis Sithoniis. *Non levis*, pro, gravis & exitioſus; μείωσις eſt puerilis. Cum illi Sithonii ſcilicet, avidi libidinum explendarum, fas atque nefas diſcernunt exiguo limite; unde utrumque miſcent in vino. At ego, inquit, &c. Quod ſequitur, impuriſſimum eſt; nec attingerem profecto, niſi operæ pretium eſſet interim oſtendere, quantæ ſpurcitiæ vatem ſubinde laudent etiam e veteribus ii, qui ſe Eccleſiaſticos & Chriſtianos ſcriptores haberi voluerunt; & reſecandam hanc quoque partem moneri vellem eos, qui ſe hunc vatem edere jactitant ab omni expurgatum obſcenitate; cum ſit hic maxima, a nullo adhuc interpretum deprehenſa. *Baſſareus* ex Hebræo certe eſt: non tamen a בצר *vindemiare*: neque enim Bacchus vindemiat: aut a בציר *vindemia*: nam *Baſſireu* ſcribi oporteret: ſed a בצר: quod pudice *carnes* vertit Vulgatus Interpres, Ezech. XXIII, 20. Nemo caſtus a me plura deſideret. Respondet iſtud, *Non te invitum quatiam*, infandæ libidini, quam in Sithoniis proxime incuſavit. Hebraïca ſpargere vocabula in ſuis ſcriptis, toti cohorti impiæ & impuræ familiare eſſe, noſtræ demonſtrant in ſingulos fere obſervationes. *Obſita*, pro *obducta*, vel tecta, metrum coëgit ſcribere.

13 *Sæva tene cum Berecynthio*
Cornu tympana: quæ ſubſequitur cæcus amor ſui.
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

Gloria pro jactantia, non placet. *Vacuum verticem*: vacuum potius cerebro caput dici oportuit. Nec *fidem prodigam arcani* novi, ſed potius infidelitatem.

ODE XX. *Ad Mæcenatem.*

1 *Vile potabis modicis Sabinum*
Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta
Conditum levi: datus in theatro
Cum tibi plauſus.

5 *Care Mæcenas eques: ut paterni*
Fluminis ripæ, ſimul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Epitheta perfrigida ſunt; *care*, & *eques*. Deinde quando vel ſemel & qua cauſa datus Mæcenati in theatro plauſus? Cæſarne tunc aberat? Mox *ut* pro *cum*, metri cauſa, dactylum hic poſcentis, barbarum eſt. Præterea, *flumen paternum*, pro *patrium*, ſimiliter metri cauſa, ſoloecum eſt. Fluit Tiberis quidem in Etruria, quæ patria fuit Mæcenatis: ſed & extra Etruriam multo auctior. Denique *montis imago*, pro vocis imagine mente repercuſſa, dictum inepte & barbare, non Latine.

ODE XXI. *In Dianam & Apollinem.*

3 *Latonamque ſupremo*
Dilectam penitus Jovi.

O frigidum adverbium! o verbum inane, *penitus dilectam*!

13 *Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,*
Peſtemque a populo, & principe Cæſare IN
Perſas atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Cui non riſum moveat illa præpoſitio *in*, a ſuo caſu verſuque divulſa? Ne tironi quidem ignoſceretur in ſcholis? Nec Perſas Auguſtus bello umquam appetiit, nec Britannos.

ODE XXII. *Ad Ariſtium Fuſcum.*

Ariſtii Fuſci momen deſumptum eſt ex libro I. epiſt. X. verſu 1. & 44. *Lætus ſorte tua vives ſapienter, Ariſti.* Viſum idoneum nomen eſt, cui Ode de integritate vitæ inſcriberetur, vel dicaretur. Eſt enim ἄριστος *Optimus*, Cui autem melius, quam viro optimo?

1 *Integer vitæ, ſcelerisque purus,*
Non eget Mauri jaculis, neque arcu;
Nec venenatis gravida ſagittis,
Fuſce, pharetra.

5 *Sive per Syrtes iter æſtuoſas,*
Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.

9 *Namque me ſilva lupus in Sabina,*
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminum curis vagor expeditus,
Fugit inermem.

13 *Quale portentum neque militaris*
Daunia in latis alit eſculentis:
Nec Jubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix,

17 *Pone me pigris ubi nulla campis*
Arbor æſtiva recreatur aura:
Quod latus mundi nebulæ, malusque
Juppiter urget.

21 *Pone ſub curru nimium propinqui*
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Hæc Ode commendationem continet veræ & Chriſtianæ pietatis, quæ Græce θεοσέβεια dicitur, & cui comes ſit integritas, comitas, ſuavitasque morum. Nam *Lalage* hoc loco non alia eſt, quam ipſa Pietas Chriſtiana: Hæc in homine probo *dulce ridet, dulce loquitur*: hoc eſt conjuncta cum hilaritate, comitate, & urbanitate eſt. Pone me, Chriſte, inquit vates; (hoc enim eſt, Fuſce:) Pone me ſub alterutra Zona, frigida, torridave, in ſyrtibus, vel in

in silvis, ubi sunt lupi leonibus immaniores: ubique meam cantabo Lalagen; Pietatem amabo cum hilaritate conjunctam. Eccui enimvero alteri dicere potest vates, qui sobrius sit, quam Deo & Christo: Pone me sub Zona alterutra, vel in Syrtibus, vel in silvis plenis luporum? Amico mortali si quisquam hoc dixerit, emotus mente merito existimetur. *Syrtes æstuosas* non Latine, sed inepte & barbare dicitur. Sunt enim Syrtes, non solitudines Africæ mediterraneæ, ut iste imperite existimavit, sed undoso ac diro mari sinus duo prope Tripolim. *Æstuosus* autem Latine nonnisi calidus est, aut sole nimio fervens: ut sunt dies æstuosi, loca æstuosa, Auster æstuosus. Paris imperitiæ est, aut æstuosum mare ponere, pro mari procelloso, aut Syrtes esse terrestres solitudines arbitrari. *Fabulosus*, epitheton quæsitum est temere aptum claudendo versui: sed falsum. Neque enim *fabulosus* est amnis Hydaspes, sed teste Plinio, libro VI. sect. XXI. *clarus* & *clarissimus*. *Matus* deinde *Juppiter*, pro aëris inclementia, dictum est insipienter & barbare. Cetero illud *dulce ridentem*, & *dulce loquentem*, acceptum est ex libro I. epist. VII. versu 27. *Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum:* hoc est, risus & jocos decentes.

ODE XXIII. *Ad Chloën.*

1 *Vitas hinnuleo me similis, Chloë;*
Quærenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano
Aurarum & silvæ metu.

Diæresis in tirone poëseos castiganda: *silvæ* in tres syllabas, sive in anapæstum; cum sit vox dissyllaba, & pes spondæus.

ODE XXIV. *De Quintilii obitu.*

13 *Quod si Threïcio blandius Orpheo;*
Auditam moderere arboribus fidem,
Non vanæ redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida
17 *Non lenis precibus fata recludere,*
Nigro compulerit Mercurius gregi.

De Mercurio & ipsius munere, quantum allucinetur jam superius ostendimus ad Oden X. *Non lenis*, pro, non facile exorabilis ad recludenda fata, barbarum & obscurum est.

19 *Sed levius fit patientia*
Quidquid corrigere est nefas.

Pro, quidquid corrigi non potest. Audacter & barbare, non Latine. Sic iterum in Ode XI. *Scire nefas*, sed & Cicero, inquit Muretus, quodam loco ex Timæo. At, inquam ego, uterque prave, quia uterque ψευδώνυμος.

ODE XXV. *Ad Lydiam.*

10 *Flebis in solo levis angiportu,*
Thracio bacchante magis sub interlunia vento.

Levis, pro spreta, vel nullius existimata pretii, num Latine dictum periti possunt putare? Versus deinde sequens quam habet formam carminis? Hæccine poësis, an potius prose est? Ubi cæsura? Et quam dure e diverso distracta in duos vox *interlunia* est?

13 *Cum tibi flagrans amor, & libido,*
Quæ solet matres furiare equorum.

Furiare, pro, *in furorem adigere*, fictum omnino est metri causa verbum.

ODE XXVI. *De Lamia ad Musam suam.*

1 *Musis amicus, tristitiam & metus*
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis: quis sub Arctò
Rex gelidæ metuatur oræ.
5 *Quis Tiridatem terreat unice,*
Securus. O quæ fontibus integris
Gaudes; apricos nectè flores, &c.

Protervis, epitheton est metro tantum utile, alioquin ineptum. Nam si *protervi* venti, qui morem gerent jubenti portare curas suas in mare Creticum? Et per se *venti protervi*, voces sunt sine sensu. *Tiridatem* regem nemo novit ante illum Armeniæ regem, quem sub Nerone Romam venisse Plinius prodidit, libro XXXIII. At Neronis tempora Horatius longe antecessit. Eam ob rem aliqui pseudo-Horatii cultores ac defensores Mithridatem hic pro Tiridate reponunt, sed prorsus ignotum. Quid sint *apr.ci flores*, fateor me nescire. *Colles apricos* dixit Virgilius in Eglogis: *pratum apricum* Horatius, libro 2 Epist. XIV. versu 30. *flores apricos*, præter istum, metri causa, nemo sobrius.

ODE XXVIII. *De morte.*

8 *Tithonusque remotus in auras.*

Hoc est, ut aïunt, mutatus in aërem, tenuemque vaporem. Causa ita fingendi imprudentibus fuit Homerus prave intellectus: qui dixit solummodo, e cubili Tithoni inclyti, hoc est, e loco ubi cubaret, surgere Auroram: inde maritum Auroræ Tithonum dici censuerunt. *Remotus in auras*, quam dictum obscure, metri causa?

19 *Mista senum ac juvenum densantur funera, nullam*
Sæva caput Proserpina fugit.

Non novit iste Proserpinam: sæva non est. Vide nostram Homeri Apologiam.

ODE XXIX. *Ad Iccium.*

1 *Icci, beatis nunc Arabum invides*
Gazis, & acrem militiam paras:
Non ante devictis Sabæa
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas.

Sabæa solœcum est; pro *Saba* vel *Sabæis*: has voces duas, *devictis Sabæis* noluit iste jungere, ob similem exitum, sive sonum. Regibus Saba, vel Medis, numquam Romani bellum indixere. *Horribili* pro feroci, vel bellicoso, quis approbet? Versus sic poscebat.

9 *Doctus sagittas tendere Sericas*
Arcu paterno.

Quasi vero sagittæ in Arabiam advehantur e Seribus; hoc est, e China. *Arcum tendere* Latine dicimus: an & *sagittas arcu tendere?* Minime certe.

14 *Libros Panætii, Socraticam & domum*
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis.

Tendis, pro, cogitas, vel paras, Latinum non est: sed obsequi metro coactus est vates.

ODE XXXI. *Ad Apollinem.*

9 *Premant Calena falce, quibus dedit*
Fortuna vitem: dives & aureis

Mercator exſiccet cululis
Vina Syra reparata merce,

Reparata, pro *comparata*, metri cauſa poſitum, ſed barbare. *Cululli*, ficta ab iſto vox eſt, nec ab alio (quod quidem ſciam) uſurpata. Occurrit autem iterum in Arte Poëtica, verſu 434. *Reges dicuntur multis urgere cululis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent, An ſit amicitia dignus.*

ODE XXXII. *Ad lyram.*

14 *O laborum*
Dulce lenimen, mihi cumque ſalve
Rite vocanti.

Mihi cumque ſalve: ſi non eſt hæc protervia omnem vincens audaciam, cœcus ſum. Quid eſt, *ſalve mihi?* Et quid eſt, *mihi cumque?* Alterutrius dicti ubi exemplum? Si *ſalve* pro *ſave* eſt, metrum fecit vatem inceptire.

ODE XXXIV. *Ad ſeipſum.*

5 *Namque Dieſpiter*
Igni coruſco nubila dividens.

Sic & libro III. Ode 2. *Sæpe Dieſpiter Neglectus inceſto addidit integrum. Dieſpiter*, ficta vox, eſt ab improba cohorte, ad conciliandam ſcriptis ſuis opinionem vetuſtatis: ex יי-חשמה-חת-ער: ut Chriſtum Deum ſignificet, *Qui conterentes ſe conteret inimicos:* Judæos nimirum, qui eum occiderunt.

12 *Valet ima ſummis*
Mutare, & inſignem attenuat Deus
Obſcura promens.

Vox illa, *Deus*, abſolute ſic poſita, mentem & linguam Chriſtianam ſapit. Sed *obſcura* per *obſcurum*, hominem ſcilicet, uti præceſſit, *inſignem*, metri cauſa ſolœcum eſt.

ODE XXXV. *Ad Fortunam.*

1 *O Diva, gratum quæ regis Antium,*
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

Quid eſt, *gratum* oppidum? *Præſens*, pro *potens*, verſus, non Latinitas, poſtulavit. *Mortale corpus*, verſus ſimiliter, non ratio dici patitur, pro homine mortali: Et *vertere*, pro *mutare*, hic barbarum eſt, metri cauſa. Ex nummo antiquo, ſed prave & pueriliter intellecto, accepta hæc Fortunæ Antiatis appellatio eſt. Eſt ille argenteus apud Patinum, in Famil. pag. 244. & in Muſeo noſtro, hac epigraphe: Q. RUSTIUS FORTUNÆ ANTIAT. Duo hæc in area capita ſunt conjuncta: dextrum eſt civis Narbonenſis, pileo urbano & domeſtico tecti: alterum Fortunæ, capitis muliebri tegmine.)(CAESARI AUGUSTO. Ara, in qua ſcriptum eſt, FOR. RE. Infra, EX S. C. Hic Fortunam Antiatem prædicari pſeudo-Horatius ſtulte credidit: cum & ubique pariter Fortuna coleretur, non Antii præcipue; nec *regere* Antium modo, ſed orbem ipſum a Vate dicenda eſſet; & denique, quod caput eſt, in hoc numismate nulla Antii mentio ſit; ſed ſententia hujusmodi, magna ex parte primis dumtaxat vocum litteris expreſſa: Q. RUSTIUS FORTUNÆ *Auguſti Exſtruxit Aram Narbone, Titulo Imperatoris Auguſti Tutatricis.* CÆSARI AUGUSTO, ara FORtunæ REducis, EX *Senatus Conſulto.* Nihil certius. In tam craſſum errorem de Fortuna Antiate verus Horatius non impingeret, qui Romæ vixit.

26 *Diffugiunt cadis*
Cum fœce ſiccatis amici
Ferre jugum pariter doloſi.

Pro eo, opinor, quod eſt, fallentes dum pollicentur, ſe pariter nobiſcum jugum infortunii eſſe laturos, ſi fors evenerit. Sed quanta hujus orationis obſcuritas, metri cauſa: Ferre jugum pariter doloſi?

29 *Serves iturum Cæſarem in ultimos*
Orbis Britannos.

Atqui nulla exſtat apud probatos ſcriptores Britannicæ expeditionis mentio ab Auguſto ſuſceptæ. Quin immo, ex Plinio & nummis antiquis conſtat, arma Romana in Britanniam non penetraſſe, ante annum Claudii Cæſaris nonum: prius *litora* tantum *Britannica* ſub Julio *ſerviſſe*, ut Plinius loquitur, libro IX. ſect. LVIII & LXXXIX. At iſte etiam devictos ab Auguſto Britannos canit, libro III. Ode v. *Cælo tonantem credidimus Jovem Regnare: præſens Divus habebitur Auguſtus, adjectis Britannis Imperio, gravibusque Perſis.* Sed a bello Britannis inferendo revocatum fuiſſe Auguſtum fingunt Interpretes; poëtam autem, cum illud gerendum eſſet, pro confecto habuiſſe; & victoriam cecinîſſe ante tubas. Utra ſtultior; culpa, an culpæ excuſatio eſt? *Orbis ultimos* inepte, non Latine dicitur. *Extremus orbis*, aut ut Virgilius loquitur, libro 2. Georg. verſu 124. *Extremi ſinus orbis*; & libro 1. verſu 30. *Ultima Thule*: ut Plinius, libro XIX ſect. 2. *Ultimi hominum exiſtimati Morini*; perbene ſcribitur. At *ultimos orbis* inſigniter barbarum eſt.

ODE XXXVII. *Ad ſodales.*

10 *Quidlibet impotens Sperare.*

Barbarum & ſolœcum eſt: pro, adeo iræ & ſuperbiæ impotens, ut quidlibet auderet ſperare.

ODE XXXVII. *Ad puerum.*

3 *Roſa quo locorum Sera moretur.*

Pro, *quo loco*, vel *ubi locorum.* Verſus ſic coëgit ſolœcizare.

6 *Neque te miniſtrum*
Dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite bibentem.

Arctam vitem inepte dicere verſus coëgit, pro denſa vel umbroſa: ſed vates impuriſſimus puerum ſuum ac miniſtrum ait non dedecere myrtum: quoniam myrtus eſt Veneri ſacra.

IN LIBRUM II. ODARUM ANIMADVERSIONES.

ODE I. *Ad Pollionem.*

1 *Motum ex Metello Conſule civicum.*

Motus civicus dicitur imperite admodum pro motu civili. *Civicum* enim dicitur, quod civibus convenit, ut corona civica, civica jura: civile, quod fit a civibus, ſeu bene, ſeu male. Deinde, *ex Metello*, pro *ſub Metello*, vel *usque a Metello*, Latinum non eſt; ſed ut *civicum* pro *civili*, metri cauſa deproperandi barbare poſitum.

23 *Et cuncta terrarum ſubacta*
Præter atrocem animum Catonis.

Atrocius epitheton ipſum profecto eſt. Et *cuncta terrarum* Latinum non eſt.

25 *Juno, & deorum quisquis amicior*
Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure.

Ex Æneide forte jam inchoata, argumentove ejusdem propoſito, ille Junonis erga Afros favor eſt. *Impotens*, pro, non potens odium vel iram explere, Latinum non eſt.

ODE II. *Ad Criſpum Salluſtium.*

1 *Nullus argento color eſt, avaris*
Abditæ terris inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.

Lamnæ pro *laminæ*: & *avaræ* terrarum epitheton: & *terris* pro *terra*; omnia metri cauſa, nimis licenter, & barbare. Si Salluſtius hic alius eſt a ſcriptore rerum Romanarum, debuit ab illo aliqua nota ſecerni. Quod cum iſte non facit, prodit ingentem parachronismum ſuum.

5 *Vivet extento Proculeïus ævo,*
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.

Extento ævo vivere, coacta metri cauſa & obſcura Latinitas eſt. Abſurde vero dicitur, *penna metuens ſolvi*, pro infatigabili, metuente defatigari: idque pro ſemper volante fama. Aptius diceretur, opinor, *non metuente ſolvi*, pro infatigabili, quam *metuente*. *Proculeïus* hic alius probabiliter dici non poteſt eſſe, quam Patriarcha Joſeph. *Qui procul vixit* a domo paterna & fratribus: derivato nomine ex *procul*, & חיה *vixit*. Celebratiſſimus eſt ille certe ob paternum erga fratres animum: & erit ob id ejusdem æterna memoria. Hunc vates haud dubie ſpectavit, qui ſcripturas legit. Non talem usquam Proculeïum habet Romana ipſa hiſtoria fabulola.

17 *Redditum Cyri ſolio Phraaten*
Diſſidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus.

Vel ipſum veterum nummorum ſilentium vatem mendacii arguit. Nec Cyri ſolium Parthia, ſed Media & Perſis fuit: nec Phraates Cyri ſolium obtinuit, aut recepit ab Auguſto. Phraates Armeniæ rex fuit: de quo Horatius, lib. I. Epiſt. XII. verſu 26. *Claudi virtute Neronis Armenius cecidit? jus imperiumque Phraates Cæſaris accepit genibus minor.*

9 *Latius regnes avidum domando*
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni.

Atqui non longe a Libya remotæ Gades, ſive a regione Pœnorum, ubi Carthago eſt.

13 *Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.*

Hydrops, pro *hydropico*, ſolœcum eſt: & *creſcit* hydropicus, pro morbum auget, ſolœcum eſt alterum.

ODE III. *Ad Delium.*

13 *Huc vina, & unguenta, & nimium breves*
Flores amœnæ ferre jube roſæ.

Flores breves, pro brevis ævi, qui cito marceſcunt, Latinum non eſt: neque illud magis, *flores roſæ*, pro *roſas*. Ab imperito id eſſe ſcriptum ſcito, qui quos vulgo vocamus *fleurs de Lis*, arbitratus eſt ſic appellatos eſſe, quaſi flores lilii: cum reipſa flores Liſii amnis ſint: pariterque dicere ſe poſſe credidit, *flores roſæ*. Ætatem hinc diſce poëtæ.

15 *Dum res, & ætas, & ſororum*
Fila trium potiuntur atra.

Cur *fila* trium *atra*, niſi ſolius metri cauſa poſitum iſtud epitheton eſt; cum ex iis una dumtaxat filum, fecet, ideoque funeſta ſit, & atra ſola dici poſſit?

19 *Et exſtructis in altum*
Divitiis potietur heres.

Exſtructæ in altum divitiæ, pro opibus in cumulum congeſtis, frigidum ac barbarum, haud Latinum, eſt.

ODE VI. *Ad Septimium.*

10 *Dulce pellitis oribus Galeſi Flumen.*

Galeſi flumen, pro *Galeſus amnis*, ſolœcum eſt: & Gallicismus; *la riviere de Seine*, *la riviere de Loire*.

ODE VII. *Ad Pompeium.*

11 *Cum fracta virtus, & minaces*
Turpe ſolum tetigere mento.

Tangere mente humum, dictum certe perfrigide; pro eo quod Maro dixit, *Terram ore momordit.*

Et *turpe ſolum*, epitheton eſt inane & alienum.

5 *Pompeï, meorum prime ſodalium.*

Contra leges Grammaticæ eſt iſta craſis, qua fit *Pompeï* vox diſſyllaba. Eſt enim ΠΟΜΠΗΙΟΣ Græce: nec rite fit craſis ex duabus longis, aut ex moloſſo ſpondæus.

13 *Sed me per hoſtes Mercurius celer*
Denſo paventem ſuſtulit aëre.

Unde vis ea Mercurio, qui nonniſi Genius Mercatorum, aut amor lucri eſt, ut diximus, ad lib. I. Ode x.

18 *Longaque feſſum militia latus*
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi deſtinatis.

Nec in fine verſus, vel puero haud ignoſcenda licentia: adeo legentes offendit.

21 *Oblivioſo lævia Maſſico*
Ciboria exple.

Oblivioſum vinum, pro eo quod eſt, Quod cum inebriat, oblivionem malorum affert, Latinum certe non eſt. *Ciboria* vox eſt e Chriſtianis accepta: apud quos vas eſt Corpori Chriſti adſervando deſtinatum: neque ab aliis uſurpata ſcriptoribus, quam cohortis impiæ, qui eam vocem ad pocula potoria ſignificanda tranſtulerunt. Sacræ pyxides vocantur Gallice, *des ciboires*. Factum id nomen eſt illis ex carne Chriſti: de qua ipſe dixit, *Caro mea vere eſt* CIBUS: quoniam in illis pyxidibus reponitur. Italis ſimiliter *ciborio* eſt. Denique *exple*, pro *exhauri* audacter magis metri cauſa, quam Latine poſitum eſt: quamvis id dicat Donatus Terentianum eſſe.

ODE IX. *Ad Valgium.*

1 *Non ſemper imbres nubibus hiſpidos*
Manant in agros.

Imbres nubibus manant, pro cadunt, vel funduntur e nubibus. Et *hiſpidos*, epitheton inane vel alienum eſt. Nam agris hiſpidis, ſive gelu horridis, expetuntur imbres: quibus decidentibus tum deſinunt eſſe agri hiſpidi.

9 *Tu ſemper urges flebilibus modis*
Myſten ademptum.

Quid porro eſt, *Urgere* verſibus mortuum?

10 *Nec tibi Veſpero*
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Veſpero ſurgente, pro, Lucifero, dictum eſt perquam imperite. Nec Veſper Solem fugit; immo ſubſequitur. Stella Veneris eſt, quæ numquam a ſole longius abſcedit, quam XLVI. gradibus.

15 *Nec impubem parentes*
Troïlon, aut Phrygiæ ſorores
Flevere ſemper.

Falſo *impubes* Troïlus dicitur, ut ad 1. Æneid. verſu 478. adnotavimus. Nec ſorores Troïli, Priami filiæ, Phrygiæ fuere, ſed Troades.

19 *Cantemus Auguſti trophæa*
Cæſaris, & rigidum Niphaten,
Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vortices:
Intraque præſcriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

Pulſum Niphatem, hoc eſt, fugatos ex eo monte Armenos, eleganter cecinit, quamvis audacter, Virgilius, libro III. Georg. verſu 30. At *rigidum Niphaten cantare*, nihil eſt aliud, quam illum a rigore ſeu frigore celebrare; quod eſt hic ineptum, & ſolius metri cauſa poſitum inſulſe; cum neque reipſa rigidus ille aut frigidus ſit. *Flumen addere gentibus* quid ſit, non capio. Ecquod illud autem Medum flumen eſt? Non Euphrates certe, qui procul fluit a Media. Deinde neque cum Medis, neque cum Gelonis Auguſto Cæſari plus negotii fuit, quam cum Indis & Scribus. *Intra præſcriptum*, pro, intra fines ſibi præſcriptos, audacter dictum eſt, licenter, obſcure.

ODE X. *Ad Licinium.*

1 *Rectius vives, Licini, neque altum*
Semper urgendo.

Semper altum urgere, pro, ſemper in mari navigare, ſive remigando mare fatigare, obſcurum metri cauſa, non Latinum eſt. Hæc Ode tamen priores vincit elegantia.

15 *Informes hiemes.*

Haud dubie informe epitheton.

21 *Rebus anguſtis animoſus atque*
Fortis appare.

Animoſus atque fortis appare, proſam ſapit, ac propemodum ταυτολογίαν, vel βατρολογίαν.

ODE XI. *Ad Hirpinum.*

1 *Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes*
Hirpine Quincti, cogitet.

Cum Cantabris quidem Cæſar Auguſtus bellum geſſit: cum Scythis idem, aut hi cum illo, nullum magis quam Indi.

4 *Ne trepides in uſum*
Poſcentis ævi pauca.

In uſum ævi pauca poſcentis, metri ratio ſcribere barbare & obſcure coëgit, pro eo quod eſt, ad comparanda, quæ vitam, vel naturam alant, parvo contentam, pauca poſcentem.

11 *Quid æternis minorem*
Conſiliis animum fatigas?

Quæ ſunt *æterna conſilia?* Ut metro ſerviret, *æterna* poſuit, pro, alia ex aliis nexa, nec umquam deſitura, barbare & obſcure.

ODE XII. *Ad Mæcenatem.*

6 *Domitosque Herculea manu*
Telluris juvenes: unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tuque pedeſtribus
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris
Mæcenas melius.

Telluris juvenes, pro *Terræ filios*, Latina oratio non eſt. Et *Saturni veteris domus fulgens* quænam eſt? non cælum, ſi Homero ſaltem credimus. An etiam Latine dicitur, *contremiſcere periculum? Hiſtoriæ pedeſtres*, dictum videtur, pro, illigatæ pedibus verſu heroïco, ut Annales Ennii. Sic *Muſam pedeſtrem* dixit Horatius genuinus, libro 2. Sat. VI. verſu 17. An igitur Mæcenas inter poëtas? Idem Sat. 2. verſu 247. excuſat ſe a ſcribendis Auguſti laudibus: id oneris defert Virgilio Varioque, non Mæcenati: quem haud dubie non omitteret, ſi ſciret eum carmina ſcribere. Alium eſſe Odarum ſcriptorem ab Horatio apparet hoc quoque argumento.

20 *Sacro Dianæ celebris die.*

Frigidum & inane epitheton, *celebris.*

ODE XIII. *In arborem.*

23 *Sedesque discretas piorum, &*
Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus:
Et te, sonantem plenius aureo,
Alcæe, plectro, dura navis,
Dura fugæ mala, dura belli;
Utrumque sacro digna silentio
Mirantur umbræ dicere.

Sappho Lesbia appellatur a Plinio, libro XXII. sect. IX. At non est Lesbos insula in Æolide. In Asiæ continente Æolis est, cujus omnes civitates appellat Herodotus, libro I. n. CXLIX. Alcæi nomen acceptum ex Horatio genuino est. Apud Plinium, libro XXII. sect. XLIII. de re rustica scripsisse, tantummodo, ut Hesiodus, significatur.

31 *Pugnas & exactos tyrannos*
Densum humeris bibit aure vulgus.

Densa humeris multitudo, barbara oratio, non Latina est.

ODE XIV. *Ad Posthumum.*

1 *Eheu fugaces, Posthume, Posthume,*
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis & instanti senectæ
Afferet, indomitæque morti.
Non si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonem, Tityonque tristi
Compescit unda.

Inepte prorsus, nec nisi metro cogente nomen iteratum Posthumi est. Nam cui placere possit, Eheu fugaces, Tityre, Tityre: vel, Mæcenas, Mæcenas: vel Auguste, Auguste, labuntur anni? *Tricenis* poëta scripsit, ut omnes libri habent, sed solœcizans: est enim prima longa. Emendant Interpretes *trecenis:* At esset hyperbole nimia, & de re haud possibili. Nam quis quotidie trecentos queat habere vel immolare tauros? Vel ditissimus vix decem singulis diebus per mensem unum reperiat. Deinde *places*, pro *placare coneris*, dictum satis audacter. At insolentius *illacrymabilem* active, pro eo quod est, *Qui lacrymari nescit.* Passive verbum idem accepit, Ode nona libri quarti. Quid denique est *vir amplus?* aut qua fronte dicitur *ter amplus* pro *tergeminus?* Plutonem denique non norunt boni scriptores Latini: at hic pro Deo ponitur, quem ipsi pavent inferi, vel qui deducit ad inferos.

22 *Neque harum, quas colis arborum*
Te præter invisas cupressos
Ulla brevem dominum sequetur.

Quid est, amabo, *dominus brevis?* Aiunt esse *brevis ætæ, brevis ævi:* quoniam dixit idem *breve lilium*, libro I. Ode XXXVI. pro eo quod est, cito marcescens. Sed & istud audacter, metri causa, non Latine: *& dominus brevis*, multo Latine minus. Si *brevis* intelligatur, qui urna brevi contineatur, dictum est adhuc magis barbare.

25 *Absumet heres Cæcuba dignior*
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum superbum
Pontificum potiore cœnis.

Dacerius emendat *superbo*, ob cacophoniam vocum similiter desinentium, *pavimentum superbum Pontificum.* At geminum sic ipse tribuit epitheton vino, *superbo* & *potiore*, absque particula conjunctiva. Ego vero, neque quid sit *superbum pavimentum*, aut *vinum superbum* pro pavimento superbi domini dictum nove censeo. Denique *potiore cœnis*, dictum est perobscure, & metro tantum cogente, pro eo quod est, vino quod est in Pontificum cœnis potissimum. Nam aut hoc voluit dicere, aut sonos dedit sine sensu.

ODE XV. *In luxum sui sæculi.*

1 *Jam pauca aratro jugera regiæ*
Moles relinquent: undique latius
Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu; platanusque cælebs
Evincet ulmos, tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium,
Spargent olivetis odorem,
Fertilibus domino priori.

Primum *regias moles* genuinus Horatius non diceret; nam reges in Italia certe nulli, cum scriberet: at erant Reges Neapolitani, Lucrini lacus domini in Terra Laboris, cum Horatium iste simularet. Sed *regias moles*, hoc est, quas solis Principibus Regibusque licuit in eo lacu struere; quando vidit, quæ multa occuparent jugera? Deinde ulmum maritari vitibus, Latine perbene dici novimus: sed platanum *cælibem* vocari, quam maritari vitibus mos omnino non sit, si quis probaverit, dicat idem quercum, nucemque cælibem, innumerasque alias arbores. Præterea, *evincet ulmos*, pro, depellet ulmos; tamquam ab injusta possessione soli quod occupant, vox est e Gallico foro accepta: *evincer quelqu'un. Myrtus*, quartæ declinationis, ut volunt credi hic positum, prorsus est inauditum. Trochæum verius vatem pro spondæo posuisse solœcizantem, confitendum est. Denique dormitasse Horatium, quando *copia narium* scripsit, pro copia florum naribus grata, fatetur ipse Dacerius.

9 *Tum spissa ramis laurea fervidos*
Excludet ictus.

Laurea, pro lauro, prave, barbare. *Ictus fervidos*, obscure: satis licenter, subintelligit Solis.

13 *Privatus illis census erat brevis,*
Commune magnum: nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Commune quid? Cum præcesserit, *privatus census*, *communis magnus* sequi debuit: sed versus coëgit solœcizare. *Commune* Latine de civium communitate dicitur, ut in nummis, COM. ASIÆ: KOINON KYΠPIΩN: KOINON ΣYPIAΣ. *Commune* sic absolute alio sensu Latine non dicitur. Deinde *metata* passive pro *mensurata*, haud dubie solœcum est. Apud Horatium, libro 2. Sat. 2. versu 114. *Metato in agello*, non est pro *mensurato:* quod verbum ibi ineptum foret: sed pro metis sive limitibus definito, circumscripto. Denique *Arcton opacam*, duo continet, quæ Latinas aures vehementer offendant. Primum quidem *Arcton* pro vento septemtrionali; nec quolibet, sed calores æstivos refrigerante. At Arctos, non ventus, sed Ursa cælestis est. Deinde *opacam*, pro, exceptum in loco opaco ventum. Annon exsibilaretur a pueris ipsis, & merito quidem, qui tales Odas in scholis scriberet?

17 *Nec fortuitum spernere cespitem*
Leges sinebant: oppida publico

Sumptu jubentes, & deorum
Templa novo decorare saxo.

Fortuitum, pro, quem fors dediſſet in hereditatem, ſcilicet agrum, ſive prædium; vereor ut Latinum ſit. Certe *decorare* pro *decorari*, ſolœcum eſt, quod ut verſum citius abſolveret, vates ſponte admiſit. Denique *novo ſaxo* epitheton ſaltem frigidum eſt.

ODE XVI. *Ad Groſphum.*

Groſphi nomen acceptum ex libro 1. epiſt. XII.

6 *Otium Medi pharetra decori,*
Groſphe, non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

Diſſecta vox *venale*, audacia pſeudo-Pindarica, perquam ridicula.

9 *Non enim gazæ, neque Conſularis*
Summovet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

Curas volantes circa laqueata tecta: & *laqueata tecta*, pro *laquearia*, vel *cubicula laqueata*; concoquat, ſi poteſt, cui ſtomachus validior.

13 *Vivitur parvo bene, cui paternum*
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leves ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Cupido ſordidus, pro avaritia, ſive ſordida auri cupiditate, ſolœcum eſt; quo vatem impulit verſus finiendi feſtinatio. Non ſic Horatius, libro 1. epiſt. 1. verſu 33. *Fervet avaritiâ miſeraque cupidine pectus.* Sic enim manuſcripti libri, & editiones vetuſtæ. Nec *miſero* repoſitum eſt, niſi ab his, qui conſtare ſibi Horatium in maſculino genere vocis illius credi voluerunt. Libro autem primo, ſat. 1. verſu 61. *At bona pars hominum decepta cupidine falſo*; ibi *falſo* adverbium eſt, pro *opinione falſa*, ut vidit Acron.

21 *Scandit æratas vitioſa naves Cura.*

Quid eſt, *cura vitioſa*, niſi voces ſine ſenſu junctæ, metri cauſa?

30 *Longa Tithonum minuit ſenectus.*

Tithonum haud alium agnoviſſe videtur Homerus, & Virgilius, etiam illo verſu 447. libri 1. Georg. *Cum pallida ſurget, Tithoni croceum linquens Aurora cubile:* (qui eſt expreſſus ex Iliad. λ. verſu primo, & Odyſſeæ ε. primo: Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο Ὄρνυτο:) non alium, inquam, ii Tithonum novere, quam Laomedontis filium, Priami fratrem; qui ante bellum Trojanum in Italiam venit. Cubile Tithoni eſt mons Ida, ubi Tithonus inclytus habitavit. Plinius, de croco, libro XXI. ſect. XXVII. *Trojanis temporibus jam erat honos ei*, &c.

37 *Mihi parva rura, &*
Spiritum Graïæ tenuem Camenæ
Parca non mendax dedit.

Ea oratio, *ſpiritum Graïæ Camenæ*, non eſt veterum Latinorum: ſed ex modo loquendi ſacrorum ſcriptorum petita; apud quos legitur, *ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis*, &c. Deinde *Camena Græca*, num poëſim Lyricam magis deſignat, quam hexametram, cujusmodi eſt in Virgilii Bucolicis, poſt Theocritum, ut creditur, ante ipſum etiam Horatium genuinum? Hic certe, dum Virgilii Camenas laudat, Bucolica ejusdem carmina, ſive Eclogas ſolas, deſignat.

ODE XVII. *Ad Mæcenatem ægrotum.*

2 *Nec Diis amicum eſt, nec mihi, te prius*
Obire, Mæcenas. . .

Non eſt amicum diis, nec mihi, pro, non placet, non Latinitas aut ratio vati ſuggeſſit, ſed metri condendi neceſſitas.

5 *Ah te meæ ſi partem animæ rapit,*
Maturior vis; quid moror altera,
Nec carus æque, nec ſuperſtes
Integer . . .

Maturior vis, pro *mors præmatura*, ad verſum fingendum, barbare: nam alioqui *matura vis* quid ſit, certe obſcurum eſt. *Nec carus æque*, ubi ſubintelligendum eſt *mihi*, (non *populo Romano*, ut Dacerio viſum eſt:) nihilo minus certe perplexum eſt.

9 *Non ego perfidum*
Dixi ſacramentum: ibimus, ibimus,
Utcumque præcedes.

Sacramentum perfidum eſſe nullum poteſt: ſed perfidus eſt, qui datum violat. *Ibimus, ibimus*, ut *Poſthume, Poſthume*, ad verſum citius abſolvendum. *Utcumque* Latine non eſt, ut locus hic poſtulat, *quandocumque*; ſed *quomodocumque*.

14 *Nec ſi reſurgat centimanus Gyas.*

Briareum centibrachium Homerus agnovit: Gygen addidit centimanum pſeudo-Heſiodus in Theogonia, ſed ſine ullo ſenſu arcano fabuloſe. Apollodoro, ſed ficto pariter & mendaci, Gyes eſt.

15 *Sic potenti*
Juſtitiæ placitumque Parcis.

Potens Juſtitia quæ ſit, Latini veteres ſcriptores non norunt: e Chriſtiana religione accepta hæc oratio eſt; ſic Juſtitiæ divinæ placitum. *Potentem* pro *divina* metrum ſuggeſſit.

19 *Seu tyrannus*
Heſperiæ Capricornus undæ.

Perabſurde dicitur Capricornus dominari in occidentalem Oceanum; quamvis ita dicat etiam pſeudo-Manilius, libro III. *Tu Capricorne regis quidquid ſub ſole cadente.* Cauſa ita fingendi fuit, quod in Sphæra recta, ut Cancer orientali mari, ita occidentali Capricornus imminet. At non eſt propterea dicendus ille, *Heſperiæ tyrannis undæ.*

21 *Utrumque noſtrum incredibili modo*
Conſentit aſtrum.

Quam proſaïcum iſtud *incredibili modo* eſt?

22 *Te Jovis impio*
Tutela Saturno refulgens
Eripuit. . . .

Saturnus impius ut diceretur, pro *inclementi* verſus coëgit. Et *tutelâ refulgens*, alienum & ineptum epitheton eſt.

27 *Me truncus illapſus cerebro*
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
Dextra levaſſet, Mercurialium
Cuſtos virorum.

Hic tria ſunt inepte dicta: Primum, Faunum eſſe cuſtodem virorum eruditorum. Alterum eſt, Mercurialem virum ſcribi pro erudito. Qua de re vide quæ diximus ad Oden x. libri primi. Tertium eſt, *truncus illapſus cerebro*, pro *lapſu* vel *caſu excutiens cerebrum.*

23 *Nos humilem feriemus agnam.*

Humilem pro parva ſeu ove ſeu victima, ſcribi metrum coëgit, non ratio ſuaſit, aut Latina conſuetudo.

ODE XVIII. *Re tenui ſe contentum dicit.*

1 *Non ebur, neque aureum*
Mea renidet in domo lacunar.

Lacunar apud probatos ſcriptores nondum nobis occurrit, pro laquearí. Et *renidet* pro *nitet*, ne in ipſo quidem Virgilio placet, libro 2. Georg. verſu 282.

3 *Non trabes Hymettiæ*
Premunt columnas ultima receſſas
Africa.

Quænam eſt *ultima Africa*, ubi columnæ marmoreæ cæduntur? Numidiáne! at hæc proxima Siciliæ Italiæque pars Africæ eſt. Ulterior vero pars ignota Romanis.

7 *Nec Laconicas mihi*
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.

Trahere purpuras, pro, fila ducere, ex quibus veſtes fiant tingendæ purpuræ: longe petitum & barbarum eſt.

12 *Nec petentem amicum*
Largiora flagito.

Flagitare aliquid aliquem, an oratio congrua eſt? An & iſta, *larga flagitare?*

ODE XX. *Ad Mæcenatem.*

Proſopopœia hæc eſt Chriſti triumphantis, & Judæos alloquentis ſtatim ac reſurrexit.

1 *Non uſitata, nec tenui ferar*
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neque in terris morabor
Longius: invidiaque major

Certe non *uſitato* more, nec virtute *tenui* vel modica, ſed divinitus conceſſa ſibi dote, in cælum aſcendit. Vere *biformis*, quia ſimul *in forma Dei*, & in *forma ſervi*: Philip. 2. 6. Vere idem *vates*, *qui fuit vir propheta*, Luc. XXIV, 19. *Invidia* idem Judæorum ſacerdotum major, qui *per invidiam tradiderunt eum*, Matth. XXVII, 18. Inſaniret, vinciendusque eſſet, ut amens, quisquis, præter Chriſtum Dominum, de ſe quidquam eorum prædicaret, quæ in hoc Ode prædicantur. Certe *biformis* dici non poteſt, qui nuper illud fuerit, nunc aliud ſit: nuper homo, nunc ales: ſed qui utrumque ſimul ſit: biceps aut bipes dici non poteſt, niſi qui vel bina ſimul capita, vel binos pedes habeat. Pro *in terris*, plures codices *in terra habent.*

5 *Non ego pauperum*
Sanguis parentum; non ego, quem vocat,
Dilecte, Mæcenas, obibo
Nec Stygia cohibebor unda.

Chriſtus fabri filius, ut ferebatur; de virgine humili ac paupere natus eſt. Hunc Judæus in Canticis, ſenſu myſtico intellectis, quinquies appellat, *Dilecte mi. Nec ſtygia cohibitus unda*, Chriſtus eſt, qui reſurrexit.

9 *Jam jam reſidunt cruribus aſperæ*
Pelles, & album mutor in alitem
Superne: naſcunturque læves
Per digitos humerosque plumæ.

Allegoriæ pars altera ſequitur, quæ Fratres Prædicatores ſancti Dominici alumnos egregie commendat. Vaticinatur enim Chriſtus, ſe in illis præconibus Evangelii ſui, qui legatione pro ſe fungerentur, per complures orbis provincias volaturum, Europæ, Aſiæ, & Africæ. Propterea ſe jam jam mutandum eſſe ait in *alitem*, & quidem *album*, hoc eſt, candida veſte indutum; ſed & *canorum*, hoc eſt, qui in choro canit: & per quem *noſcant* & *diſcant* Chriſtum gentes. Non dicit poëta *in cycnum*: neque enim cycni aut canori ſunt, aut alte volant: Sed *in alitem* dumtaxat *album & canorum*. Quæ *reſidunt pelles cruribus aſperæ*, cycno omnino eæ non conveniunt, quippe cui pellis crurum, ut gallinaceis, vix ſcabra ſit: ſed pergit jocari improbus, & ocreas intelligit, quibus equitans Dominicanus crura tegit: hæ ſunt e corio aſpero; & *reſidunt*, hoc eſt, applicantur aptæ cruribus, nec tamen adhærent, ut pellis ſua cruri cycni. Similiter inſertæ per digitos chirothecæ intus hirſutæ, villoſæ, plumoſæ, expanſa quoque per humeros villoſa pallia, contra camporum, de quibus mox dicet, hyperboreorum frigora. *Jam jam* autem dicit, quia Chriſtus Deus futura quælibet velut præſentia intuetur *ſuperne*, ut in manuſcriptis legitur, ſolœcum eſt contra quantitatem: ultima enim producitur, quæ debet brevis eſſe. Quidam *ſuperna* emendant, quod eſt ſolœcum contra ſyntaxim Latinam; pro eo quod eſt, ſecundum partes ſupernas.

13 *Jam Dædaleo ocyor Icaro*
Viſam gementis litora Boſphori,
Syrtesque Gætulas canorus
Ales, Hyperboreosque campos.

Si de ſeipſo Horatius hic eſt locutus, & inſanus profecto, & vanus augur fuit. Nam neque has aliquando regiones inviſit, neque ibi nomen auditum Horatii fuit. Sed luſtravit eas provincias Chriſtus per Evangelii ſui ſatores. In *Dædaleo* vocalem ultimam non elidi, & longam nihilominus manere ſequente vocali; audaci ſolœco proximum videtur. *Gementem Bosporum* dici vulgo exiſtimant, ob procellas, quæ ſunt ibi frequentes, inquiunt: ſed falſo: & ſi verum eſſet, frigide, pro *frementem*. *Gementem* dicit iſte, ob labantem tum ſtatum Imperii Latinorum Byzantii, quod eſt in Bospori litore. *Hyperborei* ſunt ſeptemtrionales, Boreæ ſubjecti; ut Moſchi, & Ruſſi. *Gætulæ Syrtes*, pro Africa Saracenica ſunt.

17 *Me Colchus, & qui diſſimulat metum*
Marſæ cohortis Dacus, & ultimi
Noſcent Geloni: me peritus
Diſcet Iber, Rhodanique potor.

Colchus Ponti Euxini latus orientale obtinet: *Dacus* Moldaviam, Valachiam, & Tranſilvaniam. *Geloni*, Lithuani ſunt. Vide Concertationem Prædicatoriam, ad annum 1253. pag. 113. & ad annum 1258. pag. 130. & 131. ubi Fratres Prædicatores dicuntur, ab anno

anno 1222. ad Lithuanos, Moſchos, Scythas, aliosque Aquilonarium partium incolas; ad Dacos, Bulgaros, Cumanos in Hungaria, Iberos ultra Colchidem, & ad Saracenos, ſe contuliſſe, ad lucem Evangelii proferendam. *Iber & Rhodani potor*, ultimi nominantur, ut memoratu digniores: & ex Hiſpaniis *Iber* tantum, ſive Iberi amnis accola, & ex Galliis ſolus *Rhodani potor* commemoratur: quoniam præcipua laus Fratrum Prædicatorum eo tempore fuit ex munere Inquiſitorum; quod in binis illis dumtaxat regionibus tunc exercebant: in Aragonia & Catalaunia ſcilicet, quas Iber alluit: & in Narbonenſi Gallia, usque quo ſe Rhodanus in mare exonerat: ac proinde ab Ibero ad Rhodanum. Vide Indicem ejusdem Concertationis Prædicatoriæ, verbo *Inquiſitores. Inquiſitores in Aragonia & Cathalonia deſignati, anno* 1232. *Inquiſitores in Gallia* (Narbonenſi, ex pag. 65. & 68) *deſignati, anno* 1233. & 1234. *Peritus diſcet*, poſitum eſt, pro, peritus fiet, cum de me audierit. Eam ob rem neque Britannus aut Hibernus, nec Suecus etiam Danusve, immo nec Germanus, aut Polonus, aut Hungarus, nedum Italus Siculusve, hic commemoratur: quoniam hi, Catholici quippe, ſeminatoribus verbi divini non egebant ad amplectendam fidem, ut gentes ſuperius appellatæ; at absque Dominicano Inquiſitore tunc fuere. Propterea, inquam ex occidentali orbe noſtro ſoli hic nominandi fuere, *Iber Rhodanique potor*: quod Dominicani rem Catholicam ibi ſolum tunc præcipue promoverent. Sed *Marſa cohors*, pro *Marſica*, ſolœcum eſt, ut *Galla cohors* ſi quis pro *Gallica dixerit*.

21 *Abſint inani funere næniæ,*
Luctusque turpes, & querimoniæ:
Compeſce clamorem, ac ſepulcri
Mitte ſupervacuos honores.

Omitte, inquit, Judæe *hypocrita, qui ædificas ſepulcra Prophetarum, & ornas monumenta juſtorum*, Matth. XXIII, 29. omitte pro me honorem iſtum: quippe ſuperfluus eſt. Ita pſeudo-Horatius varias Judæorum in ſuorum funeribus conſuetudines, ex ſacris litteris collectas brevi ſtrophe complexus eſt. Aut nihil in ullo ænigmate video; aut indubitata hœc noſtra interpretatio debet videri, ingenioſiſſimæ, ut nunc quidem arbitror, omnium Odarum pſeudo-Horatii. Quam ſi quis contendat annis haud paucis ſcriptam fuiſſe poſt alias plurimas; neque horum Collectionem Carminum lucem aſpexiſſe ante annum circiter 1250. haud gravate aſſentiar.

IN LIBRUM III. ODARUM ANIMADVERSIONES.

ODE I. *De vita beata.*

14 *Æqua lege neceſſitas*
Sortitur inſignis & imos.

NEceſſitas, abſolute poſitum pro moriendi neceſſitate, obſcurum eſt, nec Latinum. *Imos* ſimiliter, pro ignobilibus, & humili loco natis.

25 *Deſiderantem quod ſatis eſt, neque*
Tumultuoſum ſollicitat mare.

Neque *tumultuoſum mare*, Latinum eſt: huic tantum verſui aptius, quam *procelloſum*: neque *ſollicitare*, pro, ſollicitum reddere.

41 *Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis,*
Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit uſus.

Purpurarum uſus ſole clarior? O ineptam hyperbolen!

ODE II. *Ad Amicos.*

17 *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ*
Intaminatis fulget honoribus.

Factitia vox, metri cauſa, pro incontaminatis, puris, incorruptis: nemini certe alteri, quem quidem norim, in uſu fuit.

21 *Virtus recludens immeritis mori*
Cœlum, negata tentat iter via.

Via negata, pro ardua, difficili, nec omnibus pervia, Latina conſuetudo non fert: ſed verſui vates properans dedit. Dacerius riſum de ſe præbet, cum *viam negatam* aërem interpretatur, in quo volare avium more non eſt conceſſum hominibus: ſpernitque Interpretes, qui id non viderint.

23 *Cœtusque vulgares & udam*
Spernit humum, fugiente penna.

Udam pro *cœnoſam*, quod longe eſt diſſimile, ſola verſus explendi neceſſitas ſuggeſſit, quamvis ineptiſſime poſitum

25 *Eſt & fideli tuta ſilentio*
Merces. Vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaſelum.

Cereris arcanæ ſacrum appellat, quod in libro ſecundo Æneïdos extremo *Cereris antiquæ*, & *Cereris deſertæ* vocatur: nimirum ſacrificium Chriſtianum, quod pane conſtat mutato in Corpus Chriſti. Illud ipſis vulgari Catechumenis nefas fuiſſe credi voluit cohors impia, quale ſcilicet ipſa intelligebat: idcirco *Cererem arcanam* vocat iſte cum ſodalibus.

29 *Sæpe Dieſpiter*
Neglectus inceſto addidit integrum.

Obſcura oratio; in qua ſubintelligendum eſt, addidit pœnæ comitem, quamvis inſontem. De voce *Dieſpiter* egimus ad Oden XXXIV. libri primi.

ODE III. *De viro juſto, de Troja, &c.*

1 *Juſtum & tenacem propoſiti virum*
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida: neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Nec fulminantis magna Jovis manus.

Ardor,

Ardor, pro tumultu & seditione, verbum alienum est. *Instantis tyranni*, pro, minitantis, vel mortem intentantis, similiter & alienum, & versui tantum explendo idoneum. *Mens solida*, Latinum non est; pro consilio & propositio: nec *quatit*, pro *dimovet*. Non *Auster* in Adriatico mari ciet procellas, sed Euronotus. Denique *magna manus Jovis*, frigidum videtur epitheton.

7 *Si fractus illabatur orbis,*
Impavidum ferient ruinæ.

At aliud est *labi*, aliud *illabi*. Labitur enim, quod cum impetu vel ex vetustate ruit aut cadit: *illabitur* autem, quod leniter descendit aut fluit. Sic Plinius recte de Mæandro amne dixit, libro v. sect. xxxi. *lenis illabitur mari*. At *illabatur*, pro *corruat*, vel *collabatur*, solœcum est: quod vates, ut versum construeret, audacter admisit. Et *ferient ruinæ*, pro *obruent*, alienum omnino verbum est.

9 *Hac arte Pollux, & vagus Hercules*
Innixus, arces attigit igneas:
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

Qualecumque emplastrum apponere huic strophæ extremæ conentur Interpretes, ne Horatio genuino hæc Ode abjudicetur; apud homines veri amantes non impetrabunt fidem. Aut nihil Latine intelligimus, aut Augustum iste hoc loco æque inter cælites degere, quam Pollucem & Herculem ponit. Nam quod Virgilius Augustum adhuc viventem tamen Deum vocat; *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit*; est longe dissimile: cum Latino & ethnico more Deus diceretur, Plinio ita affirmante, mortalis quisquis juvaret mortalem. Sic *inter recumbere*, aut ut in Æneide dicitur, *epulis accumbere divûm*, & *purpureo* ibi *bibere ore nectar*, mortali certe non est concessum. Atqui Horatio multis annis Augustus superstes fuit.

17 *Gratum elocuta consiliantibus*
Junone divis.

In Arte Poëtica, idem versu 196. *Ille bonis faveatque & consilietur amicis*. Priore loco *consiliari* est consilium petere: posteriore, consilium dare: neutrum Latine.

18 *Ilion, Ilion,*
Fatalis, incestusque judex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem.

Ilion, Ilion, repetitio inanis ad versum explendum, ut supra, *Posthume, Posthume*. Quid deinde est, *judex fatalis*? nisi cui vel ad quid fatalis sit, addideris? *Vertere in pulverem*, pro diruere funditus, solo tenus, vel bustum facere, barbarum est.

26 *Nec Priami domus*
Perjura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit.

Perjurus Laomedon, sed non Priamus, fuit. *Hectoreis opibus*, pro Hectoris ope, virtute, ac fortitudine, solœcum est, sola metri necessitate admissum.

30 *Protinus & graves*
Iras, & invisum nepotem,
Troïca quem peperit sacerdos,
Marti redonabo.

Nepotem Junonis Romulum facit, quia Martis filius fuit; Martem vero Junonis filium facit Homerus in Iliade. Vates imperitus nescit ab Homero dici Martem idcirco Junonis filium, quod bellum Trojanum peperit Juno, hoc est, Fides conjugalis, a Paride læsa, armis vindicanda Græcorum. At Martis filius qui dicitur, id nomen habet a sola virtute bellica, quæ genuisse fingitur virum quemlibet bellicosum. *Troïca* illa *sacerdos*, sive Ilia, sive Rhea, ex fabulis est cohortis impiæ.

40 *Qualibet exsules*
In parte regnanto beati.

Atqui Romani, ut & in Censura Æneïdos, & in Apologia Homeri diximus, non ex Trojanis exsulibus oriundi fuere: sed *Troja gens missa* duce Tithono Priami fratre.

44 *Roma ferox dare jura Medis.*

Sic Medi apud istum pro Parthis passim; sed imperite.

45 *Horrenda late nomen in ultimas*
Extendat oras.

Horrenda, pro *metuenda* vel *terribilis hostibus*, epitheton est alienum saltem hoc loco, solius metri causa adscitum. Non sic apud Horatium est, *Juvenis Parthis horrendus*.

57 *Sed bellicosis fata Quiritibus*
Hac lege dico, ne nimium pii,
Rebusque fidentes, avitæ
Tecta velint reparare Trojæ.
Trojæ renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur,
Ducente victrices catervas
Conjuge me Jovis & sorore.
Ter si resurgat murus aheneus
Auctore Phœbo, ter pereat meis
Excisus Argivis; ter uxor
Capta virum puerosque ploret.

Nunc Junonem inducit vaticinantem de Troja altera; hoc est, de Hierosolyma, postquam sub Nabuchodonosore conflagravit, anno CLXXVII. post *Romulum Marti condonatum*, ut hic dicitur versu 33. hoc est post Romam conditam. At ea si restituatur, inquit, iterum simili clade & æque tristi fortuna delebitur, sub Vespasiano nimirum, Deo Judæis semper irato. Est enim hic Juno, ira Dei, sive Numen iratum. Ilium non Romani, sed ipsimet indigenæ restituerunt; uti testantur nummi inscripti ΙΛΙΕΩΝ sub Augustis, a Caio Cæsare Germanico usque ad Gordianum Pium. At *a bellicosis Quiritibus*, hoc est, a Judæis, incolis olim sanctæ Civitatis, Judæos enim *viros bellatores* & bellicosissimos sacræ litteræ sæpe vocant:) ab iis, inquam, ex *pio* affectu erga Civitatem sanctam & Templum, & fiducia suæ virtutis, restituta sunt Hierosolyma; postquam exusta fuissent sub Sedecia. Verum eadem, inquit vates, (qui Horatium se credi voluit, & Augusti ævo vixisse:) iterum sub Vespasiano ferro & igni vastabuntur, ducente illuc *victrices* Romanorum *catervas* Justitia Dei & Ira. De Troja falsum Juno diceret. Neque enim Troja, sive colonia eo deducta sub Augusto, iterum eversa, ut prius, incensaque est. De Hierosolymis vere dixit; sed multis post eventum sæculis vaticinans. *Quirites* posuit pro incolis sanctæ Civitatis, derivato propterea eo nomine ex Hebræo עיר *civitas*. Addit denique, si vel ter resurget instaurata a Judæis Hierosolyma auctore Deo Prophetarum, (nam is Phœbus hic est:) nihilominus interituram esse armis Romanorum. Nam ut

Trojæ Hieroſolyma, ſic Argivi, qui Trojam incenderunt, ut creditur, hic Romani ſunt. *Alite lugubri*, pro *avi ſiniſtra*, dictum imperite, metri cauſa.

ODE IV. *De ſeipſo, & de improbis.*

25 *Veſtris amicum fontibus & choris*
Non me Philippis verſa acies retro,
Devota non extinxit arbos,
Nec ſicula Palinurus unda.

Philippenſi prælio, in acie Cæſari Octavio oppoſita ſe militaſſe hic fingit, ut Horatius genuinus eſſe credatur, qui id de ſe refert, libro 2. epiſt. 2. verſu 47. 48. & 49.

29 *Utcumque mecum vos eritis, libens*
Inſanientem navita Boſporum
Tentabo, & arentes arenas
Litoris Aſſyrii viator.

Utcumque, pro *quandocumque*, vel *ubicumque*, ſolœcum eſt, metri cauſa factum. Nec ullum eſt Aſſyrium in orbe litus, cum ſit Aſſyria mediterranea: nec Syriaci litoris, ſi hoc voluit intelligi, arentes ſive æſtuoſæ arenæ ſunt.

33 *Viſam Britannos hoſpitibus feros,*
Et lætum equino ſanguine Concanum:

Concanum, fictum gentis nomen, verſu poſcente dactylum.

37 *Vos Cæſarem altum*
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.

Cæſar altus, pro ingenti, vel invicto, dicitur pueriliter, verſus conficiendi cauſa, inepte.

41 *Vos lene conſilium & datis, & dato*
Gaudetis almæ.

Almæ, epitheton inane, complendo verſui quæſitum: & Gallicismus, *les bonnes*, *mes bonnes*. In voce *conſilium*, duas ſyllabas *ium* oportet in unam coaleſcere; & ſic pro dactylo eſt iambus cum trochæo.

45 *Qui terram inertem, qui mare temperat*

Inertem, inane epitheton. Quid enim hic intelligi poteſt *terræ inertis* nomine? *Brutam tellurem* dixit idem, libro 1. Ode XXXIV. ſed epitheto æque inani & obſcuro.

ODE V. *Auguſti laudes.*

2 *Præſens divus habebitur*
Auguſtus, adjectis Britannis
Imperio, gravibusque Perſis.

Nec de Britannis Auguſtus, nec de Perſis Imperio adjungendis umquam cogitavit. Britannica litora Julius Cæſar tantum vidit: Claudius Imperator usque ad Tameſim penetravit: ſed victoria haud diuturna: unde ſitus locorum in ea inſula ſub Vespaſianis adhuc ignotus Plinio fuit, ignota populorum oppidorumque nomina; quamvis Arabum Indorumque calleret. *Britanniam etiamtum liberam* ſub Germanico Cæſare & Tiberio Aug. Plinius dixit, libro XXV. ſect. VI. Parthi usque ad Trajanum ſe continuere, poſtquam de illis ſigna & cives Auguſtus recepit, anno Urbis conditæ DCCXXXV.

9 *Sub rege Medo, Marſus & Appulus,*
Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæque Veſtæ,
Incolumi Jove, & urbe Roma!

Medus pro Partho, error huic vati familiaris eſt. *Anciliorum* fabula orta ex nummo vetere eſt Antonini Auguſti Pii, in quo picti ſunt clypei duo affabre facti, cum hac ſubſcriptione: ANCILIA? ſed hac ſententia, quæ improbis ſcriptoribus latuit? *Augures Narbonenſes Clypeos Inſignes Legaverunt Imperatori Antonino.* Ex eo factum eſt ut Ancilia finxerint e cælo lapſa. Denique *incolumi Jove*, dictum eſt ineptiſſime, pro, Incolumi templo Jovis Capitolini. Nam quis ſanus dixerit, Incolumi Chriſto vel Petro, pro, Incolumi æde Chriſti vel Petri?

13 *Hoc caverat mens provida Reguli.*

Quæ de Regulo hic ſubjiciuntur, fabuloſa ea eſſe, ex Plinio & nummis antiquis Livineii Reguli, alibi oſtendimus. *Atilius Regulus, bello Punico bis Conſul*, & *Regulus Imp.* a Plinio appellatur, hoc tantum.

17 *Si non periret immiſerabilis*
Captiva pubes.

Immiſerabilis, facta ab iſto vox eſt audacter, ad verſum explendum, ab alio nemine uſurpata: pro eo quod eſt, cujus neminem miſeret. Et epitheta hic duo ſunt, *immiſerabilis captiva*, ſine particula conjungente.

29 *Nec vera virtus, cum ſemel excidit,*
Curat reponi deterioribus.

Pro, non curat reſtitui ignavis: obſcura oratio, metro ſerviens.

37 *Hic unde vitam ſumeret inſcius,*
Pacem duello miſcuit.

Proh! quoties in hiſce Odis opus Oedipo eſt? Quid eſt, *inſcius unde ſumeret*: Pro *neſcius* fortaſſis, metri cauſa Quid eſt, alicunde *vitam ſumere?* Quid ob eam rem *pacem bello miſcere?* Non ſunt hæc Latina certe. Hoc voluit, opinor, dicere; Ille ignavus, neſciens, vel non recordatus, ſe Romanum eſſe ex Romanis ortum, pacem ab hoſte in ipſamet acie petiit: quod eſt miſcere res duas inter ſe contrarias. Proh quales orationis ambages!

41 *Fertur pudicæ conjugis oſculum,*
Parvoſque natos, ut capitis minor,
A ſe removiſſe, & virilem
Torvus humi poſuiſſe vultum.

Ut capitis minor, pro, *ut capite diminutus*, verſu, coëgit dicere, Latinitate tota reclamante. Deinde quid eſt, *vultum humi ponere?* an figere humi aſpectum? An deinde *torvum* decet eſſe, qui capitis minor ſit?

ODE VI. *Ad Romanos.*

9 *Jam bis Monæſes & Pacori manus*
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros: & adjeciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet.

Acceptum nomen Monæſæ eſt ex nummo argenteo, ſed bracteato, qui nunc eſt in Cimelio Illuſtriſſ. Ducis DE LA FORCE. Regem is exhibet Parthica tiara tectum; ac in parte poſtica epigraphe eſt, BACIΛEΩC MONNHCOY: non, quemadmodum iſte finxit, ut primam ſyllabam corriperet, MONAICOY. Et annus in imo nummi margine adjectus,

ctus, ΥΚΕ, qui eſt annus ccccxxv. æræ Græcorum ab obitu Alexandri Magni; admonet ipſum eſſe Regem Parthis a Trajano Imp datum, anno Trajani XVII. nec proinde ſub Auguſto vixiſſe Monneſen. *Renidet*, pro *ſubridet*, dictum inſolenter; & a Catullo ſimiliter Livioque; ſcriptoribus improbis ſperantibus fore, ut fidem ea conſenſione & opinionem vetuſtatis apud poſteros obtinerent.

13 *Pæne occupatam ſeditionibus*
Delevit urbem Dacus & Æthiops:
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis.

Ecquando autem illa Urbis obſidio facta? ecquando prope deleta ab Dacis & Æthiopibus eſt? Incurſiones aliquas feciſſe Dacos in finitimas Romani Imperii provincias ſulpicio tantum eſt, ex eo quod dicit Horatius genuinus, libro 2. Sat. VI. verſu 53. *Num quid de Dacis audiſti? Nil equidem.* Æthiopem claſſe formidatum Romæ fuiſſe, dictu abſurdum eſt, etiamſi de claſſe Cleopatræ id intelligatur. Nam Æthiops in ea claſſe nullus fuit; nec omnino Æthiops aliquis ſubjectus Cleopatræ fuit. Sed *Ægyptium* cum verſus reſpueret, mutavit vates in Æthiopem.

25 *Mox juniores quærit adulteros*
Inter mariti vina: neque eligit
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia, luminibus remotis.

Impermiſſa, ficta vox eſt ab audaci vate, pro *illicita, vetita*; quæ verſui non congruebant. A nullo alio ſcriptore uſurpata vox ea eſt.

33 *Non his juventus orta parentibus*
Infecit æquor ſanguine Punico:
Pyrrhum, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum:

Antiochum ingentem, pro *Antiochum Magnum*, quem L. Scipio vicit anno Urbis conditæ DLXV. rectene dictum?

41 *Sol ubi montium*
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens, abeunte curru.

Tempus agens amicum, pro, ſomni gratum agricolis tempus adducens, nonne ſic verſus ſcribi coëgit barbare & obscure?

46 *Ætas parentum, pejor avis, tulit*
Nos nequiores.

Ætas pejor avis, pro, pejor ætate avorum, haud Latinum puto.

ODE VII. *Ad Aſterien.*

1 *Quid fles, Aſterie, quem tibi candidi*
Primo reſtituent vere Favonii,
Thyra merce beatum?

Candidos Favonios non ratio, non Latini conſuetudo ſermonis fecit, ſed verſus celeriter abſolvendi neceſſitas. Dictum ridicule, & ſine exemplo vel auctore probabili. Fictum hujus Odæ argumentum eſſe Torrentius recte cenſuit. Nos de ea legere plura ſupersedemus.

ODE VIII. *Ad Mæcenatem.*

3 *Poſitusque carbo in*
Cæſpite vivo.

Cæſpes vivus, pro *viridi*, dictum audacter: verſu; ſpondæum poſcente, ille ſe primum obtulit.

7 *Prope funeratus*
Arboris ictu.

Funerari non eſt occidi, ſed exſequiis cohoneſtari *Arboris ictu*, pro caſu, dictum parum Latine, parum apte: ſed poſcente ita verſu.

17 *Mitte civiles ſuper Urbe curas,*
Occidit Daci Cotiſonis agmen:
Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis.

Daci vix fuere infeſti Romanis ante ſuprema Domitiani tempora, vel Nervæ: quamobrem repreſſi primum a Trajano fuere. *Cotiſonis* fictum nomen. *Medum* ubique pro Partho ponit imperite.

23 *Jam Scythæ laxo meditantur arcu*
Cedere campis.

Cum Scythis nullum Romanis bellum fuit: nulla ſocietas, niſi cum Scythis Europæis ſub Antonini Auguſti Pii tempora.

ODE IX. *Ad Mercurium.*

1 *Mercuri, nam te docilis magiſtro*
Movit Amphion lapides canendo.

Lyræ vel poëſeos auctorem Mercurium, ut jam monuimus, non dixere probati ſcriptores.

15 *Ceſſit immanis tibi blandienti*
Janitor aulæ

Cerberus, quamvis furiale centum
Muniant angues caput ejus, atque
Spiritus teter, ſaniesque manet
Ore trilingui.

Cerberum cum aulæ immanis janitorem vocat, hoc eſt, inferni; quis fuerit apud antiquos exiſtimatus Cerberus, ſe neſciſſe teſtatur, & cum angues ei centum attribuit. Figmentum eſt ſine ullo bono ſenſu; nec talis Cerberus, qualis ab Homero intelligitur, ut jam diximus, ad lib. 1. Ode XIX. *Caput ejus* proſaicam orationem ſapit.

ODE XIII. *Ad fontem.*

13 *Fies nobilium tu quoque fontium.*

Dictum obſcure & barbare; *fies*, pro, Unus eris;

14 *Me dicente cavis impoſitam ilicem*
Saxis: unde loquace
Lymphæ deſiliunt tuæ.

Lymphæ loquaces, dictum inſolenter, pro eo quod eſt, cum murmure decidentes: id quod Virgilius multo elegantius cecinit, libro 1. Georg. 108. ubi de agricola: *Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam Elicit: illa cadens raucum per lævia murmur Saxa ciet.* Deſiperet, ſi loquacem undam propterea diceret.

ODE XIV. *Ad Populum Romanum.*

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
Morte venalem petiisse laurum,
Cæsar Hispana repetit penates
Victor ab ora.
Unico gaudens mulier marito
Prodeat, justis operata divis:
Et soror clari Ducis; & decoræ
Supplice vitta
Virginum matres.

O plebs, ridicula apostrophe, ridiculum versus complementum: tum quia aliud *plebs*, aliud *Populus Romanus* fuit: tum quia non e plebe certe dici debuit aut Livia conjux Augusti, aut soror Octavia. Illa enim hic est. *Unico gaudens mulier marito*; hæc *soror clari Ducis*. Ac si non Livia ibi intelligi debet, ne præter ipsam matronæ ceteræ Romanæ haud satis castæ fuisse dici existimentur, sed casta quælibet matrona; non fuere matronæ ejusmodi in plebe tantum. At si non Livia ibi intelligitur, cur matrona quælibet casta *sorori clari Ducis* anteponitur? Hic certe sunt omnia obscura & perturbata.

15 *Nec mori per vim metuam, tenente*
Cæsare terras.

Quid est, *tenere terras*? *Regere* quid sit intelligimus, non tenere.

18 *Et cadum Marsi memorem duelli.*

Solœcum est, *Marsum duellum*, pro bello: Marsico: ut si *bellum Gallum* dixero, pro *Gallico*. Sed metrum sic cogebat scilicet.

19 *Spartacum si qua potuit vagantem*
Fallere testa.

Si qua, pro, si qua ratione, non placet: vix tamen improbare audeo, cum Virgilius scripserit, Egloga III. versu 15. *Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.*

21 *Dic & argutæ properet Neæræ*
Myrrheum nodo cohibere crinem.

Myrrheum crinem, pro myrrha delibutum, solœcum est; ab aliis quoque ejusdem cohortis impiæ poëtis admissum.

25 *Lenit albescens animos capillus.*

Dictum perobscure, pro eo quod est, ætas quæ canos affert, eadem mitigat iracundiam.

27 *Non ego hoc ferrem calidus juventa*
Consule Planco.

Non ferrem hoc juvenis, pro *non tulissem*, versus exigit; sed nec ratio fert, nec Latinus sermo.

ODE XVI. *Ad Mæcenatem.*

5 *Fore enim tutum iter & patens*
Converso in pretium Deo.

Tutum iter & patens, prosaïcum est; abundat in carmine. *In pretium*, versui datum est: per se non aurum magis, quam argentum vel æs vox ea designat: multo vero minus, pluviam (ut finxere) aurcam.

13 *Dissidit urbium*
Portas vir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus. Munera navium
Sævos illaqueant duces.

Vir Macedo, quis? an Philippus Alexandri Pater? Quos ille autem *reges æmulos* habuit? An Alexander? Ecquos ille *æmulos reges subruit muneribus*? Deinde cur *sævi* duces navium? Epitheton versui congruens, spondæum poscenti, posuit: duces navium esse arbitratus, Præfectos remigum in longis navibus, sive quinqueremibus: quem nos magistratum *Comite* Gallice vocamus, hominem remigibus asperum.

17 *Crescentem sequitur cura pecuniam,*
Majorumque fames.

Atqui syntaxis poscit dici *majoris*, nimirum *pecuniæ*, quæ præcessit

18 *Jure perhorrui*
Late conspicuum tollere verticem,
Mæcenas, equitum decus.

Mæcenas, Christus Dominus est; cui dicit iste, ut pauperum amatori, pertimuisse se magnas opes, unde conspicuus fieret: & ipsum esse Equitum decus; nempe Ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, qui & ipsi vovent paupertatem; vel Templariorum, vel utrorumque. Finxere inde nebulones, intra conditionem equestrem continuisse se Mæcenatem. Tota Ode docet, parvo contentum esse beatum. Una est ex elegantioribus. Placet profecto quod sequitur, ne omnia videar improbare:

21 *Quanto quisque sibi plura negaverit,*
A diis plura feret. Nil cupientium
Nudus castra peto, & transfuga divitum
Partes linquere gestio.

An se obscure Monachum profitetur? Quod vero adjicit:

25 *Contemtæ dominus splendidior rei,*
Quam si quidquid arat non piger Appulus
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.

Quid est, *splendidus dominus rei contemtæ*? an splendide potest vivere, cui res est domi tenuis & contemta? an splendidius, quam qui magnas opes habet? Nam inter illas inops non dicitur, cui nihil sit, sed cui nihil sit satis. Unde quamvis eo sensu inops, tamen vivit splendide. Quomodo ergo *splendidior*, cui res exigua sit?

34 *Nec Læstrygonia Bacchus in amphora*
Languescit mihi.

Languescit, pro *senescit*, metri causa, verbum alienum, & resipiens Gallicismum.

39 *Contracto melius parva cupidine*
Vectigalia porrigam.

Cupidine, masculine, pro cupiditate, jam diximus displicere. *Contracto*, pro coercito, sive refrenato, pravum est; neque enim contrahenda, sed comprimenda omnino cupiditas est.

42 *Multa petentibus*
Desunt multa: bene est, cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu.

Illud

Illud verbum, *Deus*, abſolute poſitum pro ſupremo largitore bonorum, ex Chriſtianæ religionis ſenſu eſt.

ODE XVIII. *Ad Faunum.*

1 *Faune, Nympharum fugientum amator,*
Per meos fines, & aprica rura
Lenis incedas, abeasque parvis
Æquus alumnis.

Ut *parvis alumnis*, de teneris ovium fetibus dictum noveris, Oedipo alicui credas neceſſe eſt.

5 *Si tener pleno cadit hædus anno.*

Pleno, pro exacto vel abſoluto anno, verſus ſuggeſſit explendus; at non Latinus uſus. Non dies plenus, dies exactus finitusque eſt; ſed totus dies.

15 *Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor*
Ter pede terram.

Eccui vero *inviſam*, cui proventum affert? an vero vinitor, eam quam fodit, ſaltando tellurem pede premit? Inane ergo epitheton, & ad verſum explendum a vate excogitatum, *inviſam*, eſt.

ODE XIX. *Ad Telephum.*

1 *Quantum diſtet ab Inacho*
Codrus pro patria non timidus mori.

Codrus, acceptum ex Herodoto nomen, libro v. ab aliis poſtea ſcriptoribus, ſed ex cohorte improba, pro Chriſto Domino allegorice ponitur, diciturque pro patria ſe ipſum devoviſſe: quod certe fecit.

4 *Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.*

At ſub Ilio unicum bellum fuit. Cur vero ſacrum Ilium? an quia, exſecrandum, ſceleſtum? Ita quidem exiſtimo: ſed eſt tamen ita obſcurum, ut nullus id interpres non ſecus acceperit.

9 *Da Lunæ propere novæ,*
Da noctis mediæ, da, puer, auguris
Murenæ: tribus aut novem
Miſcentur cyathis pocula commodis.

Da Lunæ, ſubintelligi aiunt *poculum* oportere: quo demum idiomate? Hebraïco? Græco? Gallico? Nullo certe horum. An ergo Latino tantum? quo exemplo? *Miſceri pocula* deinde, pro, vini hauſtus præberi, dictum audacter, & verſus explendi ſola neceſſitate; quemadmodum & *cyathis commodis*, pro *in cyathis* capacibus.

13 *Qui Muſas amat impares,*
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis juncta ſororibus.

Attonitus, epitheton inane ſine ſenſu; niſi ſit pro jam ſubebrio ob plures vini hauſtus; audacter & obſcure poſitum, & prorſus alienum. Deinde Gratias tres quidem Latine, æque ac Græce dicimus: at *Gratiam* unam geminis ſororibus, ut iſte facit, tum hic, tum libro IV. Ode VII. nec Græce dicitur, nec Latine.

21 *Parcentes ego dexteras*
Odi: ſparge roſas.

Parcentes, pro *parcas*, verſus coëgit ſcribere, invita tum Latinitate, tum bona mente.

ODE XX. *Ad Pyrrhum.*

3 *Dura poſt paulo fugies inaudax*
Pælia raptor.

Inaudax pro timido, ficta vox metri cauſa; aliis ignota ſcriptoribus.

5 *Grande certamen, tibi præda cedet*
Major, an illi.

Pro, tibi potius præda cedat, an illi: *major*, inquam, pro *potius*, certe ineptiſſime: ſed ut metrum abſolveret, vates ſic ineptiit. Dacerius tamen, impuriſſimi vatis, ubi maxime is ineptit, perpetuus admirator, ſic pronunciat: *Il n'y a peut-eſtre point dans Horace de paſſage plus difficile que celui-ci pour l'expreſſion. Il eſt certain qu'on n'en a pas vû* LA FINESSE. . . *Au lieu de mettre le comparatif adverbe*, magis *ou* potius, *il a pris le tour du comparatif* major, *dont-il a fait l'adjectif de* præda. CELA EST EXTREMEMENT HEUREUX. O egregium judicem!

ODE XXI. *Ad amphoram.*

1 *O nata mecum Conſule Manlio,*
Seu tu querelas, ſive geris jocos,
Seu rixam, & inſanos amores
Seu facilem, pia teſta, ſomnum.

O nata mecum teſta, dictum ridicule: cum ſenſus obvius talis dicti ſit, ætatem amphoræ eamdem ac vatis eſſe: nec tamen laudari ſoleat amphoræ vetuſtas, ſed vini. Nec vero gerit amphora querelas vel jocos, ſeu rixam, vel ſomnum, ſine vino. *Pia teſta*, epitheton eſt ſine ſenſu, verſui tantum explendo idoneum. Nam quæ pietas teſtæ aut vini eſt?

7 *Deſcende, Corvino jubente*
Promere languidiora vina.

Deſcende vel *jubente promere*, Græcum eſto, Gallicumve, Latinum non eſt; pro, deſcende vel jubente Corvino, ut promas. *Vina languida*, vel *languidiora*, metro ſerviens ſcripſit, non bono ſenſui.

9 *Non ille, quanquam Socraticis madet*
Sermonibus, te negliget horridus.

Madere Philoſophicis ſermonibus, pro eo quod eſt, eſſe penitus imbutum Philoſophicis diſciplinis, metaphora ſane audax eſt, quam verſus explendi neceſſitas ſuggeſſit; ut & epitheton *horridus*, pro auſtero, vel tetrico. Et verſus poſterior ſine cæſura, proſæ ſimilis eſt.

17 *Tu ſpem reducis mentibus anxiis,*
Viresque & addis cornua pauperi.

Addere cornua, pro *dare audaciam*, ex Gallico fortaſſis proverbio eſt, *lever les cornes*, *montrer les cornes.*

ODE XXIV. *In divites avaros.*

1 *Intactis opulentior*
Theſauris Arabum, & divitis Indiæ.

Intactis, pro eo quod eſt, quos arma Romana nondum expilarunt, obſcure dictum eſt, metri cauſa.

5 *Si figit adamantinos*
Summis verticibus dira Neceſſitas
Clavos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

Si figit adamantinos, tribrachys pro priore dactylo eſt. *Summis verticibus*, pro *ſummo tuo vertici*, datum eſt metro; obscurum & barbarum eſt.

11 *Vivunt, & rigidi Getæ,*
Immetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.

Immetata, pro eo quod eſt, ſine metis ſive limitibus; ficta vox eſt, neque ab alio ſcriptore uſurpata. *Liberas fruges*, pro *communes*, ſoloecum eſt, metri cauſa commiſſum,

25 *O quisquis volet impias*
Cædes, & rabiem tollere civicam.

Vide quæ diximus ad illud, *Motum ex Metello Conſule civicum*, libro 2. Ode 1.

27 *Si quæret Pater urbium*
Subſcribi ſtatuis.

Homo imperitus cenſuit, ut *Pater Patriæ*, ſic poſſe inſcribi, *Pater Romæ*, *Pater Lutetiæ*.

31 *Virtutem incolumem odimus,*
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Virtutem incolumem, pro *virtutem hominis vivi & incolumis*, abſurde dicitur, ut metro ſerviatur. Similiter *invidi*, verſu poſteriore poſitum inepte eſt, cum ad verſum priorem pertineat. Neque enim invidi, ſive ex invidia mortuos quærimus, ſive deſideramus, ſed vivos & incolumes odimus.

51 *Eradenda cupidinis*
Pravi ſunt elementa.

Ubique *cupidinem* maſculino genere ſcribit.

ODE XXVII. *Ad Galateam navigaturam.*

Sub nomine Galateæ, Gallicam nobilitatem dehortatur a Byzantina ſeu Conſtantinopolitana navigatione, cum Joanne Brennenſi Comite ſuſcepta, anno 1234. ut diximus ad lib. 1. Ode xiv. quæ eſt ejusdem argumenti, inſcripta *Ad Navim*. Ut Galateam iſte pro Gallia poneret, didicit iſte ex Virgilio in Egloga prima.

9 *Antequam ſtantes repetat paludes*
Imbrium divina avis imminentum;
Oſcinem corvum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.

Antequam cornix, inquit, imminentem denunciet tempeſtatem; corvum orabo, ut ab ortu Solis, ubi Byzantium eſt, Gallos ab ea navigatione deterreat.

13 *Sis licet felix ubicumque mavis,*
Et memor noſtri, Galatea, vivas:
Teque nec lævus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? Ego quid ſit ater
Adriæ novi ſinus, & quid albus
Peccet Iapyx.

Pronus Orion dixit ingenioſe & recte, pro labante & inclinato, & proximo occaſui Imperio Orientis. Alioqui *pronus Orion* de ſidere cæleſti ineptiſſime dicitur. *Ater ſinus*, pro obnoxio tempeſtatibus: *ventus albus*, pro *nubilo*, ut volunt, vel frigido: & venti denique *peccatum* pro turbine vel procella; horret Latini ſermonis conſuetudo dicere.

21 *Hoſtium uxores puerique cæcos*
Sentiant motus orientis Auſtri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Auſtrum dixit pro tempeſtate gravi: alioqui non Auſter Adriatico mari, ſed Euronotus, eſt infeſtus. *Æquor nigrum*, ut proxime *ater ſinus* eſt.

25 *Sic & Europe niveum doloſo*
Credidit tauro latus, & ſcatentem
Belluis pontum mediasque fraudes
Palluit audax.

Sicut Europa, inquit, deluſa a tauro eſt, ſic tu periclitaris eamdem experiri fortunam, & ſimiliter ſpe deludi. Fabula de Europa tauro vecta, ex nummis antiquis. Γορτυνίων, Σιδωνίων, aliisque, ſed prave intellectis ab improba cohorte, ortum accepit. Vide quæ diximus de nummis Σιδωνίων. *Pallere fraudes & pontum*, contra ſyntaxim Latinam, ſoloecum eſt. Non item *expalluit*, libro 1. epiſt. III. verſu 10. *Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus. Mediasque fraudes*, pro *media pericula*: & *palluit audax*, pro, quæ nimium fuerat audax: quot & quales licentiæ ſunt?

33 *Quæ ſimul centum tetigit potentem*
Oppidis Creten; Pater ô relictum
Filiæ nomen, pietaſque, dixit
Victa furore.

Relictum filiæ nomen, pro, abdicatum a filia, vel violatum, verbum eſt aut certe obscurum, aut alienum. E Phœnice Creten veniſſe Europen, fictum occaſione nummorum veterum; quorum alii ſunt, ut diximus, nomine Σιδωνίων inſcripti, alii Γορτυνίων, quæ una ex urbibus Cretæ eſt; cum eadem effigie in utrisque, Europæ tauro vectæ, ut putant.

39 *An vitiis carentem*
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? Meliuſne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores.

Acceptum iſtud de porta eburna ex Homero eſt libro Odyſſeæ τ'.

73 *Mitte ſingultus: bene ferre magnam*
Diſce fortunam: tua ſectus orbis
Nomina ducet.

Sectus orbis, pro Europa, prave: nam cur ipſa potius, quam Africa, quæ certe ſecta magis ab Europa & Aſia eſt, quam Europa ab Aſia; cui a parte Septemtrionali magno terrarum ſpatio adhæret. *Tua nomina*, pro *tuum nomen*, quamvis inepte dictum, verſus poposcit.

ODE XXVII. *Ad Lyden.*

1 *Feſto quid potius die*
Neptuni faciam? Prome reconditum, *Lyde*

Lyde ſtrenua, Cæcubum;
Munitæque adhibe vim Sapientiæ.

Neptuni nullum video apud probatos ſcriptores diem feſtum fuiſſe. *Strenua*, epitheton inane: aut ſi pro *confeſtim*, *propere*; verbum alienum. *Munita ſapientia*, pro ea quæ ſe munit adverſus nimiam hilaritatem, dictum perobſcure & audacter.

7 *Parcis deripere horreo*
Ceſſantem Bibuli Conſulis amphoram?

Ceſſans amphora, pro diu inutili, dictum eſt inepte. *Bibulo Conſule* aiunt pſeudo-Horatium hunc fuiſſe ſeptennem. Num quid jam tum vinum curabat reponi in horrea? Eccui igitur ſervandum commiſit, dum Philippis militaret? Sed & *horreum* pro cella vinaria, animus horret audire.

ODE XXIX. *Ad Mæcenatem.*

1 *Tyrrhena regum progenies, tibi*
Non ante verſo lene merum cado,
Cum flore, Mæcenas, roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Jamdudum apud me eſt; eripe te moræ.

Non ante verſo cado, pro non ante, *inverſo*, ut inverti vel inflecti ſolent amphoræ, cum vinum ex eis effunditur in vaſcula minora, barbarum eſt. *Florem roſarum* inepte dici Latine, jam monuimus, ad librum 2. Ode III.

9 *Faſtidioſam deſere copiam.*

Faſtidioſum, pro eo quod eſt, quæ faſtidium parit, Latinum non eſt, ſed eſt ſolœcum. Faſtidioſus eſt, qui faſtidit.

11 *Omitte mirari beatæ*
Fumum & opes ſtrepitumque Romæ.

Beatæ, epitheton, acceptum ex nummis antiquis Flavii Julii Conſtantis Aug. principatu inſcriptis, URBS ROMA BEATA. *Fumum* pro pompa & gloria, ex metaphora Gallica videtur eſſe.

25 *Tu civitatem quis deceat ſtatus*
Curas: & Urbi ſollicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaïſque diſcors.

Nihil a Seribus Urbi certe, nihil a Bactris, aut a Tanai fuit aliquando magis timendum, quam nunc Lutetiæ ab Æthiopibus. *Regnata* durum eſt; quamvis occurrit & in Æneide. Ut verſum denique compleret, diſcordes eſſe fingit ad Tanaïm Scythas, ut ſupra Medos, Ode VIII.

29 *Prudens futuri temporis exitum*
Caliginoſa nocte premit Deus.

Deus, ſic abſolute poſitum nomen, ut jam haud ſemel vidimus, ex Chriſtianæ religionis ſenſu eſt.

49 *Fortuna ſævo læta negotio, &*
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna:
Laudo manentem.

Acceptum iſtud verbum eſt ex nummis Commodi Aug. in quibus ſolis inſcriptum eſt, FORTUNAE MANENTI.

62 *Tum me biremis præſidio ſcaphæ*
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, geminuſque Pollux.

Redit ei in memoriam iter Byzantinum, de quo diximus ad Oden XIV. libri 1. & ad XXVII. Oden hujus libri tertii.

ODE XXX. *Ad Melpomenen Muſam.*

2 *Exegi monumentum ære perennius,*
Regalique ſitu pyramidum altius.

Innuere videtur hic ſe Odes ſcribendi finem facere. Alterius venæ librum ſequentem eſſe: atque is quidem inferioris eſſe ingenii videtur. *Situ*, pro ſubſtructione, vel mole, dictum metri cauſa, verbum prorſus alienum.

3 *Quod non imber edax, non Aquilo impotens,*
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Pro *& fugacia tempora*, dictum obſcure & audacter, metri cauſa. Similiter *impotens*, pro, vehementer ſæviens, Latinum non eſt.

6 *Non omnis Moriar, multaque pars mei*
Vitabit Libitinam.

Omnis pro *totus*, hic barbarum eſt: recte alio ſenſu Horatius, libro 1. epiſt. 1. verſu XI. *Omnis in hoc ſum*. Hoc imitari pſeudo-Horatius voluit, ſed prave.

10 *Dicar qua violens obſtrepit Aufidus,*
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos.

Daunum dicit; non ſeipſum, ex humili potentem; (quod Interpretes latuit:) hoc eſt, ex re exigua divitem; ex aqua nimirum Apuliæ; quam pro arbitrio diſtribuebat agreſtibus. Sed *regnare aquæ*, Latinum non eſt, ſolœcum eſt, ſive in genitivo caſu putes eſſe, ſive in dativo. *Æolium carmen* Virgilio Horatioque genuinis ignotum: & cum pſeudo-Horatius diverſi generis metro Lyrica ſcripſerit, Æolicum quodnam ex iis appellet, non liquet. Verſus etiam ſuos Pindarus, ex eodem grege ſcilicet, Æolios vocat; cum ſit ipſe Bæotus, & Dorica ſcribat dialecto.

IN LIBRUM IV. ODARUM ANIMADVERSIONES.

ODE I.

10 *Purpureis ales oloribus.*

NEmo probatus ſcriptor purpureum appellavit, niſi quod vere, & quale novimus, purpureum ſit. Non eſt olor purpureus, ſed candore inſignis.

ODE II. *Ad Julum Antonium.*

1 *Pindarum quisquis ſtudet æmulari,*
Jule.

Quem nunc Julum voeat, eumdem appellat Antonium, verſu 26. Sed M. Antonii Triumviri filium fuiſſe Julum nuncupatum nemo dixit, aut dicere potuit. Sunt enim gentes ſeu familiæ duæ diverſæ, Julia & Antonia. Nunc iſte *Jule*, pro *Juli*, nunc dixit, *Antoni*, prout metrum poſceret. Ex quo fingunt Interpretes Julum Antonium, ſed aliunde ignotum. Julus certe nec nomen, aut prænomen, aut cognomen denique ullius gentis tunc fuit. Argumentum Odes hujus ex Horatio deſumptum eſt, libro 1. epiſt. III. *Pindarici fontis, qui non expalluit hauſtus.* Sed non iſthic Pindarus ille commendatur, quem nunc habemus, cui iſte hac Ode conciliare ſtudet opinionem vetuſtatis.

7 *Immenſusque ruit profundo*
Pindarus ore.
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege ſolutis.
Seu deos regesque canit, deorum
Sanguinem.

Pindarus ore profundo ruit, epitheton puerile, inane, explendo tantum verſui utile. *Numeri lege ſoluti* qui ſint, non liquet. At reges vocare *deorum ſanguinem* ſummæ eſt inſcitiæ. Ecquis enimvero *ſanguis deorum*, qui ad mortales transmittatur?

17 *Sive quos Elea domum reducit*
Palma cæleſtes: pugilemve equumve
Dicit, & centum potiore ſignis
Munere donat.

Vates Græce imperitus, victores in ludis Olympicis apud Elidem Peloponneſi civitatem, Olympicos audiit appellari: ipſe *cæleſtes* interpretatus eſt: quo dici imprudentius vix quidquam poteſt. Error ortus ex eo, quod etiam Ὀλύμπιος poſteriore ævo acceptum eſt pro cæleſti. Deinde pro *pugilemve equitemve*, ſcribere *pugilemve, equumve*, & cum pugile componere equum, cujus demum poëtæ eſt?

21 *Flebili ſponſæ juvenemve raptum*
Plorat: & vires animumque mores-
que Aureos deducit in aſtra, nigro-
que Invidet Orco.

Quot hic ſunt ſtupendæ licentiæ, ac tironi vix ignoſcendæ! Ut ut eſt: nihil eſt ſimilis argumenti in Pindaro eo quem terimus.

30 *Plurimum, circa nemus, vuidique*
Tiberis ripas, operoſa parvus
Carmina fingo.

Ripas vuidi Tiburis, pro ripis amnium, qui madidum reddunt Tibur, coacte & barbare. *Vuidi* præterea, epitheton perfrigidum per ſe.

33 *Concines majore poëta plectro*
Cæſarem, quandoque trahet feroces
Per ſacrum clivum, merita decorus,
Fronde Sicambros.

Quandoque, pro *quando*, ut metro ſerviat, vates ponit imperitus. Cetero non eſt hic numeroſa poëſis: quo vitio ſæpe laborant Odæ. Nam ubi cæſura duûm priorum verſuum? *Sicambri* fictum nomen eſt ævo ſequiore. Apud Plinium nulli ſunt. Nec bellum ibi geſſit Auguſtus, ubi Sicambri fuiſſe creduntur.

41 *Concines lætosque dies, & Urbis*
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumque
Litibus orbum.

Acceptum hujus ſtrophes prius argumentum ex nummo vetere ſic inſcripto: SPQRUSPSETRAUG. *Senatus Populusque Romanus Votum ſolvit pro ſalute & reditu Auguſti. Orbum litibus*, pro, vacans vel ceſſans a litibus, barbarum eſt, ſic metro cogente.

45 *Tum meæ (ſi quid loquor audiendum,)*
Vocis accedet bona pars: &, ô Sol
Pulcher, o laudande canam, recepto
Cæſare felix.

Quot hic verba inania! O geminatum: *pulcher ſol, laudande ſol*, epitheta perfrigida: verſus vero non numeroſi, ſed coacti, & proſæ ſimillimi.

49 *Tuque, dum procedis, Io Triumphe,*
Non ſemel dicemus, Io Triumphe,
Civitas omnis, dabimusque divis
Tura benignis.

Ridicula tum illa apoſtrophe eſt ad ipſum per ſe triumphum; tum geminatio illius dicti, *Io Triumphe*, penuria melioris, quo verſum clauderet. Ficta ea porro exclamatio eſt ex nummo Trajani Imp. in quo ſcriptum eſt, hinc TRI, inde UMP: in medio autem laurus, ad cujus latus utrumque IO eſt, hac ſententia: TR*ajanus Imperator, Imperator Optimus: Urbis Maſſiliæ Protector, Imperator Optimus.* En unde ficta acclamatio, *Io Triumphe*, a cohorte nimium feſtinante, cum eruditionem vellet ex nummis colligere. Occurrit adhuc iſtud, *Io Triumphe* geminatum in libro Epodon, Ode IX. Io Bacche dixit Horatius, libro 2. Sat. 3. verſu 7. Sed iſtud diſſimile eſſe manifeſtum eſt.

59 *Quæ notam duxit, niveus videri,*
Cetera fulvus.

Græ-

Græcum eſto, ſi lubet; Latinum certe non eſt, ſed metro cogente poſitum, *niveus videri*, pro *niveus viſu*, ſolœcum eſt.

ODE III. *Ad Melpomenen.*

1 *Illum non labor Iſthmius*
Clarabit pugilem.

Pro, clarum efficiet: antiquum dicitur, cum ſit ſolummodo ab improbæ cohortis vatibus excogitatum, ad verſum texendum facilius.

12 *Fingent Æolio carmine nobilem.*

Vide lib. 2. Ode XIII. & lib. III. Ode XXX.

13 *Romæ principis urbium*
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.

Romæ ſoboles, barbarum & ſolœcum. Neque enim *ſoboles* de inanimatis dicitur, ſed de viventibus ſolummodo, ut de homine & animantibus. Tam inepte, inquam, *ſoboles urbis*, dicuntur cives aut juvenes, quam ſi dicantur iidem, ſoboles murorum aut mœnium Romæ. *Amabiles*, inane ac frigidum epitheton eſt, ad verſum complendum.

14 *O mutis quoque piſcibus*
Donatura cycni, ſi libeat, ſonum.

E fabulis ab improba cohorte fictis, una hæc eſt de canora cycni voce. Hoc tantum Plinius, libro x. ſect. XXXII. *Olorum morte narratur flebilis cantus, (falſo, ut arbitror,) aliquot experimentis.* Occaſionem dedit errandi recenti vatum cohorti illud, opinor, quod habet Virgilius in Egloga IX. verſu 29. *Vare, tuum nomen. . . Cantantes ſublime ferent ad ſidera cygni.* Et illud, verſu 35. *Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna; ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.* At non ſunt hi cycni; ſive olores; alites: ſed ipſi ſunt vates, qui *cycni* & *olores* propter candorem; & *arguti* iidem, ſive *cantantes*, propter poëſim. Unde ab Horatio *arguti poëtæ* dicuntur, libro 2. epiſt. 2. verſu 90. *Qui minus* ARGUTOS *vexat furor iſte* POETAS? Alioquin enim id Virgilius diceret, quod ante ipſum nemo prodidit; cycnos etiam in vita canere; cum in morte tantum, Plinio quidem teſte, flebilis eorum cantus narretur, aliquot experimentis, ſed (ut recte cenſet) falſis.

ODE IV. *Ad urbem Romam, de indole Druſi.*

1 *Qualem miniſtrum fulminis alitem*
Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permiſit, expertus fidelem
Juppiter in Ganymede flavo.

At, ſi Homero credimus, ut par eſt, nec aquila rapuit Ganymedem, ſed dii ipſi, ut Jovis pocillator eſſet, & immortalibus intereſſet: nec pro mercede rapti Ganymedis, ut iſte fingit imperite, datum eſt aquilæ imperium in ceteras volucres: an enim non habuit ante Ganymedem? Fabulæ Homericæ ſenſus hic eſt: Ganymedem ſuis virtutibus, (nam hi ſunt Homero dii: (ereptum ab aula, ut Naturam ducem ac pietatis magiſtram ſequeretur, cum hominibus ſimiliter ex virtutis præſcripto viventibus. Nullus hic aquilæ locus, quam & iſte, & impurus pariter Ovidius, libro x. Metamorph. aliique finxere; & apud Plinium pictor adjecit. Jam *in aves vagas*, epitheton frigidum eſt: inanius autem *flavo*, de Ganymede: quod Homerus in Iliade non prodidit: ſed alter ſuppoſititius in Hymno IV. verſu 203. Tantum ἀντίθεον Homerus cognominat, Iliad. υ. verſu 232.

19 *Mos unde deductus per omne*
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli.

Obarmet, ficta vox, metri cauſa, pro verbo ſimplice, *armet*, Vox eſt ea cuilibet alteri etiam vati ignota. Quin & tota ipſa ſententia hoc loco inanis eſt ac redundans.

22 *Nec ſcire fas eſt omnia.*

Pro, nec ſciri poſſunt omnia, barbare, contra Latini ſermonis uſum, metri gratia.

34 *Rectique cultus pectora roborant.*

Obſcure dictum; pro, rectæ morum inſtitutiones ingenia corroborant bene nata.

35 *Utcumque defecere mores.*

Pro, *quandocumque*, non eſt Latinum, etſi huic vati familiare.

47 *Vaſtata Pœnorum tumultu*
Fana deos habuere rectos.

Deos rectos, dictum eſt inepte; cogente metro, pro, ſtatuas deorum erectas, quæ prius erant dejectæ. *Fana vaſtata tumultu Pœnorum*, pro *bello*, verbum prorſus alienum eſt: *tumultus* enim nonniſi inter cives eſt: ſed metrum ſcilicet ita cogebat verbum verbo mutare, quamvis alieno.

53 *Gens quæ cremato fortis ab Ilio*
Jactata Tuſcis æquoribus, ſacra,
Natosque, maturosque patres,
Pertulit Auſonias ad urbes.

Immo vero, non ab Ilio cremato, ſed ante obſeſſum, *Auſonii Troja gens miſſa coloni* fuere, ut Virgilius cecinit in Georgicis. *Maturi patres*, pro *ſenes*, inepta & puerilis ad verſum explendum circumlocutio eſt. Denique claſſem Trojanam jactatam in Tuſco mari fuiſſe, non equidem negaverim: ſed, ſi ita eſt, non vidit Æneïdem pſeudo-Horatius, quæ jactatam Æneæ claſſem, non Tuſco mari refert, ſed in Siculo Libycoque ultra Siciliam.

70 *Occidit, occidit,*
Spes omnis.

Poſthume, Poſthume; Ilion, Ilion, Occidit, occidit: &c. geminatio huic vati familiaris, ut tironibus in arte poëtica.

73 *Nil Claudiæ non efficient manus,*
Quas & benigno numine Juppiter
Defendit, & curæ ſagaces
Expediunt per acuta belli.

Expediunt per acuta belli, pro, liberant in bello a ſummis periculis, audacter poſitum a vate inſigniter impudente, qui quidlibet ſe poſteris probaturum ſperaret, ſub magno Horatii nomine. Nam quæ ſunt etiam *acuta belli?*

ODE V. *Ad Auguſtum.*

1 *Divus orte bonis, optime Romulæ*
Cuſtos gentis.

Romulæ, pro *Romuleæ*, ſolœcum eſt, quamvis &

ab Æneïdographo admiſſum : quo nempe jure vel more *belli Marſi* dixit iſte ſuperius, pro Marſici. *Bonis* autem *diis*, pro *diis propitiis*, ſive faventibus, vereor ut Latinum ſit.

5 *Lucem redde tuæ, Dux bone, patriæ,*
Inſtar veris enim vultus ubi tuus
Affulſit, populo gratior it dies.

Dux bone, certe infra majeſtatem ac nobilitatem Cæſaris & Auguſti fuit. Cetera proſam redolent, non poëſim.

15 *Sic deſideriis icta fidelibus*
Quærit patria Cæſarem.

Deſideriis icta, pro *permota*, dictum licentia tironi vix condonanda : tanta eſt in eo dicto barbaries & audacia. Et *deſideria fidelia*, quis Latine intelligat ?

18 *Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas.*

Fauſtitas, pro felici proventu, ſeu frugum copia, fictum metri cauſa nomen eſt ; nec ab alio (quod ſciam) uſurpatum.

22 *Mox & lex maculoſum edomuit nefas.*

Nefas maculoſum, epitheton eſt frigidum, verſui tantum complendo utile.

30 *Et vitem viduas ducit ad arbores.*

Viduas arbores appellare, quia niſi maritarentur vitibus, quaſi viduæ viderentur eſſe, nugari pueriliter eſt.

34 *Et Laribus tuum*
Miſcet numen ; uti Græcia Caſtoris
Et magni memor Herculis.

Quaſi vero inter nomina Larium, qui ſunt dii vel genii potius domeſtici, *numen* vel *nomen* Auguſti locum habere rite poſſit. *Herculem magnum*, frigidum verſus complendi cauſa epitheton eſt.

37 *Longas, o utinam, Dux bone, ferias*
Præſtes Heſperiæ ; dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Cum Sol Oceano ſubeſt.

Dux bone, longe infra majeſtatem, ut diximus, Auguſti & Imperatoris eſt. *Heſperiam* nemo probatus ſcriptor dixit pro Italia. Pro Hiſpania poſuit iſte, libro 1. Ode xxxvi. & alibi. *Integro die*, pro, *incipiente die*, dicere inepte metrum coëgit.

ODE VI. *Ad Apollinem.*

1 *Dive, quem proles Niobæa magnæ*
Vindicem linguæ, Tityosque raptor
Senſit, & Trojæ prope victor alta
Phthius Achilles.

Dive ; Poſt hanc vocem verſus deinceps xxiv. qui ſequuntur, parentheſi ſunt includendi : adeo divagatur, æſtui poëtico obſequens. *Magnæ linguæ*, pro, ſuperbæ, arrogantis, magnifice ſe jactantis, metrum juvat, non rationi placet aut latinitati : quantumvis Græce Sophocles, ſed recens, in Antigone ſcripſerit, Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης ὑπέρπτα ἔρρει. *Senſit*, pro, experta eſt. Gallicismus eſt, *Elle l'a ſenti*. Non ſic vocem eam accepit Horatius, libro 2. Satyra III. verſu 39. *Credo, Hoc Staberi prudentem animum vidiſſe : quid ergo ſenſit, ſummam patrimoni inſculpere ſaxo Heredes voluit ?*

5 *Ceteris major, tibi miles impar,*
Filius quamvis Thetidos marinæ
Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax.

Achilles miles, qui claſſi præfectus. *Marina Thetis*, epitheton inane. *Dardanas turres* ; ſolœcum eſt, pro *Dardanias* : ut *Romula* pro *Romulea* ; & *Marſa* pro *Marſica*. Qualis autem & quanta cuſpis fuit, qua turres quateret Achillis ? Concuſſiſſe Trojæ turres aliter certe aut alibi non legitur : cuſpide vero concuſſiſſe nonniſi inſipienter dicitur.

9 *Ille, mordaci velut icta ferro*
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
Procidit late, poſuitque collum in
Pulvere Teucro.

Mordaci ferro, dictum eſt pueriliter, pro ſecuri. In ſecundo verſu, cæſura in media voce *impulſa* quærenda, Sapphico verſui amœnitatem adimit. Id vero metri vitium centies apud iſtum occurrit. Deinde *ponere collum in pulvere*, quam tenuiter humiliterque dictum, pro eo quod eſt, *jacere in pulvere*. Verum illud, quamvis ineptum, metro coactus ſcripſit, ſicut & eadem cauſa præpoſitionem *in* extremo verſui alligavit. Denique *Teucro pulvere* pro *Teucrio*, ſolœcum eſt, ſimile prioribus, proxime allatis. Præterquam quod *Teucros* pro Trojanis nemo ſcriptor probatus dixit, uti monuimus ad lib. 1. Æneïd, verſu 239.

13 *Ille, non incluſus equo, Minervæ*
Sacra mentito.

Ex relatu nimirum Sidonis in Æneïde, non ex Homero.

17 *Sed palam captis gravis, heu nefas, heu !*

Iteratio frigida interjectionis *heu* ! ut verſum compleret.

21 *Ni tuis victus Venerisque grata*
Vocibus Divûm pater annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.

Veneris gratæ, inane ac frigidum epitheton eſt. *Victum* Apollinis *vocibus* Jovem unde acceperit, neſcio : quippe quas, ſi memini, Æneïdographus ipſe non eſt auſus fingere. Et *ductos* Romæ *muros*, pro *ducendos* ; deinde *ducendos*, pro *exſtruendos* ; duplex ſolœcum eſt, metri cauſa admiſſum.

25 *Doctor argutæ fidicen Thaliæ,*
Phœbe, qui Xantho lavis amne crines,
Dauniæ defende decus Camenæ
Lævis Agyieu.

Agyieu lævis poſitum eſt ineptiſſime hoc loco. Eſt enim hoc dicere, Tuere decus Muſæ meæ, tu qui imberbis es, & præpoſitus viis.

29 *Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem*
Carminis, nomenque dedit Poetæ.

Spiritum, ex ſtilo ſacrarum litterarum eſt, & ex editione Latina.

33 *Deliæ tutela deæ, fugaces*
Lyncas & cervos cohibentis arcu.

Pro eo quod eſt. Qui eſtis in fide ac tutela Dianæ, vereor ut Latinum ſit : Tutela enim ſemper *active* ſumitur, ſive ad eum refertur ſolummodo qui tutatur. Sic Horatius, libro 2. Sat. III. verſu 218. *Et ad*

ad ſanos abeat tutela propinquos, ſcilicet cura tutandi. Et libro 1. epiſt. 1. verſu 103. *Rerum tutela mearum:* hoc eſt, tutator Priapus. Paſſive, pro ea re quæ ſub tutela eſt, non occurret apud probatos certe ſcriptores. Deinde quid eſt, *cohibentis arcu cervos fugaces*, niſi verbum alienum metri neceſſitate poſitum, pro *interficientis?*

35 *Lesbium ſervate pedem, meique*
Pollicis ictum.

Hoc eſt, obſervate numeros & modos Odæ Lyricæ ſæcularis, quam ego cantavi ipſe, lyram percutiens pollice. Oedipo certe eget hæc poëſis, ſi tamen poëſis eſt dicenda.

41 *Nupta jam dices.*

Series orationis poſtulabat ſcribi, *Nuptæ dicetis:* ſed metri neceſſitate aberrare a recta ſyntaxi vatem hunc ſæpe cogit.

ODE VII. *Ad Torquatum.*

3 *Mutat terra vices, & decreſcentia ripas*
Flumina prætereunt.

Ripas præterire, eſt profecto præter ripas ire, non infra, ut locus hic dici poſtulat: ſed rationem præterivit metrum.

5 *Gratia cum Nymphis geminisque ſororibus audet*
Ducere nuda choros.

Gratia inepte hic ponitur, uti jam monuimus ad Oden XIX. libri tertii.

7 *Immortalia ne ſperes monet annus, & almum*
Quæ rupit hora diem.

O inane & alienum epitheton, *almum diem!*

13 *Damna tamen celeres reparant cæleſtia Lunæ.*

Cæleſtia, pro, quæ in cælo patitur Luna, cum decreſcit, Latinum non eſt, ſed barbarum, metri neceſſitate.

19 *Cuncta manus avidas fugiunt heredis, amico*
Quæ dederis animo.

Animo amico, pro *Genio*, ineptientis eſt, & metro turpiter ſervientis poëtæ.

21 *Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos*
Fecerit arbitria.

Facere arbitria de aliquo, an Latine dicitur, pro *judicium de aliquo inſtituere? Arbitria* verſus extorſit, cum *judicia* ratio Latinitasque poſceret.

ODE VIII. *Ad Cenſorinum.*

5 *Divite me ſcilicet artium,*
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.

Dives artium Parrhaſii & Scopæ, ſculptorem ſignificat & pictorem egregium, quales Plinius nonnullos commemorat, præter iſtos. At *dives artium*, pro divite operum, quæ Parrhaſius & Scopas fecerunt, Latinum certe non eſt; ambiguum ſaltem obſcurumque eſt.

8 *Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.*

Ponere, pro, facere vel effingere, ſive pingendo ſive ſculpendo, alienum verbum eſt, quod verſus extorſit.

13 *Non inciſa notis marmora publicis,*
Per quæ ſpiritus & vita redit bonis
Poſt mortem ducibus.

Delirat, cum dicit per marmora *redire* poſt mortem *ſpiritum vitæ. Spirantia ſigna* quidem dixit Virgilius, libro III. Georg. verſu 34. Sed *redire* mortuis ſpiritum aut vitam per ea, non dicit quisquis quid dicat cogitet. Deinde *boni duces*, ut jam ſupra monuimus, pro claris Imperatoribus, humile eſt. Denique *notis*, pro inſcriptionibus, verbum eſt alienum.

25 *Non celeres fugæ,*
Non incendia Carthaginis impiæ,
Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides.

Vates imperitus, e duobus Scipionibus Africanis, unicum conflat; ex Africano majore, qui Hannibalem fugavit; & ex Africano ſequente, qui Carthaginem incendit. Ab Ennio Calabro Africanus major laudatus eſt; non alter, qui nonniſi Ennio mortuo Carthaginem cepit. An ſic homo Italus Auguſti ævo in hiſtoria Romana turpiter aberraret? Sed cum eſſent nimirum recens ævo pſeudo-Horatii, partim ex Plinio, Virgilio, Horatioque, conditæ, partim confictæ Romanæ hiſtoriæ, non potuere eæ ab omnibus ſtatim accurate diſci. Deinde cur *Carthago impia?* an dictum eſt metri cauſa pro *perfida?* Præterea *lucratus* Africani nomen, dictum humile eſt ac ſordidum. De Pompeio Plinius multo nobilius. *Africa*, inquit, *tota ſubacta, & in ditionem redacta, Magni nomen in ſpolium inde cepit.*

25 *Ereptum ſtygiis fluctibus Æacum*
Virtus & favor & lingua potentium
Vatum, divitibus conſecrat inſulis.

Votum potentium, pro *eximiorum, præſtantium*; epitheton alienum eſt, metro exigente quæſitum. Similiter *divitibus inſulis*, pro *Fortunatis*, vel pro campis Elyſiis, dictum æque imperite, quam audacter.

28 *Dignum laude virum Muſa vetat mori:*
Cælo Muſa beat. Sic Jovis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.

Beare cælo, pro, ad cælum evehere, durum eſt, nec Latinum. Quæ ſunt deinde *epulæ Jovis optatæ?* Et *impiger Hercules*, quam frigidum & exile epitheton eſt, ſcilicet ita exigente metro.

ODE IX. *Ad Lollium.*

1 *Ne forte credas interitum, quæ*
Longe ſonantem natus ad Aufidum
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor ſocienda chordis.

Verſus primus pronomine relativo finitur inepte. Neque enim quia in epiſtolis & ſatyris id licet, quæ ſunt, ut Horatius ait ipſe, ſermoni propiores; etiam id fas eſt in Odis. *Longe ſonans* amnis, pro, *decurrens magno ſtrepitu*, omnino non placet: de mari dictum, cum tempeſtate jactatur, non diſplicet.

5 *Non ſi priores Mæonius tenet*
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Ceïæque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graves Camenæ.
Nec ſi quid olim luſit Anacreon,

Delevit ætas: spirat adhuc amor,
Vivuntque commissi calores
Æoliæ fidibus puellæ.

Dicta hæc sunt ad conciliandam vetustatis fidem Pindaro, Simonidi, Alcæo, Stesichoro, Anacreonti, Sappho, ut nunc exstant. Stesichori nomine vix sunt versus quadraginta: Sapphus, Odæ duæ: Simonidis & Alcæi quædam inter Poëtas Græcos. Sed præterea non fuit Homerus *Mæonius* vates. Mæonia Lydia est, teste Plinio, libro v. sect. xxx. Et Virgilius, libro iv. Georg, versu 380. *Cape Mæonii carchesia Bacchi*, vinum intelligit e Tmolo monte in Lydia, sive Mæonia: quæ regio, inquit Plinius, loco indicato, *celebratur maxime Sardibus, in latere Tmoli montis, qui vitibus consitus* &c. At Homerus non Lydius, aut Sardianus, sed Ionius & Smyrnæus fuit. Nec genuinus Horatius Mæoniam sive Lydiam pro Ionia scriberet.

24 *Vixere fortes ante Agamemnona*
Multi; sed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Illacrymabiles, ficta ab isto vate vox; quam nunc passive accipit, ut isthic; nunc active audacius, libro 2. Ode xiv. ab alio nemine usurpata. *Urgentur longa nocte ignoti*, quid sibi vult? pro, obruti æterna morte, & ignoti. *Sacro vate*, epitheton inane ac superfluum.

34 *Est animus tibi*
Rerumque prudens, & secundis
Temporibus dubiisque rectus.
39 *Consulque non unius anni,*
Sed quoties bonus atque fidus.
Judex honestum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu, & per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.

Animus Consul, *animus rejiciens alto vultu dona*, offendunt vehementer aures Latine loquentium. Ac fortassis adhuc stultius, cum Lollium alloquatur primo isto versu, *Est animus tibi*, transit statim idem a secunda persona ad tertiam, ponitque *prætulit* & *rejecit*, pro *prætulisti*, *& rejecisti*. Sed quid est deinde alto vultu? Latinumne id est, pro *erecto?* Denique qui *obstantes catervas*, vel de perturbationibus animi, cupiditatibusve, vel de adulationibus, largitionibus, muneribusve accipiunt; explicataque arma, constantiam, fidem, æquitatem interpretantur; vatem ii accusant potius audaciæ & obscuritatis, quam excusant.

ODE X. *Ad Ligurinum.*

2 *Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ.*

Plumam dixit pro *canitie*, prorsus insolenter, & metri necessitate.

5 *Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.*

Involitant, fictum verbum, metri causa; nulli alteri, quod sciam, scriptori usurpatum, qui se credi voluerit ævi eruditi.

4 *Nunc & qui color est Puniceæ flore prior rosæ.*

De *flore rosæ* jam diximus ad Oden III. libri secundi.

ODE XI. *Ad Phyllidem.*

11 *Sordidum flammæ trepidant rotantes*
Vertice fumum.

Vertice, positum est obscure & barbare; quia subintelligendum sit, in tecti vertice, per caminum.

25 *Terret ambustus Phaëthon avaras*
Spes.

De Phaëthontis fabula ad Tullium diximus, lib. III. de Offic. n. 94. *Ambustus* pro *crematus*, vel *ustus*, metri necessitas excepit.

ODE XII. *Ad Virgilium.*

1 *Jam veris comites, quæ mare temperant,*
Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Secutus Homerum est; qui Iliad. *i.* versu 5. scripsit; Βορέης ϰ᾽ Ζέφυρος τώτε Θρήϊηθεν ἄϋτον. At Homerus, cum de his scriberet, quæ gererentur ad Trojam, potuit Zephyrum dicere a Thracia flare. Pseudo-Horatius autem, qui in Apulia, ut creditur, Odas edebat, Zephyrum a Thracia non potuit, nisi stulte, flantem dicere. Itaque fatua illa Homeri imitatio, a qua foret Horatius alienissimus.

11 *Delectantque Deum, cui pecus & nigri*
Colles Arcadiæ placent.

Nigri colles pro *umbrosi*, alienum epitheton est, & absurdum; sola versus complendi necessitate adscitum. Virides potius dici oportuit. *Niger collis* nullus dici debet, sicut nec niger lucus, præter Tartareum; de quo Virgilius, libro iv. Georg. versu 468. *Alta ostia Ditis, Et caligantem nigra formidine lucum.* Tolerabilius fortassis dixit idem pseudo-Horatius, libro primo, Ode xxi. *Nigras Erymanthi silvas:* enimvero silvæ a collibus differunt.

27 *Misce stultitiam consiliis brevem.*

Pro, asperge hilaritatem rebus seriis, seu gravioribus negotiis, dictum satis stulte, *misce stultitiam consiliis* tuis: aut quid stulte dici possit, non video.

ODE XIV. *Ad Augustum.*

1 *Quæ cura patrum, quæve Quiritium,*
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in ævum
Per titulos memoresque fastos
Æternet? o qua Sol habitabiles
Illustrat oras, maxime Principum;
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper
Quid Marte posses.

Æternare, ut *clarare* superius, ex istius officina est: usurpatum postea & a pseudo-Varrone. *Æternet* deinde est, pro, æternare pro merito possit; vel potius, æternitate donare. *Illustrat oras*, pro *terras*, metri necessitate positum. Aliter Horatius, libro i. epist. III. *Quibus terrarum militet oris Claudius.* Denique, *Quem didicere quid posses*, Græca syntaxis esto, Latina non est: nihilo proinde ridicula minus, quam si in versibus Latinis Gallicam admisceamus syntaxim, aut in Gallicis Latinam vel Hispanicam.

11 *Et arces*
Alpibus impositas tremendis
Dejecit acer plus vice simplici.

Pro, plus una vice, plus semel: excogitatum metri necessitate, audacter, non Latine.

21 *Exercet Auster, Pleïadum choro*
Scindente nubes.

Pro,

Pro, diſſolvente; verbum alienum: aliud enim ſciſſa nubes eſt, aliud in imbres ſoluta.

25 *Sic tauriformis volvitur Aufidus,*
Qui regna Dauni præfluit Appuli.

Ut Homeri in Ode XII. ſic in iſta fatuus imitator Virgilii iſte eſt. Legit nimirum, libro IV. Georg. verſu 371. *Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus:* ubi tauriformis Eridanus dicitur, ob duo præcipua, quibus in mare devolvitur, oſtia, tamquam per *gemina cornua.* Aufido iſte ſimiliter taurinum tribui poſſe vultum arbitratus eſt, non id ob oſtia fluviorum dictum a Virgilio ratus, ſed veluti omnibus commune fluminibus. *Aufidus* certe unico oſtio mare ſubit. Itaque Aufidum iſte numquam vidit, quamvis ſe & Apulum jactat eſſe, & Aufidi accolam; ut idem exiſtimetur eſſe atque Horatius Venuſinus, Satyrarum ſcriptor & Epiſtolarum.

42 *Medusque, & Indus, te profugus Scythes*
Miratur.

Fabulæ. Nec Medus aliquis, nec Indus, aut Scythes, vidit Auguſtum.

50 *Duræque tellus gaudet Iberiæ,*
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compoſitis venerantur armis.

74 *Te bel uoſus qui remotis*
Obſtrepit Oceanus Britannis.

Belluoſus, ficta vox ab iſto, metri cauſa: ſed ab alio nemine uſurpata. Dacerius omnes iſtius vatis ineptias admiratus, hic exclamat: *L'Epithete eſt fort belle. Sicambri*, ficta gens eſt; ut jam diximus ad Oden 2. Et *tellus Iberiæ* ſoloecum eſt; pro *tellus Ibera.* Tellus Galliæ, ſic ſoloecum eſſet, pro Tellus Gallica; vel ut Virgilius cecinit, *tellus Mavortia.*

ODE XV. *Ad Auguſtum.*

4 *Tua, Cæſar, ætas*
Fruges & agris rettulit uberes,
Et ſigna noſtro reſtituit Jovi,
Direpta Parthorum ſuperbis
Hoſtibus, & vacuum duellis
Janum Quirini clauſit.

Expreſſum illud manifeſte apparet ex libro 2. epiſt. 1. ad Auguſtum, verſu 252. *Et flumina dicere, & arces Montibus impoſitas, & barbara regna, tuisque Auſpiciis totum confecta duella per orbem, Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum, Et formidatam Parthis te Principe Romam.* At non ſignificat iſtud, quod viſum eſt imperito vati Lyrico, Janum ab Auguſto fuiſſe clauſum. Rem unam inſignem his verſibus deſcribit: nimirum in finibus Imperii Romani, oppoſita Parthis fuiſſe ab Auguſto flumina, montibusque vicinis impoſitas arces, bellis compoſitis; easque validiſſima eſſe clauſtra Imperii, quæ Genium Populi Romani, Genium belli ac pacis, a bello inferendo cohibeant: quibus teſtetur ſe velle pacem tantummodo cuſtodire; & unde Romanorum militum excurſiones Parthi nihilominus reformident. Nam propter illa clauſtra *formidatam Parthis Romam* eſſe vates ſubjungit. Non diceret autem formidatam propter fores armamentarii Romæ clauſas. Nec fores iſtæ Latine *clauſtra* dicerentur; nedum *cohibentia Janum. Clauſtra* nonniſi clauſtra Imperii hic eſſe poſſunt. Janum cluſum nummi antiqui non commemorant, niſi ſub Nerone, anno ejus ſupremo percuſſi, cum hac inſcriptione: PACE P. R. TERRA MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT. In his armamentarium depictum, non templum eſt ut vulgo; ſed falſo creditur; nec *cluſit* ibi pro *clauſit* eſt, ſed pro *incluſit*: ut Plinius dixit, libro XXXIII. ſect. VI. *gemmas auro cluſit*: & *ſub gemmis venena cludunt.* Æque enim inſulſe Janum dixeris, quam Jovem, claudi. Nec denique JANUM ibi vox una eſt: ſed totidem latent ſub litteris quinque voces iſtæ: *Imperii Armamentarium Narbone Urbis Muris* CLUSIT, hoc eſt, incluſit. Percuſſum enim Narbone nummum hunc fuiſſe, ut alios plurimos, cogit fabrica confiteri, præter alia argumenta. Sic antea Tarraco in nummis ſuis ſcripſerat: DIVUS AUGUST UT-TACI. *Divus Auguſtus Voluit Turritam Tarraconem Armamentarium Eſſe Imperii.* Sed Tarracone rebellante, Armamentarium Imperii Nero Narbonem tranſtulit. Jani non ſemel clauſi fabula ex hoc nummo prave intellecto ſumſit originem. Janus apud Horatium bis præterea commemoratur: libro I. epiſt. 1. verſu 54. *Hæc Janus ſummus ab imo Perdocet.* Et libro 2. Sat. III. verſu 18. *Poſtquam omnis res mea Janum Ad medium fracta eſt.* Verum ibi nec templum Janus, nec armamentarium eſt, quod Romæ certe male collocaretur; ſed vicus prælongus, in quo pars ſumma & ima & media fuit, ubi mercatores habitarent; dato ei nomine fortaſſis a templo Jani vicino.

17 *Cuſtode rerum Cæſare, non furor*
Civilis, aut vis, eximet otium:
Non ira, quæ procudit enſes,
Et miſeras inimicat urbes.

Inimicat, pro reddit inimicas; vox ficta eſt, & dura: quamvis pſeudo-Cicero, in orat. de petit. Conſul. dixit ſimiliter, *inimicantur.*

21 *Non qui profundum Danubium bibunt,*
Edicta rumpent Julia, non Getæ,
Non Seres, infidive Perſæ,
Non Tanaim prope flumen orti.

Perſæ ac Seres ſcilicet curabant edicta Julia: ipſique etiam Tanaïs fluvii accolæ.

29 *Virtute functos, more patrum, duces*
Lydis remiſto carmine tibiis,
Trojamque, & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

Remiſto, factitia vox, metri cauſa, tum hoc loco, tum in Arte Poëtica, verſu 151. *Sit veris falſa remiſcet.* Nemo alius eo verbo uſus occurrit. Æneam in fine deſignat: atque ita perſonas tres inſignes libri primi & ſecundi libri Æneïdos denotat; Æneam, Anchiſen, & Venerem: cum argumento libri ſecundi, quod eſt Troja incenſa. An igitur propterea idem cenſendus auctor eſt duorum priorum librorum Æneïdos, qui & Odarum; quia de illis dicit hic *canemus?* Nihildum affirmo. Sed quorſum hic alioqui Anchiſæ fit & Trojæ cum Æneæ mentio?

V. IN LIBRUM EPODON ANIMADVERSIONES.

Liber Epodon, quidquid alii dicant, non poteſt inſcribi, niſi ut intelligatur Liber adjectus libris Odarum, Græco a ἐπῳδῶν. Ridiculum enim eſt verſus *epodos* dici ab homine ſano poſſe. Sed ἐπῳδῶν dicitur liber Carminum, quæ ſubjunguntur Odis, nec ſunt ejusdem metri cujus ſunt Odæ. Et ab ipſo Vate titulum hunc ei libro appoſitum fuiſſe qui negaverit, ariolatur. Haud tamen leves nobis ſuſpiciones ſunt alterius eſſe venæ fœtum, hunc librum Epodon, quam libros Odarum.

1. *Ad Mæcenatem.*

1 *Ibis Liburnis inter alta navium,*
Amice, propugnacula.

Liburna vel *Liburnas* dixere poëtæ tantum ex recente cohorte, ſolœcizantes metri neceſſitate: *liburnicas* debuere cum Plinio appellare.

3 *Paratus omne Cæſaris periculum*
Subire, Mæcenas, tuo.

Quid eſt *ſubire Cæſaris periculum*, niſi inanes verborum ſoni ſine ſenſu? *galimatias.*

11 *Feremus & te vel per Alpium juga,*
Inhoſpitalem & Caucaſum:
Vel Occidentis uſque ad ultimum ſinum
Forti ſequemur pectore.

An *liburnis* per Alpium juga, per Caucaſum, per Hiſpaniam? Cur ergo *liburnarum* facta primum mentio eſt, cum nec itineris maritimi, nec belli navalis, ullum poſtea veſtigium ſit?

15 *Roges, tuum labore, quid juvem meo,*
Imbellis, ac firmus parum:
Comes minore ſum futurus in metu,
Qui major abſentes habet.

Stulta reſponſio. Si interroges, quid ſim ego tibi comes profuturus; reſpondebo, non tibi quidem id profuturum, ſed mihi: nam metuam minus pro te.

25 *Non ut juvencis illigata pluribus*
Aratra nitantur meis.

Hypallage, ſive commutatio caſuum inepta, nec Latini uſus, quam metri neceſſitas extorſit. Neque enim certe *aratra nituntur juvencis:* ſed illigati aratris nituntur juvenci.

2. *Laus vitæ ruſticæ.*

20 *Certantem & uvam purpuræ:*
Qua muneretur te, Priape, & te, pater
Silvane, tutor finium:

Silvanus potius hortorum eſt Deus, ſi Virgilium audimus, Egloga x. verſu 24. *Venit & agreſti capitis Silvanus honore, Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans.* Et libro 1. Georg. verſu 20. *Et teneram ab radice ferens cupreſſum.*

50 *Magiſve rombus aut ſcari,*
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare.

Intonata hiems, quid ſit, nondum ſcio: niſi quod ſolœcum ſit, pro *intonita.*

57 *Aut herba lapathi prata amantis, & gravi*
Malvæ ſalubres corpori.

Corpus grave dicere pro alvo pigra & morante, hoc eſt, ineptire vatem metri neceſſitas coëgit.

69 *Omnem relegit Idibus pecuniam,*
Quærit Kalendis ponere:

Relegere, verbum alienum pro *colligere*, metri neceſſitas obtulit. Item *quærit ponere*, pro, quærit ubi locet fenori Kalendis proximis, obſcurum eſt, alienum, nec Latinum. Nam *ponere pecuniam*, per ſe aut nihil ſignificat, aut certe Gallicismus eſt; nec ille quidem ex uſu optimo: neque enim dicimus, *mettre ſon argent*; ſed, *placer ſon argent.*

3. *Ad Mæcenatem.*

17 *Mec munus humeris efficacis Herculis*
Inarſit æſtuoſius.

Dacerius ad hunc locum: *Cette epithete* efficax *eſt fort belle: c'eſt comme il a dit ailleurs*, impiger Hercules. Nihil tantopere in iſto vate deprædicat ille, quam ineptias. *Efficax Hercules?* qui tale epitheton, ſi quidem Latine noverit, approbet, pro *laborioſo*?

19 *Aut ſi quid umquam tale concupiveris,*
Jocoſe Mæcenas, precor.

Proh! quali epitheto talem ac tantum virum, qualis & quantus Mæcenas, poëta e trivio cohoneſtat! Sed metro ſcilicet illud congruebat, nec tunc aliud ſuccurrebat animo.

4. *In Sextum Maïnam Pompeii libertum.*

1 *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit,*
Tecum mihi diſcordia eſt.

Tanta ſubauditur, verecor ut Latine ſatis. Sed *ſortito*, pro naturæ neceſſitate, certe non eſt Latinum: metrum ita ſcribere vatem coëgit.

27 *Quid attinet tot ora navium gravi*
Roſtrata duci pondere
Contra latrones, atque ſervilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

O elegantem iterationem pronominis *hoc hoc!* Et *ora roſtrata*, pro *roſtra* vel *proras*, quis dici non miretur?

5. *In Canidiam.*

Canidiæ & Saganæ nomina ſunt accepta ex libro 1. Satyra VIII. verſu 24. & 25.

1 *At o deorum quidquid in cælo regis*
Terras & humanum genus:

Ex Religionis Christianæ sensu illud est, Deum qui docet in cælo esse, qui regat humanum genus.

32 *Quo posset infossus puer*
Longo die bis terve mutatæ dapis
Inemori spectaculo.

Dacerius ad hunc locum: *Cela est fort heureusement dit:* Inemori spectaculo, *mourir d'envie en voyant &c.* Ubi vates dicit ineptum aliquid, ibi Dacerius dictum id egregie esse exclamat. *Inemori* ficta vox est, metri necessitate, alibi non occurrit. *Longo die* deinde, pro, toto die, quam longus videtur esse fame lico, obscurum est, Latinum non est.

47 *Hinc inresectum sæva dente livido*
Canidia rodens pollicem.

Inresectum, vox nova & factitia, metro sic cogente: pro, non sectum a longo tempore. Et *non sectum pollicem*, pro non secto ungue pollicis, an satis considerate dicitur?

61 *Quid accidit? cur dira barbaræ minus*
Venena Medeæ valent?
Quibus superba fugit ulta pellicem
Magni Creontis filiam.

Argumentum tragœdiæ, quam finxit Euripides Medeæ titulo: de qua vide quæ ad illam diximus.

71 *Ah! ah! solutus ambulat veneficæ*
Scientioris carmine.

Geminatio festiva, *ah! ah!* De *scientioris* vocabulo hoc loco Dacerius: *Ce comparatif est assez rare, mais il est beau.*

74 *O multa fleturum caput.*

Græcum id esto; Latinum vix puto.

75 *Ad me recurres, nec vocata mens tua*
Marsis redibit vocibus.

Solœcum, pro *Marsorum*, vel *Marsicis*.

87 *Venena magnum fas nefasque non valent*
Convertere humanam vicem.

Torquet vehementer hic locus omnes Interpretes obscuritate sua. Sensus est, ni fallimur: Venena, quibus valde fas est judices uti adversus reos; sed magnum nefas, si contra innoxios: non possunt mutare vicissitudinem rerum humanarum: Diris ego vicissim vos devovebo, quæ suam quoque vim obtinebunt.

6. *In Cassium Severum, poëtam maledicum.*

11 *Cave, cave, namque in malos asperrimus*
Parata tollo cornua.

Geminatio verbi *cave*, puerilis.

14 *Aut acer hostis Bupalo.*

Accepta ex Plinio historia, libro XXXVI. sect. IV.

16 *Inultus ut flebo puer.*

Metathesis dura, sed fortassis versui ignoscenda.

7. *Ad Populum Romanum.*

7 *Intactus aut Britannus ut descenderet*
Sacra catenatus via.

Intactus, pro, nondum bello appetitus, Latinum non est. Sic libro III. Ode XXIV. *intacti* dicuntur *Arabum thesauri*, pro, nondum a Romano exercitu expilati.

17 *Sic est: acerba fata Romanos agunt,*
Scelusque fraternæ necis:
Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

De Remi cæde fabulosa, ad T. Livium jam diximus. Hæc si vere facta fuisset; causam bellorum civilium referret similiter in tantum scelus, non Laomedontis & Trojanorum, ex quibus prodiere Romani, perjurio ea damna accepta referret Virgilius, libro I. Georgicon, versu 502. *Satis jampridem sanguine fuso Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ. Remi cruor nepotibus sacer*, pro funesto & exitioso, Latinum certe non est. *Sacrum* est, quod est exsecrabile, vel detestandum, cujusmodi non fuit Remi sanguis Romanis.

8. *Ad anum libidinosam.*

7 *Sed incitat me pectus, & mammæ putres,*
Equina quales ubera.

Ne hanc Oden legerem, titulus admonebat. Incidit tamen casu oculus in turpe solœcum, *quales* pro *qualia*, ex metri necessitate admissum. Spurcior iste in libro Epodon, quam in superioribus, si tamen est idem, quod non arbitramur.

9. *Ad Mæcenatem.*

15 *Interque signa turpe militaria*
Sol aspicit conopeum.

In hac voce *conopeum*, syllabam tertiam corripit solœcizans; quæ debuit produci ex Græco κωνωπεῖον.

17 *Ad hunc frementes verterunt bis mille equos*
Galli canentes Cæsarem.

Ad hunc, pro, contra hunc, hoc est, contra Antonium, ut volunt, ambiguum est & obscurum. Nec de Antonio sermo hic ullus est. Quidam propterea emendant, *Ad hoc.*

21 *Io Triumphe, tu moraris aureos*
Currus, & intactas boves.
Io Triumphe, nec Jugurthino parem
Bello reportasti ducem.

De *Io Triumphe*, vide quæ diximus ad Oden secundam libri quarti. Dacerius ad hunc locum: *Io Triumphe, Io Triumphe; Cette repetition a beaucoup de grace.* Quidquid est in vate ineptum, id insigniter Interpres deprædicat.

25 *Neque Africano, cui super Carthaginem*
Virtus sepulcrum condidit.

Perobscurum hunc locum esse fatentur Interpretes. Vult, opinor, dicere; Africanum bellum virtute gestum fuisse, sepultumque idem, hoc est, extinctum, super Carthaginem; obruta deletaque Carthagine.

Secus

Secus intelligunt omnes alii Interpretes; ex quo ſcriptoris obſcuritas comprobatur.

27 *Terra marique victus hoſtis Punico*
Lugubre mutavit ſagum.

Et hic quoque locus valde torſit Interpretes. *Punico* pro *puniceo* poſitum cenſuerunt: deinde hic eſſe hypallagen; ſententiamque eſſe, puniceum & coccineum ſagum lugubri fuiſſe ſive nigro mutatum ab Antonio, poſtquam victum ſe ab Octavio Cæſare intellexit.

31 *Exercitatas aut petit Syrtes Noto.*

Exercitatas, pro *agitatas*, alienum prorſus verbum, metri cauſa quæſitum.

10. *In Mævium.*

1 *Mala ſoluta navis exit alite*
Ferens olentem Mævium.

Mala alite, pro *ave ſiniſtra*, dictum inepte; tum *mala* pro ſiniſtra, ut diximus ad Oden xv. libri primi: tum *alite* pro *avi.*

13 *Cum Pallas uſto vertit iram ab Ilio*
In impiam Ajacis ratem.

Ut *impiam* ſcriberet *ratem*, pro *Ajacis impii*, neceſſitas metri coëgit.

15 *O quantus inſtat navitis ſudor tuis,*
Tibique pallor luteus!

Inane epitheton, *luteus*, & ineptum.

11. *Ad Pettium.*

13 *Simul calentis inverecundus deus*
Fervidiore mero,
Arcana promorat loco.

At e contrario, libro 1. Ode XXVII. *verecundumque Bacchum* appellat. *Arcana promovere loco*, pro *arcana prodere*, barbarum & ex metri neceſſitate ſcriptum inepte eſt. Vincit in hoc libro vates impuritatem ſuperiorum, ut jam monuimus; nec videtur idem, qui libros quatuor Carminum condidit. Inverecundum oportet eſſe, qui Oden hanc XI. & XII. XIV. ac XV. ſerio ac dedita opera legat: Et has Dacerius tamen mirifice deprædicat.

13. *Ad amicum.*

1 *Horrida tempeſtas cælum contraxit, & imbres*
Niveſque deducunt Jovem. . . .

Frigus deſcribere videtur; & frigida oratio eſt, *deducere Jovem*, in terram trahere aërem, pro eo quod eſt, imbres nivesque ex aëre decidere. Spectavit iſte, ſed non feliciter expreſſit illud Virgilii, Egloga VII. verſu 60. *Juppiter & læto deſcendet plurimus imbri.*

7 *Cetera mitte loqui:* DEUS *hæc fortaſſe benigna*
Reducet in ſedem vice.

Deus, ſic abſolute poſitum nomen, ex Chriſtianæ religionis ſenſu eſt: niſi pro Fato ſit, ut apud Horatium libro 1. epiſt. XI. verſu 22. *Tu quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Grata ſume manu.* Ut & Jupiter fatum eſt, epiſt. XII. verſu 3. *Reducere in ſedem*, pro, reſtituere in priſtinum ſtatum; dictum eſt audacter; vereor ut Latine.

16. *Ad Populum Romanum.*

8 *Parentibusque abominatus Annibal.*

Abominatus paſſive, dictum audacter, neque a quoquam alio.

13 *Quæque carent ventis & ſolibus, oſſa Quirini*
(Nefas videre) diſſipabit inſolens.

Nefas videre, inanis interjectio, metri neceſſitate addita.

38 *Inominata perprimat cubilia.*

Inominata, pro *male ominata*, verbum factitium metri cauſa: Similiter *perprimat*. Neutrum alius quisquam uſurpat, quod ſciam. Et tamen Dacerius: *Perprimat: Ce mot eſt extremement propre, & marque fort bien la peſanteur de ces gens dont il parle. Scaliger n'a pas eu raiſon d'aſſurer, que les oreilles delicates ne le pouvoient ſouffrir.*

41 *Nos manet Oceanus circumvagus: arva, beata*
Petamus arva, divites & inſulas.

Circumvagus, factitia vox; in libro De Arte Poëtica rurſum occurrit, non alibi. *Arva* bis poſitum, metri neceſſitate; pueriliter eſt. *Divites inſulas*, pro *inſulas Fortunatas* dici imperite & audacter, jam monuimus ad lib. IV. Ode VIII. ſed ibi fortaſſe magis imperite pro campis Elyſiis.

59 *Non huc Sidonii torſerunt cornua nautæ.*

Vates imperitus; quoniam legit in Æneïde, libro tertio, verſu 549. *Cornua velatarum obvertimus antennarum:* arbitratus eſt fas eſſe *cornua* abſolute ponere pro navibus.

17. *Ad Canidiam.*

8 *Morit nepotem Telephus Nereïum.*

Nerei filia Thetis, hæc mater Achillis. Ergo nepos Nerei Achilles. O ſtultum conſequens! ortum ex eo ſcilicet, quod neſciit vates ævi ſequioris, quid ſit apud Homerum *Thetis*, & quid ſit *nepos.*

15 *Setoſa duris exuere pellibus*
Laborioſi remiges Ulyſſei
Volente Circe membra, tunc mens & ſonus
Relatus, atque notus in vultus honor.

At Homero teſte, mentem non amiſerant. *Relatus* pro *redditus*, vel *reſtitutus*, metro datum eſt, barbare,

29 *Caputque Marſa diſſilire nœnia.*

Pro *Marſica*, ut jam ſuperius.

VI. IN CARMEN SÆCULARE.

9 *Alme Sol, curru nitido diem qui*
Promis, & celas. . .

PRonomine relativo, *qui*, inepte verſus finitur, æque Latine quam Gallice. Idem vitium adnotavimus, libro III. Ode IX.

15 *Sive tu Lucina probes vocari,*
Seu Genitalis.

Nomen acceptum ex nummis Criſpinæ Commodi, inſcripto DIS GENITALIBUS. Alioqui *genitalia* etiam *ſemina* dixit Virgilius: Plinius, *genitales cauſas e ſublimi*, *rorem genitalem*, *horam genitalem*, &c.

21 *Certus undenos decies per annos*
Orbis ut cantus referatque ludos.

At ludos ſæculares neglectos haud dubie ob motus civiles anno Urbis DCC. Auguſtus Cæſar edidit anno DCCXXXVII. Claudius Cæſar poſtea legitimo tempore, anno DCCC. Antonius Auguſtus Pius anno DCCCCI. quo & primos ſuos decennales edidit. Philippus denique Imperator anno milleſimo Urbis, quo & MILLIARIUM SÆCULUM (ſic enim appellant nummi) clauſit. Quo vel uno verbo definitur, ſæcula apud Romanos, cum de ludis præſertim ageretur, centenaria tantum fuiſſe. Sed metrum coëgit vatem mentiri: cui cum particula *ut* in poſteriore verſu neceſſaria eſſet, ideirco in priore, pro *ut denos* ſcripſit *undenos*, ne bis *ut* ſcriberet. Quorſum autem in verſibus Sibyllinis & in Romana hiſtoria, ante tempora, quibus nummi cudi cœperunt, confictus ſit mos huic contrarius, non vacat nunc excutere. *Certus orbis*, pro certo annorum numero, obſcura & barbara oratio eſt.

37 *Roma ſi veſtrum eſt opus, Iliæque*
Litus Etruſcum tenuere turmæ,
Juſſa pars mutare lares & urbem
Sospite curſu:
Cui per ardentem ſine fraude Trojam
Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes
Liberum munivit iter. . .

Fictum iter Æneæ in Italiam poſt captam Trojam, ut ad Virgilium diximus, & in Apologia Homeri. *Sine fraude*, ſatis inepte dictum, pro, nullo ex flamma Trojana accepto damno, ut libro 2. Carminum, Ode XIX. Eumdem enim arbitramur eſſe Carminum & Carminis ſæcularis opificem. *Caſtus Æneas*, pro *pius*, vel *religioſus*, non debet Latine peritis placere: nec forte *ſoſpite curſu*.

47 *Romulæ genti date remque prolemque,*
Et decus omne.

Romulæ, pro *Romuleæ*, ut libro IV. Carm. Ode V.

50 *Clarus Anchiſæ Venerisque ſanguis.*

Auguſtus Cæſar ex Anchiſæ quidem ſanguine ortus recte dicitur: ex ſanguine Veneris, ineptiſſime.

53 *Jam mari terraque manus potentes*
Medus Albanasque timet ſecures:
Jam Scythæ reſponſa petunt, ſuperbi
Nuper & Indi.

Ficta hic omnia: nec Medus enim, nec Scythæ, nec Indi, Auguſtum timuerunt. Deceptus eſt iſſe fortaſſis eo Virgilii loco, ubi Auguſtum compellans ita canit, libro 2. Georg. verſu 171. *Qui nunc extremis Aſiæ jam victor ab oris, Imbellem avertis Romanis arcibus Indum:* nimirum eum, qui in Parthorum exercitu militabat. Inde orta fabula de Indorum legatione ad Auguſtum.

IN LIBRUM DE ARTE POETICA ANIMADVERSIONES.

ALterius vatis iſtud eſſe opus de Arte Poëtica arbitramur, quam ſunt libri Carminum, vel Epodon: ita ut, niſi me mea fallit conjectatio, non unum jam Horatium habeamus, ſed omnino quatuor: primum antiquiſſimum & genuinum, qui Sermones ſcripſit, & Epiſtolas: tres reliquos, recentes ac ſuppoſititios, quamvis ejusdem ævi. Unum, qui Carmina ſcripſerit: alterum, qui librum Epodon: tertium, qui de Arte Poëtica ad Piſones.

IN ALIQUOT LOCA ANIMADVERSIONES.

Verſu 40. *Cui lecta potenter erit res.*

ET *potenter*, pro, ſecundum vires; & *res* pro argumento, dicitur inepte. *Potenter*, *puiſſamment*, Gallicismus eſt.

43 *Jam nunc debentia dici Pleraque differat.*

Barbare, *debentia*, pro, *quæ deberent*.

53 *Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.*

Ficta vox *cinctutis*, pro *cinctis*, ſolius metri neceſſitate ſic producta; a nemine alio, quod ſciam uſurpata.

55 *Virgilio Varioque.*

Nomina accepta ex libro 1. Satyra 5. verſu 40. *Plotius & Varius Sinueſſæ, Virgiliusque.*

65 *Regis opus, ſterilisve diu palus, aptaque remis.*

Palus, ultima brevi, ſolœcum eſt.

94 *Iratusque Chremes tumido delitigat ore.*

Delitigat, fictum verbum metri cauſa.

141 *Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Trojæ,*
Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.

Expressum illud est ab inferioris venæ vate, ex illo Horatii longe sublimius canentis, libro 1. epist. 2. versu 18. *Utile proposuit nobis exemplar Ulysses, Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes Et mores hominum inspexit, latumque per æquor Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.*

174 *Censor, castigatorque minorum,*

Pro *juniorum*, Latinum non est, aut ævi certe sequioris est. Horatius aliter eo verbo usus est, libro 2. epist. 1. cum dixit, *Virtute & honore minores.*

246 *Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam.*

Juvenari, pro juveniliter lascivire, verbum metro poscente factitium est.

291 *Vos o*
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit.

Quia Calpus, inquit Scholiastes, ut vocant, *filius est Numæ Pompilii, a quo Calpurnii Pisones traxerunt nomen.* Fictum commentum occasione nummi veteris, inscripti ex una parte, MAGN. PROCOS. cum prora navis, ex altera, CN. PISO PROQ. cum capite cincto diademate, in quo scriptum est, NUMA. Hinc cohors recens stulte arbitrata est, Pisonis genus ibi exhiberi, deductumque dici a rege Numa Pompilio. Propterea finxit primo Calpum Numæ filium. Deinde Calpurniæ gentis Pisones fuisse: denique a Calpo Calpurnius nomen & genus traxisse: quorum primum ac postremum fabulosum; prorsus incertum alterum. Falsum autem omnino id quod his confingendis fabulis locum dedit: nempe Pisonis genus in eo nummo repræsentari: cum Pompeii Magni tantummodo ex Numa Pompilio ortus commendetur, ut jam olim ostendimus.

301 *O ego lævus*
Qui purgor bilem sub verni temporis horam.

Sive *purgor* legas cum libris omnibus, sive cum Lambino emendes *purgo*, solœcum est, vel Gallicismus. Neque enim homo purgat, sed medicamenta purgant bilem.

323 *Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo*
Musa loqui.

Os rotundum dictum inepte: quamvis Horatius egregie, libro 2. Satyra VII. *Totus teres atque rotundus.*

359 *Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.*

Pro *quandocumque*, solœcum est, metro cogente admissum.

361 *Ut pictura poësis erit: quæ, si propius stes,*
Te capiat magis, & quædam, si longius abstes.

Verbum factitium, alibi inauditum, *abstare.*

373 *Mediocribus esse Poëtis*
Non homines, non dii, non concessere columnæ.

Parisiis credas scriptum poëma; ubi in Aula Palatii quæ dicitur, columnæ sunt: quibus tabernæ sunt librariæ applicitæ: *Au 3. ou 4. pillier de la grande salle du Palais.* Sed & Romæ fuere, non columnæ tamen, sed pilæ, quibus adhærerent tabernæ tenuiorum bibliopolarum, teste Horatio, libro 1. Satyra IV. versu 71. *Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.*

441 *Et male tornatos incudi reddere versus.*

Gallicismus, *des vers mal tournez. Tornandi* verbum optimum ac Plinianum est, pro eo quod est, torno polire. Sed *male tornatus*, de versu dictum in primis, Gallicismus est.

Plautum iste mirifice deprimit, versu 270.

At nostri proavi Plautinos & numeros &
Laudavere sales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati; si modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

At verus Horatius in epistola 1. libri 2. quæ est ad Augustum, versu 58. Plautum eximie laudat, atque inter nominatissimos poëtas appellat. *Ambigitur quoties*, inquit, *uter utro sit prior; Aufert Pacuvius docti famam senis? Accius alti. Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.* PLAUTUS *ad exemplar sicuti properare Epicharmi. Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte. Hos ediscit, & hos arcte stipata theatro spectat Roma potens: habet hos numeratque* POETAS AD NOSTRUM TEMPUS, *Livi scriptoris ab ævo.* Ergo *ad* suum usque *tempus*, & sua ipsius ætate fatetur Horatius in honore & gratia Plautum fuisse; nec tantum apud proavos, ut pseudo-Horatius iste mentitur. Rursum in ea ipsa epistola Horatius, versu 269. *Sed habet Comœdia tanto Plus oneris, quanto veniæ minus: aspice,* PLAUTUS QUO PACTO *partes tutetur amantis ephebi, Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi.* Plautum non ipse tantum miratur, nec *nimium patienter* certe, nec *stulte*: sed & apud omnes optat esse in admiratione. Non est igitur idem Epistolarum & libri De Arte Poëtica opifex.

Tametsi autem distat plurimum hoc opus a vena ingenioque Horatii, tamen longe superat diligentia & dicendi facultate scriptores Carminum & Epodon: aut si scripsisse idem Carmina existimandus est, hic vicit seipsum.

FINIS.

NUMIS-

NUMISMATA

SÆCULI THEODOSIANI.

SI quidem loqui accurate volumus, titulus eſt ipſe ſtatim hujus voluminis emendandus: utinam vero nihil præter titulum! Sed ipſe, inquam, videtur eſſe titulus refingendus; quandoquidem neque ſæculum iſtud eſt, quod pars hæc operis prima complectitur; neque Theodoſianum illud magis, quam alterius Auguſti nomine privatim appellandum vere fuit. At cum ex uſu nunc recepto apud ipſos etiam viros eruditos titulum exprimi a nobis oportuerit, ſic ſane oportuit uti poſuimus; quoniam inter Auguſtos, quorum hic numismata exhibemus, totoque ſuo ſæculo, celebratiſſimus unus vulgo fuiſſe Theodoſius exiſtimatur. De numismatum igitur hujus ſæculi Theodoſiani ordine inter ſe ac genuino ſenſu ut dicamus appoſite, de forma Romani regiminis ſub Cæſaribus & Auguſtis præmitti nonnullas obſervationes oportet, quæ ſequuntur.

Quamdiu floruit Romanum Imperium, uni tantum Auguſto commiſit Senatus rerum bellicarum ac civilium in provinciis adminiſtrationem; qui ob illas *Imperator*, ob iſtas appellaretur *Auguſtus*. Adjungebat eidem Auguſto interdum e liberis, vel alia conſanguinitate conjunctis, aliquem, ſub titulo Principis Juventutis, cum ſpe futuræ ſucceſſionis, ſi tanta quidem eſſent patris in Rempublicam merita, ut tanta eſſent compenſanda mercede. Perturbatis autem temporibus, partiendæ in plures Auguſtos, quamquam eſſent omnes e gente Cæſarum ſeligendi, provinciæ Romani imperii fuere: nunc quidem velut in Triumviros; quales fuere, Otho, Galba, Vitellius: nunc in plures, cujusmodi fuere, Pertinax, Peſcennius Niger, aliique; donec pacata Republica rurſum adminiſtratio totius Imperii revocaretur ad unum. Duravit hæc ratio usque ad Gallieni fere tempora; cum irrumpentibus in Gallias Germanis, aliiſve populis, plures conſtituendi in diverſis Galliarum partibus Auguſti fuere; qui eſſent vel annui, vel triennales, vel plurium annorum, pro eo ac viſum eſſet Senatui, Magiſtratus: uno interim Auguſto primario ac ſummo Imperatore pluribus continuis annis in univerſum Imperium ſolicitudinem curamque proferente. Hi ſunt minores ac veluti ſecundarii ordinis Auguſti, quos hiſtoriæ Romanæ artifices fecere & appellavere Tyrannos.

Pacatis deinde rebus, duo tantum conſtituti ſunt primarii Imperatores & Auguſti, Diocletianus & Maximianus; quibus ſtatim adjuncti ſunt velut adjutores, & Principes Juventutis, Cæſares duo, cum ſpe futuræ ſucceſſionis poſt annos viginti, quibus in magiſtratu exactis, abdicare priores Auguſti cogebantur. Neque enim hactenus cuiquam Auguſto Senatus commiſerat regendum Imperium ultra illud viginti annorum ſpatium.

Poſtea bini ternive ſemper Auguſti fuere, ut in Sæculo Conſtantiniano vidimus; donec amiſſa parte Pannoniæ aliqua ſub Joviano; Germanisque præſertim & Helvetis in Galliam Treverenſem ac Lugdunenſem irrumpentibus, forte & Aquitanis Hiſpanisque in Narbonenſem; diſtribui oportuit in octo vel plures tractus ſeu ditiones, quidquid adhuc in ea Galliarum parte, & in Croatia, Romano ſuberat Imperio; totidemque illis regendis tutandisque Auguſtos præfici, vel Imperatores.

Nam ab ætate Diocletiani præſertim, plures ſimul fuiſſe Auguſtos, nummi teſtantur inſcripti, VICTORIA AUGG. & AUGGG. & AUGGGG. iſtud, inquam, ex prima nummorum contemplatione conſtat. Nec minus extra controverſiam eſſe oportet, eos ſimul fuiſſe Auguſtos, quorum nummi ſunt, ſi nomen exceperis, indiſcretæ propemodum ſimilitudinis: hoc eſt, quorum nummi & materiam eamdem & eamdem inſcriptionem, & eosdem titulos, & eadem veſtitus inſignia, & eadem ſymbola ſive argumenta depicta in area, & eumdem fabricæ locum, & eadem vota, vel annos eosdem præ ſe ferunt. Nullum eſſe poteſt profecto argumentum certius geſti ſimul ab his quorum hi nummi ſimiles ſunt, principatus.

Cum enim Imperium Romanum in ſuo occaſu, extra Italiam Siciliamque, iiſdem finibus atque Gallia Narbonenſis, Lugdunenſis, ac Treverenſis, clauderetur; aliquando etiam Siſcienſi vel Sirmienſi præterea præfectura; ſi quam Auguſtus aliquis, hoc eſt, unius Provinciæ gubernator, vel Imperator in Exercitu, victoriam de hoſte reportaret, id conjunctis animis viribuſque faciebat cum Auguſtis ceteris; atque eam ob rem tunc omnium Auguſtorum honori numiſmata eodem typo cudebant omnes provinciæ aut civitates, tamquam affectæ communiter beneficio eo ab omnibus ſimul Auguſtis; redundante ſcilicet ejus Victoriæ fructu in bonum Imperii totius, Galliarum præſertim, commune.

Dici certe non poteſt unus ex hiſce nummis quos ſimul conjungimus, eodem tempore percuſſus, quo alius quispiam ex illis, quin omnes illi eodem tempore cuſi fuiſſe dicantur: tanta eſt & tam indiscreta eorum ſimilitudo inter ſe. Cudebatur ſcilicet a Præfecto Monetæ Auguſtalis Viennæ, ut fidem facit Mauricii Aug. nummus de ævo ſuo typus & forma nummi. Officinæ autem talibus nummis cudendis ibi fuere duæ vel tres. Ab his petebant ſuo nomine reliquæ civitates numiſmata percuti: Mediomatrici, Treveri, Remi, Lugdunum, Arelate, Aquæ-Sextiæ, Siſcienſes, Sirmienſes, alii. Hinc tanta fabricæ ſimilitudo in nummis eſt, qui diverſa illa oppidorum nomina habent, ut ex una omnino officina prodiiſſe omnes non poſſis negare.

Itaque Juliano & Joviano e provincia & exercitu revocatis in Urbem, ſuffecti ſunt Auguſti duodecim omnino, in ſuo quisque, ut diximus, Galliarum tractu, a Treveris & ultra, usque ad Arelate, & inde Narbonem; & in Siſcienſi demum Croatiæ tractu. Ut olim in Francia Mareſcallus unicus, poſtea duo, deinde & plures a Regibus ſunt conſtituti; ſic olim a Senatu primum unicus Imperator deinde plures ſimul ſunt deſignati: Auguſti vero tot, cum Imperium laberetur, quot vel provinciæ in Gallia Narbonenſi, Lugdunenſi, ac Treverenſi, vel inſigniores civitates; vel quot in Exercitu Romanorum diviſæ legiones. His numismata cudebantur in provinciis ſolummodo, extra Italiam.

Ex his nonnulli annui ſolum fuere Auguſti, vel annorum paucorum ii, quos circa tempora Gallieni finxere tyrannos fuiſſe. Hoc vero præſertim Theodoſiano ſæculo, annui quidam vel triennales tantum,

quinquennales alii, aut annorum plurium. Annuos fuiſſe aliquos vel triennales tantum, nempe eos quorum hic nomina ſtatim ſubjicimus, nobis probabili ſaltem argumento eſt, quod ii nnulla habent vota, ne quinquennalia quidem, nullos Conſulatus, nullos principatus annos in nummis conſignatos.

Auguſti annui, vel triennales tantum.

Johannes.
Fl. Victor.
Eugenius.
Conſtantinus Victoris F.
Priſcus Attalus
Jovinus. Nam in nummo Joviani legiſſe Jovinum ex errore Occo videtur.
Sebaſtianus.
Petronius Maximus.
Libius Severus.
Olybius.
Glycerius
Romulus Auguſtus.

Auguſti quinquennales, aliique.

Quinquennales appello eos, quibus vel VOTA V. tantum oblata fuere; vel ſexto tantum ineunte anno, pro forma fortaſſis, oblata ſunt etiam VOT. X. MULT. XV. vel XX. nec tamen ſuſcepta, vel ſoluta. Primi generis Procopius eſt, & Vecunius. Poſterioris, Arcadius.

Decennales dicimus eos, quos conſtat ex nummis, decem annos tenuiſſe principatum, quoniam anno XI. ineunte ſuſcepere VOT. XV. MULT. XX. Hi ſunt Valens, & Valentinianus.

Quindecennales appellamus eos, quos conſtat annos XV. tenuiſſe principatum; ſiquidem anno XVI. ineunte acclamatum eis eſt, VOT. XX. MULT. XXX. Sunt hi; Theodoſius, Gratianus, Eudocia, Galla Placidia.

Vicennales denique ſunto ii, quos conſtat ex nummis principatum tenuiſſe annis XX. quoniam anno XXI. ineunte ſuſcepere VOT. XXX. MULT. XXXX. Tres tantum hujusmodi reperimus; qui ſunt hi nimirum: Theodoſius, Honorius, Pla. Valentinianus; ac niſi fallitur Occo, etiam Valens.

His adjungi oportet eos, quibus interminatum a Senatu tempus imperii fuit, quique propterea *perpetui Auguſti* appellantur in nummis. Hi ſunt omnino ſex: Avitus, Leo, Anthemius, Zeno, Baſiliscus, Anaſtaſius Quibus adde, ſi lubet, Majorianum, cujus nummis inſcribitur præter ſolitum, VOTIS MULTIS.

Nam hæc duo certe de tempore principatus unicuique Imperatori conſtituto ex nummorum contemplatione certiſſime colliguntur. 1. Numquam Imperium cuiquam prorogatum fuiſſe ad annos amplius viginti; excepto Conſtantio Auguſto fratre Conſtantis; qui ad annos XXXV. tenuit principatum; ſed tamen etiam ipſe decem tantum omnino ſolus poſt fratrem, nec in eadem forte provincia Galliæ: deinde cum Juliano adhuc decem: excepto & Conſtantino fratre Heraclii, noviſſimo Auguſtorum in orbe Latino, qui annis XXIX. imperitavit, quamquam nec ipſe ſolus viginti, & in occaſu Reipublicæ fuit. 2. Numquam a patre principatus tranſiit ad nepotem; ſed poſt patrem & filium, ſi quidem ſucceſſit patri filius, tranſlatum imperium eſt ad agnatos.

De Auguſti autem ac Cæſaris nomine certiſſimum illud eſt quod alibi demonſtratum eſt, *Auguſtus* nomen eſſe familiæ, nomen & dignitatis: nomen familiæ tantum in feminis: dignitatis tantum ac poteſtatis in viris, ob familiæ tamen ſuæ jus hereditarium a Julia Auguſti filia: unde reperias in nummis, *Semper Auguſtus*, *Perpetuus Auguſtus*, *Auguſtus noſter*. At *Cæſar* nomen dumtaxat familiæ ubique eſt, ut *Condæus* in gente Borbonia.

In pervetuſtis parietibus Aulæ Lateranenſis, diverſis in locis recondita numismata ex auro puriſſimo obryzo, inventa fuiſſe teſtatur Sixtus V. in Bulla, quæ incipit, *Laudemus viros glorioſos*, anno 1587. Kal. Decembr. & Indulgentias elargitus eſt ea geſtantibus, vel Eccleſias viſitantibus, in quibus ea aſſervarentur. Ea fuerunt, ut ait, *Auguſtorum Imperatorum, nimirum Theodoſii ſenioris, duorum filiorum ejus Arcadii & Honorii, nec non Theodoſii junioris, Valentiniani tertii, Marciani, Leonis, Juſtini, Juſtiniani, Tiberii, Mauricii, Phocæ, & Heraclii.* Primarii videlicet hi Auguſti fuere: ceteri qui a Theodoſio usque ad Heraclium fuerunt, vel minus principales, vel minus digni viſi ſunt Sixto v. pari cum ceteris commendatione. *Aula Lateranenſis* in hoc diplomate Pontificio appellatur Palatium Lateranenſe. Nomen illud habet a lateraria, quæ ibi fuit olim; quemadmodum Pariſiis Regia Domus a loco ſimili appellatur, *le Palais des Tuileries*, eo quod ibi lateres olim ad imbrices & tegulas coquebantur; Latine idcirco & iſtud haud male dixeris, Palatium Lateranenſe. Nam appellatam eſſe ædem S. Joannis in Laterano a neſcio quo Plautio Laterano Conſule deſignato, ut aiunt, tam mihi videtur abſurdum, quam dici ædem S. Joannis in Conſtantino, pro eo quod eſt in fundo Conſtantini. Lateraria fuit olim altera Pariſiis, ubi nunc ædes eſt appellata ſimiliter ex ea re S. Joannis in Laterano: *S. Jean de Latran:* ubi nunc eſt alia etiamnum lateraria extra portam S. Antonii. Datum fuiſſe arbitramur a Fl. Jul. Conſtantino Patre AUGG. ſummis Pontificibus illud terræ ſolum, quod Palatium iſtud Pontificium cum platea & Baſilica Lateranenſis occupat. Datum eſt autem, ut in eo ſolo tum Eccleſiam S. Joannis in primis, tum Palatium Pontificale exſtruerent. Et hæc prima certe Eccleſia eſt, quam intra Urbis mœnia Chriſtiani habuere. Id quod etiam appoſita Ædi ſacræ multo poſtea ſuperſcriptio docet: *Sacroſancta Eccleſia Lateranenſis omnium Eccleſiarum Mater & Caput.* Eam ob rem in parietibus, dum exſtrueretur poſtea Domus Summorum Pontificum, injecta ſunt numismata Imperatorum, qui ſua munificientia ædificationem eam promoverunt, per annos circiter LX. Nam ſub Theodoſio & Honorio cœpta eſſe exſtrui ædificia, quæ nunc aula Lateranenſis includit, ſub Mauricio, Phoca, & Heraclio eadem eſſe abſoluta, hoc eſt, intra ſpatium annorum ex noſtra Chronologia circiter LXX. reconditi in parietibus nummi iſti teſtantur; ſi tamen in Diplomate Sixti v. omnes recenſentur.

Ad rationem autem temporis ſtatuendam, quo Auguſtus quisque tenuit principatum, numismata illa hoc ſæculo Theodoſiano ſubſerviunt, ut diximus, in quibus VOTA X. aut XX. & ſimilia, conſcribuntur. Neque enim alios habent ea numismata notatos annos. Cum autem Chronologiam ſæculi Conſtantiniani texeremus ex nummis, annos a Diocletiani primo ad Juliani Aug. ſupremum ex eorumdem nummorum contemplatione ac ſerie elicuimus CXII. expletos: nec tamen tunc temporis in quem annum Chriſti incurreret annus ille Diocletiani primus, definivimus; quoniam priorum temporum Chronologiam ad eosdem nummos nondum exegiſſemus. Poſtea repertum a nobis eſt, veterum nummorum teſtimonio recte ac certiſſime conſtitui primum annum Diocletiani anno Chriſti 288. in Natali Urbis. A quo quidem anno ſi numerentur ac duodecim ſupradicti ſæculi Conſtantiniani, fient omnino CCCXCIX. Unde conſequitur, ſecundum hujus ſæculi Theodoſiani, quod nunc teximus, annum eſſe, Conſtantiniani quidem, quale deſcripſimus, ſæculi, CXIV. *novi* autem Chriſtiani *ſæculi* primum: quo anno ineunte nimirum GLORIA NOVI SAECULI a Chriſtianis Galliæ Narbonenſis appellatus eſt Gratianus Aug. anno ipſius primo currente usque ad diem Natalem Urbis. Et illa quidem trium Chronologiæ ex nummis reformatæ partium conſenſio, minime quæſita, non inventa certe

certe; ſed tamen reperta; facit, opinor, ut non improbabilis hæc ratio temporum, ſaltem usque ad Gratianum, videri debeat hominibus eruditis.

Singulari certe ſupremi Numinis providentia factum fuiſſe arbitramur, ut tam multa (ſunt enim a Julio Cæſare uſque ad Heraclium & Filepicum quindecies millena:) tam certa, tam perſpicua, tamque neceſſaria ad labefactandas fabulas, quæ ſunt ad evertendam ſacroſanctam Chriſtianam Religionem confictæ, monumenta ſint adſervata, & ad nos usque perducta, ut ea cum fabuloſis annalibus conferremus, detectaque fraude ac mendacio multiplici in hiſtoria, nihilo minus mendaces eſſe in reliquis ſuſpicemur eos qui hanc confinxerunt.

STEMMA

inſigniorum quorumdam Auguſtorum ſæculi hujus Theodoſiani.

Cum triplex fuerit, ut oſtendimus in Numismatis ſæculi Conſtantiniani, familia Conſtantinorum; Flavia; Julia, Flavia Valeria Maxima, & Flavia Claudia; quod primum hoc loco quæri a legentibus merito poteſt, quinam ex qua familia prodierint Auguſti quidam ex his prognati, (nam de omnibus ſtatuere difficile eſt:) ſubſequens tabella, & ſubjectæ obſervationes edocebunt.

1. *Fl. Val. Maximi.*

Flavius P. F. ex patre *Flavius*, ex matre *Pius Felix*. Conjux, filia Maximini Aug. qui FILIUS AUGG. Unde liberi cognominati ſunt Maximi; a patre vero Flavii, & maſculi quidem etiam Conſtantini, vel Conſtantes priore cognomine.

CONSTANTINUS MAX.	CONSTANS MAX.	FL. MAX. THEODORA.	FL. MAX. HELENA.	FL. MAX. FAUSTA.
			conjux Fl. Jul. Conſtantini, qui PT. AUG.	
N. mater VALENTIS MAX. AUG.			N. mater MAG. MAXIMI AUG.	

Conſtantini Max. liberi nulli apparent in nummis, & ei ſuffectos fuiſſe ſtatim Conſtantem & Conſtantium e familia Fl. Julia, & Fl. Julii Conſtantii generum Fl. Claud. Julianum, docent iidem. Poſtea revocati ex gente Fl. Max. ſed materno genere, Valens, & Maximus: e Claudia, Victor, & Gratianus: e Julia fortaſſis ceteri. Nam e gente Fl. Julia prodiiſſe arbitramur Principes illos, qui nullo indicio probabili ad Fl. Claudiam, vel ad Fl. Maximam poſſunt referri, quique ſolo Pii Felicis titulo exornantur.

De Eugenio & Joanne unde genus ducant, niſi quod alterutro ex parente ſunt Pii Felices, difficile eſt certo ſtatuere. Cum ſit autem Græcum nomen *Eugenius*, non inanis eſt conjectatio, ex gente & ab avia Græca ortum duxiſſe: Græcam uxorem cum duxiſſet Julius Marius, & eadem gente oriundus, unde fuit T. Julius Marius Pacatianus P. F. AUG. ex qua uxore *Eugenius* ipſe ſit cognominatus; cujus hic EUGENIUS P. F. AUG. fuerit abnepos. Nam in antiquo numismate ex ære mediocris moduli, in gaza Regia, quod Severo Alexandro Principe cuſum eſt, ſic legitur: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΙΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC CЄΒ. capite laureato..)(. ΕΠ. ΙΟΥΛ. ΜΑΡ. ΕΥΓ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΑΙΓΕΩΝ. HOC *Sub Julio Mario Eugenio Neocoro.* Nummus *Ægenſium*, in Cilicia: anno CCLXXVIII. Ciſta in arca pingitur, unde ſerpens exſilis inter faces duas. In Græco ſive Ε'υγενῆς legas, ſive Ε'υγένιε, quin Latina forma dicendus fuerit Eugenius, nemo prudens dubitabit. MAP. certe pro Μάρκος numquam ſcribitur, ſed pro Μαρίος: ut MAR. in Pacatiani numismate: & vero poſt Julii nomen Marci pronomen adjici, perabſurdum foret.

Nomina certe Auguſtorum omnia, quotquot in nummis leguntur, vel ſunt a paterna, vel a materna gente, vel ab utroque parente, vel ab altero tantum, vel denique ab uxore. Nam id de omnibus hactenus in hiſtoria Auguſta liquido, ut remur, demonſtravimus. Itaque quemadmodum *Eugenius* ab avia aut ulteriore progenitrice eſt ac nomen habet; ſic etiam *Johannes* ex matre eſt nominatus, idem *Pius Felix* ex patre, cujuscumque iſte familiæ fuerit, Juliæ, Claudiæve: nam id omnino latet. Fuit igitur, ut nobis quidem plane videtur, *Johannes Aug.* ex matre, genere quidem Judæa, ſed religione Chriſtiana; patre Chriſtiano certe, cum ſit ipſe, ut nummi ejusdem clamant, Chriſtianus. Cur autem Judæam fuiſſe matrem dici oporteat, argumento illud eſt, quod neque Romanæ, neque Græcæ gentis nomen illud eſt, & ab alterutro tamen parente datum eſſe illud oportet: & *Johannes* ſcribitur Hebræo more; quod ſi ex Græco Ἰωάννης derivaretur, *Joannes* ſcriberetur ſine afflatu. Hanc Hebræam ſcripturam ſecuti Principes Chriſtiani in nummis ſuis & ſigillis ſunt imitati. Judæi igitur alicujus prædivitis, ſed Chriſtiani filiam duxit Johannis Aug. pater uxorem, Johannis filiam; & ipſam exinde Johannam appellatam; unde JOHANNES AUG. eſt nominatus: quo fere modo Johannes Rex Francorum de matris Johannæ Burgundæ prænomine nomen accepit; cum eſſent propria Domus Regiæ, Ludovici, & Philippi, & Caroli nomina. Ut ut eſt, id certe quod diximus primo loco, id ex nummis compertiſſimum eſt; nomen ſcilicet *Johannis* nonniſi ex matre; *Eugenii* vero, nonniſi ex matre, aut avia, aut ulteriore progenitrice, eſſe potuiſſe.

2. *Flavii Julii.*

CONSTANTIUS AUG.

CONSTANTINUS AUG. FIL. AUGG.

CONSTANTINUS PT. AUGG.	FL. JUL. HELENA conjux Conſtantini Max.

FL. JUL. CONSTANTIUS IMP. AUG.		FL. JUL. CONSTANS AUG.	Hujus ſorores,
Julia, conjux JULIANI AUG.	N mater Valentiniani Aug.	N mater Honorii Aug.	N mater Arcadii Aug.	N mater Theodoſii Aug.

3 *Flavii Claudii.*

CONSTANTINUS Rector Urbis Lugdunenſis.

CONSTANTINUS IMP. P. F. AUG.

FL. CL. CONSTANTINUS CÆSAR. Hujus nepos, ex filio, & filii conjuge Flavia.	FL. CL. CONSTANTIUS CÆSAR.	FL. CL. JULIANUS AUG.	Navia Gratiani Aug.

FL. VICTOR AUG.

FL. CL. CONSTANTINUS AUG. — CONSTANS AUG.

JUSTINIANUS AUG.

TIBERIUS CONSTANTINUS AUG. — JUSTINIANUS AUG.

TIBERIUS AUG.

4. *Joviani & Jovini Augg. ſtemmata.*

JOVIUS LICINIUS P. F. AUG.

JOVIUS LICINIUS NOB. CÆSAR. Hujus neptis.	Jovia Pia Felix, Licinii Cæſaris filia: hæc marito nomen dedit Joviani, cujus eſt gens ignota.

LICINIA EUDOXIA P. F. AUG.	JOVIANUS P. F. AUG.
	JOVIUS P. F. AUG.

A Jovia Pia Felice, nepte Licinii Aug. Pii Felicis nomen accepit, ob matrimonium vir nobilis, ſed gentis nunc nobis ignotæ *Jovianus*: quemadmodum a Domitia uxor dictus eſt Veſpaſiani filius *Domitianus*. Ex eo autem conjugio prognatus filius, etiam *Jovianus*, nepos deinde *Jovius* appellatus eſt. Sic a Maximiano filius primogenitus *Maximianus*; alter natu minor dictus eſt *Maximinus*. Sic a Valentiniano patre nomen filio fuit Valentiniani junioris.

5 *Unicum fuiſſe Theodoſium Aug.*
Ortumque ex Antonia gente videri, quæ fuit
Olim affinitate junCta cum Græca gente.

Unicum fuiſſe Theodoſium Aug. hæc nunc argumenta ſuadent. Primum quidem nullo indicio probabili, quamlibet tenui, diſtingui poſſunt in nummis duo Theodoſii: ut ipſe Du-Cangius, Vir eruditus, in Diſſert. de Numismatis inferioris ævi confitetur. Deinde ſi fuit aliquis Theodoſius junior, ut volunt hiſtorici, cur non in nummis aliquando ſcribitur THEODOSIUS JUN. quemadmodum ſcribitur ſæpiſſime VALENTINIANUS JUN? præſertim cum ſi qua ſint Theodoſii junioris numismata, inter ea quæ Theodoſii nomine inſcribuntur, conſtet ea in iisdem fuiſſe officinis percuſſa, atque Valentiniani junioris. Scimus quidem in nummis *juniorem* appellari neminem, niſi qui ſit cum alio adhuc ſuperſtite Auguſto cognominis. Sed noſtra hæc obſervatio eſt, certiſſima illa quidem; at non veterum hiſtoricorum opinio, qui Valentinianum juniorem Auguſtum negant fuiſſe, niſi poſt patris exceſſum e vita. Quod ſi tunc igitur VALENTINIANUS JUN. AUG. ſcribi in nummis potuit, debuit pari jure ac THEODOSIUS JUN. in ſuis numismatibus appellari, quæ fuere præſertim in iisdem cuſa officinis, ac numismata Valentiniani junioris. Nulla autem prorſus ſunt, in quibus THEODOSIUS JUN. vel ſemel appelletur. Theodoſius igitur geminus non fuit, ſed unicus. Vide quæ præterea dicturi ſumus §. 24.

Genus autem Theodoſii Aug. indicare mihi videtur nummus ex ære magno, qui eſt in Gaza Regia, Severo Alexandro principe percuſſus a Phocæenſibus, hoc titulo. (*Vide Tab. I. infra.*)

Sub Prætore M. Antonio Theodoſiano iterum. Nummus *Phocæenſium*. Lupus piſcem vorat. Nummi expreſſam effigiem penes nos habemus. Docet is e ſtirpe M. Antonii Pii, qui frater Antonini Aug. Pii fuit, Marcum Antonium iſtum fuiſſe; ex qua etiam poſtea fuerunt Marci Antonii Gordiani. Duxit autem M. Antonius iſte Prætor iterum Phocæenſium, vel pater ipſius, conjugem genere Græcam prædivitem, nomine Theodoſiam, unde & *Theodoſiani* cognomen cepit. Eſt enim Græcum nomen Θεοδόσιος. Et ævo iſto hunc morem viguiſſe, ut nobiles Romani matrimonia Græca inirent, teſtis eſt ipſe Alexander Aug. cui Julia Mamæa mater, Græca femina fuit; quæ genus ſuum ad Alexandrum M. referret, ut in hiſtoria Auguſta diximus. Teſtis etiam M. Antonius Gordianus Auguſtus pater. Græcum enimvero Gordiæ nomen eſt, non Romanum. Et celebratur Gordius Midæ pater, Phrygiæ rex, apud Herodotum. Fuit igitur ex eo matrimonio prognatus Theodoſianus; a quo poſteri deinde Theodoſii ſunt appellati: ut a Valeria Maxima Maximiani nomen habuere; a quibus deinde qui orti ſunt, appellati ſunt Maximi, Theodoſius autem Auguſtus *Pius Felix* a matre filia Flavii Julii Conſtantis Pii Felicis, ut videtur, nomen habuit. En igitur ſchema generis Theodoſiii Aug.

ANTONINUS AUG. PIUS. — M. Antonius Pius: cujus pronepos,

M. Antonius Theodoſianus, — a Theodoſia conjuge vel matre ſic appellatus.
Cujus abnepotis abnepos,

THEODOSIUS P. F. AUG.
Cujus abnepos,

THEODOSIUS Juſtiniani gener AUG.

6 *Nec fratres fuiſſe Honorium & Arcadium, nec Theodoſio Aug. genitos.*

Tam ſunt ea nomina, *Honorius* & *Arcadius*, nomina gentium diverſarum quam ſunt iſta, *Julius* & *Pompeius*. Nihilo igitur magis ex uno patre Arcadius & Honorius geniti poſſunt vere dici, quam Julius & Pompeius. Quod ſunt igitur iſti Pii Felices, id eos habuiſſe neceſſe eſt a matre ſua quemque, filia Fl. Julii Conſtantis, ut diximus. Quandoquidem autem & principatum obtinuiſſe eos ſimul cum Theodoſio, & ejusdem ambos ætatis cum ipſo tunc fuiſſe conſtat nummorum omnium teſtimonio, genitus Theodoſio neuter dici poteſt.

7 *Maximum Aug. materno genere*
e gente Fl. Maxima fuiſſe.

Maximi Aug. numismata ſic ſunt inſcripta: D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Hunc vulgo *Magnum* appellant, magno errore. Neque enim *Magnus* apud Romanos cognomen alterius gentis fuit, quam Pompeiæ a Pompeio Magno, a quo qui ortum duxere, *Pii* potius dici maluerunt, ab altero Pompeii Magni cognomine. Fuit enim ille MAG. PIUS. Quamobrem qui *Pius* inſcriberetur in nummis, ut hic ipſe MAXIMUS, eo ipſo eſſe MAGNUS intelligebatur. Nihil eſt autem in ſuperſcriptionibus nummorum ſuperfluum aut redundans. Itaque Vivianus, qui apud Occonem, pag. 566. deſcripſit nummum ex auro, MAGNUS MAXIMUS, non quod

in

in eo legit, exſcripſit, ſed quod ibi interpretandum cenſuit. At hic *Magnius* fuit, e gente Magnia, unde olim MAGNIA URBICA AUG. & primis Conſtantii Aug. annis, MAG. DECENTIUS CÆSAR: hoc eſt, *Magnius Decentius Cæſar*: a matre *Cæſar*, a patre *Magnius Decentius* appellatus. A matre, inquam, ſorore Conſtantini Patris Augg. duorum: quam ob cauſam in partem vocatus eſt principatus cum duobus illis Auguſtis, Fl. Jul. Conſtante, quorum erat conſobrinus. At Magnius Maximus a patre *Magnius*, a matre appellatus eſt *Maximus*: natus utique ex filia Conſtantis Max. Pii Felicis Auguſti; ac propter eos natales ipſe Pius Felix & Auguſtus. Sicut Magnius autem a matre *Maximus*, ſic a matre pariter, qui poſtea Auguſtus etiam fuit, Petronius cognominatus eſt *Maximus*. Itaque hoc ſtemma Maximi Aug. eſt.

Magnius. MAGNIA URBICA AUG.
Hujus nepotes,

Magnius. Magnius; cui uxor, Decentia.

Magnius. Magnius Decentius, Uxor, ſoror Conſtantini PT. AUGF. e familia Fl. Julia.

Magnius, cui uxor filia Conſtantis Max. P. F. Aug. — MAG. DECENTIUS CÆSAR.

MAG. MAXIMUS P. F. AUG.

In nummis Græcis cognomen *Maximus* Μάξιμος ſcribitur, non Μέγιστος: ut in nummo Hierapolitarum Phrygiæ legitur. quem Seguinus edidit, ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ.

8 *Fl. Victorem non fuiſſe Maximi Aug. filium, ſed Fl. Claud. Conſtantini Cæſaris nepotem, Conſtantini Imp. Aug. pronepotem, patrem Conſtantini Aug.*

Nummus Victoris ſic eſt inſcriptus: D. N. FL. VICTOR P. F. AUG. capite cincto gemmis, vultu annorum XL.)(. BONO REIPUBLICE NATI. Sedent togati Auguſti duo: alter major & altior, quia ſenior: junior alter, ac multo minor. Ambo orbem unum tenent, Victoria a tergo intermedia. Fl. Victor hic eſt, cum filio Conſtantino pariter Aug. Nam ex his duobus altiorem, oportet eſſe eum, qui in anteriore nummi pagina de nomine appellatur. Infra, TROB. *Treveri obtulerunt*. Aureus hic nummus eſt e Theſauro Regio, ubi illum vidimus. Eſt & in CPi Chriſtiana, pag. 56. verſu 8. Alius habet MDOB. pariter aureus apud Occonem, pag. 567. Minorem in nummis pingi ſemper cum qui filius ſit, ſi patri adjungitur, teſtes ſunt nummi non pauci. Sic in nummis Severi, in quibus Antoninus & Geta filii patri adſident.

Non eſt profecto Magni Maximi filius, Fl. Victor: cum nec paterno genere Mag. Maximus fuerit Flavius; & ætate parem Magnio Maximo Victorem omnes nummi repræſentent; & Maximi filium, quem Cæſarem tantum fuiſſe produnt Annales, Fl. Victorem Auguſtum nummi omnes prædicent, nullus tantum Cæſarem: & Fl. Victori denique filius, ſiquidem minor, in hoc nummo adſideat.

Nulli certe dubitamus, qui fuerit Fl. Victor, nepos Fl. Cl. Conſtantini Cæſaris, Conſtantini Aug. e familia Fl. Claudia pronepos. Hoc argumenta nobis ſuadent, ducta ex nummorum veterum attenta contemplatione. Primum enim, inſignis eſt illius Conſtantini Aug. ex ære maximo nummus, in Gaza Regia, & in Muſeo P. CHAMILLART, inſcriptus: VICT. CONSTANTINUS AUG. Et in averſa parte, DEBELLATORI GENTT. BARBARR. *Debellatori gentium barbararum*. Hunc nummum retulimus in ſæculo Conſtantiniano, pag. 205. & habet eumdem Erizzo. In alio item ex auro, VICTOR OMNIUM GENTIUM appellatur, in Theſauro Regio. Ex illo autem priore nummo in primis intelligimus, hoc ſibi cognomen aſſeruiſſe Imp. Conſtantinum, veluti proprium, quod & ad heredes transmitti vellet. Sic *Imperatoris* cognomen habuere olim poſteri omnes Druſi Germanici Imperatoris. Sic *Imperatores Cæſares Auguſti* fuere, qui ab Imp. Cæſare Auguſto per Imperatoris Cæſaris Auguſti filiam eſſent prognati. Habemus igitur Victorem, a quo Victor iſte, pariter cum illo Flavius, ortum duxiſſe jure credi poſſit. Habemus & quis ille Victoris hujus filius ſit, quem patri adſidentem nummus iſte exhibet: aliquis nimirum Auguſtus, qui ſuo nomine ſive avum repræſentet, ſive proavum. Ille nimirum Conſtantinus Aug. eſt quem fecere ſub Honorio tyrannum: cujus nummum exhibuimus in ſæculo Conſtantiniano, pag. 27. & 220.

Adde quod ille titulus, BONO REIPUBLICÆ NATUS, hereditarius ac proprius fuit familiæ Fl. Claudiæ Conſtantinæ. Eſt enim Imp. Conſtantini Aug. nummus ille eximius, de quo diximus in eodem ſæculo Conſtantiniano, pag. 171. & 172. inſcriptus his verbis; CONSTANTINO P. AUG. BRP. NAT. *Conſtantino Patri Auguſti, Bono Reipublicæ nato*. Ex quo intelligimus hunc titulum ipſi etiam hujus Fl. Victoris ab avo datum fuiſſe. Sed & alterum ejusdem Conſtantini Aug. numiſma affertur ibidem, in quo filius ipſi natu maximus, Flav. Claudius Conſtantinus junior pariter *Bono Reipublicæ natus* dicitur. Voluere itaque, qui hunc nummum Victoris honori cuderunt, eum intelligi eſſe ex ea familia, cujus eſſet peculiaris ille titulus, BONO REIPUBLICÆ NATUS. Ne vero etiam illud omittatur, *Reipublice* vox ſcripta per *e* in nummo Victoris Aug. admonet ſonum eumdem illis temporibus fuiſſe, ut noſtris, litterarum *æ* & *e*. Fuit igitur hoc ſtemma Fl. Victoris, ex nummis antiquis:

Conſtantinus Urbis Lugdun. Rector Perpetuus, Bono Reipublicæ natus.

IMP. C. CONSTANTINUS P. F. AUG. idem VICTOR CONSTANTINUS P. F. AUG.

FL. CL. CONSTANTINUS JUN. CÆS. BONO REIP. NATUS. Hujus nepos, — FL. CL. CONSTANTIUS CÆSAR. — FL. CL. JULIANUS AUG.

FL. VICTOR, BONO REIPUBLICE NATUS, P. F. AUG.

FL. CL. CONSTANTINUS P. F. AUG. BONO REIPUBLICE NATUS. — CONSTANS P. F. AUG.

Et pars antica igitur, & pars hujus nummi poſtica, qui nomen Fl. Victoris habet; ſive picturam utramque contempleris, quarum altera Victorem exhibet ætate parem Maximo Aug. altera filium Cæſarem Victori adſerit; ſive epigraphen utramque conſideres, uti expoſuimus; e familia Fl. Claudia Conſtantina fuiſſe Fl. victorem Aug. ſuadet. Cur autem hunc Conſtantini potius quam Conſtantii filium eſſe arbitremur, ea ſola ratio nunc impellit, quod in Conſtantini nummis, velut primogeniti, titulum hunc reperimus, *Bono Reipublicæ natus*: in Conſtantii nummis nihil tale occurrit.

Si falſis teſtibus uti juvaret, id quod diximus de titulo eo, BONO REIPUBLICÆ NATUS, gemina poſſet inſcriptione firmari, quæ eſt apud Gruterum

rum, pag. CCLXXXV. & MXXIII. in honorem Juliani Aug. qui fuit ex eadem familia Fl. Claudia. Nam & ibi eo titulo insignitur. IMP. CÆS. D. N. FL. CL JULIANO SEMP. AUG. P. M. IMP. VII. COS. III. BONO RP. NATO. PATRI PATRIÆ. PROCONS. Verum falsis testibus non egemus.

Flavii nomen Victor assumsit in nummis suis, quoniam esset ipse ex omnibus tunc Augustis solus paterno genere & materno *Flavius*. *Victorem autem* illum cognominari maluit pater, ut ex eo cognomine appareret, qua esset ille ex familia Flaviorum, ex Claudia scilicet, ex qua fuisset ille Constantinus, cui proprium Victoria cognomen fuisset, hereditarium in posteris futurum.

9 *Valentinianum fratrem Valentis non fuisse, sed cognatum tantum, hoc est, maritum sororis ipsius: Valentinianum vero tertium nullum fuisse.*

Valentinus & *Volens* duo cognomina unius gentis esse & unius familiæ paternæ, nemo non videt, ut *Constans* & *Constantinus*. Nomina autem in *ianus* omnia vel ab uxore sunt, vel a matre: ut *Domitianus* a Domitia conjuge, & *Maximianus junior* a matre Maxima, quæ maritum suum Maximianum cognominarat. Sic esse Valentinianum oportet a Valentina sorore Valentis: atque adeo cognatum ipsum Valentis fuisse: Gallice, *Beau-frere*. Si fidem habemus Inscriptioni quam Gruterus affert pag. 549. fuit Valens Juniæ gentis cognomen. Quæcumque autem gens illa fuerit, ex ea jam prodierat Valens Hostilianus Aug. Decii Aug. ex Valente Hostiliana filius. Itaque cum Valens *Max.* in præclaro gazæ Parmensis nummo appellatur, primo paternum, maternum deinde cognomen apponitur: eoque cognomine judicatur matrem Valentis sororisque ipsius, quæ maritum cognominavit Valentinianum, filiam aliquam fuisse Constantini vel Constantis Max. ex qua gente qui materno genere prodirent, Maximi cognominabantur, & Pii Felices. Hæc igitur descriptio generis Valentis est:

VALENS HOSTILIANUS AUG.
cujus pronepos abneposve

Valens: cui nupsit filia Constantis Max. P. F.

VALENS MAX. P. F. AUG. — Valentina, quæ nupsit Placido Valentiniano Aug.

Valentiniani autem stemma istud est ex nummis antiquis, probisque scriptoribus:

Trebonius. — Uxor, Sulpicia Galla, ortum trahens ex Sulpicio Gallo Cos. cujus non semel meminit Plinius.

Trebonia Galla; uxor C. Vibii Treboniani Galli.
C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS AUG.
Hujus neptis,

Vibia Triboniana Galla: cujus maritus, Placidus.

Gallus Placidus: cui uxor, filia Fl. Jul. Constantis P. F.

Pla. VALENTINIANUS P. F. AUG. a patre Placidus: ab uxore Valentina *Valentinianus*: a matre *P. F. Aug.* — D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. Conjux Theodosii Aug. *Galla Placidia* a patre: *P. F.* a matre: *AUG.* ab utroque, & idcirco *D. N.*

PLA. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
Patre adhuc superstite non potuit ab ipso discriminari in nummis; nisi diceretur *Valentinianus junior*, vel *Pla. Valentinianus.*

Præter hunc autem Valentinianum juniorem, qui & Placidus in nummis scribitur, nullum fuisse Valentinianum III. qui Constantii & Placidiæ filius fuisse fingitur, commodius ostendemus §. 24.

10 *Just. Grat. Honoriam Gratiani Aug. filiam fuisse, neptem Honorii Aug. ex filia.*

Numquam in nummis videas nomina feminarum seu cognomina potius, ita scribi, ut sola desit ultima littera, quæ nota feminei generis est. Numquam exempli gratia legas FAUSTIN. SABIN. CRISPIN. SALONIN. THEODOR. & similia, pro *Faustina*, *Sabina*, *Crispina*, *Salonina*, *Theodora*, & aliis hujusmodi. Atque ut hac ipsa ætate non discedamus, in nummis Gallæ Placidiæ Aug. numquam legas, GALL. PLACIDIA, sed semper integre GALLA. Non igitur *Justa*, non *Grata* dici debet ista pariter, sed *Justina Gratiana*: sicut MARC. EUFEMIA non est *Marca*, sed *Marcia*, vel *Marciana*. Quo sive judicio sive argumento apparet Gratiani filiam fuisse hanc dici oportere; alterumque *Honoriæ* nomen esse matre, Honorii Aug. filia. Ea enim est ratio nominum in nummis antiquis, ut sint omnia vel gentis propria, quæ in *ius* scilicet vel *ia* finiuntur; ut *Honorius* & *Honoria*; vel cognomina, sive a patre ducta, sive a matre, sive denique ab uxore primum, deinde a matre, ut *Gratianus*. Hic autem Justinæ Gratianæ nomen alteri præponitur, quia prius in familiam Augustam inserta familia Justina, quam Honoria est. Ob similem causam Galla Placidia, prius *Galla* quam *Placidia* est. Ergo Honoria conjux Gratiani, Gratianæ mater, filia Honorii Aug. fuit. Et hic est igitur Augustus ille, cujus affinitate Gratianus in nummis gloriatur inscriptis, AUGG. AUG.

Quod si Constantii olim Augusti gener Gratianus esset, primum quidem DIVI AUG. G. diceretur, opinor, non tantum AUG. G. Deinde & filia ipsius Gratiana, non *Honoria*, sed vel *Flavia*, vel *Claudia* vocaretur. Gratiani igitur & Honoriæ filiam dici necesse est fuisse Gratianam Honoriam, non Constantii alterius nescio cujus, & Gallæ Placidiæ. Quod quidem credi a viris paulum modo eruditis per mihi mirum videtur; cum parentum istorum in filiæ titulis nomen nullum appareat. Hanc scripti annales, quorum auctores hæc numismata viderant, *Honoriam* dumtaxat appellant, vel etiam *Honoriadem*: veriti fortassis, ne vel si *Justam Gratam* appellarent, imperiti haberentur; vel si *Gratianam*, scriptas jam de Gratiano absque liberis defuncto fabulas ipsimet falsi coarguerent. In una tantummodo Inscriptione Ravennate JUSTA GRATA HONORIA appellatur: sed hujus Inscriptionis recentem fabricam & mendacia, non est hujus loci vel temporis indicare. Familia Viennensis fuit Gratia cognomento Grata, in vetusta Inscriptione quam refert. D. Chorier, in libro quem inscripsit, *Recherches des Antiquités de Vienne*, pag. 10.

Hoc igitur Gratiani & Honoriæ genus fuit: sic, inquam, describi illud oportet:

PE-

PESCENNIUS JUSTUS NIGER AUG.

Pescennius Justus Niger. — Pescennius Justus.

Justus. — Justinus.

Sic sæpe fuit in eadem familia Constans & Constantinus. Sed mansit deinceps in Justini liberis posterisque hereditarium Justini nomen, ut Antonini.

Gratius. *Gratiana vasa* commendat Plinius lib. XXXIII. sect. XLIX. de nomine alicujus libertini opificis, cui patronus Gratius fuerit.

Hujus nepotis pronepos;

Justinus Foca, cui uxor, filia IMP. Fl. Cl. Constantini Aug. P. F.

Gratia, a qua cognomen habet maritus ejus Justinus Gratianus.

Cl. Justinus Gratianus P. F.
a patre *Justinus:*
ab uxore *Gratianus:*
a matre *P. F.* & *Claudius.*

Honorius: cui uxor, soror Fl. Jul. Constantii & Constantis.

HONORIUS P. F. AUG.
Honorius a patre:
a matre *P. F.*

Honoria, conjux Gratiani Aug.

Cl. Justinus GRATIANUS AUGG. AUG.
Honorii Aug. gener:
idem P. F. AUG.
a matre *Gratianus:*
a patre *P. F.*

FLAV. JUSTINUS P. JUSTIN. F. AUG. FOCA AUG. a patre puer relictus

D. N. JUST. GRAT. HONORIA P. F.
a patre, *Justina Gratiana:*
a matre, *Honoria:*
ab utroque, *Pia Felix:*
& idcirco D. N. *Domina nostra.*
Nupsit Fl. Cl. Constantino Aug. Fl. Victoris filio: a quo

JUSTINUS JUN. AUG. — Justina, quæ cognomen marito suo Justiniano dedit.

JUSTINIANUS P. F. AUG.

TIBERIUS CONSTANTINUS,
de Claudiæ gentis prænomine, *Tiberius*: de avi sui cognomine, *Constantinus.*

II. *Stemma Marciani Imp.*

Ælius Silanus, Imp. Nervæ frater:
a quo post annos CCLXX.

Ælius; cui conjux, aliqua P. F.

Ælius, cujus majores affinitate conjuncti fuerunt cum gente Claudia, in qua Pulcri: cum Aurelia, in qua Veri: & cum Valeria, in qua Flacci fuere cognomina.

ÆLIUS MARCIANUS P. E. AUG.
ex patre *Ælius:*
ex priore conjuge, *Marcianus:*
ex matre, *P. F.*
Conjux altera, Eufemia P. F. ex qua

AEL. EUDOCIA.
AEL. EUDOXIA.
AEL. FLACCILLA.
AEL. PULCHERIA.
AEL. VERINA.
Harum nulla est *Pia Felix*: idcirco earum origo ab Ælio ducitur, qui nulla fuerit cum posteris Commodi affinitate junctus.

D. N. AEL. MARC. EUFEMIA P. F. AUG.
conjux Justini Aug.

Ex priore conjugio Marciani Aug. cum Marcia, nata est.

Marcina: quæ nupsit Basilisco, homini Græco.

BASILISCUS ET MARCIANUS P. F. AUG.
ex patre, *Basiliscus:*
ex matre, *Marcianus* & *P. F.*

Ælia dici *Marciana* non potuit nisi a patre, quem ipsum proinde necesse est etiam Ælium fuisse. Nominibus autem paternis quod nomen adjicitur, ex matre ortum esse oportet: alioqui solummodo scriberetur *Ælia Marciana*: siquidem sic satis superque secerneretur a ceteris feminis principibus. Sed Eufemiæ nomen adjunctum est, quoniam tunc id nomen esset familiæ nobilis: & adjici illud præterea oportuit, ne Marciani Aug. ex Marcia priore conjuge hæc esse filia crederetur: quod credi quidem necesse esset, si solum Ælia Marciana diceretur. Eam ob rem, inquam, maternæ etiam gentis nomen addi in nominibus filiæ oportuit. Marcia porro Marciani, qui pater Augusti, conjux, e gente Marcia prodiit, ex qua olim Marcia Otacilia Severa conjux Philippi Imp. & ipse Philippus Imperator fuit. Hanc vero Eufemiam Justini Aug. conjugem fuisse, ex similitudine nummorum utriusque colligimus, ut suo loco dicemus.

12. *Stemma Leonis & Zenonis Augg.*

IMP. LEO PP. AUG. Conjux, aliqua Pia Felix.

N. filia: nupsit Zenoni, homini Græco privato.

ZENO ET LEO NOV. CAESAR: idem postea LEO ET ZENO AUG. & ZENO PP. AUG.
Zeno a patre: *Leo* & *Cæsar* & *Aug.* a matre.

Prius *Zeno* quam *Leo* iste est, ut Leonis nomini subjiceretur titulus NOVILISSIMI CAESARIS: qui non recte sic scriberetur, LEO NOV. CAES. ET ZENO: quandoquidem illud ET ZENO aliam designaret personam. Sed in aliis postea nummis prius Leo est; quoniam id nomen habet, quod est nobilius, ex avo Augusto; quam *Zenonis* alterum ex patre, qui homo privatus

13. *Chronologia Augustorum sæculi Theodosiani.*

Jam annorum, quibus Augustorum quisque tenuit principatum, quantum quidem ex diligenti nummorum consideratione fas est conjectura assequi, hæc est; ab anno Christi 390. qui sæculi Constantiniani a nobis appellati est 103.

	JULIANUS AUG.		JOVIANUS AUG.
Anno Christi			
390. Juliani post Constantium.... I	Juliani cum Constantio Aug.... II		PROCOPIUS AUG. I
391 2	 12		
392 3	 13		
393 4	 14		
394 5	 15		
395 VOT. X. 6.	 16		
396 7	 17		
397 8	 18		
398 9	 19		
399 10	 20		VALENTINIANUS SPE AUG.

Creati postea sunt anno sequente in Natali Urbis Augusti quatuordecim: quorum annos in principatu exactos, eorumdemque successores, tabella sequens exhibet.

PROSPECTUS SÆCULI THEODOSIANI.

Anno Christi.	Valens Aug.	Valentinianus imp.	Valentinianus jun. Aug.	Theodosius imp.	Honorius imp.	Gratianus Aug.	Arcadius Aug.	Maximus Aug.	Eugenius Aug.	Johannes Aug.	Fl. Victor Aug.	Eoanus Aug.	Vecuninus Aug.	Britius Cæs.
400	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1
	2													
	3													
	4													
	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5				
405	6						6 Arcadius Aug. Imp.							
	7													
	8													
	9													
	10	10	10	10	10	10	10	10						
410	11													
	12													
	13													
										Sebastianus Aug.	Constantinus pp. Aug.	Jovinus Aug.	Constans Aug.	Aulenaus Aug.
		15	15	15	15	15	15							
				16 vot. xx.	16 vot. xx.	16 vot. xx.	16	16	16	16 1	1			
415			17	17	17	17	17	17			2			
											3			
											4			
											5			
		20	20	20	20	Petronius Aug.	Glycerius Aug.	Leo imp.	Severus Aug.			Marcianus imp.		
		Avitus	Majorianus Aug.											
		1	1			1	1	1 Usque ad annum xiv. postea honorarius, & senior Aug.	1		6	1		
420			&c.			&c.						&c.		
430	Anastasius imp.		Basiliscus imp.	Leo et Zeno imp.										
434	1 vot. v. vot. xx.		1 vot v. vot. xx.	1 vot v. vot xx.										
435	2													
	3													
	4													
	5		5	5		Jul. nepos 1 imp.	Anthemius 1 imp.	Romulus 1 imp.		Olybrius 1 aug.	Attalus 1 aug.			
	6		6	6		2	2	2		2	2			
440	7		7	7 Zeno pater.		3	3	3		3	3			

14. *Quibus in locis numismata fuerint a temporibus Juliani Aug. usque ad Anastasium & Justinum, Augustorum nomine percussa: & quæ ditio eorumdem Augustorum fuerit.*

Quæ fuerit Augustis singulis, vel omnibus pro individuo, quam administrarent, attributa ditio a Senatu, ex litteris quæ sunt eorumdem nummis subscriptæ, certissime discimus. Quæ quoniam a viris alioquin eruditis, aut penitus non intellectæ, atque eo nomine prætermissæ neglectæque sunt, aut perperam omnino expositæ, eadem hic omnes subjicere atque interpretari operæ pretium fuerit; nec injucundam iis operam illam fore existimamus, qui veritate unice, non fabulis delectantur. Nihil enim credibilius dici potest, quam iis finibus Augustorum, ac Romanæ proinde Reipublicæ imperium circumscriptum fuisse, extra quos nulla eorum honori ac nomine numismata cudebantur. Hæ sunt igitur subscriptæ singulorum numismatibus litteræ: hæ provinciæ ac civitates, quæ Augustorum nominibus a Juliano Aug. usque ad Anastasii & Justini tempora nummos cuderunt. Nam de subsequente ætate, in posteriore hujus operis parte dicemus.

JULIANUS AUG.

In Narbonensi Provincia.

ANT *Primæ Narbonensis tributum.*
ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.*
ANTΓ *Primæ Narbonensis tributum tertium.*
SMAH *Societatis Mercatorum Arelatensium octavum* numisma.
SMNS *Societas Mercatorum Narbonensis secundæ.*
CONSPΓ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ provinciæ tertium* tributum.
P CONST *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*
S CONST *Secundum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*
T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*
T CON *Tertium civitatum omnium Narbonensium* tributum.
HERACL. *Heracleenses*, in ostio Rhodani.

In Provincia Lugdunensi.

ALEA *Primæ Lugdunensis edicto primum* numisma.
LUC *Lugdunensium quinque civitates.*
PLUG *Primum Lugdunensium* numisma.
P LUGD *Primum Lugdunensium* numisma.
KONSTAΓ *Konstantinopolitani*, hoc est, Lugdunenses.

In Gallia Narbonensi simul ac Lugdunensi, & Belgica, quæ Romanis parebat.

URB ROM B *Urbes Romanæ, secundum* hoc numisma cuderunt honori Principis.
URB ROM Γ, URB ROM T } *Urbes Romanæ, tertium* &c.
URB ROM Q *Urbes Romanæ, quartum* &c.

In Belgica.

TR *Treveri.*

In Pannonia.

SIS *Siscienses.*
A SIS *Primum Sisciensium* numisma.
Δ SIS *Quartum Sisciensium* numisma.
A SIRM *Primum Sirmiensium* numisma.

In Italia.

AQUIL P *Aquileiensium primum* numisma.
AQUIL S *Aquileiensium secundum* numisma.

Narbonensium in Oriente. negotiantium.

CUZ Δ *Cyzici* in Hellesponto negotiantium *quartum* numisma.
NIK B *Nicomediæ* negotiantium *secundum* numisma.

JOVIANUS AUG.

In Provincia Narbonensi.

ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.*
CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ.*
CONSPA *Civitatum omnium Narbonensis secundæ provinciæ primum* tributum
S CONST *Secundum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*
T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*

In Belgica.

SMTES *Societas Mercatorum Treverensium, Edicto Senatus.*
TR H S *Treveri, Hospiti suo.*

In Gallia Narbonensi, simul ac Lugdunensi, & Belgica, quæ Romanis parebat.

URB ROM B *Urbes Romanæ, secundum* hoc numisma cuderunt honori Principis.
URB ROM T, URB ROM Γ } *Urbes Romanæ, tertium* &c.
RSMQ *Romanorum Societas Mercatorum quartum* numisma cudit.

In Pannonia.

SIRM. *Sirmienses.*
B SIRM *Secundum Sirmiensium* numisma.

PROCOPIUS AUG.

In Provincia Lugdunensi.

AA *Cabilonensium primum* numisma.
AΓ *Cabilonensium tertium.*

In Narbonensi.

SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* numisma.

VALENTINIANUS IMP. AUG.

In Provincia Narbonensi.

ANOBC *Primæ Narbonensis obtulerunt civitates.*
ANT *Primæ Narbonensis tributum.*
ANTP *Primæ Narbonensis tributum primum.*
ANTB *Primæ Narbonensis tributum secundum.*
ANTΓ *Primæ Narbonensis tributum tertium.*
ANTΔ *Primæ Narbonensis tributum quartum.*
ANTϵ *Primæ Narbonensis tributum quintum.*
ANT S *Primæ Narbonensis tributum sextum.*
ANT H *Primæ Narbonensis tributum octavum.*
CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ.*

CONS Δ *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ quartum* tributum.
CONSP *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ provinciæ.*
CONSPA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ provinciæ primum* tributum.
CONST OFF II. *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum. Officina ſecunda.*
CONST OFF III. *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum. Officina tertia.*
COMO *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
CON OFF II. *Civitatum omnium Narbonenſium* numiſma. *Officina ſecunda.*
CON Δ *Civitatum omnium Narbonenſium quartum* numiſma.
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma.
S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma.
SMN *Societas Mercatorum Narbonenſium.*
SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* tributum.
SMNB *Societatis Mercatorum Narbonenſium ſecundum* tributum.
SMNϵ *Societatis Mercatorum Narbonenſium quintum* tributum.
SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*
SMAPQ *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* tributum.
SMAQS } *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecun-*
SMAQB } *dum* tributum.

In Provincia Lugdunenſi.

ALE Δ *Primæ Lugdunenſis edicto, quartum* numiſma.
LUGPS *Lugdunenſes, Permiſſu Senatus*
LUGSP *Lugdunenſes, Senatus permiſſu.* OFF II *Officina ſecunda.*
SMLUC *Societas Mercatorum Lugdunenſium.*
SLUC *Secundum Lugdunenſium* numiſma.

In Belgica prima.

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
TROBC *Treveri obtulerunt cives.*
TROBT *Treveri obtulerunt*
TES *Treveri, Edicto Senatus.*
SMTES *Societas Mercatorum Treverorum, Edicto Senatus.*
SMTRP *Societas Mercatorum Treverorum primum* numiſma cuſum honori Principis.
MDOB *Mediomatrici obtulerunt.*

In Belgica ſecunda.

RP *Remenſium primum* numiſma.
SMRP *Societatis Mercatorum Remenſium primum* numiſma.
SMRB *Societatis Mercatorum Remenſium ſecundum* numiſma.
R SECUNDA *Remis*, officina *ſecunda.*
R TERTIA *Remis*, officina *tertia.*
R QUARTA *Remis*, officina *quarta.*

In Pannonia.

SISCP *Siſcienſis Præfectura.*
ASISC *Primum Siſcienſium* numiſma.
PSISC *Præfecturæ Siſcienſis ſecundum* numiſma.

Narbonenſium Karthagine negotiantium.

SMKA *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *primum* tributum.

VALENTINIANUS JUN. AUG.

In Provincia Narbonenſi.

ANTΔ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma.
T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numiſma.
AQUOB F *Aquenſes obtulerunt fabri.*
SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numiſma.
SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numiſma.
SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*
AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.*

In Provincia Lugdunenſi.

SLUGDP *Secundum Lugdunenſis provinciæ* numiſma.

In Belgica prima & ſecunda.

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
SMTRP *Societatis Mercatorum Treverorum primum* numiſma.
TROBC *Treveri obtulerunt cives.*
TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.*
RM *Remenſes Mercatores.*
SMRP *Societatis Mercatorum Remenſium primum* numiſma.
SMRQ *Societatis Mercatorum Remenſium quartum* numiſma.

In Pannonia.

Ä SISC }
A SIS } *Primum Siſcienſium* numiſma.
P SIS }
B SISC *Secundum Siſcienſium* numiſma.

VALENS AUG.

In Provincia Narbonenſi.

ANT *Primæ Narbonenſis tributum.*
ANTI *Primæ Narbonenſis tributum primum.*
ANTB *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.*
ANTT *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*
ANTH *Primæ Narbonenſis tributum octavum.*
HSIPN *Hoſpiti ſuo Imperatori prima Narbonenſis.*
ANOBA *Prima Narbonenſis obtulit quartum* numiſma.
PANOBH *Provincia prima Narbonenſis obtulit octavum* numiſma.
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
CONSP *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* tributum.
CONSO *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ obtulerunt.*
CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.* OFF II *Officina ſecunda.*
T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.* OFF II *Officina ſecunda.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
KONSPP *Korporati omnes Narbonenſis ſecundæ, Patriæ Protectori.*
SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* numiſma.
SMNB *Societatis Mercatorum Narbonenſium ſecundum* numiſma.
SCON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma.

SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numiſma.
SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numiſma.

In Provincia Lugdunenſi.

PLUG *Primum Lugdunenſium* numisma.
C III *Cabilonenſium tertium* numisma.
D C *Decuriones Cabilonenſes.*

In Belgica prima & ſecunda.

TES *Treveri, Edicto Senatus.*
TESA *Treveri, Edicto Senatus, primum* hoc numisma.

Principis honori cuderunt.

SMTES *Societas Mercatorum Treverenſium, Edicto Senatus.*
SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.*
TROBC *Treveri obtulerunt cives.*
TROBT *Treveri obtulerunt.*
TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.*
MED *Mediomatrici.*
RB *Remenſium ſecundum* numisma.
SMRP *Societatis Mercatorum Remenſium primum* numisma.
SMRQ *Societatis Mercatorum Remenſium quartum* numisma.
R. PRIMA. R. SECUNDA. TERTIA. R. QUARTA. O QUARTA. *Remorum* officina *prima, ſecunda, tertia, quarta. Officina quarta.*

In Pannonia.

A SIRM *Primum Sirmienſium* numisma.
SISCP *Siſcienſium primum* numisma.
A SISC *Primum Siſcienſium* numisma.
B SISC *Secundum Siſcienſium* numisma.
Γ SISC *Tertium Siſcienſium* numisma.
A SISCP *Primum Siſcienſium præfecturæ* numisma.
SMSISC *Societas Mercatorum Siſcienſium.*
A SISCϾ *Siſciæ* numisma.
SISCPZ *Siſcienſium Præfecturæ ſeptimum* numisma.

THEODOSIUS IMP. AUG.

In Provincia Narbonenſi.

ANA *Primæ Narbonenſis quartum* tributum.
ANT *Primæ Narbonenſis tributum.*
ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.*
ANTΓ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*
ANTΔ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*
SMANT *Societatis Mercatorum primæ Narbonenſis tributum.*
SMANS *Societatis Mercatorum primæ Narbonenſis ſextum* tributum.
SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* numisma.
SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonenſium tertium* numisma.
SMNΔ *Societatis Mercatorum Narbonenſium quartum* numisma.
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
CONSA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numisma.
CONS S *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ ſextum* numisma.
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COM *Civitatum omnium Mercatores.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CON A *Civitatum omnium Narbonenſium primum* numisma.
CON B *Civitatum omnium Narbonenſium ſecundum* numisma.
CON Є *Civitatum omnium Narbonenſium quintum* numisma.
P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
AQOB *Aquenſes obtulerunt.*
AQOBF *Aquenſes obtulerunt fabri.*
AQPS *Aquenſis, Permiſſu Senatus.*
AQS *Aquenſium ſextum* numisma.

In Provincia Lugdunenſi.

ALEA *Primæ Lugdunenſis Edicto primum* numisma cuſum honori principis.
C. OB *Cabilonenſes obtulerunt:* vel *Cohortes:* vel *Civitates.*

In Belgica prima.

XMTA *Chriſtiani Mercatores Treveri primum* hoc numisma Principis honori cuderunt.
TROBC *Treveri obtulerunt cives.*
TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
TES OB *Treveri, Edicto Senatus, obtuleruxt.*
MDPS *Mediomatrici, Permiſſu Senatus.*

In Belgica ſecundâ.

RQ *Remorum quartum* numisma.
RЄ *Remorum quintum* numisma.
SMR *Societas Mercatorum remorum.*
SMRQ *Societatis Mercatorum Remorum quartum* numisma.
SMRЄ *Societatis Mercatorum Remorum quintum* numisma.

In Gallia Narbonenſi ſimul ac Lugdunenſi, & Belgica, quæ Romanis parebat.

SMROM *Societas Mercatorum Romanorum.*

In Pannonia.

A SIS } *Primum Siſcienſium* numisma.
A SISC }
SISCPS *Siſcienſes, Permiſſu Senatus.*

Narbonenſium Karthagine Negotiantium.

SMKB *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *ſecundum* numisma.
SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *quartum* numisma.
SMK S *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *ſextum* numisma.

HONORIUS IMP. AUG.

In Provincia Narbonenſi.

ANTP }
ANTA } *Primæ Narbonenſis primum.*
ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.*
ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*
ANT Δ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*
ANT S *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*

In Belgica.

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
MDPS *Mediomatrici, Permiſſu Senatus.*

RMPS *Remi Mercatores, Permiſſu Senatus.*
MRPS *Mercatores Remi, Permiſſu Senatus.*
RUPS *Remorum Urbs, Permiſſu Senatus.*
RM *Remi Mercatores.*

In Gallia Narbonenſi ſimul ac Lugdunenſi, & Belgica, quæ Romanis parebat.

SM ROM *Societas Mercatorum Romanorum.*

Narbonenſium Karthagine negotiantium.

SMK *Societas Mercatorum Karthagine* negotiantium.

ARCADIUS AUG. IMP.

In Provincia Narbonenſi.

ANT A *Primæ Narbonenſis tributum primum.*
ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.*
ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*
ANT S *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
CON Γ *Civitatum omnium Narbonenſium tertium* numisma.
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
CONS Β *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tertium* numisma.
CONS Δ *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ quartum* numisma
SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* numisma.
SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*

In Provincia Lugdunenſi.

ALE Δ *Primæ Lugdunenſis Edicto, quartum* numisma.

In Belgica.

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
MDPS *Mediomatrici, Permiſſu Senatus.*
SMRB *Societatis Mercatorum Remorum ſecundum* numisma.

In Gallia Narbonenſi ſimul ac Lugdunenſi, & Belgica, quæ Romanis parebat.

SMROM *Societas Mercatorum Romanorum.*

Narbonenſium Karthagine negotiantium.

SMKB *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *ſecundum* numisma.

MAG. MAXIMUS AUG.

In Provincia Narbonenſi.

A CON *Commune Civitatum omnium Narbonenſium.*
P CON *Primum Civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numisma.
AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.*

In Provincia Lugdunenſi.

LUC P in medio nummo C *Lugdunenſis primæ civitates.*
LUC S *Lugdunenſium ſextum* numisma.

In Belgica.

PTR *Prima Treverenſis.*
SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.*
TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
TROB *Treveri obtulerunt.*
MDPS *Meaiomatrici, Permiſſu Senatus.*

FL. VICTOR AUG.

In Provincia Narbonenſi.

P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma.
AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.*
SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*
SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſextum* numisma.

In Belgica.

TROB *Treveri obtulerunt.*
TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
MDOB Mediomatrici obtulerunt.
MDPS Mediomatrici, Permiſſu Senatus.

In Provincia Lugdunenſi.

LUC *Lugdunenſes:* vel *Lugdunenſium quinque civitates.*

GRATIANUS AUG.

SMOP *Societas Mercatorum omnium Provinciarum.*

In Provincia Narbonenſi.

ANT *Primæ Narbonenſis tributum.*
ANTA *Primæ Narbonenſis tributum primum.*
ANT Δ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*
ANT Є *Primæ Narbonenſis tributum quintum.*
SNA *Societas Narbonenſis primæ.*
SNAB *Societatis Narbonenſis primæ ſecundum* numisma.
KANOB Є *Korporati primæ Narbonenſis obtulerunt quintum* numisma.
P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma. OFF I *Officina prima.*
S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numisma. OFF II *Officina ſecunda.*
T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma. OFF III. *Officina tertia.*
N CON *Negotiatores civitatum omnium Narbonenſium.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COM *Civitatum omnium Mercatores.*
COMO *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*
AQOBF *Aquenſes obtulerunt fabri.*
AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.*

In Provincia Lugdunenſi.

LUGP *Lugdunenſium primum* numisma.
LUGPP *Lugdunenſis primæ primum* numisma. OFF I *Officina prima.*
LUGD *Lugdunenſes.*
LUGS *Lugdunenſium ſecundum* numisma. OFF II *Officina ſecunda.*
S LUC P *Secundum Lugdunenſis provinciæ* numisma.

In Belgica.

TRP *Treverenſis prima.* TRPS

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.*
TROBT *Treveri obtulerunt.*
TES *Treveri, Edicto Senatus.*
SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.*
MDOB *Mediomatrici obtulerunt.*
RO *Remi obtulerunt.*
SMR *Societas Mercatorum Remorum.*
SMRP *Societatis Mercatorum Remorum primum* numiſma.
SMRB *Societatis Mercatorum Remorum ſecundum* numiſma.
SMRT *Societatis Mercatorum Remorum tertium* numiſma.
SMRQ *Societatis Mercatorum Remorum quartum* numiſma.
R TERTIA. R QUARTA. *Remorum* officina *tertia*, & *quarta.*

In Pannonia.

SISC PS Siſcienſes, Permiſſu Senatus.
P SISC } *Siſcienſium primum* numiſma.
SISC P }
Δ SISC *Quartum Siſcienſium* numiſma.
SISCPZ *Siſcienſium Præfecturæ ſeptimum* numiſma.

Narbonenſium Karthagine negotiantium.

SMK *Societas Mercatorum Karthagine* negociantium.
SMKΓ *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *tertium* numiſma.
SMKA *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *quartum* numiſma.

EUGENIUS AUG.

In Provincia Narbonenſi.

COM *Civitatum omnium Mercatores.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*

In Lugdunenſi.

LUG PS *Lugdunenſes, Permiſſu Senatus.*

In Belgica.

TR PS *Treveri, Permiſſu Senatus.*
MDPS *Mediomatrici, Permiſſu Senatus.*

JOHANNES AUG.

In Provincia Narbonenſi.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

In Belgica.

RUPS *Remorum Urbs, Permiſſu Senatus.*

EOANUS AUG.

LUC *Lugdunenſium quinque civitates.*

BRITIUS AUG.

LUCS *Lugdunenſium quinque civitatum ſecundum* numiſma.

AULENAUS AUG.

LUC *Lugdunenſium quinque civitates.*

CONSTANTINUS AUG.

CONT *Civitatum omnium Narbonenſium tertium* numiſma.
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
KONOB *Konſtantinopolitani*, hoc eſt, Lugdunenſes *obtulerunt.*
SMLD *Societatis Mercatorum Lugdunenſium decreto.*

CONSTANS AUG.

KONT *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma.

ÆLIA FLACCILLA.

ALE B *Primæ Lugdunenſis Edicto ſecundum* numiſma.
ANT Є *Primæ Narbonenſis tributum quintum.*
ANT S *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.*
CON Є *Civitatum omnium Narbonenſium quintum* tributum.
CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.*
TESA *Treveri, Edicto Senatus, primum* hoc numiſma Flaccillæ cuderunt.
TES Δ *Treveri, Edicto Senatus, quartum.*

ÆLIA EUDOCIA.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*

ÆLIA EUDOXIA.

ANT A *Primæ Narbonenſis tributum primum.*
ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*
ANT Δ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*
COB *Civitates obtulerunt.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
CONSA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numiſma.
SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginienſium primum* numiſma.

JUST. GRAT. HONORIA.

CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

ÆLIA PULCHERIA.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

GALLA PLACIDIA.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

LICINIA EUDOXIA.

COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

CALPITIANUS AUG.

TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*

JOVINUS AUG.

ANT *Primæ Narbonenſis tributum.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONT *Civitatum omnium Narbonenſium tertium* numiſma.
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
KON.T *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma.
TRMS *Treveri, Mandato Senatus.*
SMLDV *Societas Mercatorum Lugdunenſium, Decreto Urbis.*

SMLD *Societatis Mercatorum Lugdunenſium Decreto.*

SEBASTIANUS AUG.

CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
KONT *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma.

PRISCUS ATTALUS AUG.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
PST *Permiſſu Senatus, Treveri.*
TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.*

LEO IMP. AUG.

ANT *Primæ Narbonenſis tributum.*
THCOB *Tranſpadanorum Hoſpiti Civitates obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

ANTHEMIUS IMP. AUG.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
CORMOB *Civitatum omnium Romanarum Mercatores obtulerunt.*
CORNOB *Civitatum omnium Romanarum Negotiatores obtulerunt.*

ZENO SEMPER AUG.

XL Chriſtiani Lugdunenſes:

MAJORIANUS, MARCIANUS, LIBIUS SEVERUS, PETRONIUS MAXIMUS, AVITUS, OLYBRIUS, ROMULUS AUGUSTUS, ZENO, LEO ET ZENO, ÆLIA VERINA, BASILISCUS, ANASTASIUS.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
vel
COMOB *Civitatnm omnium Mercatores obtulerunt.*

15. *Litteræ in media nummi area poſitæ.*

LD *Lugdunenſium Decreto.*
MD *Mandato Decurionum.*
ND *Narbonenſium Decreto.*
MR *Mercatura reſtituta.*
MP *Mercatorum Protectori.*
NP *Negotiatorum Protectori.*
NB *Negotiatores beati.*
OKP *Omnes Korporati Præfecturæ* Siſcienſis.
MS *Mercatorum ſecuritas.*
SM *Securitas Mercatorum.*
RM *Reſtituta Mercatura.*
TP *Tranquillitas reſtituta.*
HP *Hilaritas publica.*
LP *Libertas publica.*
SP *Salus publica*
RA *Reſtituta Annona.*
AR *Annona reſtituta.*
RS *Reipublicæ ſecuritas.*
R^{P}_{S} *Reipublicæ perpetua ſecuritas.*
I^{S}_{P} *Imperii ſecuritas perpetua.*
$\frac{R}{A}S$ *Reipublicæ tranquillitas ſtabilita.*
$\frac{FR}{CA}$ *Felicitas Romanorum caſtrorum*, ſive *Romanæ aciei.*
$\frac{R}{CA}F$ *Romanorum caſtrorum felicitas.*
RV *Roma Victrix.*
$\frac{R}{O}M$ *Reſtitutus ordo Mercatorum.*
$\frac{R}{R}F$ *Reipublicæ Reſtitutæ Felicitas.*
OFF I vel P vel II vel III vel Q *Officina prima ſecunda, tertia, quarta.*
ΘΦ Θεῦ φιλία, *Dei favor.*
$\Theta\frac{\Phi}{K}$ Θεὸς φιλεῖ Καίσαρ. } aut verius { Θεὸς φύλαξον Καίσαρ. Θεὸς φύλαξον Καίσαρα.
$\Theta\frac{K}{\Phi}$ Θεὸν Καῖσαρ φιλεῖ. } aut verius { Θεὸς Καίσαρα φύλαξον.
VD *Votis decennalibus.*

FL. CL. JULIANUS AUG.

ab anno Chriſti 390.

16. *Numiſmata FL. CL. Juliani Aug.*

FL. CL. Julianus renunciatus Auguſtus fuerat jam ab anno Chriſti 380. ſive ſæculi Conſtantiani, quale deſcripſimus, nonageſimo tertio: Quo anno nimirum, quemadmodum in nummis Fl. Jul. Conſtantii Aug. Perpetui ac primarii, ſic etiam in nummis Juliani tunc Auguſti ſecundarii, ſcriptum eſt, VOT. XXX. MULT. XXXX. Hanc enim habet inſcriptionem nummus ex argento eximius, tum in Muſeo D. de Ballonfeaux, ut ibi dictum eſt; tum in Cimelio Viri Illuſtriſſ. D. FOUCAULT. In nummo eo vultus eſt Juliani adhuc imberbis & juvenilis: caput diademate e gemmis cinctum. Et moris fuiſſe, ut in nummis Cæſarum, & minorum Auguſtorum, Vota ſcriberentur, quæ nuncupari ſolita eſſent pro Auguſtis majoribus, multis conſtat exemplis. At abdicante Conſtantino poſt XXXV. annum principatus, ut dictum eſt, Vota pro Juliano Aug. nominatim ac peculiariter ſuſcepta ſunt. Ex quo fit ut barbatus ac ſenior idem appareat in nummis ipſius jam Auguſti inſcriptis VOT. X. Non alios autem hic nummos ipſius exhibebimus, (excepto fere priore,) quam quos poſt Conſtantii abdicationem certum eſt ſatis veriſimiliter fuiſſe ipſius honori percuſſos; nempe ab anno Chriſti 390.

(*Tabula I.*) 1. FL. CL. JULIANUS PER. AUG. *Flavius Claudius Julianus Perpetuus Auguſtus.* Caput cinctum gemmis: vultus imberbis, annorum XXX.)(. GLORIA REIPUBLICAE. Urbs Treverenſis, capite pileato, cum ſceptro, calcans pede dextro navigium; ad deſignandum civitatis ſitum ad Moſellam. Eſt autem ipſa in ſiniſtra parte, quæ eſt in nummis hujusmodi nobilior; & a parte dextra Urbs Roma, capite galeato. Ambæ ſedentes, dextris tenent clypeum, in quo ſcriptum eſt, VOTIS V. MULTIS X. *Votis quinquennalibus, multis decennalibus.* Infra, TR. *Treveri.* Perpetuum Auguſtum ſtatim renunciatum fuiſſe anno Chriſti 380. hic nummus declarat, ſimul imperante ſocero Juliani Conſtantio; cujus eſt eodem anno plane ſimilis formæ nummus cum eadem epigraphe, GLORIA REIPUBLICÆ, ceteriſque ſymbolis: quod eſt geſti ſimul ab ambobus uno tempore & ſummo animorum conſenſu principatus, certiſſimum argumentum. Ne vero poſt decennium, hoc eſt, anno 390. cuſum hunc fuiſſe nummum dicamus, quo anno ſimilis pariter formæ ac fabricæ Conſtantii nummus occurrit, cum ſimili titulo PERP. AUG. vetat ætas adhuc imberbis, qua pingitur Julianus. Eſt hic nummus ex auro ſingularis apud Illuſtriſſ. Marchionem de Montauban.

Tab. I. 2. D. N. JULIANUS AUG. vultu jam virili, capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Vota initio principatus nuncupata dicuntur, ut commissum sibi a Senatu ad annos quinque provinciarum regimen Augustus feliciter administret; multis interim ex ipso Senatu cupientibus ut decennalia pro ipso vota statim conciperentur. Infra, T CON *Tertium* hoc numisma istius formæ *Civitates omnes Narbonenses* Principi obtulerunt. Est argenteus in Museo nostro, cujus anno Christi 390. diversus ab eo, quem cum adhuc Cæsar esset sub Constantio Augusto, simili habet inscriptione, VOT. V. MULT. X. Alius huic similis ex argento, apud Illustr. Comitem de Vaux, habet: D. N. JULIANUS P. F. AUG. capite cincto gemmis. .)(. VOTIS V. MULTIS X. in corona laurea: Infra, P CON *Primum civitatum omnium Narbonensium* numisma.

Ibid. 3. FL. CL. JULIANUS PP. AUG. *Flavius Claudius Julianus Perpetuus Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, VOTIS V. MULT. X. Infra, LUG. *Lugdunensium quinque civitates.* Est argenteus in Musco nostro. In alio plane simili ex argento, apud D. Abb. FAUVEL, legitur cum isto ipso titulo, FL. CL. JULIANUS PP. AUG. in imo margine partis aversæ, SLUG *secundum Lugdunensium* numisma. Fuere addicti maxime familiæ Flaviæ Claudiæ Lugdunenses. Unde in nummis Imp. Constantini, qui pater fuit Constantini junioris, & Juliani hujus, vidimus in Numismatis sæculi Constantini, inscribere solitos Lugdunenses, CI MS *Cives Imperatori Municipi suo.* Eam ob rem Julianum ipsi iidem in hoc nummo se Perpetuum Augustum habere velle significant.

Ibid. 4. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. *Dominus noster Flavius Claudius Julianus Pius Felix Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. X. MULT. XX. Vota concipiuntur a populo, ut ad decimum usque annum concessa sibi potestate cum laude utatur, multis interim acclamantibus, ut vota fierent pro felici vicennio. Infra, P CONST *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Argenteus est in Museo nostro. In alio ex ære, in Cimelio D. FOUCAULT; & apud D. Abbatem FAUVEL, legitur T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*

Ibid. 5. Ejusdem, ut proxime. Tantum litteræ in imo subscripto nummo sunt istæ: NIKB *Nicomediæ* negotiantium *secundum* numisma, hoc anno percussum honori Principis. Est æreus apud D. FOUCAULT, & in Museo nostro.

Ibid. 6. Ejusdem, ut supra. Litteræ in imo numismate sunt. KUZΔ *Cyzici* in Hellesponto negotiantium *quartum* numisma. Æreus ex Cimelio D. FOUCAULT. Cusi sunt omnes isti sic inscripti, VOT. X. MULT. XX. post exactum primum quinquennium Augusti principatus, initio sexti: anno Christi 395.

Ibid. 7. D. N. FL. CL. JULIANUS AUG. Capite galeato, cum spiculo exerto, ut mox dicemus. .)(. In corona laurea, VOT. X. MULT. XX. Infra, URB. ROM Γ *Urbes Romanæ tertium* hoc numisma honori Principis percusserunt. In alio, pro littera Græca Γ est Latina T *tertium* pariter: in alio Q *quartum.* Omnes hi ex ære nummi sunt in eodem Cimelio. In Thesauro Brandeburgico, pag. 822. nummus similis habet URB MON. insigni mendo, pro URB ROM. In Cimelio P. CHAMILLART est URB. ROM Γ. Mediobarbus, pag. 409. profert e Museo suo URB ROM B. quæ nota est & in Joviani nummo; quem eodem anno percussum fuisse ex fabricæ & inscriptionis similitudine intelligimus. In alio e Cimelio D. FOUCAULT, est AQUIL S. *Aquileiensium secundum* numisma. Apud D. Abb. FAUVEL, argenteus habet, FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. capite cincto gemmis .)(. In corona deinde laurea VOT. X. MULT. XX. Infra, PLUG *Primum Lugdunensium* numisma.

Ibid. S. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. Caput est galeatum; dextra spiculum exsertum, læva clypeum tenet: sed non est imposita transverse humero dextro hasta, ut in Constantii nummis, & Valentiniani, & Honorii, & Theodosii; quoniam est istud insigne Imperatoris, qui cum summa potestate præsit exercitui, & habeat sub se Augustos Legatos, sive Imperatores secundarios, quales secundi ordinis Imperatores sunt ii, quos in Gallia appellamus, *Lieutenans Generaux*, .)(. In corona laurea, VOT. X. MULT XX. Infra, ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.* Alius similis, qui æque ac prior iste est in Museo P. CHAMILLART, habet in imo margine, ALEA *Primæ Lugdunensis edicto primum* numisma. Alius apud D. de Ballonffeaux, Senatorem in Consilio Provinciali Lucemburgico, P LUGD *Prima Lugdunensis.*

Ibid. 9 Ejusdem, ut proxime. Infra, T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Est ex ære minimo in Museo P. CHAMILLART. In alio persimili apud D. Abb. FAUVEL, legitur Δ SISC *Quartum Siscienſium* numisma.

Ibid. 10. JULIANUS AUG. Barba promissa, vultu quem credas esse annorum amplius LX. .)(. VICTORIA ROMANORUM. Victoria in clypeo, quem Zephyrus allatus sustinet, scribit VOT. XX. *Vota vicennalia.* Infra, ANT *Primæ Narbonensis tributum.* Aureus est exiguæ molis, sed eximiæ ac perelegantis cælaturæ, in Thesauro Regio. Annum undecimum principatus proxime instantem vidisse oportet eum, cui vicennalia vota nuncupata fuerint. Undecimum dico, ex quo Constantius abscessit magistratu; nam cum ipso jam fuerat Julianus annos decem ipsos Augustus, ut diximus. Proxime autem instantem dico, quoniam præter prima vota, quæ quinquennalia erant, & fiebant XI. Kal. Maii, in ipso principatus exordio, cetera vota nuncupabantur Kal. Januariis. Cujus ergo nummus iste est instante proxime anno Juliani undecimo, qui fuit annus Christi 400. ab XI. Kal. Maii. Nam ut alibi diximus, ab illo die Natali Urbis omnium fere Augustorum primordia cœpere, & Tribuniciæ potestatis anni. Victoria hic commemoratur illa, quam cum Joviano conjunctis copiis retulit, anno 396. vel sequente. Eam ob rem etiam Joviani nummus inscribitur, VICTORIA ROMANORUM.

Ibid. 11. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. .)(. In corona laurea: TRIONPHUS CÆSARIS. VOT. XX. Æreus est apud Occonem, pag. 559. Cave hic Triumphum cogites: cum vocem eam nemo tam bardus barbarusve sit, ut ita scribat: & cum præsertim triumphum pingi magis, quam scribi mos sit, ac longe præstet. Sententia est igitur, primis fere litteris singularum vocum expressa: *TRes Imperii Ordines, Narbone Peregerunt Hecatomben, Veneri Sospitatrici* CÆSARIS. Tres illi Ordines sunt, Senatus, Equester Ordo, Populusque Romanus: nam hoc illi ordine in nummis Narbone cusis appellantur. Stellæ Veneris vim inesse maximam omnia vegetandi, Romani censuere, teste Plinio, libro 2. sect. VI. Et nummi certe plurimi peculiarem Narbone cultum ipsius fuisse perdocent.

Ibid. 12. FL. CL. JULIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. *Perpetuus Augustus.* .)(. VICTORIA DD. NN. AUG. *Victoria Dominorum nostrorum Augustorum.* Victoria coronam dextra ostentat, læva palmam gerit. Infra, LUG. *Lugdunenses.* Est hic argenteus in Museo P. Chamillart. Ille autem alter, qui cum Juliano Augusto vincit Augustus, aut Jovianus certe, aut Constantius est.

Ibid. 13. D. N. CL. JULIANUS SEMP. AUG. *Senatus Eduorum Mandato Perpetuus Augustus.* Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIÆ DD. NN. AUG. Infra, LUG. Cetero similis præcedenti. Est pariter

argenteus in Gaza Regia, & in Conſtantinopoli Chriſtiana, pag. 39. verſu 3. Cave hic SEMP. AUG. aut in nummo Zenonis SEMP. AUG. interpretere, *Semper Auguſtus*. Tam eſt enim abſurdum ſcribi in titulo *Semper Auguſtus*, quam ſi ſcribatur, ſemper Rex, ſemper Princeps, & apud Batavos ſemper Stadhouder. Quod eſt Græce διὰ βίς, Gallice *à vie*, hoc eſt Latine, *Perpetuus Auguſtus*. Ita fuit, ut Julianus & Zeno, *Senatus Eduorum Mandato*, ſic Juſtinianus Imp. Romani *Senatus Conſulto* Narbonenſium Perpetuus Auguſtus. Non dicitur *ſemper Auguſtus*, ut *Victorioſus ſemper*: cum Auguſti nomen dignitatem natalium jure debitam ſignificet: Victorioſi nomen, titulum ob victorias ſæpius repetitas. Tamen poſterior ætas, ignara utique Latinitatis, in titulis Imperatorum ſubinde poſuit, ac ponit etiamnum, SEMPER AUG. neſciens quid dicat: quoniam in his nummis duobus, (neque enim alii ſunt ſic ſcripti:) id ſe legere exiſtimavit. Cur vero ſi *ſemper Auguſtus* legi oportet, bis tantummodo in tanta nummorum & Auguſtorum multitudine occurrit? Lugduni cuſus uterque nummus eſt; quod Lugdunenſes in Eduorum confinio poſiti, tunc forte iisdem fuiſſent contributi. Hinc intelliges falſas illas inſcriptiones eſſe ac recentes, quæ apud Gruterum *ſemper Auguſtos* appellant Diocletianum & Maximianum, Conſtantium patrem Conſtantini, Conſtantinum, Julianum, Jovianum, Valentinianum, Valentem, aliosque: titulosque epiſtolarum vel Præfationum in Codice, in quibus Juſtinianus ἀεὶ σεβαστὸς appellatur; & Conſtitutionem Zenonis, in qua unica voce ἀειστεβαστὸς ſcribitur. Qui Cæſaris cognomen titulum eſſe mere honorificum voluerunt; iidem *Auguſti* agnomen, quod reipſa ſignificat hereditario jure Principem ob genus ex Auguſto dictum, pro *venerando* fortaſſis acceperunt. At eſt profecto in titulis Regum aut Imperatorum, *ſemper venerandus*, Gallice, *toujours reſpectable*; vel, *ſemper majeſtate præditus*, *toujours majeſtueux*, ſaltem perfrigidum.

Ibid. 14. D. N. FL. C. JULIANUS P. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTO. *Victoria Auguſtorum.* Victoria dextra palmam tenet, lævo humero trophæum gerit. Infra, litteræ ſunt evanidæ: videntur hæ tamen eſſe, SIS cum creſcentis lunæ effigie. Eſt argenteus in Muſeo noſtro.

Ibid. 15. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis, vultu ſenili. .)(. VIRTUS EXERCITUS ROMANORUM. Ipſe galeato capite, ſiniſtra trophæum gerit, dextra captivum premit. Infra, ANT A *Primæ Narbonenſis tributum primum* Eſt aureus in Theſauro Regio, & in Conſtant. Chriſt. pag. 39. In alio ſimili, quem Mediobarbus laudat, pag. 497. ex Theſauro Theupol. legitur ANT Γ *tertium.*

Ibid. 16. Ut proxime. .)(. SECURITAS REIPUB. *Securitas Reipublicæ*, quam Victoria ſuperius memorata Orbi Romano peperit. Bos nummi aream occupat, ſymbolum armenti tuto jam & *ſecure* paſcentis, pulſus hoſtibus ab agris Romanorum. Supra, geminum ſidus Solis, ad ſignificandum Victoria illa partam fuiſſe Reipublicæ ſecuritatem, tum in Orientali limite, ſive Pannonico, tum in Occidentali ſive Germanico. Infra, A SIRM. & hinc ſidus ſolis, inde corona laurea. *Primum Sirmienſium* numisma hac forma cuſum. Eſt ex ære magno in Muſeo noſtro. Hic Socratis Scholaſtici mirari partim ſtultitiam juvat, qui libro III. hiſt. Eccl. cap. XVII. ſcribat idcirco taurum in nummis Juliani fuiſſe inſculptum, quod hic ad aras deorum ſuorum aſſidue tauros immolaret; cum alio longe fine inſculptum ibi taurum eſſe ſuperſcriptio nummi ſignificat: partim etiam impudens ejusdem mendacium, quo affirmat eam ob rem cum tauro aram eſſe in iisdem nummis inſculptam. Nulla enim in his ara eſt, ſed interdum quidem aquila dumtaxat, cum gemino ſolis ſidere, hoc eſt, Imperatoris & Imperii ſymbolum.

Ibid. 17. Ut ſupra. Tantum litteræ in imo numismate ſunt iſtæ: A SISC *Primum Siſcienſium* numisma hac forma percuſſum in honorem Principis. Et hic nummus ex ære eſt ibidem.

Ibid. 18. Ut ſupra. Litteræ in imo nummi margine ſunt hæ: S CONST. *Secundum Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.* Æreus ibidem, & apud P. Chamillart. In Conſtantinop. Chriſt. pag. 39. verſu 1. eſt P CONST *primum.* Ibidem, & apud Occonem, pag. 559. T CONST *tertium.* Rurſum in eadem Conſt. Chriſt. CONSP Γ *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ provinciæ tertium* numisma.

Ibid. 19. Ut in ſuperioribus. Infra, LUGD OFF S. *Lugduni, officina ſecunda*, eorum ſcilicet, qui Numismata ex permiſſu Decurionum vel Senatus cuderent. Eſt hic ex ære magno in Conſtantinop. Chriſt. loco citato, & in Muſeo noſtro.

Ibid. 20. Ut proxime. Infra, PLUGD. *Primum Lugdunenſium* numisma percuſſum in honorem Principis, hac forma. Eſt æreus in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 21. Ut ſupra. In imo, HERACL *Heracleenſes* in oſtio Rhodani poſiti, prope oppidum San-Remigianum. Eſt æreus in Conſt. Chriſt. loco citato.

Ibid. 22 Ut ſupra. In imo margine, AQUILP *Aquileienſium primum.* Profert hunc nummum æreum e Muſeo ſuo vir integræ fidei Mediobarbus, pag. 497. In alio ſimili e Muſeo San-Genovefano, AQUIL B *ſecundum.* Poſt Julianum nulla in nummis Aquileia occurrit: unde jam tum videtur ab Imperio defeciſſe decima Italiæ regio; & Aquileia cum eo tractu ſoli voluiſſe ethnico Principi numismata cudere, qualis nec Jovianus, nec ullus poſt Julium Aug. fuit. In his omnibus nummis, qui ſunt inſcripti, SECURITAS REIPUB. bos eſt inſculptus, ut diximus: ſub eadem inſcriptione aliud interim ſymbolum in Joviani Aug. nummis, quo pietas ejus ac religio declararetur, inſculpentibus paſſim Monetariis.

Ibid. 23. IMP. C. JULIANUS P. F. AUG. Capite laureato .)(. LIBERTAS PUBLICA. Symbolum libertatis: Dea nempe ſtolata, dextra pileum tenet, læva Cornucopiæ. Latere nummi ſiniſtro, ſidus ſolis; Auguſti ſymbolum. Aureus eſt in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 37. verſu 8. ſed Juliano huic, qui Fl. Cl. Julianus fuit, perperam a Viro Clariſſ. alioqui pererudito Du-Cangio attributus; cum ſit alterius, qui circiter tempora Diocletiani vixit, dictusque eſt M. AUR. JULIANUS. Neque enim Fl. Cl. Julianus, cujus nunc nummos exponimus, Imperator fuit; tantum Auguſtus fuit. Aut ſi fuit ſimul Imperator, primarius certe non fuit, ex eorum numero, qui titulum IMP. ſuo nomine in nummis præfigerent; quoniam cum ſumma poteſtate Præfecti Exercitui Romanorum eſſent, ut ſunt in Francia ii, quos dicimus *Generaliſſimos:* ſed ſecundarius Imperator fuit dumtaxat, quippe qui ſubeſſet vel ſubeſſe poſſet potiori; ut ſunt ii apud nos, quos Legatos dicimus, *Lieutenants Generaux:* id quod ipſa ejusdem effigies declarat in nummis, quos num. VII. & VIII. attulimus. Principi nimirum ethnico noluit Senatus tunc Chriſtianus ſummum illum honorem tribuere, ſummamve poteſtatem, cui Principes alios Chriſtianos ſubeſſe oporteret. Chriſtianæ interim provinciæ ac civitates numismata quidem Principis illius honori cudebant, quem Senatus provinciis præfeciſſet, nomenque ſuum ſubſcribebant aperte, ne ſuo defuiſſe officio viderentur. At nullam apponebant in nummis illis notam Chriſtianæ Religionis, quod ab ea nimirum intelligerent abhorrere Principem eum, cujus in his nomen ac vultum inſculperent.

Ibid. 24. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis; vultu qualis fuit initio *princi-*

pa-

patus. .)(. VOTA PUBLICA. Vulgo dicunt Anubem esse, Ægyptiorum Deum ; qui sceptrum læva, dextra sistrum tenens, cani insideat. At Anubem Ægyptiorum Deum ea fuisse effigie, idcirco non credimus, quod nullo idoneo auctore, cui quidem fidem habendam esse existemus, fabella ista nititur. Neque hic deum aliquem agnoscimus , sed conjuncta dumtaxat symbola, quæ titulo respondeant. VOTA PUBLICA impleta esse hæc significant ; quibus votis optabatur ut esset in Republica majestas, hilaritas, libertas. Hæc sunt autem totidem hic expressa symbolis: cane, libertas: sistro, hilaritas: Dea sceptrum tenente, majestas sive felicitas Reipublicæ. Nullus hic Anubis est. Nummum hunc ex ære minimo affert Du-Cangius in Const. Christ. pag. 39. versu 4. Sunt & alii Juliani temporibus, ut fabrica ipsa fidem facit, nummi percussi , ab ethnicis quidem, ac sine subjecta loci sive officinæ nota : sed qui vix tamen quidquam contineant nisi symbola rerum earum, quibus se frui gauderet orbis Romanus in Gallia Narbonensi vel Lugdunensi sub eo principatu, & quas cupere fas cuique sit. Operæ pretium igitur fuerit hic ea subjungere numismata ; quoniam ab eruditis alioqui viris perperam accipi ea videmus.

Tabula I. 25. DEO SARAPIDI. Vultus Jovis senior, capite radiato, modio capiti impositio. *Sarapis* & Juppiter & Sol est; atque idcirco existimatus annonæ largitor. Cave hic autem legendum putes, *Deo Sarapidi*. Nam vox illa *Deo*, nulli falsorum numinum datur in nummis antiquis, ut alibi observavimus. Vocem hæc epigraphe continet exsultantium ethnicorum , quod suæ superstitionis cultorem habeant demum Imperatorem, quali sub Constantino Max. Constantioque deinde & Constante caruerant. Sententia enim hæc est, primis dumtaxat vocum litteris in initio & fine, sed ingeniose expressa : *Dudum Exoptatum* (sive *Expetitum*) *Orbi* SARAPis (vel SERAPis) *Julianum Dedit Imperatorem*. .)(. VOTA PUBLICA. Stat vir paludatus, canino capite, dextra sistrum, læva caduceum tenet. Symbola hæc sunt, quibus significatur, *publica* omnium *vota* esse impleta, cum per Julianum Aug. Serapidis, hoc est, Solis cultorem, esset in Imperio libertas, post victoriam hilaritas; pax. Nam libertas, ut diximus, cane significatur; sistro, post victoriam hilaritas: pax, caduceo. Est enim sistrum, musicum instrumentum & rusticum, argutum, sonorum, 1. Reg. XVIII, 6. *Porro cum reverteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis* LÆTITIÆ, *& in* SISTRIS. Et 2. Reg. VI, 5. *David autem & omnis Israël ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis &* SISTRIS *& cymbalis*. Ex ære minimo hic nummus est in Museo nostro. At in alio simili, pro ista inscriptione, DEO SARAPIDI, ista est repetita, VOTA PUBLICA, qualis est & in area nummi contraria, in Const. Christ. Du-Cangii, pag. 39. versu 6.

Ibid. 26. DEO SERAPIDI. Vultus Jovis juvenilis, caput galeatum & radiatum, pectus thoracatum. Est enim *Serapis*, & Juppiter , & Sol , & Mars, & quodcumque bonum Numen masculino potest efferri nomine. .)(. VOTA PUBLICA. Nilus amnis decumbens, capite radiato, & brachio lævo innixus amphoræ, dextra tenet navigiolum cum velo. *Vota* omnium *publica* esse impleta hoc symbolo significatur; dum sub Juliani principatu dante Sole ac Jove annonam uberem, Marte pacem, deveheretur ex Ægypto in Provinciam Narbonensem magna frumenti copia, dante etiam Nilo ubertatem Ægypto. Est hic nummus ex ære minimo in Museo Jesuitarum. In alio pæne simili, Du-Cangius, pag. 39. versu 6. pro navigiolo aviculam esse dixit; scilicet Ibim Ægyptiam.

Ibid. 27. DEO SERAPIDI. Capita duo, quorum alterum alteri applicitum est: alterum Jovis sive Solis, annonæ datoris; cujus causa modium habet capiti impositum: Isidis alterum, quæ, teste Plinio, sidus est Veneris, seu Junonis, seu Matris Deûm; cujus vi ac natura, inquit, cuncta generantur in terris: quam ob causam & florem gestat in capite, quem totum Ægyptiam quidam volunt esse .)(. VOTA PUBLICA. Dea Annona stat in navigio , cujus velum tenet expansum: E navigio hinc inde angues duo emicant, quod est Asiæ symbolum in nummis: Asiæ autem Ægyptum Plinius accenset, nempe copiosa ex Ægypto annona , hæc symbola significant. Est ex ære minimo in Const. Christ. pag. 39. versu 4. Similis est apud Baronium, ad annum 362. num. 169. in quo duo viri stantes, dextra pugionem singuli tenent ; ut gladiatorios etiam ludos fuisse tunc exhibitos intelligas; capita habent tecta pelle elephantina, ut frumentum ex Ægypto delatum fuisse significetur.

Ibid. 28. DEO SERAPIDI, ut proxime. .)(. VOTA PUBLICA. Vir stolatus, canino capite, dextra sistrum tenet, læva crumenam. Impleta fuisse vota plebis, cum esset in imperio libertas, quæ cano designatur; post victoriam hilaritas, quæ sistro: pax & securitas tanta, pulsis hostibus latronibusque, ut tuta sint itinera; possintque Mercatores deferre palam plenam crumenam; hæc symbola significant. Est ex ære minimo ibidem.

Ibid. 29. ISIS FARIA. Isis velato capite, quæ Mater Deûm, ut habebatur, seu Venus, & Annonæ datrix cum Sole: unde & florem habet in capite. Quidam etiam esse Lunam malunt, quæ & Ceres; juxta illud Virgilii, libro 1. Georg. versu 5.

——— *Vos o clarissima mundi*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres: vestro si numine tellus &c.

Faria autem quod scribitur, cave hic coloniam Ægypti Pharum suspiceris : *Pharia* enim non *Faria* scriberetur. Sententia hæc ibi latet, primis dumtaxat singularum vocum litteris expressa: ISIS *Feliciter Arelatensibus Reddidit Julianum Augustum*. Confer nummos inscriptos, DEO SERAPIDI, *Dudum Expetitum Orbi* Serapis *Julianum Dedit Imperatorem*: & TRIONPHUS CAESARIS: TRES *Imperii Ordines Narbone Peregerunt Hecatomben Veneri Sospitatrici* CAESARIS: nihil esse verius hac interpretatione intelliges. Isis enim Venus ipsa est. Fabricæ locus non subnotatur, quoniam in ipso titulo Arelate est. .)(. VOTA PUBLICA. Vir paludatus, ut in nummo XXV. Est hic ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 39. versu 8. & in Museo nostro. Sunt & alii plures ejus generis, sed tenui admodum discrimine dissimiles his quos protulimus: ita ut nihil habeant, quod non in aliquo e superioribus similiter appareat. Sunt autem omnes ex ære minimo, & elegantis tamen scalpturæ.

Ibid. 30. GENIO ANTIOCHENI. Esset hic locus dicendi de nummo eo; nisi hunc laborem nuper antevertisset P. H. in opere De Nummis antiquis Populorum & Urbium, verbo NARBO. Sed nonnulli istiusmodi ad Arelate pertinent. Sed & Genius Urbis, velato turritoque capite, uvam læva tenet, Rhodano infra natante: Epigraphe: GENIO ANTIOCHENI. Parte altera stans Apollo, læva citharam tenet, dextra vinum effundit ex patera: inscriptio, APOLLONI SANCTO Infra, SMA. Lege: GENIO *Primæ Narbonensis, Tutatori Imperii, Odio Christianorum Etiam Nobis Irato,* APOLlini *Libamentum Obtulit, Nutu Juliani* SANCTO. *Societas Mercatorum Arelatensium* vel SMN *Societas Mercatorum Narbonensium*.

Architecti Romanæ historiæ ex his numismatibus con-

concinnare Juliani Aug. hiſtoriam aggreſſi ſunt: quamobrem vix alibi ipſum poſuere, quam ubi percuſſa fuiſſe ipſius numismata litteræ in his ſubſcriptæ docent: ſed quas iidem præpoſtere interpretati ſunt.

Legerunt enim in nummis iſtis ſubſcriptum, CONST. & AQUIL. Itaque poſuere ipſum Conſtantinopoli, & Aquileïæ. D de Tillemont, in hiſt. Juliani, ex priſcis ſcriptoribus, art. XIV. *Julien prend Aquilée, embellit Conſtantinople.*

Viderunt ANT. & GENIO ANTIOCHENI; idcirco poſuere eumdem Antiochiæ. D de Tillemont, ex iiſdem, art. XV. *Il va à Antioche.* Art. XVI. *Diverſes choſes que Julien fit à Antioche.* Art. XVIII. *Le peuple d'Antioche ſe raille de Julien.*

Legerunt URB ROM. Legatos idcirco ab Urbe ad eum miſſos fuiſſe finxerunt. D. de Tillemont pag. 526. ex Ammiano: *La Ville de Rome lui députa vers ce tems là pluſieurs de ſes principaux Senateurs.*

Legerunt SISC & SIRM & CONST cum bovis effigie: propterea in his locis primum idololatriam profeſſum fuiſſe Julianum commenti ſunt. D. de Tillemont, pag 695. *Que Julien s'eſt declaré idolatre dans l'Illyrie au plus tard.* Et mox: *Il eſt plus difficile de répondre à Ammien, qui dit aſſez nettement, qu'il ne découvrit ſon inclination pour l'idolatrie, que lorsqu'il fut arrivé à Conſtantinople aprés la mort de Conſtance.*

Denique legerunt HERACL. De Perintho Thraciæ civitate id acceperunt; tametſi ea in nummis numquam Heraclea nuncupatur. D. de Tillemont, pag. 507. ex Ammiano & aliis: *Dés qu'on ſceut qu'il étoit à Heraclée, tout le peuple de Conſtantinople ſortit pour aller au devant de lui. Il y fit ſon entrée le* 11. *de Decembre* &c. Sed hactenus de Juliano ſatis, poſtquam prætermiſſum a nobis numisma, quod poſt 24. delineatum eſt in Tabella, hic explicuerimus.

FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VIRTUS EXERC. GALL *Virtus Exercitus Gallici.* Dea capite galeato, ſiniſtra trophæum tenet, dextra captivi caput premit. Latere nummi ſiniſtro aquila coronam geſtat. Infra, KONSA/. *Conſtantinopolitani*, hoc eſt, Lugdunenſes. Aureus eſt in Theſauro Regio. In altero ibidem pariter aureo ac ſimillimo, corona abſque aquila eſt. Infra, CONSTA/. eodem ſenſu. Docet hæc ſuperſcriptio victoriam a Juliano Aug. relatam, virtuti Exercitus Gallici acceptam referri.

JOVIANUS AUG.

ab anno Chriſti 390.

17. *Numiſmata Joviani & Procopii Aug.*

Propter Fl. Jul. Conſtantii Aug. egregia merita in Rempubl. & Chriſtianam religionem, prorogatum Juliano ipſius genero, quamvis ethnico, imperium eſt: ſed adjunctus eſt ei Chriſtianus Imperator Jovianus; qui e converſo, quamvis Licinii Cæſaris ethnici genero genitus, tamen Chriſtiana ſacra ſuſceperat. Is itaque miſſus eſt primo Sirmium, ut partem belli illic gerendi & adminiſtrationis publicæ ſuſciperet, Treveris poſtea ſedem ſui fori ac principatus collocaturus, dum Lugduni eſſet aut Arelate Julianus. Miſſus etiam ſimul videtur fuiſſe Procopius in oppidum & agrum Cabilonenſium. Cum unicum autem aut fortaſſis alterum tantum Procopii numiſma exſtet, annuum ei fuiſſe dumtaxat magiſtratum credimus. A Joviano igitur ordiamur.

Tab. II. 1. D.N. JOVIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. ADVENTUS AUGUSTI. Ipſe in equo, antecedente milite, qui vexillum geſtat, ſive labarum (ut appellant) in quo eſt monogramma Chriſti ☧. Subſequitur Victoria, quæ retro coronam Auguſto porrigit, palmam ſiniſtra geſtat. Victoria hæc eſt anno ipſo primo principatus ſui a Joviano Aug. reportata in tractu Sirmienſi. Infra, ROMA. Adventus Auguſti in Galliam, poſt victoriam Sirmienſem, hoc numiſmate indicatur. Infra ſcriptum hoc nomen ROMA, non cuſum in Urbe hunc nummum ſignificat: ſed Romanæ Urbis poteſtatem, quæ Auguſtos & Principes ubique victores mittat in provincias. Nec *adventus Auguſti* aliquis in nummis, niſi in provincias, notatur; nullus in Urbem Romam: quo certe Jovianus Aug. numquam venit, ſi libris quidem ſcriptis credimus. Edidit hunc nummum ex ære maximo Baronius, ad annum 364. num. 124. deſcripſitque ex ſchedis Pyrrhi Ligorii Edidit & Triſtanus, tomo III. pag. 345. & ex utroque Du-Cangius, in Conſt. Chriſt. pag. 124.

Ibid. 2. Eadem inſcriptio, capite cincto gemmis. Numquam enim Jovianus cum galea pingitur, & haſta tranſverſe impoſita humero dextro, quod eſt a temporibus Gallieni Aug. inſigne primarii Imperatoris, ſive Exercituum Præfecti, *le Generaliſſime.* .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, capite galeato, dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem, cui crux impoſita eſt. In medio, hinc R inde V. *Roma Victrix.* Infra, CON. *Civitates omnes Narbonenſes.* Auguſtos ſimul fuiſſe tunc ſaltem duos, qui conjunctis conſiliis & copiis vicerint, hic nummus aperte clamat; Julianum videlicet, & Jovianum. Eſt hic aureus Joviani nummus in Theſauro Regio, &, & in Conſt. Chriſt. pag. 52. verſu 1.

Ibid. 3. Ut ſupra. .)(. VICTORIA ROMANORUM. Stat ipſe Auguſtus, capite laureato, paludatus, dextra vexillum tenet, in quo ☧: ſiniſtra orbem Romanum, cui Victoria Romana impoſita coronam Auguſto porrigit. Infra, ANTA *Primæ Narbonenſis tributum primum.* Pendebat Narbonenſis provincia Auguſtis ſingulis hoc tributum, ut ſi quid illi præclari facinoris ederent, ſtatim iſtud illa in nummis conſignaret. Eſt hic ex ære mediocri in Conſt. Chriſt. pag. 52. verſu 3. Sed ibi deeſt vexillum cum ☧ & litteræ deſunt ſubjectæ ANTA quæ omnia in eo nummo vidimus, e Cimelio D. FOUCAULT. In Theſauro Brandeburg. pag. 823. eſt ANT. . . ultima eraſa littera Eſt Juliani Aug. nummus ſimiliter inſcriptus, VICTORIA ROMANORUM, ad eamdem pertinens victoriam. Sed cum eſſet iſte falſorum numinum cultui deditus, non potuit in nummis ipſius eadem pictura repræſentari, atque in nummis Joviani Aug. ſcilicet Chriſti monogramma, ☧ Itaque cum ſit in nummis amborum eadem epigraphe ob communem victoriam, non eadem tamen ſunt in utriſque ſymbola.

Ibid. 4. Ut ſupra..)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum:* quos nunc quidem haud alios eſſe videmus, quam Julianum, Jovianum, & Procopium. Roma in eo nummo ſedens, ſiniſtra haſtam tenet, dextra Romanum orbem, cui Victoria impoſita coronam Romæ ſedenti porrigit. Infra, TR HS *Treveri Hoſpiti ſuo.* Sic in nummis Maximiani Herculii, & Conſtantini utriuſque, patris ac filii, legitur, CIHS *Cives Hoſpiti ſuo*, ſcilicet Lugdunenſes. Eſt hic ex ære nummus apud Occonem, pag. 561. Ergo Treveris Jovianus Aug. domicilium habuit, ſedemque ſui Principatus.

Ibid. 5. Ut ſupra: vultu annorum XXXV. .)(. SECURITAS REIPUBLICE. Sic enim ſcriptum eſt, pro REIPUBLICAE. Stat Jovianus ipſe paludatus, dextra tenet labarum, in quo ☧: læva, orbem Romanum. Ad pedes, captivus ſedens, capite pileato, Auguſtum ſuſpicit. Infra, SIRM. cum adjecto hinc & inde Solis ſidere. *Sirmienſes*, hoc numiſma Principi obtulerunt. Aureus hic nummus eſt e Gaza Regia, cujus habemus ectypum. Relata de hoſtibus victoria prope Sirmium in inferiore Hungaria, ubi tunc clauſtra fuere Romani imperii, (nunc vicus eſt) ſecuritatem Reipublicæ in ea regione

gione peperit. Inde illa in nummis Joviani & Juliani posita superscriptio est; tametsi non eodem in utrisque symbolo, ob religionis disparitatem, ut diximus.

Tab. II. 6. Ut supra. .)(. SECURITAS REIPUBLICÆ. Roma galeato capite, & civitas Sirmiensis turrito, sedent, tenentque clypeum, in quo scriptum est, VOT V. MULT. X. *Votis quinquennalibus, multis decennalibus.* Vota dicuntur concepta fuisse pro Joviano Aug. initio principatus sui, ut administratione publica ad annos quinque sibi commissa a Senatu feliciter fungeretur: multis ex ipso Senatu cupientibus, ut ad annos decem prorogaretur ei imperium. Infra, SIRM. *Sirmienses.* Hinc & inde sidus Solis. Est hic aureus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 52. versu 2. In alio plane simili pariter aureo, Roma pariter sedet, & civitas Trevirensis, pede proræ navis impositio, ob situm urbis ad Mosellam. Infra, SMTES. *Societas Mercatorum Treverorum, Edicto Senatus.* Cetera sunt simillima Sirmiensi. In alio denique persimili aureo, e gaza Regia, RSMQ *Romanorum Societas Mercatorum quartum* hoc numisma cudit.

Ibid. 7. Ut supra. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT X. Infra, T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Est argenteus in Const. Christ. loco citato: & in Thesauro Regio.

Ibid. 8. Similis hic nummus est proxime præcedenti: sed infra, S CONST *Secundum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Est ex argento puro apud D. Abb. FAUVEL. Apud Occonem, pag. 560. est tantum CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ.*

Ibid. 9. Ut supra. .)(. VOT. V. *Votis quinquennalibus*, in corona laurea, CONSPA *Civitatum omnium Narbonensis secundæ provinciæ primum* numisma Principis honori cusum. Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 52. versu 2. Simillimum huic ex argento denarium vidimus, sed A SISC hoc est, *primum Siscie* percussum. Ex ære alium habet D. de Peiresc in sua Collectione MS. pag. 271. cum ANT. A. *Primæ Narbonensis tributum primum.*

Ibid. 10. Ut supra. .)(. VOT. V. MULT. X. in corona laurea, URB ROM B *Urbes Romanæ secundum* hoc numisma Principis honori cuderunt. Est ex ære minimo in Museo nostro. Apud Occonem, pag. 561. est URB ROM T *tertium.* Apud D. Abb. FAUVEL, legimus, URB ROM Γ pariter *tertium.* Mediobarbus ex falsa interpretatione edidit, URBS ROM. Nummi inscripti URB ROM nulli sunt omnino in tota supellectile nummaria, quanta quanta est, quam qui eodem anno uno percussi sunt sub Juliano & Joviano principibus. Non est autem hic Urbs ipsa Roma intelligenda: quoniam URB pro URBS numquam Antiquitas scriberet: ac proinde hoc loco casus obliquus aliquis intelligendus, cujus desint litteræ saltem duæ. Hæ sunt *Urbes Romanæ*, hoc est, quæ in Gallia Romanis parebant, in tribus provinciis nimirum, quæ solæ ibi Imperio obnoxiæ supererant, Narbonensi, Lugdunensi, Belgica. Harum omnium unanimem consensum in suscipiendo utroque Principe, opifex nummorum istorum exprimi commode sic posse censuit, si dicerentur *Urbes Romanæ* vota ea fecisse pro ambobus. *Romaniam* etiam in scriptis quibusdam monumentis appellatam hoc sensu fuisse partem Galliæ Romanis obnoxiam, Du-Cangius in Glossario docet.

Ibid. 11. Similis hic nummus est præcedenti: sed infra legitur B SIRM *Secundum Sirmiensium* numisma cusum honori Principis. Est & illud in Museo nostro.

Ibid. 12. Ut supra. .)(. Christi monogramma: hinc A inde Ω. Est in Const. Christ. pag. 52. versu 2. ex Baronio ad annum 393. num. XXVII. qui ex schedis Pyrrhi Ligorii descripsit. Sed sunt illæ nobis schedæ in multis jure suspectæ.

Ibid. 13. D. N. FL. C. JOVIANUS P. F. AUG. Capite nudo, regit equum, dextra hastam tenet. .)(. Sine epigraphe, in equo decurrens leonem conterit. Est ex ære maximo, in Const. Christ. pag. 52. versu 3. & apud D. FOUCAULT; sed ex eo genere quod Contorniatum vocant: quod genus universim fictum, recens, & adulterinum est. Nec fuit certe *Flavius* Jovianus, genero Val. Licinii genitus, sed Licinius potius fortassis mutato gentis suæ nomine ob eam affinitatem fuit: nec *Claudius*, opinor, per unicam litteram C in nummo maximæ molis ac sincero scriberetur. Sunt omnes contorniati nummi post sæculum Christi undecimum uno tempore simul picti. Tantum ex nummorum serie & contemplatione constat Jovianum P. F. Augustum, ex patre *Jovianum*, ex matre *Pium Felicem* fuisse.

Ibid. 14. D. N. PROCOPIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. Infra, C Γ *Cabillonenses tertium* hoc numisma Principi obtulerunt. Est argenteus in Thesauro Regio, in Const. Christ. pag. 54. versu 6. & in Cimelio D. FOUCAULT. Est Cabillonum ad Ararim amnem in provincia Lugdunensi, *Chalons sur Saone.* Nec alia nobis civitas occurrit, in qua Procopius Augustus a Senatu collocatus dici verisimilius possit; quo tempore plures constitui Augustos oportuit, sive ad tutandos in officio populos rebellantes, sive ad tutandos Imperii limites. Uni autem interdum exiguæ provinciæ præfectum fuisse Augustum aliquem, aliis inferius constabit exemplis: id quod Procopio contigisse, raritas ipsius numismatum arguit. Unum tantum numisma alterum huic simile habet idem Du-Cangius, pag. 55. & Occo, pag. 562. cum litteris C A *Cabillonensium primum* numisma. Quæ nummorum ipsius paucitas suadet etiam annuam dumtaxat fuisse ejus in provincia potestatem. Ut ut est, *Procopius* ex patre, ex matre *Pius Felix* fuit.

Ibid. 15. Eadem inscriptio. .)(. SECURITAS REIPUBLICÆ ut in Juliani & Joviani Augg. nummis, sed typo diverso. Nam hic stat ipse Procopius, dextra tenens hastam, sinistra clypeum demissum. In imo margine nullæ sunt subscriptæ litteræ. Nummus est aureus, in schedis D. Vaillant, qui hunc Venetiis vidit. Sunt nunc schedæ illæ penes Virum Nobiliss. D. DE BOZE, Regiæ Numismatum & Inscriptionum Academiæ Secretarium Perpetuum.

Ibid. 16. Eadem inscriptio. .)(. REPARATIO FEL. TEMP. Stat ipse Procopius loricatus, dextra labarum, sinistra clypeum tenet: ad ☧ in cælo positum respicit: quo ille habitu spem se ac fiduciam in Christi Domini ope collocare significat. Infra, SMN Γ *Societas Mercatorum Narbonensium tertium* hoc numisma Principi dedicat. Est ex ære, in Collectione MS. D. de Peiresc, quæ nunc est apud eumdem D. de BOZE, pag. 201. & 321. Similem nummum Procopii delineavit in suo Specimine Morellus, Tab. XXII. sed absque monogrammate ☧ ac sine litteris in imo margine positis, SMN Γ.

18.

VALENTINIANUS, VALENS, ARCADIUS, MAXIMUS, VECUNINUS, simul iniere principatum anno Christi 400.

Tab. II. 1. D. N. VALENS P. F. AUG. *Dominus noster Valens Pius Felix Augustus:* capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. *Votis quinquennalibus.* Est ex ære minimo apud Occonem, pag. 563.

Ibid. 2. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. Infra, CONSPA *Civitatum*

omnium Narbonenſis ſecundæ provinciæ primum hoc numisma Principi ob ea vota quinquennalia obtulerunt. Eſt argenteus in Muſeo P. STEPH. CHAMILLART, Societatis Jeſus Pariſiis. Huic ſimilem vidimus pariter ex argento, apud Illuſtr. Comitem de Vaux: ſed litteræ quæ ſunt in imo margine, ſunt detritæ.

Ibid. 3. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 2.

Ibid. 4. Ut proxime: ſed infra adjiciuntur hæ litteræ, SMKS *Societatis Mercatorum Karthaginienſium ſextum* numisma, ob vota antedicta. Eſt in Muſeo noſtro, ex ære minimo.

Ibid. 5. Ut proxime: ſed in imo numismate litteræ ſunt hæ, SMNA *Societas Mercatorum Narbonenſium primum* ob hæc vota numisma iſtud cudit. Eſt ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 6. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VOTIS V. in corona laurea. Infra, P TR *Prima Treverenſis*. Eſt ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 7. D. N. VECUNINUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis, vultu juvenili. .)(. In corona laurea, VOTIS V. Ex ære minimo nummus eſt prope Treveros nuper repertus, a D. de Ballonfleaux, qui nummi hanc ipſam effigiem ad nos transmiſit. Ex Romana gente Vecunia, ſed alias ignota, hunc Principem fuiſſe exiſtimamus; materno certe genere *Pium Felicem*. Ignotus Romanis ſcriptoribus Auguſtus hic fuit.

19.

VALENS, VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, MAXIMUS, HONORIUS, GRATIANUS, ſimul ſuſcepere VOT. V. MULT. X. anno Domini 400.

Tab. III. 1. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. *Votis quinquennalibus, multis decennalibus*. Vota ſuſcepta a Populo Rom. hæc formula ſignificat, ut quinquennium principatus ſibi a Senatu commiſſi feliciter decurreret; multis interim ex ipſo Senatu cupientibus, ut ad decennium vota decernerentur. Eſt ex ære minimo, in Theſauro Brandeburg. pag. 827. In alio ſimili argenteo, apud Illuſtr. Comitem de Vaux, eſt in imo nummi margine, R Q *Remenſium quartum* numisma oblatum Principi. In alio denique pariter argenteo, e Cimelio D. FOUCAULT, infra coronam lauream ſunt litteræ, SMN *Societas Mercatorum Narbonenſium*.

Ibid. 2. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Eſt in eodem Theſ. Brandeb. pag. 825. ex ære minimo. In Muſeo P. Chamillart, & in Collegio noſtro, addit alter, A SISC *Primum Siſcienſium* numisma.

Ibid. 3. Ut proxime. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Infra, LUG *Lugduni*. Eſt argenteus in ſupradicto Collegio noſtro.

Ibid. 4. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. *Dominus noſter Valentinianus junior Pius Felix Auguſtus*: capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Cum *junior* aliquis in nummis ſcribitur, (qui mos a Dioletiani temporibus cepit initium: nam ex eo tempore legimus in nummis, MAXIMIANUS JUN. CONSTANTINUS JUN. CONSTANS JUN. CONSTANTIUS JUN.) duos ſimul fuiſſe Principes ejusdem nominis vox illa ſignificat; ſeniorem alterum, eumque Auguſtum fere; alterum juniorem, eumdemque vel Auguſtum quoque, vel Cæſarem tantum. Itaque Valentinianus junior cum patre Valentiniano ſibi cognomine ſimul Auguſtus a Senatu renunciatus eſt; ut cum patre filius, & poſt patrem, ſi ſuperſtes eſſet, provinciam ſibi commiſſam adminiſtraret. Infra, SMAQP *Societas Mercatorum Aquenſium primum* hoc numisma Principis honori dicavit. Eſt ex ære mediocri, in Theſ. Brandeburg, pag. 832.

Ibid. 5. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Infra, SISCPS *Siſcienſes, Permiſſu Senatus*. Eſt Siſcia, nunc in Croatia, Siſſek: tunc Romani Imperii clauſtra & fines in eo tractu. Eſt hic nummus argenteus in Theſauro Brandeburg. pag. 833. Confer nummum Gratiani, in VOT. X. MULT. XX. SISCPS.

Ibid. 6. Eadem inſcriptio. .)(. In corona laurea. VOT. V. MULT. X. Infra, BSISC *Secundum Siſcienſium* numisma. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 7. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. *Dominus noſter Magnius Maximus*, &c. Maximum Aug. de gentis ſuæ nomine *Magnium* fuiſſe appellatum, Romanæ hiſtoriæ artifices neſcierunt. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Eſt ex ære minimo, in Muſeo D. de Ballonfleaux, ut ad me ſcripſit, vir plurimæ eruditionis, & integerrimæ fidei.

Ibid. 8. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. V. MULT. X. Infra, MDPS *Mediomatrici, Permiſſu Senatus*. Argenteum vidimus apud D. Comitem de Vaux.

Ibid. 8². G. N. GRATIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens, ſcribit in clypeo, quem Zephyrus alatus ſuſtinet, VOT. V. MULT. X. Infra, KANOBϵ *Korporati primæ Narbonenſis obtulerunt quintum* hunc nummum; quem ex auro perpulcrum vidimus apud D. de Cleves in hac civitate. Latere ſiniſtro nummi additum eſt monogramma Chriſti, ☧.

Ex his porro numismatis, quæ Vota quinquennalia pro felici regimine Auguſtorum concepta exhibent, & ſunt omnia ejusdem typi, moduli, metalli; (nam quæ ſunt ex argento vel auro, fuere eadem & ex ære:) & ex quibusdam aliis inferius ſubjiciendis, diſcimus omnino, poſt Julianum, & Jovianum, atque Procopium, miſſos fuiſſe in diverſas Romani Imperii provincias, ac civitates, Auguſtos quatuordecim: e familia Flavia Maxima, Valentem, & Maximum; ac fortaſſis etiam Johannem & Eugenium: e Fl. Julia, Theodoſium, Arcadium, Honorium, & Valentinianum utrumque: e Fl. Claudia, Victorem & Gratianum; ac fortaſſis Vecuninum, Eoanum, Britium. Alios autem ex his fuiſſe ſummos Imperatores poſtea oſtendemus, alios Auguſtos tantum, & ſub Imperatoribus Legatos in exercitu: cujusmodi ſub Valentiniano patre junior Valentinianus fuit, ſub Valente Auguſti duo ſecundarii, de quibus mox dicemus; ſub aliis alii.

Ibid. 9. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. FELIX ADVENTUS AUG. N. *Felix adventus Auguſti noſtri*, in provinciam ſcilicet ſecundam Narbonenſem, cum ex Urbe Roma miſſus eo a Senatu eſt. Ipſe in equo, dextram protendit, ut pacem annuncians. Infra, SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium*. Eſt aureus in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 1. Nummum iſtum hoc loco retulimus, eo quod nullus viſus eſt aptior locus, in quem conjici poſſet, quam ipſum initium principatus.

Ibid. 10. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite cincto gemmis: dextra tenet convolutum in ſe Evangelium: ſiniſtra bacillum Imperatorium. .)(.

FELIX

FELIX ADVENTUS AUGGG. *Felix adventus trium Auguſtorum.* Adventus Valentis nimirum, cum duobus aliis Auguſtis ſecundariis, in Belgicam provinciam, ſive Treverenſem. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.* Auguſtus in equo, dextra elata. Aureus ei maximæ molis, ac perpulcher ſane; quem Medaglionem vocant, apud Illuſtr. Marchionem de Montauban, qui nobis illius conſpiciendi copiam fecit. Treverenſem provinciam Valenti a Senatu commiſſam fuiſſe hic nummus & ſubſequens docet; ut nummus præcedens, Valentiniano Narbonenſem ſecundam obtigiſſe ſignificat. Non habet numismata ex auro tantæ molis Valentinianus, quam Valens Aug.

Tab. III 11. D. N. VALENS P.P. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. FELIX ADVENTUS AUG. N. *Felix Adventus Auguſti noſtri.* Auguſtus in equo, ut proxime, dextra elata, pacem annunciantis ritu. Infra, TROBS *Treveri obtulere Senatores*, quorum in provinciam *adveniſſe* Valentem hic nummus clamat. Aureus eſt & iſte maximæ molis, quem Medaglionem vocant. Refertur in ſchedis D. Vaillant, pag. 60. ſed absque ulla interpretatione, ex Muſeo D. Joſeph Felice, Romæ.

Ibid. 12. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Nummus illius aureus refertur in ſchedis D. Vaillant, pag. 21. ex Cimelio Cardinalis Leopoldi, cum hac epigraphe, VOTA PUBLICA. In area nummi, *duo Impp. ſedent.* Hoc tantum ille. Apud Du-Cangium, in Famil. Byzant. pag. 55. eſt epigraphe, VOTO PUB *Voto publico*, cum Caſtris Prætoriis, nummus ex ære minimo.

Ibid. 13. D. N. VALENS PERP AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. Auguſti duo ſedent, habitu militari, ſcipionem Imperatorium ambo, & orbem Romanum, ille dextra, hic ſiniſtra, ſuum quisque geſtat: Valens videlicet, & Valentinianus, Augg. Utriusque caput circulus ambit, gloriæ prioribus victoriis partæ ſymbolum. Inter utrumque, exigua ſtatura ſtat ſacerdos, indutus humerali, *camail*: decuſſatis ſupra pectus brachiis, in modum precantis: ei ſupra caput in circulo ſcriptum eſt, VOT. V. MUL. X. In ambitu, SPES R P *Spes Reipublicæ*, Auguſti illi duo ſcilicet. Infra, ANT Γ + *Primæ Narbonenſis tributum tertium Chriſtiani* obtulerunt. Aureus eſt eximius, cujus effigiem in cera impreſſam accepimus a D. de Cleves, poſtquam nummum ipſum attente exploravimus. Sententia prioris partis eſt: *Dominus noſter Valens Perpetuus feliciter Auguſtus.* Quod id ei præmii a Senatu datum eſt ob expertam in bello virtutem, ut in ipſo principatus ejus initio perpetuus deſignaretur Auguſtus, quod nemini conceſſum collegarum eſt, id felix, fauſtum, fortunatumque Imperio ſeu Reipublicæ forc hoc nummo dicitur. Sic legimus in nummo æreo maximi moduli e Gaza Regia, REPARATIO MUNERIS FELICITER. Et in nummo Trajani Imp. de quo alibi diximus, SENTIAM FELICITER. Cave porro hic interpreteris PERF *Perpetuo felix*: tum quia *perpetuo felix Auguſtus* inſulſe admodum diceretur aliquis ipio ſui principatus exordio, & in ipſis VOTIS V. tum quia mortalis nemo ita poteſt perpetua frui felicitate, quin qui usque hodie felix fuit, cras poſſit eſſe infelix. Denique *Perpetuus feliciter, Auguſtus* dici debuit, non *Perpetuus Auguſtus feliciter*, cum *Auguſtus* eſſet jure natalium, *Perpetuus* Senatuſconſulto & beneficio; quod felix imperio dicitur.

20.

Vota decennalia ſimul ſuſceperunt
VALENS, VALENTINIANUS uterque,
THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS,
GRATIANUS, anno Chriſti 405.

Ibid. 1. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. X. MULT. XX. *Vôtis decennalibus.* Vota populi, ut usque ad decimum principatus annum feliciter Remp. Princeps adminiſtret; multis interim ex ipſo Senatu cupientibus, usque ad viceſimum vota decerni. Infra, ANT *Primæ Narbonenſis tributum.* Antiochiam Valens non vidit: nec Antiochia aut Latino idiomate, aut hoc modulo, aut hoc genere fabrichæ nummos cuderet. Eſt hic ex ære minimo apud Occonem, pag. 563. ex argento refertur inſcriptus, D. N. VALENS PERP. AUG. cetero ſimilis præcedenti. Sed in nummo eſſe PERF. AUG. *Perpetuus feliciter Auguſtus*, haud temere ſuſpicamur, ut jam ſupra vidimus.

Ibid. 2. Eadem inſcriptio. .)(. In corona laurea; VOT. X. MULT. XX. Infra, SISCP *Siſcienſium primum* numisma. Eſt ex ære minimo apud Occonem, ibidem: argenteus, in Theſauro Regio.

Ibid. 3. D. N. VALENTINIANUS P.F. AUG. capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOT. X MULT. XX. Infra, CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Eſt argenteus, in Conſtantinop. Chriſt. pag. 54. verſu 3. aureus apud Mediobarbum, pag. 505. In alio pariter argenteo apud D. Comitem de Vaux, eſt R P *Remenſium primum* numisma. In alio e Theſauro Regio, MRP *Mercatorum Remenſium primum* numisma.

Ibid. 4. Ut proxime. Infra, CON A *Civitates omnes Narbonenſes quartum* hoc numisma Principis honori dicarunt. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 5. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis: ipſe dextra tenet volumen Evangeliorum, vel illud Joannis, quod dicimus *In principio*; ſiniſtra, crucem. .(. Sedet ipſe adhuc dextra Evangelii volumen, ut proxime; crucem læva geſtans. Hinc R inde V. *Roma Victrix.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* In ambitu, VOT. X. MULT. XX. Diverſa illa a ceteris forma numismatis, excellens quoddam perſpectumque eximio aliquo facto ſtudium tuendæ religionis Chriſtianæ in eo Principe denotat. Ut in nummis autem diſcriminaretur a patre, an *Valentinianus junior* ſcriberetur, an præfixo cognomine paternæ familiæ, *Placidus Valentinianus*, nihil intererat. Poſt Valentinianum illum, cui ab uxore nomen illud obtigit, nemo poteſt niſi ab ipſo genitus dici *Valentinianus*, ut leges Romanorum nominum a nobis alias explicatæ docent. Non poteſt igitur Placidus Valentinianus eſſe Conſtantii filius, ut hiſtorici memoriuntur; ſed eſt Placidi Valentiniani prioris filius. Eſt hic nummus aureus in Conſtant. Chriſt. pag. 67. verſu 1.

Ibid. 6. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra, CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Eſt argenteus in Theſauro Regio, in Conſtant. Chriſt. pag. 65. verſu 1. 2. & apud D. Comitem de Vaux. Eſt ex ære minimo in Muſeo P. Chamillart. In alio ex ære minuto, mole argentei quinarii, apud D. Abb. FAUVEL, ſcriptum eſt, ANA *Primæ Narbonenſis quartum* numisma.

Tab. IV. 7. Ut proxime: ſed in imo numismate ſunt hæ litteræ: SMKS *Societas Mercatorum Karthaginienſium ſextum* hoc numisma Principis honori percuſſit. Eſt ex ære minimo apud P. Chamillart, & apud D. Baudelot.

Ibid. 8. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Eſt argenteus, in Conſtant. Chriſt. pag. 63. verſu 2. & in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 9. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite

cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra, CONS. ut in Valentiniano, Theodosio, & Arcadio: *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Hunc nummum ex ære profert Mediobarbus e Muſco ſuo, pag. 527.

Tab IV. 10. Ut proxime, exceptis litteris, ſunt in imo margine poſitæ hujusmodi, ANTA *Primæ Narbonenſis tributum primum.* Eſt hic argenteus, e Cimelio D. FOUCAULT. Nihilo certe magis numismata tunc cuderentur Conſtantinopoli aut Antiochiæ Honorii nomine, quam nunc cuduntur Pariſiis aut Biturigibus nomine Regis Hiſpaniarum; quantumvis ſit ille cum Regia Francorum familia conjunctus conſanguinitate proxime. Non eſt igitur aut in hoc numismate ſimilibusque Antiochia; aut in priore aliisque ejusdem formæ, Conſtantinopolis cogitanda.

Ibid. 11. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra, SISCP *Siſcienſes primum* hoc numisma Principi obtulerunt. Eſt argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 4. & in Theſauro Regio.

Ibid. 12. Ut ſupra. In imo nummi margine, SISCPS *Siſcienſes*, *Permiſſu Senatus*. Eſt argenteus (& idcirco fortaſſis Permiſſu Senatus ex tali metallo percuſſus:) in Theſauro Brandeburg. pag. 828. Sic nummus Theodoſii in VOT. V. MULT. X. habet SISCPS quia eſt argenteus.

Ibid. 13. Ut ſupra. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra, ANTA *Primæ Narbonenſis tributum primum.* Eſt ex ære minimo apud Occonem, pag. 563.

Ibid. 14. Ut ſupra. .)(. In corona laurea: VOT. X. MULT. XX. Infra, SMK Societas Mercatorum Karthaginenſium, ut fere in nummo Theodoſii. Eſt ex ære minimo apud Mediobarbum, pag. 510.

21.

Numismata alia in iisdem
Votis decennalibus percuſſa,
anno Chriſti 405.

Tab. IV. 1. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens oſtendit in clypeo, quem ſuſtinet Zephyrus alatus, VOT. X. *Votis decennalibus.* Infra, SMRP *Societatis Mercatorum Remenſium primum* numisma, oblatum Principi. Eſt aureus in Conſtant. Chriſt. pag. 54. verſu 8. & in Theſauro Regio, quinarii modulo.

Ibid. 2. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens oſtendit in clypeo, quem ſuſtinet Zephyrus alatus, VOT. X. MULT. XX. Hinc M inde D. *Mandato Decurionum.* Infra CONOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* In quolibet municipio Decuriones appellabantur, quos in ſua Curia Roma Senatores vocabat. Horum igitur, ſive Curiæ municipalis mandato, in omni civitate Romani Imperii percuſſum iſtud ex auro numisma dicitur. Eſt inter numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab XXIV. num. 5. In Regio pariter aureo, qui eſt quinarii argentei mole, in medio eſt hinc R inde V. *Roma Victrix.*

Ibid. 3. D. N. . . A VALENTINIANUS P. F. AUG Caput cinctum diademate e gemmis. *Dominus noſter Placidus Valentinianus* &c. Victoria ſedens, oſtendit in clypeo, quem ſuſtinet Zephyrus alatus, VOT. X MULT. XX. Hinc R inde V. *Roma Victrix*: ut in altero ejusdem Placidi Valentiniani, ſive junioris, ſuperius explicato numismate. Infra, CONOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt hic nummus aureus ibidem, Tab. XXV. num. 2.

Ibid. 4. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. *Victoria Auguſtorum.* Victoria gradiens oſtendit in clypeo, VOT. X. MULT. XX. Infra, RP *Remenſium primum* numisma, honori Principis dicatum. Eſt hic Valentiniani prioris nummus ex ære minimo, in Conſtant. Chriſt. pag. 54. verſu 2.

Ibid. 5. Ut proxime. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens tenet clypeum, in quo VOT. X. MULT. XX. Latere nummi ſiniſtro, Chriſti monogramma, ☧. Infra, ANOBC *Primæ Narbonenſis obtulerunt civitates.* Cur Valentiniani nomine, hoc anno præſertim, nummos cuderet Antiochia? Eſt inter aurea numismata Ducis Parmenſis, Tab. XXII. num. 5.

Ibid. 6. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens tenet clypeum, in quo VOT. X. MULT. XX. ut proxime in nummo Valentiniani patris. Latere nummi ſiniſtro, Chriſti monogramma, ☧. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus ibidem; Tab. XXIII. num. 7.

Ibid. 7. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGG. In medio, O. *Concordia Auguſtorum omnium.* Roma ſedens, galeato capite, dextra haſtam tenet, ſiniſtra clypeum in quo VOT. X. MULT. XV. *Votis decennalibus, multis quindecennalibus.* Infra, MDOB *Mediomatrici obtulerunt.* Quos Plinius Mediomatricos appellat, libro IV. ſect. XXI. hos Galli vocant, *le païs Meſſin*: oppidum ipſum, *Mets.* Eſt hic nummus inter aurea numismata Ducis Parmenſis, Tab. XXII. num. 4. ſed abſque littera O, quam adjecit ex ſuo pariter aureo Mediobarbus, pag. 505. Docet hic nummus apertiſſime, multo plures quam tres fuiſſe ſimul Auguſtos: id quod etiam ex aliis conſtat inferius deſcribendis.

Ibid. 8. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGGI. *Concordia trium Auguſtorum, decimo* jam iſto numismate commendata. Roma ſedens galeata, clypeum tenet, in quo VOT. X. MULT. XV. ut in nummo Valentiniani proxime allato. Infra, detritæ ſunt litteræ CONOB. Aureus eſt in Muſeo Domus Profeſſæ Societatis noſtræ Pariſiis. In alio ſimili e Gaza Regia, litteræ CONOB conſpicuæ ſunt; & idem habet CONCORDIA AUGG B. Alius pariter aureus ibidem habet, CONCORDIA AUGGA: alius denique, CONCORDIA Θ AUGGG hoc eſt, *nonum*: uterque, VOT. V. MULT. X.

Ibid. 9. D. N. VALENS PERP. AUG. *Perpetuus feliciter Auguſtus.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Urbs Narbonenſis turrito, & Roma galeato capite, ſedentes tenent clypeum, in quo VOT. X. MULT. XX. Infra, PANOBH *Provincia Narbonenſis obtulit octavum* hoc numisma. Eſt illud ex auro in Theſauro Brandeburg. pag. 826. In aureo plane ceteroqui ſimili vidimus *quartum* numisma Valenti Aug.

Ibid. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens ſcribit in clypeo, quem Zephyrus alatus ſuſtinet, VOT. X. MULT. XV. *Votis decennalibus, multis quindecennalibus.* Infra, TROBT. Ut Mediomatrici Valentiniano, ita Valenti Treveri, dumtaxat quindecennalibus felicia optaverunt. Aureus hic eſt e Muſeo P. Chamillart.

22.

Vota quindecennalia ſimul ſuſcepere
VALENS, VALENTINIANUS uterque,
THEODOSIUS, & GRATIANUS,
anno Chriſti 410.

Tab.

Tab. IV. 1. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOTIS XV. MULTIS XX. Cum adsignaretur Augusto cuique a Senatu principatus ad annos quinque tantum; ac si cui prorogaretur imperium, quinto quoque anno hæc prorogatio decerneretur a Senatu, decimo horum Augustorum anno pæne exacto, appetente undecimo, Kal. Januariis, vota concepta sunt pro felici administratione sequentis quinquennii, hac formula: *Vota quindecennalia*, hoc est, pro tertio quinquennio feliciter transigendo; *multis* interim ex ipso Senatu cupientibus prorogari ei potestatem & vota decerni usque ad annum vicesimum. Infra, SISCPZ *Sisciensium Præfectura septimum* hoc numisma Principi obtulit. Est argenteus in Const. Christ. pag. 54. versu 8.

Ibid. 2. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOTIS XV. MULTIS XX. Infra, SMAQS *Societas Mercatorum Aquensium* in Narbonensi Provincia, *Aix en Provence*, hoc *sextum* numisma Principi obtulit. Est ex ære minimo in Museo nostro.

Ibid. 3. Eadem inscriptio. .)(. VOTIS XV. MULTIS XX. Infra, SMRP *Societas Mercatorum Remensium primum* hoc numisma, hac forma, Principis honori cudit. Est ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 4. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. *Valentinianus junior.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOTIS XV. MULTIS XX. Infra, SMRP. ut in nummo Valentiniani patris. Ambo simul igitur Augusti fuere, & in eodem Imperii tractu. Est hic ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 5. D. N. THEODOSIUS P. P. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOTIS XV. MULTIS XX. Infra, detritæ litteræ. Est ex ære minimo ibidem.

Ibid. 6. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. In corona laurea: VOTIS XV. MULTIS XX. Infra, PSISC. *Primum Sisciensium* numisma hac forma. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART: Argenteus in Thesauro Regio.

Tab. V. 7. Ut proxime. Infra, SISCPZ *Sisciensis Præfectura septimum* hoc numisma hac forma cudit: ut in nummo Valentis. Argenteus est, in Const. Christ. pag. 56. versu 4.

Ibid. 8. Ut supra. .)(. In imo nummi margine, ANT. *Primæ Narbonensis tributum.* Est argenteus, in Thesauro Brandeb. pag. 828.

Ibid. 9. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea: VOT. XV. MULT. XX. Infra, LUCP *Lugdunensium quinque civitatum primum* numisma. Ex ære minimo, in Museo nostro.

Ibid. 10. Omnia ut proxime: præter litteras subscriptas, LUCS *Lugdunensium quinque civitatum secundum* numisma. Ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 11. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea: VOT. XV. MULT. XX. Infra, SMRP *Societas Mercatorum Remensium primum* hoc numisma hac forma cudit. Ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 12. Ut supra. In imo margine, SMRQ *Societas Mercatorum Remensium quartum* hac forma numisma cudit. Ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 13. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea, VOT. XV. MULT. XX. Infra, TES *Treveri, Edicto Senatus.* Est ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 14. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria sedens scribit in clypeo, quem Zephyrus alatus sustinet, VOT. XV. MULT. XX. Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Aureus est in Gaza Ducis Parmensis, Tab. XXII. num. 7.

Ibid. 15. Eadem inscriptio. .)(. CONCORDIA AUGGG. *Concordia trium Augustorum*, Valentiniani, Theodosii, & Honorii; qui tres fuere Imperatores, ut dicemus inferius. Infra, COMO *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus est ibidem, num. 6.

23.

Vota vicennalia simul susceperunt THEODOSIUS, HONORIUS, GRATIANUS, ARCADIUS, anno Christi 415.

Tab. V. 1. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Cum galea, & clypeo, & hasta humero dextro transversim imposita, quæ sunt in nummis insignia Imperatorum, hoc ævo præsertim. E tot Augustis, quos simul provinciis impositos fuisse a Senatu dicimus, quatuor solummodo, sive statim, sive post annos aliquot renunciati sunt Imperatores, & in nummis propterea hæc insignia gestant Imperatorum: omnes materno genere, nimirum Theodosius, Honorius, Valentinianus pater, & Arcadius, ex familia Julia prognati. Datum istud est præclaris Fl. Julii Constantis meritis erga Rempub. & Christianam religionem; quæ ipsi etiam nummi veteres eximie prædicant. Non fuere summi Imperatores, sed Augusti tantum in provinciis, in bello autem velut Legati sub Imperatoribus, e familia Fl. Maxima fortasis, paterno genere Joannes & Eugenius; materno, Maximus: neque ex familia Fl. Claudia, Gratianus materno sanguine, & paterno Victor: nec denique ob ætatem decuit Valentinianum juniorem esse patri æqualem, sed tantum esse sub patre Imperatore veluti Principem Juventutis .)(. VOT. XX. MULT. XXX. Post annos quindecim fere imperii bene gesti, sextodecimo ineunte vota concipiuntur, ut usque ad annum vicesimum prospere agat, ita decernente Senatu; multorum etiam Senatorum suffragiis postulantibus, ut pro felici usque ad tricesimum annum successu vota decernerentur. Victoria stans, dextra tenet crucem oblongam, læva vestem sublevat. Supra, sidus Solis, symbolum Augusti. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Thesauro Brandeb. pag. 870. Partem hujus nummi posticam ex aureo Bavaricæ Gazæ describit etiam Gretserus, tomo III. de Cruce, pag. 56.

Ibid. 2 D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis.)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria sedens, & Zephyrus alatus, ad famam Victoriæ scilicet ubique proferendam, clypeum sustinent, in quo VOT. XX. MULT. XXX. Est aureus in Const. Christ pag. 63. versu 4. Infra, CONOB. In medio, hinc R inde V Roma Victrix. Aureus est quinarii argentei mole in Gaza Regia simillimus, sed habet COMOB.

Ibid. 3. AEL. EUDOXIA AUG. Capite gemmis ornato, & imminente capiti corona, quam defert manus e cælo. .)(. VOT. XX. MULT. XXX. Victoria, & cetera omnia, ut in nummo 1. qui est Theodosii. Infra, CONOB. Est aureus, ibidem, pag. 65. versu 3. & in Gaza Regia.

Ibid. 4. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. *Domina nostra Galla Placidia Pia Felix Augusta.* .)(. VOT. XX. MULT. XXX. Victoria, & cetera, ut in nummo Theodosii mariti sui, quicum propterea nummos habet ejusdem typi. Infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* In medio, R V *Roma Victrix.* Aureus est in Thesauro Brandeburg. pag. 842. & in Gaza Regia. In simili aureo e Gaza Bavarica, apud Gretserum, tomo III. de Cruce, pag. 64. manus supera Placidiæ coronam imponit. In altera parte adduntur litteræ R M *Restituta Mercatura*: & infra, COMOB *Civitatum*

omnium Mercatores obtulerunt, ob Mercaturam reſtitutam.

Tab. V. 5. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(In corona laurea: VOT. XX. MULT. XXX. Infra, SNA *Societas Narbonenſis primæ* Eſt ex ære minimo apud D. de Ballonſſeaux, Lucemburgi, ut ad me ſcripſit.

Ibid. 6. Eadem inſcriptio. .)'. VOT. XX. MULT. XXX. in corona laurea. Infra, SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginienſium quartum* numisma, hujus formæ. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 7. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite galeato, cum clypeo $\frac{XX}{XIX}$ hoc eſt, VOT. XX. MULT. XXX. Aureus eſt, quem D. de Peireſc in ſua Collectione MS. aït ſe vidiſſe Pariſiis, apud D. Predeſeglium. Infra, CONOB apud Oyſelium, Tab. LIV. Vidimus ex auro apud D. de Cleves, Pariſiis; cum littera B poſt REIPUBLICÆ, ut altera hæc nummi percuſſura eſſe ſignificetur. Sed quod amplius eſt, non NOVA, quod certe frigidum hic epitheton foret, ſed VOVA conſpicue legitur: ut ſententia ſit: *Victoria Obſequens Votis Arcadii*, SPES REIPUBLICÆ. Victorem certe Arcadium denotat hic picta Victoria. Eadem *obſequens Votis Arcadii* dicitur, ut in nummo Antonini Pii, FORTUNA OBSEQUENS. Nummi hujus Arcadii expreſſam effigiem in cera habemus.

Ibid. 8. AEL. PULCHERIA AUG. Ipſa cum corona gemmea: cæleſti manu deſuper coronam protendente. .)(. Victoria crucem tenet: VOT. XX. MULT. XXX. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus eſt in Collectione MS. D. Peireſcii, pag. 373.

24.

Vota tricennalia ſimul ſuſcepere
HONORIUS, THEODOSIUS, PLA. VALENTINIANUS, & VALENS fortaſſis,
anno Chriſti 420.

Tab. V. 1. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Cum galea, haſta, & clypeo, quia Imperator. .)(. Roma & Urbs Arelate ſedentes, clypeum tenent, in quo VOT. XXX. MULT. XXXX. Anno viceſimo primo principatus Honorii, vota ſunt decreta a Senatu, ſuſcipienda a Populo Romano, ut tertium decennium Princeps cum laude peragat; multis interim ex ipſo Senatu poſcentibus ut vota pro eo fieri quadragenalia juberentur. Hinc R inde V *Roma Victrix*. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt*. Aureus eſt, e Gaza Ducis Parmenſis, Tab. XXIV. num. 6.

Ibid. 2. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Cum galea, haſta, & clypeo, quia Imperator. .)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. Roma ſedens, galeato capite, dextra tenet orbem Romanum, cui crux eſt impoſita; ſiniſtro pede calcat proram navigii, ut ſignificetur ſitus Urbis ad Tiberim amnem, quo annona in Urbem devehitur. Latere ſiniſtro, ſidus Solis eſt, Auguſti ſymbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt*. Aureus eſt e gaza Regia, idemque (ut alii ex ea gaza) in Conſt. Chriſt. Du-Cangii delineatus, pag. 65. verſu 1. Item in Theſauro Brandeb. pag. 840. Ab his Theodoſio juniori perperam ac ſine ullo argumento tribuitur; tantum ne junior ille, quem hiſtoriæ confinxere, abſque unico numismate ſit. Nummi enim certe quemadmodum Theodoſius alter ab altero ſecernatur, nullo indicio produnt. Quamobrem Theodoſio ſeniori (ut appellant) hunc nummum Gretſerus noſter vir eruditus adſcribit, tomo III. de Cruce, pag. 54. ex Theſauro Bavarico. In iſto, ut in Regio, poſt XXXX. additur littera Γ: in altero autem Regio, littera H: ut *tertia* & *octava* hujus nummi fabrica ſignificetur.

Ibid. 3. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis, vultu annorum L. Dextra tenet volumen Evangeliorum, ſiniſtra crucem. .)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. Theodoſius & Valentinianus junior, nimbo lucido utriusque caput circumcingente, ſedent: ambo volumen Evangelicum dextra tenent, crucem ſiniſtra. Nam utrique conveniunt VOT. XXX. MULT. XXXX. & eſt ſtatura breviore, qui ſiniſter eſt, ob ætatem haud dubie juniorem. Supra, ſidus Solis, qui Auguſti ſymbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt*. Eſt inter aurea Ducis Parmenſis numismata, Tab. XXIV. num. 8. Hunc nummum Card. Baronius ad annum 394. num. 10. pag. 685. edit. Rom. repræſentat, ac Theodoſio ſeniori tribuit: & Philippum ac Joannem Apoſtolos ibi depictos putat, ob ea quæ recitat Theodoretus, libro V. cap. XXIV. Sed fruſtra. Nam cur ex his duobus alter multo minor altero pingitur, ſi non eſt alter eorum inſigni aliqua prærogativa præſtantior altero?

Ibid. 4. D. N. PLACIDUS VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis, dextra tenet volumen Evangelicum, ſiniſtra crucem. .)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. Auguſtus capite cincto gemmis, toga gemmis contexta, ſiniſtra crucem tenet, dextra ſublevat Mercaturam procumbentem in genu. Qui putant Italiam hic depingi, longe falluntur; cum radiato capite pingi Italia ſoleat; hæc vero pileo, ut Mercatores in ſuis officinis, tectum caput habeat. Adde quod & in ſequenti nummo, qui hujus eſt ceteroqui ſimillimus, adduntur litteræ R M quæ ſignificant Reſtitutam Mercaturam; Gallice, *le Negoce rétabli*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Eſt hic aureus perpulcher, maximæ molis, inter Numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab. XXV. num. 5. & apud Baronium, ad annum 425. num. IV. Qui primis annis *Valentinianus junior* appellabatur, idem ætate provectior poſt principatum annos quindecim aut viginti geſtum, abjecta *Junioris* appellatione, de paternæ familiæ cognomine, ut in nummis ſecernatur a patre, *Placidus Valentinianus* nuncupatur. At hoc gemino nomine negat is aperte ſe eſſe, quod hiſtorici mentiuntur, Conſtantii & Placidiæ filium. Nam ſi Placidia quidem genitus eſſet, *Placidius* diceretur, quod eſſet gentis nomen; non *Placidus*, ut nummi conſtanter exhibent, quod eſt familiæ cognomen, ut *Valens*. *Valentinianus* etiam qui dicitur, non poteſt eſſe niſi Valentinæ maritus aut filius. Neque enim, ut alibi oſtendimus, multisque exemplis firmavimus, nomina in *ianus* ad nepotem tranſeunt. Non igitur Valentinianus tertius aliquis fuit, nec potuit eſſe is, ſi quis foret, Conſtantii aut Placidiæ filius.

Ibid. 5. D. N. PLACIDUS VALENTINIANUS P. F. AUG. Ut ſupra. .)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. Omnino ut in præcedenti nummo. In medio, hinc R inde M *Reſtituta Mercatura:* Gallice dixeris, ut jam monuimus, *le Négoce rétabli*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus & iſte eximius, in eadem gaza Parmenſi, Tab. XXV. num. 6.

Ibid. 6. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. Ut ſupra.)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. eodem typo prorſus atque in nummo IV. In medio, hinc R inde M & infra, COMOB ut in nummo V. Eſt & hic aureus ibidem, num 7. Eſt & huic ſimilis pariter ex auro eximius in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 7. P. VALENTINIANUS AUG. *Placidus Valentinianus Auguſtus*. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VOTIS XXX. Caſtrum. Eſt ex ære mi-

nimo, sed perelegantis fabricæ, in Museo D. BAUDELOT.

Ibid. 8. D. N. VALENS P. F. AUG. .)(. VOT. XXX. MULT. XXXX. In corona laurea. Infra, C III *Cabillonensium tertium* numisma. Non vidimus nisi apud Occonem, pag. 563. Nec vota ipsius etiam XX. in nummis vidimus. Scripti annales Valenti Aug. annos tribuunt XIV. menses IV.

25.

Simul fuere VALENTINIANUS, THEODOSIUS, & EUDOCIA AUG. anno Christi 414.

Tab. VI. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. cum galea, hasta, & clypeo, quia Imperator. Cum Valentinianus in nummis sine alio adjecto nomine legitur, Valentinianum patrem semper oportet intelligi. .)(. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Imperator bis & quadragies, Consul decimum septimum, Perpetuus Proconsul.* Et Consulatus gessisse aliquot, & Romano exercitui, priusquam Augustus renunciaretur, præfuisse aliquoties Valentinianum oportet, ut & Theodosium, cujus similes sunt in nummis tituli, ut mox videbimus. Nam ambos, ut pote collegas, iisdem fuisse a Senatu honoribus ac titulis decoratos, toties Consulatu, toties exercitus præfectura perfunctos, hi nummi docent. Hinc Fastos falsi argue. Sic Diocletiani & Maximiani tituli sunt in nummis iidem, quoniam collegæ essent. Anno utriusque vicesimo percussa fuisse videntur hæc numismata. In hoc Valentiniani nummo Roma sedet galeato capite; dextra gestat orbem Romanum, cui imposita crux est; sinistra hastam. Sinistro pede calcat navigii proram, ut designetur situs Urbis ad Tiberim, quo amne annona in Urbem devehitur. Latere dextro nummi sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est aureus in Gaza Regia, in Thesauro Brandeburg. pag. 843. & in Const. Christ. pag. 54. versu 5. 6. Valentiniano patri hunc nummum pariter asserente Du-Cangio.

Ibid. 2. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. cum galea, hasta, & clypeo, quia Imperator. .)(. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. Typus idem omnino ac superioris nummi. Infra, CONOB. Est hic aureus in Gaza Regia, & in Const. Christ. pag. 65 versu 1. & in Thes. Brandeb. pag. 840. At apud Occonem bis discribitur, pag. 572. & 579. Nam & Theodosio seniori, ut vocant, hunc nummum adscribit, & alteri juniori, quem Annales scripti finxere. In Tab. XXIV. Gazæ Parmensis, num. 9. vitio incisoris, scriptum est, IMP. XXXII. pro XXXXII. Graviore ipsu Occo, pag. 568. & Mediobarbus ipsum secutus, pag. 535. scripsere, TR. P. XXXVII. & TR. P. XXXXII. COS XVIII. pro IMP. XXXXII. COS. XVII. solito duæ P. P & spatio & puncto interjecto plus solito invicem dirimuntur in nummis istis, ne quis *Patrem Patriæ* hic legendum putet, pro *Perpetuo Proconsule*, ut in nummis Diocletiani, Maximiani, & Constantini.

Ibid. 3. AEL EUDOCIA AUG. *Ælia Eudocia Augusta.* Corona ei a supera manu imponitur. Gretserus, tomo III. de Cruce, pag. 62. edidit, AEL. EUDOXIA AUG. scalptoris errore. .)(. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. Hoc est, conjux *Imperatoris bis & quadragies, Consulis septies decies, Perpetui Proconsulis.* Typus idem omnino atque in nummo Valentiniani Aug. quem Eudociæ maritum fuisse, ex hoc nummo intelligimus. In nummis enim Augustarum apponi mos est titulos maritorum ipsarum. Sic in nummo Faustinæ junioris legas, FAUSTINAE AUGUSTAE PII AUG. FIL. .)(. P. M. TR. P. XIX. IMP. III COS. III. Theodosii autem uxorem fuisse Gallam Placidiam, alii, quos jam explicuimus nummi docent. Infra, CONOB Civitates omnes Narbonenses obtulerunt. Est hic aureus etiam apud Occonem, pag. 573.

Ibid 4. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Augustorum.* Victoria sedens scribit in clypeo, XXXX. Sub clypeo est Christi monogramma: ut intelligas vicisse quadragies Theodosium, ope militum Christianorum: nunc in pace sedentem otio glorioso parto frui. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Thesauro Brandeb. pag. 840.

26.

Simul Augusti fuere, & inter se concordes, VALENTINIANUS uterque; VALENS, THEODOSIUS, ARCADIUS, MAXIMUS, GRATIANUS, EUGENIUS, VICTOR, anno Christi 400.

Tab. VI. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Duo Augusti sedent, togati, orbem Romanum dextris conjunctis tenent, ambo æqualis staturæ: quo habitu significatur Augustos esse duos æquales; non alterum alterius patrem vel filium. Valentinianus igitur cum Theodosio hic exhibetur: nam Valentiniani sororem Gallam Placidiam in matrimonium duxerat. Inter utrumque Augustum retro stat victoria, alis expansis. Ad pedes, inter utrumque pariter Augustum, palma enascitur. Infra, TROBT *Treveri obtulerunt*: quo plane modo CONOB est *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt:* Aureus hic est in Const. Christ. pag. 54 versu 1. & in Thesauro Brandeb. pag. 824. Apud Occonem, pag. 562. est solummodo TROB. eadem sententia.

Ibid. 2. Ejusdem, similis præcedenti. Infra, TES *Treveri edicto Senatus.* Aureus est in Museo P. CHAMILLART.

Ibid. 3. Ejusdem, primo similis. Infra, SMTES *Societas Mercatorum Treverensium, Edicto Senatus.* Aureus pariter in Const. Christ. loco citato, & in Thesauro Regio.

Ibid. 4. Ejusdem; ut supra. In imo nummi margine, TROBC *Treveri obtulerunt cives.* Aureus, in Gaza Parmensi, & in Domo Professa Societatis Jesu Parisiis.

Ibid. 5. Ejusdem, ut supra. In imo nummi margine, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Aureus in Thesauro Regio, & in utroque Cimelio proxime appellato. Alius similis inter aureos Arschotanos, Tab. 58. & apud D. de Cleves, Parisiis, habet pariter COM: in medio autem hinc T inde R: *Tranquillitas restituta.* Alius ex auro pariter, quem vidimus, habet in medio hinc L inde D: forte, *Lugdunensium Decreto.* Infra, COM ut proxime.

Ibid. 6. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. *Valentinianus junior*, Valentiniani prioris filius. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG Typus idem omnino atque in Valentiniano patre. Augusti duo staturæ æqualis: Valentinianus Valentiniani F. & Gratianus, opinor, Honorii gener. Infra, TROBT *Treveri obtulerunt.* Aureus est in Thesauro Regio. Alter huic plane similis ex auro; nisi quod Augusti duo qui sedent, sunt inæqualis staturæ: dexter, multo altior; minor vero is, qui sinister est: Valentinianus uterque scilicet; simul ambo Augusti, pater, & filius, sive junior. Est in Cimelio D. FOUCAULT. Inter Arschotanos, Tab. 58. aureus huic similis, habet AQOBF. *Aquenses*, sive *Aquisextienses obtulerunt fabri.*

Ibid. 7. Ejusdem, præcedenti similis. Infra, TROBC *Treveri obtulerunt cives.* Aureus in Gaza Regia, in Const. Christ. pag. 56. versu 6. & in Domo Pro-

feſſa Societatis Jeſu Pariſiis. Alius ſimilis aureus in Theſauro Brandeb. pag. 831. habet TROBS *Treveri obtulere Senatores.*

Tab. VI. 8. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis .)(. VICTORIA AUGG. Duo ſedent Auguſti æquales, Victoria inter utrumque media, ut in ſuperioribus. Infra, TROBT *Treveri obtulerunt.* Aureus in Conſt. Chriſt. pag. 46. ex Theſauro Bavarico.

Ibid. 9. Ejusdem, ſimilis priori. Infra, TROBC *Treveri obtulerunt cives.* Aureus in Gaza Parmenſi, Tab. XXIII. num. 2. & in Domo Profeſſa Societatis Jeſu Pariſiis, & in Theſauro Brandeb. pag. 826.

Ibid. 10. Ejusdem, ſimilis prioribus. Infra, TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.* Aureus, in Muſeo P. CHAMILLART, & apud Occonem, pag. 563. In alio denique pariter aureo e Gaza Regia, legitur SMTES *Societas Mercatorum Trevirenſium, Edicto Senatus.*

Ibid. 11. Ejusdem, ſimilis prioribus. Infra, A SISC *Primum Siſcienſium* numisma oblatum Principi. Aureus, in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 7.

Ibid. 12. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Duo Auguſti æquales ſedent, Theodoſius & Valentinianus, Victoria inter utrumque media, alis expanſis, ut in nummis ſuperioribus. Quod certiſſimo argumento eſt, ſimul percuſſa fuiſſe hæc omnia numismata. Infra, TROBC *Treveri obtulerunt cives.* Eſt hic nummus aureus e Muſeo P. CHAMILLART. In alio ſimili aureo e Theſauro Regio, AQOB *Aquenſes obtulerunt.* In altero apud D. Abb. FAUVEL argenteo, AQOBF *Aquenſes*, ſive *Aquiſextienſes obtulerunt fabri.*

Ibid. 13. Ejusdem, ſimilis priori. In media nummi area parte poſtica, hinc M inde D *Mandato Decurionum.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores* obtulerunt. Eſt in Theſauro Regio, & in Gaza Parmenſi, Tab. XXIII. num. 5. aureus.

Ibid. 14. Ejusdem, ſimilis proxime præcedenti. In medio, hinc T inde R *Tranquillitas reſtituta.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores* obtulerunt. Eſt aureus in Domo Profeſſa Societatis Jeſu Pariſiis, & inter Arſchotanos, Tab. 59.

Ibid. 15. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG, *Magnus Maximus.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Auguſti duo ſtaturæ æqualis, & togati ſedent, orbem Romanum dextris conjunctis tenent, Victoria inter utrumque retro ſtante, ut in Valentiniano, Theodoſio, Gratiano, & ceteris. Infra, TROB *Treveri obtulerunt.* Aureus eſt e Gaza Regia, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 8. in Domo Profeſſa Societatis Jeſu Pariſiis, & in Theſ. Brandeb. pag. 830.

Ibid. 15. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto lapillis. .)(. VICTORIA AUGG. Auguſti duo æquales ſedent, orbem Romanum conjunctis dextris tenent, Victoria retro ſtante. Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Aureus eſt in Theſauro Regio.

Ibid. 16. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Auguſti duo ſedent; ſed qui dexter eſt, altior ſeniorque: juniorque alter, qui ſiniſter, ac multo minor: quoniam ille ſocer, Honorius ſcilicet, hic gener eſſet, & ſub Honorio Aug. ſecundarius Auguſtus, ſcilicet Gratianus. Ambo dextris admotis orbem Romanum tenent; media inter utrumque Victoria. Infra, TROBT *Treveri obtulerunt.* Eſt ex gaza Regia aureus, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 2. in Domo Profeſſa Societatis Jeſu Pariſiis, & in Muſeo P. CHAMILLART. Inter Arſchotanos, Tab. 58. aureus eſt huic ſimilis, ſed Auguſtis duobus æqualibus, Gratiano, & Valentiniano juniore, opinor. Infra, TROBC *Treveri obtulerunt cives.* In alio apud D. de Cleves, COM *Civitatum omnium Mercatores.*

Ibid. 17. Ejusdem, priori ſimillimus. Infra, TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.* Aureus in Domo Profeſſa ſupradicta, & inter Arſchotanos, Tab. 58.

Ibid. 18. Ejusdem, ut in ſuperioribus. Infra, MDOB *Mediomatrici obtulerunt.* Aureus ibidem.

Ibid 19. Ejusdem, ut in ſuperioribus. Infra, AQOBF *Aquenſes obtulerunt fabri.* Aureus, in Theſ. Brandeb. pag. 829. Sed haud ſatis accurate ibi depictus, ut videtur.

Ibid. 20. Ejusdem, prioribus ſimilis. Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Inter aurea numismata Ducis Parmenſis, Tab. XXIII. num. 3. & inter Arſchotanos, Tab. 58.

Ibid. 21. D. N. EUGENIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis: vultu annorum paulo amplius quinquaginta. .)(. VICTORIA AUGG. Auguſti duo togati, æqualis ſtaturæ, Eugenius & Theodoſius, ſedent, Victoria intermedia, ut in ſuperioribus nummis omnibus. Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* In medio, hinc M inde D *Mandato Decurionum:* ut in nummo XIII. qui eſt Theodoſii. Aureus in Theſauro Regio, & apud Illuſtr. Marchionem de Montauban, & in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 6. Alius inter aureos Arſchotanos, Tab. 60. in medio habet hinc T inde R: *Tranquillitas reſtituta.* Dicant interim hoc loco, ſi poſſunt, ſcriptæ hiſtoriæ laudatores, qui & in nummis veteribus has litteras COM de Conſtantinopoli interpretantur, & numismata ipſam fuiſſe per ſe pecuniam publicam credi volunt; dicant illi quo jure pecuniam percuti Conſtantinopoli Eugenius juſſerit, & ex auro quidem; quem ſcripti annales ultra Mediolanum proceſſiſſe negant, aut ullam cum Theodoſio ſocietatem iniiſſe. Neque vero in hoc ſolummodo Eugenii nummo legitur COM, ſed in altero ejusdem pariter aureo, quem inferius proferemus, cum epigraphe, VICTORIA AUGUSTORUM. Dicant illi igitur Conſtantinopoleos defenſores, quo jure Eugenii nomine cuſa ibi pecunia fuerit. Quamquam mire obſtinatos obcœcatosque oportet eſſe, qui hanc formam nummorum, hoc genus characterum, quod eſt Latini orbis ac moris, ſi quod maxime, ſimillimumque nummis Valentiniani, aliisque Gallicanæ fabricæ, ipſisque nummis Ludovici Magni, Byzantiam exiſtiment referre officinam. At non ita temere fortaſſis Eugenium falſorum numinum, in primisque Jovis fulminei cultui addictum prodidere ſcriptores hiſtorici; cum nulla in ipſius numismatis nota ſit Chriſtianæ religionis, quamvis concordiſſimam omnia referant cum Principibus Chriſtianis amicitiam ac ſocietatem.

Ibid. 22. His addi etiam debet Fl. Victoris Aug. nummus, quem ſuperius explicuimus §. 8. quandoquidem ſi epigraphen excipias, cetera ſunt in eo nummo ſuperioribus plane ſimilia.

D. N. FL. VICTOR P. E. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. BONO REIPUBLICE NATI. Duo Auguſti ſedent, ſed inæqualis ſtaturæ: ambo orbem Romanum tenent, Victoria retro ſtante alis expanſis: ad pedes inter utrumque palma emicat. Infra, TROB. Aureus in Gaza Regia, cuſus haud dubie anno eodem ac ſuperiores, ut typi ſimilitudo admonet.

27.

In partem ejusdem victoriæ, laudemque
Reipublicæ reſtitutæ venerunt
VALENTINIANUS uterque, VALENS,
GRATIANUS, MAXIMUS,
anno Chriſti 400.

Ta-

Tabula VII. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ. Stat Augustus paludatus, dextra labarum tenet, in quo ☧ Christi monogramma est: sinistra orbem Romanum gerit: cui Victoria Romana imposita coronam Augusto porrigit. Dextro nummi latere, Christi monogramma, ☧. Cum in præcedentibus nummis VICTORIA AUGG. omnibus in commune tribuatur: nunc quisquis eorum utiliorem navavit in ea re operam, RESTITUTOR REIPUBLICÆ nuncupatur, & nummis quidem aureis cohonestatur. Infra, ANT Δ *Primæ Narbonensis tributum quartum.* Aureus est apud Gretserum, tom. III. de Cruce, pag. 44. ex Thesauro Bavarico. Alius habet ANTH *octavum*, in Const. Christ. pag. 54. versu 4. Alius inter aureos Arschotanos, Tab. 56. ANTO *Primæ Narbonensis tributum octavum.* Alius ibidem, KONST *Korporatorum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Alius ANT P *primum*, in Const. Christ. ibidem, versu 2. Sed isti quatuor sine Christi monogrammate in area. Argenteus apud D. Abb. FAUVEL habet ANT tantummodo.

Ibid. 2. Ejusdem, priori simillimus: tantum dextro latere addita Crux. Infra, ANT Γ Primæ Narbonensis *tributum tertium.* Est aureus in Const. Christ. pag. 54. versu 4.

Ibid. 3. Ejusdem, persimilis nummo primo, sed absque Christi monogrammate in area. Infra; CONSP *Civitatum omnium Narbonensis secundæ primum* numisma hujus formæ. Aureus, apud Baronium, ad annum 364. num. 10. & inter Numismata aurea Ducis Parmensis, Tab. XXVI. num. 1. & in Thes. Brandeb. pag. 826.

Ibid. 4. Ejusdem, similis prioribus. Infra, SMTES *Societas Mercatorum Treverensium, Edicto Senatus*, nimirum Treverensis. Aureus apud Gretserum, loco citato, & apud Occonem, pag. 562. In alio similiter aureo e Gaza Regia, & in alio quem alibi vidimus, in imo margine, TR *Treveri.*

Ibid. 5. Ejusdem, ut supra. In imo margine, SMLUC *Societas Mercatorum Lugdunensium.* Aureus apud Occonem, ibidem. Alius ex argento, D. Abb. FAUVEL, habet SLUC *Secundum Lugdunensium* numisma.

Ibid. 6. Ejusdem, ut supra. In imo margine, SMNЄ *Societatis Mercatorum Narbonensium quintum* numisma. Aureus, apud P. CHAMILLART.

Ibid. 7. Ejusdem, ut in superioribus. Infra, R P *Remensium primum* numisma. Ex ære magno perpulcher, ibidem.

Ibid. 8. D. N. VALENS PER $\frac{F.}{P.}$ AUG. Capipe cincto diademate e gemmis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ. Stat Augustus cum labaro, ut in primo Valentiniani nummo. In imo margine, ANTI *Primæ Narbonensis tributum primum.* Est aureus perpulcher in Museo D. de Ballonfieaux, Lucemburgi. Inter aureos Arschotanos Tab. 57. similis alter istius est: D. N. VALENS PERG. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ. Stat Valens, ut proxime: latere dextro, sub initium epigraphes, sidus Solis additum est, quo significatur Augustus, qui *Restitutor Reipublicæ* dicitur. In imo margine, KONSPP *Korporati omnes Narbonensis secundæ, Patriæ Protectori.* Hoc igitur utroque nummo docemur, statim *Augustum perpetuum*, quod Græci dicunt διὰ βίε, renunciatum fuisse Valentem: quem titulum in nummis ceterorum Augustorum, qui cum ipso principatum gessere non videmus,

Ibid. 9. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput gemmis cinctum. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ, ut in nummo 1. Valentiniani: sed absque Christi monogrammate in area; sed sinistro latere crux addita est, ut in nummo 2. Valentiniani, dextro: ex quo colligas eamdem Christi fidem ambos esse professos, Valentinianum & Valentem. Infra, ANT B *Primæ Narbonensis tributum secundum.* Aureus est in Const. Christ. pag. 54. versu 6. In alio simili aureo, apud D. de Cleves, Parisiis. Christi monogramma in area est, cum litteris infra, positis, SMNI *Societas Mercatorum Narbonensium primum* tributum.

Ibid. 10. Ejusdem, ut proxime; sed crux est dextro latere, ut in nummo 2. Valentiniani. Infra, ANT T *Primæ Narbonensis tributum tertium.* Aureus, e Thesauro Bavarico, apud Gretserum, tomo III. de Cruce, pag. 46. Apud Occonem, pag. 563. est ANTH *octavum*: pariter aureus.

Ibid. 11. Ejusdem, ut supra: sed sine addita cruce. In imo nummi margine, CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ*, cum laurea corona. Inter aurea Numismata Ducis Parmensis, Tab. XXIII. num. 3. in labaro pro Christi monogrammate Crux est. In imo margine CONSO legitur, vitio inciforis, qui coronam lauream, qualem in alio persimili vidimus apud Nobiliss. March. de Montauban, putavit esse literam O. Apud Gretserum, ex Thesauro Bavarico, pag. 46. legitur tantum CONS.

Ibid. 12. Ejusdem, ut in decimo. Infra, SMRQ *Societatis Mercatorum Remensium quartum* numisma. Aureus apud Gretserum, loco citato: ubi perperam scalpsit inciforis, SMRO. In alio pariter aureo e Gaza Regia, MED. *Mediomatrici*; Valentis capite cincto diademate e lapillis.

Ibid. 13. Ejusdem, ut proxime. Infra, R B *Remensium secundum* numisma. Aureus, in Const. Christ. pag. 54. versu 6.

Ibid. 14. Ejusdem, ut supra. In medio, hinc OF inde II. *Officina secunda.* Infra, CONST *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Argenteus, ibidem, versu 7. In alio e Gaza Regia aureo, pariter CONST sed absque litteris OFF II.

Ibid. 15. Ejusdem, ut supra. In imo margine, PLUG *Primum Lugdunensium* numisma. Argenteus ibidem, & apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 16. Ejusdem, ut supra. CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus apud Occonem, pag. 563. & apud Baronium, ad annum 364. num. 10. In alio e Gaza Regia aureo, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum* numisma.

Ibid. 17. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ: ut in primo Valentiniani nummo, sed absque Christi monogrammate in area. Infra, SMRB *Societatis Mercatorum Remensium secundum* numisma. Aureum in Const. Christ. pag. 56. versu 1. & in Gaza Regia. In isto nummo ad pedes Gratiani Aug. Aquila Romana est, rostro coronam Augusto ostentans ac veluti porrigens.

Ibid. 18. D. N. VALENTINIANUS JUN. (*Valentinianus junior*) P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ. Ut in nummo 1. Valentiniani patris, sed absque ☧ in area. Infra, TROBS *Treveri obtulerunt Senatores.* Aureus est in Const. Christ, pag. 56. versu 6. & apud Gretserum, pag. 47.

Ibid. 19. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Caput cinctum lapillis. .)(. RESTITUTOR REIPUBLICÆ, & cetera, ut in primo Valentiniani nummo, absque ☧ in labaro. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverensium.* Aureus, ibidem versu 6. 7. & argenteus in Cimelio D. FOUCAULT. In aureo simili e Gaza Regia, additur sidus Solis, Augusti Symbolum.

Ibid. 20. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR REIP. Stans Augustus paludatus, dextra tenet labarum, in quo ☧: sinistra orbem Romanum, cui

Victoria impoſita coronam Auguſto porrigit. Infra, ANT *Primæ Narbonenſis tributum.* Argenteus in Muſeo noſtro, & in Theſauro Regio.

Tab. VII. 21. Ejusdem, ut proxime. Infra, R P *Remenſium primum* numisma. Eſt ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 22. Ejusdem, ut prius. Infra, SLUG *Secundum Lugdunenſium* numisma. Argenteum, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 23. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. RESTITUTOR REIP. cum labaro, in quo ☧ ut in nummo Valentiniani. Infra, TES *Treveri, Edicto Senatus.* Eſt argenteus in Muſeo noſtro. In alio prorſus ſimili argenteo, apud Nobiliſſ. Comitem de Vaux, eſt TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* In alio ibidem, & in Theſauro Regio, PLUC *Primum Lugdunenſium.* In alio rurſum ibidem, pariter argenteo, T CONST *Tertium civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.*

Ibid. 24. Ejusdem, ſimilis priori. Infra, PLUG *Primum Lugdunenſium:* ut in Valentiniano, SLUG. Argenteus in Muſeo noſtro.

Ibid. 25. Ejusdem, ut ſupra. In imo nummi margine, HSIPN *Hoſpiti ſuo Imperatori Prima Narbonenſis.* Quæ ſi vera eſt interpretatio, (ut nobis quidem eſſe vera videtur; ſic enim in nummis Maximiani Herculii, & utriusque Conſtantini, patris ac filii, legimus, CIHS *Cives Imperatori Hoſpiti ſuo:* Lugdunenſes ſcilicet: & in nummo Joviani Aug. TRHS *Treveri, Hoſpiti ſuo:*) principatum in Provincia prima Narbonenſi geſſiſſe Valentem apparet, non in Oriente. Eſt hic nummus apud Baronium, ad annum 364. num. 10. *Imperatorem* autem Valentem appellat Prima Narbonenſis, non quo ſenſu primariis Auguſtis ea appellatio conveniret, quos noſtra ætas *Generaliſſimos* vocat; ſed quo iis etiam qui ſub primariis illis præeſſent exercitui. Quo ſenſu etiam Decentius Cæſar, necdum Auguſtus, *Imperator iterum* tamen appellatur, IIT.

Ibid. 26. Ejusdem, ut ſupra. In medio nummo OF II. *Officina ſecunda.* In imo, CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.* Eſt argenteus apud Mediobarbum, pag. 506. In alio denique ſimili ex ære minimo, in Muſeo San-Genovefano, eſt A SIRM *Primum Sirmienſium* numisma.

Ibid. 27. D. N. VALENTINIANUS P. G. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR ORBIS. Stans ipſe dextra labarum tenet, in quo ☧ Chriſti monogramma eſt: ſiniſtra orbem Romanum, cui Victoria impoſita coronam Auguſto porrigit. Infra, SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* tributum. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Nummum argenteum etiam Valentis Aug. in Theſauro Mauroceni, pag. 35. reperio ſimiliter inſcriptum, RESTITUTOR ORBIS.

28.

Simul fuere Auguſti,
VALENTINIANUS, uterque, VALENS,
THEODOSIUS, GRATIANUS, ARCADIUS,
anno Chriſti 400.

Tab. VIII. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stans ipſe habitu militari, dextra premit captivum in genu procidentem; læva labarum tenet, in quo ☧ monogramma Chriſti. In medio nummo, hinc I inde $\frac{S}{P}$ *Imperii ſecuritas perpetua.* Infra, SMSISC *Societas Mercatorum Siſcienſium.* Eſt ex ære minimo in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 2. Qui nummi laudem ipſorum Auguſtorum exhibent, inſcriptique ſunt, VICTORIA AUGG. §. 26. & RESTITUTOR REIPUBLICAE §. 27. ii pæne omnes ex auro ſunt. Qui autem ad Romanos univerſim ſpectant, ut qui hoc §. 28. continentur, ii pæne omnes ex ære, & minimi quidem moduli, ſunt.

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime, ſed ſine litteris his, quæ mediam nummi aream occupant, in poſtica ſuperficie. Infra, SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium* in Narbonenſi ſecunda. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Apud Mediobarbum, pag. 504. eſt SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numisma.

Ibid. 3. Ejusdem, ut proxime. In medio, $O^{F\,II}_{R\,S}$ *Officina ſecunda. Romanorum ſecuritas.* Infra, LUC *Lugdunenſium quinque civitates.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART. In argenteo noſtro, videntur eſſe in medio litteræ, R $\frac{P}{S}$ *Romanorum perpetua ſecuritas.* Alius ex ære minimo, apud D. Baudelot, habet in medio nummo, OFF II *Officina ſecunda.* Infra, LUGSP *Lugdunenſes, Senatus Permiſſu.* In collectione Ms. D. de Peireſc, pag. 340. LUGPS. Alius pariter ex ære minimo, abſque litteris OFF II. habet in imo margine, CONSPA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ provinciæ primum* numisma. Eſt apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 4. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu, quo Valentinianus in nummo 1. Infra, SMRP *Societatis Mercatorum Remenſium primum* numisma. Eſt ex ære minimo, in Conſtantinop. Chriſt. pag. 54. verſu 8.

Ibid. 5. Ejusdem, omnino ut proxime. Infra, Γ SISC *Tertium Siſcienſium* numisma. Eſt ex ære minimo in Muſeo noſtro. In alio ſimili, e Theſauro Brandeb. pag. 827. B SISC *Secundum Siſcienſium.*

Ibid. 6. Ejusdem, omnino ut in nummo IV. Infra, R SECUNDA. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Alius in Theſ. Brandeb. pag. 826. & apud Mediob. pag. 508. R QUARTA. *Remorum ſecunda*, & *quarta officina.*

Ibid. 7. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu, quo Valentinianus pater in nummo 1. Infra, SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium Primum* numisma hujus formæ. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 8. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu plane, ac Valentinianus in nummo 1. Infra, R Q *Remenſium quartum* numisma hujus formæ. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 9. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem plane habitu, ac Valentinianus in nummo 1. aliique. Infra, A SISC *Primum Siſcienſium* numisma. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 3. In Theſ. Brandeb. pag. 828. eſt SISC tantummodo.

Ibid. 10. Ejusdem, ut ſupra. In media nummi area, parte poſtica, F $\frac{R}{C\ A}$ *Felicia Romana Caſtra*: ſive, *Felicitas Romanorum Caſtrorum*, Infra, Δ SISC *Quartum Siſcienſium* numisma. Eſt ex ære minimo in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro. In alio ſimili inter aureos Arſcotanos, legitur in imo margine, SMOP *Societas Mercatorum omnium Provinciarum.* In medio, F $\frac{R}{A}$ pro F $\frac{R}{C\ A}$ ut proxime. Sed utrovis modo ſcribatur, eodem ſenſu legas, *Felicitas Romanæ Aciei.*

Tab.

Tab. VIII. 11. Ejusdem, ut in nummo 9. In media nummi area, parte aversa, hinc M inde P *Mercatorum Protectori.* Infra, SISC *Siscienſium* numisma. Est ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 12. Ejusdem, ut in nummo 9 In media nummi area, parte poſtica, hinc N inde P *Negotiatorum Protectori.* Infra, Δ SISC *Quartum* numisma *Siscienſium.* Est ex ære minimo, ibidem. Alius, ceteroqui ſimilis e Muſeo P. CHAMILLART, in media area ſparſas habet has litteras: hinc O inde K P hoc eſt, *Omnes Korporati Præfecturæ.* Infra, Δ SISCÆ.

Ibid. 13. Ejusdem, ut ſupra. In media nummi area, OF II *Officina ſecunda.* Infra, LUCS *Lugdunenſium quinque civitatum ſecundum* numisma. Ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 14. D. N. GRATIANUS AUG. G. AUG. *Gratianus Auguſti gener Auguſtus.* Capite cincto, diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM cum OFF II. & LUCS ut proxime. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT, D. Baudelot, & P. CHAMILLART.

Ibid. 15. D. N. GRATIANUS AUG. G. AUG. ut proxime .)(. GLORIA ROMANORUM & OFF. II. ut ſupra. In imo margine, SCON *ſecundum* numisma *civitatum omnium Narbonenſium.* Est ex ære minimo apud D. Baudelot. In alio ſimili apud D. Abb. FAUVEL, cum litteris OF II legitur in imo margine, ANT *Primæ Narbonenſis tributum.* Ad laudem nihilominus Honorii Aug. quam ipſius Gratiani pertinet, quod hic *Auguſtini gener* appellatur. Hoc enim fuit dicere, ex tot Auguſtis, qui tunc eſſent, unum ex potiſſimis Honorium fuiſſe: cujus ex familia alter Auguſtus, gener ipſius, quoniam nullus ei filius eſſet, renunciatus fuiſſet, & datus ei heres futurus honoris ac dignitatis; quemadmodum Valentiniano filius ſuus fuerat a Senatu datus. *Officinæ ſecundæ* mentio admonet, nummos iſtos non fuiſſe per ſe pecuniam publicam, aut in Moneta percuſſos; ſed in officinis quibusdam, quæ hos cuderent divenderentque: tametſi & permiſſu Principum inſtar pecuniæ admitterentur, ærei præſertim. Eo pertinet illa nummi ſub Mauricio Aug. cuſi inſcriptio: VIENNA DE OFFICINA LAURENTI.

Ibid. 16. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu, quo ceteri ſupradicti. Infra, SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.* Ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 1. In alio, e Muſeo San-Genovefano, parte antica, manus ſuperna coronam Auguſto imponit; haſtam ipſe exſertam tenet: in averſa pagina, omnia ſimilia, præter ſubſcriptas litteras ANTS Primæ Narbonenſis tributum ſextum.

Numiſmata eadem inſcriptione,
typo alio, quam in ſuperioribus.

Ibid. 17. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Auguſtus in equo currens, dextra elata. Infra CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Ex ære minimo in Muſeo noſtro. In alio ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART. CONS A *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numiſma. In alio ibidem, SMKA *Societatis Mercatorum Karthagine* negotiantium *quartum* numisma.

Ibid. 18. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Auguſtus in equo currens, dextra elata. Infra, CON ut proxime. Est ex ære minuto, apud D. Baudelot.

Ibid. 19. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis, .)(. GLORIA ROMANORUM. Auguſtus in equo currens, dextra elata. Infra, CONA *Civitatum omnium Narbonenſium quartum* numisma. Ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Qui hæc tria tam ſimilia inter ſe numismata viderit, nullus dubitabit, quin ſint uno eodemque tempore percuſſa. Cur non idem igitur de ceteris ſtatuat, quorum ſimilitudinem inter ſe pæne indiſcretam animadvertit? In alio ceteroqui ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART, ſunt litterae SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginienſium ſecundum* numisma. In alio ibidem, ANTA *Primæ Narbonenſis tributum primum.*

Inſcriptio eadem, ſed typus diverſus,
tribus ſaltem communis.

Tab. VIII. 20. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe Auguſtus paludatus, laureato capite; dextra labarum tenet, in quo eſt ☧ monogramma Chriſti; ſiniſtra, orbem Romanum. Infra SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* numisma. Ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 2. In alio ceteroqui ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART, eſt ANTA *Primæ Narbonenſis tributum quartum.*

Ibid. 21. Ejusdem, ut proxime dictum eſt. Infra, CONS A *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numisma.

Ibid. 22. Ejusdem, ut ſupra. In imo numismate, SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginienſium ſecundum* numisma.

Ibid. 23. Ejusdem, ut in ſuperiotibus. Infra, ALEA *Primæ Lugdunenſis edicto primum* numisma hujus formæ cuſum honori Principis. Sunt ipſi tres poſtremi ex ære, in Muſeo D. Baudelot.

Ibid. 24. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu, ac proxime Theodoſius, num. XX. & ſequentibus. Infra, ANTB *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.* Ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 8. In alio ſimili, apud D. Baudelot, eſt ANTS *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.*

Ibid. 25. Ejusdem, ut proxime: præter loci notam in imo margine, quæ in iſto eſt CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tertium.* Ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. loco citato.

Ibid 26. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipſe eodem habitu ac Theodoſius num. XX. & Arcadius num. XXIV. Infra, ANTΔ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.* Ex ære minimo, ibidem, pagina 63. verſu 5. In ſimili e Muſeo noſtro eſt ANTΓ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*

Alterius rurſum typi, ſed tribus
communis, numismata.

Ibid. 27. C. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Auguſti tres ſtant, galeato capite, cum haſta & clypeo, paludati: is qui medius eſt, nimirum Arcadius, idem ceteris duobus minor eſt: quoniam alii duo, Theodoſius nimirum & Honorius, etiam ſummi Imperatores erant; Arcadius tunc quidem non Imperator, ſed Auguſtus tantum, & in Romano exercitu Legatus, ſub Theodoſio, ut videtur, quippe conſobrino ſuo. Infra, XMTA *Chriſtiani Mercatores Treveri primum* hoc numisma cuderunt. Est ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pagina 65. verſu 2. Theodoſio juniori hunc nummum a Du-Cangio perperam adſcribi manifeſtum eſt; cum ſub Arcadio, ſi quidem hiſtoricos ſequitur, Theodoſius junior non potuerit galeam & haſtam aut clypeum ferre.

Ibid. 28. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite cincto

cincto gemmis .)(. GLORIA ROMANORUM. Tres Augusti, ut proxime in nummo Theodosii. Infra, ANT B *Primæ Narbonensis tributum secundum.* Ex ære mediocri, ibidem, pag. 63. versu 5. Huic similis in Cimelio D. FOUCAULT, ANT A *Primum.* Alius ibidem, & apud D. Baudelot, habet ANT Δ *Primæ Narbonensis tributum quartum.* In alio, e Museo P. CHAMILLART stant Augusti duo tantum, Honorius & Theodosius; ut in alio simili e Cimelio D. FOUCAULT, in quo legitur ANT A *Primæ Narbonensis tributum primum*, ex ære minutissimo. An vero Honorio Aug cuderentur Antiochiæ nummi, & Latine quidem, & hac forma characteris, & hoc denique modulo?

Tab. VIII. 29. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Tres Augusti, ut in nummo Theodosii & Honorii. Infra, ANT Γ *Primæ Narbonensis tributum tertium.* Ex ære minimo, in Const. Chr. pag. 63. versu 6. In Thesauro Brandeb. pag. 836. similis huic habet, SMR B *Societatis Mercatorum Remensium secundum* numisma. Porro ex tergemino numismate, similis tituli & argumenti, Theodosii, Honorii & Arcadii, & ex Honorii altero proxime allato, in quo stant Augusti duo tantum, egregie demonstratur id quod superius diximus, neque Arcadium fuisse statim Imperatorem; neque qui Augusti essent, fuisse eos omnes summos in exercitibus Imperatores. In alio simili, e Cimelio D. FOUCAULT, stant Augusti duo tantum, iidemque paludati orbem Romanum tenent. Infra legitur, ALE Δ *Primæ Lugdunensis Edicto quartum* numisma. Est ex ære minimo.

Typi singulares Honorii & Valentis sub eadem inscriptione.

Tab. IX. 30. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Roma galeato capite sedet, dextra tenet orbem Romanum, sinistra hastam. Infra, RUPS *Remorum Urbs, permissu Senatus*: Senatus scilicet ipsius Remensis. Est argenteus in Museo P. CHAMILLART, & in nostro.

Ibid. 31. D. N. VALENS MAX. AUGUST. Caput cinctum gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Roma sedet, ut proxime in nummo Honorii, sinistra hastam gerit, dextra Romanum orbem, cui Victoria Romana imposita coronam Augusto porrigit: pede sinistro Roma calcat rostrum navigii, quoniam ad Tiberim posita est, ut diximus: quo amne annona in Urbem advehitur. Infra, ROMA. Est aureus maximi moduli, inter aurea Numismata Ducis Parmensis, Tab. XXIII. num. 1. Sed idem etiam maximi & quantivis pretii; qui Valentem doceat, non ignobili stirpe, aut ex patre funario natum, ut fabulæ ferunt, sed materno genere, ex familia Fl. Val. Maxima fuisse, ex qua prodiit & Constantinus Maximus, & Constans Max. aliique.

Ibid. 32. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis: dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit. .)(. GLORIA ROMANORUM. Imperator in curru tracto sejugibus. Latere dextro nummi, monogramma Christi ☧. Infra, CONOB. Est ex auro, pondo decem drachmarum, apud Occonem, pag. 572. & apud Gretserum, tomo III. de Cruce, pag. 60. & in Const. Christ. pag. 63. versu 6. 7.

Typus alius, Valentiniano & Theodosio communis, sub eadem inscriptione.

Ibid. 33. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. cum galea, hasta humero dextro imposita, & clypeo, quoniam summus Imperator esset. .)(. GLORIA ROMANORUM. Imperator in navi stans, dextra exrenta, sinistra tenet orbem Romanum, cui crux imposita: Victoria sedens remo navem impellit: dextro nummi latere, corona adpicta. Infra, CONA *Civitatum omnium Narbonensium quartum* numisma. Est ex ære mediocri, apud D. Baudelot.

Ibid. 34. Ejusdem, ut proxime. Infra, ANTϵ *Primæ Narbonensis tributum quintum.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT, & apud. D. Baudelot. In alio ex ære minimo, in Museo San-Genovefano, est idem cum hasta tantum exserta, cum galea & clypeo. Infra, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum tributum.*

Ibid. 35. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. cum galea, hasta, & clypeo, ut in Valentiniani nummo. .)(. GLORIA ROMANORUM, omnino ut in eodem nummo. Infra, ANT B *Primæ Narbonensis tributum secundum.* Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 61. versu 4.

Ibid. 36. Ejusdem, plane similis typi. Infra, CONϵ *Civitatum omnium Narbonensium quintum* numisma. Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Alios similes nummos vidimus in Museo D. Baudelot, cum litteris CONA & CONB *Civitatum omnium Narbonensium primum & secundum* numisma.

Ibid. 37. Ejusdem, similis præcedenti. Infra SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium quartum* numisma. Est ex ære mediocri in Museo D. Baudelot; ubi & alterum vidimus, cum litteris SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* numisma.

Postrema hæc quinque numismata, quæ sunt Valentiniani ac Theodosii, docent victoriam de Germanis fuisse relatam, Rheno ab his Imperatoribus trajecto.

Inscriptiones singulares, priori tamen affines, in nummis Theodosii & Gratiani.

Ibid. 38. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite galeato, cum crista: dextra spiculum tenet, sinistra clypeum..)(. GLORIA ORVIS TERRAR. *Gloria orbis terrarum.* Nam scriptum est in eo numismate, ORVIS pro ORBIS, ut in Gaza Regia vidimus, & Gretserus admonet, tomo III. de Cruce pag. 56. ubi nummum illum describit aureum ex Thesauro Bavarico. Sic DANUVIUS alibi pro DANUBIUS scribitur. Ex alio simili Occo pag. 568. scribit ORBIS. Et in Const. Christ. pag. 63. versu 8. Stat in eo nummo Imperator, paludatus, capite laureato: dextra tenet orbem Romanum, cui Crux imposita est, sinistra labarum, in quo ☧ Christi monogramma. Latere nummi dextro, sidus Solis, quod est Augusti symbolum. Infra, TESOB *Treveri, Edicto Senatus*, Treverensis scilicet, *obtulerunt.*

Ibid. 39. D. N. GRATIANUS AUG. G. AUG. *Augusti gener Augustus:* vultu annorum XXV. ut minimum. .)(. GLORIA NOVI SAECULI. Stans paludatus, clypeum læva tenet, & labarum dextra, in quo ☧ Christi monogramma est. Infra, T CON *Tertium civitatum omnium Narbonensium* numisma. Est in nostro, ex ære minimo. Depinxit illud Du-Cangius, in CP. Christ. pag. 56. versu 3. sed optime partis anticæ inscriptionem Thesaurus Brandeburg. pag. 829. Demonstrat hic nummus, & se & superiores, qui GLORIA ROMANORUM inscribuntur, anno Christi CCCCI. instante proxime, vel ineunte, cusos fuisse: ut peculiari Dissertatione de eo nummo jam olim ostendimus.

In Gratiani Aug. nummis, & Valentiniani junioris, tituli singulares.

Tab.

Tab. IX. 40. D. N. GRATIANUS P. F. AUG Capite cincto gemmis: vultu annorum XXV. ut minimum. .)(. PRINCIPIUM JUVENTUTIS. Gratianus Aug. in veste paludata, dextra tenet hastam transversam, læva orbem Romanum. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.* Est eximius ex argento nummus apud D. de BOZE, Regiæ Inscriptionum ac numismatum Academiæ Secretarium Perpetuum. Est & aureus in Collectione Ms. Peirescii, quæ nunc penes ipsum est, plane simillimus, pag. 373. Et habere se similem aureum scribit Nicolaus Kederus in libello De argento Runis seu litteris Gothicis insignito. Sententia istius inscriptionis hæc est: *Principis Industria, Victrix Militia Juventutis.* Gallice diceres: *L'adresse du Colonel General a fait gagner la bataille à l'Infanterie.* Est enim *Princeps*, quem Galli vocant *le General.* Unde in nummo Gallieni Aug. legimus, COHH. PRAEF. PRINCIPI SUO *Cohortium Præfecti Principi suo.* Galli dicerent, *les Colonels à leur General.* *Juventutem* autem dici pedestres copias in exercitu apud bonos scriptores, ex Plinio docuimus in Numismatis sæculi Constantiniani. Unde in nummis propemodum omnibus, qui sunt inscripti, PRINCIPI JUVENTUTIS, Princeps pedes, ut hic Gratianus, cum hasta pingitur, eaque semper transversa, quia gradiens; & quia Princeps idem e domo Cæsarum, cum orbe Romano, quem altera manu gestat. Itaque ex hoc præclaro numismate discimus, Gratianum Aug. ex secundariis tantum Augustis fuisse; & cum esset annorum XXV. ut minimum, tantum Principem Juventutis fuisse, hoc est quem Galli vocant, *Colonel General de l'Infanterie*, ut ostendimus in Numismatis sæculi Constantiniani: Ejusdem autem industria, in ea quam Numismata superiora prædicant VICTORIA AUGG. *militiam Juventutis*, hoc est, pedestres exercitus Romani copias *victrices* fuisse. Est enim *militia* navata in bello & acie opera. En cur idem Gratianus etiam GLORIA NOVI SAECULI prædicatur.

Ibid. 41. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Capite gemmis cincto. .)(. PERPETUETAS Orbis Romanus; cui Phœnix radiato capite insistit; symbolum perpetuitatis Augustorum. Infra, TR PS *Treveri, Permissu Senatus.* Est argenteus, in Collectione Ms. D. de Peiresc, pag. 341.

Ibid. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. Capite gemmis cincto. .)(. PERPETUETAS. Orbi Romano Phœnix insistit, ut proxime. Argenteus hic nummus est in Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis, Tab. XVIII Simul principatum tenuisse ambos, Gratianum & Valentinianum juniorem, hæc indiscreta epigraphes & formæ numismatis similitudo probat. Docet istud, ex Augusto Cæsares, qui orbi Romano imperitent, ut ex phœnice phœnices, perpetuo renasci: & in gemina nunc quidem, Gratiani & Valentiniani, domo.

Arcadii & Eudoxiæ, sub eadem inscriptione, GLORIA ROMANORUM.

Ibid. 42. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum lapillis; dextra gerit spiculum transversum; nondum galeam gestat, aut hastam humero dextro impositam, quia nondum Imperator; sed spiculum tantum, ut diximus. Manus cælestis lauream capiti coronam imponit. .)(. GLORIA ROMANORUM. Stat ipse paludatus, capite cincto gemmis: sinistra clypeum tenet; dextra vexillum, seu labarum, ut vocant, in quo ☧ Christi monogramma. Latere nummi dextro, Crux. Ad pedes Augusti captivus flexo genu, vinctis post tergum manibus, Augustum respicit. Infra, ANTS *Primæ Narbonensis tributum sextum.* Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 63. versu 2. & 3. & apud Baronium, ad annum 395. num. XXIV. ubi & alter similis, dempta cruce; in quo sunt litteræ hæ in imo margine, SMNA *Societas Mercatorum Narbonensium primum* numisma.

Ibid. 43. Ejusdem, superiori simillimus. Infra, CONΓ *Civitatum omnium Narbonensium tertium* numisma. Est ex ære mediocri, in Musco P. CHAMILLART. In alio persimili, apud D. Abb. FAUVEL, media nummi area adjicit litteram T. Infra habet, ut prior, CONΓ: ut sit, *Tributum Civitatum omnium Narbonensium tertium.*

Ibid. 44. AEL. EUDOXIA AUG. Manus desuper imminens lauream Augustæ capiti coronam imponit, ut proxime vidimus in nummo Arcadii ipsius mariti. .)(. GLORIA ROMANORUM. Sedet Augusta, & capiti ipsius rursum manus cælestis coronam imponit. Infra, ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum*: quemadmodum in Arcadii nummo proxime legimus, ANTS. Latere sinistro nummi, Crux, quæ in Arcadii nummo latus dextrum occupat: ut nummi duo isti juxta se positi, maritum & uxorem vel ipsa nummorum inter se similitudine repræsentent. Est hic ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 63. versu 3. Simillimum vidimus apud D. Abb. FAUVEL, cum litteris ANTΔ *Primæ Narbonensis tributum quartum.*

Ibid. 45. Ejusdem Eudoxiæ, priori simillimus. Infra, CON *Civitates omnes Narbonenses.* Ex ære minimo, in Const. Christ. loco citato. Vidimus simillimum apud Nobilisi. Comitem de Vaux.

Ibid. 46. Ejusdem Eudoxiæ, prioribus istis duobus similis; exceptis litteris in imo margine positis; quæ sunt in isto, ALE hoc est, *Primæ Lugdunensis edicto.* Est argenteus in Cimelio D. FOUCAULT.

Valentiniani, Valentis, & Gratiani, alio typo.

Sunt in Cimelio D. de Ballonfeaux Lucemburgi hæc quinque numismata:

Ibid. 47. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite Valentiniani patris cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Castra. *Gloria Romanorum* dicitur Virtus militaris sub Imperatore castrametandi perito, eadem spes Romanorum, contra incursiones hostium, ut mox dicetur. Supra, littera S. Forte, *Stativa*, subintellige, castra, quæ sunt ibi descripta. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.* Est ex ære mediocri.

Ibid. 48. Ejusdem, ut proxime. .)(. SPES ROMANORUM. Castra. Est hic nummus ex ære minutissimo.

Ibid. 49. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Castra cum littera S supra posita, ut in Valentiniani nummo. Est ex ære pariter mediocri.

Tab. X. 50. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. GLORIA ROMANORUM. Castra, cum littera S ut in superioribus nummis. Infra, litteræ detritæ. Ex ære similiter mediocri.

Ibid. 51. Ejusdem, ut proxime. Sed in aversa nummi pagina est tantummodo littera K Καίσαρι. Ex ære minimo.

29.

Simul Augusti fuere, & iidem concordissimi, VALENTINIANUS, THEODOSIUS, HONORIUS, MAXIMUS, GRATIANUS, VICTOR, ARCADIUS, EUGENIUS, CALPITIANUS, anno Christi 400.

Tab. X. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma galeato capite sedet, dextra tenet orbem Romanum, hastam, si-

niſtra, inverſa cuſpide. Dextrorſum eſt ſidus Solis, ſymbolum Auguſti. Poſt victoriam Auguſtorum in nummis commendatam, gentis etiam Romanæ & gloria & virtus celebranda fuit. Eam ob rem inſcripti nummi ſunt ob eamdem victoriam, GLORIA ROMANORUM, ut proxime vidimus; & VIRTUS ROMANORUM, quos nunc expendimus: & URBS ROMA: & VIRTUS EXERCITUS; quos poſtea deſcribemus. In imo margine nummi hujus, TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus* Treverenſis. Eſt argenteus, apud Occonem, pag. 562. & in Theſ. Brandeb. pag. 825. Pariſiis apud D. Comitem de Vaux: Lucemburgi, apud D. de Balonfeaux.

Eſt & alter formæ ſingularis nummus aureus ejusdem Valentiniani in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 2. eadem epigraphe, VIRTUS ROMANORUM. Duo Auguſti ſtant cum haſtis, & orbem Romanum ſuſtinent, cui Victoria impoſita coronam utrique imponit. Infra, CONSP *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numisma oblatum Principibus.

Tab. X. 2. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma, ut in 1. Valentiniani nummo. Infra, TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus*. Et argenteus, in Theſauro Regio, in Muſeo noſtro, & in Conſt. Chr. pag. 61 verſu 2.

Ibid. 3. Ejusdem, ut proxime: Infra, AQPS *Aquenſes*, *Permiſſu Senatus* Aquenſis. Eſt argenteus, in Muſeo noſtro, & apud D. Comitem de Vaux.

Ibid. 4. Ejusdem, ut ſupra. In imo margine, MDPS *Mediomatrici*, *Permiſſu Senatus* Metenſis. Eſt argenteus, in Muſeo P. CHAMILLART. Si Theodoſius junior aliquis foret, nec Treveri, opinor, nec Mediomatrici, nec in Narbonenſi ſecunda Aquenſes, ejus honori nummos cuderent. Theodoſius igitur unicus agnoſcendus eſt, qui & in Galliis tantum geſſerit principatum, & æqualis Valentiniano fuerit, ut ſimilitudo nummorum utriusque demonſtrat.

Ibid. 5. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma ſedet, ut in nummo 1. qui Valentiniani eſt. Infra, MDPS Mediomatrici, *Permiſſu Senatus* Metenſis, ut proxime. Eſt aureus in Muſeo noſtro: argenteus in Theſauro Regio, apud P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. pag 56. verſu 8. In alio ſimili apud D. Abb. FAUVEL, eſt AQPS *Aquenſes*, *Permiſſu Senatus*.

Ibid. 6. Ejusdem, ut proxime. Infra, TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus*, Treverenſis nimirum. Argenteus in Muſeo noſtro, apud D. Comitem de Vaux, & D. Abb. FAUVEL, & in Theſauro Brandeb. pag. 830.

Ibid. 7. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis .)(. VIRTUS ROMANORUM, Roma, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani. Infra, AQPS *Aquenſes*, *Permiſſu Senatus* Aquenſis. Eſt argenteus, in Theſauro Regio, in Muſeo P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 2.

Ibid 8. Ejusdem, ut proxime. Infra, TRPS Treveri, Permiſſu *Senatus* Treverenſis. Eſt argenteus, apud D. Comitem de Vaux, & apud P. CHAMILLART.

Ibid. 9. Ejusdem, ut in nummo 7. Infra, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonenſium primum* numisma. Eſt ex ære minimo in Muſeo noſtro.

Ibid. 10. Ejusdem, ut ſupra .)(. VIRTUS ROMANORUM. In media Θ inde Φ Θεῷ φίλη *Deo grata*; ut in nummo Valentiniani, qui inferius exhibebitur, & eſt inſcriptus, CONCORDIA LEGG. & in altero Gratiani, CONCORDIA AUGGG. & in alio Valentiniani junioris, inſcripto URBS ROMA. Infra, ANTA *Primæ Narbonenſis tributum quartum*. Eſt hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT, & in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 11. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani. Infra, MDPS *Mediomatrici*, *Permiſſu Senatus*, Metenſis ſcilicet. Eſt argenteus, in Theſauro Regio, in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro: & apud D. Comitem de Vaux: in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 8. & in Theſ. Brandeb. pag. 831. Mediobarbus male edidit, MOPS. In alio ſimili argenteo, apud D. Abb. FAUVEL, eſt TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus*.

Ibid. 12. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani. Infra, MDPS *Mediomatrici*, *Permiſſu Senatus*, ut proxime. Si Arcadius in Oriente Auguſtus fuit, cur ei nummos Mediomatrici aut Treveri cudunt? Eſt hic argenteus, in Theſauro Regio, in Muſeo P. CHAMILLART: ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 63.

Ibid. 13. Ejusdem, ut proxime. Infra, TRPS Treveri, *Permiſſu Senatus* Treverenſis. Eſt argenteus in Muſeo noſtro.

Ibid. 14. D. N. HONORIUS P F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma ſedet, ut in nummis ſuperius explicatis; ſed orbi Romano, quem Roma tenet, impoſita Victoria Romana eſt, quæ coronam Romæ ſedenti porrigit. Infra, MDPS *Mediomatrici*, *Permiſſu Senatus*. Eſt argenteus, in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro, & apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 15. Ejusdem, ſimilis præcedenti. Infra TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus*. Eſt argenteus in Muſeo noſtro.

Ibid. 16. & 17. D. N. EUGENIUS P. F. AUG. caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma ſedet, qualis omnino in nummo Honorii, qui eſt XIV. Infra, MDPS, & in altero TRPS. Uterque eſt argenteus, in Muſeo noſtro. Prior eſt etiam apud D. Abb. FAUVEL. In iisdem civitatibus, eodemque argumento inſcripta numismata Theodoſii & Eugenii & Maximi, fictas eſſe clamant Theodoſii expeditiones adverſus ipſos.

Ibid. 18. & 19. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis: ſupra caput manus imminet, capiti coronam imponit. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma galeata ſedet, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani: adjectum dextrorſum eſt ſidus Solis. Infra, TRPS *Treveri*, *Permiſſu Senatus*. Nummus argenteus eſt. In altero, cujus eſt eadem inſcriptio, ſtat ipſe Auguſtus capite galeato, dextra haſtam tenet: adjecto Solis ſidere ſiniſtrorſum, quod ſidus, ſymbolum Auguſti eſt. Infra, TRN *Treveri Negotiatores*. Nummus eſt ex ære minimo. Uterque in Cimelio eſt D. de Ballonffeaux Lucemburgii, qui utriusque effigiem accuratiſſime delineatam ad me transmiſit.

Ibid. 20. D. N. CALPITIANUS P. AUG. Capite cincto gemmis; vultu ſenili. .)(. VIRTUS ROMANORUM. Roma ſedet, cum Solis ſidere, ut proxime: & TRPS. Argenteus eſt ibidem. Nomen deſinens in *ianus*, familiam Romanam fuiſſe Calpitiam docet. Eſt autem Calpitianus Romanis Scriptoribus prorſus ignotus. Numismata inſcripſere hoc lemmate, VIRTUS ROMANORUM, ſoli fere Treveri, Mediomatrici & Aquenſes; & ex argento quidem pæne omnia. In hac ſuperſcriptione dicaturne Calpitianus *Pius Felix Auguſtus*, an *Pater Auguſti* tantum, ob nummum ibi uſu detritum non liquet.

30.

Auguſti ſimul fuere,
VALENTINIANUS, VALENS, HONORIUS, THEODOSIUS, ARCADIUS, GRATIANUS, anno Chriſti 400.

Tab.

Tab. X. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. capite cincto gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITUS. Stans Auguſtus paludatus, dextra labarum, clypeum læva tenet. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 2.

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime. Infra, SISCP *Siſcienſium primum* numisma. Eſt pariter nummus argenteus, apud Occonem, pag. 562.

Ibid. 3. Ejusdem, ut in nummo 1. .)(. VIRTUS EXERCITI, pro *Exercitus*. Stat Auguſtus, ut proxime. Infra, ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum*. In alio ſimili eſt ANT Δ *quartum*. Uterque eſt ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 4. Ejusdem, ut proxime. Infra, ALE Δ *Primæ Lugdunenſis Edicto, quartum* numisma. Ex ære mediocri, ibidem.

Ibid. 5. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITUS, ut in nummo Valentiniani. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum*. Argenteus, in Theſauro Brandeburg. p. 827.

Ibid. 6. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITUS, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum*. Argenteus, in Theſauro Brandeb. pag. 829.

Ibid. 7. Ejusdem, ſimilis priori. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* apud Baronium, ad annum 378. num. XVIII. ex quo Gretſerus, tomo III. de Cruce, pag. 47. & Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 3.

Ibid. 8. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VIRTUS EXERCIT. Stans Auguſtus paludatus, dextra tenet labarum, in quo ☧ Chriſti monogramma eſt: læva orbem Romanum: ſiniſtro pede calcat hoſtem. Infra, SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginienſium ſecundum* numisma. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 3. Huic ſimilis in Muſeo P. CHAMILLART, habet SMKΔ *quartum*; & VIRTUS EXERCITI.

Tab. XI. 9. Ejusdem, ut proxime. Infra, R Є *Remorum quintum* numisma. Eſt apud Baronium, ad annum 420. num. XXIX.

Ibid. 10. Ejusdem. .)(. VIRTUS EXERCITI. Cave putes *exerciti* in genitivo caſu, pro *exercitus*, dixiſſe ea ætate primam Narbonenſem. Lege, *Virtus Exercitus Imperatoris.* Infra, ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum:* ut in nummo 3. qui eſt Valentiniani: cum quo proinde Auguſtum fuiſſe Theodoſium ex eo etiam apparet. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART. Adeo anguſtis limitibus tunc erat circumſcriptum Romanum Imperium, ut unicus eſſet in eo Exercitus, isque Gallicus, in aliquot legiones diviſus, ac pluribus Auguſtis commiſſus; nec jam ſcribi poſſet, ut olim, VIRTUS EXERCITUUM: aut uti ſub Hadriano, EXERCITUS DACICUS, GERMANICUS, HISPANICUS, MAURETANICUS, NORICUS, SYRIACUS, &c. Si Latino deinde ſermone inſcripta ſunt hoc ævo numismata Imperatorum Orientis, ut volunt ii qui ANT *Antiochiam*, & CONS *Conſtantinopolim*, in nummis interpretantur; cur nulla ſunt aut titulo Exercitus Syriaci, alteriusve Orientalis, aut ut olim, nominibus ipſis Provinciarum, ÆGYPTUS, ASIA, CAPPADOCIA, PHOENICE, SYRIA, aliisque, inſcripta? Cur nec jamdudum nec deinceps ulla Tarſi, Tyri, aliarumque plurimarum urbium Orientalium nominibus, ut olim, inſcripta leguntur?

Ibid. 11. Ejusdem. In poſtica parte, latere dextro ☧ quod eſt monogramma Chriſti. Infra, CONSA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numisma oblatum Principi. Aureus eſt apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 55. ex Theſauro Bavarico.

Ibid. 12. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITUS. Cetera, ut in nummo 8. qui eſt Theodoſii. Infra, ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.* Ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART. In alio ſimili, ibidem, & in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 1. ANT S *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.*

Ibid. 13. Ejusdem, ut ſupra. .)(. VIRTUS EXERCITI. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 59. ex Theſauro Bavarico.

Ibid. 14. Ejusdem, ut ſupra. .)(. VIRTUS EXERCITI. Stans Auguſtus paludatus, a Victoria pariter ſtante coronatur. Poſt Victoriam ſedet captivus lugens. Infra, SMNΔ *Societatis Mercatorum Narbonenſium quartum* numisma. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 15. Ejusdem, ut ſupra. .)(. VIRTUS EXERCITI, ut proxime: ſed ſine captivi effigie. Infra, ALE Δ *Primæ Lugdunenſis Edicto quartum* numisma, ut in nummo 4. qui eſt Valentiniani. Unde Valentinianus cum Arcadio geſſiſſe principatum agnoſcitur. Eſt ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 16. D. N. ARCADIUS P. F. AUGUSTUS. Capite cincto gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITI. Stat Auguſtus, ut in nummo 8. qui eſt Theodoſii. Latere dextro nummi Crux eſt appoſita. Infra, CONSΓ *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tertium* tributum. Eſt ex ære minimo apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 17. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VIRTUS EXERCITUS. Stans Auguſtus paludatus, dextra tenet haſtam, ſiniſtra clypeum demiſſum, & a Victoria pariter ſtante coronatur, ut proxime in nummo 14. qui eſt Arcadii. Infra, ANTP *Primæ Narbonenſis tributum primum.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro, & in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 5. Alius huic ſimilis, ſed cum titulo, VIRTUS EXERCITI, & infra ANTΓ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.* Eſt pariter ex ære minimo, in Theſ. Brandeburg. pag. 838. In alio plane ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART, ANT Δ *Primæ Narbonenſis tributum quartum*, ut in nummo 3. qui eſt Valentiniani; cum quo proinde Honorius geſſit principatum.

Poſtquam VIRTUS ROMANORUM in ſuperioribus nummis commendata eſt, etiam apertius exprimi oportuit, quinam e Romanis eo nomine intelligendi eſſent; qui in Exercitu nimirum Imperii Romani militiæ operam darent. Itaque ex unica Inſcriptione, quæ ſub Juliano nummis inſculpta fuerat, VIRTUS EXERCITUS ROMANORUM, duæ his temporibus effectæ ſunt, ad unam eamdemque victoriam celebrandam: VIRTUS EXERCITUS & VIRTUS ROMANORUM. Et a Treveris quidem in primis argentei nummi fuere percuſſi, ærei tantum fere a ceteris. Quamobrem ubi VIRTUS EXERCITI legitur, non ibi fortaſſis pro *exercitus* in gignendi caſu ea vox eſt; ſed pro EXERCITUS *Imperii*, ſive Exercitus Romanorum: cum in iisdem regionibus, quæ EXERCITI ſcripſerunt, percuſſi etiam ſint recte cum voce EXERCITUS, quam proinde noverant eſſe genuinam. Scriberent potius, ut in aliis, EXERCIT tantummodo. Litteram I pro *Imperatore* poni alibi vidimus; pro *Imperio* ſæpiuſcule in hoc opere occurret.

31.

Simul Auguſti fuere,
VALENTINIANUS uterque, HONORIUS, VALENS, GRATIANUS, EUGENIUS, JOHANNES, THEODOSIUS, anno Chriſti 400.

Tab. XI. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.

AUG. Caput gemmis cinctum. .)(. URBS ROMA. Roma ſedet, capite galeato, ſiniſtra haſtam tenet, dextra orbem Romanum, cui Victoria impoſita Romæ ſedenti coronam porrigit. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus, in Theſauro Regio, in Conſt. Chriſt. pag. 54 verſu 3. & in Cimelio D. FOUCAULT. Dici nimirum etiam in nummis decuit, cui acceptam referri oporteret illam de hoſtibus Imperii Romani victoriam reportatam, illam de qua mox dicetur, Reipublicæ reparationem; vel in cujus potiſſimum commodum utilitatemque ea redundarit. Urbs Roma videlicet, quæ & Auguſtos ob id in provinciam miſit, & fines ſui imperii feliciter vidit ab hoſtium invaſione tutos. Itaque cuſi ſunt in honorem Urbis argentei fere nummi, eo lemmate, URBS ROMA: cujus ſententia eſt, Urbem Romam eſſe ſemper Victricem ac Dominam.

Tab. X. 2. Ejuſdem, ut proxime. Infra, R P *Remorum primum* numiſma. Argenteus in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro, & in Theſ. Brandeb. pag. 824. In alio ſimili argenteo, quem vidimus apud D. Comitem de Vaux, LUC *Lugdunenſium quinque civitates:* quas nempe appellavimus in Numismat. Sæculi Conſtantin. ad annum LXIX.

Ibid. 3. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput gemmis cinctum. .)(. URBS ROMA, & cetera, ut in nummo 1. Valentiniani. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus in Theſauro Regio, in Muſeo noſtro, & P. CHAMILLART, & D. Abb. FAUVEL: in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 8. in Theſ. Brandeb. pag. 827. & apud Occonem, pag. 563.

Ibid. 4. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput gemmis cinctum. .)(. URBS ROMA, & cetera ut in nummo 1. Infra, RUPS *Remorum urbs, Permiſſu Senatus*, Remenſis nimirum. Argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 6.

Ibid. 5. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput gemmis cinctum. .)(. URBS ROMA, & cetera, ut in nummo 8. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* Argenteus, in Theſauro Regio, in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro, apud D. Abb. FAUVEL, & in Theſauro Brandeb. pag. 828.

Ibid. 6. Ejusdem, ut proxime. Infra, AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.* Argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 4. 5.

Ibid. 7. D. N. VALENTINIANUS JUN. (*Valentinianus junior*) P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. URBS ROMA, ut ſupra. In imo numismate, AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus*, nimirum Aqui-Sextienſis, in Provincia. Eſt argenteus, in Muſeo noſtro, apud D. Abb. FAUVEL, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 6. & in Theſ. Brandeb. pag. 832.

Ibid. 8. Eadem inſcriptio. .)(. In ambitu, URBS ROMA. In medio, præter ſidus Solis, quod eſt Auguſti ſymbolum, hinc Θ inde Φ. Θεᾷ Φίλη, *Urbs Roma, Deo amica.* Easdem Græcas litteras videre eſt in nummis Valentiniani patris, & Gratiani. Infra, ANT Δ *Primæ Narbonenſis tributum quartum.* Eſt ex ære minimo, apud D. Baudelot. Non habent has Græcas litteras niſi nummi pariter inſcripti ANT.

Ibid. 9. D. N. EUGENIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis: vultu annorum amplius XL. .)(. URBS ROMA, ut in ſuperioribus nummis. Infra, LUCPS *Lugdunenſes, Permiſſu Senatus*, Lugdunenſis nimirum. Eſt argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 6. & in Theſauro Regio.

Ibid. 10. D. N. JOHANNES P. F. AUG. Vultu annorum quadraginta. .)(. URBS ROMA, eodem habitu atque in ſuperioribus. Infra, RUPS *Remorum urbs, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 5. 6. & apud D. Comitem de Vaux, & D. FOUCAULT.

Ibid. 11. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. URBS ROMA. Sedet eodem habitu, atque in ſuperioribus nummis. Infra, RT *Remorum tertium* numiſma. Argenteum vidimus apud D. Comitem de Vaux.

THEODOSIUS, HONORIUS, ARCADIUS, eodem fere ac ſupra titulo numismatum, typo diſſimili: eodem anno Chriſti 400.

Tab. XI. 1. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. URBS ROMA FELIX. Auguſtus ſtans paludatus, læva tenet orbem Romanum, cui Victoria Romana impoſita coronam Auguſto porrigit: dextra labarum, in quo ☧ Chriſti monogramma. Infra, SMROM *Societas Mercatorum Romanorum.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Mercatores Romani appellantur, ut in Juliano diximus, e Gallia Mercatores, qui Romano Senatui vel Principi parebant.

Ibid. 2. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. URBS ROMA FELIX, & cetera, ut in nummo Theodoſii. SMROM ſimiliter. Eſt ex ære minimo, in Muſeo D. Mediobarbi, teſte ipſo, pag. 523. & in noſtro, & in Theſ. Brandeb. pag 835. Cur Romani autem Mercatores cuderent Arcadio Aug. numismata, ſi is Byzantii foret!

Eodem iſto titulo ſive argumento ac typo eodem his tribus Auguſtis dicata a Romanis Mercatoribus fuere hæc numismata, quod erant ii tres e familia Fl. Julia, quæ fuit inter Flavias primaria. Cave tamen exiſtimes Honorium & Arcadium Theodoſii filios fuiſſe. Sunt enim Honorii & Arcadii nomina, ut diximus, gentium tam diverſarum, quam quæ ſunt diverſiſſimæ. Theodoſiii vero nomen non gentis, ſed hominis proprium fuit, ut Johannis nomen, a Chriſtiano parente inditum filio ſuo in baptismo. Quod ſi Theodoſius viciſſim filium Arcadium haberet, Chriſtiano certe nomine donaret, non iſto *Arcadii.*

32.

Simul Auguſti fuere, & inter ſe concordes, VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, GRATIANUS, MAXIMUS, EOANUS, BRITIUS, anno Chriſti 400.

Tab. XI. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. REPARATIO REIPUB. Auguſtus ſtans laureatus, dextra Rempublicam, (cui caput turritum eſt, ob civitates turribus munitas, quibus conſtat:) in genu procidentem erigit: ſiniſtra tenet orbem Romanum, cui Victoria Romana impoſita coronam Auguſto porrigit. Infra, S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma. Eſt ex ære mediocri, in muſeo P. CHAMILLART. In alio ſimili, apud D. Abb. FAUVEL, legitur, ANT B *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.* Victoria hujus anni dedit occaſionem eruditis, varias inſcriptiones cudendi, & ſymbola varia excogitandi, quibus illa in nummis, conſignaretur. Inde eſt quod uno eodemque anno VICTORIA AUGG. GLORIA ROMANORUM, REPARATIO REIPUB. ſimilesque inſcriptiones in nummis iſtorum Imperatorum & Auguſtorum inſculptæ leguntur. Singulis menſibus anni illius credas novæ formæ ob eam rem percuſſa fuiſſe numismata. Inſcriptiones eæ cum eſſent Præfectis Monetæ aliisve probatæ, ad omnes mittebatur officinas diverſarum provinciarum ac civitatum, forma nummi cudendi, ut eſſet ubique eadem. Aut in una fortaſſis civitate ceterarum nominibus percutiebatur. Hinc eſt quod

&

& idem metallum in omnibus, & idem metalli modus, & eadem epigraphe, & ſymbola eadem in his conſpiciuntur; ſolo nomine Auguſti diverſo, ac loci nota diſſimili. In ſingulis certe officinis fere cudebantur in honorem omnium Auguſtorum; quoniam Reipublicæ bono ſtuderent in commune omnes. Qui vero nummi hanc inſcriptionem haberent, REPARATIO REIPUB. ſunt omnes fere ex ære mediocri, haud dubie ita præcipiente Senatu.

Tab XI. 2. Ejusdem, ut proxime. Infra, A SIS *Primum Siſcienſium* numisma. Eſt apud Mediobarbum, pag. 501.

Ibid. 3. Ejusdem, ut in nummo 1. Infra, SMRP *Societatis Mercatorum Remorum primum* numisma. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro, & Mediobarbi, ipſo teſte, pag. 501. In alio, e Muſeo San-Genovefano, SMRB *Societatis Mercatorum Remorum ſecundum* numisma.

Ibid. 4. Ejusdem, ut in nummo 1. infra, SMTRP *Societatis Mercatorum Treverorum primum* numisma. Ex ære mediocri, Mediobarbus, pag 501. e Muſeo Fæſchii. In alio, e Muſeo San-Genovefano, SMAQ *Societas Mercatorum Aquenſium.*

Tab. XII. 5. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. *Valentinianus junior*, prioris filius: capite cincto gemmis. .)(. REPARATIO REIPUB. & cetera, ut in nummo 1. Valentiniani patris; quoniam principatum ambo ſimul capeſſivere. Infra, SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numisma. In Theſauro Brandeburg pag. 832. Apud Occonem, pag. 565. & in Muſeo P. JOBERT, eſt tantum SMAQ.

Ibid. 6. Ejusdem, ut proxime. Infra, S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numisma, ut in Valentiniano patre. Ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART, & in San-Genovefano.

Ibid. 7. Ejusdem, ut in nummo 5. Infra, T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro, & apud Occonem, pag. 565.

Ibid. 8. Ejusdem, ut in nummo 5. In medio S. infra, LUCP *Secundum Lugdunenſis primæ* numisma. Ex ære mediocri, apud D. Baudelot.

Ibid. 9. Ejusdem, ut in nummo 5. Infra, SMTRP ut in nummo 4. Valentiniani patris. Eſt ex ære mediocri, ibidem.

Ibid. 10. Ejusdem, ut in nummo 5. Infra, B SISC *Secundum Siſcienſium* numisma. Ex ære mediocri, ibidem, apud D. Abb. FAUVEL, & in Muſeo Mediobarbi, teſte ipſo, pag. 513. In alio ſimili legit Occo, pag. 565. A SISC ut in nummo 2. Valentiniani patris.

Ibid. 11. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. REPARATIO REIPUB. & cetera, ut in nummo 1. Valentiniani patris. Infra, ANTΓ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.* Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 3. apud Occonem, pag. 563. & in Muſeo San-Genovefano.

Ibid. 12. Ejusdem, ut proxime. Infra, SMANS *Societatis Mercatorum primæ Narbonenſis ſextum* numisma. Profert illud Mediobarbus e Muſeo ſuo, pag. 516.

Ibid. 13. Ejusdem, ut num. 11. Infra, P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro. Sic in nummis utriusque Valentiniani eſt S CON.

Ibid. 14. Ejusdem, ut num. 11. Infra, MARQ *Mercatorum Arelatenſium quartum* numisma. Profert illud Mediobarbus, pag. 516. e Muſeo ſuo, forte SMARQ.

Ibid. 15. Ejusdem, ut num. 11. Infra, SMRQ *Societas Mercatorum Remorum quartum* numisma. Apud Occonem, pag. 563. Mediobarbus pag. 517. ſimilem profert, SMRE *Societatis Mercatorum Remorum quintum.* Et pag. 516. SMR *Societas Mercatorum Remorum.*

Ibid. 16. Ejusdem, ut in nummo 11. Infra, A SISC ut in nummo Valentiniani patris, cum quo Theodoſium Siſcienſes agnovere Auguſtum. Apud Occonem eſt, pag. 563. ex Velſero. Similis alius eſt apud Stradam, cum litteris PSISC *Primum Siſcienſium* numisma.

Ibid. 17. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. REPARATIO REIPUB. & cetera, ut in nummo Valentiniani patris. *In* medio, S. *ſecundum:* infra, LUCP *Lugdunenſis primæ* numisma: ut in nummo 8. qui eſt Valentiniani junioris. Eſt hic ex ære mediocri, apud D. Baudelot.

Ibid. 18. Ejusdem, ut proxime. Infra, LUGS *Lugdunenſium ſecundum* numisma. Ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART, & in noſtro.

Ibid. 19. Ejusdem, ut num. 17. Infra, P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma. In eodem Muſeo P. CHAMILLART, & apud Mediobarbum e ſuo, pag. 509. In alio, e Muſeo San-Genovefano, S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numisma.

Ibid. 20. Ejusdem, ut num. 17. Infra, T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma. Apud Mediobarbum, & P. CHAMILLART, ex ære mediocri.

Ibid 21. Ejusdem, ut num. 17. Infra, A SISC. *Primum Siſcienſium* numisma. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro, & in Conſt. Chriſt. pag 56. verſu 3. In noſtro, Reſpublica eſt capite radiato. In alio apud Mediobarbum, pag. 509. eſt B SIS *ſecundum Siſcienſium* numisma.

Ibid. 22. Ejusdem, ut num 17. Infra, SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numisma. Mediobarbus ibidem, ex Fæſchio.

Ibid. 23. Ejusdem, ut num. 17. Infra, SMR *Societas Mercatorum Remenſium.* Profert hunc nummum Mediobarbus ibidem, e Muſeo ſuo.

Ibid. 24. Ejusdem, ut num. 17. Infra, SMRB *Societatis Mercatorum Remenſium* numisma *ſecundum.* In Theſauro Brandeburg. pag. 829.

Ibid. 25. Ejusdem, ut num. 17. Infra, SMRT *Societatis Mercatorum Remenſium tertium* numisma. Ex ære mediocri, apud D. Baudelot.

Ibid. 26. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. *Magnius Maximus.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. REPARATIO REIPUP. & cetera, ut in nummo 1. Valentiniani patris, ceterorumque, quibuscum Auguſtus fuit. Infra, C CON *Commune civitatum omnium Narbonenſium.* Commune, ſive Communitas eſt, quod Græci vocant KOINON. Unde inſcripti nummi ſunt, KOINON ACIAC. KOINON BIΘYNIAC. Eſt iſte nummus ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 7.

Ibid. 27. Ejusdem, ut proxime. Infra, P CON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numisma, ut in nummo 13. qui eſt Theodoſii, & 19. qui eſt Gratiani. Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART, & apud Occonem, pag. 567.

Ibid. 28. Ejusdem, ut num. 26. Infra, S CON *Secundum civitatum omnium Narbonenſium* numisma, ut in nummo 1. qui eſt Valentiniani patris, & 5. qui eſt Valentiniani junioris, & 19. qui eſt Gratiani; quoniam ſimul geſſere principatum. Ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART, & apud Occonem, ibidem.

Ibid. 29. Ejusdem, ut num. 26. Infra, T CON *Tertium civitatum omnium Narbonenſium* numisma, ut in Gratiano, num. 20. Ex ære mediocri, in eodem Muſeo.

Ibid. 30. Ejusdem, ut num. 26. Infra, LUCP *Lugdunenſium primum* numisma. Ex ære mediocri, ibidem. Denique in alio ſimili, apud D. de BOZE, le-

legitur SMTRP. *Societatis Mercatorum Treverenſis primæ.*

Tab. XII. 31. D. N. MAG. MAZIMUS P. F. AUG. Sic enim in nummo noſtro argenteo ſcribitur. Caput cinctum gemmis.)(. REPARATIO REIPUB. ut ſupra, in nummo 1. Valentiniani. In medio, C *Commune*: infra, LUCP *Lugduneuſis primæ*: vel, quod eodem recidit, *Lugdunenſis primæ civitates.*

Ibid. 32. D. N. ƧAEOANUS P. F. AUG. Caput gemmis cinctum.)(. REPARATIO REIPUB. & cetera, omnino ut in nummis Valentiniani utriusque, Theodoſii, Gratiani, & Maximi: nam eadem plane forma nummi & fabrica eſt. Infra, LUC *Lugdunenſium quinque civitates.* Eſt ex ære mediocri, apud P. LUDOVICUM JOBERT. Quem nummum ſic legendum eſſe arbitramur: *Dominus noſter & Amicus Eoanus Pius Felix Auguſtus.* Nam primum quidem Ƨ pro & poſitum in aliis etiam numiſmatis vidimus, præſertim in nummo Leonis & Conſtantini, quem proferemus in fine ſeculi Juſtinianei. Deinde apparet litteram v de induſtria eſſe inverſam, ne quis eam cum E ſubſequente jungeret, ut ſit in CÆSARIS nomine, exiſtimaretque eſſe diphthongum. Denique carere elogio non debuit Eoanus collega Britii Cæſaris, cui in ſuo nummo titulus pariter peculiaris tribuitur. Nullum eſt autem honorificum magis viro Principi præconium, quam ſi dicatur is erga populum benevolus. Eſt *Eoanus* cognomen Romanæ gentis, ſed ignotæ.

Ibid. 33. D. N. C. BRITIUS PHPC. Caput cinctum gemmis. *Dominus noſter Cæſar Britius, fugatis Helvetis Provinciæ conſervator.* Helveti ſunt apud Plinium, quos ætas poſterior Sequanos appellavit, *la Franche-Comté.* Hi cum conjunctis viribus cum Germanis Lugdunenſem primam provinciam invaderent, pulſi fugatique ſunt a Cæſare Britio, quo tempore de ceteris Romani Imperii hoſtibus Auguſti victoriam reportabant. *Cæſar* hic appellatur, ſive quod Cæſar tantum eſſet, nec titulo Auguſti auctus; ſive quoniam, ut huic ſententiæ locus daretur, in tam anguſto nummi ſpatio P. F. AUG. dici ſimul non potuit. Erat autem *Cæſar* illis temporibus idem ac P. F. Ergo materno genere Cæſar fuit, Britius paterno ac minus nobili. In Britii nomine litteræ duæ B. & R ſunt ita nexæ, ut unam efficiant.)(. REPARATIO REIPUB. & alia omnia, ut in nummis Valentiniani utriusque, Theodoſii, Maximi, & Gratiani: eadem enim eſt omnino forma nummi & fabrica. Infra, LUCS *Lugdunenſium quinque Civitatum ſecundum* numiſma. Provincia ſane Prima Lugdunenſis, in qua ſunt hæ civitates quinque, ut alias diximus, & Notitiæ antiquæ docent; Lugdunum, Auguſtodunum, Cabillonum, Lingones, Matiſcona: illa, inquam, provincia Helvetis antedictis, hoc eſt, Comitatui Burgundiæ prætenditur. Virtute igitur Britii Cæſaris, tunc ibi Legati, conſervatæ ab incurſionibus Helvetorum hæ quinque civitates, ad memoriam accepti beneficii, ejus honori nummum iſtum cuderunt. Hujus contemplandi copiam nobis fecit D. Abbas de Mezzabarba, dum eſſet Pariſiis; & ejusdem ectypum in maſtiche expreſſum nobis amice impertiit. Utriusque Principis, Eoani & Britii, nulla prorſus mentio eſt apud hiſtoricos ſcriptores. Non venerant hi nummi ſcilicet in eorum manus.

Cum ſint autem nummi iſti omnes eadem inſcripti formula, eademque effigie in poſtica parte, eodem in tractu terrarum; in Narbonenſi nimirum, vel Lugdunenſi, vel Belgica provincia, vel denique in Siſcienſi Præfectura: cui dubium deinde poſſit eſſe, quin poſt miſerabilem Imperii ſtatum, extremis Juliani, & Joviani, ac Procopii temporibus, una ademque REPARATIO REIPUBLICAE ab his omnibus Auguſtis procurata commendetur in nummis iſtis? Niſi forte quis exiſtimet, lapſam in Gallia ſingulis fere continuisque quinquenniis, reparatamque mox dici in eadem Gallia fuiſſe Rempublicam, eamque reparationem in numiſmatis ſeptem Auguſtorum ſe ſe proxime conſequentium, eodem ſemper ſymbolo ac titulo fuiſſe publicatam: quod eſt profecto vel cogitatu abſurdum. Certe ſimilitudo ipſa metalli & fabricæ in hiſce nummis omnibus, uno eodemque propemodum dixerim die conflatos fuiſſe omnes ſuadet. Inclinatam porro labantemque prius fuiſſe ſub Juliano Rempublicam, eamque penitus tunc collapſam, vel ex eo etiam intelligitur, quod non alias in tota ſerie veterum numiſmatum REPARATIO REIPUBLICAE commemoratur, præterquam ſub iſtis Principibus. Mediobarbus quidem pag. 483. Fæſchio credidit, Magnentii nummum ſic eſſe inſcriptum; ſed errore Fælchii haud levi; cum ſit nummus ille non Magnentii, ſed Mag. Maximi.

33.

Simul Auguſti fuere,
VALENTINIANUS uterque, VALENS, & GRATIANUS,
anno Chriſti 400.

Tab. XII. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis.)(. SECURITAS REIPUBLICÆ. Victoria gradiens coronam dextra oſtentat, humero dextro palmam gerit. Securam eſſe a metu & incurſionibus hoſtium Rempublicam, poſt victoriam anni hujus, nummi ſic inſcripti dicunt. Sunt illi numero plurimi, omnes ex ære minimo. Infra, R TERTIA *Remorum tertia* officina. Sic in nummo Valentis, qui inſcribitur GLORIA ROMANORUM, ſcriptum ſuperius vidimus, R SECUNDA & QUARTA. Ex qua ſimilitudine lemmatis, eodem anno cuſum utrumque nummum eſſe diſcimus. Eſt hic Valentiniani nummus in Muſeo noſtro.

Ibid. 2. Ejuſdem, ut proxime. Infra, QUARTA, priore littera, opinor, exeſa. Hunc ex ære minimo dicit eſſe Mediobarbus in Muſeo ſuo, pag. 504. At in alio ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART, conſpicue legitur, R QUARTA.

Ibid. 3. Ejuſdem, ut ſupra. In imo numiſmate, SECUNDA. Apud Occonem, pag. 562.

Ibid. 4. Ejusdem, ſimilis prioribus. Infra, SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numiſma. In Theſ. Brandeb. pag. 825. verſu 1.

Ibid. 5. Ejusdem, ut in ſuperioribus. In medio, hinc OF. inde II. *Officina ſecunda.* Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Apud D. Baudelot: ubi & alius ſimilis habet OF II & infra CONST *Civitatum omnium Narbonenſium ſecundum tributum.*

Ibid. 6. Ejusdem, ut ſupra. In medio, OF III *Officina tertia.* Infra, CONST ut proxime. Hunc nummum Mediobarbus affert pag. 501. e Muſeo ſuo.

Ibid. 7. Ejusdem, ut ſupra. In medio, $\frac{R}{O}$ M *Reſtitutus ordo Mercatorum.* Infra, PSISC *Primum Siſcienſium* numiſma. Eſt in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 8. Ejusdem, ut ſupra. In medio, $\frac{R}{C\ A}$ F *Romana caſtra felicia:* ſive *Romanorum Caſtrorum felicitas*, ut in nummo Gratiani vidimus, qui eſt inſcriptus, GLORIA ROMANORUM. Infra, TSISCƧ *Tributum Siſcienſium ſextum.* In Muſeo D. Baudelot.

Ibid. 9. Ejusdem, ut ſupra. In medio, $\frac{R\ F}{\acute{R}}$ *Reipublicæ Reſtitutæ felicitas.* Infra, PSISCS *Præfecturæ Siſcienſis ſecundum* tributum. Ibidem.

Ibid. 10. Ejusdem, ut ſupra. In imo numiſmate,

te, SMAQB *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numiſma. Eſt in Muſeo P. CHAMILLART.

Tab XII. 11. Ejusdem. In medio, B *ſecundum*; Infra, SMAQ *Societatis Mercatorum Aquenſium* numiſma. Ibidem.

Tab.XIII. 12. D. N. VALENTINIANUS JUN. P F. AUG. *Valentinianus junior*, prioris filius .)(. SECURITAS REIPUBLICAE, ceteraque, ut in nummis Valentiniani patris. Infra, SMAQS *Societatis Mercatorum Aquenſium ſextum* numiſma. In muſeo noſtro. Huic fere ſimile eſt in Conſt. Chriſt. 56. verſu 5.

Ibid. 13. D. N. VALENS P. F. AUG. Capite gemmis cincto. .)(. SECURITAS REIPUBLICAE, & cetera, ut in nummo Valentiniani utriusque. Infra, R PRIMA *Remorum prima* officina. In Muſeo noſtro.

Ibid. 14. Ejusdem, ut proxime. Infra, R SECUNDA *Remorum ſecunda* officina. In Cimelio D. FOUCAULT, apud D. Baudelot, & apud Occonem, pag. 563. ſed Occo litteram R prætermiſit.

Ibid. 15. Ejusdem, ut ſupra. In imo nummi margine, TERTIA. Hunc Mediobarbus pag 507. profert e Muſeo ſuo: & eſt in Cimelio D. FOUCAULT. In Collectione D. de Peireſc, pag. 227. eſt A TERTIA, pro R TERTIA.

Ibid. 16. Ejuſdem, ut in prioribus. Infra O QUARTA *Officina quarta.* In eodem Cimelio, & in Theſ. Brandeb. pag. 826.

Ibid. 17. Ejusdem, ut ſupra. In medio, OF I *Officina prima.* Infra, CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.* Apud D. Baudelot.

Ibid. 18. Ejusdem, ut ſupra. In medio, OF II *Officina ſecunda.* Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* In Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 8.

Ibid. 19. Ejusdem, ut in prioribus. Infra, SMAQP. *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numiſma: ut in Valentiniani nummo vidimus SMAQB: & in juniore, SMAQS. Hunc nummum Mediobarbus pag. 506. ex Fæſchii relatu ſic male expreſſit, SMRQ.

Ibid. 20. Ejusdem, ut ſupra. In medio, $\frac{R}{A}\ C\ F$

Romanorum caſtrorum felicitas, ſive *Romana Caſtra felicia*: ut in nummo Valentiniani 8. & in altero Gratiani inſcripto GLORIA ROMANORUM. Romani Imperii clauſtra Siſciæ fuerunt: nec procul inde Caſtra Romana, quæ Rempublicam tutarentur. Infra, A SISCP *Primum Siſcienſis Præfecturæ* numiſma. Eſt in Muſeo D. Baudelot. In alio ſimili, apud P. JOBERT, eſt A SISC *Prima Siſcienſium.*

Ibid. 21. Ejusdem, ut ſupra. In medio, R M cum gemino Solis ſidere, orientalis in Pannonia, ubi Siſcia fuit, & occidentalis in Gallia, Romani Imperii ſymbolo: *Reſtituta Mercatura.* Infra, A SISC *Primum Siſcienſium* numiſma. Apud D. Baudelot.

Ibid. 22. Ejusdem, ut ſupra. In medio, $\frac{R}{A}\ S$ Reipublicæ *tranquillitas ſtabilita.* Infra, A SISCϵ littera ultima Æ inverſa: *Primum Siſciæ* numiſma. Apud P. CHAMILLART.

Ibid. 23. Ejusdem, ut ſupra. In imo nummi margine, SMNB *Societatis Mercatorum Narbonenſium ſecundum* numiſma. Apud Occonem, pag. 563.

Ibid. 24. Ejusdem, ut ſupra. In imo nummi margine, TESA *Treveri, Edicto Senatus, primum* hoc numiſma cuderunt. In Muſeo noſtro. Eſt etiam in Collect. Ms. D. de Peireſc, pag. 271. TES Γ & TES Δ.

Ibid. 25. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. SECURITAS REIPUBLICAE & cetera, ut in nummis Valentiniani utriusque, & Valentis. Infra, R QUARTA *Remorum quarta* officina: ut in nummis Valentiniani & Valentis. Apud D Baudelot.

Ibid. 26. Ejusdem, ut proxime, Infra, R TERTIA, ut in nummis Valentiniani & Valentis. Mediobarbus, pag. 510. ex relatu Fæſchii edidit N TERTIA pro R TERTIA.

Ibid. 27. D. N. GRATIANUS AUG. G. AUG. *Auguſti gener Auguſtus.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. SECURITAS REIPUBLICAE, ut ſupra. In medio, hinc OF inde I *Officina prima.* Infra, LUGPP *Lugdunenſis primæ primum* numiſma. Apud P. CHAMILLART.

Ibid. 28. Ejusdem, ut proxime. In medio, OF I & SP *Salus publica.* Infra, LUGP *Lugdunenſium primum* numiſma. Apud D. Abb. FAUVEL.

34.

VALENTINIANUS, VALENS, ARCADIUS, & THEODOSIUS ſimul Auguſti: & ſimul Auguſtæ, EUDOXIA, FLACCILLA, PLACIDIA, PULCHERIA, anno Chriſti 400.

Victoria hujus anni *ſalutem* Reipublicæ, *reparationem*, ac *ſecuritatem* attulit: eàm ob rem tres nummorum tituli confecti ſunt; SALUS REIPUBLICAE, REPARATIO REIPUBLICAE, SECURITAS REIPUBLICAE. Primum ex his poſtremo loco reſervavimus, quoniam pauciores ſub hoc titulo ſive lemmate nummi ſunt.

Tab. XIII. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. SALUS REIPUBLICAE, ex victoria per exercitum Romanorum, eorumdemque Chriſtianorum militum reportata. Victoria gradiens, dextra coronam oſtentat, ſiniſtro humero palmam geſtat. Latere dextro nummi, ☧ Chriſti monogramma. Infra, CONSP *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numiſma. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. In alio ceteroqui ſimili e Muſeo P. CHAMILLART, Victoria dextro humero trophæum defert, læva manu calcat hoſtem, ut in ſequente Theodoſii nummo.

Ibid. 2. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis.)(. SALUS REIPUBLICÆ. Victoria gradiens dextro humero geſtat trophæum; læva manu premit hoſtem in genu procidentem. Latere dextro nummi, pro Chriſti monogrammate, ☧. Infra, AQS *Aquenſium ſecundum* numiſma. Eſt ex ære minimo in Muſeo noſtro. Alius habet, AQP *Aquenſium primum.*

Ibid. 3. Ejusdem, ut proxime: ſed pro Chriſti monogrammate Crux eſt: ceteroqui ſimillimus iſte ſuperiori eſt. Infra, ANTB *Primæ Narbonenſis tributum ſecundum.* Ex ære minimo in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 3. Eſt idem cum ſimili Chriſti monogrammate ☩ ex ære minuto, cum litteris iisdem ANTB apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 4. Ejusdem; capite cincto gemmis. .)(SALUS REIPUBLICÆ. Victoria ſedens ſcribit in clypeo ☧. Latere dextro rurſum alterius formæ monogramma Chriſti, ☧. Infra, SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginienſium* numiſma. Eſt ex ære minimo, apud D. Baudelot.

Ibid. 5. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. cum galea, & clypeo, & haſta humero dextro transverſim impoſita, quoniam Imperator eſſet. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Theodoſius & Valentinianus junior ſedent, quales deſcripſimus jam ſuperius, §. 24. in nummo ejusdem Theodoſii, VOT. XXX. MULT. XXXX. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 8. Verum haud dubie inciſor imprudens

dens nummo illi qui debuit inſcribi VOT. XXX. &c. appoſuit epigraphen nummi ſequentis, SALUS REIPUBLICÆ. Nec vidimus alicubi nummum iſtiusmodi. In Gaza Regia nummus Theodoſii aureus, ipſum quidem repræſentat qualem hinc depinximus, cum galea & haſta: ſed in averſa nummi area, cum eo titulo, SALUS REIPUBLICÆ, Theodoſium Imp ſedentem exhibet, abſque nimbo lucido caput circumcingente; & ſiniſtrorſum ſtantem Placidiam Auguſtam Auguſtam: ambos dextris tenentes Evangelicum volumen, Crucem ſiniſtris. Infra, CONOB. *Salus Reipublicæ in* hoc nummo dicitur Auguſti virtus, cum præſidio Crucis, quam colunt, & Evangelii cui credunt, Auguſtus & Auguſta. Hunc nummum aliter repræſentat Du-Cangius in Conſt. Chriſt. loco citato, verſu ult. ſed ex Octav. Strada, ſcriptore prorſus infido.

Tab XIII. 6 D.N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Victoria, ceteraque prorſus eadem atque in nummo 2. qui eſt Theodoſii. Infra, detritæ litteræ. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 1. At in alio perſimili e Muſeo P. CHAMILLART, legitur conſpicue, ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.* Alius in Collectione D. de Peireſc, pag. 77. habet CONSA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum.*

Ibid. 7. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis: dextra tenet orbem Romanum: læva ſpiculum, ſive haſtam transverſam. .)(. SALUS REIP. Stat Auguſtus ipſe paludatus; labarum, in quo ☧ dextra tenet; ſiniſtra orbem Romanum, cui Victoria impoſita coronam Auguſto porrigit. Ad dextrum pedem ſedet captivus, vinctis poſt tergum manibus: ſiniſtrorſum eſt lauri ramus. Infra, SMSISC Societas Mercatorum Siſcienſium. Aureus eſt in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 5.

Ibid. 8. D. N. VALENS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Quatuor ſigna militaria: ob quatuor legiones totidem Auguſtorum, quæ hanc in primis Victoriam retulerunt: Valentis, Valentiniani, Theodoſii, Arcadii: qui propterea ſoli Auguſtorum ſic nummos habent inſcriptos, SALUS REIPUBLICÆ. Eſt hic argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 7.

Ut quatuor autem Auguſti tantummodo nummos habent inſcriptos hoc titulo, SALUS REIPUBLICÆ: ſic etiam Auguſtæ quatuor dumtaxat, habent illud ipſum lemma, cum uno omnes & eodem typo; hoc eſt, cum effigie Victoriæ ſedentis, & in clypeo ſcribentis ☧ Chriſti monogramma. Ex quo non inanis conjectura eſt, fuiſſe has quatuor iſtorum Auguſtorum conjuges.

Ibid. 9. AEL. FLACCILLA AUG. Ælia Flaccilla Aug. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Victoria ſedens, ut diximus, ſcribit in clypeo ☧. Infra, CON Є *Civitatum omnium Narbonenſium quintum* numisma. In Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 5. legitur CONC mendoſe. Eſt ex ære minimo ibidem, in Muſeo noſtro, apud P. CHAMILLART, & apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 56. Aureus alter in Conſt. Chriſt. loco cit. habet CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt hic in Theſauro Regio; cum integro nomine, AELIA FLACCILLA. Legimus conſpicue in omnibus probis numismatibus nomen hujus Auguſtæ, FLACCILLA; non PLACCILLA. Eſt in quibusdam; non tam vitio artificis, quam æris uſu detriti. Nam in Regiæ etiam Gazæ nummis, quos vidimus ex auro & ære, non eſt niſi FLACCILLA. Eſt in nummis veteribus *Flaccus* cognomen Valeriæ gentis; unde *Flacilla.* Ex qua Valeria gente, Diocletianus, Maximianus, & Conſtantini multi fuere. Itaque hæc ex patre *Ælia*, ex matre *Flaccilla*, ſive (quod idem eſt) Valeria Flaccilla fuit.

Ibid. 10. Ejusdem, omnino ut proxime. Infra, TESA *Treveri, Edicto Senatus, primum* iſtud numiſma hujus formæ cuderunt. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. loco citato. In alio e Cimelio D. FOUCAULT, legitur TES Δ *quartum.*

Ibid. 11. Ejusdem, ſuperioribus plane ſimilis. Infra, ANT Ϛ *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.* Eſt æreus, in Muſeo San-Genovefano: ſed in eo ob æs detritum legitur AEL. PLACCILLA, mendoſe. In alio ex ære minimo, apud D. Abb. FAUVEL, legitur: AEL. FLACCILLA AUG. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Auguſtæ ipſius ſtantis effigies. Infra, ANT Є *Primæ Narbonenſis tributum quintum.* In aliis e Cimelio D. FOUCAULT, ſunt litteræ CONS Є *Civitatum omnium Narbonenſis quintum* tributum. CONST *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ tributum.* ALE B *Primæ Lugdunenſis edicto ſecundum* numisma. In alio e Cimelio P. CHAMILLART, cum Auguſtæ ſtantis effigie, latere dextro ſidus Solis eſt, Romani Principis ſymbolum: ſiniſtro, crux: Infra, SMNB *Societatis Mercatorum Narbonenſium ſecundum* tributum.

Ibid. 12. AEL. EUDOXIA AUG. Manus de cælo capiti Eudoxiæ Auguſtæ coronam imponit. Sic porro nomen illud perſpicue legimus in nummis quos vidimus, in Theſauro Regio, apud D. Comitem de Vaux, & D. Abb. FAUVEL. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Victoria, & cetera, ut in nummo Flaccillæ. Infra, ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium.* Eſt ex ære minimo, tum in Muſeis proxime appellatis, tum in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 3. In alio e Regia Gaza aureo, & in Conſt. Chriſt. loco citato, eſt CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* In alio ex ære, apud D. Comitem de Vaux, & P. CHAMILLART SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginienſium primum* numisma.

Ibid. 13. Ejusdem, ut proxime: tantum in imo margine, CONSA *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ primum* numisma. Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro, & apud P. CHAMILLART.

Ibid. 14. Ejusdem, ut in nummo 12. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Sedet Auguſta manibus complicatis: coronam capiti e cælo lapſa manus imponit: ut ſuperius in nummis ejusdem Auguſtæ inſcriptis, GLORIA ROMANORUM. Latere ſiniſtro, Crux. Infra, CONS *Civitatum Narbonenſis ſecundæ.* Eſt ex ære minimo, apud P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 3.

Ibid 15. AEL. PULCHERIA AUG. Capiti coronam imponit manus ſuperne imminens. .)(. SALUS REIPUBLICÆ, & alia omnia, ut in nummis Flaccillæ & Eudoxiæ. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 4. *Ælium* hanc ex patre, ex matre *Pulcheriam*, ac proinde ex Claudia gente fuiſſe, Pulcheriæ cognomen docet. Eſt enim *Pulcher* Claudiæ gentis cognomen, in nummo Loadicenſium Cariæ ſive Phrygiæ, AP. PULCHER AP. F. PROCOS, apud Seguinum, pag. 65. & apud Plinium ſubinde, *Claudius Pulcher.* Fuit Pulcheria igitur ex ea familia Æliæ gentis, Claudiæque, quæ nulla affinitate juncta eſſet cum poſteris Commodi Pii Felicis: alioquin ipſa quoque *Pia Felix* diceretur.

Ibid. 16. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. Manus capiti imminens coronam imponit. .)(. SALUS REIPUBLICÆ, & alia omnia, ut in ſuperioribus nummis Auguſtarum, 9. 10. 11. 12. & 13. In medio adjectæ littera R V *Roma Victrix.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 6. & in Cimelio D. FOUCAULT. In aureo pariter e Gaza Regia, eſt COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt. Domina noſtra* appellatur, quæ primum

mum quidem *Pia Felix* eſt, quoniam genus trahit a Commodo Pio Felice Aug. & propterea, cuicumque nubat, procreare Dominos, hoc eſt, Cæſares & Auguſtos poteſt: Deinde, quæ conjux ſimul etiam Domini, hoc eſt, Auguſti alicujus eſt. Quæ *Pia Felix* non eſt, ut Flaccilla, Eudoxia, & Pulcheria, *Auguſta* ſolummodo dicitur: *Domina noſtra* non dicitur. D. N. non appellatur, niſi quæ & filia Cæſaris ſit, & Auguſti conjux.

Tab. XIII. 17. Eſt etiam in Muſeo noſtro argenteus inſcriptus, D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. .)(. In corona laurea, ☧ ſine epigraphe. At aureus quinarii argentei modulo, in Gaza Regia, habet epigraphen, SALUS REIPUBLICÆ in ambitu: in corona laurea, ☧. Infra, COMOB.

Ibid. 18. LICINIA EUDOXIA P. F. AUG. Capitis tegmine radiato, & gemmis ornato: cruce capiti impoſita. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. *Salus Reipublicæ* in hoc numismate Chriſtus ipſe appellatur; qui ſedens pingitur, capite radiato; dextra tenens orbem Romanum, cui Crux impoſita eſt; ſiniſtra crucem gerens. Hinc R inde M *Reſtituta Mercatura:* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt* hujus formæ numisma Liciniæ Eudoxiæ Auguſtæ. Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 2. & inter aurea Numismata Ducis Parmenſis, Tab. XXVI. num. V. & apud Baronium ad annum 395. num. IV. Fuit Licinia Eudoxia neptis Licinii junioris Cæſaris P. F. proneptis Licinii P. F. Aug. atque eam ob rem *Pia Felix.* Nec tamen ipſa D. N. *Domina noſtra* appellata eſt, quoniam nulli Dominorum, hoc eſt, Auguſtorum, conjuncta matrimonio eſſet; ſed Arcadii Aug. tantum privigna. En ſtemma & genus ipſius:

LICINIUS P. F. AUG. ex gente Licinia Pia Felice, ex qua Licinii Gallienus & Valerianus Pii Felices.

LICINIUS JUN. NOB. CÆSAR P. F.
1

Licinius P. F.	Uxor AEL. EUDOXIA, quæ ſecundis nuptiis nupſit Arcadio Aug.

LICINIA EUDOXIA P. F.
Licinia a patre, a quo & P. F.
Eudoxia, a matre.

Huic igitur, ob affinitatem cum Arcadio Aug. dicatum iſtud numisma eſt, circa ſuprema (ut arbitramur) Arcadii tempora, & annum Chriſti 420.

Tab. XIV. 19. D. N. JUST. GRAT. HONORIA P. AUG. Capite cincto gemmis. *Juſtina Gratiana Honoria.* .)(. SALUS REIPUBLICÆ. In corona laurea ☧ Chriſti monogramma. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 2. & apud Baronium, ad annum 454. num. XXIV. Fuit illa, ut diximus, Gratiani Aug. filia, Honorii Aug. neptis.

Cum ſit in duabus iſtis proxime appellatis Principibus feminis, Licinia Eudoxia nimirum, & Honoria, forma nummorum diſſimilis ei, quæ in nummis conſpicitur quatuor priorum, quamvis ſub eodem titulo; ſatis veriſimiliter apparet, quatuor Auguſtorum, qui ſimilem habent titulum, ſimilemque ſaltem ex potiore parte formam nummorum, priores quatuor illas conjuges fuiſſe; quarum honori percuſſa ſint ea ſimul atque viris ſuis numismata: ceterarum vero duarum, multo ſerius, hoc eſt, anno Chriſti 419. & 420. cuſa fuiſſe. Cum ex veriſimilibus autem indiciis, quæ nummi præbent, Galla Placidia uxor ſit Theodoſii, Eudoxia Arcadii, Flaccilla Valentiniani; ſupereſt ut Valentis Aug. Pulcheria fuiſſe conjux dicatur. Ex iisdem autem indiciis, Valentiniani uxor tertia fuit, Ælia Eudocia, poſt obitum Flacilla: denique Conſtantini, Victoris Aug. filii, Juſtina Gratiana Honoria.

Theodoſii uxor Galla Placidia. Vide utriusque nummos §. 23. Theodoſii, num 1. & Placidiæ num. 4.

Arcadii conjux, Ælia Eudoxia. Vide utriusque nummos, §. 28. num. 42. & 44.

Valentiniani uxor tertia, Ælia Eudoxia. Vide nummos utriusque §. 25. num. 1. & 3. Eudoxiam ab Eudocia diligenter diſcriminari oportet, niſi quis velit errare.

Ex gente Ælia, ab aliquo qui Commodum P. F. anteceſſit, nec ab Antonino ipſo Pio traxit ortum, genus duxere hæ quinque: Ælia Eudocia, Ælia Eudoxia, Ælia Flaccilla, Ælia Pulcheria, Ælia Verina: quas idem Æliæ nomen, & ætas eadem ſuadet fuiſſe ſorores; excepta Verina, quæ fuit ætate minor, & fratre aliquo priorum genita. Cognominibus autem diſtinguuntur, partim petitis ex gentibus, quibuscum majores earum affinitatem contraxerunt; ut Flaccilla, & Pulcheria; partim ex aliis cauſis. Et eædem, ut diximus, *Auguſtæ* quidem, quia conjuges Auguſtorum: at non *Dominæ noſtræ*, quia non eſſent filiæ Cæſarum, nec poſſent Dominos, hoc eſt, Cæſares ex quolibet matrimonio edere, ſed tantum ex marito Cæſare.

35.

MAXIMUS & VICTOR, Auguſti duo æquales, ſub anno Chriſti 403. vel 404.

Tab. XIV. 1. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. SPES ROMANORUM. Caſtra, cum Solis ſidere, Romani Principis ſymbolo. Spem Reipublicæ poſitam eſſe in Caſtris militum Romanorum, ſub copiarum duce Maximo Aug. docet iſte nummus. Caſtra hæc poſita fuiſſe contra Cebennicorum montium incolas, *les habitans des Cevennes*, videntur admonere loca, in quibus hi percuſſi nummi dicuntur. Infra, CONS *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Eſt ex ære minuto, in Muſeo noſtro, & apud Patinum pag. 488. ſed omiſit ille litteras CONS.

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime. Infra, SMAQP *Societatis Mercatorum Aquenſium primum* numisma. Ex ære minuto, in Muſeo noſtro. In alio apud D. Baudelot, SMAQ.

Ibid. 3. Ejuſdem, ut in nummo 1. Infra, LUCS. *Lugdunenſium quinque civitatum ſextum* numiſma. Ex ære minuto, apud D. Baudelot.

Ibid. 4. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG. Caput cinctum diademate e gemmis: vultus, qui æqualem Maximo Victorem fuiſſe clamat. .)(. SPES ROMANORUM. Æque in peritia & virtute bellica Flavii Victoris, ac Magnii Maximi, poſitam eſſe ſpem Romanorum, nummus iſte prædicat: quod dici certe non potuit, niſi utroque ex æquo militiæ per ætatem maturo. Infra, PCON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma. Eſt argenteus, & præterea ex ære minuto, in Muſeo noſtro. Deſcribit illum etiam Patinus, pag. 489. ſed abſque loci nota.

Ibid. 5. Ejuſdem, ut proxime. Infra, SMAQ. *Societatis Mercatorum Aquenſium ſecundum* numisma. Profert illud Mediobarbus e Muſeo ſuo, pag. 515. In alio ſimili, ex ære minuto, apud D Baudelot, eſt tantum SMAQ.

Ibid. 6. Ejuſdem, ut in nummo 1. Infra, LUC *Lugdunenſium quinque civitates.* Eſt ex ære minuto apud P. CHAMILLART.

Tab. XIV. 7. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. *Victoria Augustorum duorum.* Augustus stans, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit; idem siniſtra labarum seu vexillum tenet. Spem Romanorum in superioribus nummis commemoratam, non inanem fuisse, Romanis copiis sub Maximo & Victore Augustis aliquo prælio victricibus, hic nummus testatur. Infra, LUCP *Lugdunensium quinque civitatum primum* numisma. Est ex ære mediocri apud P. CHAMILLART: ex minimo, apud D. Baudelot.

36.

Imperatores Augusti quatuor,
VALENTINIANUS pater, THEODOSIUS,
HONORIUS, ARCADIUS,
cum Augustis duobus,
VALENTINIANO JUN. & GRATIANO,
anno Christi 400. & 405.

Tab. XIV. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGG. *Concordia trium Augustorum.* In medio I. *decimum* hujus formæ numisma. Roma sedet capite galeato, dextra orbem Romanum tenet, hastam siniſtra. Latere siniſtro, palmæ ramus; quoniam fructus Concordiæ palma est, seu victoria de hostibus. Infra, SMNB *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* numisma. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Ibid. 2. Ejusdem, priori similimus: excepto quod latere nummi dextro pro I habet litteram A, *primum* numisma hujus formæ. Ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 3. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGG. *Concordia trium Augustorum.* Roma capite turrito sedet, dextra tenet hastam, siniſtra orbem Romanum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Const. Christ. pag. 61. versu 2. & in Thesauro Regio.

Ibid. 4. Ejusdem, priori simillimus. Sed in medio sunt istæ litteræ, $\Theta \frac{\Phi}{K}$ Θεὸν φιλεῖ Καίσαρα. Infra, ANT Δ *Primæ Narbonensis tributum quartum.* Est ex ære minimo apud D. Abb. FAUVEL. In alio e Museo nostro, sed absque litteris in medio nummo positis, est infra TCON *Tertium civitatum omnium Narbonensium* numisma. In alio, e Museo P. CHAMILLART, CONSS *Civitatum omnium Narbonensis secundæ sextum* numisma.

Ibid. 5. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGGϵ Infra, CONOB. *Concordia trium Augustorum. Septimum* hoc numisma istius argumenti *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt* Principi. Roma sedet, prorsus ut in nummo 3. qui Theodosii est. Aureus est in Const. Christ. pag. 61. versu 8. In Thesauro Regio similis aureus est, cum inscriptione, CONCORDIA AUGGG ϛ *sextum* numisma. In alio autem pariter aureo ibidem, scriptum est in clypeo, quem Roma tenet, VOT. V. MUL. X. Infra, CONOB.

Ibid. 6. Ejusdem, similis priori. .)(. CONCORDIA AUGGGG ϵ Infra, CONOB. *Concordia quatuor Augustorum: quintum* hoc numisma ejus argumenti *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est e Museo P. CHAMILLART. Augustos quatuor interpretamur dici in hoc titulo tres Augustos primarios, eosdemque statim summos Imperatores, quibuscum concordiam se fovere quartus, qui in hoc nummo appellatur, gloriaretur Arcadius. Simillimum huic alterum vidimus, pariter ex auro, apud D. de BOZE, cum hoc lemmate, CONCORDIA AUGGGG I *Concordia quatuor Augustorum: Decimum* hoc numisma hujus argumenti COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Ibid. 7. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGG. Roma sedet, ut in nummis superioribus: sed orbi Romano, quem dextra tenet, crux est imposita. In medio, $\Theta \frac{\Phi}{K}$ Θεὸς φιλᾶ Καίσαρα, ut in nummo 4. qui est Theodosii: vel ubique verius, Θεὸς φύλαξε Καίσαρα, *Deus, serva Cæsarem.* Infra, ANT Δ *Primæ Narbonensis tributum quartum.* Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Huic alius plane similis apud D. Baudelot, habet ANT ϵ *quintum.* Alius ibidem, absque litteris in medio positis, ANTA *primum.* Sed est alius plane singularis, in Museo P. DE VITRY, cum hac epigraphe: D. N. C. I. GRATIANUS P. F. AUG. *Dominus noster Claudius Justinus Gratianus Pius Felix Augustus:* & in imo margine partis posticæ, ANT. cetero prioribus istis Gratiani simillimus. At hic seriem generis, unde Gratianum ducere ortum initio diximus, egregie docet & confirmat. Demonstrat enim Gratianum non esse filium Valentiniani, qui *Placidus* certe, at nec *Claudius* nec *Justinus* fuit.

Ibid. 8. Ejusdem, ut proxime. .)(. CONCORDIA AUGGG. Roma, ut proxime dictum est. Latere dextro nummi, Crux Infra, SMK Γ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium tertium* numisma. Ex ære minimo, apud D. Baudelot. In alio simili e Cimelio D. FOUCAULT, sunt litteræ SMK Δ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* numisma.

Ibid. 9. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. cum galea, clypeo, & hasta humero dextro imposita, quia summus statim Imperator. .)(. CONCORDIA AUGGG I *Concordia trium Augustorum, decimo* isto numismate consignata. Roma sedet, galeato capite, dextra hastam tenet, læva orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Romæ sedenti porrigit. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 63. versu 8. cui similem fere superius attulimus, cusum in Votis decennalibus, inscriptumque pariter, CONCORDIA AUGGG I. Hoc ipso anno Christi 400. concordia Theodosii cum æqualibus ei duobus summis Imperatoribus, Valentiniano & Honorio, commendatur: id quod similis eorum, & ille quidem Imperatorius habitus docet.

Ibid. 10. Ejusdem, eodem habitu, cum galea scilicet, & clypeo, & hasta humero dextro transverse imposita. .)(. CONCORDIA AUGG. *Concordia Augustorum.* Roma, ut dictum est proxime. Infra, ANT *Primæ Narbonensis tributum.* Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 65. versu 1.

Ibid. 11. D. N. HONORIUS P. F. AUG. cum galea, & clypeo, & hasta transversa imposita humero dextro, quia summus Imperator. .)(. CONCORDIA AUGGG. Roma sedet, ut in nummo Theodosii proxime explicato. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est aureus in Thes. Brandeb. pag. 837.

Ibid. 12. Ejusdem, eodem habitu. .)(. CONCORDIA AUGG. Roma sedet, ut in tribus nummis proxime explicatis. Infra, ANT Γ *Primæ Narbonensis tributum tertium.* Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART, & in Const. Christ. pag. 63 versu 6. In alio e gaza Regia aureo, eodem Honorii habitu & Romæ sedentis, CONCORDIA AUGGA *primum* numisma. In alio pariter aureo, quem vidimus, CONCORDIA AUGG. Θ *nono* numismate consignata. In alio similiter ex auro e gaza Regia, CONCORDIA AUGGF Z *Concordia trium Augustorum septimo* numismate: in alio rursum ibidem simillimo & aureo, CONCORDIA AUGGG Θ *nono.* Infra, in

in omnibus aureis, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

Tab. XIV. 13. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. cum galea & clypeo, & haſta tranſverſe humero dextro impoſita, quia ſummus Imperator ſaltem anno Chriſti 405. in Votis decennalibus renunciatus eſt. .)(. CONCORDIA AUGG. *Concordia Auguſtorum.* Roma ſedet, capite galeato, dextra tenet haſtam, læva orbem Romanum, cui Victoria impoſita coronam Romæ ſedenti porrigit: dextro pede Roma calcat navigii proram: ut Urbis ſitus ſignificetur ad amnem Tiberim, quo annonam in Urbem navigia devehunt. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt inter aurea numiſmata Ducis Parmenſis, Tab. XXIII. num. 9. & in Theſ. Brandeb. pag. 835.

Ibid. 14. Ejusdem, eodem plane habitu. .)(. CONCORDIA AUGG I *Concordia Auguſtorum, decimo* iſto numismate conſignata. Roma ſedet, ut in nummis Theodoſii & Honorii dictum eſt proxime. Infra, SMK *Societas Mercatorum Karthaginienſium.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 15. Ejusdem Arcadii, eodem plane habitu. .)(. CONCORDIA AUGGO *Concordia Auguſtorum omnium.* Roma ſedet, ut in nummis Theodoſii & Honorii. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt perpulcher in Theſauro Regio. Quod ſi cum Arcadio alii duo tantum Auguſti forent; neque ſcriberetur profecto AUGGO potius quam AUGGG. neque enim uſurpari hanc loquendi formam, ubi tres dumtaxat intelligi oporteat, patitur humani conſuetudo ſermonis. Eſt autem littera O frequens in nummis ad ſignificandum *omnes*, ut in CONOB. CONS. COM. CON. & ſimilibus, aliisque.

Ibid. 16. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. CONCORDIA AUGG. Latere nummi dextro, O. *Concordia Auguſtorum omnium*, tam ſummorum Imperatorum, quam Auguſtorum tantum. Roma ſedet eodem habitu atque in nummo 1. Infra, ANT Γ *Primæ Narbonenſis tributum tertium*, ut in nummo 12. qui eſt Honorii Aug. Eſt ex ære minimo in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 4. Simillimum iſtius alterum habet Cimelium D. FOUCAULT, nempe inſcriptum ſimiliter, CONCORDIA AUGG cum littera O in ſiniſtro latere. At in imo margine legitur CONS Δ *Civitatum omnium Narbonenſis ſecundæ quartum* numisma: ex minuto ære. His ſimilem fere alterum jam vidimus §. 21. cum mentione VOT. X. Quæ cauſa eſt quamobrem ex his nummis alios referri oporteat ad annum Chriſti 400. alios ad annum 405.

Ibid. 17. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGGG O *Concordia Auguſtorum omnium.* Hunc nummum profert Mediobarbus, pag. 512. e Muſeo ſuo. Sed litteras in imo margine nummi poſitas, haud dubie male deſcripſit, STIA, quandoquidem ſimiles nusquam occurrunt, nec habent probabilem ullam ſententiam. Scriptum eſt fortaſſis, ut in nummo ſequente Gratiani, SNAB.

Ibid. 18. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. CONCORDIA AUGG O ut in nummis utriusque Valentiniani proxime diximus. Infra, SNAB *Societatis Narbonenſis primæ ſecundum* numisma. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 57.

Ibid. 19. Ejusdem, eodem habitu..)(. CONCORDIA AUGG O *Concordia Auguſtorum omnium.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus, ibidem, pag. 56 verſu 2. Hi ſex nummi poſtremi clamant, ni fallimur, plures ſimul Auguſtos fuiſſe, & eosdem concordiſſimos inter ſe. Nam quinque his poſtremis ſextus ille Valentiniani adjungendus eſt, quem in VOT. X. §. 21. deſcripſimus. Cum eſſent plures Auguſti, ſatius viſum eſt AUGG ſcribere, quod pluralem numerum deſignat, cum littera O, quam ſepties vel octies litteram G adpingere cum voce AUG. Itaque ſub his Auguſtis, vox ea AUGG Auguſtos non duos dumtaxat, ſed plures deſignat, ut hi nummi docent, aliique.

Ibid. 20. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. CONCORDIA LEGG. Roma ſedet, capite galeato, ſiniſtra haſtam tenet, dextra orbem Romanum. *Concordia Legionum.* Hinc Θ inde $\frac{K}{\Phi}$ Θῦν Καῖσαρ Φιλῆι. Similes Græcas litteras ſub hoc ipſo titulo vidimus, in nummo 7. qui eſt Gratiani: & ſuperius in altero ejusdem numismate, quod eſt inſcriptum, VIRTUS ROMANORUM. Infra ANT Ϛ *Primæ Narbonenſis tributum ſextum.* Eſt hic ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

37.

Simul Auguſti fuere, & iidem concordiſſimi; VALENTINIANUS uterque, HONORIUS, THEODOSIUS, MAXIMUS, GRATIANUS, VICTOR, ARCADIUS, EUGENIUS, JOHANNES, anno Chriſti 415.

Tab. XV. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, dextra coronam oſtentat, ſiniſtra geſtat orbem Romanum, cui Crux eſt impoſita. Hinc inde D *Mandato Decurionum*: ut in vetuſtioribus nummis, ſub Tiberio, Claudio, aliisque, D D eſt *Decreto Decurionum.* Infra; COM *Civitatum omnium Mercatores.* Eſt hic aureus apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 44. ex Theſauro Bavarico. In votis vicennalibus Auguſtorum, nempe anno Chriſti 415. aurea rurſum cuduntur numismata eorum honori; in quibus memoria renovatur victoriæ ab iisdem relatæ ante annos 15. hoc eſt, anno Chriſti 400.

Ibid. 2. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM, ut in nummo Valentiniani. Hinc R inde V *Roma Victrix.* Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Aureus eſt in Muſeo noſtro: idem quinarii argentei mole aureus apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 3. Ejusdem, ut proxime. In medio, hinc N inde D *Narbonenſium decreto.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Aureus eſt in Gaza Parmenſi, Tab. XXIV. num. 4. In alio ibidem aureo, num. 3. CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt:* abſque litteris N D: quoniam fruſtra eæ ſunt, ubi CONOB ſcribitur; ſiquidem eſt in his litteris, æque atque in illis, Narbonenſium mentio.

Ibid. 4. Ejusdem, ut ſupra. In medio, hinc R inde M. *Reſtituta Mercatura.* Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Aureus eſt apud Paul. Patavium Tab. IV. in Gaza Regia, quinarius hic aureus eſt, & habet COM *Civitatum omnium Mercatores.* Ob reſtitutum commercium, fugatis pluſisque hoſtibus, ſive Aquitanis, ſive Cebennicorum montium incolis, munus Auguſto obtulerunt Civitates & Mercatores civitatum provinciæ Narbonenſis.

Ibid. 5. D. N. JOHANNES P. F. AUG. Caput cinctum lapillis; vultus annorum 34. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM, omnino ut in nummo 1. Valentiniani, & 2. qui Honorii Aug. In medio hinc R inde V *Roma Victrix.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt, mole quinarii argentei, in Theſauro Regio, & apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 6. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM, ut in prioribus nummis, Valentiniani, Hono-

norii, & Johannis. In medio, hinc M inde D. *Mandato Decurionum.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Eſt aureus, apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 59. e Gaza Bavarica.

Tab. XV. 7. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, dextra coronam oſtentat, lævo humero palmam gerit. In medio, hinc T inde R *Tranquillitas reſtituta.* Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Aureus eſt, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 1. Idem absque litteris T R apud Paul. Petavium, pag 4.

Ibid. 8. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, ut proxime in nummo Theodoſii. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverorum.* Aureus, in Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 7. Argenteus in Theſauro Regio habet AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.*

Ibid. 9. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, ut in nummis Theodoſii & Maximi modo deſcriptis. Infra, AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus.* Argenteus in Muſeo P. CHAMILLART. Apud Occonem, pag. 567. perperam ſcribitur AOPS pro AQPS.

Ibid. 10. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, ut in nummis proxime appellatis. In medio, hinc M inde S *Mercatorum ſecuritas.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Eſt inter aurea numiſmata Ducis Parmenſis, Tab. XXIII. num. 8.

Ibid. 11. Ejusdem, ut proxime. In medio, hinc R inde M *Reſtituta Mercatura*, ut in nummo 4. qui eſt Honorii Aug. Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Eſt aureus apud Paul. Petavium, Tab. IV.

Ibid. 12. D. N. EUGENIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, ut in nummis proxime appellatis, Theodoſii, Maximi, Victoris, & Arcadii. In medio, hinc T in R ut in nummo 7. qui eſt Theodoſii, *Tranquillitas reſtituta.* Infra, COM *Civitatum omnium Mercatores.* Aureus, quinarii argentei mole, in Theſauro Regio. In Conſt. Chriſt. pag. 61. verſu 6. eſt CON *Civitates omnes Narbonenſes*: niſi error ſcalptoris eſt, pro COM.

Ibid. 13. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens, & Zephyrus alatus ſtans, clypeum ſuſtinent, in quo ſcriptum eſt, VOT. XX. MULT. XXX. Nummus iſte perſpicue docet, quo ſit anno percuſſus etiam qui ſequitur, huic ſimillimus, præter mentionem votorum, quæ nulla eſt in illo: ac proinde quo etiam anno cuſi ſint ceteri omnes, quos §. iſto afferimus; nimirum anno Chriſti 415. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 63. verſu 4. In Regio ſimiliter aureo eſt COMOB ut diximus §. 23. num. 2

Ibid. 14. D. N. JOHANNES P. F. AUG. Caput. cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſedens, & Zephyrus alatus ſtans, clypeum ſuſtinent, in quo ſculptum eſt ☧ Chriſti monogramma. Quoniam non ut pro Honorio, ſic etiam pro Johanne Aug. vota ſuſcipi Senatus decrevit; eam ob rem in nummo ipſius, quamvis ceteroqui ſimillimus nummo Honorii, & eodem proinde tempore cuſus ſit, pro formula illa, VOT, XX. MULT. XXX. ſculptum eſt dumtaxat Chriſti monogramma, index Chriſtianæ religionis, quam Johannes Aug. ſanctiſſime profiteretur. Quantumvis enim annua tantummodo aut triennalis ei a Senatu decreta provincia fuerit; tamen ei perinde ac ceteris Augustis, dum vixit, habitus hic honos fuit, & haberi ſane debuit, ut nummi ejus etiam nomine cuderentur, qui mentionem ejus victoriæ facerent, in cujus obtinendæ partem ipſe quoque veniſſet. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt inter aurea Numiſmata Ducis Parmenſis, Tab. XXV. num. 1.

Ibid. 15. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Victoria gradiens, dextra coronam oſtentat, lævo humero palmam gerit. Infra, LUGPS *Lugdunenſes, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus, in Conſt. Chr. pag. 54. verſu 1.

Ibid. 16. Ejusdem, ut proxime. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum.* Infra, PCON *Primum civitatum omnium Narbonenſium* numiſma. Ex ære minimo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 17. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. *Valentinianus junior.* Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. ut proxime in nummo 15. qui eſt Valentiniani patris. Infra, TRPS *Treveri, Permiſſu Senatus.* Eſt argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 5. & apud D. Comitem de Vaux. Alius pariter ex argento in Theſauro Regio habet LUGPS ut in nummo Valentiniani patris.

Ibid. 18. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. *Placidus Valentinianus*, idem qui *Valentinianus junior* in nummo præcedente. Sed poſt annos jam quindecim geſti principatus diſplicere cœpit nonnullis titulus *junioris*, nec deinceps certe apparet, tametſi adhuc patre ſuperſtite. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. ut in nummo 15. Infra, RM *Remi Mercatores.* Eſt argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 8. & in Theſauro Regio.

Ibid. 19. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. ut in nummo 16. qui eſt Valentiniani. Soli hi duo, Valentinianus pater, & Honorius, ſub hac forma nummos habent inſcriptos, VICTORIA AUGGG. cum triplici G. ut ſinguli fortaſſis Imperatores habuiſſe intelligantur in hac Victoria Legatos ſub ſe Auguſtos duos. Infra, MR *Remi Mercatores*, ut in nummo ſuperiore, qui eſt Placidi Valentiniani. Aureus eſt ibidem, pag. 63. verſu 4. In alio æris minimi, e Camelio P. CHAMILLART, Honorius Auguſtus galeato capite, dextro humero impoſitam geſtat haſtam. In parte averſa, VICTORIA AUGG. Victoria geſtat palmam & coronam. Infra, ANTI *Primæ Narbonenſis tributum tertium.*

Ibid. 20. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGG Victoria gradiens, ut in nummo 15. & ſequentibus. Infra, LVC *Lugdunenſium quinque civitates.* Aureus eſt ibidem, pag. 56. verſu 7.

Ibid. 21. D. N. GRATIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Victoria gradiens, ut in nummo 15. & ſequentibus. Infra, AQPS *Aquenſes, Permiſſu Senatus*, Aquenſis nimirum. Eſt argenteus ibidem, pag. 56. verſu 2. & in Theſauro Regio.

Ibid. 22. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. cum galea, & clypeo. & haſta transverſe humero dextro impoſita, quæ ſunt inſignia ſummi Imperatoris. .)(. VICTORIA AUGGG. Victoria ſtans, in dextrum latus converſa, crucem oblongam dextra tenet, læva veſtem ſublevat: retro, ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt hic nummus aureus in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 54. verſu 4. & apud Chiffletum in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. Similem Victoriæ effigiem vidimus in nummis Theodoſii, & Placidiæ, & Eudociæ Valentiniani conjugis inſculptam, §. 23. in nummis VOT. XX. hujus anni 415.

VA-

38.

Augusti simul fuere,
VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, HONORIUS, ARCADIUS, JOHANNES, CONSTANTINUS, anno Domini 451.

Tab. XVI. I.D.N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Sedet Augustus, dextra crucem tenet, læva orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit. In medio, hinc N inde D *Narbonensium decreto.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Nummum hunc ex auro nobis amicus ostendit. In quo illud singulare est, quod sedens Valentinianus crucem tenet, quam stantes ceteri Augusti tenent: idque argumento suspicamur esse, jam seniorum hunc Augustum pingi veluti anno isto optimorum meritorum quicte fruentem. Atque eam ob causam arbitramur vota vicennalia non ipsum hoc anno Christi 415. ut ceteros suscepisse; subrogatumque ei hoc ipso anno fuisse Constantinum Augustum: denique fuisse Valentinianum deinceps dumtaxat honorium Aug. uti fuere post abdicationem Maximianus & Diocletianus.

Ibid. 2. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG B *Victoria Augustorum*, & ob id *secundum* numisma cusum hac forma. Stat Augustus laureato capite, paludatus: dextra labarum tenet, in quo ☧ Christi monogramma pictum: læva tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit: sinistro pede ipse calcat hostem. In medio, hinc S inde M. *Victoria Augustorum*, *Securitas Mercatorum*: tutis jam nimirum itineribus ab incursione hostium & prædonum. Ob id scriptum est infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*, numisma hoc aureum scilicet, quod est in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. versu 1. Alius est in Gaza Regia pariter aureus isti simillimus; sed habet VICTORIA AUGG Є *quintum* numisma. Alius similiter aureus, in collectione MS. D. Peirescii, pag. 373. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. galeato capite .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Augustus, ut dictum est proxime. Infra, COB *Cohortes obtulerunt.* In Regio simili aureo est COB. In cimelio Sereniss. Ducissæ Aurelianensis aureus est: D. N. THEODOSIUS P. F. AUG. capite galeato. .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Augustus, capite galeato: dextra tenet crucem oblongam, sinistra duo bacilla: leonem prostratum pedibus calcat: sinistrorsum e cælo manus emicans Augusti capiti coronam imponit. In area nummi, hinc R inde V *Roma Victrix.* Infra, COB ut proxime, *Cohortes obtulerunt.* Sic in nummo Gallieni legitur, COHH. PRÆF. PRINCIPI SUO, *Cohortium Præfecti Principi suo: les Mestres de camp à leur General.* Bacilla duo in hoc numismate duas cohortes designant, quibus tunc præfectus Theodosius fuit. Litteram C solam poni pro Constantinopoli credere, obstinati ingenii foret. Sed hi nummi Theodosii, in quibus sunt litteræ COB ad annum 420 pertinent. Ut nummos autem sequentes anno Christi 415. tribuamus, cui & proxime superiores dedimus, facit primo similitudo litterarum R V in nummis Johannis Aug. utrobique: Deinde nomen PLA. in Valentiniano juniore; quod nomen non habet in nummis ante vota vicennalia, & judicatam proxime a nobis abdicationem patris: Denique & ætas Constantini Aug. qui fuit Victoris Augusti filius.

Ibid. 3. D. N. HONORIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Augustus eodem habitu, atque in nummo Theodosii. Eadem enim forma est utriusque nummi. In medio, hinc M inde D *Mandato Decurionum.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Est aureus in Thesauro Regio, in Const. Christ. pag. 63. versu 4. in Thesauro Brandeb. pag. 837. & inter Numismata aurea Ducis Parmensis, Tab. XXIV. num. 1. Sic in nummis Neronis, M. Aurelii, & Commodi principatu cusis apud coloniam Corinthum, in nummis Augusti apud coloniam Norbam Cæsarienscm, in nummo Tiberii apud coloniam Patrensem, aliisque, legitur passim DD *Decreto Decurionum.* In nummis municipii Uticensis in Africa, sub Tiberio, DD PP *Decuriones posuere*, cum de statua scilicet ageretur. Nimirum in coloniis atque municipiis fuere Decuriones, id quod Romæ, Lugduni, Aquis Sextiis, Metis, Remis, & Treveris Senatores. Unde municipii Pompeiani Decurionem Herennium etiam Plinius laudat, lib. 2. sect. LII. In Narbonensi autem provincia municipia fuere & coloniæ plurimæ, a Plinio commemoratæ; quarum Decuriones hæc aurea numismata cudi mandarunt a Mercatoribus, eo quod eorum securitati & commodis Victoria Augustorum plurimum contulisset. Ex hoc argumento autem præter alia, rideas liceat eorum insciticm, qui COMOB in hisce nummis similibusque, Constantinopolim videre se existimant, quæ nec Decuriones habuit, nec visa est aliquando ab Honorio Aug

Ibid. 4. Ejusdem, priori simillimus: præter litteras R & V. in media nummi area positas; quibus significatur *Roma Victrix.* Aureus est in Musco P. CHAMILLART.

Ibid. 5 D. N. ARCADIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGGA *Victoria Augustorum*, & ob eam *primum* numisma hac forma oblatum Principi. Eadem omnino forma nummi, atque in nummis Theodosii & Honorii. In medio SM ut in Theodosii nummo: *Victoria Augustorum*, *Securitas Mercatorum* est. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Est aureus in Thesauro Regio, inter aurea Numismata Ducis Parmensis, Tab. XXIII. num. 6. & in Const. Christ. pag. 61. versu 17. Etiam in Museo nostro aureus est, cum epigraphe, ut in nummo Honorii, VICTORIA AUGG Є *Victoria Augustorum: quintum* numisma: ceteroqui isti simillimus, ut & alius in Gaza Regia, VICTORIA AUGGGZ *septimum.*

Ibid. 6. Ejusdem, superiori plane similis: præter litteras M D *Mandato Decurionum*, ut in nummo Honorii. Aureus in Const. Christ. loco cit. & in Thesauro Brandeb. pag. 835. In alio simili apud P. CHAMILLART, VICTORIA AUGGG tantum, cum litteris MD & infra, COMOB: cui similis argenteus est apud D. Abb. FAUVEL. Alter Regius ex auro, VICTORIA AUGGG eodem typo, cum litteris in medio, R V *Roma Victrix*: & infra, COMOB Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.

Ibid. 7. D. N. JOHANNES P. F. AUG. Capite cincto lapillis. .)(. VICTORIA AUGGG. Eadem plane forma nummi, atque in nummo 4. qui est Honorii Aug Pariter in medio nummo R V *Roma Victrix.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Ex quo fabulam refellas, quæ Johannem facit obscuris natalibus hominem, qui Honorio mortuo arripuerit imperium, & mox divinitus sit superatus Proh! qualibus fabellis mortalium ingenia delectantur! Est hic nummus aureus in Gaza Regia, Thes. Brandeb. pag. 841. & in Const. Christ. pag. 65. versu 5 6 Argenteum vidimus apud D. Comitem de Vaux, plane simillimum: sed infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Ibid 8. D. N. PLA. (Placidus) VALENTINIANUS P F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG Stat Augustus, plane ut in nummis Theodosii, Honorii, & Johannis, cum litteris R V *Roma Victrix.* Infra, COMOB *Civita-*

tum omnium Mercatores obtulerunt. Eſt aureus in Theſauro Regio: huic ſimillimus eſt in Muſeo noſtro argenteus. In Conſt. Chriſt. pag. 56. verſu 8. pro labaro crux eſt oblonga, cum CONOB.

Tab. XVI. 9. FL. CL. CONSTANTINUS AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG eadem forma, qua nummi ſuperiores. In medio, hinc A inde R Annona reſtituta. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt, quem apud amicum vidimus. In alio ſimili KONOB *Conſtantinopolitani obtulerunt*, ſine nominibus FL. CL.

Ibid. 10. D N. CONSTANTINUS P. F. AUG. Vultu annorum 30. capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AAUGGG. Eadem eſt forma nummi hujus, ac nummorum Theodoſii, Honorii, Arcadii, & Johannis; quibuscum proinde veniſſe eum in partem victoriæ hoc anno relatæ, & iſte & illi pariter nummi clamant. Ex quo fabella refellitur, quæ hunc genere Britannum, & tyrannum facit, qui adverſus Honorium invaſerit principatum. Nam qui ſunt Auguſti ſaltem duo, quibuscum viciſſe hoſtes in hoc nummo dicitur Conſtantinus? Nam victoria in nummis iſtis anno Chriſti 415. jam labente percuſſis altera ac diverſa commemoratur a ſuperiore. In voce AAUGGG littera prior A ad plures Auguſtos & ipſa deſignandos pertinet; aut fortaſſis *primam* denotat a Conſtantino ſimul cum aliis Auguſtis reportatam victoriam. In medio, hinc L inde P *Libertas publica.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt nummus eximius, quem vidimus olim apud D. Dron; deinde fuit in Cimelio D. FOUCAULT. In Theſauro Brandeb. pag. 838. absque litteris L P ſimillimus huic alter eſt: ſed infra ſunt litteræ; KONOB *Conſtantinopolitani obtulerunt.* Similem alium pariter ex auro vidimus apud D. Marchionem de Montauban, cum litteris L D *Lugdunenſium decreto*: & COMOB & epigraphe, VICTORIA A AAUGGGG *Victoria prima quatuor Auguſtorum.* Fuere Lugdunenſes, qui & Konſtantinopolitani ſunt, familiæ Fl. Claudiæ addictiſſimi, ut jam alibi diximus. Quod ſi COMOB & KONOB Byzantium deſignat, ut volunt, quid cum iſto Conſtantino Byzantiis negotii aut commercii fuit? Nam hunc eſſe hujus ævi, hoc eſt, Honoriani principem, Antiquarii omnes confitentur. In Collectione MS. D. de Peireſc. pag. 258. D. N. CONSTANTINUS PERP. AUG. Capite gemmato: ubi eum Conſtantinum Arelatenſem, ſed perperam, vocat .)(. VICTORIA AUGGG. Denique in Gaza Regia eſt, D. N. CONSTANTINUS P. F. AUG. capite cincto lapillis. .)(. VICTORIA AUGGG. Ipſe paludatus, ſtans, dextra labarum tenet, ſed ſine ☧ Chriſti monogrammate; ſiniſtra orbem Romanum, cui Victoria inſiſtit: ſiniſtro pede calcat hoſtem. Hinc A inde R non *Arelate*, (ut putant, qui propterea hunc Conſtantinum captum fuiſſe Arelate finxerunt:) ſed *Annona reſtituta.* Infra, KONOB *Conſtantinopolitani obtulerunt* Principi aureum hoc numisma.

Ibid. 11. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. .)(. VICTORIA AUGGG. Eadem prorſus eſt forma nummi, ſive idem typus, atque in nummis Theodoſii, Honorii, Arcadii, & Johannis. In medio, R V *Roma Victrix.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt hic aureus, in Conſt. Chriſt. pag. 56 verſu 7.

Ibid. 12. D. N. JUST. GRAT. HONORIA P. F. AUG. Caput gemmis ornatum: corona capiti imminet. .)(. BONO REIPUBLICÆ. Victoria palmam fert & coronam. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt quem vidimus in Theſauro Regio. In alio ibidem ſimiliter aureo, Victoria ſtans dextra tenet crucem oblongam: in vertice, ſidus Solis eſt, Romani Principis ſymbolum. In medio, inde R inde V *Roma Victrix.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Non quidem, *nata*, ſed *Auguſta* hæc dicitur *Bono Reipublicæ.* Quod cum dicitur, non obſcure, noſtro quidem judicio, ſignificatur, matrimonii jure hunc titulum obtinuiſſe eam, quod Auguſto ei nupſerit, qui hereditario titulo diceretur, ut alibi oſtendimus, & VICTOR, & BONO REIPUBLICÆ NATUS: ac proinde illi Fl. Cl. Conſtantino, cujus nummum attulimus proxime, num. 9. & 10. filio Victoris Auguſti; cujus in nummis ambo dicuntur BONO REIPUBLICÆ NATI. Eam ob rem, quemadmodum Conſtantini illius nummus inſcribitur, VICTORIA AUGGG. nec decuit in nummis conjugis ſuæ ipſum repræſentari, ut in ſuo; ita Victoria in nummo Honoriæ conjux depingitur, ut ad *Victoris*, hoc eſt, illius Conſtantini conjugem pertinere hic nummus intelligatur, qui ſit idem BONO REIPUBLICÆ NATUS: & ex quo ſit Honoria conjux mox datura progeniem BONO REIPUBLICÆ NATam.

Ibid. 13. D. N. JUST. GRAT. HONORIA P. P. AUG. *Domina noſtra Juſtina Gratiana Honoria Pia Felix Auguſta.* .)(. BONO REIPUBLICÆ. Ipſe eſt alter nummis aureus e Gaza Regia, de quo dictum eſt proxime. Eumdem porro vidimus & apud D. Comitem de Vaux, cum CONOB.

Ibid. 14. D. N. HONORIUS P. F. AUG. cum corona radiata. .)(. TRIUMFATOR GENT. BARB. *Triumphator gentis barbaræ.* Stat Auguſtus paludatus, dextra labarum tenet, in quo ☧: ſiniſtra orbem Romanum. Ad pedes, captivus unus ſedet, vinctis poſt tergum manibus. Infra, MDPS ut recte habet D. de Peireſc, pag. 226. Collectionis ſuæ MS quæ nunc in Bibliotheca eſt Domini de BOZE: *Mediomatrici, permiſſu Senatus.* Franciſcus Cameli, in Catalogo Numismatum Reginæ Sueciæ, & D. de Peireſc, loco cit. aiunt hoc numisma argenteum eſſe maximæ molis. Ex Mediomatricorum ſitu, qui hunc nummum cuderunt, conjicimus *gentem barbaram* de qua triumphaſſe Honorius Aug. dicitur, fuiſſe ubi nunc Rheni Palatinatus eſt: *barbaram* autem appellari, quæ nec Romanis pareret, nec Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſet.

39.

JOVINUS, SEBASTIANUS, CONSTANTINUS, CONSTANS, & AULENAUS, ſimul Auguſti, a Natali Urbis, anno Chriſti 415.

Tab. XVI. 1. D. N. JOVINUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Roma galeato capite ſedet, dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria Romana impoſita coronam Romæ ſedenti porrigit: ſiniſtra, haſtam. Infra, TRMS *Treverenſium Mercatorum ſocietas.* Argenteus in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 5. & in Theſauro Brandeb. pag. 839.

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime. Infra, ANT *Primæ Narbonenſis tributum.* Argenteus, in Muſeo P. CHAMILLART, plane eximius ad eorum imperitiam confutandam, qui quoniam nummorum fabricam & officinam dignoſcere minime norunt, ubicumque ANT legitur, quantumcumque fabrica nummi ſe clamat Gallicanam, non Græcam aut Syriam, Antiochiam tamen ipſi putant, non primam Narbonenſem, intelligi oportere. Nam in Jovini nummo quem locum habere, quæſo, Antiochia poteſt; cum ipſi etiam hiſtorici in Gallia tantum, neque anno amplius uno, exercuiſſe hunc tyrannidem prodant; & Idatius quidem interfectum Narbone a ducibus Honorii referat? Cur ei argenteos, & Latine, & Romano charactere, & Gallicana omnino fabrica Antiocheni cuderent?

Ibid. 3. Ejusdem, ut in priore. Infra, SMLDV *Socie-*

Societas Mercatorum Lugdunenſium; *Decreto Urbis* Argenteus, ibidem. In alio ſimili e Muſeo noſtro, SMI. D. At Chiffletus in Vindiciis, pag. 373. mendoſe, SMLO.

Tab. XVI. 4. D. N. SEBASTIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Roma, ut in nummo Jovini. Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 5. In Theſauro Regio, & apud Mediobarbum, pag. 532. alius ſimilis ex argento, habet KONT *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma. Eſt hic etiam in Cimelio D. FOUCAULT. In alio, ex ſchedis D. Vaillant, D. N. SEBASTIANO P. F. AUG & CONT *Civitatum omnium Narbonenſium tertium* numiſma. Cetera ſunt eadem. *Sebaſtiani* nomen, ut Johannis, huic datum a parente Chriſtiano videtur, in honorem Divi cognominis.

Ibid. 5. D. N. CONSTANTINUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AAUGGG. *Victoria quatuor Auguſtorum:* Conſtantini, Conſtantis, Jovini, & Sebaſtiani. Nam horum nummi ſimiles inter ſe id evincunt. Infra, CONT *Civitatum omnium Narbonenſium tertium* numiſma. Argenteus nummus eſt in Muſeo noſtro.

Ibid. 6. Ejusdem, ut proxime. Infra, SML D ut in nummo Jovini tertio. Eſt argenteus ibidem. In alio ſimili e Theſauro Regio, & apud D. Abb. FAUVEL, eſt tantum VICTORIA AAUGGG. *Victoria trium Auguſtorum*; Conſtantini ſcilicet, Conſtantis, & Jovini. Denique in alio ſimili pariter argenteo, apud D. de Ballonfieaux, ut ad me ſcripſit 28. Octob. 1707. VICTORIA AAUGGG ſunt in imo margine litteræ TRMS *Treverorum Mercatorum ſocietas*, ut in nummo 1. Jovini. Denique in Collectione MS. D. de Peireſc, pag. 258. ita ſcriptum eſt: *Nummus aureus Conſtantini Arelatenſis: Caput gemmatum:* D. N. CONSTANTINUS PERP. AUG. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria &c.* Atmox: *Argenteus ejuſdem Conſtantini:* D. N. CONSTANTINUS P. F. AUG. .)(. VICTORIA AUGGG. M. D. Priorem ex his jam nos ſuperius commemoravimus: & M D eſſe *Mandato Decurionum*, ſubinde monuimus.

Ibid. 7. D. N. CONSTANS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AAUGGG. *Victoria trium Auguſtorum*, Conſtantis, Conſtantini, & Jovini. Roma galeato capite ſedet, omnino ut in nummis Conſtantini, Jovini, & Sebaſtiani. Infra, KONT *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma. Argenteus eſt eximiæ raritatis, necdum alibi viſus, quam in Cimelio Viri Nobiliſſ. D. de Ballonfieaux, in Senatu Luxemburgico Senatoris; qui hanc nummi ſui inſcriptionem ac delineationem accuratiſſimea ſe deſcriptam ad nos perhumaniter tranſmiſit per litteras, datas XXI. Maii, anni 1704. Similitudo porro metalli, & fabricæ, & moduli, & ſymboli ſive typi, & inſcriptionis, certiſſimum omnino argumentum eſt geſti ſimul principatus ab his, quorum habent numiſmata abſolutam hanc ſimilitudinem. Oportet igitur hunc Conſtantem fratrem fuiſſe Conſtantini, quippe qui cum eo ſit Auguſtus; eumdemque Victoris Auguſti filium, non nepotem: ſiquidem numquam Auguſtos paſſus eſt Senatus eſſe ex eadem una familia tres continuos, patrem, filium, ac nepotem: ſed tantum poſt patrem, liberos duos; ut Titum & Domitianum, poſt Veſpaſianum: Antoninum & Getam, poſt Severum. Conſtantis hujus apud ſcriptores hiſtoriæ Romanæ nulla mentio eſt, præterquam apud Zoſimum, qui hunc filium facit Conſtantini.

Ibid. 8. D. N. JOVINUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR REIP. Stat Auguſtus paludatus, dextra labarum tenet, ſiniſtra orbem Romanum, cui Victoria impoſita coronam Auguſto porrigit: ſiniſtro pede calcat haſtem. Hinc T inde R *Tranquillitas reſtituta.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Theſauro Regio, in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 4. & in Theſ. Brandeb pag. 839. Simillimum huic ceteroqui & pariter ex auro perpulcrum vidimus apud P. Lempereur e Societate noſtra, cum litteris in media area, L D hoc eſt, *Lugdunenſium decreto.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Alius denique argenteus in Theſauro Regio, nullas habet in area litteras: cetero horum eſt ſimillimus.

Ibid. 9. Ejusdem, capite pariter cincto gemmis. .)(. RESTITUTOR REIP. Roma ſedet, galeato capite, dextra Romanum orbem tenet, cui Victoria impoſita coronam Romæ ſedenti porrigit: ſiniſtra tenet haſtam inverſa cuſpide. Infra, KONT *Konſtantinopolitanorum tertium* numiſma. Argenteus eſt e Muſeo noſtro, & apud D. Comitem de Vaux. In Conſt. Chriſt. pag 65. verſu 5. CON *Civitates omnes Narbonenſes.*

Ibid. 10. D. N. AULENAUS P. AUG. *Dominus noſter Aulenaus pater Auguſti.* Caput cinctum gemmis: vultus annorum XL. aut XLV..)(. ICAESU TPNAVIA. *Prima Cæſaris Victoria: tertia Principis noſtri Aulenai Invicti Auguſti.* Eſt ex argento pulcherrimus, cujus fabrica hanc ætatem refert, apud D. Abb. DE CAMPS, ubi eum contemplati ſumus ac delineavimus. Stat Auguſtus paludatus, ut in nummo 8. qui Jovini eſt: dextra tenet labarum, in quo viſitur ☧ Chriſti monogramma: ſiniſtra tenet orbem Romanum, cui Victoria impoſita coronam Auguſto porrigit. Infra, LUC *Lugdunenſium quinque civitates.* Ne de nomine quidem cuiquam hiſtoricorum notus iſte Aulenaus eſt. Docet autem hic nummus, Auguſti titulo ac munere auctos interdum fuiſſe a Senatu e primaria nobilitate viros, qui duxiſſent uxorem de familia ſive de gente Cæſarum. Nec Cæſares ipſi quidem, nec Pii propterea dicebantur, nec Pii Felices; ſed *Auguſti* tamen & *Principes*, & *Patres Cæſarum.* *Cæſaris* ergo *pater* Aulenaus appellatur in priore hujus nummi ſuperficie: *Cæſar* autem Aulenai filius in averſa nummi area ante patrem commemoratur, quia nobilior materno genere. In nummis antiquis ſimiliter GERMANICUS P. C. CÆS. AUG. *pater Caii Cæſaris Auguſti:* & AGRIPPINA M. C. CÆS. AUG. *mater Caii Cæſaris Auguſti* ſcribitur.

40.

FLA. VALENTINIANI
nummi ſingulares duo; adulterinus unus.

Tab. XVII. 1. D. N. VALENTINIANUS SPE AUG. Caput pileo tectum. E regione, palmæ ramus erectus, index victoriæ. .)(. PLACE ASPETRI. Nummus eſt plane ſingularis, ex ære maximæ molis. Fuit olim in Cimelio Reginæ Chriſtinæ: unde Franc. Cameli ſic edidit mendoſe, pag. 124. *Ædificium cum tribus figuris:* PLATEA S. PETRI. Melius D. Vaillant, in ſchedis MSS. quas nunc habet D. DE BOZE, Secretarius perpetuus Regiæ Inſcriptionum & Numiſmatum Academiæ, bis ſcribit, pag. 42 & alibi, PLACEAS PETRI. *Hydraulum ſuper puteum . . . hinc & inde inſtrumentum ad hauriendam aquam volvunt.* Hoc tantum ille. Iconem quam hic repræſentamus, exprimi diligenter Romæ curavit ex ipſo numiſmate R. P. Daubenton de Societate Jeſu, Aſſiſtens Franciæ, Illuſtr. D. Livio; cujus nunc eſt Cimelium Reginæ Sueciæ, benigne copiam exprimendi faciente. Sic autem epigraphen interpretandam arbitramur: *Flacidus Cæſar erexit Apollini ſtatuam, propugnatorem expertus Tutatorem Romani Imperii:* in prælio nimirum, unde victor diſceſſit, uti palma indicat in anteriore nummi ſuperficie depicta. Sic JOVI CONSERVATORI ſtatuam poſuiſſe Licinium vidimus, in ſæculo Conſtantinia-

no: JOVI VICTORI Gallienum *cum exercitu suo.* Apollini ſtatuam in baſi ſtatuerat Placidus Cæſar, juxta hydraulum, (*un jeu d'orgues que l'eau fait jouer:*) quem is more Principum in horto collocarat quoniam is Muſicæ præſes a gentilibus deus haberetur. Tollones duo aquam e puteo vectibus & hauſtris eliciunt; quæ ex hydraulo quidem redundans æquabiliter delabi cernitur dextro latere, & ſiniſtrorſum ad baſis Apollineæ pedes.

In ſyllaba PLA littera A non in acumen ſuperne deſinit, ſed in lineam directam, ut vice puncti ad ſyllabam eam pertinere intelligatur, neque jungi debere cum ſequente littera C. At littera A quæ Apollinem denotat, major ceteris eſt ob illius dei honorem: quamobrem & capiti imminet ſtatuæ; alioquin congruentius dextrorſum poneretur, ut eſſet par utroque latere numerus litterarum, hoc eſt, ſenarius: quemadmodum in antica numiſmatis pagina duodenarius eſt utrimque.

Cuſus hic nummus videtur anno 399. anno antequam Valentinianus junior Auguſtus eſſet: id quod factum eſt anno 400. ipſo jam agente annum ætatis viceſimum: ut vultus indicat. Idcirco SPE AUG. *ſpe Auguſtus* appellatur; id quod idem fere valet, atque in nummo Antonini Severi, DESTINATO IMPERATORI. Nec habet ullum titulum dignitatis, ſed tantum nomina gentis ſeu familiæ ſuæ geminæ: alterum Placidi, ex avo paterno; alterum Cæſaris, ex paterna avia; ac propterea ex patre utrumque. Nec veſtem aliam gerit, quam Senatoriam; nec coronam e gemmis, ſed pileum. Ad hanc igitur natalium claritatem ac cedente victoria, & jam tum D. N. quia Cæſar, & *ſpe Auguſtus*: & mox Juliano Aug. ſubrogatus eſt una cum patre, aliiſque.

Propugnatorem autem *expertus* Apollinem Placidus Cæſar dicitur, ut alii in nummis *Martem Propugnatorem. Tutator Romani Imperii* Apollo hic appellatur, ut in celebri numismate, quod paucis ante iſtud annis cuſum fuit; quod & nos jamdudum explicuimus: GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO SMN: *Genio primæ Narbonenſis, Tutatori Imperii, Odio Chriſtianorum etiam nobis irato, Apolloni ſancto, Societas Mercatorum Narbonenſium.* Ibi citharam tenet Apollo, qui iſthic adſtat hydraulo. Vide Nummos Narbonenſium a nobis explanatos in Nummis Populorum & Urbium. *Apollo* ipſe eſt etiam Sol, qui propterea hic eſt radiatus: qui & in nummo Aureliani eſt, SOL DOMINUS IMPERI ROMANI. Similiter radiato capite, ſed & absque brachiis ac pedibus inſtar dei Termini Apollinem exhibet nummus Auguſti argenteus, cum hac epigraphe, hinc IMP. inde CAESAR, in Muſeo, P. DE VITRY. Idem & Juppiter eſt, qui in nummis Diocletiani, aliisque, dicitur TUTATOR AUGG. *Tutator Auguſtorum.*

Nondum ergo Chriſtianam fidem ſuſceperat Placidus Cæſar, cum iſte ejus honori percuſſus nummus eſt; necdum proinde etiam pater ipſius Chriſto nomen dederat. Sed tunc ſuſcepit Chriſtiana ſacra uterque, cum in partem Reipublicæ adminiſtrandæ ambo ſunt vocati. Hunc igitur rebus ſuis ethnici æquum ſe præbiturum eſſe in principatu, iſto, quod hic nummus exhibet, indicio ſperabant.

Tab. XVII. 2. D N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. .)(. BONIFATIUS. Nummus eſt eximius in Theſauro Regio, ex ære maximo, quem deſcripſit Du-Cangius in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 1. In eo numiſmate caput Placidi Valentiniani cinctum gemmis eſt, vultu in Orientem converſo, cum ramo palmæ ei appoſito. In parte nummi contraria, Imperator curru quadrijugo triumphantis more vehitur, dextra coronam & flagellum tenens, palmam ſiniſtra. Alterum, huic prope ſimilem, ſed aureum, in quo pro equis totidem cervi ſunt, finxit Octav. Strada, mutatis etiam pro arbitrio litteris in imo margine poſitis. Goltzius genuino viſo numiſmate, ſed detrito, ſcripſit in Theſauro ſuo, Valentiniani ſenioris nummum exſtare inſcriptum, BONI FATI: id quod etiam refert Occo, pag. 561. ſed ita ut penes Goltzium fidem velit hujus rei eſſe. Horum errores coarguit nummus Regius, quem a nemine adhuc intellectum ita nunc demum exponimus. In eo de induſtria ſcriptum eſt diviſa voce, hinc BONIF inde ATIUS: quoniam ſunt primæ dumtaxat totidem vocum litteræ, hac ſententia, quæ duobus pariter conſtat inciſis: *Bono Omnium Narbonenſium Inſubribus Fuſis, Arelatenſes Triumphum Inſignem Valentiniano Statuerunt:* qui triumphus nimirum in ipſa nummi arca pingitur. Gallice: *Les Milanois ayant eſté mis en déroute, au grand avantage de toute la Province Narbonnoiſe, la ville d'Arles a decerné un triomphe magnifique à Valentinien.* Vexabant hoc ævo Inſubres provinciam Narbonenſem, uſque ad ætatem Juſtini ac Theodeberti Auguſtorum. Quam ob cauſam ſcriptum eſt in nummis utriuſque Auguſti, VICTOR: hoc eſt, *Urbibus Imperii Civitates Transpadanas Omnes Reconciliavit.* Nam iidem Inſubres ex parte, & Tranſpadani, in nummis antiquis. Et plurimi certe nummi ſæculi Juſtinianei nunc diſſidium, nunc concordiam earumdem inter ſe provinciarum teſtantur. In imo margine nummi hujus ſunt hæ litteræ, quas monogrammata ait eſſe Du-Cangius: ſed ſunt ejus generis duo tantum poſtrema: id quod nummi opifex voluit intelligi, totidem omnino additis circulis, quot ſunt hic voces, hoc eſt, omnino ſex. Ex quo apparet liquido, quatuor priores litteras ſejungi a ſe invicem oportere, ut totidem vocum initia: duo dumtaxat deinde ſequi monogrammata:

R°D A°D AV PsF

Recipit Dominos Arelate Divitiis AUCTA HOSPITES SUOS. *La ville d'Arles devenuë plus riche, loge chez elle les Maiſtres de l'Empire.*

Hic ille nummus eſt, ex quo finxere fabulatores ſub Valentiniano iſto, quem tertium appellarunt, Bonifacium Comitem, Auguſtini Hipponenſis amicum; de quo longa in Chronicis tragœdia eſt, quam collegit ex ipſis deſcripſitque Du-Cangius in Diſſert. de inferioris ævi Numism. num. 59. Hinc etiam *Bonifatium* pro Bonifacio, in nummo ipſo quem habemus Bonifacii Noni, & Græce Βονιφάτιος ſequior ætas ſcripſit. At Arelatem vidiſſe umquam Valentinianum juniorem, aut Inſubres fuiſſe ab eo fuſos fugatosque, libri certe non prodiderunt, quippe qui nihil niſi fictum de illis temporibus, aliisque ſæculis plurimis proferunt.

41.

Simul Auguſti fuere
THEODOSIUS & MARCIANUS,
anno Chriſti 420.

Tab. XVII. 1. D.N. THEODOSIUS P. F. AUG. Capite galeato cum criſta, dextra haſtam tenet, læva clypeum. .)(. GLORIA ORVIS TERRAR. Stat Auguſtus paludatus, capite laureato, dextra tenet orbem Romanum, cui Crux impoſita eſt; hoc eſt, Orbem Chriſtianum: ſiniſtra tenet labarum, in quo ☧ Chriſti monogramma. Latere dextro, ſidus Solis, quod eſt Romani Principis ſymbolum. Infra, TESOB. Hunc nummum jam ſuperius deſcripſimus, §. 28. num. 38.

Ibid. 2. D. N. MARCIANUS P. F. AUG. Capite galeato cum criſta; & cetera prorſus ut in Theodoſio. .)(. GLORIA ORVIS TERRAR. Omnia plane ut in nummo Theodoſii. Infra, TESOB. Eſt aureus ſingularis in Theſauro Regio. Similitudo in-

indiscreta omni ex parte duorum istorum numismatum certissimo argumento est, utrumque eodem anno Augustum fuisse; sed Theodosium honorarium dumtaxat, ut fuit Diocletianus, post expletum annum vicesimum: Marcianum vero fungentem magistratu ac principatu. Facit eadem ut suspicemur, Eufemiam Theodosii Aug. filiam fuisse; & cum hanc uxorem Marcianus duxisset secundis nuptiis, Theodosiii eum generum factum esse. Stemma Marciani Aug. superius dedimus §. 11.

42.

Simul Augusti renunciati sunt
AVITUS, MAJORIANUS, LEO, MARCIANUS, SEVERUS, GLYCERIUS, PETRONIUS MAX.
& cum his fuere
VALENTINIANUS junior, & THEODOSIUS,
anno Christi 420.

Quoniam non ultra annum vicesimum per leges liceret prorogari imperium sive principatum Augustorum in provincia, nec Valentiniani patris occurrunt vota tricennalia; idcirco anno ipso Christi 420. arbitramur creatos fuisse duos summos Imperatores, Leonem & Marcianum: Augustos autem, tum Legatos in exercitu, tum Gubernatores in provinciis & civitatibus primariis, quinque: Avitum, Severum, Glycerium, Petronium Maximum, & Majorianum. Missos autem fuisse eosdem in Gallias, ad compescendos iterum tumultuantes prædones & hostes: victoriam porro de his reportatam fuisse anno sequente, Christi 421. Id enim ex similitudine indiscreta nummorum, qui sunt istorum honori percussi, & ex ipsomet eorumdem typo agnoscimus; annum istum adhuc agentibus cum illis Placido Valentiniano, & Theodosio: atque ob eam rem percussis in eorum honorem nummis similibus. Qui quoniam in Honorio non apparent, eumdem post vota tricennalia pro eodem nuncupata Kal. Januariis, intra eum annum certe revocatum a Senatu de more fuisse, credimus.

Tab. XVII. 1. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis & lapillis. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria* omnium *Augustorum*. Augustus laureato capite, paludatus, dextra tenet crucem oblongam, læva orbem Romanum, cui Victoria Romana imposita coronam Augusto porrigit: sinistro pede is calcat prostratum leonem. Hinc R inde V. *Roma Victrix*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est in Museo P. CHAMILLART, inter aurea numismata Ducis Parmensis, Tab. XXV. & in Const. Christ. pag. 65. versu 7. In Museo nostro autem argenteus est magni moduli. Theodosii Aug. nummum huic pæne similem, huc referri oportet, quem attulimus ad annum 415. §. 38. Quæ primo cuduntur Augustorum honori numismata, ea sunt ex auro omnia, ut quæ §. isto repræsentamus.

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime. In medio, R M *Restituta Mercatura*. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*. Aureus est in Thesauro Brandeburg. pag. 843.

Ibid. 3. D. N. AVITUS PRPF AUG. *Dominus noster Avitus Perpetuus feliciter Augustus*. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Augustus eodem habitu atque in Valentiniani nummo. In medio hinc A inde R *Annona restituta*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est in Thesauro Regio, unde illius ectypum habemus. Est & in Const. Christ. pag. 65. versu 5. Sed ibi PAPF scriptum mendose est pro PRPF quod in ipso nummo conspicue vidimus. PERP AUG. appellatur in altero nummo apud Paul. Petav. pag. 13. In alio pariter aureo apud D. Comitem de Vaux, legitur: D. N. AVITUS PERPE AUG. capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. In medio, hinc R inde M *Restituta Mercatura*. Infra, CONOB. Cetero similis priori est. Vix tamen arbitramur scriptum fuisse PERPE ut nihil aliud quam *Perpetuus* significaretur. Videndum an non potius sit, vel PERF. *Perpetuus feliciter*, vel *Perpetuus Populo expetente Augustus*. Denique ejusdem Aviti nummum ex ære minimo vidimus apud D. FOUCAULT, hac epigraphe: M. MÆCILIUS AVITHUS (sic enim scribitur) P. F. AUG. capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Stans ipse, dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit; sinistra labarum. Est Mæcilia gens antiqua: nam inter Triumviros Monetales sub Augusto MÆCILIUS TULLUS legitur. Avitum Imp. patria Arvernum fecerunt Sidonius Apollinaris, Carm. VII. & Gregorius Turon. lib. II. Hist. Franc. cap. XI. quoniam legerunt apud Plinium, libro XXXIV. sect. XVIII. pag. 107. *Vibium Avitum præsidentem provinciæ Arvernorum*, sub Tiberio. Verius dicerent e gente Vibia fuisse Avitum, cui Mæcilia nupserit e gente Pia Felice: unde filio nomen fuerit M. Mæcilii Aviti Pii Felicis Aug.

Ibid. 4. D. N. JUL. MAJORIANUS P. F. AUG. cum galea, & hasta ante pectus exserta: in fibula, vestis est ☧ monogramma Christi. .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Augustus, ut in nummo 1. qui est Valentiniani Aug. Hinc A inde R ut in nummo Aviti, *Annona restituta*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Gretserus tomo III. de Cruce, pag. 67. legit CONOB. Hunc aureum vidimus nummum, apud D. Comitem De Vaux. Similis huic est in Thesauro Regio, & apud P. CHAMILLART. Verum in his duobus non fibula vestis, sed clypeus habet ☧ monogramma Christi. Est & in Const. Christ. pagina 77. versu 3. Fuit huic Augusto Julii nomen quoniam genus duceret paternum ex Julia Cæsarum ea familia, quæ non esset conjuncta affinitate cum Flavia: Majoriani nomen alterum ei fuit a Majoria conjuge, ut a Domitia Domitiano. Ex patre ergo *Julius*, ex conjuge *Majorianus*, ex matre fuit *Pius Felix*. Sic etiam Julius Nepos ex patre *Julius Nepos*, ex matre *Pius Felix* fuit: eumdemque Julii Majoriani patruelem fuisse, nominis similitudo, & par fere ætas suadet.

Ibid. 5. Ejusdem, ut proxime. In medio, hinc R inde V. *Roma Victrix*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Inter aurea numismata Ducis Parmensis, Tab. XXVI. num 4. In alio apud Occonem, pag. 577. litteræ sunt in medio, hinc N inde D *Narbonensium decreto*.

Ibid. 6. D. N. LEO PERPET. AUG. caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Imperator stat eo habitu, qui describitur in nummo 1. Valentiniani. Hinc R inde V *Roma Victrix*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est in Thes. Brandeburg. pag. 844 cui fere similis est in Const. Christ. pagina 77. versu 1. Regius pariter aureus habet in medio hinc N inde P *Negotiatio promota: le Commerce accru*. Infra, COMOB.

Ibid. 7. D. N. MARTIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Imperator stat eo habitu, qui in Theodosii, Valentiniani, Aviti, Majoriani, & Leonis nummis describitur. In medio hinc R & V *Roma Victrix*. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*. Aureus est in Cimelio P. CHAMILLART. Est *Marcianus* a conjuge Marcia sic appellatus: ex qua gente fuit Marcia Otacilia Severa, Philippi Imp. conjux, & ipse Philippus.

Ibid. 8. D. N. LIBIUS SEVERUS P. F. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Stat Au-

Augustus eo habitu, quo ceteri ante dicti. In medio, hinc R inde V *Roma Victrix*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Est argenteus magni moduli in Museo nostro. In Thesauro Regio aureus, & in Const. Christ. pagina 77. versu 4. habet in medio, hinc R inde A *Restituta annona*. *Libius* pro *Livius* interdum scribitur; quemadmodum & in nummo argenteo minutissimo, apud D. Comitem de Vaux, ejusdem Severi nummus inscriptus est, D. N. SEBERUS P. F. AUG. pro *Severus*: in parte nummi postica crux est in corona laurea. Ergo *Livius* materna gente fuit, ex qua olim Livia Augusti conjux prodiit: ex matre *Severus* fuit, ducto genere ex Fl. Val. Severo Cæsare Augusto.

Tab. XVII. 9. Ejusdem, ut proxime: sed in medio sunt litteræ R & M *Restituta Mercatura*: infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est inter Parmenses, Tab. XXVI. num. 6. Et hunc profert Mediobarbus e Museo suo, pagina 548. hoc titulo: D. N. LIB. SEVERUS P. F. AUG.

Ibid. 10. Ejusdem, ut supra. In medio, hinc A inde R *Annona restituta*, ut in nummis Aviti & Majoriani. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est apud P. CHAMILLART.

Ibid. 11. D. N. GLYCERIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. ut in superioribus nummis. Hinc R inde V *Roma Victrix*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Aureus est in Thesauro Regio, & apud Mediobarbum pag. 550. In Thes. Brandeburg. pag. 846. scribitur AUGG tantum, sed eodem sensu. Est enim AUGGG plusquam duorum, AUGG vero hac ætate; plurium indefinite. Similiter PP AUG ibi dicitur, *Perpetuus Augustus*: quem titulum alibi non vidimus Glycerio datum. Apud D. Comitem de Vaux in aureo simili legimus, P. F. AUG. & VICTORIA AUGG.

Tab. XVIII. 12. PETRONIUS MAXIMUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG ut in omnibus superius allatis numismatis. Hinc R inde M *Restituta Mercatura*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Est aureus in Thesauro Regio, apud D. Comitem de Vaux, in Thes. Brandeburg. pag. 845. in Tab. Parmensi XXVI. num. 2. & in Const. Christ. pag. 67. versu 5. Iste paterno genere *Petronius*, materno *Maximus*, hoc est, e familia Fl. Val. Max. unde & Constantini, fuit. Sub Cæsare Augusto in nummis argenteis PETRONIUS TURPILIANUS Triumvir Monetalis est. Et apud Plinium, libro VI. sect. XXXV. ejusdem Augusti temporibus, P. Petronius, equestris ordinis, Præfectus Ægypti; & sub Nerone, ex eodem Plinio, lib. XXXVII. sect. VII. T. Petronius Consularis. Itaque & paternum Augusti hujus nomen in nummis apponitur, quoniam esset is nobilissimæ vetustissimæque familiæ; & maternum, quoniam esset e Flaviis Max. Cæsaribus & Augustis. Perperam Goltzius legit in hoc nummo, D. N. FL. ANICIUS MAXIMUS P. F. AUG.

Cœcum jam esse, aut valde obstinatum oportet eum, quem non tanta similitudo nummorum cogat confiteri, simul Augustos fuisse hos septem, quorum hic nummos exhibuimus & nomina.

Ibid. 13. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput cinctum gemmis. .)(. PETRONIUS MAXIMUS V. C. CONS. Prægrandis ex ære nummus est, in quo Petronius sedet in sella, Consulari habitu, dextra tenens codicillos seu volumen, læva scipionem, cujus in apice Aquila Romana est, insigne Consulatus. Hunc se nummum vidisse testatur Sirmondus in Notis ad Sidonium: Est & in Collectione MS. D. de Peiresc, pag. 55. Dissert. de eo Du Cangius in Dissert. de Numism. inferioris ævi, in. LXI. Sententiam hoc titulo expressam nemo adhuc intellexit. Hæc enimvero est, *Petronius Maximus Vice Cæsaris Consul Narbonensis secundæ*. Similis ei est illa, quam nos olim deprehendimus in Aureliani nummo inscripto: IMP. C. AURELIANUS AUG. .)(. VABALATHUS UCRIMPR hoc est, *Vice Cæsaris Rector Imperii Romani*. Sic Petronius Maximus, priusquam Augustus renunciaretur, Vice Cæsaris Consul Narbonensis secundæ fuit. *Vice Cæsaris* autem, quamvis etiam ipse Cæsar, sed materno genere tantum ipse, ut & Vabalathus; Valentinianus, paterno.

Ibid. 14. D. N. JUL. MAJORIANUS P. F. AUG. cum galea & hasta ante pectus exserta. .)(. VOTIS MULTIS. Stat Augustus cum hasta & clypeo; qui Legati in exercitu, non summi Imperatoris, habitus est. Argenteus hic nummus exstat in Thesauro Regio, apud D. Abb. FAUVEL, & in Const. Christ. pag. 77. versu 3. qui hoc loco describendus fuit, quoniam non alius esset ei in isto opere convenientior, quam ubi primum hujus Augusti numismata describuntur. Nam ea formula VOTIS MULTIS initium principatus ejus designat. Quo tempore nimirum, cum Senatum pœniteret potestatis antea commissæ tot principibus ad annos viginti, nempe Valentiniano utrique, Theodosio, Honorio, aliisque fortassis; noluit jam tempus definire, quo quisque in provincia relinqueretur: Majoriani soli VOTA MULTA, nullo finito tempore, decreta sunt: diffidentibus discordantibusque de quinquennio decenniove statuendo suffragia Senatorum. Nisi forte verius hæc formula significat, *votis* populi Romani *multis* impetratum a Senatu fuisse Majorianum Aug. missumque in provinciam. Itaque tum hæc ratio, tum paucitas nummorum, qui sunt Augustorum istorum nominibus percussi, omnino suadet, post quinquennium omnes, præter Leonem Imp. fuisse revocatos. Nulli alteri, præter istum, ulla etiam VOTA V. aut X. sunt decreta; quod nulli fuerat ex antecessoribus derogatum. In altero aureo, e Thesauro Regio, qui est pariter inscriptus, VOTIS MULTIS, duo Augusti sedentes dextra volumen Evangelicum tenent, sinistra crucem. In medio, hinc R inde V *Roma Victrix*. Infra, COMOB.

43.

Simul Augusti fuere, LEO, ANASTASIUS, BASILISCUS, ZENO, MARCIANUS, NEPOS, ROMULUS, & SEVERUS, anno Christi 438.

Circiter annum quintum Anastasii, Zenonis, & Basilisci, creati sunt Imperatores alii tres: Anthemius, Nepos, & Romulus: cum duobus Augustis, Attalo & Olybrio. Id nummorum indiscreta propemodum similitudo, excepto solo nomine, manifeste arguit. Julio Nepoti decreta reperiuntur VOTA V. Ob victoriam autem, quam anno eo retulerunt, conjunctis viribus & copiis cum Leone, Anastasio, Basilisco, Zenone, Marciano, & Severo, numismata singulis cusa sunt aurea eodem typo.

Tab. XVIII. 1. D. N. LEO PERPET. AUG. Cum galea, clypeo, & hasta transverse humero dextro imposita: quæ sunt in nummis insignia summorum Imperatorum. *Dominus noster Leo Perpetuus Augustus.* .)(. VICTORIA AUGGG Δ *Victoria Augustorum*, *quarto* numismate consignata. Victoria stans in dextrum latus conversa, tenet crucem oblongam: retro, sidus Solis, Romani Principis symbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*. Est aureus in Museo P. CHAMILLART. Alium similiter aureum in Gaza Regia vidimus, cum inscriptione, VICTORIA AUGGGZ hoc est, *septimo* hoc numismate consignata Victoria: sed in eo est Leo capite tantum cincto gemmis. Alium denique apud D. Comitem de Vaux, in quo D. N. LEO PERPET AUG.

AUG. geſtat haſtam humero dextro impoſitam: & in parte poſtica, VICTORIA AUGGG H *octavo.* Nummos Leonis Aug. videmus inſcriptos, LEO PERP. AUG. nullum hoc titulo, LEO P. F. AUG. Ut intelligamus, non ipſum *Pium Felicem*, ſive de Commodi ſtirpe fuiſſe: ſed duxiſſe tantum in matrimonium filiam alicujus Cæſaris Pii Felicis: ex qua cum filiam ſuſtuliſſet, quæ nupta Zenoni Zenonem Leonem Cæſarem procreavit, qui cum avo geſſit principatum anno ipſius ſexto: Leone patre ob affinitatem illam cum Cæſaribus, & ob Tranſpadanam Italiam ab ipſo feliciter occupatam, ut infra dicetur §. 45. Auguſto Perpetuo ſtatim ſalutato, quamvis *Pius Felix*, hoc eſt, Cæſareo ſanguine non eſſet, nec genere Romanus, ſed homo Græcus.

Tab. XVIII. 2. D. N. ANASTASIUS P. F. AUG. cum galea, ceterisque inſignibus ſummorum Imperatorum, ut in Leone. .)(. VICTORIA AUGGG A *Victoria Auguſtorum, primo* iſto numismate conſignata. Victoria, qualis in Leonis nummo depingitur, cum Solis ſidere. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus e Theſauro Regio, & apud Gretſerum, e Theſauro Bavarico, pag. 70. In Conſt. Chriſt. pag. 48. verſu 1. eſt PP & CONOB pro PF & COMOB. *Anaſtaſii* nomen, quod per ſe Græcum eſt, ortum eſſe eum ex Græco patre ſignificat; & matre nihilominus *Pia Felice:* quandoquidem & *Pius Felix* eſt, hoc eſt, de gente Cæſarum Flaviorum, ex Commodo Pio Felice Aug. prognatorum.

Genus traxiſſe Anaſtaſium Aug. ex Pompeïo Magno vere cecinit, ſed caſu, opinor, ſcriptor Epigrammatis in Anthologia Græca, lib. v. pag. 397. edit. Henr. Stephani, ubi de Pompeïo Magno ſic ille:

Κεῖνος ἀνὴϱ, ὃς πᾶσιν ἔην φάος, ὅς βασιλῆος
Ἡγαθέην ἐφύτευσεν Ἀναςασίοιο γενέθλην.

Hoc eſt, Grotio interprete:

Hic quondam jubar orbis erat, de ſanguine cujus
Venit Anaſtaſii divini Principis ortus.

Vere, inquam, tametſi caſu hoc iſte dixit: ſiquidem omnes Auguſti Pii a Pompeïo Magno Pio genus traxerunt.

Ibid. 3. D. N. BASILISCUS PRET AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Habet in hac nummi ſuperficie Baſiliſcus galeam & alia ſummorum Imperatorum inſignia, quæ in Leone deſcripſimus. .)(. VICTORIA AUGGG. Eo habitu Victoria hic exhibetur, quo in duobus nummis prioribus, cum Solis ſidere. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 81. verſu 3. & aureum pariter vidimus apud D. Comitem de Vaux. In Theſ. Brandeburg. pag. 848. eſt VICTORIA AUGGGB *ſecundo.* Apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 69. alter eſt aureus e Theſauro Bavarico; D. N. BASILISCUS P. F. AUG. eodem habitu. .)(. VICTORIA AUGGG. COMOB. Cetero ſimillimus priori. In Gaza Regia huic Bavarico alius ſimilis, cum VICTORIA AUGGG B ut in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. Jungi denuo affinitate Cæſares cum Græcis hoc ævo cœpere, & filias ſuas nobilibus e Macedonia ac Peloponneſo viris in matrimonium dare. Hoc nomina Auguſtorum Græca teſtantur, Leo, Anaſtaſius, Baſiliſcus, & Zeno. Baſiliſci & Zenonis ſtemma ſuperius dedimus, §. 11. & 12. Prius ipſorummet Auguſtorum nonnulli uxores ducebant e Græcia; ut in Severo Alexandro olim, aliisque oſtendimus. Inſignis in his Diocletianus eſt; qui cum eſſet e gente Valeria, ab uxore, filia Dioclis, cognomen illud accepit, *Diocletiani.* Eſt enim *Diocles* Græcum nomen, quod a Plinio ſæpe memoratur.

Ibid. 4. D. N. ZENO PERP. AUG. cum galea, ceterisque, ut ſupra, inſignibus Imperatoriis. .)(. VICTORIA AUGGGΔ & omnia prorſus ut in nummo 1. qui eſt Leonis Aug. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus in Theſauro Regio, & in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. & in Conſt. Chriſt. pag. 81. verſu 1. cui fere ſimilis eſt in Theſ. Brandeb. pag. 848. In alio perſimili aureo apud D. Comitem de Vaux, eſt VICTORIA AUGGGS *ſexto* numismate conſignata.

Ibid. 5. Ejusdem, plane ſimilis: ſed in medio, hinc M inde eſt D. *Mandato Decurionum.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt e Theſauro Bavarico, apud Gretſerum, pag. 69.

Ibid. 6. D. N. MARCIANUS P. F. AUG. Cum galea & ceteris inſignibus Imperatoriis. .)(. VICTORIA AUGGG. Victoria, qualis eſt omnino in nummis ante dictis. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus in Gaza Regia; apud D. Comitem de Vaux, & in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 3. Huic ſimilis eſt alter in eodem Theſauro Regio, & in Theſ. Brandeb. pag. 844. inſcriptus, VICTORIA AUGGG B hoc eſt, *ſecundo* hoc numismate conſignata *Victoria Auguſtorum.* In gaza Regia alius pariter aureus, VICTORIA AUGGG Z *ſeptimo* numismate conſignata: eſt & apud Chiffletium in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. Denique apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 65. VICTORIA AUGGGI *decimo.*

Ibid. 7. D. N. JUL. NEPOS P. F. AUG. cum galea, ceterisque, ut prioris, inſignibus ſummorum Imperatorum. .)(. VICTORIA AUGGG. qualis in nummis ſuperioribus. In medio, hinc R. inde V *Roma Victrix.* Aureus eſt in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. & in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 7. 8. ubi etiam alter eſt cum litteris hinc V inde D *Votis decennalibus.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus alter e Theſauro Regio habet in medio hinc H inde P *Hilaritas publica.*

Ibid. 8. Ejusdem, ſed capite tantum cincto gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. X. MULT. X. Eſt argenteus in Conſt Chriſt. pag. 77. verſu 8. Suſcepta alibi ſponte fuiſſe *vota decennalia*, videtur nummus prior ſignificare. Cetero *Nepos* cognomen eſt Corneliæ gentis apud Plinium. Ex ea familia cum duxiſſet uxorem Fl. Popilius, qui cum Conſtantio & Conſtante Auguſtus fuit, *Nepotianus* ex ea affinitate eſt cognominatus

Ibid 9. D. N. ROMULUS AUGUSTUS P. F. AUG. *Romulus Auguſtus Pius Felix Auguſtus Pius Felix Auguſtus:* cum galea, & aliis inſignibus, quæ diximus, ſummorum Imperatorum. .)(. VICTORIA AUGGG. ut in ceteris prioribus. In medio, hinc R inde M *Reſtituta Mercatura.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt aureus in Theſauro Regio, cujus & habemus ectypum. In Conſt. Chriſt. pag. 81. verſu 3. legitur mendoſe MOMYL. pro ROMULUS. *Romuli* cognomen oſtendit, ex illo eum Romulo deſcendere qui in nummis Maxentii Aug. legitur, Maxentii ipſius filio, atque ab ipſomet proinde Romulo Urbis conditore, a quo Maxentius Aug. genus ducebat, ut nummus ejusdem docet inſcriptus, MARTI PROPAG. IMP. AUG. N. de quo egimus ſuo loco: denique & ab Antonio Pio; qui cum & genus etiam ipſe duceret a Romulo, ut de Pia ſive Pompeïa gente oſtendimus; & primus e poſteris Romuli Auguſtus fuerit, appellatus propterea in nummis ſuis eſt *Romulus Auguſtus*: ROMULO AUGUSTO. Quamobrem id utrumque cognomen in ſua familia renovavit & hereditarium eſſe voluit Maxentius Aug. & Romulus Auguſtus iſte exhibuit; præterque e Commodi P. F. Aug. poſteris ſe eſſe pariter declarat cognominibus Pii Felicis. Hæc vero egregie, ni fallimur, ea ſuſtulciunt, quæ de Cæſarum omnium

genere & origine docuimus. Hæc *Æternitas Augustorum* est, tam sæpe in numismatis antiquis jactata. Goltzius perperam AUGUSTULUS legit.

Tab. XVIII. 10. Ejusdem, sed gemmis tantum cincto capite. .)(. Stat ipse, dextra hastam tenet, siniſtra pharetram, ut aiunt: verius, Cornucopiæ. Hinc R inde V *Roma Victrix*, sine alia epigraphe. Est in Const. Christ. pag. 81. versu 3. ex Baronio, ad annum 475. num. 2. ubi recte expressum est Cornucopiæ, ex nummis Lælii Pasqualini.

Ibid. 11. D. N. ZENO PERP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. Stat ipse, ut Romulus Augustus in superiore nummo, dextra tenens hastam, siniſtra Cornucopiæ, sine epigraphe. Hinc M inde D *Mandato Decurionum.* Argenteus est in Musco nostro, & in Const. Christ. pag. 81. versu 2. Hunc isthic retulimus, ob similitudinem cum Romuli Augusti numismate.

Ibid. 12. D. N. SEVERUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. qualis est in nummis septem prioribus. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus est, quem vidimus in Thesauro Regio, apud D. de Boze, & apud D. Abb. FAUVEL, ubique quinarii argentei mole. Est & in Const. Christ. pag. 77. versu 5.

Numismata Anthemii Imp. & Augustorum Attali & Olybrii postea afferemus.

44.

Simul Augusti.
ANTHEMIUS, PRISCUS ATTALUS, OLYBRIUS, anno Christi 438.

Cum principatum jam obtinerent, Anastasius, Basiliscus, & Zeno; renuntiatos fuisse Augustos, Anthemium Imp. & Priscum Attalum, atque Anicium Olybrium arbitramur, ob aliquem singularem eventum; atque idcirco nummos habuisse dissimilis, argumenti, & alia epigraphe.

Tab. XVIII. 1. D. N. ANTHEMIUS P. F. AUG. cum galea, clypeo, & hasta transverse humero dextro imposita; quod est summi Imperatoris insigne. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Imperatores duo paludati stant, dextras jungunt: Qui siniſter est, Leo Imp. nimirum, potior Augustus, quoniam esset & prior & idem perpetuus Augustus, orbem Romanum læva tenet, cui Victoria Romana imposita coronam eidem Augusto porrigit. Supra, in corona laurea, cui Crux imposita est, legitur PAX. Concordia Augustorum, Pax & Salus Reipublicæ Christianæ stat. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Const. Christ. pag. 77. versu 6. 7. argenteus in Musco nostro. In Thesauro Regio similis aureus habet in medio, hinc R inde M *Restituta Mercatura.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Ibid. 2. Ejusdem, ut proxime, eodem habitu. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Ambo Imperatores stant paludati, cum hastis, & orbem Romanorum, cui Crux est imposita, simul tenent. In medio, litteræ N & D ut Occo legit, pag. 577. & Du-Cangius: *Narbonensium decreto*: vel, ut Mediobarbus, pag. 549. M D *Mandato Decurionum.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est in Const. Christ. pag. 77. versu 6. In Tab. XXVI. Ducis Parmensis, num. 7. similis huic est nummus aureus, sed in medio sunt litteræ duæ R M inter se nexæ *Restituta Mercatura*: & infra, COMOB *Civitatum, omnium Mercatores obtulerunt.* Nam ubicumque sunt in area eæ litteræ R M, ibi non CONOB sed COMOB certe aptius scribitur: id quod nostram utriusque vocis illius interpretationem egregie constabilit. Absque his litteris similis alter aureus in Cimelio D. FOUCAULT, habet COMOB.

Ibid. 3. Ejusdem, ut supra, eodem habitu. .)(. Inter utrumque Augustum, ad pedes est ☧ monogramma Christi. Infra, CORNOB *Civitatum omnium Romanorum Negotiatores obtulerunt.* Est aureus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. loco citato. Alium vidimus prorsus similem huic aureum, apud D. Comitem de Vaux: sed pro Christi monogrammate est sidus Solis: & infra, CORMOB *Civitatum omnium Romanorum Mercatores obtulerunt.*

Ibid. 4. D. N. PROC. ANTHEMIUS P. F. AUG. Eodem habitu ac supra. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Augusti duo togati jungunt dextras, quibus Crucem unam ambo tenent. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus est, inter Numismata aurea Reginæ Christinæ, pag. 209. Nummus hic sane perrarus docet, fuisse Anthemium Augustum ex matre Procopia, ex Anthemio patre prognatum. Ex Procopia autem matre, quæ filia esset Procopii P. F. Aug. habuisse eum, ut P. F. AUG. diceretur. Quæ causa est quamobrem Procopii nomen, cum in nummis Anthemii scribitur, priore loco scribatur.

PROCOPIUS P. F. AUG.

Procopia : uxor Anthemii.

PROCOPIUS ANTHEMIUS P. F. AUG.

Ibid. 5. D. N. ANTHEMIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, ☧ Christi monogramma, absque inscriptione. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est ex auro in Thesauro Regio, & in Musco nostro, & in Const. Chr. pag. 77. versu 6.

Ibid. 6 PRISCUS ATTALUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis .)(. INVICTA ROMA ÆTERNA. Roma sedet capite galeato, siniſtra hastam, dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Romæ sedenti porrigit. In medio, hinc R inde M *Restituta Mercatura.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Est aureus in Thesauro Regio, in Const. Christ. pag. 65. versu 3. 4. inter aurea Numismata Ducis Parmensis, Tab. XXIV. num. 7. & apud Baronium, ad annum 415. num. LIX. Argenteus in Cimelio D. FOUCAULT. Alter Argenteus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 65. vers. 4. habet imo margine, PST *Permissu Senatus, Treveri.* In alio simili nummo aureo legisse se refert Occo, pag. 573. FL. PRISCUS ATTALUS P. F. AUG. & CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Certe in nummis Septimii Severi Aug. & Plautillæ Antonini Severi, ΦΛ ΠΡΕΙCΚΟC ἄρχων τὸ β. Ἀκμονίων, *Flavius Priscus Archon iterum Acmonensium* legitur. Unde *Priscus* agnoscitur cognomen esse familiæ unius in gente Flavia. Est autem Attalus Græcum nomen. Itaque fuit iste *Fl. Priscus* ex matre Fl. Claudia Prisca, ex qua & P. F. AUG. ex patre *Attalus.* Unde priore loco maternum nomen in nummis scribitur, cum utrumque scribitur. Denique argenteus in Cimelio D. de Ballonfieaux, Luxemburgi, est hujusmodi: D. N. ATTALUS P. F. AUG. *Attalus* ex patre, ex matre *Pius Felix.* Capite cincto gemmis. .)(. INVICTA ROMA ÆTERNA, ut superius. Infra, TRPS *Treveri, Permissu Senatus.*

Ibid. 7. IMP. PRISCUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. RESTITUTIO REIP. *Restitutio Reipublicæ.* Ipse paludatus stat, dextra tenet labarum, siniſtra Rempublicam sublevat. In medio, hinc N inde B *Negotiatores beati.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Est aureus perpulcher in Thesauro Regio.

Tab. XIX. 8. PRISCUS ATTALUS AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGG. Victoria gra-

gradiens, dextra coronam oſtentat, ſiniſtra palmam gerit. Hinc OF inde P in media nummi area, ad latera: *Officina prima.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Nec multum abſimilis alter eſt in Conſt. Chriſt. loco citato, inſcriptus, VICTORIA ROMANORUM.

Tab. XIX. 9. D. N. ANICIUS OLYBRIUS A UG. cum galea, cujus in apice Crux eſt. .)(. SALUS MUNDI. Crux in media nummi area. Chriſtus Dominus, qui crucis effigie repræſentatur in nummis, *ſalus* eſſe *mundi* hoc lemmate dicitur. Eſt hic aureus in Gaza Medicea, & in Conſt. Chriſt. pag. 78. & in Theſauro Regio, unde habemus etiam nummi ectypum. Infra, COMOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Vetus eſt Romanæ gentis nomen *Anicius.* Unde circiter annum Urbis conditæ CCCCL. *Q. Anicius Ædilis curulis* laudatur a Plinio, libro XXXIII. pag. 11. & *Aniciane lapidicinæ*, libro XXXVI. ſect. XLIX.

45.

Nummi ſingulares LEONIS AUG. IMP.

Nummos ſingulares appellamus, quorum ſimiles non habent Auguſti ceteri, aliqua ſaltem inſcriptionis parte, vel typi

Tab. XIX. 1. D. N. LEO PERPT AUG. *Dominus noſter Leo Perpetuus Tranſpadanorum Auguſtus.* Capite cincto gemmis, qui cultus eſt ornatusque Auguſti, hoc eſt, Gubernatoris Provinciæ, vice Senatus. Nusquam eſt Leo, ut diximus, aut *Cæſar*, aut *Pius Felix:* quia genus non duxit a Cæſaribus, aut a Commodi Pii Felicis Aug. poſteris. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, dextra corona oſtentat; ſiniſtra gerit orbem Romanum, cui Crux impoſita eſt: ſiniſtro nummi latere ſidus Solis eſt, Romani principis ſymbolum. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt hic nummus aureus, quinarii argentei mole, in Theſauro Regio. Paul. Petavius, pag. 3. edidit, CONOB. & inde Du-Cangius, in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 1. 2.

Ibid. 2. D. N. LEO PERPET. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Vultus ſenior & barbatus, dextra tenet volumen Evangelicum, ſiniſtra crucem. .)(. VICTORIA AUGGG B *Victoria Auguſtorum ſecundo* iſto numismate conſignata. Sedet Auguſtus ipſe, quaſi fruens requie optimorum meritorum; dextra tenet volumen Evangelicum, læva crucem tenet. Hinc & inde ſidus ſolis, Romani Principis ſymbolum. Infra, THCOB *Tranſpadanorum Hoſpiti Civitates obtulerunt.* Sic in nummis Maximiani Herculii, & Conſtantini patris ac filii, vidimus, CIBS *Cives Hoſpiti ſuo.* Eſt hic nummus aureus in Conſt. Chriſt. pag. 77, verſu 2. ex Anaſtaſi Childerici, pag. 252. Incredibile propemodum eſt, quam ſæpe littera T in nummis deinceps Tranſpadanam Italiam deſignet, in numismatis nimirum ſæculi Juſtinianei, ubi de ea dicturi ſumus. Hanc Leo Imp. deficientem a Romanis primus occupavit, ut mox dicemus. Regio ea eſt, quam hodie Pedemontium & Ducatum Mediolanenſem vocamus. Sed ſi libros audimus, quid Leoni Auguſto cum Tranſpadanis commercii fuit?

Ibid. 3. D. N. LEO PERPETUUS AUG. Capite cincto gemmis, .)(. VIRTUS AUGUSTI. Auguſtus capite laureato, paludatus, dextra orbem Romanum tenet, cui Crux eſt impoſita; labarum ſiniſtra. Hinc M inde D *Mandato Decurionum.* Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt in Theſ. Brandeb. pag. 844.

Ibid. 4. D. N. LEOTIO PERPS AUG. Cum galea, clypeo, & haſta humero dextro impoſita, quæ ſunt in nummis hujus ævi præſertim inſignia ſummorum Imperatorum. *Dominus noſter Leo, Tranſpadana Italia occupata, Perpetuus Salutatur Auguſtus.* Sic TETRICUS A I G PP AUG. *Adjuncta Imperio Gothia Perpetuus Auguſtus* olim eſt appellatus. .)(. VICTORIA AUGG. Victoria in dextrum latus converſa, dextra tenet Crucem oblongam, læva veſtem ſublevat. Infra, ANT *Primæ Narbonenſis tributum.* Aureus eſt e Gaza Regia, ubi eum vidimus: & eſt in Conſt. Chriſt. pag. 116. verſu 3. 4. Eſt nummi forma & fabrica perelegans, Gallicana: habitus Imperatoris & Victoriæ effigies, qualis in nummis aureis conſpicitur Leonis, Anaſtaſii, Zenonis, Baſiliſci, Marciani, Nepotis, aliorumque, quos ſupra deſcripſimus, nec poſt Juſtiniani tempora deinceps occurrit: quæ omnia proinde indicia percuſſum hunc nummum eſſe ante ætatem Juſtiniani admonent. Et ex illo ipſo tamen numismate fabuloſæ hiſtoriæ conditores, Leontium confinxere Auguſtum, quem collocavere ab anno 694. ad 697. aliumque rurſum eodem nomine Leontium tyrannum, qui contra Zenonem Aug. imperium invaſerit, ab anno 482. uſque ad 488. At nullus eſt reipſa in numismatis genuinis Leontius. Duos quidem Leontii nomine nummos inſcriptos & eosdem perelegantes deſcribit Du-Cangius, pag. 116. ſed ſunt illi ex Octav. Strada, pag. 278. adulterini & ficti; nec ſunt in Theſauro Regio. Et æque confictus ille eſt, qui profertur in Theſ. Brandeb. pag. 857. typo eodem ac nummi quidam Juſtiniani & Theodeberti Augg. Ergo ob Transpadanam Italiam occupatam nunc prima Narbonenſis teſtatur datum Leoni Imp. fuiſſe, ut eſſet *Tranſpadanæ Italiæ Perpetuus Auguſtus.*

Jam qui numismata hæc duo inter ſe contulerit, (*Vide Tabulam XIX.*) alterum quidem Leonis Aug. quod inter ipſius numismata in hoc §. primo loco protulimus; alterum Anaſtaſii Auguſti; quin ſimul etiam ambo percuſſa fuerint, nemo, ſi quid in hoc genere ſapit, dubitabit. Eſt numisma Anaſtaſii aureum, in Theſauro Regio. In alio ibidem, qui eſt triens aureus, argentei quinarii mole, Victoria gradiens dextra coronam geſtat, ſiniſtra palmam humero impoſitam. Infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

Similitudo nonnulla nummi ſequentis cum præcedente cogit ipſum hoc loco deſcribi:

Ibid. D.N. ANASTASIUS PRFAUR. Caput cinctum gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria coronam dextra geſtat, læva palmam. Infra, COMOB. Aureus eſt ſingularis, quinarii mole, apud D. de Cleves, Pariſiis: ectypam effigiem in cera habemus. Tituli ſententia videtur hæc eſſe: *Dominus noſter Anaſtaſius Populo Romano fecit Arelatenſem urbem reconciliari.* Litteram A pro Arelate, in nummo Claudii Gothici ſimiliter vidimus. Et multo poſtea occurret in nummis Mauricii Aug. & Tiberii regis. Hic Arelatenſium motus, qui mitigandus fuit, viam ad regnum Arelatenſe fecit, de quo dicetur in ſæculo Juſtinianeo. Confer cum iſto nummos Juſtini & Theoberti inſcriptos, VICTOR.

46.

Numismata ſingularia ZENONIS patris, & LEONIS ZENONIS, & ANASTASII, & BASILICI, anno Chriſti 434.

Tab. XIX. 1. D. N ZENO PERP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. Victoria ſedens, ſcribit in clypeo, XXXX. Latere ſiniſtro, ☧ Chriſti monogramma. Aureus, in Theſauro Brandeburg. pag. 848. At hic nummus ille

ipſe Theodoſii eſt: qui in eodem opere deſcribitur, pag. 840. ſive vultum contempleris ipſum, ſive epigraphen & effigiem patris poſticæ. Aut inquam, illius aliquis ſimilis nummus eſt, in quo Theodoſii nomen mutatum in Zenonem eſt: aut ad illius Theodoſiani ſimilitudinem Zenonianus ille eſt ab impostore aliquo confictus. Nummum Theodoſii ſuperius exhibuimus, §. 25. num. 4. cum his qui ſunt inſcripti, IMP. XXXXII.

Tab. XIX. 2. D.N. LEO ET ZENO PP AUG. Caput cinctum gemmis: vultus annorum 30. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem Romanum, cui Crux eſt impoſita. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 7. ubi Du-Cangius depingi hunc fecit ex Gretſero, tomo III. de Cruce, pag. 68. quemadmodum fecerat Gretſerus ex Baronio, ad annum 474. num. 5. Eſt in ſchedis D. Vaillant. Inſolens certe eſt duos promitti in titulo, cum unicus exhibeatur in tabula. Nemo enim numismatum opifex tam amens ſit, aut tam inſulſus, tamve imperitus, ut cum effigiem Ludovici Magni ſolam in nummo ſculpſerit, ſuperſcribat tamen, LUDOVICUS MAGNUS ET SERENISSIMUS DELPHINUS. *In hoc nummo*, inquit Gretſerus, *Leonis & Zenonis nomina: ſed ita ut ſolus Leo dicatur* D. N. *Dominus noſter: neque enim geminantur litteræ* DD.NN. *ut fieri ſolet, cum de pluribus Auguſtis in nummo ſermo eſt: quia quando Leo infans vivebat, Zeno Auguſtus non erat: ſed tantum tutor Leonis infantis, & adminiſtrator Imperii.* At ſi in nummo iſto Leo junior iſte repræſentatur, quomodo infans, quem pictura clamat annorum eſſe triginta? Si Zenonis ea effigies eſt, cur in ſuperſcriptione primo loco Leo appellatur?

Ibid. 3. D. N. LEO ET ZENO PP. AUG. Caput cinctum gemmis, vultus annorum XXX. .)(. SALUS REIPUBLICÆ. Auguſti duo ſedent; uterque dextra volumen Evangelicum, læva crucem tenet. Infra, CONOB. Aureus eſt in Theſauro Brandeb. pag. 847. ſed ille haud dubie fictus ad ſimilitudinem illius Theodoſiani, de quo diximus §. 34. num. 5. Ut ut eſt, Leo junior obiiſſe ponitur à ſcriptoribus hiſtoriarum, anno ætatis ſuæ XIV. ut notat Du-Cangius, qui auctorem Chronici Alexandrini annos ei XVII. tribuentem refellit. At in nummo ſuo genuino, quem hic ſecundo loco protulimus, & in iſto ipſo, vultus annos refert triginta. Præterquam quod, ut jam diximus, ſtultum eſt in titulo duos appellari, cum unicus exhibeatur in area nummi, quæ pictæ tabulæ inſtar eſt. Idem Leo igitur qui & Zeno eſt. Neque enim ut vel nomina familiarum Latina, vel cognomina, conjungi abſque particula conjunctiva & Græca nomina poſſunt. Latini dicunt perbene *Flavius Claudius*, ut ortus intelligatur aliquis ex patre Flavio, matre Claudia: & *Valens Max.* qui natus patre Valente, matre Maxima. At ita dici *Leo Zeno*, vel *Zeno Leo* Græce non poteſt: idcirco ut genus ab utroque ductum ſignificaretur, ſcribi LEO ET ZENO; vel ZENO ET LEO oportuit. Scilicet Zenonis filius, fuit LEO ET ZENO dictus: *Leo*, de avi; *Zeno*, de patris nomine. Stemma illius ſuperius dedimus §. 12.

Ibid. 4. D. N. ZENO ET LEO NOV. CÆ. Caput Zenonis Cæſaris cum galea, clypeo, & haſta tranſverſe impoſita humero dextro. *Dominus noſter Zeno* qui *& Leo, Noviliſſimus Cæſar.* .)(. VICTORIA AUGGG. Victoria ſtans tenet crucem oblongam, & habet retro ſidus Solis, ut in nummis Leonis, Anaſtaſii, Baſiliſci, ſuperius commemoratis. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Gaza Regia, & apud Chiffletium in Anaſtaſi Childerici, pag. 252. & in Conſt. Chriſt. pag. 81. verſu 1. occaſione hujuſce nummi, fictores hiſtoriæ Romanæ commenti ſunt Leonem juniorem, & ipſum cum Zenone Aug. hic appellari: cum ſit tamen perabſurdum, ut diximus, in area nummi, quæ eſt inſtar pictæ tabellæ, unius dumtaxat Principis effigiem exhiberi, ſi duo promittantur in titulo, ſive ſuperſcriptione. Cave autem hic *Novus Cæſar* legas, quomodo legendum olim ipſi Antiquariis & hiſtoriarum ſcriptoribus ſimplicius credidimus. *Novum* enim *Cæſarem* dici quempiam, tam eſt inſolens & fatuum, quam dici aliquem *Novum Condæum*: cum ſint æque omnes ex utralibet ſtirpe prognati; illi quidem Cæſares, iſti Condæi. Eſt enim in nummis antiquis *Cæſar*, ut *Condæus*, cognomen in gente illuſtri; illud in Julia, illud in Borbonia. Eſt igitur hic NOV. CÆSAR, *Noviliſſimus Cæſar*, ſcriptum ex more regionis & ævi illius, pro *Nobiliſſimus*: quemadmodum in nummis Theodoſii & Marciani aureis, GLORIA ORVIS TERRAR. pro ORBIS legitur.

Ibid. 5. IMP. ZENO SEMPER AUG. Vultus annorum quinquaginta, capite laureato. .)(. III VICTORIA ROMA *Tertia Victoria Romanorum.* Victoria dextra coronam oſtentat, ſiniſtra palmam gerit. Infra, XL *Chriſtiani Lugdunenſes.* Ad latera SC *Senatus conſulto.* Eſt nummus ex ære, ſat ſpiſſæ molis, in Muſeo P. CHAMILLART. Julianum Auguſtum *Senatus Eduorum Mandato Perpetuum Auguſtum* ſimiliter appellari ſuperius vidimus. Sed quid Zenoni cum Eduis, ſi vere perhibent Annales in Oriente ipſum imperaſſe? Si Zeno Byzantii fuit, cur Latini Senatus conſulto numiſmata ipſius honori, & quidem Lugduni, cuduntur? Unicum iſtud Zenonis patris numiſma vidimus; & pauca admodum ejus nomine percuſſa fuiſſe arbitramur, ſi tamen alia præter iſtud: quod Cæſar nimirum ipſe non eſſet, ſed tantum Cæſaris Auguſti pater.

Ibid. 6. Caput Romæ galeatum. INVICTA ROMA. .)(. Aquila expanſis alis. Infra, .A. *Anaſtaſius.* Latere dextro, XL *Chriſtiani Lugdunenſes*: ut proxime in nummo Zenonis. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio D. Abb. de Fontenu, Pariſiis.

Ibid. 7. D. N. BASILISCUS ET MARC. P. AUG. Vultus Baſiliſci, cum galea, clypeo, & haſta transverſe humero dextro impoſita; quoniam & ipſe ſummus Imperator eſſet. *Dominus noſter Baſilicus* qui *& Marcianus Perpetuus Auguſtus.* .)(. VICTORIA AUGGGE *Victoria Auguſtorum, quinto* iſto numismate conſignata. Victoriæ ibi effigies eſt, qualem proxime diximus eſſe in nummo IV. qui eſt Zenonis, & in nummis ceterorum ejus collegarum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt hic nummus ex auro in Gaza Regia, in Anaſtaſi Childerici, pag. 252 in Conſt. Chriſt. pag. 81. verſu 4. & in Theſ. Brandeb. pag. 848. Ut occaſione nummi IV. Leonem juniorem confinxere artifices Romanæ hiſtoriæ; ſic occaſione iſtius, quam nihilo magis intellexere, filium Baſiliſci Marcum iidem commenti ſunt; quem ille primum Cæſarem fecerit, deinde & Imperatorem, anno 475. Quaſi ſolo Marci prænomine Baſiliſci filius agnoſci potuerit: aut prænomen illud aliter in nummis ſcribi ſolitum ſit, quam ſimplice littera M. Begerus in Thes. Brandeb. pag. 848. nihil de hiſtoriæ fabuloſitate ſuſpicatus, miratur plures Auguſtos in hoc numiſmate commemorari, cum nullos hiſtoria ſcripta perhibeat fuiſſe ſocios Baſilisci. *Quid ſi ergo*, inquit, *ſororem enumeres? quid ſi & uxorem?* Ridiculæ conjectationes. Auguſti tres ſimul fuere, *Imperatores Maximi* iidem appellati, ut mox videbimus: Anaſtaſius, Zeno, Baſiliſcus. Eam ob rem in eorum nummis VICTORIA AUGGG hoc eſt, *Victoria trium Auguſtorum* legitur. In iſtis autem Baſilisci ac Leonis nummis, ejusdem formæ inſcriptio legitur; quæ nimirum Græcorum hominum, quales fuere (ut ipſa teſtantur no-

nomina) Zeno & Basiliscus, affinitatem & consanguinitatem cum Cæsaribus proderet, alterius cum filia Leonis Imp. & conjugis ejus Piæ Felicis; & alterius cum Marciano P. F. Aug. Sententia enim hujus inscriptionis est, Basiliscum patre Basilisco, homine Græco & privato natum, sed matre filia Marciani Aug. inde *Basiliscum & Marcianum* jure nuncupari. Stemma Basilisci superius dedimus §. 11.

47.

Vota quinquennalia trium simul Imperatorum, Anastasii, Zenonis, & Basilisci, anno Christi. 434.

Tab. XIX. D. N. Anastasius pp. aug. *Dominus noster Anastasius Perpetuus Augustus.* Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. votunivitm *Votis Urbium Narbonensium primis quinquennalibus Imperatorum trium maximorum.* Nummus est ex argento singularis & eximius in Cimelio P. Chamillart. Sunt isti Imperatores tres maximi, Anastasius, Zeno & Leo, Basiliscus, quorum scilicet numismata leguntur inscripta, victoria auggg *Victoria trium Augustorum.* Iidem in nummis PP. aug Perpetui Augusti titulo exornantur. *Maximi* iidem *Imperatores*; sive quod insignem de Reipublicæ hostibus victoriam reportarunt; sive quod fortassis e gente Fl. Val. Maxima essent. Erat tunc quidem etiam Leo inter summos Imperatores: sed hi nunc appellantur, quorum prima quinquennalia celebrarentur, quique essent e gente Maxima: annum autem quintum imperii Leo jam expleverat, cum hi iniere principatum; neque erat ipse de gente Cæsarum Piorum Felicium. Littera N pro Narbone quam sæpe in nummis occurrat, incredibile est. In nummis Constantini pt augg aversa facies exhibet has litteras unmr *Urbis Narbonæ Mercatum Restituit.* M vero pro Maximo, ut in nummo argenteo Gallieni e Museo nostro, imp. Gallienus p. f. aug. g. m. Hoc est, *Germanicus Maximus.* In imo margine apparent hæ litteræ, sed fugientes mor quæ idem valent atque in quibusdam aliis numismatis, rom. nimirum *Mercatores Romani*, hoc est, Romano Imperio subjecti Narbone.

48.

Nummi plurimorum hujus sæculi Augustorum & Augustarum, eadem forma, eodemque typo, & in eodem loco percussi.

Præter nummos, de quibus actum est hactenus, quos singulæ civitates vel provinciæ vellent esse instar monumenti ob beneficium aliquod sibi vel Reipublicæ collatum ab Augustis; sunt alii quidam, ex auro omnes, sed minuti, quos Provinciæ Narbonensi placuit anno uno eodemque in gratiam omnium Augustorum Augustarumque cudere, qui tunc essent superstites; sed sine ulla superscriptione, nisi quæ solum Augusti vel Augustæ nomen exhiberet, sive magistratu jam abiissent, emeriti jam & seniores Augusti; sive adhuc gererent principatum. Cusi igitur nummi illi possunt videri anno Christi 438. quo anno creati sunt, ut diximus, novi Imperatores tres, & Augusti quinque: cum tunc esse oporteret aliquos saltem e prioribus adhuc superstites, partim honorarios Augustos, partim fungentes adhuc magistratu.

Tab. XX. 1. D. N. Theodosius p. f. au. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Est hic, non ex auro, ut ceteri, sed ex ære minuto, in Const. Christ. pag. 65. versu 2.

Ibid. 2. D. N. Valentinianus p. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Est aureus, quinarii argentei mole, in Thesauro Regio. Infra, conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

Ibid. 3. D. N. Johannes p. f. aug. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, orbi Romano imposita Crux: hinc & inde sidus Solis, Romani Principis symbolum. Est in Const. Christ. pag. 65. versu 6. aureus, sed ex Octav. Strada, pag. 351. Non est in Thesauro Regio.

Ibid. 4. D. N. pla. valentinianus. p. f. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, comob *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus in Thesauro Regio, inter aurea Numismata Ducis Parmensis, Tab. xxv. num. 3. & in Const. Christ. pag. 65. versu 8. In Museo nostro, & apud P. Chamillart, pariter aureus habet conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

Ibid. 5. D. N. avitus perp. aug. *Perpetuus Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Aureus in Thesauro Regio. Infra, conob.

Ibid. 6. D. N. Leo perpet. aug. Capite cincto lapillis. .)(. Crux in corona. Infra, comob. Aureus, ibidem.

Ibid. 7. D. N. Zeno perp. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, conob. Aureus est in Thesauro Regio, apud D. Abb. Fauvel, in Museo P. Chamillart, & in nostro: in Const. Christ. pag. 81. versu 2. Inter aurea Numismata Ducis Parmensis, num. 3. est comob. In alio simili apud D. de Boze, d. n. zeno perpf aug. & comob. Est hic Zeno, filius Zenonis, nepos Leonis Perpetui Augusti. Itaque quod avo decretum fuerat a Senatu *Perpetui* cognomen in posteros transmittendum, id velut hereditarium Zeno primo loco ponit; deinde *Pii Felicis*, quod erat ei a matre & avia materna: *Dominus noster Zeno Perpetuus Pius Felix Augustus.*

Ibid. 8. D. N. Basiliscus perp. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, conob. Aureum hunc affert Mediobarbus, pag. 554. ex Museo suo. Est & in Thesauro Regio, & in Tabula xxvii. Parmensium numismatum ex auro, num. 5. cum litteris comob. Sed in Regio est, d. n. basiliscus p. f. aug.

Ibid. 9. D. N. Anthemius pp. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, comob. Est aureus in Cimelio P. Chamillart. Apud D. Abb. Fauvel, epigraphe est: d. n. anthemius aug. Infra, conob. Apud Mediobarbum, pag. 549. d. n. anthemius v. c. *Urbium Conservator.* At apud V. Clar. D. de Boze, non est Anthemius, sed d. n. anthimus v. c. & infra, comob. Apud Patinum, in schedis D. Vaillant, est d. n. antehemius perpet. aug. & conob. Scribitur & antehmius p. f. aug. in Collectione D. de Peiresc, pag. 361. Omnes sunt, ut diximus, aurei, mole quinarii argentei.

Ibid. 10. D. N. Jul. nepos p. f. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, conob. Aureus in Thesauro Regio, in Museo P. Chamillart, in Const. Christ. pag. 77. versu 8. & in Thesauro Brandeb. pag. 847. Apud Paulum Petav. pag. 3. & apud Gretserum, tomo iii. de Cruce, pag. 68. ex Thesauro Bavarico, & apud D. de Boze, est comob. In schedis D. Vaillant, e Museo Card. Maximi, d. n. jul. nepos perp. aug. Infra, comob.

Ibid. 11. D. N. Romulus augustus p. f. aug. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, conob. Aureus est in Thesauro Regio, & apud Mediobarbum, pag. 554. sed hic male legit, momul. augustvl. In Parmensi-

bus aureis, Tab. XXVII. num. 6. eſt COMOB. In ſchedis D. Vaillant, pag. 100. ex Cimelio Card. Medicei, legitur, D. N. ROMULUS AUG. & CONOB.

Tab. XX. 12. D.N. JUL. MAJORIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Eſt in Theſauro Regio, apud Gretſerum, e Theſauro Bavarico, pag. 67. & in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 3. At in Tab. Parmenſium numiſmatum ex auro, XXVI. num. 6. & apud Paulum Petavium, pag. 4. & apud D. de BOZE, eſt COMOB.

Ibid. 13. D.N. LIBIUS SEVERUS P.F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, COMOB. Aureus, in Muſeo P. CHAMILLART. Apud D. Aomitem de Vaux, D. N. SEBERUS P. F. AUG ut jam ſuperius diximus.

Ibid. 14. D. N. GLYCERIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Aureus in Theſauro Regio, apud D. Abb. FAUVEL, & in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 7. Alium nummulum aureum, Glycerii vultu imberbi, eadem epigraphe, Toloni erutum, ſibi viſum eſſe ait Peireſcius, in Collect Ms pag. 380.

Ibid. 15. D. N. ANICIUS OLYBRIUS AUG. Capite cincto gemmis. .)(. Crux in corona laurea. Infra, COMOB. Mediobarbus hunc nummulum aureum profert e Muſeo ſuo, pag. 550.

Ibid. 16. AEL. PULCHERIA AUG. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Aureus in Conſt. Chriſt. pag. 67. verſu 5. & apud Baronium. ad annum 453. num. 25. Eſt etiam argenteus Ambiani, apud. D. du Cardounoy Senatorem.

Ibid. 17. AEL. EUDOCIA AUG. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONS cum Solis fidere: *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ.* Aureus in Conſt. Chriſt. pag. 65. verſu 3. & apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 62.

Ibid. 18. EUDOXIA AUG. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Inter aurea numismata Ducis Parmenſis, Tab. XXIII. num. XI. In Theſauro Regio, AEL. EUDOXIA AUG. Infra, COB *Civitates obtulerunt.*

Ibid. 19. & 20. AEL. VERINA AUG. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Aureus e Gaza Regia, & in Conſt. Chriſt. pag. 77. verſu 2. Zenonis Auguſti conjux hæc fuiſſe videtur; quæ in præclaro numismate, huic ceteroqui ſimillimo, ex Cimelio quondam Cardinalis Boncompagni, appellatur AEL. ZENONIS AUG. manu divina cælitus coronam capiti imponente. Sic enim PLOTINA TRAJANI, SABINA HADRIANI, ſimilesque tituli leguntur, ubi conjuges Auguſtorum intelliguntur. Nomen autem *Æliæ* ex Ælia gente paterno ſanguine hanc eſſe docet, unde olim Ælius Cæſar: *Verinæ* cognomen, materno ſanguine ex gente Verorum, unde olim M. Aurelius & L. Verus frater ipſius prodierunt.

Ibid. 21. D.N. JUST. GRAT. HONORIA P.F. AUG. .)(. Crux in corona laurea. Infra, CONS ut in nummo 17. qui eſt Eudociæ Auguſtæ. Aureus eſt, in Cimelio D. FOUCAULT.

Adeo ſunt autem hi omnes nummuli ſimilis inter ſe fabricæ, ſi primum ac tertium exceperis, ut cœcum obſtinatumve eum eſſe oporteat, quem tam abſoluta, tamque indiſcreta fere ſimilitudo non cogat fateri, uno eodemque tempore, atque in eadem Narbonenſi provincia, omnes fuiſſe percuſſos. Nunc ad alteram operis partem, quæ Numismata complectitur ſæculi Juſtinianei, Deo duce progrediamur.

INDEX

INDEX INSCRIPTIONUM

quæ leguntur in nummis Auguſtorum ſæculi Theodoſiani.

JULIANUS AUG.

Flavius Claudius Julianus Perpetuus Auguſtus. 376. 377. 378. *bis.*
Dominus noſter Flavius Claudius Julianus Pius Felix Auguſtus. 377. *ter.* 378 *quater* 380.
Dominus noſter Claudius Julianus Senatus Eduorum Mandato Perpetuus Auguſtus. 377.
Deo Sarapidi, vel *Serapidi.* 379. *ter.*
Genio Antiocheni. 379. 380.
Gloria Reipublicæ. 376.
Iſis Faria. 379.
Securitas Reipublicæ. 378. *bis.*
Trionfus Cæſaris. VOT. XX. 377.
Victoria Auguſtorum. 377. 378.
Victoria Dominorum noſtrorum Auguſtorum. 377.
Victoria Romanorum. VOT. XX. 377.
Virtus Exercitus Gallicani. 380
Virtus Exercitus Romanorum. 378.
Votis quinquennalibus, multis decennalibus. 376. 377.
Votis X. *multis* XX. 37. *quater.*
Votis XXX. *multis* XXXX. 376.
Vota publica. 379. *quinquies.*

JOVIANUS AUG.

Dominus noſter Jovianus Pius Felix Auguſtus. 380. *ter.*
Adventus Auguſti. 380.
Securitas Reipublicæ. 380. 381.
Victoria Auguſtorum. 380.
Victoria trium Auguſtorum. 380.
Victoria Romanorum. 380.
Votis quinquennalibus. 381.
Votis V. *multis* X. 381. *quater.*

PROCOPIUS AUG.

Dominus noſter Procopius Pius Felix Auguſtus. 381. ter.
Reparatio felicium temporum. 381.
Securitas Reipublicæ 387.
Votis quinquennalibus. 381.

VALENS AUG.

Dominus noſter Valens Pius Felix Auguſtus. 381. 384. 385. 387. 389. 390 395. 396. 398. 400.
Dominus noſter Valens Perpetuus feliciter Auguſtus. 382. 384 389.
Dominus noſter Valens Maximus Auguſtus. 392.
Felix adventus Auguſti noſtri. 382.
Felix adventus Auguſtorum. 383.
Gloria Romanorum. 390 *bis* 392.
Gloria Romanorum. Votis X. *multis* XV. 384.
Reſtitutor Reipublicæ. 389. *bis.* 390.
Salus Reipublicæ. 400.
Securitas Reipublicæ 398. 399. *bis.*
Spes Reipublicæ. 383.
Victoria Augg. 388. ter.
Victoria Auguſtorum. Votis X. 384.
Victoria Auguſtorum. Votis X. *multis* XV. 384.
Victoria Auguſtorum. Votis X. *multis* XX. 384.
Virtus Exercitus. 395.
Votis quinquennalibus 381.
Votis V. *multis* X. 382
Votis X. *multis* XX. 383. *bis.*
Voti XV. *multis* XX. 385.
Votis XXX. 387.
Urbs Roma. 396.

VALENTINIANUS AUG.

Dominus noſter Valentinianus Pius Felix Auguſtus. 381. 384. 385. *bis* 387. 389. *bis.* 390. *bis.* 392. 394. 396. *bis.* 398. 399. 402. 403. *bis.* 404. *bis.* 405. 415.
Concordia Auguſtorum omnium. 384.
Concordia trium Auguſtorum. 385. 402.
Concordia Legionum. 403.
Felix adventus Auguſti noſtri. 382.
Gloria Romanorum. 390. 392.
Imperator XXXXII. COS. XVII. P. P. 387.
Reparatio Reipublicæ. 396. 397.
Reſtitutor Orbis 390.
Reſtitutor Reipublicæ. 389. *ter.*
Salus Reipublicæ. 399. bis.
Securitas Reipublicæ. 398. *bis.*
Victoria Auguſtorum. 384. *bis.* 403. 404.
Victoria trium Auguſtorum. 404 *bis.* 405.
Virtus Exerciti. 395. *Virtus Exercitus.* 395.
Vota publica. 383.
Votis quinquennalibus. 381.
Votis V. *multis* X. 382. bis.
Votis X. *multis* XV. 384.
Votis X. *multis* XX. 383. *bis.* 384. *bis.*
Votis XV. *multis* XX. 385. *bis.*
Urbs Roma. 396.

GRATIANUS AUG.

Dominus noſter Claudius Juſtinus Gratianus Pius Felix Auguſtus. 402
Dominus noſter Gratianus Pius Felix Auguſtus. 383. 384. 388. 389 394. 395. 397. 402. 403. 404.
Dominus noſter Gratianus Auguſti gener Auguſtus. 391. 399.
Concordia Auguſtorum omnium. 403.
Concordia trium Auguſtorum. 402.
Gloria Novi Sæculi. 392.
Gloria Romanorum. 391.
Perpetuetas. 393.
Principis Induſtria, Victrix Militia Juventutis. 392. 393.
Reparatio Reipublicæ. 397. *bis.*
Reſtitutor Reipublicæ. 318.
Securitas Reipublicæ. 399.
Victoria Auguſtorum. 388. 404.
Virtus Exercitus. 395.
Virtus Romanorum. 394. *bis.*
Votis X. *multis* XX. 383. 384.
Votis XV. *multis* XX. 385 *quinquies.*
Urbs Roma, 396.

VALENTINIANUS JUN. AUG.

Dominus noſter Valentinianus junior Pius Felix Auguſtus. 382. 385. 387. 389. 390. 396. 397. 398. 403. 404.
Dominus noſter Placidus Valentinianus Pius Felix Auguſtus. 382. 384. 386. *quater.* 404. 407. 409. 410. 415.
Bonifattus. 408.
Concordia Auguſtorum omnium. 403.
Gloria Romanorum. 390.
Perpetuetas. 393.
Placidus Cæſar EASPETRI. 407.
Reparatio Reipublicæ. 397.
Reſtitutor Reipublicæ. 389.
Securitas Reipublicæ. 398.
Victoria Auguſtorum. 387.
Victoria trium Auguſtorum. 404. *bis.* 405.
Victoria omnium Auguſtorum. 409.
Votis V. *multis* X. 382.
Votis X. *multis* XX. 383. 384.
Votis XV. *multis* XX. 385.
Votis XXX. 386.
Votis XXX. *multis* XXXX. 386. *ter.*
Urbs Roma. 396.

THEODOSIUS AUG.

Dominus noſter Theodoſius Pius Felix Auguſtus. 382. 385. *bis.* 386. *bis.* 387. *ter.* 388. 391 392. 394. *bis.* 395. 396. *bis.* 397. 402. *bis.* 403 405. 408. 415.
Concordia trium Auguſtorum 384. 402. *bis.*
Gloria Orbis terrarum. 392. 408.
Imp. XXXXII. Cos. XVII P. P. 387.
Reparatio Reipublicæ. 397. *bis.*
Salus Reipublicæ. 399. 400.
Victoria trium Auguſtorum 405. *bis.* 406.
Victoria Auguſtorum. 387. *bis.* 388. 403.
Virtus Exerciti. 395
Virtus Exercitus. 395.
Virtus Romanorum. 394. *bis.*

Votis v. *multis* x. 382. *bis.*
Votis x. *multis* xv. 384. 402. *bis.*
Votis x. *multis* xx. 383. *bis.*
Votis xv, *multis* xx. 385.
Votis xx. *multis* xxx. 385.
Votis xxx. *multis* xxxx. 386. xxxxii. 387.
Urbs Roma. 396.
Urbs Roma Felix. 396.

VECUNINUS AUG.

Dominus noſter Vecuninus Pius Felix Auguſtus. 382.
Votis v. 382.

EOANUS AUG.

Dominus noſter & Amicus Eoanus Pius Felix Auguſtus. 397.
Reparatio Reipublicæ. 397.

CÆSAR BRITIUS.

Dominus noſter Britius, fugatis Helvetis Provinciæ Conſervator. 398.
Reparatio Reipublicæ. 398.

MAXIMUS AUG.

Dominus noſter Magnius Maximus Pius Felix Auguſtus. 382. 388. 389. 394. 397. *bis.* 401. *bis.* 404. *bis.*
Reparatio Reipublicæ. 397. *bis.*
Reſtitutor Reipublicæ. 389.
Spes Romanorum. 401.
Victoria Auguſtorum. 388. 401. 404. *bis.*
Virtus Romanorum. 394.
Votis quinquennalibus. 382. *Votis* v. *multis* x. 382.

VICTOR AUG.

Dominus noſter Flavius Victor Pius Felix Auguſtus. 367. 388. 401. 404.
Bono Reipublicæ nati. 367. 388.
Spes Romanorum. 401.
Victoria Auguſtorum. 404.
Virtus Romanorum. 394.

FLACCILLA.

Ælia Flaccilla Aug. 400.
Salus Reipublicæ. 400. *bis.*

PLACIDIA.

Domina noſtra Galla Placidia Pia Felix Auguſta. 385. 400. *bis.* 406.
Salus Reipublicæ. 400.
Victoria trium Auguſtorum. 406.
Votis xx. *multis* xxx. 385.

EUGENIUS AUG.

Dominus noſter Eugenius Pius Felix Auguſtus. 388. 394. 396. 404.
Victoria Auguſtorum. 388. 404.
Virtus Romanorum. 394.
Urbs Roma. 396.

HONORIUS AUG.

Dominus noſter Honorius Pius Felix Auguſtus. 382. 385. 386. 391. *ter.* 395. 396. *bis.* 402. 403. 404. *bis.* 406.
Concordia trium Auguſtorum. 402.
Gloria Romanorum. 391. *bis.* 392.
Triumfator gentis barbaræ. 207.
Victoria Auguſtorum. 385. 403 *bis.* 404. *bis.*
Victoria trium Auguſtorum. 404. 405.
Votis v. *multis* x. 382.
Votis x. *multis* xx. 382.
Votis xx. *multis* xxx. 385.
Votis xxx. *multis* xxxx. 386.
Virtus Exerciti. 395.
Virtus exercitus. 395.
Urbs Roma. 396.
Urbs Roma felix. 396.

ARCADIUS AUG.

Dominus noſter Arcadius Pius Felix Auguſtus. 382. 383. 384. 387. 391. *ter.* 394. 395. *bis.* 400. 402. 403. *bis.* 405.
Concordia Auguſtorum. 402.
Concordia Auguſtorum omnium. 403. *bis.*
Concordia trium Auguſtorum. 402.
Concordia quatuor Auguſtorum. 402.
Gloria Romanorum. 391. *ter.* 392. 393.
Nova ſpes Reipublicæ. 385.
Salus Reipublicæ. 399.
Victoria Auguſtorum. 3 4. *bis.* 388. *bis.* 403. 404.
Victoria trium Auguſtorum. 405. *bis.*
Votis quinquennalibus 382. *ter.*
Votis x. *multis* xx. 383. 384. *bis.*
Urbs Roma felix. 396.

JOHANNES AUG.

Dominus noſter Johannes Pius Felix Auguſtus. 396. 403. 404. 405. *bis.*
Victoria Auguſtorum. 403. 404.
Victoria trium Auguſtorum. 405.
Urbs Roma. 396.

CALPITIANUS AUG.

Dominus noſter Calpitianus P. Aug. 394.
Virtus Romanorum. 394.

EUDOCIA.

Ælia Eudocia Auguſta. 385. 387. 416.
Imperatoris xxxxii. cos. xvii. Perpetui Proconſulis. 387.
Votis xx. *multis* xxx. 385.

EUDOXIA.

Ælia Eudoxia Auguſta. 393. 400.
Eudoxia Auguſta. 416.
Gloria Romanorum. 393.
Salus Reipublicæ. 400. *bis.*

PULCHERIA.

Ælia Pulcheria Auguſta. 385. 416.
Salus Reipublicæ. 400.
Votis xx. *multis* xxx. 386.

HONORIA.

Domina noſtra Juſtina Gratiana Honoria Pia Felix Auguſta. 401 .406. *bis.* 416.
Bono Reipublicæ. 406. *bis.*
Salus Reipublicæ. 401.

LICINIA EUDOXIA.

Licinia Eudoxia Pia Felix Auguſta. 400.
Salus Reipublicæ. 401.

AULENAUS.

Dominus noſter Aulenaus Pater Auguſti. 407.
Prima Cæſaris Victoria, Tertia Principis noſtri Aulenai Invicti Auguſti. 407.

PRISCUS ATTALUS AUG.

Priſcus Attalus Pius Felix Auguſtus. 412.
Dominus noſter Attalus Pius Felix Auguſtus. 412.
Imperator Priſcus Attalus. 412.
Priſcus Attalus Auguſtus. 412.
Invicta Roma Æterna. 412.
Reſtitutio Reipublicæ. 412.
Victoria Auguſtorum. 412.

JOVINUS AUG.

Dominus noſter Jovinus Pius Felix Auguſtus. 406.
Reſtitutor Reipublicæ. 407. *bis.*
Victoria Auguſtorum. 406.

SEBASTIANUS AUG.

Dominus noſter Sebaſtianus Pius Felix Auguſtus. 406.
Victoria Auguſtorum. 407.

FL. CL. CONSTANTINUS AUG.

Flavius Claudius Conſtantinus Aug. 406.
Dominus noſter Conſtantinus Pius Felix Auguſtus. 406. 407.

Victoria trium Augustorum. 406. *bis.*
Victoria quatuor Augustorum. 407.

CONSTANS AUG.

Dominus noster Constans Pius Felix Augustus. 407.
Victoria trium Augustorum. 407.

MARCIANUS AUG.

Dominus noster Marcianus Pius Felix Augustus. 408. 409. 411.
Gloria orbis terrarum. 408.
Victoria trium Augustorum. 409. 411.

PETRONIUS MAX. AUG.

Dominus noster Petronius Maximus Pius Felix Augustus. 409.
Petronius Maximus, v. c. *Consul.* 410.
Victoria trium Augustorum. 410.

AVITUS AUG.

Dominus noster Avitus, Perpetuus feliciter Augustus, 409.
Dominus noster Avitus Perpetuus Augustus. 409. 415.
Victoria trium Augustorum. 409. *bis.*
M. Mœcilius Avithus Pius Felix Augustus. 409.
Victoria Augustorum. 409.

LEO AUG.

Dominus noster Leo, Transpadana Italia occupata Perpetuus salutatur Augustus. 413. *bis.*
Dominus noster Leo Perpetuus Augustus. 409. 410. *bis.* 413. *ter.* 415.
Victoria Augustorum. 413. *ter.*
Victoria trium Augustorum. 409. 410. 413.
Virtus Augusti. 413.

MAJORIANUS AUG.

Dominus noster Julius Majorianus Pius Felix Augustus. 409. 410. 416.
Victoria trium Augustorum. 409.
Votis multis. 410.

LIBIUS SEVERUS AUG.

Dominus noster Libius Severus Pius Felix Augustus. 409. 416.
Dominus noster Seberus Pius Felix Augustus. 410.
Dominus noster Severus Pius Felix Augustus. 412.
Victoria trium Augustorum. 409. 412.

ANTHEMIUS AUG.

Dominus noster Anthemius Pius Felix Augustus. 412. *bis.*
Dominus noster Anthemius Perpetuus Augustus. 415.
Dominus noster Antebemius Perpetuus Augustus. 415.
Dominus noster Antebmius Pius Felix Augustus. 415.
Dominus noster Anthimus Urbium Conservator. 415.
Dominus noster Procopius Anthemius Pius Felix Augustus. 412.
Salus Reipublicæ. 412. *bis.*

OLYBRIUS AUG.

Dominus noster Anicius Olybrius Augustus. 412. 416.

GLYCERIUS AUG.

Dominus noster Glycerius Pius Felix Augustus. 409. 416.
Dominus noster Glycerius Perpetuus Augustus. 409.
Victoria trium Augustorum. 409.

LEO ET ZENO, AUG.

Leo & Zeno Nobilissimus Cæsar. 414.
Dominus noster Zeno Perpetuus Pius Felix Augustus. 415.
Dominus noster Leo & Zeno Perpetuus Augustus. 413.
Victoria Augusturum. 413.
Victoria trium Augustorum. 414.

VERINA.

Ælia Verina Augusta. 416.
Ælia Zenonis Augusti. 416.

NEPOS AUG.

Dominus noster Julius Nepos Pius Felix Augustus. 411. 415.
Dominus noster Julius Nepos Perpetuus Augustus. 415.
Victoria trium Augustorum. 411.
Votis decennalibus. 411.
Votis v. *multis* x. 411.

BASILISCUS AUG.

Dominus noster Basiliscus Pius Felix Augustus. 411.
Dominus noster Basiliscus Perpetuus Augustus. 411. 415.
Dominus noster Basiliscus & Marcianus Perpetuus Augustus. 411. 414.
Victoria trium Augustorum. 411. 414.

ROMULUS AUG.

Dominus noster Romulus Augustus Pius Felix Augustus. 411. 415.
Dominus noster Romulus Augustus. 415.
Victoria trium Augustorum. 411.

ANASTASIUS AUG.

Dominus noster Anastasius Pius Felix Augustus. 411. 413.
Dominus noster Anastasius Populo Romano fecit Arelatensem urbem reconciliari. 413.
Dominus noster Anastasius Perpetuus Augustus. 415.
Victoria trium Augustorum. 410.
Victoria Augustorum. 415.
Vota Urbium Narbonensium primis Quinquennalibus Imperatorum trium maximorum. 415.

INDEX RERUM INSIGNIORUM

in Numiſmatis Sæculi Theodoſiani.

A.

A & Ω 381.
Angues, Aſiæ ſymbolum. 379.
ANTA in nummis Honorii non poteſt eſſe Antiochiæ. 384. 401. *bis.*
Anubis in nummis nullus. 378.
Apollo Tutator Romani Imperii. 408.
Auguſtæ quæ quorum ſint conjuges. 401. *bis.*
Auguſtus quid ſit. 363.
Auguſti ſimul plures. 363. quinam. 363. quatuordecim, ſimul. 382.
Auguſti quinquennales, & alii. 364.
Auguſtus nemo plus quam annis XX. 364.

B.

Baſiliſci Aug. ſtemma. 369.
Bono Reipub. nati 367. *ter.*

C.

CIMS 377.
C. ON. 405.
COM in nummis Eugenii Aug. 388. *bis.* & Johannis Auguſt. 404.
Conſtantinus qui dicitur Arelatenſis, non fuit genere Britannus. 406.

E.

Eudoxiæ Liciniæ ſtemma. 366 401.
Eugenius Aug. unde ſic appellatus. 365.

F.

Flavii Claudii, qui 365. 366.
Flavii Julii, qui. 365. *bis.*
Flavii Val. Maximi. 365.

G.

Gratiani Aug. ſtemma. 368.
Gratianus Aug. Honorii Aug. gener. 368. 391. non eſt Valentiniani filius. 402.

H.

Haſta tranſverſe humero dextro impoſita quid ſignificet. 377.
Helveti fugati, qui. 398. *bis.*
Honoria Gratiani Aug. filia fuit. 368.
Honorius & Arcadius nec fratres fuere, nec Theodoſio geniti. 366.

I.

Imperator quid ſit. 363.
Imperii Romani fines, qui. 363.
Imperii ſtatus ſub Auguſtis. 363.
Johannes Aug. unde ſic appellatus. 365.
Jovianus Aug. unde ſic appellatus. 366.
Jovianus Imp. Chriſtianus. 380.
Julianus annum vidit undecimum principatus. 377. De eo fabulæ hiſtoricorum. 379.
Junior, in nummis, quis. 382.

L.

Lateranenſis aula & Eccleſia quando primum ædificata. 364.
Leonis Aug. ſtemma. 369.
Liciniæ Eudoxiæ ſtemma. 366. 401.
Luna, Ceres. 379.

M.

Marciani Aug. ſtemma. 369.
Maximus Græce Μάξιμος, non Μέγιστος. 367.
Maximus Aug. e gente Fl. Maxima. 366. *Magnus*, non *Magnus* fuit. 366. 367. 382.

N.

Numiſmata in Aula Lateranenſi reperta. 364. *bis.*

P.

Princeps Juventutis, quid. 402.

R.

Romanæ Urbes, quæ. 381. *bis.*
Romulo Auguſto. 411.

S.

Sæculi Theodoſiani annus ſecundus, is qui Chriſti annus CCCCI. 364.
SEMP. SEMPER. Aug. 377. 414.
Siſtra. 379.
Spe Auguſtus. 408.

T.

Theodoſius Aug. unde ſic. appellatus. 365.
Theodoſius unicus: junior nullus fuit. 366. 386.
Θ Φ K. 402.

V.

Valens e familia Flavia Maxima. 392. *bis.*
Valentis & Valentiniani ſtemma. 368.
Valentiniani duo non fuere Chriſtiani ante ſuſceptum imperium. 408. Sub Juliano Auguſto Placidus Cæſar militavit. 408
Valentinianus & Valens non fuere fratres, ſed tantum cognati, ſive affines. 368.
Valentinianus Placidus non poteſt eſſe Conſtantii filius. 383. *Placidus* fuit non *Placidius*. 386.
Victor *Auguſtus*, non *Cæſar* tantum fuit. 367. *ter.* Non fuit Maximi Aug. filius. 367. *bis.* 401. *bis.*
Urbes Romanæ, quæ. 381. *bis.*



16

FL. CL. JULIANUS AUG.

ab anno Christi 390.





17

JOVIANUS AUG.

Ab anno Christi 390.



PROCOPIUS AUG.

Ab anno Christi 390.



18.

VALENTINIANUS, VALENS, ARCADIUS, MAXIMUS, VECUNINUS.

Simul iniere principatum anno Christi 400.



19.

VALENS, VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, MAXIMUS, HONORIUS, GRATIANUS,

Simul susepere VOT. V. MULT. X. anno Domini 400.



20.

Vota decennalia simul susceperunt

VALENS, VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS, GRATIANUS, anno Christi 405.





VALENS, VALENTINIANUS utervque, THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS, GRATIANUS, anno Christi 405.



21

Numismata alia in üsdem votis decennalibus percussa, anno Christi 405.



22

Vota quindecennalia simul suscepere VALENS, VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, & GRATIANUS, anno Christi 410.





***VALENS, VALENTINIANUS** uterque, **THEODOSIUS, GRATIANUS**, anno Christi 410.*



23

Vota vicennalia simul susceperunt

THEODOSIUS, HONORIUS, GRATIANUS, ARCADIUS,
anno Christi 415.



24

Vota tricennalia simul suscepere

***HONORIUS, THEODOSIUS, PLA. VALENTINIANUS, & VALENS** fortaſsis*
anno Christi 420.



25

VALENTINIANUS, THEODOSIUS, & EUDOCIA AUG.
anno Christi 414.



26

Simul Augusti fuere, & inter se concordes,
***VALENTINIANUS** uterque, **VALENS, THEODOSIUS, ARCADIUS, MAXIMUS, GRATIANUS, EUGENIUS, VICTOR** anno Christi 400.*





27

In partem ejusdem Victoriae, laudemque Reipublicae restitutae venerunt **VALENTINIANUS** *uterque*, **VALENS**, **GRATIANUS**, **MAXIMUS**.
Anno Christi 400.



Numismata ejusdem argumenti, forma parumper dissimili.
in **VALENTINIANO** *&* **VALENTE**.





28

Simul fuere Augusti. VALENTINIANUS *uterque*
VALENS. THEODOSIUS. GRATIANUS. ARCADIUS.
Anno Christi 400.



Sequuntur aliquorum ex eo numero Augustorum numismata, inscriptione eadem, typo paulum dissimili.



Alio typo, sed tribus saltem communi.

Alio rursum typo sed tribus communi.

Typi Singulares **HONORII** *&* **VALENTIS.**

Typus alius, **VALENTINIANO THEODOSIO** *communis.*

Inscriptiones singulares in nummis **THEODOSII** *&* **GRATIANI.**

In **GRATIANI AUG.** *&* **VALENTINIANI** *junioris nummis tituli singulares.*



***ARCADII & EUDOXIÆ** nummi.*



Nummi **VALENTINIANI, VALENTIS, & GRATIANI,** *alio typo.*





29

Simul Augusti fuere, & iidem concordissimi,

VALENTINIANUS, THEODOSIUS, HONORIUS, MAXIMUS, GRATIANUS, VICTOR, ARCADIUS, EUGENIUS, CALPITIANUS,

anno Christi 400.



30

Augusti simul fuere,

VALENTINIANUS, VALENS, HONORIUS, THEODOSIUS, ARCADIUS, GRATIANUS,

anno Christi 400







VALENTINIANUS, VALENS, HONORIUS, THEODOSIUS, ARCADIUS GRATIANUS
anno Christi 400.



31

Simul Augusti fuere,
VALENTINIANUS *uterque,* **HONORIUS, VALENS, GRATIANUS, EUGENIUS, IOHANNES, THEODOSIUS,**
anno Christi 400.



THEODOSIUS, HONORIUS, ARCADIUS,
eodem fere ac supra titulo numismatum, typo dissimili: eodem anno 400.

32

Simul Augusti fuere, & inter se concordes.
VALENTINIANUS *uterque,* **THEODOSIUS, GRATIANUS, MAXIMUS, EOANUS, BRITIUS,**
anno Christi 400.

VALENTINIANUS uterque, THEODOSIUS, GRATIANUS, MAXIMUS, EOANUS, BRITIUS.

Anno Christi 400.



Simul Augusti fuere.

VALENTINIANUS uterque, VALENS & GRATIANUS.

Anno Christi 400.



VALENTINIANUS uterque, VALENS & GRATIANUS.

Anno Christi 400.



34

VALENTINIANUS, VALENS, ARCADIUS & THEODOSIUS

Simul Augusti: & simul Augustae,

EUDOXIA, FLACCILLA, PLACIDIA, PULCHERIA.

Anno Christi 400.





35

MAXIMUS & VICTOR. *Augusti duo aequales.*
Sub annum Christi 403 vel 404.

36

Imperatores Augusti quatuor,
VALENTINIANUS *pater,* ***THEODOSIUS, HONORIUS, ARCADIUS,***
cum Augustis duobus,
VALENTINIANO JUN. & GRATIANO.
Anno Christi 400 & 405.

Eodem titulo sive argumento, typo non omnio simili.





37

Simul Augusti fuere, & iidem concordissimi,
VALENTINIANUS** uterque. **HONORIUS. THEODOSIUS. MAXIMUS. GRATIANUS, VICTOR, ARCADIUS. EUGENIUS, JOHANNES.
Anno Christi 415.

Typo sunt paululum dissimili priori, nummi qui sequuntur. inscriptione eâdem.



Typo alio dissimili, inscriptione eadem.



Typo eodem, quem secundo loco exhibuimus, inscriptionis forma paulum diversa.





38

Augusti simul fuere,

VALENTINIANUS *uterque*, **THEODOSIUS, HONORIUS, ARCADIUS JOANNES, CONSTANTINUS,**

anno Domini 415.



Nummus Singularis **HONORII AUG.**



39

JOVINUS, SEBASTIANUS, CONSTANTINUS, CONSTANS, & AULENAUS,

Simul Augusti, a Natali Urbis, anno Christi 415.




VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA

VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA

VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA


VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA
VICTORIA REGINA

40

PLA. VALENTINIANI.

Nummi singulares duo; adulterinus unus

41

Simul Augusti fuere

THEODOSIUS & MARCIANUS,

Anno Christi 420.



42

Simul Augusti renunciati sunt

AVITUS, MAJORIANUS, LEO, MARCIANUS, SEVERUS, GLICERIUS, PETRONIUS MAX.

& cum his fuere

VALENTINIANUS *junior* & THEODOSIUS.

Anno Christi 420.





42

Simul Augusti renunciati sunt

AVITUS, MAJORIANUS, LEO, MARCIANUS, SEVERUS, GLYCERIUS, PETRONIUS MAX.

& cum his fuere ***VALENTINIANUS*** *Junior, &* ***THEODOSIUS.***

Anno Christi 420.



43

Simul Augusti fuere.

LEO, ANASTASIUS, BASILISCUS, ZENO, MARCIANUS, NEPOS, ROMULUS & SEVERUS.

Anno Christi 438.



44

Simul Augusti fuere.

ANTHEMIUS, PRISCUS ATTALUS, OLYBRIUS.

Anno Christi 438.





PRISCUS ATTALUS, OLYBRIUS.

45

Nummi singulares LEONIS AUG. IMP.



46

Numismata singularia

ZENONIS patris. & LEONIS ZENONIS, & ANASTASII, & BASILISCI,

anno Christi 434.



47

Vota quinquennalia trium simul Imperatorum,

ANASTASII, ZENONIS, & BASILISCI,

anno Christi 434.





48

Nummi plurimorum hujus Saeculi Augustorum & Augustarum, eadem forma, eodemque typo, & in eodem loco percussi.





NUMISMATA
SÆCULI JUSTINIANEI.

DUum generum hic numismata ſunt. Alia aurea ſunt & argentea; quæ cudi fecere nimirum Civitates, præſertim Narbonenſis provinciæ, ac Trevirenſis, ſive Civitatum in illo tractu magiſtratus ac primarii Ordines. Nam extra quatuor provincias, Narbonenſem ſcilicet, quæ olim etiam Provincia Romanorum, hodie Languedocium eſt cum Provincia & Delphinatu & Sabaudia: deinde Italiam Tranſpadanam, quæ Ducatus Mediolanenſis eſt cum Pedemontio; octavam Italiæ regionem, ea ſaltem parte quæ Ravennam continet; & Lugdunenſem denique primam provinciam, cum Metenſi & Remenſi agro; non alia hoc Juſtinianeo ſæculo fuiſſe videtur ditio Auguſtorum; ut quidem nummi omnes illius ætatis omnino ſuadent. Poſt tempora Jovini & Sebaſtiani nulla apparent numismata Lugduni percuſſa; niſi forte Baduelæ Regis; & unum Zenonis patris a Lugdunenſibus Chriſtianis cuſum: nulla Sirmii, poſt Valentem: Siſciæ nulla poſt Valentinianum, Valentem, & Gratianum, nulla denique Treveris poſt eosdem, poſt Theodoſium & Jovinum. Sunt igitur omnes fere hoc ſæculo Juſtinianeo nummi ſolius propemodum provinciæ Narbonenſis. Ex quibus alii ſunt, de quibus jam diximus, ex auro & argento; alii autem ex ære, longe numero plures, & ad hiſtoriam illuſtrandam multo potiores. Nam hi quam obtinuerint Auguſti poteſtatem, an & ſimul Imperatores fuerint, annon; quæ ditio eorum fuerit, quos habuerint in Auguſtali dignitate collegas, quot quisque annis imperarit, miro docent artificio.

Viri Clariſſ. Du-Cangii, amici olim noſtri ex intimis, fidem ac peritiam ſatis laudare non poſſumus; qui curaverit diligenter exprimi ab inciſore litteras nummorum ſingulorum, etiam eas quas errore Monetariorum perverſe poſitas imperiti cenſerent. Norat vir longe ſupra Antiquarios peritus, nihil ſine conſilio in nummis eſſe poſitum, quos oporteret utique & Auguſtis ipſis, placere, quibus offerebantur, & ab eruditis ſaltem, quin immo & a plebe ipſa, cujus manibus terebantur, intelligi.

Plerosque igitur ex hiſce nummis ſculpi curavit in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana, ſive in Familiis Byzantinis Du-Cangius; nec ullum tamen interpretatus eſt, rei difficultate deterritus: ſed nummis relictis, de ſingulis Auguſtis id retulit, quod libri perhibent. Numismata nos omnia exponere cum Deo aggredimur, paucis admodum neglectis ac prætermiſſis, quæ ſunt nullius momenti ad eruditionem, hoc eſt, ad Hiſtoriam, ad Chronologiam, ad Genealogiam Auguſtorum.

Triplicis molis ex ære nummi ſunt; primæ, quos ex ære mediocri: tertiæ, quos ex minimo. Sunt nihilo minus quidam etiam & prima mole majores, quos ex maximo ære nuncupamus, & medagliones: & tertia minores quos ex minutiſſimo ære dicimus.

I.

PROSPECTUS SÆCULI JUSTINIANEI.

Anno Chriſti	Anastasius imp. aug.	Justinus imp. aug.	Basiliscus imp. aug.	Leo et Zeno imp. aug.
441	8	1 Anno I. Anno iſto primo, una cum patre,	8	8 Vidit Leo Zeno fortaſſis annum octavum.
	Baduela rex.			
	9 Hilderix rex.	2 Anno II. Justinus jun. aug. & aliquot forte ſequentibus annis. At ante annum patris octavum obiit.		
	10 Theia rex.			
	11 - - -	3 Anno III.		
	12 - - -	4 Anno IV.		
445	13 - - -	5 Anno V.		
	14 - - -	6 Anno VI.		
	15 - - -	7 Anno VII.		
	16 - - -	8 Anno VIII. Juſtini gener fit Juſtinianus.		1 Theodebertus imp. aug.
		9 Anno VIIII. - - - - -		2
		10 Anno X.		3
540		11 Anno XI.	11 Anno XI. Justinianus perp. aug. sc.	4
		12 Anno XII.	12 Anno XII.	5
	Athalaricus rex. 1	13 Anno XIII.	13 Anno XIII.	6
	2	Theodahatus rex.	14 Anno XIV.	7

| Anno Christi | | |

Anno Christi.			
	10	Anno x.	9 Theodosius Justiniani gener Aug.
495			
	11		10
	12		11
	13		12
	14		13
500	15		14 Leo junior, &
	16		15 Constantinus
	17		16 junior.
	18	Anno xviii.	17
	19		18
505	20	Anno xx.	19
	21	Anno xxi.	20
	22	Anno xxii.	21
	23		22
	24		23
510	25	Anno xxv.	24
	26		
	27		
	28	Anno xxviii.	
514	29	Anno xxix.	

A primo Justini anno ad xxix & ultimum Constantini, fratris Heraclii, anni sunt lxxiv. Ita ab anno i. sive xi. Juliani Aug. ad istum, anni sunt cxxv. Historici a primo Juliani ad ultimum Constantini Copronymi, quem faciunt hujus Leonis filium, cujus annus 24. hic e regione notatur, ponunt annos ccccxv. nempe ab anno Christi 361. usque ad annum 775.

2.

Quibus in locis numismata fuerint a temporibus Anastasii & Justini Augg. usque ad occasum Imperii, Augustorum honori percussa: & quæ ditio fuisse eorumdem Augustorum, ex eo intelligitur.

ANASTASIUS IMP. AUG.

Con *Civitates omnes Narbonenses.*
Conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*
Comob *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
In *Italiæ Negotiatores.*
Ni *Negotiatores Italiæ.*
Nic *Nicomediæ* negotiantes.
Rhodanus.

JUSTINUS IMP. AUG.

Aλεξ *Alexandriæ* negotiantes.
Ant x *Primæ Narbonensis tributum decimum.*
C n *Civitates Narbonenses.*
Con *Civitates omnes Narbonenses.*
Conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*
Conob *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
Gabalorum.
It & itt *Italia Transpadana.*
Kar *Karthagine* negotiantes.
Kyz *Cyzici* negotiantes.
N m *Narbonenses Mercatores.*
Niko *Nicomediæ* negotiantes.
Rhodanus.
Rom *Romani* Mercatores, sive Romano Imperio subjecti.
Tεs & tεc *Thessalonicæ* negotiantes.
Theupo *Theupoli*, seu Prusæ, negotiantes.
T Transpadani.

ÆLIA EUFEMIA AUG.

Cormob *Civitatum omnium Romanarum Mercatores obtulerunt.*

JUSTINIANUS IMP. AUG.

Aλεξ *Alexandriæ* negotiantes.
Antix *Primæ Narbonensis tributum nonum.*
A n *Civitates Narbonenses.*
Con *Civitates omnes Narbonenses.*
Cono & conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*
Kaicapeiac thc cεb. *Cæsarea Augusta*, in ora Palæstinæ.
Kart & car *Karthagine* negotiantes.
Kyz *Cyzici* negotiantes.
M i *Mercatores Itali.*
Niko vel nikom *Nicomediæ* negotiantes.
Ravenna.
Rhodanus.
Roma.
Theup & ΘΥΠΟΛ *Theupoli* negotiantes.
T *Transpadani.*

THEODEBERTUS IMP. AUG.

Cabillonum.
Conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*
Mettis.

BADUELA REX.

Ticinus.
Luri arrx *Lugdunum*, & *Arelate.*

SICARDUS.

Cono *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

GRIMUALDUS.

Cono *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

HILDERIX REX.

Kart *Karthagine* negotiantes.

TIBERIUS CONSTANTINUS AUG. IMP.

Con *Civitates omnes Narbonenses.*
Conob *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*
I t *Italia Transpadana.*
Kyz *Cyzici* negotiantes.
Niko *Nicomediæ* negotiantes.
N X M *Narbonenses Christiani Mercatores.*
Rom *Romani* Mercatores.
T *Transpadani.*
Tεs *Thessalonicæ* negotiantes.
Theup *Theupoli* negotiantes.
+ xx t *Christiani* Mercatores *Transpadani*, *Vicesimam* persolverunt.

+ XX ROM *Chriſtiani* Mercatores *Romano* Imperio ſubjecti, *Viceſimam* perſolverunt.
+ XXX CON *Chriſtianæ Civitates omnes Narbonenſes*, *Triceſimam* perſolverunt.
+ XXX KYZ *Chriſtiani* Mercatores *Cyziceni*, *Triceſimam* perſolverunt.

MAURICIUS IMP. AUG.

ARL *Arelatenſes.*
CAT *Civitates* XXX *Tranſpadanæ.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONO & CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*
COROB *Civitates omnes Romanæ obtulerunt.*
+ XXKRTC *Chriſtiani* Negotiatores *Karthagine conſtituti Viceſimam* perſolverunt.
KYZ *Cyzici* negotiantes.
MMVN *Mercatores Urbis Narbonæ.*
N M *Narbonenſes Mercatores.*
NIKO *Nicomediæ* negotiantes.
+ XX RAVEN *Chriſtiani* Mercatores Ravennates *Viceſimam* perſolverunt.
+ XX ROM *Chriſtiani* Mercatores *Romani*, ſive Romano Imperio ſubjecti, *Viceſimam* perſolverunt.
TЄS *Theſſalonicæ* negotiantes.
THЄUP *Theupoli* negotiantes.
VIENNA.

TIBERIUS REX.

Mauricii Imp. Vicarius.

A T *Arelatenſium tributum.*

FOCAS AUG.

CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
C T *Civitates Tranſpadanæ.*
KRTG *Carthaginenſes.*
+ XX KYZ *Chriſtiani Cyzici* negotiantes, *Viceſimam* perſolverunt.
MXM *Mercatores Chriſtiani Maſſilienſes.*
MXN *Mercatores Chriſtiani Narbonenſes.*
NXM *Narbonenſes Chriſtiani Mercatores.*
+ XX NIKO *Chriſtiani Nicomediæ* negotiantes, *Viceſimam* perſolverunt.
RAVENNA *Ravenna.*
TЄS *Theſſalonicæ* negotiantes.
THЄUP *Theupoli* negotiantes.

HERACLIUS IMP. AUG.

AΛЄΞ } *Alexandriæ* negotiantes.
AΛЄξAN }
CAT *Civitates triginta Tranſpadanæ.*
CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
NIKO *Nicomediæ* negotiantes.
XX RAV Mercatores *Ravennates*, *Viceſimam* perſolverunt.
XX ROM Mercatores *Romani*, ſive Romano Imperio ſubjecti, *Viceſimam* perſolverunt.

CONSTANTINUS IMP. AUG.

CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
C T *Civitates Tranſpadanæ.*
KRTS & CRTS *Karthaginenſes.*
XMN *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes.*
RAV *Ravennates.*

FILEPICUS AUG.

CONOB Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.

APTEMIUS ANASTASIUS.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

LEO & CONSTANTINUS.

CON *Civitates omnes Narbonenſes.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*
X M N *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes.*
X N
X M N *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes.*
X N

THEODOSIUS JUSTINIANI GENER AUG.

CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.*

3.

Simul Auguſti fuere,
BASILISCUS, ANASTASIUS, JUSTINUS,
Anno Chriſti 441.

Simul Auguſtos fuiſſe, Baſiliſcum, Anaſtaſium, & Juſtinum, cogit confiteri numismatum ipſorum, excepto ſolo nomine, indiſcreta ſimilitudo.

Tab. I. 1. D. N BASILISCUS P. F. AUG. *Dominus noſter Baſiliſcus Pius Felix Auguſtus:* cum galea, haſta transverſe humero dextro impoſita, & clypeo. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum.* Victoria ſtans, in dextrum latus obverſa crucem oblongam tenet, læva veſtem ſublevat: latere nummi ſiniſtro, ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum. B *ſecundum* numisma, oblatum Principi. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt in Theſauro Regio; & in Theſ. Brandeburg. pag. 848. Apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 69. absque littera B idem nummus habet COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Ibid. 2. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus:* cum galea, haſta, & clypeo, ut proxime .)(. VICTORIA AUGGG *Victoria trium Auguſtorum.* A *primum* numisma, quo conſignata ea Victoria eſt. Victoria ſtans, ut in nummo præcedente. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 84. verſu 1. cui ſimilis eſt apud Gretſerum, pag. 70. cum COMOB ut & in Theſauro Regio, & in Theſ. Brandeb. pag. 849.

Ibid. 3. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. Cum galea, clypeo, & haſta, ut ſupra. .)(. VICTORIA AUGGG Δ *Victoria trium Auguſtorum, quarto* iſto numismate conſignata. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 1. In Regio plane ſimili, pro Δ eſt A *primo.*

4.

Simul Auguſti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
Anno Chriſti 442.

Numismata Anaſtaſii Aug.

Tab. I. 1. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. *Dominus noſter Anaſtaſius Perpetuus Auguſtus.* .)(. In ambitu, CONCORDI In medio I cruce ſuperpoſita: *Concordia Chriſtianorum Imperatorum.* Eſt ex ære apud Mediobarbum, pag. 557.

Ibid. 2. D. N. ANASTASIUS PP AUΓ. *Perpetuus*

petuus Augustus. Capite cincto gemmis. .)(. Ut supra, *Concordia Imperatorum Christianorum*. Ad latera, hinc I & inde N. *Italiæ Negotiatores*. Est ex ære minimo apud P. LUDOVICUM JOBERT, e Societate nostra.

Tab. I. 3. D. N. ANASTASIUS AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, litteris ex parte implicitis, RHODANUS. Quinarius argenteus est in Thesauro Regio, & apud D. Comitem de Vaux, & in Museo P. JOBERT, Affert hunc etiam e Museo suo Mediobarbus, pag. 555. Sed quid ad Anastasium Rhodanus, si libros consulimus?

Ibid. 4. Eadem inscriptio. Similem istum proxime præcedenti nummum, pariterque argenteum, Mediobarbus affert ibidem e Museo suo; adjecto tantum hoc lemmate, INVICTA ROMA. Est & in Thes. Brandeb. pag. 849.

Numismata Justini Aug.

Ibid. 1. D. N. JUSTINUS P. P. AUG. *Perpetuus Augustus*, capite cincto gemmis. .)(. In ambitu, CONCORDIA In medio, I cruce superposita: *Concordia Imperatorum Christianorum*; Infra, GNA *Gaudium Narbonensibus attulit*, ut nunc quidem conjicimus. Est ille ex ære minimo in Const. Christ. Du-Cangii. pag. 90. versu 5. ubi Justino juniori perperam adscribitur.

Ibid. 2. D. N. JUSTINUS AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, litteris implexis ex parte, RHODANUS. Est argenteus quinarius in Thesauro Regio, in Museo nostro, & in Thes. Brandeburg. pag. 850. Sed accuratius, quam isthic, pingitur apud Gretserum, tomo III. de Cruce, pag. 71. & ab eodem recte tribuitur Justino seniori, cui & ipsum adscribit Begerus, in Thes. Brandeburgico. Apud Gretserum, culpa inciforis, ut ipse Gretserus admonet, omissa est littera O. Recte iterum delineatus apud eumdem hic nummus est, pag. 79. Est & apud Paulum Petavium pariter argenteus, Tab. 10. cum epigraphe, D. N. JUSTINUS P. AUG. *Perpetuus Augustus*. Est & in Const. Christ. Du-Cangii, pag. 90. versu 7. ubi perperam Justino juniori tribuitur.

Ibid. 3. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea, ut supra, RHODANUS: & in ambitu, INVICTA ROMA. Est argenteus quinarius, apud D. Comitem de Vaux, & in Const. Christ. pag. 90. versu 6. ubi pariter Justino juniori tribuitur. Verum in Dissert. de inferioris ævi Numism. pag. 52. num. LXXIII. dictum revocat; aïtque Justino seniori fortassis, non juniori, adscribendos eos fuisse nummos, qui monogrammata ea habent, præsertim cum adjecto lemmate, INVICTA ROMA: quoniam ei oportet ætati hos tribui, qua Italiæ pariter reges in suis nummis idem lemma exhibent. Ergo, aïmus nos, etiam Theodahatus & Athalaricus simul fuere; & uterque sub Justino & Justiniano simul. Certum enim esse confitemur, similem nummorum formam, delineationem, inscriptionem, idem prorsus tempus fabricæ eorumdem arguere.

Numismata Justiniani Aug.

Ibid. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. *Perpetuus Augustus*. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In medio I cum cruce superposita: In ambitu, CONCORDI. *Concordia Christianorum Imperatorum*: Ad latera hinc X inde G *Christianorum gaudium*. Confer nummum 1. Justini. Infra, THEUP. *Theupoli* negotiantes, quæ est Prusa Bithyniæ, ubi Mercatores Narbonenses negotiabantur. Est hic nummus ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 88. versu 6.

Ibid. 2. Eadem inscriptio. Sedet ipse, dextra hastam gerens, sinistra orbem Romanum, cum cruce ei superposita. .)(. In medio, I cum superposita pariter cruce, *Imperator Christianus*. Sic in nummis Julii Cæsaris Dictatoris, IIT est *Imperator iterum*. In ambitu, CONCORDI. OC *Concordia omnium civitatum*. Est hic nummus ex ære minimo, apud D. BAUDELOT. Ex eo conjicere licet, CONOB recte explicari a nobis, *Civitates omnes* &c.

Ibid. 3. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. *Pius Felix Augustus*: Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, litteris partim implicitis, partim sparsis, RHODANUS. Est apud Gretserum, tomo III. de Cruce, pag. 79. Cur autem Anastasio, Justino, & Justiniano, numismata cudunt Rhodani amnis accolæ in Gallia Narbonensi, si scripta dumtaxat monumenta consulimus?

5.

Simul Augusti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
THEODEBERTUS,
Anno Christi 448.

Numismata Anastasii Aug.

Tab. I. 1. D. N. ANASTASIUS. Capite cincto gemmis. .)(. € A *Christe, Exaudi Anastasium*. Est ex ære minimo, apud D. Baudelot. Monogrammata in nummis Latinis scribere, hoc est, vel alicujus nominis litteras omnes, vel priores tantum alicujus sententiæ implicitas exhibere, primum hæc ætas, opinor, excogitavit: quæ causa est quamobrem paulo rudiora sint quædam ex illis. Littera € vice geminæ litteræ est: E nimirum incurvæ; & C. Inserta in medio sunt puncta duo, ut duas esse ibi litteras agnoscamus, cum alioquin unicam esse suspicari quis posset. Est illa interim Christi invocatio, similis ei, quam in nummis etiam Ludovici Pii Imp. vidimus: XPE PROTEGE LUDOVICUM IMP. Et in argentea pecunia etiam hoc ævo scribi mos est, DOMINE SALVUM FAC REGEM.

Ibid. 2. Eadem inscriptio, &c. .)(. € A *Christe Exaudi Anastasium Augustum*. Est ibidem ex ære minimo. Littera A sic est efformata, ut in meditullio simul litteram V exhibeat.

Ibid. 3. D. N. ANASTASIUS. Capite cincto gemmis, & cruce capiti superposita..)(. € AAN *Christe exaudi Anastasium Augustum nostrum*. Est ex ære minutissimo, in Cimelio Domus Professæ Societatis Jesu, Parisiis. Ea formula, *Augustum nostrum* frequens occurrit in nummis antiquis. In nummis Constantii & Constantis, VICTORIÆ AUGGQ NN *Victoriæ Dominorum Augustorumque nostrorum*. Et sic centies alibi. Hic etiam diligentia Monetarii posteriorem litteram A discriminavit a priore: nam ut *Augustum* significaret, effecit ut A simul & in meditullio V referret.

Ibid. 4. D. N. ANASTASIUS. Capite cincto gemmis. .)(. € Γ *Christe exaudi tres*. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART. Spectabat hujus nummi opifex illud Christi promissum, Matth. XVIII, 19, 20. *Iterum dico vobis, quia si* DUO *ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Ubi enim sunt* DUO *vel* TRES *congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Rogat igitur, qui hunc nummum percussit, vel legit, ut tres inter se concordes Augustos, pacemque & tranquillitatem Christianæ Reipublicæ flagitantes, Christus exaudiat, devictis domitisque Christiani nominis inimicis. Augusti hi tres sunt; Anastasius, Justinus, & Justinianus.

Numismata Juſtini Aug.

Tab. I. 1. D. N. JUSTINUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. Є + *Chriſte exaudi Chriſtianos.* Nam crux in hiſce nummis Chriſtianos denotat. Eſt ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Eſt & in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 6. & apud Paulum Petav. Tab. 13.

Ibid. 2. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. *Pius Felix Auguſtus*, capite cincto gemmis. .)(. ∃ + *Chriſti exaudi Chriſtianos.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo noſtro. Ut in partem venire ſententiæ, quæ hic exhibetur, crux ipſa etiam intelligatur, ad eam litteræ duæ aliæ, quæ ſunt nexæ, C & Є convertuntur.

Ibid. 3. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto corona e gemmis. .)(. B. ☧ Є *Duos Principes Chriſtianos exaudi Chriſte*: Juſtinum videlicet ſocerum, & generum Juſtinianum. Eſt hic nummus ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART: qui nummus lucem affert duobus iſtis qui ſequuntur, ac viciſſim ab illis accipit.

Ibid. 4. Eadem inſcriptio. .)(. Γ ☧ Є *Tres Chriſtianos Principes exaudi Chriſte.* Nam. litteras X & P eſſe Latinas in his numismatis arbitramur; ac priore X *Chriſtianos* ſignificari; littera P *Principes.* Littera Græca Γ *tres* ſignificat. Alludit hic etiam uterque nummus ad promiſſum Chriſti, quod ſuperius in Anaſtaſio deſcripſimus, ex Matth. XVIII, 19, 20. Eſt hic nummus ex ære minimo, apud Patinum in Indice, pag. 35. & in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 6. ubi Juſtino juniori perperam tribuitur.

Ibid. 5. D. N. JUSTINUS P. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. Δ ☧ Є *Quatuor Chriſtianos Principes exaudi Chriſte.* Nam ſi tres inter ſe conſentientes Chriſtus exaudit, quanto magis quatuor? Eſt hic nummus ex minutiſſimo ære, apud D. BAUDELOT. Quartum illum Auguſtum, Theodebertum eſſe, nummus ipſius Theodeberti docet.

Numismata Juſtiniani Aug.

Tab. I. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AU. *Pertuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis .)(. Є + *Chriſte exaudi Chriſtianos*, ut in nummo Juſtini. Eſt ex ære minimo, apud D. BAUDELOT: & apud D. DE BOZE.

Ibid. 2. D. N. JUSTINIANUS PP AG *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. ∃ *Chriſte exaudi Chriſtianos*: litteris C & Є atque ipſa cruce ſimul nexis. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 8.

Ibid. 3. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, Є *Chriſte exaudi Chriſtianos.* Eſt ex ære minimo, apud P. LUD. JOBERT, & P. CHAMILLART.

Ibid. 4. Eadem inſcriptio. .)(. B *Chriſte exaudi duos*, Juſtinianum ſcilicet & Juſtinum. Eſt ex ære minimo, apud D. BAUDELOT.

Ibid 5. Eadem inſcriptio. .)(. Є Δ *Chriſte exaudi quatuor* Principes, Juſtinianum ſcilicet, & Juſtinum, Anaſtaſium, & Theodebertum: ut in Juſtini numismate diximus. Eſt hic etiam ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ibid. 6. D. N. JUSTINIANUS P. A. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. Є § *Chriſte exaudi Chriſtiani vota orbis*: litteris V & O ſimul nexis. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. JOBERT. Habemus Valeriani & Gallieni numismata inſcripta, VOTA ORBIS: & in Conſtantino juniore, VOTA VICENNALIA ORBIS.

Ibid. 7. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. MULT. HTI *Vota multa, Hoſpiti Tranſpadanorum Imperatori.* Nummus argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 6. & in Collectione Ms. D. de Peireſc. pag. 378. Qui nummus ſi conferatur cum altero Leonis Imp. quem in Sæculo Theodoſiano attulimus, §. 45. num 2. THCOB & cum altero Valentis ibidem, §. 27. num. 25. HSIPN. apparebit genuinam hanc quoque interpretationem eſſe Juſtinianei numismatis: & in Italia proinde Tranſpadana Juſtinianum Aug. præſertim habitaſſe.

Tab. II. 8. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VOT. MULT. V. M. *Votis multis Victorum maximorum*, Juſtiniani & Juſtini, qui ſunt Victores cognominati, ut poſtea videbimus. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt nummus argenteus perrarus, quem vidimus. In ſchedis D. Vaillant, eſt VOT MULTUM.

Numisma Theoberti Aug.

Tab. II. TЄUDЄBЄRTЄ, vel potius Є TЄUDЄBЄRT cum ☧ Chriſti monogrammate, quod in partem venit inſcriptionis cum nomine Teudeberti; & nominis hujus ipſius litteræ ſic ſunt æquali inter ſe disjunctæ intervallo, nihil ut interſit utrum TЄUDЄBЄRTЄ legas, an (quod verius eſt) Є TЄUDЄBЄRT. Sententia enim eſt, *Chriſte exaudi Theudebertum.* .)(. Crux. In ambitu, CABILLONU. *Cabillonum* in Lugdunenſi prima provincia, ad Ararim amnem, *Chalons ſur Saone.* Ex hoc numismate intelligimus, æqualem, σύγχρονον, fuiſſe Theodebertum Anaſtaſio, Juſtino, & Juſtiniano Auguſtis, quandoquidem eſt eadem numismatum ipſorum inſcriptio. Nam hæc eſt certiſſima concordiæ & ſimul geſti principatus nota, ut eruditi confitentur. Eſt hic triens aureus, ſed mixto ære multo, apud Bouterouë, pag. 224. ex Cimelio Illuſtr. Harlæi.

6.

Simul Auguſti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
anno Chriſti 448.

Numismata Anaſtaſii Aug.

Tab. II. 1. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. N + IK *Negotiatores Karthaginenſes Chriſtiano Imperatori.* Eſt ex ære minimo in Conſt. Chriſt. pag. 84. verſu 3. In Theſauro Brandeb. pag. 849 habet adjectum latere nummi ſiniſtro, poſt litteram K, ſidus Solis in alio ſimili, apud P. JOBERT, litteræ K ſubjecta eſt minoris formæ littera Δ ut ſit ſententia; *Negotiatores Karthaginenſes quartum* hoc numisma cudunt *Chriſtiani Imperatoris* honori.

Ibid. 2 D. N. ANASTASIUS PP. AU. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. + K Γ *Chriſtiani Karthaginenſes tertium* hoc numisma cuderunt honori Principis. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 3. Eadem inſcriptio. .)(. + K Δ *Chriſtiani Karthaginenſes quartum* hoc numisma Principis honori cuderunt. Eſt ex ære formæ mediocris apud P. JOBERT.

Ibid. 4. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. + L Є *Chriſtiani Karthaginenſes quintum* hoc numisma Principis honori perculſerunt. Eſt ex ære mediocri, apud D. Abb. FAUVEL.

Numismata Juſtini Aug.

Tab. II. 1. D. N. JUSTINUS PP. AUG. *Perpetuus*

tuus Augustus. In corona quercea, K + *Karthaginenses Christiani.* Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 90. versu 6. Solis sidus Principem Romanum denotat.

Tab. II. 2. Eadem inscriptio. .)(. + K Γ *Christiani Karthaginenses tertium* hoc numisma Principi dedicarunt. Est ex ære mediocri in Museo nostro.

Ibid. 3. Eadem inscriptio: sed in fibula vestis adjectum est ☧ Christi monogramma. .)(. + K Δ *Christiani Karthaginenses* Mercatores *quartum* hoc numisma Principi dedicarunt. Est ex ære mediocri, ibidem.

Ibid. 4. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. + K Є *Christiani Karthaginenses quintum* hoc numisma Principis honori percusserunt. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

Numismata Justiniani Aug.

Tab. II. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. M + IK *Mercatores Karthaginenses Christiano Imperatori.* Est est ære minimo, in Const Christ. pag 88. versu 8. Sidus Solis Romanum principem designat.

Ibid. 2. Eadem inscriptio. .)(. In corona quercea, K + *Karthaginenses Christiani* Mercatores. Est ex ære minimo, ibidem, pag. 90. versu 1.

Ibid. 3. Eadem inscriptio. .)(. P K *Protector Karthaginis*, quemadmodum in nummo Constantini Imp. legitur, PROTECT. KART. SUAE. Est hic argenteus apud D. Comitem de Vaux, & in Const. Christ. pag. 90. versu 3.

Ibid. 4. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona quercea, PK Є *Protectorem Karthaginis exaudi Christe.* Est quinarius ex argento perelegantis fabricæ, in Museo P. CHAMILLART.

Ibid. 5. Justiniani Aug. vultus, capite cincto gemmis, sine epigraphe. .)(. K *Karthaginenses* Mercatores. Argenteus, perelegantis fabricæ, apud D. Comitem de Vaux.

Ibid. 6. Huic simillimum vidimus argenteum, vultu femineo, capite diademato, cum baccato monili, sed sine epigraphe similiter, apud D. BAUDELOT, qui excudi in ære hanc effigiem ipse curavit. In aversa pagina, sola pariter est littera K. Indiscreta similitudo fabricæ plane suadet oculis conjugem hanc esse Justiniani Aug.

7.

Simul Augusti fuere,
JUSTINUS & JUSTINIANUS,
anno Christi 452.

Numismata Justini Aug.

Tab. II. 1. D. N. JUSTINUS PP. AUG. *Perpetuus Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, C N *Civitates Narbonenses.* Sic CONOB interpretati sumus, *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est nummus argenteus in Thes. Brandeb. pag. 850. & apud Mediobarbum, pag. 569. ubi Justino juniori tribuitur.

Ibid. 2. D. N. JUSTINUS P. AUG. *Perpetuus Augustus*: galeam gestat, & clypeum; dextra orbem Romanum, cui Crux est superposita· .)(. In corona laurea, I *Imperator*, fidere Solis hinc & inde appositio, Romani Principis symbolo. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART, & in Const. Christ. pag. 88. versu 2.

Ibid. 3. D. N. JUSTINUS P.P. AUG. Capite cincto gemmis· .)(. In corona laurea; implicitæ litteræ hæ: PROTE. JUSTIN. DEUS: hoc est, *Protege Justinum Deus.* Est argenteus apud Paul. Petav. Tab. 10. & in Const. Christ. pag. 90. versu 6.

Numismata Justiniani Aug.

Tab. II. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. *Perpetuus Augustus*: capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, C N *Civitates Narbonenses*, ut in nummo Justini. Est pariter argenteus in Thesauro Regio, apud D. Comitem de Vaux, & in Const. Christ. pag. 90. versu 3.

Ibid. 2. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea, I *Imperator*; fidere Solis hinc & inde appositio, ut in secundo Justini numismate. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART, & in Const. Christ. pag. 88. versu 4.

Ibid. 3. Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea litteræ hæ implicitæ: PROT. JUSTINIAN. D. S. N. hoc est, *Protege Justinianum Deus Salvator noster.* Est argenteus, ut Justini nummus, in Const. Christ. pag. 90. versu 3.

Ibid. 4. D. N. JUSTINIANUS AUG. .)(. In corona laurea, implicitæ litteræ istæ: PROTE. JUSTIN. DEUS, hoc est, *Protege Justinianum Deus.* Est argenteus quinarius nummulus, apud P. CHAMILLART, & in Thes. Brandeb. pag. 852.

Ibid. 5. D. N. JUSTINIAN. Capite cincto gemmis. .)(. I *Imperator Christianus*: fidere Solis, Romanum Principem; cruce, *Christianum* significante. Est ex ære minimo, in Cimelio Domus Professæ Societatis Jesu, Parisiis.

8.

Simul Augusti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS.
anno Christi 452.

Numismata Anastasii Aug.

Tab. II. 1. &c. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. *Perpetuus Augustus*, capite cincto gemmis. In vestis fibula, ☧ Christi monogramma, quo eximia Principis erga Christum pietas designatur. .)(. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, A *primum* hoc numisma Principis honori percusserunt. In alio B *secundum*: Γ *tertium*: Δ *quartum*: Є *quintum*: Θ *nonum*: NIC *Nicomediæ* negotiantes. Sunt hi nummi ex ære maximo. Primus in Museo nostro, in Const. Christ. pag. 84. versu 2. & in Thes. Brandeb. pag. 849. Secundus, tertius, quartus, & sextus, in Museo nostro. Quintus apud P. CHAMILLART. Septimus in Const. Christ. ex ære mediocri pag. 84. versu 3. Sidus Solis, Romanum Principem; Crux, Christianum designat.

Numismata Justini Augusti.

Tab. II. 1. D. N. JUSTINUS PP. AU. *Perpetuus Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium.* Est ex ære magno apud P. CHAMILLART.

Ibid. 2. Ea inscriptio. .)(. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, B *secundum* numisma Principi dedicarunt. Est ex ære magno in Museo nostro.

Ibid. 3. Eadem inscriptio. .)(. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*. Є *quintum* numisma istud cuderunt. Est ex ære magno, ibidem, & apud Occonem, pag. 581. quem cum descripsit Gretserus,

tomo

tomo III. de Cruce, pag. 71. exhibuit COM pro CON magno inciſoris errore.

Numiſmata Juſtiniani Aug.

Tab. III. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numisma hac forma cuderunt. Eſt ex ære magno, apud P. CHAMILLART. In alio, ibidem, Є *quintum.* In noſtro, B *ſecundum.*

Ibid. 2. D. N. &c. ut ſupra. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, THЄUPO *Theupolitani*, ſive Pruſæ in Bithynia negotiantes: A *primum* hoc iſtius formæ numiſma cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid 3. Eadem inſcriptio. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, NIKOM *Nicomediæ* negotiantes, B *ſecundum* iſtud hujus formæ numisma cuderunt. Eſt ex ære magno ibidem. Pro ſidere Solis in hoc numismate crúces ubique ſunt appoſitæ.

Ibid. 4. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut ſupra. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*. ROMA Romanarum in Galliis civitatum, numisma hujus formæ cuderunt. Eſt in Muſeo noſtro, ex ære mediocri: ex ære magno, apud P. JOBERT.

Ibid. 5. Eadem inſcriptio. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, Chriſtiani Mercatores, KART qui *Karthagine* negotiantur. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro, & apud P. CHAMILLART: in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 7. Occo pag. 582. addit ſub M litteram B. ſed errore magno legit PART pro KART.

9.

Numiſmata Focæ Cæſaris.
ad annum Chriſti 442.

Tab. III. 1. & 2. Numisma prorſus ſingulare Focæ adhuc adoleſcentis Cæſaris, eſt in Muſeo P. CHAMILLART; quod & metalli forma, & fabricæ genus, & ætas in eo Focæ adnotata, non ſinit alio credi anno, quam Chriſti 442. fuiſſe percuſſum. Eſt & in Collectione D. de Peireſc, pag. 321. In antica parte habet has litteras Græcas, Є K: in poſtica, implicitas implexasque litteras, quæ ſimul cum prioribus efficiant hanc ſententiam: Ἐλέησον Κύριε Φοκᾶ τῷ νεανίᾳ, *Miſerere Domine Focæ adoleſcentis.* Neque enim aut aliud dici poteſt his litteris inter ſe nexis, aut non Focæ nomen, perſpicue exprimi. Et adoleſcentem certe eum hoc anno fuiſſe, nummi etiam illi ſuadent, qui ipſius honori, cum jam Auguſtus eſſet, poſt annos XXXII. fuere percuſſi; nam hi ſeniorem illum & barbatum exhibent. Quod ſi adoleſcenti autem, necdum Auguſto, nummi dicati fuerunt, certe hunc fuiſſe oportet, ut mores erant illius ætatis, ex domo Principali, ſive Auguſta ac Cæſarea: Et fuiſſe illum ſane Juſtini Aug. fratrem, Juſtini Focæ pronepotem, illius qui primus e gente ſua cum Flavia Claudia junxit affinitatem, ut oſtendimus in Sæculo Theodoſiano, §. 10. docet ipſius Focæ nummus, a nobis ſuo loco, §. 28. num. 8. elucidandus: nec vero alio præter hunc Auguſto genitus dici Focas poſſe omnino videtur. Fuit igitur in Juſtinorum familia Focæ cognomen in primis nobile, ut Condæi in familia Borbonia. Focæ Patri Gratiano, fratrive Juſtino Aug. addictus Monetæ opifex, honori etiam ipſius Focæ cudit hoc numisma; quem morbus fortaſſis aliquis detineret, & ab Auguſtali dignitate potiunda depelleret, tunc cum Juſtinus Auguſtus eſt renunciatus: vix enim reipſa tunc Focas annum attigerat octavum decimum, ut quidem ſuadet vox νεανίας. Cui ergo per Senatum non licuit Latina conflare numismata, quæ venalia opifex de more proponeret, is Græca cudit ſuapte ſponte, perito ſane artificio ac plane novo. Ex iſto autem numismate erroris atque imperitiæ ſecure arguas Zonaram, Theophylactum, Simocattam, ſimilesque Græcos, qui non Φοκᾶν ſcripſere, ut ſcribi oportuiſſe hic nummus admonet; ſed Φωκᾶν, quæ vox vitulum marinum ſignificat. Et videtur ſane veriſimilius a vocabulo Latino *focus*, unde *foci patrii*, & *pro aris ac focis pugnare* dicunt Latini deductum eſſe nomen Latinum Focas, quam a Græco Φωκᾶς, quod eſt piſcis marini nomen.

Simillimus huic nummo alter eſt apud D. Abb. FAUVEL: niſi quod pro Є K eſt Є + hoc eſt, ἐλέησον Χριστὲ Φοκᾶ τῷ νεανίᾳ: *Miſerere Chriſte Focæ adoleſcentis.*

10.

Numismata, in quibus anni ſunt notati, quibus imperavit JUSTINUS AUG. hoc eſt ab anno Chriſti 441. ad annum 453.

Tab. III. 1. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. *Dominus noſter Juſtinus Pius Felix Auguſtus.* Capite gemmis cincto. Is *Pius Felix*, quia Gratianii Pii Felicis Aug. filius, ut in Sæculo Theodoſiano diximus, §. 10. .)(. VICTOR. Stat ipſe, dextra crucem oblongam tenens, ſiniſtra clypeum. Eſt apud Patinum, ex ære mediocri. Hic ſunt primæ litteræ totidem vocum in hanc ſententiam: *Urbibus Imperii Civitates Tranſpadanas Omnes Reconciliavit.* Gallice: *Il a reconcilié avec les villes de l'Empire, toutes celles du Piémont, & presque toutes celles du Duché de Milan.*

Ibid. 2. D. N. JUSTINUS PP. AU. 1. *Perpetuus Auguſtus Imperator.* .)(. ANNO 1. *Anno primo:* qui fuit annus Chriſti 441. K cum ſuperpoſita cruce, & infra TЄC Græcis litteris, pro ΘЄC. Χριστιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari* Mercatores *Theſſalonicæ* conſtituti, vel negotiantes. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. JOBERT, & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 2.

Ibid 3. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Sedet Chriſtus non Deipara; ille dextera orbem Chriſtianum, hoc eſt, orbem Romanum, cui Crux impoſita eſt; hæc oblongam dumtaxat crucem ſiniſtra gerit. .)(. ANNO II. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*. CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numisma iſtius formæ hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 7. & 8. In alio perſimili e Muſeo P. CHAMILLART, eſt littera Δ quæ *quartæ* fabricæ numisma deſignat.

In illis Juſtini Aug. numismatis, quæ geminam effigiem, ut iſtud, ſedentem exhibent; recte conjecerunt ii, qui alteram eſſe viri, feminæ alteram eſſe cenſuerunt: nam iſtud apertum & perſpicuum eſt in his quæ habemus. Sed Divum aliquem ac Divam agnoſci ibi ſtatim oportuit, ex radiis, qui ex capitibus amborum emicant, finiunturque limbo ſive circulo, cujusmodi nonniſi Divorum imaginibus in nummis antiquis adjicitur. Unde fit ut neque in aliis ejusdem Juſtini nummis, in quibus vultus ipſius more ſolito exhibetur, ullus appareat circulus iſtiusmodi; neque in aliorum Imperatorum numismatis. Quin immo etiam in egregio Focæ Auguſti numismate, in quo ſtat ipſe cum Deipara, caret ipſe eo circulo, gloriæ cæleſtis indice, quo Deiparæ caput circumcingitur. Sic in pulcherrimo ex ære majoris moduli nummo, qui in Muſeo noſtro adſervatur, cum ſit inſcriptus titulus, D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. non Juſtiniani tamen, ſed Chriſti ſervatoris

ris effigies cernitur, radiato capite, ſedentis, & orbem Romanum, cui Crux impoſita, dextra geſtantis. At in nummis iſtis, qui ſunt ævo Juſtini Imp. percuſſi, aliquanto minor Deïparæ effigies, quam Chriſti, eſt; ut ex humerorum utriusque excelſitate oculi ipſi ſentiunt ac judicant.

Tab. III. 4. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſti Servatoris, & Deïparæ effigies, ut proxime. .)(. ANNO III. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* conſtituti ac negotiantes, Ϛ *ſextum* iſtud hujus formæ numisma hoc anno cuderunt. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 8. ex ære mediocri. In alio ſimili e Muſeo San-Genovefano, D. N. JUSTINUS PP. AU. I. *Perpetuus Auguſtus Imperator*: & in averſa area pro littera Ϛ eſt B *ſecundum*.

Ibid. 5. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. ANNO IIII. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano imperatori*, TES *Theſſalonicæ* conſtituti Mercatores. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 6. VTIIIJTTSPPAV. Chriſti Domini ac Deïparæ effigies, ut ſupra; ſed ambo dextris unum ſimul orbem Romanum tenent, cui Crux eſt impoſita. Sententia his tituli litteris comprehenſa hæc eſt: *Votis totius Imperii, Juſtinum Imperatorem Italia Tranſpadana ſuſcepit Perpetuum Auguſtum.* .)(. ANNO IIII. K cum cruce ſuperpoſita, Χριſτιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari* numisma hoc dedicatur. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 2. ex ære mediocri. In ſæculo Conſtantiniano non ſemel VI *Votis Imperii* eſt. Tranſpadana Italia in nummis antiquis, quos Romani homines cudebant, Romano more appellatur ea, quæ a Plinio pariter libro III. ſect. XXI. *Tranſpadana Italiæ regio undecima* nuncupatur: in qua Auguſta Taurinorum, Auguſta Prætoria, Eporedia, Vercellæ, Novaria, Ticinum, Mediolanum, Comum, Bergomum, Licini forum. Hanc ævo ſequiore Galliam Tranſpadanam magis placuit appellari.

Ibid. 7. VTIIIJTTSPPAV, ut proxime. .)(. ANNO IIIII. *Anno quinto.* Cetera ſunt ſimillima. Sub littera K ſubjicitur P *primum* numisma. Eſt etiam iſtud in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 2.

Ibid. 8. D. N. JUSTINUS PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ſceptra geſtantes: ambo ſimul unum orbem Romanum, cui Crux eſt impoſita. .)(. ANNO V. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* hoc numisma iſtius formæ hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 9. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent, dextro latere ille orbem Romanum, cui Crux impoſita: hæc ſiniſtrorſum, & aliquanto minor, crucem geſtat. Crux eſt præterea ſuperne inter utrumque ſublimis. .)(. ANNO Ϛ. hoc eſt, *anno ſexto.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* conſtituti ac negotiantes, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART, in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 8. & apud Patinum in Indice, pag. 85.

Ibid. 10. Omnino ut proxime: excepta littera B quæ *ſecundum* numisma anno eo percuſſum ſignificat. eſt Ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. loco citato.

Ibid. 11. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara, ut ſupra. .)(. ANNO Ϛ. *Anno ſexto.* M cum ſuperpoſito Chriſti monogrammate ☧ *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro. In alio ibidem, pro Chriſti monogrammate eſt ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum, *Romani Mercatores.*

Ibid. 12. D. N. JUSTINUS PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara, ut ſupra. .)(. ANNO Ϛ *Anno ſexto.* K cum ſuperpoſita cruce, Χριſτιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari*, NIK *Nicomediæ* negotiantes. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT. In alio e Muſeo San-Genovefano, Chriſtus orbem cum ſuperpoſita cruce, Deïpara crucem tenet. In averſa parte, ANNO Ϛ *Anno ſexto.* M cum ſuperpoſita cruce, & B: infra, NIKO *Mercatores Chriſtiani Nicomediæ* negotiantes, *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt.

Ibid. 13. VT IIIIT TSDPNA/. Chriſtus & Deïpara ſedentes ſceptra tenent, & ambo ſimul orbem Romanum unum, cui Crux eſt impoſita. Sententia harum litterarum eſt: *Votis totius Imperii Juſtino Imperatori Italia Tranſpadana ſe dedens, Perpetuum nuncupavit Auguſtum.* .)(. ANNO VI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THЄVP *Theopolitani*, ſive Pruſenſes in Bithynia, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 14. NMSSTOO. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummis Juſtini ſolius: neque enim eo ſitu habituque in aliorum Auguſtorum nummis conſpiciuntur. Sententia eſt: *Narbonenſes Mercatores ſociari ſibi Tranſpadanos optant.* Littera O geminatur, ut pluralis verbi numerus indicetur. .)(. ANNO VII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores* Narbonenſes, THЄVP qui *Theopoli* negotiantur, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Et hic nummus oſtendit, annos in Numismatis Juſtini & Juſtiniani Aug. adnotatos, annos eſſe non tam ipſorum, quam Societatis Mercatorum Juſtini Aug. exordio & auſpiciis inſtitutæ vel ſtabilitæ. Ex quo fit, ut ubi præſertim Juſtinus non appellatur in numismatis ſuperſcriptione, annus ille qui adnotatur, inſtitutæ Mercatoum Societati adſcribendus ſit. Eſt hic nummus ex ære magno in Muſeo noſtro.

Ibid. 15. D. N. JUSTINUS PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo VIII. .)(. ANNO Ϛ I. *Anno ſeptimo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno in Muſeo P. JOBERT, & D. Baudelot: ubi & alius pro CON habet NIKO. Cetero ſimilis iſtius eſt.

Ibid. 16. VTIIIJTTS PPAV ut in nummo 6. .)(. ANNO Ϛ I *anno ſeptimo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THЄVP qui *Theopoli* negotiantur, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 2. In alio ex ære minimo, quem vidimus apud D. Abb. FAUVEL, detrita epigraphe, Chriſtus & Deïpara pariter ſedent, & orbem Romanum tenent, cui crux eſt impoſita. In averſa parte, I cum ſuperpoſita cruce, Chriſtiano Imperatori, THЄVP *Theupolitani*, ANNO V. II *anno ſeptimo.*

Ibid. 17. VNTIIA TOOASS. Chriſtus & Deïpara ſedentes, ambo ſimul unum orbem Romanum tenent, cui Crux eſt impoſita. Sententia iſtarum litterarum hæc eſt: *Urbes Narbonenſis tertiæ Juſtinum Imperatorem agnoverunt: Tranſpadanæ omnes Auguſtum ſuſceperunt.* Gallice dixeris: *Toutes les villes de Savoye & du Dauphiné, ont reconnu Juſtin pour Generaliſſime: Toutes celles du Piémont & du Milanois l'ont reçeu pour leur Gouverneur perpetuel.* Litteræ OO & SS geminantur, non magis ut pluralem numerum ſignificent, quam ut totidem ſint, nempe ſenæ, ab utroque latere nummi litteræ. .)(. ANNO VII. M cum ſuperpoſita cruce, & THЄVP & Γ ut in proxime ſuperiore nummo. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Tab. IV. 44. Chriſtus & Deïpara ſedent; ille ſceptrum dextra geſtat, hæc crucem oblongam ſiniſtra:

ambo coronato capite regio more, cum limbo gloriæ cæleſtis indice, orbem Romanum Chriſtianum, ut crux ſuperpoſita indicat, ille ſiniſtra, hæc dextra ſuſtinet. Sententia tituli litteris comprehenſa hæc eſt; *Juſtinum nuncupavere Tranſpadanæ Urbes Dictatorem: Narbonenſes Conſulem creavere perpetuum.* Gallice: *Les villes du Piémont & du Milanois ont créé Juſtin leur Dictateur: & celles de Languedoc, de Provence, du Dauphiné, & de Savoye, l'ont créé leur Conſul perpetuel .)(. Mercatores Chriſtiani Theupoli* negotiantes, *tertium* hoc numisma Principis honori cuderunt, *anno* ipſius *ſeptimo.* Eſt illud ex ære magno, apud D. BAUDELOT, & apud P. CHAMILLART: & ejusdem habemus expreſſam in cera effigiem. *Tranſpadanæ Italiæ Nobiliſſimæ Urbes novem* iterum occurrent inferius, §. 42. in nummo Leonis & Conſtantini poſt Heraclium. Has proxime appellavimus, ubi nummum Juſtini ſextum explicuimus. Dictaturam Magiſtratum eſſe urbanum, ex iſto etiam Juſtini numismate diſcimus. Creatus igitur primum Juſtinus eſt a Senatu Imperator, *Generaliſſime de l'Empire, ou de la Republique.* Deinde Italia Tranſpadana eumdem ſuſcepit Auguſtum, & Perpetuum nuncupavit Auguſtum: Mox Narbonenſis tertia Imperatorem agnovit: Denique Tranſpadani Dictatorem, Conſulem perpetuum Narbonenſes creaverunt.

Tab. IV. 45. Chriſtus & Deipara ſedent, ut proxime, ac ſimiliter coronati. Sententia primis vocum litteris comprehenſa hæc eſt: *Urbs Narbonenſis appellavit Juſtinum Dictatorem ſuum: Narbonenſes Civitates appellari Dictatorem Perpetuum voluere Juſtinum.* Gallice: *La ville de Narbone a declaré Juſtin ſon Dictateur: Les villes de Languedoc, de Provence, de Dauphiné & de Savoye, ont ſouhaité que Juſtin fuſt declaré leur Dictateur perpetuel.* Sic creſcunt annis ſingulis Juſtini honores ac tituli. In parte averſa; *Chriſtiani Mercatores Theupoli* negotiantes, *tertium* hoc numisma Principis honori cuderunt, *anno octavo.* Nummus eſt ſingularis ex ære magno, apud D. Abbatem de Fontenu, Pariſiis. Nos expreſſam effigiem in cera habemus. Quid juris Narbone Juſtino fuit, necdum in tota provincia Narbonenſi, ſi ſcriptores hiſtoricos rerum illo ævo geſtarum audimus? Prorſus nihil: cum Theodoricus, quem Amalum cognominarunt, Rex Oſtrogothorum, tunc temporis, & poſt illum filii ejus duo, anno Chriſti 526. Juſtini nono, omnia, ſi credimus, obtinerent Narbone, & in omni inferiore parte provinciæ Narbonenſis.

Tab. III. 18. d. N. JUSTINUS PPS AVI. *Dominus noſter Juſtinus, Perpetuus ſemper Auguſtus Imperator.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 9. .)(. ANNO VIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* KYZ *Cyzicemi,* A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio P. JOBERT. In alio plane ceteroqui ſimili, e Cimelio D. Abb. FAUVEL, legitur tantum, D. N. JUSTINUS PP AU.

Ibid. 19. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 8..)(. ANNO ϚII *anno octavo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* CON *Civitatum omnium Narbonenſium,* B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 1.

Ibid. 20. VTIIIJTTSPPA ut in nummo. 6.)(. ANNO ϚII *anno octavo.* M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores,* THЄVP[a] *Theopoli* negotiantes, Γ *tertium* numisma iſtud hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno in Muſeo noſtro, & in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 2.

Ibid. 21. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut proxime. .)(. ANNO ϚII *anno octavo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* NIKO *Nicomediæ* negotiantes, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo noſtro.

Ibid. 22. VNTIIA. . . . . cetera, quoniam ſunt eraſa, legi non poſſunt. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 6. Sententia eſt, ut in nummo 17. *Urbes Narbonenſis tertiæ Juſtinum Imperatorem agnoverunt.* Tertia Narbonenſis provincia complectitur illas, ut diximus, quas hodie Sabaudiam & Delphinatum vocamus. .)(. ANNO ϚII *anno octavo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* THЄVP[a] *Theopoli* negotiantes, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 23. . . . . AIISNO. Priores enim litteræ, quoniam ſunt eraſæ, legi non poſſunt. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 6. Sententia iſtarum litterarum eſt: *Auguſtum in Italia ſuſceperunt Negotiatores omnes:* eodem fere ſenſu atque in nummo 17. Ex quo perſpicuum eſt, cum & annus, & locus, & cetera ſint in utroque nummo ſimilia, nempe in iſto 23. & in 22. id quod alteri deeſt ſupplendum eſſe ex altero; feliciterque admodum accidiſſe, ut uterque nummus ſalvus quomodocumque perveniret ad idem Muſeum Patris JOBERT: in quo contemplari nobis utrumque licuerit; & animadvertere, unius ejusdem inſcriptionis partem in altero priorem, in altero poſteriorem eſſe, & ex utraque, ſenis unaquaque conſtante litteris, integram unam elegantemque ſententiam exſiſtere. Qui *Negotiatores omnes* in hiſce numismatis, & *Mercatores omnes* appellantur, is Ordo hominum in Republica eſt, qui nunc Ordo popularis dicitur, *le Tiers eſtat:* & in nummis iſtis ſubinde *Urbes*, & *Civitates omnes*, ut noſtra ætate, *Toutes les Villes.* Quæ numismata autem ſententias iſtiusmodi primis dumtaxat vocum litteris ſub Juſtino exhibent, ea fere ſunt a Theopolitanis ſolum percuſſa; idque per annos quinque, ut apparet; ANNO IIII. V. VI. VII. & VIII.

Ibid. 24. D. N. IV. AT Duæ pectore tenus efformatæ Principum effigies: major altera dextroverſum, & criſtato vertice: ad lævam altera, multo minor: Juſtini Auguſti nimirum, & Juſtiniani pariter quidem Auguſti; ſed generum tamen decet, etiam ob ætatem, ſocero minorem exhiberi. Habitus ceteroqui idem amborum, præter criſtam, quam ſolus Juſtinus habet, pari fuiſſe ambos dignitate admonet. Infra, VITA. Sententia eſt: *Dominus noſter Juſtinus Auguſtum appellavit generum: Utrumque Imperatorem Tranſpadani agnoverunt.* .)(. ANNO VIII. K cum cruce ſuperpoſita, Χριſτιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari,* KAR *Karthagine* negotiantes, Ϛ *Sextum* hoc numiſma dedicarunt. Eſt ex ære minimo nummus ſane egregius, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 3. In nummo ceteroqui perſimili, ex ære mediocri, ſed ſpiſſo, apud P. JOBERT, legitur, D. N. IVS ..... cetera ex ea parte ſunt eraſa. Infra, VIT... Ex parte numiſmatis averſa, omnia ſunt priori nummo ſimillima. Non video certe cur Juſtiniano uxorem dederint Theodoram, cum ipſum Juſtiniani nomen admoneat, uxorem ei fuiſſe Juſtinam Juſtini filiam unicam: quemadmodum a Veſpaſia conjuge Veſpaſianus, a Domitia Domitianus fuit appellatus. Eſt autem littera Γ Græca appoſita, pro Latina G: ut illud nomen ibi latere intelligerent eruditi, quod ſive Latine efferatur, ſive Græce, ab ea littera incipit. Et enim *gener,* γαμβρὸς Græce. Sic in nummo Tiberii Conſtantini, & in altero Mauricii legas AVΓ pro AVG. id quod etiam in vetuſtioribus quibusdam nummis occurrit, ut norunt harum rerum periti. Karthago præterea non aliter in nummis Juſtiniani occurrit, quam in iſto Juſtini, anno hujus octavo: ut ex eo fabulis accenſeas, quod ſcribunt hiſtorici de bello Vandalico, & capta ſub Juſtiniano Karthagine. Denique ex iſto numiſmate conſtat, anno ſaltem Juſtini octavo Juſtinianum appellatum fuiſſe Imperatorem:

torem: nec proinde, uti jam monuimus, annos Auguſtorum in his nummis ſignari; ſed annes dumtaxat Reſtitutæ Mercaturæ, vel Novæ Societatis Negotiatorum inſtitutæ. In Conſt. Chriſt. loco citato, alter nummus eſt huic ſimilis ex parte anteriore; qualem & in Cimelio D. Abb. FAUVEL vidimus, cum litteris in ima parte conſpicuis, VITA; ſed aliis detritis, quæ ſunt in ambitu: & cum ſit Juſtini pileus rotundus, Juſtiniani quadratus videtur. .)(. NIM *Imperatori Narbonenſes mercatores.* Eſt hic nummus ex ære minimo.

Tab. III. 25. D.N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 3. .)(. ANNO Є III. *Anno nono.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, I *primum* hoc numiſma iſto anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Tab. IV. 26. Eadem inſcriptio. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut proxime .)(. ANNO Є II. *Anno nono.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes. B *ſecundum* hoc numiſma iſto anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 1.

Ibid. 27. Eadem inſcriptio. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 3. .)(. ANNO Є III. *Anno nono.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Simile huic alterum habet Γ *tertium*, in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 8.

Ibid. 28. Eadem inſcriptio. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut in nummo 3. .)(. ANNO X. cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno in Muſeo P. JOBERT, & noſtro. Apud D. de BOZE eſt aliud plane ſimile, cum litteris KYZ *Cyzici.*

Ibid. 29. Eadem inſcriptio; eædemque effigies Chriſti & Deïparæ. .)(. ANNO X. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, B *ſecundum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 71. ubi nummi facies utraque egregie picta eſt. *Nummus admodum elegans*, inquit Gretſerus, *in quo duæ figuræ quarum altera forſan Juſtinus ipſe; altera Juſtini conjux Euphemia: ille fert orbem crucigerum, hæc crucem.* At ex nimbo lucido, quo utriuſque caput circumcingitur, debuit Chriſtum & Deïparam agnoſcere; nec Euphemiam certe Juſtini conjugem, ſi quidem hiſtoricos conſuleret; hanc enim ipſe etiam Procopius haud multo poſt Juſtini inaugurationem obiiſſe diem ſupremum refert; anno Juſtini nono Cedrenus: nemo decimo ſuperſtitem fuiſſe narrat. Juſtinum ipſum anni ſui decimi nonniſi dies XXII. vidiſſe vulgo perhibent. Apud Gretſerum eſt P.F. AUG. vitio forte ſcalptoris, pro PP. AUG.

Ibid. 30. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Ipſe cum galea & clypeo, dextra geſtat orbem Romanum, cui Crux eſt impoſita. .)(. ANNO X. K cum ſuperpoſita cruce, Χριſτιανῷ Καίσαρι, CON *Civitates omnes Narbonenſes* dedicarunt. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 2.

Ibid. 31. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent ut ſupra. .)(. ANNO X. K cum ſuperpoſita cruce, Χριſτιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari*, KYZ *Cyzici* negotiantes, numisma hoc dedicarunt. Eſt ex ære minimo, ibidem, pag. 90. verſu 1. & ex ære mediocri, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 32. D. N. JUSTINUS PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ut ſupra. .)(. ANNO X. K cum ſuperpoſita cruce, Χριſτιανῷ Καίσαρι ΘΕS *Theſſalonicæ* negotiantes. Nummus eſt ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 33. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Chriſtus & Deïpara ſedent, ut ſupra. .)(. ANNO XI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* numiſma Principi dedicarunt. Eſt ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 497. In alio ceteroqui ſimili, e Muſeo P. CHAMILLART, eſt littera Γ quæ tertiæ fabricæ nummum deſignat. In priore ſuperficie, Chriſtus & Deïpara ſedent quidem, ut in nummo 3. ſed Chriſtus converſo in Deïparam vultu; Deïpara effigie paulo minore, inflexa leniter verſus Chriſtum cervice, in ſignum venerationis.

Ibid. 34. inſcriptio, eædemque effigies. .)(. ANNO XI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numiſma Principi dedicarunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo Domus Profeſſæ Societatis Jeſu.

Ibid. 35. Omnino, ut proxime: excepta littera B, quæ *ſecundum* numiſma ſignificat. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro. Apud D. FOUCAULT, ſimiliter, ſed cum litteris CON.

Ibid. 36. Omnia ut in nummo 34. excepta littera Δ quæ *quartum* numiſma ſignificat. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo D. BAUDELOT.

Ibid. 37. Eadem inſcriptio, & effigies eædem. .)(. ANNO XI. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, THЄUP *Theopolitani* negotiatores. Eſt ex ære minimo, in Muſeo Domus Profeſſæ Societatis Jeſu Pariſiis.

Ibid. 38. Eadem inſcriptio, eædemque Chriſti ac Deïparæ effigies. .)(. ANNO XII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, KYZ *Cyzici* negotiantes, A *primum* hoc numiſma Principi dedicarunt. Eſt ex ære magno in Muſeo noſtro.

Ibid. 39. Omnino ut proxime, excepta littera B quæ *ſecundum* numiſma ſignificat. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 1.

Ibid. 40. D. N. JUSTINUS PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ut ſupra. .)(. ANNO XII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* iſtud numisma hujus formæ anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 41. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. IB hoc eſt, *anno* XII. ΑΛЄΞ *Alexandriæ* negotiantes. Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 42. . . . . ATIVION. Vultus Juſtini Aug. capite cincto gemmis. Tres priores litteræ ſunt eraſæ; quæ nimirum fuerunt iſtæ, DNI: ut eſſet hæc ſententia iſtis decem ſubjecta litteris primis vocum ſingularum: *Dominus noſter Juſtinus Auguſtus, Transpadanæ Italiæ Urbibus Junctionem obtulit Narbonenſium.* Cetera ſunt eadem atque in ſuperiore nummo. Et eſt iſte pariter ex ære minimo in eodem Muſeo. JUNCTIO Latine perbene dicitur; & eſt ea vox ipſa integra in nummo Tiberii & coloniæ Illicis, quem Patinus & alii dudum ediderunt: in quo viri duo togati dextras jungunt ante aram. Gallice dixeris, *la Jonction, l'Union, l'Alliance.* Videſis & huc refer Heraclii numisma inſcriptum, DEUS ADJUTA ROMANIS: cujus eſt hæc ſententia; *Deus apud Deum, iterum Urbes Tranſpadanas* ADJUNGE *Romanis.* Similiter nummum ſuperius allatum, num. 14. *Narbonenſes Mercatores ſociari ſibi Tranſpadanos optant.* Et nummum denique 9. Juſtini, §. ſeq. *Chriſtianus Imperator Urbes Tranſpadanas ſociavit Narbonenſibus.* Hæc illa JUNCTIO eſt, cujus mentio ſæpe fit in nummis Tiberii Conſtantini, ipſo adhibito *jungendi* verbo.

Ibid. 43. D. N. JUSTINUS PP. A/. Chriſtus & Deïpara ſedent ut ſupra. .)(. ANNO XIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numisma

Principi dedicarunt. Est hic nummus eximius ex ære magno in Museo P. JOBERT. Ex quo falsi arguuntur scriptores historici, qui & annos tantum novem ac dies aliquot Justino seniori tribuunt; quem etiam Thracem fecerunt; & quoniam hunc nummum vidissent, vellentque ad historiam Ecclesiasticam præsertim amplificandam numerum Augustorum augere, Justinum juniorem post Justiniani tempora confinxere, quem annos XIII. regnasse ponunt. At unicum in nummis superius descriptis Justinum Augustum Justiniani socerum exprimi, docet illa nummorum series ipsa, & similitudo quanta maxima potest esse eorum inter se, si paulo quidem attentius considerentur. Unde fit ut & recentiores scriptores, & qui Numismata vetera colligunt, aut eorumdem indicem texunt, valde laborent, quem posteriori Justino illi nummum adsignent, quamvis diutius iste imperasse, quam prior, dicatur. *Justini junioris*, inquit Gretserus, tomo III. de Cruce, pag. 81. *nullum numisma crucigerum reperi in Thesauro-phylacio Bavarico.* Et tamen apud Du-Cangium in Const. Christ. multi sunt insigniti cruce nummi, Justino juniori adscripti. Sed vidit nimirum acute, quisquis nummos Bavaricos digessit in ordinem, pertinere eos omnes ad Justinum unicum. Eam ob causam & Occo, vir non indiligens, nummum Justino juniori unicum dumtaxat tribuit, & hunc aureum; illum ipsum, quem Begerus in Thesauro Brandeburg. pag. 850. Justino seniori adserit: D. N. JUSTINUS PP. AUG. .)(. VICTORIA AUGGGZ. in quo Roma sedens, dextra hastam, sinistra orbem Romanum tenet, cui crux imposita est. Infra, CONOB. Nullo certo indicio posse discriminari aut Justinum alterum ab altero, aut Theodosium similiter, quem juniorem finxit fabulositas, a seniore in nummis ipsis antiquis, fatetur Vir eruditissimus Du-Cangius in Differ. de inferioris ævi Numismatis, pag. & 49.

II.

Numismata alia Justini Aug.
Post annum Christi 441.
ante annum 453.

Tab. IV. 1. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. *Pius Felix Augustus.* Capite cincto gemmis. .)(. GABALORUM. Crux gradibus imposita. Aureus est, apud Paulum Petavium, Tab. 4. *Gabali* hodie *le Givaudan*, jam tum Narbonensi provinciæ contributi. Quid autem ea regio Justino Augusto debuit, si scriptis Annalibus credimus?

Ibid. 2. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORU. *Victoria Augustorum.* Crux orbi Romano imposita. Hinc A inde R *Annona restituta.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est aureus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 90. versu 4. 5.

Ibid. 3. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Christus & Deipara sedent, ut in aliis Justini nummis. .)(. XX. *Vicesima* mercium, quam ROM hoc est, *Romani* Mercatores, nempe Romano in Galliis Imperio subditi, Justino Augusto pendebant. Est ex ære minimo in Const. Christ. pag. 92. versu 1. & apud P. CHAMILLART: ex ære mediocri, in Cimelio Domus Professæ, & apud. P. JOBERT.

Ibid. 4. D. N. JUSTINUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. K Καισαρι, C^{O}_{N} *Civitates omnes Narbonenses* Є *quintum* hoc numisma dedicarunt. Est ex ære magno in Museo P. JOBERT.

Ibid 5. Eadem inscriptio. .)(. THЄUPO *Theupolitani*, K Καισαρι, Γ *tertium* numisma dedicarunt. Est ex ære magno in Cimelio S. Genovefæ, Parisiis.

Ibid. 6. Eadem inscriptio. .)(. X Χριστιανοι, *Christiani.* Est ex ære minimo, in Cimelio Domus Professæ.

Ibid. 7. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. Caput tectum pileo cum gemmis. .)(. In corona laurea, FELIX RES PUBL. *Felix Respublica.* Vidimus in schedis D. Vaillant, ipso ostendente, inter argentea numismata.

Ibid. 9. D. N. JUSTINUS AU. *Augustus*: capite galeato, cum clypeo; cetera sunt erata. .)(. I cum cruce superposita & litteris VTSN Sententia est: *Christianus imperator Urbes Transpadanas sociavit Narbonensibus*: hoc est, cum Mercatoribus Urbium Provinciæ Narbonensis consociavit Mercatores Transpadanarum Urbium. Est ex ære minimo nummus perelegantis fabricæ, mihi liberalissime dono datus a D. FAUVEL Capellano Regio, & Abbate de Claro-Fageto, de Clairfay.

Ibid. 10. D. N. JUSTINUS ET JUSTINIANUS PP. AU. *Domini nostri Justinus & Justiniamus Perpetui Augusti.* Christus & Deipara sedent; suum ambo orbem Romanum tenent: capita sunt amborum lucido nimbo circumdata. Inter utrumque, crux. .)(. VICTORIA AUGGG B. *Victoria trium Augustorum, secundo* isto numismate consignata. Victoria stans crucem oblongam dextra tenet, læva orbem Romanum sive Christianum, cui imposita Crux est. Latere lævo nummi, sidus Solis. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Profertur nummus ille a Baronio, ad annum Christi 527. num. 26. In Regio legitur, D. N. JUSTIN. ET JUSTINI. P. F. AUG. *Pii Felices Augusti*: & VICTORIA AUGGG. I. hoc est, *decimo* isto numismate consignata: cetero est Baroniano simillimus. Nam errore solum scalptoris factum putamus ut in utraque nummi parte apud Baronium CONOB legatur. At non satis feliciter Baronius ipse conjicit, cum *per tres Augustos* in isto Justini & Justiniani nummo appellatos, *designari Justinum, Justinianum, atque Theodoram, certum esse* asseverat; id quod in alterius nummi explicatione, cujus est eadem inscriptio, VICTORIA AUGGG iterum dicit, num. 51. An enim aut cum Imperatoribus vicisse dici possunt aliquando feminæ, aut tunc dicerentur?

Ibid. 11. D. N. AEL. MARC. EUFEMIÆ P. F. AUG. *Dominæ nostræ Æliæ Marcianæ Eufemiæ Piæ Felici Augustæ.* Nam verius arbitramur scriptum in nummo esse P. F. quam PP ut Du-Cangius exhibet. .)(. VICTORIA AUGGG *Victoria trium Augustorum.* Victoria stans, & in dextrum latus obversa, tenet crucem oblongam: latere nummi sinistro, sidus Solis. Infra, CORMOB *Civitatum omnium Romanarum Mercatores obtulerunt.* Aureus est in Cimelio Reginæ Christinæ, ut quidem in schedis nonnullis legimus, & in Const. Christ. pag. 88. versu 3. In schedis D. Vaillant, pag. 21. ex Cimelio Card. Leopoldi, aureus pariter sic scribitur: D. N. AEL. MARC. EYFEMIA. P. F. AUG. & VICTORIA AUGGG. & COMOB. Similitudo fabricæ, & tituli qui est in aversa pagina, suadet hanc fuisse Justini Aug. conjugem. Vide stemma ipsius, & Marciani patris, quod exhibuimus in Sæculo Theodosiano, §. XI.

12.

Numismata Justini junioris Aug.
Anno Christi 441.

Tab. IV. 1. Nummum vidimus ex auro perrarum Justini junioris, ita inscriptum: D. N. JUSTINUS JUN. AUG. *Dominus noster Justinus junior Augustus*: vultu annorum vix amplius sedecim, capite cincto gemmis. In parte aversa Crux orbi imposita est; cum epigraphe, VICTORIA AUGUSTORUM: qua plane forma secundum Justini patris numisma superiore

periore §. 11. vidimus: ex quo manifeſtum eſt eodem utrumque numisma anno percuſſum fuiſſe; neque iſtud ad Juſtinum alterum, qui Juſtiniano ſucceſſiſſe fingitur, pertinere. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Non poteſt certe dici Latine aliquis *junior*, nec mos eſt ita quemquam appellari in nummis, niſi comparate cum altero cognomine, ſed ſeniore, quocum ille degat ætatem. Eſt igitur Juſtini ſenioris filius iſte Juſtinus junior; quemadmodum eſt Licinius JUN. Licinii filius; & Conſtantinus JUN. filius Conſtantini: & Valentinianus JUN. filius Valentiniani: & ſic quisque eorum eſt appellatus, quoniam cum patre cognomine viveret. Hunc autem nummorum ipſius raritas ſuadet brevis ævi fuiſſe; nec niſi primis annis Juſtini patris in partem fuiſſe dignitatis & adminiſtrationis adſcitum: ac demum ob ejus obitum, a Juſtino ſocero, cum is ageret annum in principatu octavum, Juſtinianum generum, ut ſuperius ſuo loco vidimus, Auguſtum fuiſſe renunciatum.

Tab. IV. 2. D. N. JUSTIN. JUN. P. F. AUG. .)(. VICTORIA AUGUSTOR. Victoria gradiens, dextra coronam oſtentat, humero lævo palmam geſtat. Infra, COMOB. Aureus hic nummus fuit in Cimelio Burgheſiano, ut quidem refert D. Vaillant in ſchedis ſuis, pag. 87.

13.

Numismata Anaſtaſii, Juſtini, & Juſtiniani, cum ſimul eſſent Auguſti: ab anno Chriſti 441. ante annum 448.

Numiſmata Anaſtaſii Aug.

Tab. V. 1. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria Romana ſtans, dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem Romanum, cui Crux eſt ſuperpoſita. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt aureus in Theſauro Regio, in Cimelio Ducis Parmenſis, Tab. XXVII. num. 8. in Conſt. Chriſt. pag. 84. verſu 1. & apud Baronium, ad annum 474. num. v. In Conſt. Chriſt. verſu 2. adjicitur lævo ſimilis nummi latere ſidus Solis. Similem huic vidimus aureum mole quinarii argentei, apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 2. Eadem inſcriptio, cum galea, haſta, & clypeo. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum*, Anaſtaſii, Juſtini, & Juſtiniani, A *primo* iſto numiſmate conſignata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Victoria ſtans dextra crucem oblongam tenet, læva veſtem ſublevat. Latere lævo, ſidus Solis. Aureus eſt, in Conſt. Chriſt. pag. 84. verſu 1. apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 70. & in Theſauro Brandeb. pag. 849. ubi COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Et ſic etiam in Regio.

Ibid. 3. D. N. ANASTASIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum.* Victoria, ut proxime, pingitur. Latere dextro, RI *Reſtituta Italia*, ut videtur. Lævo latere, ſidus Solis. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt ex auro majoris moduli, in Cimelio Ducis Parmenſis, Tab. XXVII. num. 7. Exclamat ad hanc iſtius numismatis epigraphen, VICTORIA AUGGG. vir eruditus P. Pedruſi: *Certo è, che quando queſto Monarca ſali al trono, erano ſcorſi preſſo a quindici anni dacche era ſpirato in Auguſtulo l'Imperio d'Occidente. E quali ſono adunque i tre Auguſti quì accennati?*

Ibid. 4. D. N. ANASTASIUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM: (ſic enim ſcriptum eſt:) Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt aureus mole quinarii, apud D. de BOZE.

Ibid. 5. D. N. ANASTASIUS PP. AUG. Caput galeatum cum criſta: dextra haſtam humero impoſitam gerit. .)(. In corona laurea, monogramma eſt orbi Romano impoſitum, ut mox in Juſtini & Juſtiniani numismatis. *Protector orbis Chriſtiani.* Eſt inter Arſchotanos a Rubenio editos pag. 68.

Numismata Juſtini Aug.

Tab. V. 1. D. N. JUSTINUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto gemmis. .)(. M. crucibus hinc & inde ac ſuperne adjectis, *Chriſtiani Mercatores*, A *primum* hoc numisma iſta forma percuſſerunt. Infra, ANT X. *Primæ Narbonenſis tributum decimum.* Eſt hic nummus ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 5. ex Octav. Strada, pag. 259.

Ibid. 2. Nummus eſt ex ære magno, apud D. Baudelot, ſimilis priori, ut manifeſtum intuenti eſt; ſed absque littera A.

Ibid. 3. Eadem inſcriptio. .)(. In corona laurea, V *Victor.* Nam corona laurea Victorem certe denotat. Eſt ex ære minimo, apud D. de BOZE, apud D. Baudelot, P. CHAMILLART, & Mediobarbum, pag. 570. e Muſeo ipſius.

Ibid. 4. Eadem inſcriptio. .)(. In corona laurea, monogramma orbi Romano impoſitum, adjecto hinc & inde Solis ſidere, Romani Principis ſymbolo: *Protector orbis Chriſtiani.* Eſt in Theſauro Brandeb. argenteus, pag. 850. & inter Arſchotanos aureus, pag. 64.

Ibid. 5. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria Romana ſtans, dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem Romanum, cui Crux eſt ſuperpoſita, ut in primo Anaſtaſii numiſmate: Latere lævo, pariter ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt nummus aureus, in Theſ. Brandeb. pag. 853. ubi perperam Juſtino juniori tribuitur, ne nummi deeſſe in eo Cimelio exiſtimentur, qui fuerint ſub eo Auguſto cuſi: ut & in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 5. ubi nummus ille elegantius eſt depictus. Amiciores veritatis ii fuere, qui Gazæ Regiæ nummos aureos in ordinem digeſſerunt; nullum enim omnino ex his adſignaverunt Juſtino juniori. Eſt & inter numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab. XXVIII. num. 1. Denique eſt idem aureus, mole quinarii argentei, in Theſauro Regio, ſub eodem titulo P. F. AUG. & apud D. Abb. FAUVEL, ſed cum titulo, D. N. JUSTINUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus.*

Ibid. 6. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. Galeam geſtat, & clypeum, & haſtam humero dextro transverſe impoſitam, quæ ſunt in nummis inſignia ſummorum Imperatorum, ut jam ſæpiuſcule diximus. .)(. VICTORIA AUGGGA *Victoria trium Auguſtorum*, Juſtini, Juſtiniani, & Anaſtaſii, A *primo* iſto numismate conſignata. Victoria ſtans, ut in ſecundo Anaſtaſii numismate, dextra crucem oblongam tenet, læva veſtem ſublevat: latere dextro ſidus Solis eſt, Romani Principis ſymbolum. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus eſt in Theſauro Regio, & in Theſ. Brandeb. pag. 850. Rurſum eſt apud D. Comitem de Vaux, & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 1. cum VICTORIA AUGGG Δ *quarto.* Cum VICTORIA AUGGG tantum, absque littera Δ aliave, inter Numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab. XXVIII. num. 4.

Ibid. 7. D. N. JUSTINUS P. F. AUG. cum galea, haſta, & clypeo. .)(. VICTOIA AUGGG Ϛ *Victoria trium Auguſtorum, ſexto* iſto numismate con-

ſignata, quod CONOB hoc eſt, quod *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Victoria ſtans, dextra crucem oblongam tenet, læva orbem Romanum, ſive Chriſtianum, quippe cui Crux eſt ſuperpoſita: lævo latere, ſidus Solis. Aureus eſt in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 1. Vidimus etiam alibi aureum, inſcriptum, VICTORIA AUGGGZ hoc eſt, *ſeptimo* numismate conſignata: & rurſum in Theſauro Regio, VICTORIA AUGGG Θ *nono.*

Numismata Juſtiniani Aug.

Tab. V. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, monogramma, orbi Romano impoſitum, adjecto hinc & inde Solis ſidere, ut in nummo Anaſtaſii quinto & Juſtini 4. id quod argumento eſt, ſimul tergeminum numisma cuſum fuiſſe, ſimul tergeminum Auguſtum geſſiſſe principatum. Eſt hic pariter ac nummus Juſtini, argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 3. Quinarius, apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 2. D. N. IYSTINIANOYS PP. AU. *Dominus noſter Juſtinianous Perpetuus Auguſtus*, capite cincto gemmis. .)(. M cum cruce ſuperpoſita, & ſidere Solis hinc inde adjecto, *Mercatores Chriſtiani*, A *primum* hoc numisma iſtius formæ Principi dedicarunt. Infra, ANT IX *Primæ Narbonenſis tributum nonum.* Eſt hic nummus ex ære magno, in Muſeo noſtro. Ille modus ſcribendi vel pronunciandi, IYSTINIANOYS, non Antiochiam profecto, ſed Narbonenſem provinciam refert. Et numismatis ipſa fabrica vetat Orientalem, omnino Græcanicamve ſe credi. Quod ſi in numismatis ſive Conſtantiniani, ſive iſtius Juſtinianei ſæculi, hæ litteræ ANT & hoc ævo iſtæ THEUP Antiochiam deſignant, ut parum conſiderate plerique hactenus cenſuerunt; cur utroque modo ſub eodem uno Principe civitas eadem ſuum nomen inſcribit? Abhorret id enimvero ab uſu communi. Deinde qui ANT eſſe hic Antiochiam volunt, quid eſſe dicent numerum 9. qui ſubſequitur? Si annum imperii Juſtiniani nonum; falſum illud eſt, quod hiſtorici referunt, a Baronio laudati ad annum Chriſti 528. jam ab anno ſecundo Juſtiniani Antiochiam mutaſſe nomen, & Theopolim fuiſſe appellatam. Denique illud ANT IX clamat eodem tempore cuſum hunc nummum fuiſſe, ac numismata Juſtini inſcripta ANT X quæ ſuperius retulimus, ac proinde ſimul ambos imperaſſe. Negant tamen vulgo Juſtinum vidiſſe annum ſui principatus decimum, præter dies XX.

Ibid. 3. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, V *Victor*, ut in nummo Juſtini 3. Eſt ex ære minimo, apud P. CHAMILLART, & D. Baudelot, & in Conſt. Chriſt. pag. 90. verſu 4.

Ibid. 4. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria Romana ſtans, dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem Chriſtianum, ut in nummo 1. Anaſtaſii, & 5. Juſtini: latere lævo, ſidus Solis. Infra. CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Theſauro Brandeb. pag. 852. geminus; alter cum titulo P. F. AUG. alter cum titulo FP. AUG. In Conſt. Chriſt pag. 88. verſu 6. eſt PP AUG. & apud D. DE BOZE, aureus paulo quinarii mole major. Aureus pariter in Theſauro Regio, hunc exhibet titulum: D.N. JUSTINIANUS PP. AG. *Perpetuus Auguſtus*: cetero ſimilis horum prioris eſt.

Ibid. 5. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. Galeam geſtat, & haſtam, & clypeum, ut Anaſtaſius in nummo 2. & Juſtinus in nummo 6. .)(. VICTORIA AUGGG A *Victoria trium Auguſtorum, primo* iſto numismate conſignata. Victoria ſtat ſimili plane forma atque in iisdem Anaſtaſii & Juſtini nummis. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt hic aureus in Theſ. Brandeb. pag. 852. num. 1. & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 3. & apud D. Comitem de Vaux. In Regio eſt COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Ibidem alter aureus, VICTORIA AUGGG Γ Victoria ſtans crucem oblongam dextra tenet, ſiniſtra orbem Christianum: latere ſiniſtro eſt ſidus Solis. Infra, CONOB. Cui nummo ſimilis eſt ibidem alter aureus Anaſtaſii, VICTORIA AUGGGA. COMOB. & alter Juſtini, VICTORIA AUGGG Δ. & COMOB.

Ibid. 6. D. N. JUSTINIANUS PTRC. Capite cincto gemmis. *Dominus noſter Juſtinianus Provinciarum trium Rhodanenſium Conſervator.* .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens, ſiniſtra crucem geſtat. Latere dextro, R. *Rhodanus.* Siniſtro, ſidus Solis, ſymbolum Auguſtorum. Infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Eſt nummus ex auro egregius, mole dimidii ſolidi, in Cimelio D. DE BALLONFEAUX Lucemburgi, qui nummi effigiem in cera expreſſam ad nos transmiſit. Ex hoc præclaro numismate intelligimus, Romani Imperii hoſtes ea ætate fuiſſe, quos Helvetios vocamus & Rhætos, *Les Suiſſes & les Griſons*: quos tunc nondum ad Chriſtum converſos fuiſſe Romana Victoria hic inſculpta docet, quæ Crucem geſtat. Provincias vero tres illas, quarum *Conſervator* Juſtinianus prædicatur, adverſus incurſiones utique hoſtium, eas eſſe, ad Rhodanum poſitas, quas hodie his nominibus deſignamus, *le Viennois, le Genevois & Chablais, le Vallais.* Has deſignant nummi etiam illi, quos ſuperius vidimus, ſub Anaſtaſio, Juſtino, & Juſtiniano, inſcriptos, RHODANUS. Relata hæc victoria videtur a Juſtino & Juſtiniano Auguſtis, anno Juſtini XII.

Ibid. 7. D. N. JUSTINIANUS PTNC. Capite cincto gemmis. *Dominus noſter Juſtinianus Provinciarum trium Narbonenſium conſervator.* .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Stans Victoria dextra coronam lauream geſtat, pendentibus tæniolis; ſiniſtra palmam: latere ſiniſtro in area ſidus Solis eſt. Infra, COMOB. Aureus iſte ſingularis, mole argentei quinarii, olim apud D. Abb. Seron, Vicarium Generalem Epiſcopi Metenſis, nunc eſt apud D. de Ballonfeaux. Narbonenſis unica fuit ævo Plinii, ſed in duas poſtea Conſtantini ætate diviſa; in tres demum, a Juſtini temporibus.

14.

JUSTINIANUS AUG.

Anni in numismatis Juſtiniani Aug. notati, ab anno Chriſti 452. ad 475.

Tab. V. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. *Perpetuus Auguſtus*, capite galeato; orbem Romanum, cui Crux eſt ſuperpoſita, hoc eſt, orbem Chriſtianum, dextra tenet: læva clypeum: ſupra, Crux eſt. .)(. ANNO XII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* hoc numisma Principi dedicarunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. CHAMILLART, & apud Mediobarbum, pag. 563. In alio pariter ex ære maximo, e Cimelio D. FOUCAULT, cum eodem anno XII. litteræ ſunt CON Γ *tertium.* In alio ejusdem molis, ex eodem Muſeo P. CHAMILLART, eſt idem annus XII. cum ſubjectis litteris CON & in meditullio Δ *quartum* numisma. Ante hunc annum 12. nullus eſt in Theſauro Regio Juſtiniani nummus.

Ibid. 2. Omnino ſimilis iſte nummus priori eſt, præter litteram Є quæ *quintum* numisma eo anno cuſum ſignificat.

nificat. Eſt ex ære maximo, apud D. Abb. FAUVEL.

Tab. V. 3. Similis priori, cum ANNO XII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani mercatores*, NIKO qui *Nicomediæ* negotiantur, A *primum* hoc numiſma Principi dedicarunt. Eſt in Theſauro Brandeburg. ex ære maximo, pag. 851.

Ibid. 4. Eadem inſcriptio. .)(. ANNO XII. K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, A *primum* hoc numiſma anno eo dedicatur. Eſt apud Occonem, pag. 582.

Ibid. 5. Eadem inſcriptio. .)(. IB *Anno* XII. AAEΞ *Alexandriæ* negotiantes. Eſt hic nummus apud Mediobarbum, pag. 163. & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 8. Item in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 8. Item in Muſeo P. JOBERT, & apud P. CHAMILLART. Nummum Juſtini Aug. ſimilem iſtius ſuo loco retulimus.

Ibid. 6. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. cum galea, & clypeo: dextra geſtat orbem Chriſtianum. .)(. ANNO XIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* hoc numiſma Principi dedicarunt. Eſt ex ære maximo, in Cimelio P. JOBERT, & P. CHAMILLLART. Alterum huic ſimillimum habet Γ *tertium*, quod ex ære magno profert Mediobarbus e Muſeo ſuo, pag. 564.

Ibid. 7. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut proxime. .)(. ANNO XIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* numiſma Principi dedicarunt. Eſt ex ære maximo, in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 5.

Ibid. 8. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut in nummo VI. .)(. ANNO XIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Є *quintum* hoc numiſma cuderunt. Eſt ex ære maximo in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 9. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut in nummo 6. .)(. ANNO XIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIK qui *Nicomediæ* negotiantur, B *ſecundum* hoc numiſma cuderunt. Eſt ex ære magno apud Mediobarbum, pag. 564.

Ibid. 10. D. N. JUSTINIANUS P. F. AUG. *Pius Felix Auguſtus*, cum galea & clypeo: dextra tenet orbem Chriſtianum: ad lævam appoſita crux. .)(. ANNO XIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatoris*, ΘΥΠΟ *Theopolitani* ſive Pruſenſes e Bithynia, A *primum* hoc numiſma cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 11. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. *Dominus noſter Juſtinianus Perpetuus Auguſtus Imperator* .)(. ANNO XIII. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, CAR Qui *Carthagine* negotiantur. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 12. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Dextra tenet orbem Chriſtianum: læva clypeum. .)(. ANNO XIII. K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari*, CAR qui *Carthagine* negotiantur, Ϛ *ſextum* hoc numiſma dedicarunt. Eſt ex ære maximo, in Cimelio Domus Profeſſæ, & apud P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 5. Eſt in Muſeo San-Genovefano nummus alter iſtius ſimilis, ſed ſine litteris CAR: quarum loco ſidus Solis eſt.

Ibid. 13. D. N. JUSTINIANUS PL. AVI. *Perpetuus Auguſtus Imperator*. .)(. ANNO XIIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numiſma eo anno cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. JOBERT. Eſt ex ære pariter maximo alterum inſcriptum, CON Є *Civitatum omnium Narbonenſium quintum* numiſma, in Muſeo P. CHAMILLART; ceteroqui priori ſimile. Aliud ibidem ſimillimum, cum litteris KYZ A *Cyzici* negotiantium *primum*.

Ibid. 14. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. .)(. ANNO XIIII. I cum ſuperpoſita cruce, *Imperatori Chriſtiano*, CAR *Carthaginienſes* Negotiatores. Eſt in Conſt Chriſt. pag. 90. verſu 5. ex ære minimo, & apud Patin. in Indice, pag. 35.

Ibid. 15. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. *Perpetuus Auguſtus Imperator*. Capite cincto diademate e gemmis, cum criſta in vertice: dextra tenet orbem Chriſtianum, læva clypeum: ſiniſtro nummi latere Crux eſt. .)(. ANNO XIIII. K cum cruce ſuperpoſita, Χριστιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari*; Infra YZ quibus duabus litteris eadem rurſum littera K, cui ſubjiciuntur illæ, præponenda eſt; ut ſint *Cyziceni* Negotiatores. Eſt ex ære magno, apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 16. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut proxime. .)(. ANNO XV. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numiſma anno eo cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. CHAMILLART. Alterum huic ſimillimum, cum littera Δ *quartum*, eſt pariter ex ære maximo, apud P. JOBERT, & in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 17. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. cum galea & clypeo, dextra geſtat orbem Chriſtianum. .)(. ANNO XV. K cum cruce ſuperpoſita, Χριστιανῷ Καίσαρι, *Chriſtiano Cæſari*, Є *quintum* numiſma dedicatum. Eſt ex ære magno, apud D. Baudelot.

Tab. VI. 18. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. *Perpetuus Auguſtus Imperator*. .)(. ANNO XVI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* numiſma dedicarunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 19. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut proxime, cum galea & clypeo: dextra geſtat orbem Chriſtianum: latere lævo nummi Crux eſt. .)(. ANNO XVI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON ut proxime, Γ *tertium* hoc numiſma anno eo cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 20. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut in nummo 17. .)(. ANNO XVI. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THЄVPO *Theopolitani*, Γ *tertium* hoc numiſma iſto anno cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo noſtro.

Ibid. 21. D. N JUSTINIANUS PP. AUG. .)(. ANNO XVI. K Καίσαρι. Infra W *ſextum* numiſma. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 88 verſu 5.

Ibid. 22. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut in nummo 19. .)(. ANNO XVII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. JOBERT. Alterum huic omnino ſimile, apud P. CHAMILLART, habet NIKO A *Nicomediæ* negotiantium *primum*.

Ibid. 23. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. .)(. ANNO ϚIII. hoc eſt, *anno* XVIII. M. cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO qui *Nicomediæ* negotiantur, B *ſecundum* hoc numiſma cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo Domus Profeſſæ Societatis Jeſu.

Ibid. 24. Eadem inſcriptio. .)(. ANNO XVIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære maximo, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 25. Eadem inſcriptio, cum galea & clypeo, dextra gerit ipſe orbem Chriſtianum, latere lævo nummi, Crux. .)(. ANNO XVIIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* numiſma iſtud hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo D. Baudelot.

Tab. VI.

Tab. VI. 26. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. cum galea, ceterisque insignibus, ut proxime. .)(. ANNO XVIIII. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, KYZ qui *Cyzici* in Hellesponto negotiantur, A *primum* hoc numisma eo anno cuderunt. Est ex ære maximo, in Thes. Brandeb. pag. 851. & in Cimelio P. CHAMILLART: in quo & alterum est simillimum, cum NIKO B hoc est, *Nicomediæ* negotiantium *secundum*.

Ibid. 27. Ut proxime. .)(. ANNO XXI. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære maximo, in Cimelio P. CHAMILLART. Huic simile alterum est in Museo P. JOBERT, cum littera Δ *quartum*. Anno XX. notatum nullum adhuc numisma vidimus; quod anno isto, opinor, nonnisi aurea COMOB hoc est, *Civitatum omnium Mercatores* ipsi, Principi obtulerunt.

Ibid. 28. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. *Perpetuus Augustus Imperator*: cum galea, ceterisque insignibus, ut num. 26. .)(. ANNO XXI. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, NIKO qui *Nicomediæ* negotiantur, B *secundum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære maximo, in Museo P. CHAMILLART.

Ibid. 29. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. cum galea, & clypeo, &c. ut num. 25. .)(. ANNO XXII. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, KYZ qui *Cyzici* negotiantur. Est hic nummus ex ære magno, in Museo D Baudelot: eumdem e suo profert Mediobarbus, pag. 565.

Ibid. 30. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. .)(. ANNO XXIII. I cum superposita cruce, *Christiano Imperatori*, Γ *tertium* numisma dicatum. Est in Const. Christ. pag. 88. versu 5. ex ære minimo, & apud Patinum in Indice, pag. 35.

Ibid. 31. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut num. 26. .)(. ANNO XXIIII. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Δ *quartum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ibid. 32. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. & cetera omnia, ut in nummo 25. .)(. ANNO XXV. M cum superposita cruce, & NIKO A *Christiani Mercatores Nicomediæ* negotiantes *primum* hoc numisma anni istius cuderunt. Est ex ære magno, apud D. Abb. FAUVEL. Apud D. de BOZE plane simile, sed cum litteris KYZ *Cyzici*.

Ibid. 33. Similis præcedenti. .)(. ANNO XXVI. M cum superposita cruce, & CON Δ *Christiani Mercatores Civitatum omnium Narbonensium quartum* hoc numisma anni istius honori Principis cuderunt. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART. In altera Collectione MS. D. de Peiresc. pag. 151. est I cum superposita cruce, & ANNO XXVI. *Christiano Imperatori*.

Ibid. 34. Ut in nummo 32. .)(. ANNO XXVII. M cum superposita cruce, & CON A *Christiani Mercatores Civitatum omnium Narbonensium primum* hoc numisma anni istius honori Principis cuderunt. Est ex ære maximo, ibidem.

Ibid. 35. D. N. JUSTINIANUS PP. AU. cetera ut in nummo 32. .)(. In corona laurea, ANNO XXVIII. & I cum cruce superposita, *Christiano Imperatori*. Nummus optimæ fabricæ, ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 36. D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut in nummo 26 .)(. ANNO XXVIIII. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, NIKO qui *Nicomediæ* negotiantur, B *secundum* hoc numisma Principis honori cuderunt. Est ex ære magno ibidem: ut & aliud simile, KYZ a *Cyzicensibus* cusum, A *primum* hoc anno.

Ibid. 37. D. N. JUSTINIANUS PP. AU. Caput cinctum diademate e gemmis: dextrâ tenet orbem Christianum: latere nummi siniſtro, Crux. .)(. ANNO XXIϚII. *Anno* XXIX. M cum superposita cruce, & CON Γ *Christiani Mercatores civitatum omnium Narbonensium tertium* hoc numisma anno isto Principis honori cuderunt. Est ex ære magno, inter numismata Excell. de Gualteri, Nuncii Apostolici in Gallia.

Ibid. 38. D. N. JUSTINIANUS PP. AU. Caput, & cetera, ut proxime. .)(. ANNO XXX. M cum superposita cruce, & KYZ B *Christiani Mercatores Cyzici* negotiantes *secundum* hoc numisma Principis honori cuderunt. Est ex ære magno, in Museo P. JOBERT: & apud D. Fradet.

D. N. JUSTINIANUS PP. AVI. ut in nummo 26. .)(. ANNO XXXI. M cum superposita cruce, & NIKO B ut num 36. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ibid. 39. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut in nummo 25. .)(. ANNO XXXI. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Δ *quartum* hoc numisma eo anno cuderunt. Est ex ære magno, apud D. Baudelot.

Ibid. 40. D. N. JUSTINIANUS AVI. ut in nummo 26. .)(. ANNO XXXI. ++ *Vicesima* Principi soluta, *le vingtiéme denier*: ex omnibus nimirum mercibus, quæ ex Oriente adveherentur; eo quod triremes, aliave navigia, præsidii causa Mercatoribus suppeditaret *Justinianus Augustus Imperator*. Est in corona laurea hæc nummi inscriptio, nummus ex ære molis mediocris, ibidem. Est & in Collectione MS. D. de Peiresc. pag. 259.

Ibid. 41. D. N. JUSTINIANUS PF. AU. .)(. ANNO XXXI. I cum superposita cruce, *Christiano Imperatori*, THEV *Theopolitani* dedicant. Est in Const. Christ. pag. 88. versu 6. ex ære minimo.

Ibid. 42. D. N. JUSTITIANUS PP. AU. Dextra orbem Christianum tenet. .)(. ANNO XXXII. K cum superposita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι *Christiano Cæsari*, Є *quintum* hoc numisma anno isto dedicarunt. Est ex ære magno, in Cimelio Domus Professæ Societatis Jesu, Parisiis.

D. N. JUSTINIANUS PP. AU. ut in nummo num. 37. .)(. ANNO XXXII. M cum superposita crûce, *Christiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, Δ *quartum* hoc numisma anno isto Principis honori cuderunt. Est ex ære magno, in Museo P. JOBERT.

Ibid. 43. D N. JUSTINIANUS PP. AUG. ΛΓ Hoc est, anno XXXIII. ΑΑЄΞ *Alexandrini* Negotiatores. Profert hunc nummum æreum e Museo suo Mediobarbus, pag. 566. Qui Alexandriæ negotiantur, scribunt id nomen Græcis litteris: non scriberent Byzantini BYZ vel KΩN sed Latine semper CON CONOB COMOB vel CORMOB si numismata Augustorum honori hac ætate cuderent?

Ibid. 44. D. N. JUSTINIANUS PP. AG. *Perpetuus Augustus*. Caput pileo tectum, qui est contextus ex unionibus: dextra tenet orbem Christianum. Latere siniſtro, Crux. .)(. ANNO XXXIIII. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*. Infra, RAVENNA: Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 45. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. ut in nummo 25. .)(. ANNO XXXV. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, CON A *Civitatum omnium Narbonensium*, *primum* hoc numisma anno isto Principis honori cuderunt. Est ex ære maximo, in Museo nostro.

Ibid. 46. Ut proxime. In corona laurea, ANNO XXXV. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Є *quintum* hoc numisma eo anno cuderunt. Est ex ære magno, in Museo D. Baudelot.

Tab.

Tab. VI. 47. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. ANNO XXXV. I cum superposita cruce, *Christiano Imperatori*, KYZ *Cyzici* negotiantes. Est ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 48. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Caput tectum pileo Augustali. .)(. I ANNO XXXVII. *Imperii anno tricesimo septimo.* Est ex ære minimo, apud D. Fradet, Parisiis: effigiem habemus in cera impressam.

Caput tectum pileo Augustali. Latere dextro, litteræ visum fugientes: sinistro, ATSUPS *Urbes Transpadanæ salutant Justinianum Imperatorem Protectorem suum.* .)(. I *Imperatori Christiano*, THЄUP Mercatores *Theopoli* negotiantes. Deinde hinc, ANNO; inde XXXVII. Est ex ære minimo, apud D. Abb. FAUVEL.

Ultra annum XXXVII. non vidimus aliquem annum in Justiniani nummis inscriptum: tametsi Occo pag. 582. (sed ex libris opinor, qui annos imperii XXXIX. Justiniano tribuunt, non ex nummis certe quos ipse viderit; cum annus XXXVI. ad tempora Focæ pertineat, ut postea dicemus:) tametsi Occo dicit, inquam, esse Justiniani nummos usque ad annum XXXIX. quoniam, ut diximus, annum hunc inchoatum scriptæ historiæ Justiniano tribuunt. Sic ait idem, esse in Justiniani nummis, ANNO II. III. & sic sequentes annos, usque ad annum XXXIX. Atqui nullus est tamen reipsa ante annum XI. nempe ante secunda Justini decennalia. Credimus enim viro olim in hoc genere perquam diligenti, D°. de Peiresc, cujus in Collectione MS. legimus, pag. 252. JUSTINIAN. THЄUP. ANNO XI. tametsi nusquam alibi visus nobis est in Justiniani numismatis annus notatus ante XII. Credimus, inquam, ei viro, cœptos esse cudi nummos Justiniani nomine anno XI. ab instituta scilicet Societate Mercatorum, ac proinde in secundis ipsis Justini decennalibus: quo tempore Justinianus Perpetuus Augustus SC renunciatus est. Credidit autem Occo, cum exsisteret nummus inscriptus ANNO XII. exstitisse etiam annos priores: nec tamen ullius formam affert ipse ante annum XII. Est autem hic annus XI. a Societate Mercatorum instituta, ut diximus, vel ab anno Justini primi, quod eodem recidit. A quo anno XI. usque ad ultimum Justiniani annum, qui est annus XXXVII. in nummis, cum sint anni omnino XXVII. quorum tres priores exegit cum Justino Aug. Justinianus & ipse Augustus, posteriores quinque cum Tiberio filio suo Aug. & Mauricio & Foca pariter Augg. perspicuum ex eo est, cavisse Senatum, ne saltem solus, plus annos XIX. aut viginti in provincia maneret, Justinianus Aug. pro vetere ac perpetuo Reipublicæ instituto.

In Justini igitur & Justiniani nummis qui notantur anni, non sunt imperii alterutrius anni, sed institutæ a Justino Aug vel restitutæ potius in Oriente Mercaturæ, sive Societatis Mercatorum. Ea causa est quamobrem in Justiniani nummis nullus appareat annus ante undecimum; quo anno renunciatus ipse est Senatusconsulto, socero suo Justino adhuc superstite, *Perpetuus Augustus.* Unde anno XII. & sequente, qui decimus tertius, habent ambo similes nummos, cum eadem anni & loci nota, tum Græca, IB AAЄΞ. tum Latina, ANNO XII. ac deinceps anni fere singuli in Justiniani nummis occurrunt Non tamen ultra annum XXXVII. Ex quo intelligimus annos dumtaxat XIX. ut dictum a nobis est, Justinianum fuisse solum Augustum: ab anno Justini XIII. exacto scilicet ad XXXII. in nummis scriptum. Neque vero in nummis supremo ejus principatu percussis quinquagenario major videtur Quoniam certe anni isti non principatus Augustorum anni sunt, sed Negotiationis restitutæ; idcirco neque in nummis aureis, qui sunt sat multi; neque in argenteis, qui sunt rariores, hi anni scribuntur: quoniam credebatur hoc nummorum genus a civitatibus & provinciis, quibus mos numquam fuit in Occidente annos Augustorum in Actis publicis ponere: quemadmodum nec mos est hodie in Germania annis Imperatoris Acta publica consignare. Notati igitur anni illi occurrunt in nummis dumtaxat ex ære, quos cudi curarent Mercatores fere maritimarum quarumdam civitatum in ora mediterranei & Ægæi maris, quas hodie appellamus, *Les Echelles du Levant.*

15.

Numismata alia JUSTINIANI AUG. *ab anno Christi* 452.

Tab. VI. 1. D. N. JUSTINIANUS PP. AU. SC Capite cincto gemmis. *Dominus noster Justinianus, Perpetuus Augustus Senatusconsulto.* Nam sunt omnes litteræ, atque hæ duæ in primis SC perpulcre exaratæ, & in eodem ipso nummi ambitu, in quo sunt ceteræ; ita ut continentem unam cum Justiniani nomine orationem sententiamque exhibeant: fabricæ autem perelegantis, & si quisquam nummus est alius, Gallicanæ: characterum forma scilicet plane Romanæ ac Latinæ cælaturæ, quibus in accuratissimis & maxime affabre factis Ludovici Magni numismatis. .)(. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, ΘYΠOΛ *Theopoli*, ἐν Θεσπόλει negotiantes, A hoc *primum* numisma hujus formæ dedicarunt. Est ex ære magno, nitidissimus, quem D. Abbas FAUVEL mihi liberalissime dono dedit. Docet hic nummus singularis, nominandi sive designandi Augustos jus hactenus fuisse penes Senatum Urbis Romæ: beneficio autem ejusdem, peculiarique concessu semel ac statim datum nonnullis, post tempora Constantini, ut essent Augusti perpetui, hoc est, ad annos viginti continuos; non ita ut singulis quinquenniis oporteret magistratum & vota decerni denuo, siquidem prorogari eis magistratum Senatus optaret. Factum hoc Senatusconsultum fuisse anno 451. triennio fere ante Justini vel abdicationem vel decessum, superius ostendimus. Vide similem Focæ Aug. nummum inferius, §. 28. num. 7.

Ibid. 2. D. N. JUSTINIANI PP AUG. Capite cincto corona e gemmis. *Dominus noster Justinianus Imperator Perpetuus Augustus.* Sic præter alios bene multos, in Theodeberti nummis tribus, THEVDEBERTI est *Theudebertus Imperator.* .)(. VICTORIA AUGUSTOR. *Victoria Augustorum.* Victoria gradiens, dextra coronam ostentat, sinistro humero palmam gerit. Infra, CONO *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Const. Christ. pag. 90. versu 2.

Ibid. 3. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. P Δ A *Permissu Augusti.* Sic certe est littera A efformata ut simul litteram Δ includat; id quod interdum ab opifice Monetæ observatum est, ut Augustum ea littera significaret. Sic in nummo ipsiusmet Cæsaris Augusti, in Colonia Patricia, sive Cordubæ percusso legimus, PERM. CÆS. AUG. *Permissu Cæsaris Augusti.* Sed quid sit illud, quod instar Delta aream occupat, nescimus. Est nummus ex ære minimo, in Const. Christ. pag 90. versu 4.

Ibid. 4. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Christus Dominus sedet, radiato capite, dextra sceptrum tenet, sinistra orbem Christianum. .)(. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, THЄUP *Theopoli* negotiantes, Γ *tertium* hoc istius formæ numisma cuderunt. Hinc Solis, inde crescentis Lunæ sidus: ob illud de Christo propheticum, Psal. LXXI, 5. *Et permanebit cum Sole & ante Lunam, in generationem & generationem*: vel ob æternitatem potius domus Augustæ significandam, ut alibi dixi-

mus. Est ex ære magno nummus egregiæ fabricæ, in Museo nostro.

Tab. VI. 5. D.N. JUSTINUS. D. N. JUSTINIANUS. Caput est alterius alteri superpositum, nova forma, adeo ut qualitercumque nummum contucaris, sit alterum superne, inferne alterum. .)(. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, cum sidere Solis utrimque appositio, *in Oriente & Occidente negotiantes*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, C quintum hoc numisma hujus formæ cuderunt. Est hic ex ære magno nummus singularis; cujus contemplandi copiam nobis fecit, & effigiem in plumbo expressam nobis perhumaniter dedit D. DE BOZE. Docet hic nummus gessisse simul principatum in provincia Narbonensi Justinum & Justinianum.

Ibid. 6. D. N. JUSTINIANUS PP. AV. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. .A. in summo nummi vertice: in medio, A ISP. Infra, TES. Hoc est, *Primum* hoc istius formæ numisma *Augusto Imperatori Societatis Protectori*, *Thessalonicæ* negotiantes dedicant. Hic iterum littera A quæ Augustum significat, ipsa includit litteram V in meditullio. Nummus est ex ære minimo, apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 7. D. N. JUSTINIAN. . SCPA. Capite cincto diademate e gemmis. *Dominus noster Justinianus*, *Senatusconsulto Perpetuus Augustus*. .)(. VICTORIA. . . . Cetera sunt usu detrita. Stans Victoria crucem tenet. Aureus est, apud D. de Ballonfleaux. Quatuor litteræ postremæ in parte antica hujus nummi, nempe SCPA, multo sunt ceteris grandiores, ut idem litteris ad me datis significavit.

Ibid. 8. D. N. JUSTINIANUS PP. A. *Perpetuus Augustus*. Caput cinctum corona e gemmis. .)(. VICTORIA ACCCAM. Victoria gradiens, manu sinistra coronam ostentat. *Victoria accepta Consule Augusto Maxima*. Sic in nummo Severi legas, VICT. PART. MAX. in Gallieno, VICTORIA GM *Germanica Maxima:* in Claudio Gothico, VICTORIA G M *Gothica Maxima*. In area nummi, latere sinistro, $\frac{A}{MR}$ *Moneta Arelatensis*. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt*. Est triens aureus perpulcher, *un tiers de sol d'or*, apud D. Marchionem de Montauban. In alio persimili, apud D. de Clesves, legitur, VICTORIA + ACCCT. Hoc est, *Victoria Christianorum accepta Consule Theodeberto*. Et similiter $\frac{A}{MR}$ · &CONOB. Latere dextro, sidus Solis. Confer cum simili Theodeberti nummo, de quo inferius dicemus, VICTORIA ACCCDN $\frac{}{R}$ *Victoria accepta Consulatu Domini nostri perpetua*. Sed quid ad Justinianum pertinuit Arelate, si libros audimus?

16.

A quibus fuerint nummi percussi sub JUSTINIANO.

Præter nummos aureos, in quibus haud alia loci nota occurrit, præter famosum CONOB; ærei exhibent loca octo omnino, in quibus percuterentur Justiniani Aug. nomine; quæ quamvis suis jam locis exposuerimus, juvat nihilominus ea in unum hic conspectum denuo repræsentare.

1 CON *Civitatum omnium Narbonensium* Mercatores designat.

2. KART vel CART Qui *Carthagine* negotiarentur.

3 KYZ Qui Cyzici, ἐν Κυζίκῳ, quæ urbs est Hellesponti.

4 NIKO Qui *Nicomediæ* in Bithynia.

5 RAVENNA Mercatores *Ravennates*.

6 ROMA *Romani*, sive Romano Imperio in Galliis subjecti.

7 ΘΥΠΟΛ & THEUP Qui *Theopoli*, sive Prusæ in Bithynia.

8 ΑΛΕΞ Qui *Alexandriæ* in Ægypto. Nam ætate quidem Diocletiani & consequentium aliquot Augustorum, quod in nummis fabricæ Gallicanæ, & Latinis characteribus scribebatur ALE, non Alexandriæ Negotiatores designabat, sed PRIMÆ LUGDUNENSIS EDICTO. Hoc vero sæculo Justinianeo, ipsi qui Alexandriæ commorantes, Mercatorum e Gallia negotia procurabant, ibi nummos cudebant, partim Latine, qua præsertim in superficie effigies erat Augusti; partim Græce, ubi scilicet nomen civitatis, in qua degerent, exprimi oporteret, ΑΛΕΞ.

Atqui si Evagrio credimus, libro IV. cap. XVIII. *fertur Justinianus centum & quinquaginta civitates, quarum pars penitus deletæ fuerant, pars non parvas ruinas perpessæ, in integrum restituisse, & tam eximio splendore, tantis ornamentis, tam præclara ædium, tum publicarum, tum privatarum fabricatione, tam amplis mœnibus circumdatis, aliisque egregiis ædificiis, quibus tum urbes exornari solent, tum sacrum Numen coli.* Si Procopio e iam aliisque scriptoribus fides est habenda, Octodecim civitates de Justiniani Aug. nomine Justinianæ vel Justinianopoles sunt appellatæ. Neque ulla tamen sic appellata, vel sic ab ipso condita, aut in integrum restituta civitas, nummum vel unum cudit ejus honori. O immemores scilicet acceptorum beneficiorum civitates! Sed quot? Amplius centum quinquaginta. Proh? qualibus homines fabulis delectantur! At neque illæ, quæ Justinopoles, ut volunt, de Justini Aug. nomine sunt appellatæ, hanc illi grati animi sui significationem vel semel dederunt.

Ut vero Θεόπολιν esse Prusam in Bithynia credamus, argumento eo adducimur, quod Θεόπολιν illam esse oporteat civitatem emporio nobilem, positamque circa oram maris, ubi æque atque in ceteris Narbonenses Mercatores negotiarentur. Id quod certe Antiochiæ Syriæ non convenit; tametsi hanc mendaces Theopolim fuisse sub Justiniano nuncupatam produnt. Nam id ipsis venit in mentem fingere, uti quidem arbitramur, eo consilio, ut Antiochiam Justiniano paruisse posteri crederent testimonio nummorum istorum, neque illos Prusæ Bithyniæ civitati tribuerent; tametsi hanc fama vulgaret Θεόπολιν fuisse olim appellatam. Hanc certe famam testatur subscriptio Polychronii episcopi Ωευπόλεως ἤτοι Προύσης, in Concilio VI. Oecumenico, annis post Justinianum amplius CXXX. ut vulgo numerant.

Pertinet ad Justinianum insignis præterea nummulus, mihi amicissime dono datus a D. HENRION, Viro Clariss. ex Regia Numismatum & Inscriptionum Academia, visus exploratusque in hac civitate a viris eruditis; inter quos celeberrimi D. DE BOZE, ejusdem Academiæ Secretarius Perpetuus, Dominus de Montfaucon e sacra Benedictinorum familia, D. Abbas FAUVEL in dignoscendis probis numismatis experientissimus, P. STEPHANUS CHAMILLART, aliique non pauci. Hunc nos statim explicuimus, nostramque interpretationem in Diarium Trevoltianum mense Maio anni hujus 1708. auctores inseruerunt.

Tab. VI. 9. Nummus est ex ære minimo, sed flavo & nitidissimo. In anteriore parte hæc egigraphe legitur: THC CEB KAICAPEIAC Capite Justiniani Aug. cincto corona e gemmis. In parte aversa, littera Græca C hoc est, σίγμα majusculæ formæ, complectitur involvitque litteras cum cruce implexas nexasque, quæ Justiniani nomen Græce continent, IOYCTINIANOC. Ut sit hæc integra sententia; THC CEBαστῆς KAICAPEIAC Cωτὴρ IOYCTINIANOC Cεβαστός: littera illa C &

& pro Σωτὴρ accepta, & pro Σεβαστός. *Augustæ Cæsareæ Conservator Justinianus Augustus.* Cæsarea hæc Palestinæ est, quæ in aliis numismatis C. A. C. *Colonia Augusta Cæsarea* nuncupatur. Hæc habuit etiam veteres indigenas, qui Græci fuere & soli tunc quidem, cum hoc numisma cusum est. Hi etiam sub M. Aurelio nummos inscribebant, KAICAPE. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. & sub Pescennio Nigro, KAICAPEIAC ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC. Præter ea quæ de isto numismate jam diximus, editaque sunt in Diario ante laudato, hæc tria quatuorve digna sane notatu nos idem edocet. Primum est, Justinianum Aug. insigni pietate & animi excelsitate misisse subsidiarias copias Christianis Cæsareæ Palæstinæ adversus Arabes: atque idcirco appellatum fuisse Σωτῆρα τῆς πόλεως *Conservatorem Urbis:* Procopium proinde, neque illius ævi scriptorem esse, neque Cæsarea Palæstinæ, uti mentitur, oriundum fuisse; qui tam præclarum Justiniani facinus penitus ignoravit. Alterum est, nullam habuisse partem ditionis in Palæstina Justinianum; cum nec Hierosolyma, nec ullum e toto Oriente oppidum nummos ejus honori cuderit, præter istud quod est in ora Palæstinæ, potuitque propterea auxilia excipere ab Occidente & ab amico Principe. Tertium est, ex Augusti sanguine, qui nomen *Augustæ* dedit Cæsareæ, ortum prædicari Justinianum Augustum, uti reapse fuit. In eo enim sententiæ istius acumen est, *Cæsareæ Augustæ Conservator Justinianus Augustus.* Quartum ac postremum est, cum inscribant numismata Græce, & quidem characterum forma perelegante Cæsarienses e Syria, haud dubie non Latine CON vel CONOB, sed Græce quoque scripturos fuisse, sive, ut olim, BYZANTIΩN, sive novo more KΩNCTANTNOΥΠ. incolas hujus civitatis, si quod honori Justiniani numisma cuderent.

17.

Simul Augusti fuere, THEODEBERTUS & JUSTINIANUS, anno Christi 452. & 454.

Tab. VII. 1. D. N. THEODEBERTVS Ć. Capite cincto corona e gemmis. *Dominus noster Theodebertus Consul.* .)(. VICTORIA ACCCDN ℞ *Victoria accepta Consule Domino nostro Perpetua.* Victoria palmam sinistro humero gerit, dextra coronam ostentat. Ad pedes Victoriæ sunt litteræ colligatæ ℞ PERPE *Perpetua.* Est nummulus ex auro minutus in Musco nostro, de quo egimus in Numismatis sæculi Constantiniani. Trientem aureum vulgo vocant, *un tiers de sol d'or*; hoc est, tertiam aurei solidi partem. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*: ob victoriam de Germanis relatam. Quamvis *Dominus noster* Theodebertus appelletur, tantummodo *Consul*, non & Augustus jam tum videtur fuisse. Similem epigraphen in triente pariter aureo Justiniani Aug. superius vidimus, VICTORIA ACCCAM *Victoria accepta Consule Augusto maxima.* At Theodebertus tunc tantum *Consul.* Victoriam accipere dicitur populus, qui fructum Victoriæ accipit percipitve.

Ibid. 2. D. N. THEODEBERTVS VICTOR, cum galea cristata, & clypeo, & hasta humero dextro transverse imposita, quæ sunt insignia summorum Imperatorum. Sententia est, ut in nummo Justini Aug. diximus, inscripto VICTOR, §. 10. *Urbibus Imperii Civitates Transpadanas Omnes Reconciliavit.* .)(. VICTORIA AUGGGI *Victoria Augustorum trium Imperatorum*, Theodeberti nimirum, Justini, & Justiniani. Victoria dextra tenet crucem oblongam, sinistra orbem Christianum, hoc est, orbem Romanum, cui crux est imposita. Ad pedes Victoriæ R. hoc est, *Perpetua.* D. de Bouterouë pag. 230. hunc nummum depingi accurate fecit. Intra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est solidus aureus, *un sol d'or*, ea plane forma ac mole, qua sunt Justiniani Aug. numismata pulcherrima. Ut Justino Aug. Imp sic etiam Theodeberto Imperatori Aug. *Victoris* delatum cognomen est. Cur autem Victoria gestat orbem Romanum, si non hæc a Romanis principibus cum Theodeberto Gallo relata est, & Romanæ Reipublicæ bono?

Ibid. 3. D. N. THEODEBERTVS VICTOR. .)(. VICTORIA AUGGGI. CONOB. Similis est hic nummus proxime superiori, nisi quod caret litteris implexis PERPE. & habet latere nummi sinistro sidus Solis, Romani Principis symbolum. Est & hic pariter solidus aureus. Est in Thesauro Regio. De utroque autem sic pronunciat D. le Blanc, in libro Gallico, *Monnoies de France*, pag. 22. *Ces deux sols d'or sont entierement semblables à ceux de Justinien, & de quelques autres Empereurs, si on excepte le mot* Theodebertus. Ei etiam assentitur & D. Bouterouë, pag. 229. & 230. Nummum utrumque Du-Cangius quoque exhibet in Const. Christ. pag. 94. Eodem ergo metallo, & æquali mole, similique forma, atque Augusti & Imperatores ceteri, Augustusipse & Imperator Theodebertus numismata habet.

Ibid. 4. D. N. THEVDEBERTI PP AUG. cum galea cristata, & clypeo: Dextra gestat orbem Christianum, hoc est, orbem Romanum, cui crux est oblonga imposita. *Dominus noster Theudebertus Imperator Perpetuus Augustus.* Decrescunt in *Theudebert* nomine postremæ litteræ, & majuscula deinde est littera I ut *Imperatorem* significare ea, nec pertinere existimetur ad Theudeberti nomen. Sic in nummo Justiniani, in Const. Christ. pag. 90. versu 2. legas, D. N. JUSTINIANI PP. AUG. hoc est, *Dominus noster Justinianus Imperator Perpetuus Augustus.* Et AVI centies in Justiniani aliorumque nummis occurrit, ut significetur *Augustus Imperator.* Neque enim in gignendi casu poni nomen Augusti cujuspiam, aut Principis adhuc viventis, in antica parte numismatis, apud Latinos usus fuit. Sed ut in nummo Metelli, CMPI est *Cæcilius Metellus Pius Imperator*: & in nummis ipsiusmet Cæsaris Dictatoris IIT est *Imperator iterum*: sic etiam isthic THEVDEBERTI *Theudebertus Imperator* est. .)(. VICTORIA AUGGG *Victoria trium Augustorum.* Δ *quartum* numisma ob eam victoriam percussum. Victoria dextra tenet crucem oblongam, cujus in apice est littera P Græca, quæ cum cruce efficit Christi monogramma: læva tenet orbem Christianum. Lævo nummi latere sidus Solis, Romani Principis symbolum. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Nummus est singularis in Musco nostro, solidus aureus, *un sol d'or.* Qui numquam in suis nummis, qui plurimi sunt, REX appellatur, cum hunc titulum habeant ceteri qui reges fuere; & semper D. N. appellatur, & orbem Romanum in nummis gerit, quod utrumque numquam usurpant ceteri qui in Galliis reges fuerunt; sed Augusti tantum hoc ævo; is certe Rex non fuit. Deinde qui & *Imperator* & *Augustus* dicitur, is certe Rex non fuit. Præterea, qui nummos aureos habet, quos solidos appellant, *des sols d'or*, quod numquam in Gallia reges illis temporibus; (nam hi aureos tantum trientes habuere, *des tiers de sol d'or*:) rex ille non fuit. Denique qui *Perpetuus Augustus* appellatur, is beneficio superioris Potestatis, scilicet Senatus Romani, acceptum se referre hoc beneficium profitetur, ut non ad annos v. aut x. aut xv. ut multi, sed ut sit δὶς βὶς Augustus: id quod profiteri certe nemo Regum nostrorum vellet. Non fuit igitur Theodebertus rex, nec Clodovei nepos; sed Gallus aliquis ex familia præpotente, a Senatu adlectus in numerum Augustorum. Nullos habet Theodebertus nummos, ut Augusti ceteri tres ipsius collegæ, percussos a Mer-

catoribus, ſive æreos, cum his litteris, CONTHЄUP NIKO KYZ CART ſimilibusque: quoniam videlicet Societas Mercatorum, quæ hujusmodi nummos cudi curabat, tota erat in Provincia Narbonenſi, non in Lugdunenſi prima, vel in Metenſi tractu, ubi pro Senatu gerebat principatum Theodebertus. Quamquam civitates omnes Narbonenſes, quæ tunc pars erat Imperii potiſſima, aureos cudebat in ipſius honorem, adjecto propterea lemmate ſuo CONOB: quoniam mos eſſet omnium provinciarum omnes Auguſtos eo honore afficere: quippe qui pro indiviſo ſaluti conſulerent.

Tab. VII. 5. THEODEBERTVS. Caput gemmis cinctum. .)(. Victoria ſedet, ſine inſcriptione: ut Victor Theodebertus unus intelligatur. Eſt triens aureus, delineatus a D. Bouterouë, pag. 231. ex Cimelio Illuſtr. Harlæi.

Ibid 6. TEVDEBERTIA. . Capite cincto diademate e gemmis. *Teudebertus Imperator Auguſtus.* .)(. Area nummi altera nuda, vel uſu detrita. Triens aureus, ibidem, pag. 232. ex eodem Cimelio.

Ibid. 7. THEODOBERTIA Capite cincto gemmis. *Teodobertus Imperator Auguſtus.* .)(. Crux. IOHANNES. Monetarii nomen, ut videtur. *Triens aureus*, ibidem, pag. 277 ex eodem Cimelio. Suboluit ipſi D. Bouterouë, A pro *Auguſti* nomine poſitum ibi eſſe.

Ibid. 8. . . . TORIA. Caput gemmis cinctum Verius arbitramur, ut in præcedentibus, ſic etiam in iſto ſcriptum fuiſſe, THEODEBERTIA *Imperator Auguſtus.* .)(. VICTORIA THEODEBERTI. In cippo, METTIS. Triens aureus apud D. le Blanc, pag. 22. Nomen illud ut eſt in cippo ſcriptum, eo ſitu admonet, non fabricæ locum hunc eſſe, ſed civitatem ei loco vicinam, ubi relata Victoria eſt.

Ibid. 9. TEODEBERT. Caput gemmis cinctum. .)(. Crux, cum litteris A & Ω quæ Chriſtum Deum ſignificant, ut in Apoc. 1. Triens aureus eſt, apud D. de Bouterouë, ex eodem Harlæi Cimelio.

Ibid 10. TЄUDЄBЄRTЄ vel potius Є TЄUDЄBЄRT cum Chriſti monogrammate ☧: *Chriſte exaudi Theodebertum.* Triens aureus mixto ære, ibidem, pag. 224. ex eodem Cimelio. Jam ſuperius de hoc numismate egimus; quo docemur, Anaſtaſio, Juſtino, & Juſtiniano Auguſtis æqualem Theodebertum fuiſſe. Ex his autem nummis apparet, quo in tractu Imperii ſive Galliarum Theodebertus geſſerit principatum: in Lugdunenſi prima nimirum, ubi Cabillonum eſt, & in Metenſi regione.

Ibid. 11. D. N. IUSTINIANUS PP. AUG. cum galea criſtata, & clypeo: dextra geſtat orbem Chriſtianum, hoc eſt, orbem Romanum, cui crux eſt oblonga impoſita. .)(. VICTORIA AUGGG *Victoria trium Auguſtorum*, A *primo* iſto numismate conſignata. Eſt ſolidus aureus, in Theſauro Brandeb. pag. 852. In Conſt. Chriſt. pag. 88. verſu 4. eſt littera B quæ *ſecundum* denotat: cetero nummus iſti ſimillimus. Apud D. Bouterouë, ex D. Seguin, pag. 133. eſt O pro Δ quæ littera *quartum* deſignat: ut recte apud Gretſerum eſt, tomo III. de Cruce, pag. 79. vel pro Θ *nonum*. Victoria dextra tenet crucem oblongam, cujus in apice, ut in nummo 4. Theodeberti, eſt littera P Græca, quæ cum cruce efficit Chriſti monogramma: læva tenet orbem Chriſtianum, ſive Romanum, cui Crux eſt impoſita. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* In alio perſimili, apud D. Bouterouë, eſt *ſextum* numisma oblatum Principi; ut & inter numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab. XXVIII. Apud Baronium denique, ad annum 527. num. LI. eſt Θ *nonum*.

18.

Numismata ANASTASII, JUSTINI, ET JUSTINIANI, cum regum ſociorum nominibus. Anno Chriſti 441.

Tab. VII. 1. D. N. ANASTASIUS P. A. *Perpetuus Auguſtus.* Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, D. N. BADVELA REX. Nummus eſt ex ære magno, in Theſauro Brandeb. pag. 849. Baduilam Jornandes Totilæ ſocium in bello Italis inferendo facit: quem Totilam omnes hiſtorici ſub Juſtiniano collocant, anno Juſtiniani XV. Chriſt DXLI. Unde miratur Begerus, loco citato Theſauri Brandeb. qua ratione in Anaſtaſii nummo Baduelæ nomen occurrat; negetque prorſus, & recte quidem, id eſſe errori Monetæ adſcribendum, quantumvis iſtud hiſtoriæ adverſetur. Cum Anaſtaſii effigie ac nomine viſos ſibi nummos eſſe, in quibus eſſent nomina regum Italiæ, ait etiam Du-Cangius, in Diſſert. de inferioris ævi Numiſm. pag. 52. id quod cum noſtra Chronologia egregie congruit, cum alia qualibet omnino non congruit. De Baduela hiſtorici ſilent, præter Jornandem, qui *Badiulam* vocat. Quæ numismata ſimul Imperatoris nomen ac regis habent, ea ſunt fere argentea: ſed absque regis vultu: quæ regum tantum, nonniſi ærea fere ſunt, & mole quidem mediocri, vel minima, pleraque. Apud D. BAUDELOT, eximium eſt ex argento, D. N. ANASTASIUS P. F. AV. capite pariter cincto gemmis. In averſa parte, in corona laurea, eodem ſitu & ordine litterarum, D. N. BADVILA REX.

D. N. ANASTASIUS P. AG. *Perpetuus Auguſtus.* Caput gemmis cinctum. .)(. In corona laurea, DOMNVS THEIA PREX. *Domnus Theia Prorex.* Argenteus quinarius eſt, apud D. Fradet, in hac civitate. Si rex Theïa foret, non *Domnus* ille, opinor, ſed D. N. ut ceteri ei æquales, diceretur. Majores quinario nummos non habet, quia Prorex tantummodo, non Rex fuit. Regem tamen ipſum Gothorum in Italia, ex iſto numismate, ſed quod prave legit atque intellexit, fecit ſub Juſtiniano Procopius. Hujus nummi formam in cera impreſſam habemus.

Ibid. 2. DOM. NO. I. AU. IIIVC. Capite cincto diademate e gemmis. *Dominus noſter Juſtinus Auguſtus, Imperialium in Italia Urbium Conſervator.* In Italia utique Transpadana, cujus præcipua fuit hæc Juſtini & Juſtiniani ætate cura, in qua Ticinus, quæ, ut mox dicemus, ſedes regni Baduelæ fuit. .)(. D. N. BADVELA REX. Dominum ſuum Baduelam regem Ticinus appellat. Eſt hic nummus argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 8. Ex his porro nummis perſpicuum eſt, Baduelam ſub Anaſtaſio & Juſtino fuiſſe; quorum temporibus nec Baduela aliquis, nec Totila apparet in libris: in nummis e converſo Juſtiniani principatu Baduela nullus eſt. Juſtino autem potius quam Juſtiniano hunc nummum idcirco tribuimus, quod Juſtiniani nomen unica tantum littera I numquam in aliquo nummo exprimitur: quoniam ſic incertum eſſet, uter ibi deſignaretur. In nummis autem Juſtini perſæpe nomen ipſius una ea littera notatur, ut ſuperius vidimus Deinde quod diverſa iſtius nummi forma a numismatis reliquorum regum, dubitare non ſinit, quin Juſtiniani principatum Baduela non viderit, ſub quo alia prorſus, ſed una & eadem effigie omnia percuſſa ſunt ceterorum regum numismata. Itaque Anaſtaſii temporibus vicinior is fuit, ſub quo regem eum fuiſſe nummus prior fidem facit.

Ibid. 3. D. N. JUSTINUS P. AUG. *Perpetuus Auguſtus*, capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, D. N. ATHALARICVS REX. Eſt argenteus,

tetis, apud Paulum Petavium, Tab. 10. Athalarici regis annum primum cum ſupremo Juſtini anno conjungunt hiſtorici ſcriptores, anno Chriſti DXXVI. a die 1. Septembris.

Tab. VII. 4. D.N. JUSTINIAN. AUG. Capite cincto diademate e gemmis. .)(. In corona laurea, D.N. ATHALARICVS REX. Eſt pariter argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 4. & hunc e Muſeo ſuo profert Mediobarbus, pag. 561. Eſt quinarius ex argento eximius, in Cimelio P. CHAMILLART: D. N. JUSTINIAN. AUG. Cetera ut in proxime allatis.

Ibid. 5. D.N. JUSTINIAN. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea: D. N. THEODAHATVS REX. Pariter argenteus, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 6.

Ibid. 6. Ut proxime. .)(. D. N. VVITICES REX. Et iſte quoque argenteus, ibidem, verſu 7. In his autem trium regum numismatis, Athalarici, Theodahati, vviticis, cum ſit & metallum idem, argentum ſcilicet, & forma nummi, ac fabrica perſimilis, ſiquidem eſt Juſtiniani nomen hac forma in omnibus, D. N. JUSTINIAN AUG. deinde in corona laurea nomen regis; conſtare debet eo argumento, ſimul iſtos tres reges fuiſſe; atque uno eodem die, in eademque officina, percuſſos fuiſſe nummos iſtos tres. Quantumvis Athalarico primum annum ſcriptores adſignent eum, qui Chriſti fuit DXXVI. Theodahato, qui DXXXIV. *Vitigi*, qui DXXXVI.

Numismata regum ipſorum,
qui ſocii fuere ANASTASII, JUSTINI,
& JUSTINIANI, Auguſtorum.

Tab. VIII. 1. D.N. BADVELA REX. Caput mitra tectum, cum gemmis. .)(. In corona laurea, D. N. BADVELA REX. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 8. & in Cimelio quidem P. CHAMILLART, eo litterarum ordine, quem hic exhibemus; ita nimirum ut in poſtica nummi parte in unoquoque verſu ternæ ſint litteræ.

Ibid. 2. D. N. BADVILA REX. Caput mitratum, ut ſupra. .)(. FLOREAS SEMPER. Stat rex, cum galea, haſta, & clypeo. Latere nummi ſiniſtro, X *Chriſtianus*. Vidimus ex minimo ære, apud D. Abb. FAUVEL. In Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 8. eſt FLVREAZ SEMPER.

Ibid. 3. In corona laurea, D.N. BADVILLA REX. Nam & *Baduela*, & *Baduila*, & *Baduilla* in nummis ſcribitur. .)(. FELIX TICINVS. Caput turritum. Profert hunc nummum e Muſeo ſuo Comes Mediobarbus, pag. 568. & ejusdem contemplandi copiam nobis fecit Clariſſ. Abbas, Comitis filius, dum eſſet Pariſiis. *Ticinus* alterum Papiæ nomen eſt, *Pavie*, in Ducatu Mediolanenſi, ab amne Ticino, quo Papienſis ſive Ticinenſis ager alluitur: qui adeo fertilis & amœnus eſt, ut vulgo dicatur, *il Giardino di Milano*. Paruiſſe Ticinum Baduillæ regi nummus hic fidem facit.

Ibid. 4. BADVILLA REX. Caput mitra tectum. .)(. LVRI ARRX. Stat ipſe cum galea, & haſta, & clypeo. Sententia videtur eſſe, ut jam olim conjecimus, *Lugdunenſis regni* anno *primo*: *Arelatenſis regni decimo*. Eſt hic nummus ex ære, apud Patinum in Indice, fol. 35.

Ibid. 5. INVICTA ROMA. Caput galeatum. .)(. In corona laurea: D. N. ATHALARICVS REX. Eſt ex ære minimo apud P. CHAMILLART. Hac epigraphe, *Invicta Roma*, teſtantur reges iſti, ſe fiduciarios tantum reges eſſe, beneficio Romani Senatus.

Ibid. 6. INVICTA ROMA. Caput galeatum. .)(. D. N. ATHALARICVS. Stat ipſe Athalaricus cum galea & clypeo, & haſta. In medio S C *Senatusconſulto*. Latere dextro X *Chriſtianus*, ut ſupra. Eſt in Muſeo noſtro, & in Cimelio Domus Profeſſæ, ex ære mediocri. Pars hæc nummi, quæ caput galeatum exhibet, Urbis Romæ nimirum, cum titulo, INVICTA ROMA, pars eſt antica, & in numismate potior.

Ibid. 7. INVICTA ROMA. Caput galeatum. .)(. In corona laurea: D. N. VVITICES REX. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 7. & apud Patinum in Indice, pag. 34.

Ibid. 8. INVICTA ROMA. Caput galeatum. .)(. In corona laurea, D. N. THEODAHATVS REX. Eſt & illud ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT, apud D. Abb. FAUVEL, apud P. CHAMILLART, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 6. & in Mediobarbi Muſeo, teſte ipſo, pag. 567. Similitudo metalli in his nummis tribus; (ſunt enim omnes ex ære, & quidem minimæ molis vel mediocris; argento ipſo etiam, non auro tantum, Auguſtis reſervato:) indiſcreta pariter ſimilitudo fabricæ & inſcriptionis, ſolis regum nominibus exceptis, docet aperte tres iſtos ſimul reges fuiſſe: ac tres nummos iſtos uno die eodem fuiſſe percuſſos.

Ibid. 9. D. N. THEODAHATVS REX. Caput tectum pileo gemmis onuſto. .)(. VICTORIA PRINCIPA. Victoria geſtat læva palmam, dextra coronam. In medio, SC *Senatuſconſulto*. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. CHAMILLART, in Conſt. Chriſt. pag. 92. verſu 5. & apud Patinum, pag. 496. In Muſeo San-Genovefano, alius habet, ut apud Patinum & Du-Cangium legitur, VICTORIA PRINCIPUM. Sed nihil intereſt, an *Principalis* victoria dicatur, an *Principum*. Vox eſt Pliniana, *principalis*, eo ſenſu ut ſignificet, quod proprium eſt Principum. Vox illa S C *Senatuſconſulto*, concordiam Senatus Romani cum Theodahato rege ſignificat, & majorem Senatus poteſtatem in Theodahati regno, quam Theodahati ipſius. Illud denique lemma, *Victoria Principalis*, conſenſum denotat Juſtiniani cum Theodahato, conjunctisque conſiliis, copiis ac viribus, victoriam fuiſſe reportatam. Neque enim aut Victoria Regis, aut Victoria Regum hæc fuiſſe dicitur; quoniam e victoribus alter rex non erat; nec Victoria Auguſtorum, eo quod Auguſtus alter eorum non fuit; ſed adhibita vox ea eſt, quæ communis eſſet Auguſtis ac regibus; Juſtiniano & Theodahato: *Victoria Principum*. Nam Auguſtorum certe nummi plurimi inſcribuntur, OPTIMO PRINCIPI.

Ibid. 10. D. N. JUSTINIANUS PP. AUG. Capite cincto gemmis. .)(. In corona laurea, litteræ implicitæ, præter S & M, quæ hoc nomen efficiunt, THAUDAHATUS. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio Domus Profeſſæ Societatis Jeſu, Pariſiis.

Ibid. 11. D. N. JUSTINIANUS AUG. Capite tecto pileo e gemmis. .)(. In corona laurea, litteræ implicitæ, præter S & O, quæ hoc nomen efficiunt, THEODAHATVS. Aureus eſt in Theſauro Brandeb. pag. 852.

Ibid. 12. Caput ſenile, barbatum, & barbaricum, vertice radiato, ſine epigraphe. .)(. In corona laurea, TOTILE. Nummus hic eſt ex argento, apud D. FOUCAULT. Huic ſimilis eſt alter, affabre factus, in Muſeo noſtro. Sed eſt uterque adulterinus ac recens, ab aliquo impoſtore fabricatus, qui Totilæ regis, quem Annales falſi prædicant, aliquem vellet nummum exſtare.

Ex his autem intelligere eſt, recentem ac ſpuriam eſſe inſcriptionem Athalarici regis nomine fabricatam, quæ Ticini eſt eruta ſæculo Chriſti decimo ſeptimo, deſcribiturque a Mediobarbo, pag. 568. Nam in ea & ATALARICVS ſcribitur, ſine littera aspirante H, quæ numquam in nummis omittitur; & *Rex* ibi *glorioſiſſimus* appellatur, qui titulus barbariem ævi ſequioris ſapit.

+ D. N. ATALARICVS REX +
GLORIOSISSIMVS HAS
SEDIS SPECTACVLI ANNO
REGNI SVI TERTIO FIERI
FELICITER PRECEPIT. +

Et illud *feliciter fieri præcepit*, redolet puerilem ſtilum corum, qui in libris ſcribere olim conſueverunt, *Explicit feliciter*. Et quæ laus ea demum eſt, quod præcepit fieri, ſi non ſuo ſumptu.

Poſt Anaſtaſiii Aug. obitum vel ſeceſſum, cum eſſet per ætatem impar titulo onerique Auguſti gerendo Juſtiniani filius Tiberis Conſtantinus; nec vellet Senatus aut Juſtini, cui Tranſpadanam Italiam Respublica debebat, aut generi ipſius Juſtiniani animum offendere, qui nollent habere pares; relicto Theodeberto in Lugdunenſi ac Metenſi tractu; pro uno quidem Auguſto, quem in locum Anaſtaſii potuiſſet Senatus de more ex Cæſarea gente collegam Juſtini creare; & pro duobus aliis, quos poſtea in locum Juſtini ſimiliter ſecedentis vel mortui, potuiſſet Juſtiniano dare collegas; fecit in totidem partibus Imperii, quale tunc erat, nunc unum, nunc & alios reges duos, Juſtini & Juſtiniani Aug. vicarios, & beneficiarios Principes: quod quidem fuit Juſtino & Juſtiniano perhonorificum. Atque ea cauſa eſt, quamobrem in nummis illis, quibus inſcripta ſunt regum illorum nomina ſimul & Auguſtorum, non ſit regum tamen, ſed Auguſtorum dumtaxat vultus inſculptus; regum autem ſolum nomen legatur in parte nummi poſtica. Elegit igitur Senatus, ut olim ſub Anaſtaſio Baduelam, ita ſub Juſtino primum Athalaricum; deinde ſub Juſtiniano Theodahatum præterea & Witicen; viros e præcipua quidem nobilitate, ſed tamen indigenas, non Romanos, ut barbara ipſa nomina indicant: quoniam tunc forte Senatus id tribuendum cenſeret indigenis, ut reges de ipſa eorum primaria nobilitate eis præficerentur. Itaque adſignatam ſibi provinciam viri illi nobiles, cultu induti regio a Senatu, & regis titulo ac poteſtate adminiſtrabant, ad heredes nec titulo nec jure aliquo propterea transmittendo.

Inde fit, ut hi tantum quatuor reges hac ætate in nummis occurrant; cum multo plures Italiæ (ut appellant) & Gothorum reges hiſtoriarum architecti referant. Theodorici quidem numiſma exhibet Du-Cangius in Conſt. Chriſt. pag. 92. D. N. THEODORICVS S. & in medio nummo v. .)(. INVICTA ROMA, capite Romæ galeato. Sed nusquam viſus eſt iſte nummus, niſi apud Octav. Stradam; a quo qui proferuntur nummi, plerique ſunt ſpurii & recentes, ut norunt periti: nec habet hic nummus eam formam, quæ in aliis cernitur, inſcriptis pariter, INVICTA ROMA.

Quod ſi quis roget, quæ fuerit unicuique regum iſtorum commiſſa a Senatu provincia; ex nummis quidem de Juſtiniano, Theodeberto, ac Baduela, rem conſtare arbitramur. Nam Juſtinianum in Transpadana Italia hospitatum fuiſſe, nummus ille ipſius docet, ſuperius a nobis expoſitus, VOT. MULT HTI. Theodebertum Cabillonenſibus Metenſibusque præfuiſſe, numismatis ejus impreſſa clamant: Baduelam denique, in Lugdunenſi regno prius, & primum in Arelatenſi regnaſſe; ſi genuina quidem illa interpretatio eſt, quam attulimus, hujuſce nummi ipſius, LVRI ARRX: deinde in Transpadana regione, ubi eſt Ticinus. De ceteris mera conjectatio eſt: Athalarico Narbonenſem primam provinciam obtigiſſe; Theodahato Arelatenſem ac Viennenſem agrum: Witici denique Ravennatem, ſive octavam Italiæ regionem. Nam quod Italiæ regnum tunc obtinuiſſe dicuntur, non alio videtur iſtud fictum eſſe conſilio, quam ut regibus his ipſis ſubjecti fuiſſe credantur Romani Pontifices; coactaque fuiſſe eorumdem regum juſſu in Italia, atque in ipſamet Urbe, Concilia.

Non eſt prætermittenda hoc loco obſervatio Nicolai Kederi, in libro quem inſcripſit, De argento Runis ſeu litteris Gothicis inſignito, fol. B 3. *Haud reperiebantur*, inquit, *litteræ noſtræ*, Gothicæ nimirum, *in Numismatis Oſtro Gothicis aureis, argenteis, æreiſve, olim in Italia percuſſis. . . . Regum, ut puta Theodorici, Athalarici, Theodahati, Witigis, Baduilæ, ſive Totilæ, & Teiæ. In quibus numismatis obiter adnotandus commemoratorum regum rariſſimus capitum occurſus; cum in ære nonniſi Theodahati & Baduilæ compareant vultus; in argento vero vix ullius. Prorſus ut mirer, iſtorum omnium capita apud nos in auro exſtitiſſe tempore Olai Magni. Rem ipſe Olaus, hiſt. de* „ *Gentib. Septentr. lib.* VI. *cap.* XVI. *ſic in-* „ *dicat: Rurſus veterum Gothorum regum, Theode-* „ *rici, Alarici, Theodati, Totilæ, Vitigis, & Teiæ* „ *monetæ aureæ regno inferuntur. Maxime delectan-* „ *tur inſigniores perſonæ magnatum ſigna faciesque con-* „ *templantes.* Utinam vero, inquam ego, Olaus hoc tantum loco mendax foret.

Anno Chriſti 460.

SICARDVS.

Tab. VIII. Nummus hic eſt ex auro, argento mixto, aurei ſolidi mole, elegantis admodum, ut illis temporibus, fabricæ, ac nitidiſſimi characteris, qualis in Theodahati nummo, qui ſimilem habet epigraphen. In antica parte vultus eſt Principis, ſenilis, barbatus, capite cincto gemmis duplici ordine, cruce capiti ſuperpoſita. Dextra tenet orbem Romanum, cui pariter impoſita crux eſt. In ambitu, SICARDVS .)(. Crux extremis capitibus jugata, gradibus tribus impoſita. Hinc S inde I. *Salus Imperii*, Chriſtus eſt; ut in Tiberio dicetur idem inferius, LVX MVNDI. In ambitu, VICTORIA PRINCIPIS. Neque enim Sicardus *Auguſtus*, ſed tamen *Princeps* fuit. Infra, CONO. ita ut C & N majuſculæ litteræ ſint, duæ aliæ longe minores: *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt*. Similitudo epigraphes & fabricæ cum Theodahati nummis, non ſinit ultra hunc annum rejici hoc numiſma; nec fere crux jugata ſinit prius collocari. Ignotus plane hiſtoricis omnibus hic Sicardus eſt. Vir primariæ nobilitatis in Gallia Narbonenſi, ſed non ex matre Auguſta, vel Auguſto patre natus: conjunctior tamen Auguſtæ familiæ, quam Theodahatus: quandoquidem & ex auro numiſma habuit, cum Theodahatus, aliique ſuperius memorati, ne ex argento quidem per ſe habuerint: & orbem Romanum, ut Auguſti & Cæſares, dextra tenet. Ex quo haud temere quis opinetur, Auguſtam ei tantum uxorem fuiſſe, nondum filium aliquem ex ea Cæſarem. Servat hunc nummum in Cimelio ſuo D. FAUVEL, Capellanus Regius, & idem Abbas de Claro-Fageto.

GRIMVALDVS.

GRIMVALD. Caput gemmis cinctum cruce ſuperpoſita; vultus annorum quadraginta. Dextra tenet orbem Romanum, cui crux pariter impoſita eſt. .)(. VICTOR. PRINCIPV. *Victoria Principum.* Nam littera V quæ eſſe videtur pro VM, in dextram nummi partem tranſlata ab opifice eſt, ut tot eſſent in ea parte litteræ, quot in altera. In medio, S R. Crux, hoc eſt, Chriſtus, *Salus Reipublicæ* dicitur, ut in Sicardi nummo S I *Salus Imperii*. Infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt*. Argenteus eſt, quem vidimus apud D. Fontaine Equitem Anglum. Nummi formam in cera habemus expreſſam. Crux ſimiliter jugata, atque in Sicardi nummo, & ſimilis epigraphe, nec diſpar nummi fabrica, ſuadet ſimul hos principes Gallos, legatos in Exercitu ſub Auguſtis fuiſſe in provincia

vincia Narbonenſi, quamvis æque ambo ignoti ſint ſcriptoribus rerum Romanarum atque Gallicarum. Fuit alter in eodem tractu Grimualdus multo poſtea, tempore celebratiſſimi Caroli regis Francorum; ut nummus docet inſcriptus ex una parte, DOMS CARLVS R. ex altera, GRIMVALD. De eo alias Deo dante dicemus.

19.

URBES QUÆDAM,

quarum nomina ſunt in nummis ſcripta, ſub ANASTASIO AUG. ab anno Chriſti 441.

Tab. IX 1. D. N. HILDERIX REX. Capite diademato. .)(. FELIX KART *Felix Karthago.* Stans Africa, ſpicas geſtat utraque manu, ſymbolum Africanæ fertilitatis in eo tractu. Nummus a Seguino deſcriptus, pag. 43. & in Conſt. Chriſt. pag. 67. Vidimus hunc ipſum nummum in Theſauro Regio. Argenteus eſt mininæ molis, fabricæ prorſus Gallicanæ: ut ſuadenti mihi aſſenſere viri in hoc genere peritiſſimi. Eſt formæ fere Gothicæ, ut appellant, hoc eſt Toloſanæ, vel Ruſcinonenſis. Occaſione nummi hujus ficta ſeries eſt regum Vandalorum; quorum tamen nusquam viſus aliquis nummus eſt. Nullus enim cuiquam conſpectus eſt Genſerici, Hunerici, Gundamundi, Traſamundi, Gilimeris: quamquam diuturnioris plerique in regno ævi, ſi credimus, quam Hildericus. Hunc Narbonenſi primæ provinciæ, aut parti ejusdem alicui, cum regis titulo, ut ceteros, de quibus antea diximus, impoſitum a Senatu fuiſſe ſub Anaſtaſio arbitramur, percuſſum autem hunc nummum fuiſſe ejus honori a Mercatoribus, qui Karthagine negotiarentur, & ſtationem ibi haberent, *un Contoir*, quique ex Africa frumentum adveherent: inſcriptumque ab his propterea nummum fuiſſe, FELIX KART. Quoniam videlicet ad negotia Societatis Mercatorum componenda ac promovenda ipſe transfretaſſet, & ſe Karthaginem contuliſſet. Et nummum quidem illi fecere argenteum, ſed minutum: quod ipſum poſtea ſub Juſtiniano ſimiliter fieri in regum honorem, quos Senatus feciſſet, non licuit. Quæ cauſa eſt cur ſub Anaſtaſio hunc collocemus.

Ibid. 2. FELIX RAVENNA. Caput turritum. .)(. In corona laurea, litteræ implicitæ, quæ idem iterum nomen exhibent, RAVENNA. Eſt in Cimelio Domus Profeſſæ, ex ære minimo, & apud P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 9.

Ibid. 3. FELIX RAVENNA. Caput turritum. .)(. Aquila, cum gemino Solis ſidere, quod eſt Romani Imperii ſymbolum. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo noſtro, & in Conſt. Chriſt. ibidem. In neutro ex his duobus nummis Ravennatibus nota aliqua Chriſtianitatis eſt. At eſt in his, qui ſunt percuſſi poſtea, Mauricii Aug. principatu.

Ibid. 4. FELIX TICINUS. .)(. D. N. BADVILLA REX. Diximus de iſto ſuperius. Sedem fuiſſe hospitiumve regum tergeminam illam civitatem *Felicis* appellatio ſuadet.

20.

TIBERIUS CONSTANTINUS.

Anni deſcripti in numismatis Tiberii Conſtantini, ab anno Chriſti 474. ad annum 481.

Tab. IX. 1. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AUG. Caput pileo gemmis conſuto & criſtato tegitur: dextra orbem Chriſtianum, ſive orbem Romanum gerit, cui crux eſt impoſita: clypeum ſiniſtra. .)(. ANNO III. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro. Non habet annos Tiberius in nummis notatos ante annum tertium; quoniam duos priores egit ſub Juſtiniano patre, potiore ac principaliore Auguſto. Sic neque Juſtinianus pater habet in nummis ſuis annos priores inſcriptos, quos ſub Juſtino ſocero ſuo egit.

Ibid. 2. NOCNATATAPPA. Caput pileo tegitur, ut ſupra dextra tenet volumen Evangelicum, læva ſcipionem Auguſtalem, cujus in apice Aquila Romana eſt. Sententia litteris iſtis ſubjecta hæc eſt: *Narbonenſium omnium Civitatum Negotiatores adhuc Tranſpadanis adjungens Tiberius Auguſtus, Parens Patriæ appellatur.* Demonſtrat hæc ſuperſcriptio, primum quidem, CON & CONOB in aliis nummis, qui ſunt innumeri, idem ſignificare, atque in iſto litteras easdem inverſo hic ordine, NOC. Deinde a Mercatoribus Narbonenſibus in Oriente negotiantibus percuſſos iſtos eſſe ex ære nummos; qui Narbonenſes adjungi ſibi in ſocietatem commercii Tranſpadanæ Italiæ Mercatores ſeu Negotiatores optarent. Vide quæ de hoc argumento ad nummos Juſtini Aug. diximus: intelliges idem in his nummis omnibus ingenium eſſe, quale ſcilicet Mercatorum eſt. Denique cum audis *adhuc*, vel (ut inferius non ſemel dicetur) *iterum* a Tiberio ſub Mauricio Imp. & in nummis Mauricii a Mauricio ipſo jungi Narbonenſibus Tranſpadanos, annos agnoſces in nummis Juſtini, Juſtiniani, & Focæ notatos, annos eſſe hujus *Junctionis*, qua conſociati ſunt Mercatores utriusque regionis: Interruptam autem eam fuiſſe triennio ipſo; *iterum*que ſive *adhuc* ſub Mauricio per Tiberium Conſtantinum, aliosque Mauricii Legatos, fuiſſe ſancitam. Quæ cauſa eſt quamobrem ab anno XXXV. qui ultimus in nummis Juſtiniani eſt, usque ad XXXIX. qui primus eſt in Focæ nummis, nullus e tribus annis interjectis in aliquo numismate occurrat. Mirifice hæc autem profecto Chronologiam noſtram, ſeriemque Auguſtorum, qualem ex nummis antiquis digeſſimus, veram eſſe atque indubitatam demonſtrant; nec Focæ Aug. primum annum ab ultimo Juſtiniani anno plusquam triennio diſtare, & ſimul cum Mauricio Focam fuiſſe. .)(. ANNO III. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THEUP *Theupoli*, ſive Pruſæ in Bithynia negotiantes, S *ſextum* hoc numisma eo anno cuderunt. Eſt hic nummus ex ære magno, in Conſt Chriſt. pag. 102. verſu 3. 4.

Ibid. 3. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AUG. Imperator eodem habitu, quo proxime. .)(. ANNO III. XX. *Viceſima*, mercium ex Oriente advectarum, perſoluta. Eſt ex ære minimo, ibidem, verſu 4.

Ibid. 4. UUNTIϱ∞ MIATNPPIC. Caput tectum pileo, vel galea, cum apice plumeo: dextra gerit Evangelicum volumen; ſiniſtra ſcipionem, cujus in apice eſt Aquila Romana. *Urbes Narbonenſes Tranſpadanis iterum jungens, ſub Mauricio Imperatore, Auguſtus Tiberius, nuncupatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator.* Littera ſexta hujus inſcriptionis ita eſt implexa, ut ſit duabus iſtis æquiparabilis, IV. Littera *u* initio geminatur, ut plurali numero urbes ſignificet: quemadmodum DD. NN. ſcribi ſolet, ut *Domini noſtri* plures intelligantur. In duas partes ita ſuperſcriptio dividitur, ut pars ſiniſtra poſſit per ſe ſola ſententiam exhibere: *Mauricio Imperatore Auguſtus Tiberius nuncupatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator.* .)(. ANNO III. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THUP *Theupolitani* hoc numisma cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro, pulcherrimum. In alio ibidem fere ſimili ex ære mediocri, pars averſa exhibet XX *Viceſima*

ceſima perſoluta, ANNO u *anno quinto*: & infra, Q *quartum* numisma hujus formæ cuſum honori Principis.

Tab. IX. 5. D. N. TIB. CONSTATPP G. *Dominus noſter Tiberius Conſtantinus Tranſpadanorum Perpetuus Auguſtus.* Caput tectum pileo, cui crux ſuperpoſita: dextra tenet orbem Romanum, cui impoſita pariter crux eſt: latere ſiniſtro rurſum crux adpicta. .)(. ANNO IIII. *Anno quarto.* M cum ſuperpoſita cruce, & ſubjecta littera Γ cum THЄUP *Chriſtiani Mercatores Theopoli* negotiantes, *tertium* iſtud hujus anni numisma honori Principis cuderunt. Eſt ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 6. D. N. TNIITAPPIC. Imperator eodem habitu, atque in nummo 2. Sententia iſtis ſubjecta litteris hæc eſt: *Dominus noſter Tiberius Narbonenſibus iterum jungens Tranſpadanos, appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator.* Sic Tetrici Imperatoris Aug. nummum hunc olim interpretati ſumus: IMP. C. TETRICVS RDNVIC *Romanæ ditioni Narbone vindicato Imperii Conſervator.* .)(. ANNO IIII. Deinde M cum ſuperpoſita cruce, & THЄUP ut proxime: *Chriſtiani Mercatores Theupoli* negotiantes. Eſt hic nummus ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 102. verſu 4.

Ibid. 7. DNTINOVIIITAPPIC. Tiberius Auguſtus eodem habitu, quo ſupra, in nummo 2. Senſus eſt: *Dominus noſter Tiberius Imperator, Narbonenſium omnium votis, junctis Imperio iterum Transpadanis, appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator.* Narbonenſis provincia omnis, qualis a Plinio deſcribitur, complectebaturque hac etiam ætate Languedocium, Provinciam, ac Delphinatum; jam tunc ἀντονομαζικῶς *Imperium* appellabatur: quod nomen etiam hac ætate noſtra retinet in ore nautarum Rhodanenſium. Hic ipſe nummus, opinor, quoniam intelligi non poſſet ab artificibus Romanæ hiſtoriæ, dedit iisdem occaſionem comminiſcendi, Tiberium appellatum fuiſſe NOVUM *Conſtantinum.* .)(. ANNO IU. *Anno quarto.* Deinde M & THЄUP ut ſupra. Eſt hic nummus ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 8. NTINOC ITITAPPIC. Tiberius Aug. eodem habitu, quo ſuperius in nummo 2. Sententia eſt: *Nobiliſſimus Tiberius Imperator, Narbonenſes omnes civitates iterum jungens Tranſpadanis, appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator.* .)(. ANNO IIII. M & THЄUP ut in nummo 6. Eſt hic nummus ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 9. D. N. TNIITAPPIC ut in nummo 6. .)(. ANNO u. *Anno quinto.* Deinde M & THЄU. ut in eodem nummo 6. Eſt hic ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 102. verſu 4.

Ibid. 10. D. N. Tib CONSTANT. PP. AUG. Eodem habitu, quo ſupra in nummo 2. .)(. ANNO v. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, B *ſecundum* numisma iſtud hoc anno cuderunt. Eſt hic ex ære maximo, ibidem, verſu 2. Nummus alter huic ſimilis, ex ære magno, apud D. Abb. FAUVEL, Tiberium exhibet capite tantum cincto diademate e gemmis: cum epigraphe, D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVI. *Perpetuus Auguſtus Imperator*, ut ſæpe in nummis Juſtiniani Aug. Deinde CON B ut proxime. Alius in Conſt. Chriſt. ibidem, verſu 3. habet CONΔ *Civitatum omnium Narbonenſium quartum.*

Ibid. 11. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AUG. .)(. ANNO v. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære, apud Mediobarbum, pag. 574.

Ibid. 12. D. N. Tib. CONSTANT. PP. A. *Perpetuus Auguſtus.* Chriſtus & Deïpara ſedent, ut ſupra in nummis Juſtini Aug. Ambo caput habent nimbo lucido circumdatum: Chriſtus orbem Chriſtianum, ſive Romanum tenet, cui crux eſt impoſita: Deipara crucem. .)(. ANNO u. *Anno quinto.* K cum ſuperpoſita cruce Χριστιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari*, TЄS *Theſſalonicæ* negotiantes, hunc nummum dedicarunt. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo P. JOBERT. Docet hic nummus, cum ſimili Mauricii Aug. nummo 11. collatus, qui eodem anno pariter Theſſalonicæ cuſus eſt, Tiberium & Mauricium Auguſtos ſimul fuiſſe; ut nunc de ceteris ſileamus.

Ibid. 13. TCDSUADIAIIAPPTOMCIC. Tiberius Aug. eodem habitu, quo ſupra in nummo 2. *Tiberius Conſtantinus decreto Senatus veniens ad Italiam adjungendam Imperio, ibi appellatur, Tranſpadanorum omnium Mercatorum conſenſu Imperii Conſervator.* .)(. ANNO S. *Anno ſexto.* M & THЄUP ut ſupra. Nempe ſoli fere Theupoli negotiantes, hoc genus inſcriptionum in nummis exhibent, quod primis dumtaxat aut pauciſſimis ſingularum vocum conſtat elementis. Eſt hic ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 14. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVG. Eodem habitu. .)(. ANNO S *Anno ſexto.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* NIKO *Nicomediæ* negotiantes, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Cimelio Domus Profeſſæ.

Ibid. 15. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AV. Eodem habitu, quo in nummo 2. .)(. ANNO S I. *Anno ſeptimo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* numisma iſtud hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro, & in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 16. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AUG. Eodem habitu. .)(. ANNO S I. *Anno ſeptimo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores,* NIKO *Nicomediæ* negotiantes, Δ *quartum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Cimelio Domus Profeſſæ & in Muſeo noſtro.

Ibid. 17. Eadem inſcriptio, & idem Tiberii habitus. .)(. ANNO S II *Anno octavo.* M cum ſuperpoſita cruce, & NIKO A *Nicomediæ* negotiantes *Chriſtiani Mercatores, primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 102. verſu 3. & in Muſeo San-Genovefano.

Ibid. 18. Eadem inſcriptio, & idem Tiberii habitus. .)(. ANNO S II *Anno octavo.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Є *quintum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 19. Eadem inſcriptio, & idem Tiberii habitus. .)(. ANNO UIII *Anno octavo. Chriſtiani Mercatores Theupoli* negotiantes. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 20. Eadem inſcriptio, & idem Tiberii habitus. .)(. ANNO qIII *Anno octavo. Chriſtiani Mercatores Theopoli* negotiantes S *ſextum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 102. verſu 3. Diſſimilis forma litteræ M in hiſce nummis, quamquam his ſemper Latini characteris, demonſtrat *Mercatores* ea littera, non *Quadrageſimam* deſignari; quam Græca tantum littera M forte notaret.

Ibid. 21. D. N. Tib. CONSTANT. PP. A. Eodem habitu. .)(. ANNO UIII. XX *viceſimam*, ROM *Romani*, hoc eſt, Romano imperio ſubjecti in Galliis, perſolverunt. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio Domus Profeſſæ. In alio ibidem, pro ROM eſt littera B quæ *ſecundum* numisma hujus anni ſignificat.

Scriptores hiſtoriæ Romanæ & Byzantinæ annos dedere Tiberio quatuor dumtaxat: nummi plurimi, octo

octo eidem omnino adsignant, ita ut annos duos cum patre gesserit principatum; sex post patris obitum, vel secessum. In altera Collectione MS. D. de Peiresc, pag. 151. legitur, ANNO CON K X *in nummo Tiberii.* Sed Mauricii Tiberii nummus ille est, non Tiberii Constantini.

21.

Numismata alia TIBERII CONSTANTINI, ab anno Christi 474.

Tab. IX. 1. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVG. Caput pileo gemmis texto cingitur, cujus in vertice crux est: dextra gestat orbem Romanum, cui crux est imposita: læva, clypeum. .)(. Crux in extremis capitibus jugata, *une croix potencée*, & gradibus quinque imposita, nummi aream obtinet. VICTORIA AVGGH *Victoria Augustorum* saltem *duorum*, *octavo* isto numismate consignata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est, quem in Regio Thesauro vidimus, ut est delineatus in Const. Christ. pag. 102. versu 1. inter hujus Tiberii Constantini nummos, & apud Occonem, pag. 584. Heraclii Aug. similia multa sunt isti numismata; ut dubitare vix liceat, quin ipse alter Augustus ille sit, qui in isto designatur.

Ibid. 2. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVG. .)(. VICTORIA AVGGG. *Victoria trium Augustorum*, A *primo* isto numismate consignata. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Aureus est apud Mediobarbum, pag. 574. ex Fæschio. Victoria ibi stans dextra crucem oblongam tenet. Sincerum hunc nummum esse non ausim Fæschio credere.

Ibid. 3. D. N. Tiber PP. AVG. Caput cinctum gemmis, cruce superposita. .)(. I superposita cruce, hinc vero & inde adposito Solis sidere, quod est Romani Principis symbolum: *Christiano Imperatori*, CON *Civitates omnes Narbonenses.* Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Ibid. 4. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVG. Eodem habitu atque in nummo 1. .)(. Rom cum superposita cruce, *Christiani* Mercatores *Romani*, hoc est, Romano in Galliis Imperio subjecti, XX *vicesimam* persolverunt Mercium ex Oriente advectarum. Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 102. versu 1 Ex ære mediocri, in Cimelio Domus Professæ. In Museo P. Chamillart, geminus est istius similis: alter cum his litteris DNTIb CONSTAN P A/. alter cum istis, D N TIb CONSTAN PP A/. utrobique *Perpetuus Augustus.*

Ibid. 5. D. Tib. CONSTANT. PF. AVG. Eodem habitu atque in nummo 1. .)(. T cum cruce in media nummi area posita, *Transpadani* Mercatores *Christiani*, XX *vicesimam* persolverunt. Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 102. versu 1.

Tab. X. 6. Eadem inscriptio. Caput tectum pileo e gemmis. cum cruce superposita. .)(. XXX CON *Tricesimam* persolverunt *Civitates omnes Narbonenses.* A hoc *primum* istius formæ numisma est. Est illud ex ære maximo, ibidem, versu 1 2. Aliud huic simile est in Cimelio S. Genovefæ, cum litteris CON B *secundum.*

Ibid. 7. D. N. Tiberivs P. A. *Perpetuus Augustus.* Caput tectum pileo e gemmis contexto. .)(. N M X *Narbonenses Mercatores Christiani*, Χριστιανοί. Crux orbi Romano imposita, vel superposita, ac tenui dirempta intervallo. Est ex ære minimo, in Const. Christ pag. 102 versu 2.

Ibid. 8. D. N. Tib. CONSTANT. PP. AVI. .)(. XXX. KYZ. *Tricesimam* persolverunt *Cyziceni*: & hoc est B *secundum* numisma, ob memoriam ejus rei cusum. Est ex ære magno, in Museo P. Jobert.

Ibid. 9. D. N. Ti. CONSTANT. I. PP. *Tiberius Constantinus Imperator*, *Parens Patriæ.* Caput tectum pileo, in cujus apice crux est. .)(. In corona laurea, crux est simul cum hac epigraphe, LVX MVNDI, *Lux Mundi Christus.* Dictum est illud Christi Servatoris, qui cruce hic repræsentatur, Joan. VIII, 12. *Ego sum* LUX MUNDI. Argenteus hic est nummus minutus, sed singularis, apud D. Abb. Fauvel. Nunc est in Thesauro Regio. Eadem lingua, eodem characteris genere, eodem ingenio, in Oriente, si credimus, Tiberio Constantino nummi cuduntur, ac paulo antea in Occidente. Nam & in Olybrii nummo aureo scriptum superius vidimus cum cruce titulum, SALVS MVNDI.

Ibid. 10. D. Tiberivs P€. A. *Perpetuus Augustus.* Caput tectum pileo, ut proxime: dextra clypeum, hastam transversam læva tenet. .)(. VICTOR. AVGV. *Victoria Augustorum.* Crux in extremis capitibus jugata, & gradibus quatuor imposita, qualis est in nummis Heraclii aureis. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Latere dextro in area, M *Moneta Arelatensis.* Sed quid ad Tiberium Arelate, si libris credimus? Aureus hic est, quem in Thesauro Regio vidimus. Est huic similis fere, sed haud satis fortasse accurate descripta epigraphe est in Thesauro Brandeburg. pag. 856. ubi Tiberio alteri Apsimaro cognominato perperam tribuitur.

Ibid. 11. D. N. Costantinvs PP. A. Capite diademato. .)(. VICTOR. TIBERI. AVG. *Victoria Tiberii Augusti*, illius nimirum, qui in priore nummi superficie *Constantinus*, sive Constantinus appellatur. Idem enim Tiberius est, qui & Constantinus; & alterutro nomine hic intelligitur, ob adjectum prænomen Tiberii. Triens aureus est in Thesauro Regio. Crux aream nummi occupat. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Refertur idem aureus in schedis D. Vaillant, e Musco Boncompagniano.

Habent hoc singulare plerique Tiberii Constantini nummi, quod in his sic ille pingitur, ut dextra teneat volumen Evangelicum, hoc est, codicem in se convolutum Evangelii, sive totius, sive illius quod vulgo *In principio* nuncupamus: sinistra autem, quæ ex duabus manibus est minus nobilis, scipionem eburneum, cujus in apice posita Aquila index sit Augustæ & Consularis dignitatis. Codicem illum convolutum Antiquarii hactenus vel mappam vel codices nescio quos Consulares esse finxerunt; cum ejusmodi codicem pariter dextra teneant in antiquis picturis Petrus & Paulus.

22.

TIBERIUM CONSTANTINUM Justiniani Aug. filium fuisse.

Proferendus est a nobis inferius nummus Justiniani junioris, inscriptus hoc titulo: D. N. Jvstinianvs et tiberivs pp. a. *Domini nostri Justinianus & Tiberius Perpetui Augusti.* Qui nummus tam perspicue docet hujus Justiniani junioris filium fuisse adjunctum ei Tiberium, quam nummus Heraclii inscriptus, DD. NN. HERACLIVS ET HERA CONST. Heraclii filium docet esse Heraclium Constantinum; & Constantini alterius filium esse Constantium, nummus alter suadet, qui inscribitur, D. N. CONSTANTINI S CONSTANTI6: sive nomen illud consideres, quod cum seniore Augusto conjungitur; neque enim mos fuit sic sociari in antica nummi superficie, nisi patrem & filium:

ſive etiam ætatem, qua pater filium ex æquo in his numismatis omnibus antecedit. Vix enim annos quindecim natum Tiberium nummus ille exhibet. Ex hoc autem nummo demonſtrare etiam nobis poſſe videmur, Juſtinianum hunc juniorem Juſtiniani prioris filium fuiſſe, & fratrem eumdem Tiberii Conſtantini, quem ante Mauricium Aug. imperaſſe produnt Annales. Dedit enim Juſtinianus prior affinitati cum Juſtino Aug. ut illius ſe generum vel ipſo nomine profiteretur; & ex more transmiſit illud ipſum nomen ad unum ex liberis. Sunt enim nomina in *ianus* ab uxoribus deducta; nec umquam ea ultra unum e liberis neceſſario propagantur. Sic Veſpaſianus ab uxore Veſpaſia nomen habuit, transmiſitque illud ad Titum filium majorem natu, Titum Veſpaſianum propterea appellatum; ad Domitianum, qui e liberis ejusdem conjugii minor natu fuit, non transmiſit; nam is *Veſpaſiani* quidem *filius* idcirco, ſed non *Veſpaſianus* eſt appellatus. Sic tertius e Veſpaſiani liberis *Veſpaſianus junior* quidem eſt nuncupatus; ſed donec uxorem duceret, a qua nomen acciperet, dum dotem opimam afferret, ut Domitiano fratri Domitia. Nec Juſtinianus prior cognominem ſibi, hoc eſt, Juſtiniani nomine patrem habuit; alioqui, ut ratio poſcit & ordo nominum Romanorum, Juſtinum ipſe, non Juſtinianum, procrearet:) ſed a ſocero Juſtino nomen illud traxit; ut vel ipſa nominum affinitas ſuadet, & geſtus ſimul principatus, & ætas diſpar, & Juſtini Aug. denique nummus docet, quem ſuperius attulimus, ſic inſcriptum: DNIV AAΓ VITA *Dominus noſter Juſtinus Auguſtum appellavit generum: utrumque Italia Tranſpadana agnovit.*

Inde neceſſario efficitur, Juſtinianum juniorem filium Juſtiniani prioris eſſe, fabuloſosque cenſeri annales oportere, qui Juſtinianum juniorem Heraclii Aug. faciunt abnepotem, quem Rhinotmetum vocant. Quod autem Juſtinianus junior filium ſuum appellari Tiberium voluit, id feciſſe exiſtimandus eſt de more; ut neglecto deinceps affinitatis paternæ nomine reſtitueret avita majorum ſuorum nomina; quippe quæ nobiliora eſſent, quam a Juſtino Juſtiniani nomen. Neque ulla fiebat in ea re Juſtino injuria; ſiquidem erant iidem Juſtini ac Juſtiniani majores: nempe Fl. Claudii Conſtantini. Nam Juſtinus etiam avunculus Juſtiniani fuit, Imp. Fl. Cl. Conſtantini Aug. abnepos. Eſt autem *Tiberius* proprium Claudiæ gentis prænomen, ut conſtat ex Tiberio Cæſare Auguſti genero, qui fuit Tiberii Claudii Neronis filius; & ex ipſo Tiberio Claudio Imp. qui fuit illius Tiberii Claudii Neronis nepos. Itaque dici aliquem *Tiberium*, idem fuit ac ſi diceretur *Claudius*. Ex quo ſequitur ſimiliter, dici aliquem *Tiberium Conſtantinum*, idem fuiſſe ac ſi diceretur *Claudius Conſtantinus*; vel, quoniam Claudii Conſtantini erant quoque Flavii, FL. CLAUD. CONSTANTINUS. Nam quæ in nummis leguntur Auguſtorum nomina, generis ſui ac nobilitatis argumenta ſunt.

Itaque Juſtinianus junior (qui nomen Juſtiniani a matre haberet, ut habebat idem nomen ab uxore pater ipſius Juſtinianus prior:) erat reipſa paterno genere FL. CLAUD. CONSTANTINUS: quod nomen proinde fuiſſe etiam Juſtiniani prioris neceſſe eſt. Quæ cauſa eſt, quamobrem natum ſibi ex priore conjuge filium Tiberium Conſtantinum appellavit; genitum vero ex Juſtini Aug. filia, uxore ſua, ex pacto matrimonii, Juſtinianum. Illum, inquam, Tiberium Conſtantinum voluit nuncupari, de proprio gentis ſuæ prænomine atque cognomine; & ut eſſet in nummis ipſius aliquot ab aliis Conſtantinis diſcrimen. Patrem deinde Juſtinianum priorem Justinianus junior imitatus eſt, cum filium natu majorem *Tiberium* ſolummodo appellavit. Sic enim multo antea ſolum *Marci* prænomen Marcum Antoninum deſignabat, ut *Tiberii*, Tiberium Claudium Auguſti generum. Neque aliud in filio præſtitiſſe videri poteſt Juſtinianus junior, quam quod in filio ſuo, quem ex priore matrimonio ſuſceperat, Juſtinianus pater præſtitiſſet. Ergo ſi nummos veteres conſulimus, fuit hoc ſtemma paternum Juſtiniani utriusque. Nam de Juſtini ſtemmate diximus in Sæculo Theodoſiano, §. 10.

IMP. CONSTANTINUS P. F. AUG. qui & VICTOR CONSTANTINUS AUG.

FL. CL. CONSTANTINUS JUN. NOB. CÆS. Hujus nepos ex filio, & filii conjuge Flavia,

FL. VICTOR P. F. AUG.

CONSTANTINUS P. F. AUG. idem FL. CL. CONSTANTINUS. | Claudia, mater Heraclii Aug. | N. mater Mauricii Aug.

Tiberius Claudius Conſtantinus, qui dictus eſt a ſecunda conjuge, filia Juſtini Aug. JUSTINIANUS P. F. AUG. | HERACLIUS. P. F. AUG. | MAURICIUS P. F. AUG.

Ex priore conjuge, TIBERIUS CONSTANTINUS PP. AUG.

Ex Juſtini Aug. filia, JUSTINIANUS junior, PP. A. idem *Servus* Chriſti.

TIBERIUS PP. A.

Illud vero dignum admiratione eſt in hac deſcriptione generis Conſtantinorum, familiam Flaviam Claudiam, quæ tardius quam ceteræ, hoc eſt, quam Flavia Julia, & Flavia Valeria Max. Chriſti cultum amplexa eſt, genuiſſe demum Auguſtos ardentiſſimos Chriſtum diligentes; in primis Juſtinianum juniorem, & Tiberium Conſtantinum; inſtitutos ad eam pietatem nimirum, a Juſtiniano patre, & hunc a ſocero ſuo Juſtino Aug. ut nummi ſingulorum perſpicue docent.

23.

MAURICIUS AUG.

Anni Mauricii Aug. in nummis notati, ab anno Chriſti 473. usque ad 492.

Tab. X. 1. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. *Dominus noſter Mauricius Tiberius Perpetuus Auguſtus.* Caput pileo gemmis conſuto & criſtato tegitur: dextra tenet volumen Evangelicum, læva ſcipionem Auguſtalem. cujus in apice Aquila Romana eſt: quo habitu & Tiberius Conſtantinus ſæpiſſime pingitur, quoniam ſimul ambo obtinebant principatum. .)(. ANNO I. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, THEU *Theopoli* negotiantes, hunc nummum cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 5,

Ibid. 2. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. ut proxime. .)(. ANNO I. M & THEUP. ut in priore: cum Δ quod *quartum* hoc numisma cuſum eo anno ſignificat. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 3. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Mauricius Aug. dextra geſtat orbem Romanum, cui ſuperpoſita Victoria Romana coronam Auguſto porrigit. .)(. ANNO I. K cum cruce ſuperpoſita, Χριστιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari*, Mercatores hunc nummum cuderunt. Eſt ex ære magno, apud D. Baudelot.

Ibid. 4. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Caput pileo gemmis contexto tegitur, cui crux ſuperpoſita eſt: dextra geſtat orbem Romanum, cui ſuper-

ſuperpoſita crux, læva clypeum. .)(. ANNO II. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Cimelio Domus Profeſſæ noſtræ Pariſiis, & in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 3.

Tab. X. 5. D. N. MAVRIC. PP. A. .)(. ANNO II. M cum cruce, & CON B *ſecundum* hoc numisma *Chriſtiani Mercatores Civitatum omnium Narbonenſium* hoc anno cuderunt. Eſt ex ære magno in eodem Cimelio. In Muſeo San-Genovefano alius habet Γ *tertium*

Ibid. 6. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. .)(. ANNO II. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, KYZ *Cyzici* negotiantes, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, apud D. Baudelot.

Ibid. 7. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. .)(. ANNO II. XX *Viceſima* Auguſto perſoluta. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 6. & in Muſeo P. JOBERT. In alio ſimili apud D. Abb. FAUVEL, epigraphe eſt; D. N. MAPI *Dominus noſter Mauricius*, *Auguſtus Perpetuus*, *Imperator*. Dextra tenet volumen Evangelicum, læva ſcipionem, cujus in apice Aquila Romana eſt.

Anni tertii numisma nullum uſpiam adhuc vidimus, nec ullum affert Mediobarbus.

Ibid. 8. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Eodem habitu atque ſuperius, in nummo 4. .)(. ANNO IIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt, Chriſt. pag. 104. verſu 1. & apud Mediobarbum, pag. 574. ſed absque littera A quæ fortaſſis deſcribenti excidit.

Ibid. 9. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Eodem habitu. .)(. ANNO IIII. M cum cruce & & KYZ *Chriſtiani Mercatores*, *Cyzici* negotiantes. Eſt ibidem ex ære mediocri: & in Muſeo S. Genovefæ alius addit ſubter M litteram B *ſecundum* numisma.

Ibid. 10. D. N. M. . . . PE. R. P. R. AVG. *Perpetuus Rogatu Populi Romani Auguſtus*. Eodem habitu atque in nummo 4. .)(. ANNO IIII. *Mercatores Chriſtiani Cyzici* negotiantes, A *primum* numisma hujusmodi hoc anno cuderunt. Eſt hic nummus in Muſeo noſtro, ex ære magno, perpulcher. Ut Juſtinianus in numismatis *Senatusconſulto* factus fuiſſe dicitur Perpetuus Auguſtus, ita nunc Mauricius *Rogatu Populi Romani*, illius ſcilicet, qui erat in provinciis, Narbonenſi, & Tranſpadana.

Ibid. 11. . . . . CIVS PP. A. *Dominus noſter Mauricius*, *Perpetuus Auguſtus*. Chriſtus & Deïpara ſedent, omnino ut in nummo 12. Tiberii Conſtantini, Theſſalonicæ pariter, ut ibi diximus, percuſſo, hoc eodem anno, qui fuit utriusque Auguſti quintus. .)(. ANNO V. MTCS B *Chriſtiani Mercatores*, *Theſſalonicæ* negotiantes, ſecundum hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, apud P. JOBERT.

Ibid. 12. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Eodem habitu atque in nummo 4. .)(. ANNO Ϛ. *Anno ſexto*. M cum ſuperpoſita cruce, & CON B *Chriſtiani Mercatores Civitatum omnium Narbonenſium ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo D. Baudelot. Similis huic nummus eſt in Cimelio P. CHAMILLART, cum ANNO V. Cetera ſunt ſimillima.

Ibid. 13. D. N. MAVR. TIB. PP. AUG. Ut ſupra, num. 4. .)(. ANNO Ϛ *Anno ſexto*. I *Imperatori*. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 1. In Cimelio P. CHAMILLART, ſimillimus huic nummus eſt; ſed & ſubjiciuntur in imo margine hæ litteræ, CAT quas ſic interpretamur, *Civitates triginta Tranſpadanæ*. Alius eſt ibidem, cum iisdem litteris CAT & ANNO VII. Denique alius ibidem eſt, cum ANNO X & iisdem litteris CAT.

Ibid. 14. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. ut in nummo 4. .)(. ANNO Ϛ I. *Anno ſeptimo*, M cum cruce ſuperpoſita, & CON A *Chriſtiani Mercatores Civitatum omnium Narbonenſium primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 2. Eſt huic alterum ſimile in Muſeo noſtro, ex ære magno, cum littera B quæ *ſecundum* deſignat.

Ibid. 15. Eadem inſcriptio. .)(. ANNO Ϛ I *Anno ſeptimo*, M cum cruce ſuperpoſita, NIKO B *Chriſtiani Mercatores*, *Nicomediæ* negotiantes, *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Affert hunc nummum e Muſeo ſuo Mediobarbus, pag. 575.

Ibid. 16. Eadem inſcriptio. .)(. ANNO Ϛ I. *Anno ſeptimo*. K cum ſuperpoſita cruce, Χριϛιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari*. A *primum* numisma anno iſto hac forma dicatum. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt pag. 104. verſu 4. In alio ſimili, ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART, litteræ K ſubjecta eſt littera ea A, quæ primæ fabricæ numisma deſignat.

Ibid. 17. Eadem inſcriptiptio. .)(. ANNO Ϛ II. *Anno octavo*. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, hoc numisma cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 5.

Ibid. 18. Eadem inſcriptio. .)(. ANNO Ϛ II. *Anno octavo*. K cum cruce, Χριϛιανῷ Καίσαρι *Chriſtiano Cæſari*, Є *quintum* hoc numisma dicatum. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART. In alio ſimili, e Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 2. pro Ϛ II eſt VIII.

Ibid. 19. D N. MAVR. TIBE. Eodem habitu atque in nummo 4. .)(. ANNO Ϛ III. *Anno nono*. M cum cruce, & CON Δ *Chriſtiani Mercatores Civitatum omnium Narbonenſium*, *quartum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 20. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. ut in nummo 4. .)(. ANNO Ϛ III. *Anno nono*, *Chriſtiani Mercatores Cyzici* negotiantes, hunc nummum cuderunt. Eſt ex ære magno, ibidem.

Ibid. 21. DNMARAI TIBERIꝰ P A. Eodem cultu atque habitu, quem in nummo 4. deſcripſimus. Sententia eſt: *Dominus noſter Mauricius Auguſtus Imperator*, *Tiberius Perpetuus Auguſtus*. Nam litteræ AR ima ſui parte ſunt ita conjunctæ, ut litteras tres inter ſe nexas, AVR ſcilicet, ipſæ repræſentent. Ludus hic eſt plenus feſtivæ adulationis; quo Princeps dicitur, qui eſt ex patre *Mauricius*, ex matre *Tiberius*, debere merito ſuo ipſius, innatæque Mauriciis virtuti, quod ſit Auguſtus Imperator: materno ſive Cæſareo generi, quod ſit Perpetuus Auguſtus. .)(. ANNO X. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, KYZ *Cyzici* negotiantes, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 4. Genus Mauricii maternum ſuperius indicavimus, iterumque dicemus inferius.

Ibid. 22. D. N. MAVR. TIBE. ut in nummo 4. & 19. .)(. ANNO X. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, B *ſecundum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo noſtro.

Ibid. 23. D. N. MAURICII P AVT. Eodem habitu cultuque, atque in nummo 1. Iſtarum litterarum hæc ſententia eſt: *Dominus noſter Mauricius Imperator*, *Perpetuus Auguſtus Urbium Tranſpadanarum*. Gallice dixeris, *Gouverneur Perpetuel des villes du Milanois & du Piémont*. Eſt enim *Auguſtus* Σεβαϛὸς, hoc eſt, in Provinciis venerandus vice Senatus

.)(. ANNO X. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, THEUP *Theopoli* ἐν Θεοπόλει negotiantes, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Theopolitani fere ſunt, ut in Juſtino diximus, qui primis dumtaxat ſingularum vocum litteris amant integras ſententias in nummis hujus ætatis exprimere. Eſt nummus hic ex ære mediocri perpulcher in Muſeo noſtro.

Tab. X. 24. D. N. MAVRICIVS PP. A. .)(. ANNO X. K cum cruce ſuperpoſita, Χριστιανῷ Καίσαρι, CON *Civitates omnes Narbonenſes*, hoc numisma dicarunt. Eſt hic nummus ex ære minimo, in Cimelio Domus Profeſſæ Societatis Jeſu, & ſimilem profert Mediobarbus e Muſeo ſuo, pag. 577. Eſt huic ſimilis alter in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 5. ex ære mediocri; ſed pro CON habet A *primum*. In Cimelio P. CHAMILLART, D. N. MAVRICI. TIb. PP. AV. Cetera ſunt priori ſimilia.

Ibid. 25. D N. MAVRIC. TIB. PP. A. .)(. ANNO XI. K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, P *primum* hoc numisma anno iſto dedicatum eſt. Mediobarbus, pag. 578.

Ibid. 26. D. N. MAVCNP AV. Dextra tenet volumen Evangelicum, læva ſcipionem, cujus in apice Aquila Romana eſt. *Dominus noſter Mauricius, Civitatum Narbonenſium Perpetuus Auguſtus*. Gallice dixeris, *Gouverneur Perpetuel des villes du Languedoc, de la Provence, & du Dauphiné*. .) . ANNO XI. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, THEUP *Theupolitani* hoc numisma dicarunt. Eſt ex ære minimo, apud D. Abbatem FAUVEL. In eo nummo littera C eſt parumper depravata; ſed eſt eadem nitidiſſima eſt egregie conſpicua in nummo 34.

Ibid. 27. D. N. MAVRIC. TIB. . . . Eodem cultu & habitu. .)(. ANNO XII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, THEUP *Theopolitani*, Γ *tertium* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno ibidem.

Ibid. 28. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. Eodem cultu atque in primo numismate. .)(. ANNO XIII. I cum ſuperpoſita cruce, Chriſtiano *Imperatori*. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 5. Alius ex ære mediocri, in Muſeo noſtro, habet ANNO XIII. K cum ſuperpoſita cruce, & infra, littera Є Χριστιανῷ Καίσαρι *quintum* iſtud numisma hujus formæ dedicatum eſt.

Ibid. 29. Eadem inſcriptio, idemque Mauricii cultus. .)(. ANNO XIIII. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THEUPϚ *Theopolitani*, *ſextum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT: ex mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 5.

Ibid. 30. D. N. MAVRICN P AVΓ *Narbonenſium Perpetuus Auguſtus*. Ut littera P *perpetuum* ſignificet, ſuperpoſita ei lineola eſt, tum in nummo iſto, tum in allato ſuperius, num. 24.)(. ANNO XV. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THEUP *Theopoli* negotiantes, hunc nummum cuderunt. Eſt in Cimelio Domus Profeſſæ, ex ære mediocri.

D. N. MAVRIC. TIBER. . . . Eodem cultu atque in primo numismate. .)(. ANNO XV. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Є *quintum* hoc numisma Principi dicarunt. Eſt ex ære mediocri apud D. de BOZE.

Ibid. 31. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. ut in nummo 1. .)(. ANNO XV. K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, o pro θ ut videtur, *nonum* numisma. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 2.

Ibid. 32. Eadem inſcriptio, & alia ut in nummo 1. .)(. ANNO XV. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*. Eſt ex ære mediocri, ibidem, verſu 6.

Ibid. 33. Eadem inſcriptio, &c. ut in nummo 1. .)(. ANNO XVI K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι numisma dicatum. Eſt ex ære mediocri, ibidem, verſu 2.

Ibid. 34. D.N.M.C.N. P.A. *Dominus noſter Mauricius Civitatum Narbonenſium Perpetuus Auguſtus*: ut dictum eſt num. 26. Mauricii vultus, eodem habitu atque in nummo primo. .)(. ANNO XVI. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, THEUP *Theopoli* negotiantes. Nummus eſt eximius, ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART.

Tab. XI. 35. D. N. MAURIC ..... Dextra tenet orbem cum cruce ſuperpoſita: cetera ut in nummo 1. .)(. ANNO XVIII. M cum cruce & THEUP A *Chriſtiani Mercatores*, *Theopoli* negotiantes, *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo San-Genovefano.

Ibid. 36. D. N. MAVRIC. TIBER. PP. A. ut in nummo 1. .)(. ANNO XX. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Є *quintum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 6. Simile huic alterum in Muſeo noſtro habet B *ſecundum*.

Ibid. 37. Pars nummi antica, ut in nummo 1. .)(. ANNO XX. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THEUP *Theopoli* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 6.

Ibid. 38. Pars nummi anterior, ut in nummo 4. .)(. ANNO XX. K cum ſuperpoſita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι numisma dicatum. Eſt ex ære mediocri, ibidem, verſu 4.

Ibid. 39. Ob inſcriptionem ſingularem numisma iſtud conjecimus in poſtremum locum hujuſce claſſis. Eſt ille nitidiſſimus, egregiæ cælaturæ, ex ære magno, in Cimelio D. Abbatis FAUVEL, ſic inſcriptus:

ꝑTIACOIHINTPPIT.

Pileum geſtat Auguſtus e gemmis, dextra volumen Evangelicum, læva ſcipionem Auguſtalem cujus in apice Aquila Romana eſt. Hæc iſtis litteris ſententia continetur: *Mauricius Tiberius Auguſtus, Civitates omnes Italiæ Tranſpadanæ jungens Narbonenſibus, tranquillitati perpetuæ prospexit Italiæ Tranſpadanæ*. .)(. ANNO VIIII. m cum cruce ſuperpoſita; infra, THEUP Z *Chriſtiani Mercatores Theopoli* negotiantes, hunc nummum *ſeptimum* hujus anni cuderunt. Hujus nummi ectypum nobiſcum perhumaniter idem Abbas impertiit. Huc refer, ſodes, numismata priorum Auguſtorum, inſcripta, TRANQUILLITAS AVG.

24.

Numismata alia MAURICII AUG. ab anno Chriſti 473.

Tab. XI. 1. D.N. MAVR TIB. PP. AVG. Caput tectum pileo gemmis contexto: dextra gerit orbem cum cruce, ſiniſtra clypeum. .)(. K cum cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, RAVENN. *Ravennates*. Eſt ex ære minimo in Cimelio Domus Profeſſæ Societatis Jeſu, & in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 3.

Ibid. 2. Eadem inſcriptio. .)(. XX cum cruce, & RAVEN *Viceſimam* perſolverunt *Chriſtiani* Mercatores *Ravennates*. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. ibidem.

Ibid. 3. Eadem inſcriptio. .)(. XX cum gemina cruce & ROM *Viceſimam* perſolverunt *Chriſtiani* Mercatores *Romani*, hoc eſt, Romano in Galliis ſubjecti

jecti Imperio. Eſt ex ære minimo, ibidem, verſu 2.

Tab. XI. 4. Eadem inſcriptio. .)(. XX cum ſuperpoſita cruce & KRTC *Viceſimam* perſolverunt *Chriſtiani* Mercatores *Karthagine conſtituti*, vel *Karthaginis coloniæ*. Ex utroque latere ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum. Eſt ex ære minimo, ibidem, verſu 4. Similes iſtius nummos afferemus inter Focæ Aug. & Conſtantini fratris Heraclii nummos: ex quo intelligant periti tres iſtos ſimul tenuiſſe principatum.

Ibid. 5. D. N. MAVRI PP AVA. Capite tecto, ut ſupra. *Dominus noſter Mauricius Imperator, Perpetuus Auguſtus Arelatenſium:* Gallice: *Gouverneur perpetuel du Roiaume d'Arles.* In averſa parte, Crux: hinc N inde M. Infra XX. *Chriſtiani Narbonenſes Mercatores Viceſimam* perſolverunt. Eſt nummus perelegantis fabricæ perpulcher, ex ære mediocri in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 6. D. N. MAVRI TIB. PP. AVG. Caput tectum pileo gemmis contexto. .)(. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Hinc & inde ſidus Solis, Romani Principis ſymbolum. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 7. ex ære minimo.

Ibid. 7. D. N. M. A. V. R. P. A. Capite cincto corona e gemmis. *Dominus noſter Mauricius Auguſtus, Urbium Romanarum Perpetuus Auguſtus.* Sub Principis effigie, in ima nummi parte, IND. I. *Indictione prima.* .)(. Crux impoſita gradibus. Hinc N inde M infra X *Narbonenſes Mercatores* Χριστιανοί. Eſt ex ære *medaglio*, ut vocant, affabre factus, in Cimelio P. CHAMILLART. *Urbes Romanæ* (quæ ſunt in nummis Juliani Aug. VRB ROM) dicebanture eæ, quæ Romano in Galliis Imperio ſuberant. In nummis ejusdem argumenti, nunc dicitur *Mauricius Imperator*, ut §. ſup. num 23. & §. iſto, num. 5. nunc *Mauricius Auguſtus*, ut in iſto 7. numismate. *Auguſtus Perpetuus* idem *Tranſpadanarum Urbium, Narbonenſium, Arelatenſium*, & *Urbium Romanarum*, in ſingulis ac diverſis numismatis prædicatur.

Ibid. 8 D. N. MAVRI. TIB. PP. AVG. Ut in nummo 6. .)(. I cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiano Imperatori*, hinc N inde M cum ſubjectis crucibus, *Chriſtiani Narbonenſes Mercatores*, IND. II. *Indictionem ſecundam* tributi perſolverunt. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 7. Vidimus & IND. III. in Muſeo P. DE VITRY. Confer cum iſtis numisma 2. Heraclii inſcriptum, INDICTIONE ϟIII.

Ibid 9. D. N. MAVRI IIVL PPVI. Caput cinctum diademate e gemmis, duplici ordine. Sententia iſtarum litterarum hæc eſt: *Dominus noſter Mauricius, Imperatoris Juſtiniani Legatus, poſt primam victoriam Imperator:* quemadmodum Nobiliſſ. D. Villarſius, nuper in Germaniam proficiſcens Legatus, *Lieutenant General*, poſt primam victoriam creatus eſt Francorum caſtrorum Præfectus primarius; *Franciæ Mareſcallum* vocamus. Imperatorem Romani appellabant, quem nos dicimus *General d'armée*, & *Generaliſſime*. Confer cum iſto numismate aliud Filepici Aug. de quo dicturi ſumus inferius. Jam non reges ſub ſe beneficiarios habuere Auguſti, ut antea Anaſtaſius & Juſtinianus; ſed Legatos & Vicarios Cæſares e ſua ipſorum cognatione adſciverunt. .)(. VICVORI AIϽOAV *Victoria, univerſo optabilis Romano Imperio, aſſeruit Italiam Tranſpadanam omnem Auguſto utrique.* In hoc numiſmate littera ϽC ſic eſt ab inciſore formata, ut crediderit Du-Cangius eſſe litteram S cum ſit T. ſed inverſo ſitu ϽC cujusmodi in nummis hujus ævi paſſim occurrit, pro C vel T. Quod ſi quis obſtinatius velit defendere eſſe litteram S. faciet iſtud ſane errore magno; ſiquidem in hoc ipſo nummo, quem ex auro vidimus, mole quinarii argentei, apud D. FAUVEL, & in nummo ſubſequente, eſt conſpicue littera T eodem ſenſu: ſed ut ut eſt, pro *Tranſpadana* is *ſuperiorem* legat. In medio, $\frac{M\ A}{V\ II}$ pro $\frac{M\ A}{V\ N}$ ut eſt in eodem nummo D. Abbatis FAUVEL, valde conſpicue. Sententia eſt, *Mercatura aucta Urbium Narbonenſium.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Etiam in ſubſequente nummo perſpicue legitur ſimili ſitu, VN: & in nummo Divi Conſtantini PT AUGG litteræ partis poſticæ VN MR ſignificant, *Urbium Narbonenſium Mercaturam reſtituit.* Et in ſæculo Theodoſiano R M paſſim *Reſtituta Mercatura* eſt. Crux in medio nummi area, impoſita eſt orbi Romano. Eſt hic Mauricii nummus aureus in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 8. & apud D. Abb. FAUVEL, ut diximus. Erat in Narbonenſi provincia Juſtinianus Aug. Imperator: inde Mauricium miſit legatum in Tranſpadanam, qui exercitui vice ſua præeſſet: idem Mauricius *poſt victoriam* Auguſtus, ſupremo Juſtiniani Aug. anno. Tunc numisma iſtud cuſum eſt, cum primum licuit in nummis ſcribi de ambobus *uterque Auguſtus:* nempe anno 1. Mauricii.

Ibid. 10. D. N. MAVRICIVS PP. AV. Caput cinctum diademate e gemmis duplici ordine. .)(. VICT. O. R. I. A. V. T. O. A. VT. *Victoria optabilis Romano Imperio, aſſeruit Urbes Tranſpadanas omnes Auguſto utrique*, Juſtiniano Aug. nimirum, ut dictum eſt, & conſobrino ejus, Mauricio Tiberio: qui ejusdem fuerat Legatus, priusquam eſſet Auguſtus. Quid Imperii nomine intelligendum hoc ævo ſit in nummis iſtis, diximus ad nummum 7. Tiberii Conſtantini, anno ipſius quarto percuſſum. In medio iſto Mauricii numismate, crux eſt orbi Romano impoſita. Deinde ad latera, $\frac{M\ M}{V\ N}$ *Mercatores Urbium Narbonenſium.* Infra, COROB *Civitates omnes Romanæ obtulerunt.* Eſt hic nummus aureus, in Conſt. Chriſt. pag. 105.

Ibid. 11. D. N MAVRICIVS P. F. AVG. Capite cincto gemmis, ut proxime dictum eſt. .)(. ℞ Chriſti monogramma orbi Romano impoſitum: hinc A inde ω Quæ litteræ cum monogrammate Chriſtum eſſe ſummum Deum ſignificant, ut in Apoc. 1. Epigraphe in ambitu: VIENNA DE OFFICINA LAVRENTI. *Laurentius* Monetarius urbis Viennæ ad Rhodanum: Quæ urbs ſi Mauricio Aug paruit, Burgundionum prius regnum nullum fuit. Eſt hic aureus in Theſauro Regio, in quo Mauricius P. F. AVG. eſt; & in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 8. ubi eſt PP. AVG.

Ibid. 12. D. N. MAV. Chriſtus & Deipara, ut in nummis Juſtini Aug ſed hic ambo ſtant: ille excelſiore ſtatura dexterque orbem Chriſtianum gerit, cui crux eſt impoſita: hæc ad ſiniſtram & minor, crucem dumtaxat: ambo circum caput circulum habent gloriæ cæleſtis indicem. .)(. Mauricius ſtans, capite tantum cincto gemmis, ut mos eſt Auguſtorum, dextra tenet crucem oblongam; ſupra, crux exigua. Latere ſiniſtro, littera grandis H. Sententia eſt: *Dominus noſter Mauricius, Heros Chriſtianus.* Eſt ex ære magno, in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 9. Ut I & K cum cruce, *Imperatorem & Cæſarem Chriſtianum* ſignificat, in nummis hujus ævi ſexcentis; ſic H cum cruce, *Heroem Chriſtianum.* Hanc interpretationem egregie confirmabit nummus Aptemii Anaſtaſii inferius a nobis proferendus, §. 30.

Ibid 13. D. N. MAVRICIUS P.F. AVG. Capite cincto gemmis. .)(. Litteræ implicitæ iſtæ, MARL cum littera S: quarum hæc ſententia eſt, *Moneta Arelatenſis.* Etiam Arelate Mauricii Imperio ſuberat. Infra, CON *Civitates omnes Narbonenſes.* Eſt hic nummus elegantis fabricæ ex ære mi-

nutiſſimo, in Muſeo P. CHAMILLART, & noſtro. In alio ſimili apud eumdem, pro litteris CON eſt MN *Mercatores Narbonenſes.*

Tab. XI. 14. D.N.MAVRI. TIb. PP. AVG. Caput pileo tegitur, gemmis contexto & criſtato; dextra geſtat orbem cum cruce, læva clypeum. .)(. VICTORIA AVGG B *Victoria Auguſtorum duorum*, Juſtiniani Aug. ut dictum eſt, & Mauricii Tiberii conſobrini ſui, *ſecundo* iſto numismate conſignata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus ſolidus eſt in Theſauro Regio, & in Conſt. Chriſt. pag. 104. verſu 1. ubi vitio inciſoris ſcalptum eſt R pro B. Sed Occo recte litteram B expreſſit, pag. 585. Victoria in hoc nummo tenet dextra crucem oblongam, cujus in apice eſt littera P, quæ cum transverſa crucis lineola, Chriſti monogramma efficit, ſiniſtra tenet orbem Chriſtianum. Eſt & in Collectione D. de Peireſc, pag. 491. In Theſauro Regio ſimilis eſt alius, D. N. MAVRI. TIB. PP. AVG. VICTORIA AVGGI. alius 5. Cetera ſunt in utroque priori ſimillima.

Ibid. 15. D. N. MAVR. TIB. PP. AVG. ut proxime: .)(. VICTORIA AUGGG. *Victoria trium Auguſtorum.* Victoria, ut ſupra. Eſt hic nummus aureus apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 83. cui ſimillimum Focæ Aug. alium ſuo loco afferemus. Itaque tres illi Auguſti hi ſunt: Juſtinianus, Mauricius, & Focas.

Ibid. 16. D. N. MAVRIC. P. F. AVG. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextra geſtat coronam, ſiniſtra orbem Romanum, cum impoſita ei cruce. Latere lævo, ſidus Solis. Eſt hic aureus, in Cimelio Ducis Parmenſis, Tab. XXVIII. num. 6. Infra, COMOB *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* In Theſauro Regio triens aureus eſt, & in Conſt. Chriſt. pag. 104. ſimilis alter, cum CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Simillimum huic Focæ nummum, & alterum Heraclii, ſuo loco afferemus: ex quo intelligi oportet etiam in iſto ipſos Auguſtis victoribus adnumerari. Apud D. Comitem de Vaux, aureum hunc ipſum vidimus, cum epigraphe. D. N. MAVR. TIB. PP. AVG. & CONOB. Cetero ſimillimus iſti eſt.

Ibid. 17. MVSTAI INVSIPAVI. Caput Mauricii Auguſti, cinctum diademate e gemmis. .)(. Victoria ſiniſtrorſum incedens, dextra coronam oſtentat, lævo humero palmam gerit. In ambitu, VICTOIV AVTONAVI. Sententia litterarum, quæ ſunt in priore nummi ſuperficie, hæc eſt: *Mauricio vice ſua Tiberium Auguſtum imponente Italiæ nobiliſſimis Urbibus; Senatus inſtituit Perpetuum Auguſtum utrumque Imperatorem.* Earum autem quæ ſunt in parte contraria, hæc interpretatio eſt: *Victoria optabilis Imperio univerſo, aſſeruit Urbes Tranſpadanas omnes Nobiliſſimas Auguſto utrique Imperatori.* Nummus eſt egregius ex auro, in Muſeo noſtro. Ex quo diſcimus, ſimul quidem Tiberium ac Mauricium Auguſtos Imperatores fuiſſe; ita tamen ut primarius eſſet Mauricius, Tiberius veluti ſecundarius; quippe genitus conſobrino Mauricii Juſtiniano. Confer jam cum iſto nummos ſuperiores, præſertim vero 9. ac 10. Intelliges profecto, vel ex numeroſa ſententiarum oratione, quæ his teguntur litteris; tum etiam ex conſenſione mirifica cum ceteris Mauricii numismatis, & genuinam hanc noſtram interpretationem, & Mauricio Aug. perhonorificam; neque tam puleras ſententias ex litteris iſtis poſſe caſu elici. V S eſt *vice ſua*, ut in nummo Vabalathi V C. eſt *Vice Cæſaris.* I V deinde eſt *impoſuit Urbibus*, ut in nummo Fauſtinæ Piæ, FAVSTINA AVGVSTA RPIM eſt *Rectorem Provinciis impoſuit maritum.* Triginta omnino litteris conſtat hæc Mauriciani nummi inſcriptio: quindecim in anteriore pagina, totidem in averſa.

Ibid. 18. MONVIVNI INAIIQC AVG. Caput Mauricii Aug. cinctum gemmis. .)(. Victoria dextra ſertum tenet; ſiniſtra orbem Romanum, cui crux eſt impoſita, VICNVIIV M/CTOVVN. Infra, CONO *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Sententia litterarum, quæ ſunt in anteriore nummi ſuperficie, hæc eſt: *Mauricius conſocians Narbonenſium urbes Italiæ urbibus, nuncupatur Imperator: Idem Narbonenſibus adjungens Italos, Italiæ quoque conſtituitur Auguſtus*, nimirum a Senatu. Earum autem, quæ ſunt in averſa parte, hæc ſignificatio eſt: *Victoria Narbonenſibus utilis, junxit Imperii urbibus, Mauricio cogente, Tranſpadanas omnes urbes nobiliſſimas.* Littera ɔ inverſa, verbum deſignari, quod incipiat a ſyllaba CON, alibi vidimus, in nummis M. Antonini Imp. & Decentii Cæſaris, aliisque. V geminatur in fine, ad plures urbes deſignandas: unde & in nummo Decentii uno geminatur ſimili de cauſa littera N, ut ſit ibi V N N pro *Urbium noſtrarum.* Eſt hic aureus ſane perpulcher in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 19. D. N. MAVR. TIB. PP. AVG. Caput pileo tectum eſt gemmis contexto: dextra tenet orbem Romanum, cui crux eſt ſuperpoſita; læva clypeum. .)(. Hæ litteræ partis averſæ, X SI LI ACI hanc habent ſententiam: *Chriſte, Serva Imperatorem, Liberatorem Arelatenſis Civitatis.* Eſt hic nummus eximius ex ære minimo, in eodem Muſeo P. CHAMILLART. In ſingulis litteræ Græcæ X angulis ſive laterculis, quæ pro Χριστὲ ponitur, binæ ſunt litteræ ab opifice ſculptæ, præterquam ubi *Arelatenſis* ſcribi oportuit. Hoc nomen viſum eſt ſatis una littera exprimi. Jam ſuperius in nummo 5. Mauricium vidimus appellari *Auguſtum Arelatenſium.* Et Arelate eum fuiſſe, quot nummi prædicant & clamant?

25.

Stemma MAVRICII AVG.

Genus Auguſtorum non aliunde certius poteſt agnoſci, quam ex ipſorum nominibus: quippe quæ eo fine nummi repræſentent, ut illud agnoſcatur. Tiberium Conſtantinum Aug. filium fuiſſe Juſtiniani Aug. ſuperius oſtendimus. Ex eo autem conſequitur Mauricium Tiberium, Juſtiniani ipſius conſobrinum fuiſſe; hoc eſt, filium amitæ Juſtiniani Aug. qui pater Tiberii Conſtantini. Nam Mauricius nonniſi ex matre Tiberia Claudia, Juſtiniani amita, potuit *Tiberius* cognominari; quemadmodum nec potuit Tiberius Conſtantinus Tiberii prænomen habere, niſi ex Juſtiniano patre, qui fuit ex gente Claudia. Dictus eſt enim *Mauricius Tiberius* forma, qua olim *Domitius Nero*: qui *Domitius* a patre, *Nero* fuit a matre, Agrippina ſcilicet, nepte Neronis Claudii Druſi Germanici. Itaque quod fuit in Claudio Druſo prænomen, factum eſt in Domitio Nerone cognomen; quoniam haberet illud a matre Nero; velletque in ſuis nominibus de more (quod & nobiles Hispani hodieque faciunt) paternum maternumque genus exprimere. Quod ſi Tiberii gener Mauricius foret, ut fabulæ prodiderunt; non is *Tiberius* ex ea affinitate, ſed *Tiberianus* diceretur; vel potius *Claudianus*: ſiquidem non ex prænominibus, ſed ex ipſis gentium nominibus vel cognominibus fiunt nomina in *ianus* deſinentia: ut a Domitia *Domitianus*, ab Aurelia *Aurelianus*, a Maxima *Maximianus.* Fuit igitur Mauricius filius amitæ Juſtiniani, ejusdem conſobrinus, non Tiberii gener, cujus per ætatem fere ſocer eſſe potuiſſet.

Genere autem Narbonenſem eum fuiſſe, & ex familia prænobili, quæ hereditarium ibi gereret magiſtratum, docet eximius plane ac ſingularis, ex materia perſimili vitro ſpiſſiori nummus, qui alte in

in terra defoſſus, repertus eſt anno 1715. in pago dicto *Guilly*, inter Biturigas & Sancerram: cujus ectypam effigiem in ichthyocolla habemus. Caput exhibet virile, vultu in ſenium inclinante, diadematum: latere dextro, ſive occidentali, adjectis litteris ſex: ſuperficie averſa inani:

Sententia eſt: *Mauricius Auguſtus Prætor Urbanus Hereditarius Urbis Narbonis.* Gallice: *Maurice Auguſte Juge Civil Hereditaire de la Ville de Narbonne.* Sic in nummo præclaro Caii Cæſaris Germanici vidimus eum appellari *Duumvirum Quinquennalem primum Narbone.*

De ſancto MAVRICIO.

Celebre in Eccleſiis præſertim Galliarum ſancti Mauricii nomen eſt: hunc vero non alium eſſe arbitramur, quam ipſum Imperatorem Mauricium; quem Heroëm & Heroëm Chriſtianum appellatum eſſe dum viveret, ſuperius vidimus, ob res præclare bello geſtas; ac propter vitæ ſanctitatem & Zelum ſanctiſſimæ Religionis Chriſtianæ tutandæ in orbe Romano, inter divos merito relatum ab Eccleſia credimus. Suſcepit hunc patronum in primis Eccleſia Viennenſis, ubi nimirum imperitaſſe eum nummus docet inſcriptus, D. N. MAVRICIVS P. F. AVG. .)(. ✠ VIENNA. DE OFFICINA LAVRENTI: præter alios in Narbonenſi provincia magno numero percuſſos, dum viveret. Sed poſt ejus obitum ſic illo patrono uſa eſt Eccleſia Viennenſis, ut in nummis ſuis effigiem ejus olim inſculperet, hac forma: .✠. S. M. VIENNA. *Sanctus Mauricius. Vienna.* In medio, caput radiatum, ſenile, barbatum, cinctum diademate: radiatum, inter divos relatum eum eſſe; diadematum, fuiſſe eum Auguſtum ſignificat. In parte averſa, ✠ MAXIMA GALL. In medio, Crux. *Vienna* dicitur *Chriſtianitas maxima Galliarum.* Crux enim præfixa huic voci, MAXIMA, quæ nec puncto ab ea dirimitur, pro Chriſtianitate ponitur; ut in nummis Sæculi Juſtinianei, qui ſunt in eadem Narbonenſi provincia percuſſi, ſignificat Chriſtianos. *Chriſtianitas* autem *maxima Galliarum Vienna* dicitur, eo quod plures ea ætate Eccleſias & plura Monaſteria haberet ea civitas alia Galliarum. Sic eſt in nummo altero ✠: in ambitu, PRIMA SEDES. .)(. GALLIARUM. In medio, Crux. *Lugdunum Chriſtianum, Prima Sedes Galliarum:* quod prima civitas ea Galliarum ſit, in qua epiſcopus ex Urbe miſſus ſedem fixerit. Eſt uterque nummus in Muſeo San-Genovefano, pag. 141. & 145. ſæculo XII. cuſus, ut videtur. Sed ad Mauricium redeamus.

Hunc igitur, ipſo viceſimo currente principatus anno, adverſus hoſtes Chriſtianæ fidei bellum geſſiſſe, cum ſua legione, omnino credimus. Hoſtes Chriſtiani nominis ea ætate fuiſſe, quos noſtra Helvetios Rhætosque appellat, diximus in Juſtiniani nummo inſcripto, D. N. IVSTINIANVS PTRC *Provinciarum trium Rhodanenſium Conſervator.* Ibi igitur ſtrenue dimicantem pro fide tuenda cecidiſſe eumdem in acie cum ſua legione arbitramur, eo quod in eo tractu imperium geſſit, & locus Martyrii ipſius ex traditione dicitur eſſe, ubi nunc eſt oppidum S. Mauricii, in una ex tribus illis provinciis Rhodanenſibus, in Valleſio, *S. Maurice en Vallais*, ultra Genevenſis lacus orientalem plagam, ſex ſeptemve leucis, ad Rhodanum. Inde eſt etiam, quod & alterum in Sabaudia, diœceſi Tarentaſienſi, oppidum S. Mauricii nomine eſt; & Sabaudiæ patronus idem habetur; & militarem propterea Ordinem S. Mauricii Amedeus Sabaudiæ Dux primus inſtituit, anno 1434. Et Taurinum Pedemontii tranſlata magna pars Reliquiarum S. Mauricii eſt ſub Carolo Emmanuele, proavo Ducis hodierni. Ibi nimirum præcipue colitur, ubi in primis geſſit principatum; quod & nummi a nobis explanati ſuadent.

Aſſervat ejusdem ſancti lanceam galeamque Eccleſia Viennenſis, Andegavenſis gladium; nam & hæc Mauricio patrono gaudet, Mirapicenſis, aliæque. Et quoniam e ſanctis Galliæ eſt, in plerisque ibi Eccleſiis officium fuit olim ſemiduplex: Romæ autem non eſt receptum, niſi medio fere ſæculo XVI. ſub ritu ſimplici.

Quod vero de Thebæa legione & Maximiano Imp. in S. Mauricii Actis refertur, falſa narratio eſt. Nam unde Maximiano legio Thebæorum, cum jamdudum nihil haberet in Ægypto Imperium? *Thebæa* ibi legio poſita a falſariis eſt, po מבח *ſacrificante*, ſive Judaïca, ut contumelioſe vocabant, hoc eſt, pro Chriſtiana. Sed deleri ſcilicet ex hominum animis S. Mauricii Imperatoris memoriam, intererat impiæ factionis, quæ falſa monumenta cudit: quoniam ei plurimum utilis fabula eſſet de tranſlato Byzantium Imperio, ubi & Mauricium cum aliis, quorum nomina accepit ex nummis veteribus, collocarat.

Viennenſi porro numismati ſancti Mauricii adjungendum alterum ex argento eximium eſt e Muſeo Clariſſ. D. Abbatis FAUVEL; minoris quidem moduli ſed ſpiſſi, nitidiſſimique characteris:

Ex parte una habet crucem oblongam, cum binis ad extrema capita globulis: in ambitu, AVRILIANIS CIVIS. Ex parte altera, caput radiatum, ac diadematum, vultu ſenili, prorſus eodem atque in ſuperiore nummo Viennenſi: cruce infra caput adjecta, hac forma quadrata, ✠. In ambitu, MA R... IVS. Litteras interpoſitas fuiſſe cultro fruſtatim malitioſe refectas manifeſte apparet, ne Mauricius ibi agnoſceretur, qui ab Aurelianis colitur, fuiſſe Imperator; cum reliquus nummi ambitus rotunditate incolumi ſit. Lege, *Chriſti Martyr Mauricius.* Eſt enim ✠ pro Chriſto, ut in multis hujus ſæculi Juſtinianei nummis; ubi & ſexcenties pro *Chriſtiani* crucem ſic poſitam vidimus; & in allato proxime Viennenſi, pro *Chriſtianitate.* In ipſo civitatis Aurelianenſis meditullio eſſe Eccleſiam Parochialem S. Mauricii, cultumque ejus ſancti ibi fuiſſe percelebrem, peracta ſingulis annis ſolemni ſupplicatione procedentis longo ordine eo usque Cleri Eccleſiæ Cathedralis, cum argentea capſa, qua brachium & aliæ reliquiæ ſancti Mauricii incluſæ erant; eumque morem religioſe olim obſervatum eſſe, eo quod unus is eſſet ex inclytis Urbis Patronis ac tutelaribus, usque ad annum 1567. quo anno diruta ea Eccleſia eſt a Calvinianis, quæ deinde inſtaurata perperam in ore vulgi nunc nomen habet S. Eligii, a Capella ſuperſtite; produnt Antiquitates Eccleſiæ Aurelianenſis, pag. 36. 37. & 253. Itaque hujus numismatis pars antica cum nomine civitatis ſymbolum exhibet Cathedralis Eccleſiæ Aurelianenſis, quæ SANCTÆ CRUCIS nomen habet, ubi aſſervabantur Reliquiæ ſancti Mauricii, & unde procedebat annis ſingulis magna pompa Clerus, ut dictum eſt, ad Ædem ejusdem ſancti: pars altera, vultum & nomen ipſius, veluti unius e primariis civitatis patronis ac tutatoribus, repræſentat. Nummi hujus habemus in cera impreſſam effigiem. Qui nummus cultum Sanctorum ac Reliquiarum ſolemnem fuiſſe ſæculo ſeptimo aperte docet, accedente teſtimonio ex more antiquo Eccleſiæ Aurelianenſis, quem diximus.

Denique quod inter Reliquias Capellæ Imperialis, quæ Norimbergæ adſervantur, lancea repoſita eſt S. Mauricii, id haud inani vel tenui indicio eſt, ipſum quoque ex Imperatoribus & Auguſtis fuiſſe.

26.

Numiſma.

TIBERII REGIS ARELATENSIS.

Circiter annum Chriſti 489.

Nummum habet Dominus DE BOZE in Muſeo ſuo ſane ſingularem; non mole quidem, eſt enim argenteus quinarius dumtaxat; ſed elegantia fabricæ & raritate eximium. Ex parte antica vultum Principis exhibet, cum epigraphe hujusmodi:

AIATIRЄmIVICOB.

In altera ſuperficie legitur:

+ BETTOmONE PRACCI.

In media area, majuſculis litteris AR: quibus ſubjectæ ſunt minuſculæ duæ, AT. Prioris paginæ inſcriptionem ſic arbitramur legi oportere:

Arelatenſes Navicularii
TIBERIO REGI
MAVRICII IMP. VICARIO
obtulerunt.

Altera vero ſic:

Betto Monetarius
Provinciæ ac Civitatis
Arelatenſis.
Argenteum tributum.

Nummi certe fabrica ætatem Mauricii Imp. & Gallicam officinam refert. *Navicularios* vulgo appellamus, *les Batteliers*; vectores mercium per mare. Apud Gruterum vetus inſcriptio, pag. ccccxiii, 4. laudat CORP. NAVICVLAR. MAR. AREL. *Corpus Naviculariorum maris Arelatenſis.* At etiam pag. ccccxv, 1. ex lapide Lugdunenſi, CORPVS NAVTARVM SPLENDIDISSIMVM. Itaque hoc loco ſive *Navicularii*, ſive *Nautæ* legeris, nihil intereſt. Hi nomen ſuum præponunt ipſi Regis Tiberii nomini, quoniam ita uſus poſcebat. Sic IMP. MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI. Sic in epiſtolis nomen ſcribentis præponitur; id quod eſt ab Auſonio adnotatum, epiſt. xx.

Paulino Auſonius. Metrum ſic ſuaſit, ut eſſes
Tu prior, & nomen prægrederere meum.

In eo nomine, *Navicularii*, junctæ ſunt & connexæ ſimul litteræ duæ, N & A: ac propterea linea transverſa in littera N non a ſiniſtra ad dexteram, ſed a dextera in ſiniſtram ducitur: id quod in aliis illius ævi numismatis uſuvenit.

TI *Tiberium* eſſe oportet, ut in nummis Tiberii, qui gener Auguſti fuit, *Tiberius* ſemper TI ſcribitur. Et hunc Tiberium filium fuiſſe oportet Juſtiniani junioris, Juſtiniani prioris, qui Mauricii Aug. conſobrinus fuit, nepotem. Jam inde a Tiberio Claudio Cæſare, Auguſti genero, *Tiberius*, quod fuit unum e prænominibus Claudiæ gentis, factum nomen familiæ illius eſt, quæ ex familia eadem illa Claudii Druſi genus duceret. Hinc Tiberius Conſtantinus, & Mauricius Tiberius, & Tiberius alter, qui Juſtiniani junioris filius, prioris nepos; qui nunc Rex Arelatenſis, Mauricii Imp. Vicarius, appellatur.

In nummis plerisque Mauricii Aug. littera prior nominis ejus omnino, ut in iſto, deſcribitur, clauſa ſuperne, ac rotundata, m

OB iſthic, æque atque in CONOB eſt *obtulerunt*. Sic & TROB in nummis ex auro eſt pro *Treveri obtulerunt*, Sunt & alia permulta exempla, in Sæculo Conſtantiniano & Theodoſiano.

Provincia Arelatenſis jam tum appellabatur, quæ prius Narbonenſis ſecunda fuit: poſtea ditio regis Arelatenſis.

In media nummi area pariter exhibet has litteras AR pro eo quod eſt *Arelate civitas*, nummus

+
CI

5. pag. 58. apud D. le Blanc aureus; cum Monetarii nomine, MAXIMO MONETARIO. Item pag. 30. cum nomine CHELDEBERT.

Nummos cudi ex argento ab Arelatenſibus oportuiſſe, tributi nomine, ſubſcriptæ litteræ admonent, AT *Argenteum tributum.* Sed & regibus ex argento tantum cudebantur ea ætate, ut vidimus §. 18. auro Imperatoribus & Auguſtis reſervato.

Denique non pauca ſunt ipſiusmet Mauricii Imp. numismata, quæ protulimus; quorum inſcriptio ſimiliter primis dumtaxat ſingularum vocum litteris repræſentatur, cum eſt longiuſcula, ut mos illius ævi præſertim fuit.

De Vicariatu Imperii in Regno Arelatenſi Carolo v. Regi Francorum, tunc cum Delphinus eſſet, conceſſo a Carolo IV. Imperatore, ſcripſere Ant. Dominici in Aſſertore Gallico, pag. 234. aliique. Et ante illud tempus, alii memorantur apud Du-Cangium in Gloſſario Vicarii Imperii in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi. Sed in nummis certe nullum vetuſtius veſtigium eſt regni Arelatenſis (niſi Baduillæ regis numisma exceperis, de quo dictum eſt ſuperius §. 18.) quam quod in iſto nummo apparet inſigniter: ex quo refelluntur ii, qui fictitium illud eſſe Regnum putant.

Reſtat ut de Bettone Monetario aliquid dicamus. In tribus aliis numismatis nomen illud occurrit, quæ deſcribuntur a D. le Blanc, in Tractatu Gallico, *Des Monnoies de France*, pag. 16. & 17. & ſunt in eodem Arelatenſi tractu percuſſi ex auro.

Tab. XI. 1. + SUE DIONISI. Sic enim prave legit ſcalpſitque inciſor, pro SCI DIONISI *Sancti Dionyſii.* Caput cinctum gemmis, Bettonis Monetarii. .)(. BETTO M *Betto Monetarius.* Vir ſtans tenet acinacem elatum ſiniſtra manu. Exhibet hunc nummum etiam D. de Bouterouë, pag. 196. Hic perperam uterque putat ſe videre urbem Sueſſionum. Nullum enim vidimus percuſſum Sueſſionibus nummum; nec Sueſſiones certe ſcriberent SVE DIONISI pro SVESSIONIS.

Ibid. 2. SUE ∞ IONIS Prave ſimiliter, pro SCI DIONISI *Sancti Dionyſii.* Capite radiato, vultu ſenili, ipſius ſancti, ut arbitramur. .)(. BETTONI. Crux gradibus duobus impoſita aream implet.

Ibid. 3. EXONAR̄ICI + Capite Bettonis monetarii cincto gemmis. .)(. BETTONE MON. *Bettone monetario.* Crux orbi impoſita. Littera prior N inverſa eſt, ut in nummo Tiberii regis: & littera m ita delineata, ut in nummo ejusdem Tiberii Regis, & in nummis Mauricii Auguſti. Eſt etiam iſte nummus apud D. de Bouterouë, pag. 198. ex Cimelio Illuſtr. Harlæi. Hic vulgo legunt, EXONA FICI interpretanturque, Exonæ factum dici hoc numisma, qui vicus eſt ignobilis, ſexto ab urbe Pariſiorum lapide, *Eſſone.* Quamquam id ipſi D. le Blanc viſum eſt parum probabile. Sic enim ille, pag. 17. *Il pourroit ſembler étrange, qu'on ait battu monnoie dans un lieu auſſi peu conſiderable qu'Eſſone.* Nos hunc titulum ſic interpretamur: *E Xenium Obtulerunt NAvicularii ARelatI CIvitatis, BETTONE MONetario*, ut fere in nummo Tiberii regis. Nam primum quidem *Exenium* eſt, ut recte Du-Cangius in Gloſſario, *munus, donum, OBLATIO, atque adeo quævis præſtatio vel tributum ſub nomine doni.* Deinde nummus aureus, cujusmodi iſte eſt, dimidius ſolidus, muneri ejus generis ſive oblationi per-

peridoneus est. Præterea O pro *obtulerunt* frequens in nummis esse superius animadvertimus. Et littera K non est F certe; sed potius litteræ sunt tres, AR & T inter se nexæ nominis *Arelati*, cum ultima ejusdem nominis, nempe I. Denique nusquam FICI legas in nummis, pro FIT: sed AR CI pro Arelatensi civitate, alibi etiam legitur, ut superius diximus: & sic AVTIZIODERO CI & AUXIA CI pro *civitate*.

Tab. XI. 4. ✠ SZI AIONISI Capite nudo. .)(. Litteræ implexæ, nexæque, cum superposita cruce *Arelatum Christianum* significantes; ubi cultum S. Dionysii viguisse priscis illis temporibus nummi hi tres plane suadent. Est hic triens apud D. le Blanc, pag. 58. b. Sed hactenus de Tiberii regis numismate dictum esto: Ad Justiniarum juniorem Tiberii regis patrem veniamus.

27.

JUSTINIANUS JUNIOR, TIBERIUS F. & FILEPICUS.

Ab anno Christi 475. usque ad annum 491.

Tab. XII. 1. D. N. JVSTINIANVS MVLTVS AN. Vultus Justiniani junioris; vestitus autem, qualis omnino Filepici est in nummis mox proferendis; & qualem fuisse Legatorum Augusti ex his nummis intelligimus. Ætas Justiniani non supra annum XXV. Crux imposita capite est: Dextra gestat crucem extremis capitibus jugatam, quam Galli vocant, *une Croix potencée*, cum ipsis gradibus tribus, quibus est imposita: læva orbem, cui superposita crux est: orbi autem ipsi inscripta vox ea, PAX. Sententia inscriptionis est: *Dominus noster Justinianus, Mauricii vice Legatus, Transpadanas Urbes sociavit adhuc*, sive *socias adjunxit Narbonensibus*. Et PAX illa quidem post Victoriam Augustorum sancita est, crucis sive Jesu Crucifixi cultu in Transpadanis ac Narbonensibus urbibus amplificato & aucto, gentilitatis reliquiis ibi prorsus excisis. Quæ causa est quamobrem dextra gerat Justinianus Aug. crucem cum ipsis gradibus, quibus illa veluti exaltata conspicitur: id quod in nullius alterius Augusti numismatis cernitur. Similitudo autem & fabricæ & formæ nummi, similisque prorsus inscriptio, dubitare non sinit, quin Justinianus & Filepicus simul istud legati munus obierint; falsaque proinde esse ea, quæ de utriusque genere & rebus gestis narrantur in libris. Sic Mauricium ipsum superius vidimus III. *Imperatoris Justiniani Legatum*, §. 24. num. 9. & Tiberium Mauricii Vicarium, ibidem, num. 17. .)(. ihs Chs (hoc est, JESVS CHRISTVS) REX REGNANTIVM. Christi ad pectus usque effigies, cruce retro apposita, læva tenet librum Evangeliorum, dextra benedicentis ritu extra pallium modice exserta. Est hic nummus ex auro plane singularis, in Museo P. CHAMILLART. Fuit & alter istius simillimus in Cimelio D. BEGON.

Ibid. 2. D. N. JVSTINIANVS SERVVS CHRISTI. Stans ipse habitu Legatorum Augusti, vel Consulari, qualis est in nummo priore, tenet crucem impositam gradibus. Quo ex habitu, qui proprius Justiniani istius est; cum solus, inquam, ex omnibus Augustis manibus teneat crucem gradibus impositam, quod videre est in nummo priore & in isto; manifeste apparet, & ab ipso initium factum esse sculpendi in nummis crucem hujusmodi impositam gradibus, non ab Heraclio, ut vulgo creditur ab Antiquariis; & eo crucis habitu significari, cultum Christi in Transpadanis Urbibus & Narbonensibus, hujus Justiniani studio amplificatum fuisse & auctum, exterminatis gentilium reliquiis, & ad bellum illud sacrum socialibus adjunctis Narbonensi provinciæ Urbibus Transpadanis: denique in viis publicis tunc primum erectis & super gradus impositis Crucibus. Quamobrem solus hic Justinianus in nummis inscribitur SERVVS CHRISTI, cum Christi nomine ac præconio hac formula, JESVS CHRISTVS REX REGNANTIVM. In priore nummi hujus pagina, litteræ sunt ad imum marginem adjectæ, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*. In aversa parte, cum Christi vultu Evangelium gestantis, ut supra, epigraphe jam laudata. Est hic nummus aureus in Thesauro Regio, unde nos ejusdem habemus ectypum. Hunc Occo, pag. 583, ita descripsit: D. N. IVSTINIANVS ETEKY CHRISTVS, PROSERVVS CHRISTI. Ex Octavio Strada, pag. 265. Du-Cangius eum delineari curavit, pag. 116. ac Justiniano Rhinotmeto tribuit.

Ibid. 3. D. N. IVSTINIANVS ET TIBERIVS PP. A. *Domini nostri Justinianus & Tiberius Perpetui Augusti.* Duo Augusti stantes; quorum alter est multo ætate provectior, junior alter ac minor, quippe prioris filius, ut ætas demonstrat: Crucem unam in extremis capitibus jugatam ambo simul dextra manu tenent. .)(. Ihs CHRISTVS (hoc est, IESVS CHRISTVS) REX REGNANTIVM. Christi vultus, ut in primo numismate, librum Evangeliorum ante pectus gestantis; retro, picta Crux. Occo, pag. 583. hunc nummum aureum Justiniano priori falso attribuit. In Thes. Brandeburg. pag. 857. litteris inversis, & C Græca littera pro Latina S supposita in Christi nomine, sic scalptor repræsentat: MYITNANƆƎ ꟻ XƎ ꟻ ↄX SHI. Begerus ibi Justiniano Rhinotmeto (qui nullus fuit) hunc nummum adsignat: quod & Du-Cangius facit. Cusus hic nummus videtur circiter annum Christi 491. Similis aureus ex Museo Boncompagniano in schedis D. Vaillant sic scribitur: D. N. IVSTIN. ET TIBERIVS PP. A. .)(. D. N. IHS CRTVS REX REGNANTIVM. In alio apud D. FOUCAULT, scriptum fuit, D. N. ihs chs REX REGNANTIVM. Vidi alium, cum P. CHAMILLART, ex auro persimilem, in quo hæc esset dumtaxat epigraphe, IVSTINIANVS ET TIBERIVS: cetero, ut dixi, simillimum.

Ibid. 4. D. N. IVSTINIANVS PP. A. Vultu adverso, capite cincto diademate e gemmis, cruce superposita: dextra gerit orbem Romanum cruce insignitum. .)(. VICTORIA AVGVS. . . . *Victoria Augustorum.* Crux in extremis capitibus jugata, gradibus quatuor imposita. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Aureus est in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 88. versu 3. 4. ubi Justiniano priori tribuitur: id quod perperam factum esse a Du-Cangio crucis forma jugata extremis capitibus, & ipse habitus ætasque Principis palam facit.

FILEPICVS.

Ibid. 5. D. N. FILEPPICVS MVLTVS AN. Vultus Filippici, fere quadragenarii, cum habitu sive Consulari, sive proprio Legatorum Augusti, coma calamistrata ritu Gallico hodierno, quod & in Justiniani nummo primo similiter visitur: dextra gestat orbem Romanum cum cruce; sinistra scipionem, cujus in apice est Aquila Romana; ipse supra caput crucem gestat. Sententia inscriptionis hæc est, ut in Justiniani nummo 1. *Dominus noster Filippicus, Mauricii vice Legatus, Transpadanas urbes sociavit adhuc Narbonensibus.* Litteræ tres MVL interjecta Aquila a reliquis interdum sejunguntur, quoniam incisum orationis per se efficiunt, *Mauricii vice Legatus.* .)(. VICTORIA AVGV B *Victoria Augustorum, secundo* hujus formæ numismate consignata. Crux in extremis capitibus jugata, *une Croix potencée.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

Eſt hic nummus ex auro egregius, in Muſeo P. CHAMILLART Fuit & alter iſtius ſimillimus, in Cimelio D. BEGON.

Tab. XII. 6. D.N. FILEPICVS MVL TVSAN. Similimus præcedenti, niſi quod eſt in iſto FILEPICVS per unicum P, & in averſa parte, VICTORIA AVGU Δ *Victoria Auguſtorum*, quarto hujus formæ numismate conſignata. Eſt hic aureus in Theſauro Regio. Similis formæ nummos, hoc eſt, cum cruce extremis capitibus jugata, & VICTORIA AVGU Δ, alióve numero, reperias inter nummos Heraclii Aug. id quod argumento eſt, ipſius temporibus Filepicum legationem obiiſſe.

Ibid. 7. D. N. FILEPICVS MVL TVS AN. ut proxime. .)(. VICTORIA AVGU I *Victoria Auguſtorum*, *decimo* hujus formæ numismate conſignata, ut in nummis Heraclii & Focæ pariter ſcribitur. Et hic aureus eſt in Theſauro Regio. Scalptor Du-Cangii, in Conſt. Chriſt. pag. 116. verſu 5. ſic nummum iſtum exhibuit: D. N. FILIPICCVS MVLTIAN errore magno, cum ſit in utroque Regio conſpicue maxime, D. N. FILEPICVS MVLTVS AN. Quamquam & ſi MVLTI legatur, dici poteſt, ſed hic minus recte, *Tranſpadanam Italiam*. In Theſauro Brandeb. has litteras MVLTVS AN in ſuo nummo eſſe eraſas credi inciſor voluit.

Ibid. 8. D. N. PHILIPPICVS PP. AVG. Orbem Romanum dextra tenet, cui Aquila Romana, vel Phœnix, inſiſtit. .)(. ANNO Ϛ III. *Anno nono.* M NIKO A. Eſt in Conſt. Chriſt. ibidem: ſed ex Octav. Strada, pag. 279. hoc eſt, nummus, ſi quis alius, adulterinus ac recentis imperitæque fabricæ. Nulli ſunt igitur nummi Fileppici, niſi qui legationem ejus vice Mauricii Imp. Aug. commemorant: nec proinde inter Auguſtos cenſeri Filepicum oportuit, ſed inter Legatos Auguſti, æque ac Juſtinianum juniorem, primis ipſius annis.

Ex primo autem Juſtiniani hujus, & ex duobus Fileppici nummis, colligere nobis jure poſſe videmur, fuiſſe utrumque Mauricio Imperatori cognatione conjunctum: hoc eſt, Filepicum quidem fratrem Mauricii fuiſſe; Juſtinianum vero, ut diximus, filium Juſtiniani prioris, qui fuit Mauricii conſobrinus. Neque enim alia cauſa potuit eſſe, cur hos vice ſua Legatos inſtitueret, quam quod ex lege vel arbitratu Senatus neuter poſſet tunc ſaltem ad Auguſtale faſtigium promoveri: ad quod tamen perveniſſe tandem, at nonniſi poſt annos circiter quindecim, Justinianum quidem, ex nummis apparet, ob memoriam Juſtiniani patris, de Republica optime meriti: Filepicum non item apparet ex nummis aliquando Auguſtum fuiſſe. Nam quod in averſa pagina ipſius numismatum legitur, VICTORIA AVGVSTORVM, deſignari eo lemmate, non ipſius Filepici, ſed Auguſtorum victoria poteſt, qui tunc principatum gererent; quorum unius nomine is legatum ageret; quamquam origine etiam ipſe *Pius Felix Auguſtus* fuit, ſed non munere Auguſtus. Itaque quam a Juſtiniano patre Mauricius acceperat, qui ab illo Legatus fuerat inſtitutus, hanc reddidit Juſtiniano juniori vicem, cum ipſum ſuo nomine Legatum miſit in Italiam Tranſpadanam. Nullum porro ex ære aut ex argento numisma ſive Juſtiniani hujus, ſive Filepici, vidimus.

28.

FOCAS AUG.

Anni in Numismatis Focæ Aug. notati, ab anno Chriſti 474. ad annum 487.

Tab. XII. 1. D. N. FOCA NЄ PP. AV. Stat Focas Auguſtus cum Deïpara, ille orbem Romanum gerit cum impoſita orbi cruce: hæc crucem dumtaxat: ille capite gemmis cincto; hæc circumcincta caput nimbo lucido, ut Diva. Falſa enim conjectatione omnes Antiquarios ſecuti, credidimus olim hic Focæ conjugem exhiberi: id quod omnino abhorret ab uſu ætatis illius, præſertim a Chriſtiana religione recepta; ut ſimul ſcilicet cum Auguſto exhibeatur in nummis Auguſta; nedum cum illo fulgenti nimbo ſive circulo. Lævum autem latus Deïpara occupat; quoniam inſcriptio a latere dextro ducit initium; in quo proinde poni Focam oportuit, qui ibi appellatur. Inſigni porro Focam Auguſtum erga Deïparam pietate fuiſſe, quæ toties occurrit in nummis ejus effigies Deïparæ arguit. Ab initio ſæculi quinti Chriſtiani, in nummis Auguſtorum ſculpebantur Chriſti, Deïparæ, ac Divorum imagines; & quidem cum nimbo eo lucido, qui caput Deïparæ in iſto cingit. Sic etiam multo poſtea in nummis Iſaaci Angeli, Deſpotæ Byzantini, aliorumque, ſtat Deſpota, capite cincto gemmis, Archangeli Michaëlis ibi caput circumcingente pari nimbo ſive circulo. Nunc autem *Focas* in nummis, nunc *Foca* dicitur; nihil enim intereſt. Nam cum ſit nomen Latinum, non Græcum, ſæpius *Focæ*, ut *Meſſala*, & *Geta*, dicitur. Semper autem illud nomen in nummis Latinis per litteram F, numquam ſcribitur per PH vel Θ Græcum. Unde iſtud autem, ſi vel nomen Græcum *Phocas* fuit, ut vulgo creditur, vel Focas Cappadox fuit, ut hiſtorici mentiuntur, vel in Græcia denique hæc cuſa fuere numismata? Sententia porro litterarum iſtarum, quas ſuperſcriptio exhibet, hæc eſt: *Dominus noſter Foca, Narbonenſium Edicto Perpetuus Auguſtus.* Gallice dixeris, *Gouverneur perpetuel du Languedoc* &c. *par un Edit des Etats.* .)(. ANNO I. M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Є *quintum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 5. Vide apud D. Abb. FAUVEL. In alio perſimili, e Cimelio D. FOUCAULT, legitur THЄUP *Theopoli* negotiantes Narbonenſes.

Ibid. 2. D. N. FOCA VN PER AV. *Dominus noſter Foca, Urbium Narbonenſium perpetuus Auguſtus.* Gallice dixeris, *Gouverneur perpetuel de toutes les villes de Languedoc.* Stat Foca dextro nummi latere, ſiniſtro Deïpara, ut in priore nummo. .)(. ANNO I. M cum ſuperpoſita cruce; infra, KYZ A. *Chriſtiani Mercatatores Cyzici* negotiantes, hoc *primum* numisma honori Focæ Auguſti cuderunt. Eſt nummus eximius ex ære magno in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 3. D. N FOCA PP. AV. ut in primo numismate. .)(. ANNO I. X Χριϛιανοί. Ibidem ex ære minimo, verſu 5.

Ibid. 4. D N. FOCA NЄ PЄ AV. Sic enim nitidiſſime ſcriptum legimus in nummo ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. *Narbonenſium edicto Perpetuus Auguſtus.* Foca Aug. & Deïpara ſtant, ut ſupra. .)(. ANNO II. M cum ſuperpoſita Cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THЄUP *Theopoli* negotiantes, hoc numisma cuderunt.

Ibid. 5. D. N. FOCA NЄ PP. AV. ut in nummo I. .)(. ANNO II. XX Χριϛιανοί Mercatores: infra, P *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 6. ex ære minimo.

Ibid. 6. D. N. FOCA PP. AVG. ut in nummo I. .)(. ANNO III. M cum ſuperpoſita Cruce, *Chriſtiani Mercatores*, THЄUP *Theupoli* negotiantes. Eſt ex ære mediocri, ibidem.

Ibid. 7. D. N. FOCA SC PЄ AV. *Dominus noſter Foca, Senatusconſulto Perpetuus Auguſtus.* M cum ſuperpoſita cruce, *Chriſtiani Mercatores*, TЄS *Theſſalonicæ* negotiantes. .)(. ANNO III. Stat Tribunus

bunus loricatus, cùm haſta & galea ; lævo latere ſedet Phoca Auguſtus; crucem geſtans in capite Sedet autem, quia Auguſti eſt in Provinciis ſedentem jus dicere. Infra, THEUP *Theopoli* negotiantes, qui Theſſalonicæ ſimul haberent negotiorum ſuorum procuratores. Eſt hic nummus ex ære mediocri, in Muſeo San-Genovefano, & in Conſt Chriſt. pag 109. verſu 5. *Senatusconſulto Perpetuus Auguſtus* in hoc nummo Foca appellatur, quemadmodum in alio ſuperius Juſtinianus ipſe PP AV SC *Perpetuus Auguſtus Senatusconſulto.*

Tab. XII. 8. FLAVIU FOCAS PERP. AVG. Caput tectum pileo e gemmis, cujus in apice Crux eſt. .)(. ANNO III. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, X C Χριστιανῶν *Chriſtianarum civitatum*, A *primum* hoc numisma anno iſto cuderunt. Eſt hic nummus egregius ex ære maximo, in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 1. In eo tamen ſcriptum fuiſſe a Monetario FLAVIU pro FLAVIVS minime arbitramur; cum in nummo maximi moduli ſatis ſpatii fuerit ad vocem illam integram exhibendam, ſi exhibenda ſic fuiſſet. At in nummis ea vox numquam niſi FL. vel FLAV. ſcribitur. Unde nulli fere dubitamus, quin legi hoc loco oporteat, *Flavius Juſtinus Focas Perpetuus Auguſtus*: credique proinde Focam Auguſtum, fratrem fuiſſe Juſtini Aug. & Juſtinæ Gratianæ Honoriæ, Focæ cognomine diſtinctum a fratre Juſtino. Nam ætas illius, cujusmodi in nummis depingitur, æqualem fere fuiſſe Juſtini demonſtrat. Igitur gloriatur his titulis Foca, a proava ſe genus ducere, qui uxorem duxerit ex Flavia Claudia gente Auguſta; itaque ſe jam inde a proavio Flavium, a proavo Juſtinum Focam eſſe: atque eo nomine ſe nobiliorem eſſe, quam Mauricium & Heraclium; qui quamvis eſſent tantum ex matre Cæſares & Flavii, tamen potiores Auguſti haberentur. Vide ſtemma Gratiani & Juſtini, quod exhibuimus in ſæculo Theodoſ. §. 10.

Ibid. 9. D. N. FOCAS PERP. AVG. Caput tectum pileo e gemmis: vultu ſenili: dextra tenet volumen Evangelicum, læva crucem. .)(. XX Χριστιανοὶ *Chriſtiani* Mercatores: IIII Anno *quarto*: KYZ *Cycizi* negotiantes, B numisma hoc *ſecundum* eo anno percuſſerunt. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 3.

Ibid. 10. D. N. FOCA PERP. AVG. Dextra tenet codicem Evangelicum; ſiniſtra orbem Romanum, cum cruce ſuperpoſita. .)(. XX Χριστιανοὶ *Chriſtiani* Mercatores, Δ *Anno quinto*, NIKO B *Nicomediæ* negotiantes hoc *ſecundum* numisma cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Muſeo D. FOUCAULT.

D. N. FOCAS PERP. AVG. Caput tectum pileo, ceteraque inſignia, ut in numismate 9. .)(. ANNO XXXϚ. *Anno triceſimo ſexto*, de quo poſtea dicemus. Infra, CONΓ *Civitatum omnium Narbonenſium tertius* iſto anno nummus. Eſt ex ære magno, apud D. Fradet, Pariſiis.

Ibid. 11. D. N. FOCA L PЄ AV D N MAV. *Dominus noſter Foca, Legatus Perpetui Auguſti Domini noſtri Mauricii.* Veſtitus Focæ, qualis fere in nummis Filepici & Juſtiniani junioris. Tenet is dextra manu codicem Evangelicum, læva orbem cum cruce, ut videtur. .)(. ANNO XXXVIIII. *Anno triceſimo nono.* NIKO B *Nicomedienſes* Mercatores *ſecundum* hoc numisma cuderunt. Eſt nummus ſingularis ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT. Quis annus iſte ſit XXXIX. mox dicemus. In inſcriptione prioris paginæ littera L non eſt ſatis conſpicua: ſed ſunt cetera aperta & clara; neque quid aliud ſubſtitui poſſit apparet. Legatos Mauricii alios jam ſuperius, Filepicum cum Juſtiniano juniore vidimus. Si quis malit V legi, & *Vicarium* intelligi, facile aſſentiemur.

Ibid. 12. D. N. FOCAS PERP. AVG. Eo habitu quem in numismate 9. deſcripſimus. .)(. ANNO XXXX. Poſt annum quintum, quem in decimo numismate notatum vidimus, non occurrit deinceps annus ſextus, aut ſeptimus, ſed annus XXXVI. XXXIX. XL. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. & XLVII. Quod certiſſimo argumento eſt eumdem fuiſſe Focæ ſextum, qui & triceſimus nonus fuit ab inſtituta ſocietate Mercatorum, ſub Juſtini Aug. auſpiciis, ut vidimus, in Provincia Narbonenſi, & Italia Transpadana. Eam ob rem Mercatores, qui ſcirent annos inſtitutæ ſuæ Societatis eos eſſe, qui primum fuiſſent in nummis a ſe notati ſub Juſtino & Juſtiniano; morem illum, quem ſub Tiberio, Mauricio, & Focæ initiis intermiſerant, receperunt anno ejus tertio; quoniam is frater Juſtini Aug eſſet, primi Societatis illius auctoris, & eam tunc cuperet ac poſſet ipſe Foca promovere. Vide quæ diximus ad annum XIV. Juſtini, anno ejus VII. percuſſum; & ad annum I. Juſtiniani, in quo annus XII. adnotatur. .)(. Infra, CON Γ *Civitatum omnium Narbonenſium tertius* eo anno nummus. Hunc Mediobarbus affert e Muſeo ſuo, pag. 581. & eſt idem ex ære mediocri in Conſt. Chriſt. pag. 109 verſu 3.

Ibid. 13. D N. FOCAS PERP. AVG. ut proxime dictum eſt. .)(. ANNO XXXX. CON Δ *quartus* illius anni nummus. Hunc Patinus exhibet, pag. 498. ex ære mediocri.

Ibid. 14. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut in nummo 9. .)(. ANNO XXXXIII qui Focæ Aug. decimus. KYZ B *Cyzici* ἐν Κυζικῷ negotiantium nummus *ſecundus* eo anno cuſus. Eſt ex ære magno in Muſeo noſtro.

Ibid. 15. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut in nummo 9. .)(. ANNO XXXXIIII. qui fuit Focæ Aug. undecimus. KYZ A *Cyzici* negotiantium nummus eo anno *primus* percuſſus. Eſt ex ære magno in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 2. Vidimus & KYZ B apud D. Fradet, Pariſiis.

Ibid. 16. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut ſupra. .)(. ANNO XXXXIIII. NIKO B *Nicomediæ* negotiantium nummus *ſecundus* eo anno percuſſus. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 17. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut ſupra. .)(. ANNO XXXXIIII. CON A *Civitatum omnium Narbonenſium primus* eo anno nummus percuſſus. Eſt ex ære magno, apud D. Baudelot. In alio ſimili apud D. FOUCAULT, ſunt in margine litteræ CON B *Civitatum omnium Narbonenſium* nummus *ſecundus*.

Ibid. 18. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut ſupra. .)(. ANNO XXXXV. NIKO *Nicomediæ* negotiantium numisma. Eſt ex ære magno, apud D. Baudelot.

Ibid. 19. Idem ac ſupra: ſed B hoc eſt, *ſecundus* ibidem eo anno percuſſus. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. CHAMILLART.

Ibid. 20. Idem ac ſupra: ſed TЄS, hoc eſt, a *Theſſalonicæ* negotiantibus percuſſus. Eſt ex ære magno, in Muſeo P. JOBERT.

Ibid. 21. Ut ſupra. .)(. ANNO XXXXϚ. *Anno quadrageſimo ſexto.* KYZ A *Cyzici* negotiantium nummus *primus* eo anno percuſſus. Eſt ex ære mediocri apud D. FOUCAULT, & in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 3. 4. ex Lipſio, libro III. de Cruce, cap. XV. In alio perſimili, quem vidimus apud P. DU TRONCHOT, Societatis Jeſu, eſt CON B *Civitatum omnium Narbonenſium ſecundum* numisma. Alius in ſchedis D. Vaillant, habet CON Δ *quartum.*

Tab. XIII. 22. Ut ſupra. .)(. ANNO XXXXVII. NIKO A *Nicomediæ* negotiantium nummus *primus* eo anno percuſſus. Eſt ex ære magno in Muſeo P. JOBERT.

Annos ſeptem, menſes X. dies XVII. dedere Focæ ſcriptores hiſtorici; quoniam videlicet nec X nec XX

nec XXX annum viderunt cum voce ANNO ſcriptum in ipſius numismatis; & in his qui haberent hanc notam XXXX, numerum alium ultra VII. non viderunt, idcirco nec annum aliquem deſignari his litteris XXXX exiſtimarunt; nec ultra annum VII. principatum ei prorogarunt. Annos quatuordecim Focæ nummi tribuunt.

29.

Alia Focæ Aug. numismata, poſt annum Chriſti 474.

Tab. XIII. 1. D. N. FOCAS P. A. *Perpetuus Auguſtus.* Caput cinctum diademate e gemmis. Vultus annorum fere LX. .)(. In corona laurea, ΦK Φόκας Καῖσαρ, ut infra dicemus. Eſt argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 4.

Ibid. 2. D. N. FOCAS . . . . Ut proxime. .)(. Crux, cum X & nomine FOCA: *Foca Χριστιανός.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo D. Baudelot.

Ibid. 3. D. N. FOCAS PERP. AVG. Caput tectum pileo: dextra tenet codicem Evangelicum. .)(. CT XX cum cruce & Solis ſidere, *Civitates Tranſpadanæ Chriſtianæ, Romano Principi ſubjectæ, Viceſimam* perſolverunt. Eſt ex ære minimo in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 2. & in Cimelio P. CHAMILLART. Eadem prorſus forma nummus occurrit ſub Conſtantino fratre Heraclii, ut ſuo loco dicemus: ex quo intelligi oportet ſimul ambos aliquo tempore fuiſſe Auguſtos. Ut in Juſtini & Juſtiniani nummis CN ſunt *Civitates Narbonenſes*; ſic in iſtis CT ſunt *Civitates Tranſpadanæ.*

Ibid. 4. D. N. FOCAS PERP. AVG. Capite & vultu, ut in nummo 1. .)(. NM cum Cruce & ſidere Solis: *Chriſtiani Narbonenſes Mercatores, Romano Principi ſubjecti.* Eſt ex ære minimo, in Muſeo P. CHAMILLART, & in Conſt. Chriſt. loco cit.

Ibid. 5. Idem ac proxime, tantum permutato ordine litterarum MN *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes*, &c. Ex ære minimo, in eodem Muſeo, & in Conſt. Chriſt. loco citato.

Ibid. 6. Idem ac ſupra, præter litteras M M *Mercatores Chriſtiani* &c. Gemina littera M nihil niſi pluralem numerum deſignat. Ex ære minino, in Conſt. Chriſt. loco citato, & in Domo Profeſſa Societatis Jeſu Pariſiis.

Ibid. 7. & 8. D. N. FOCA PERP. AVG. ut ſupra. XX. Deinde ſupra, Crux: infra, CON *Chriſtianæ Civitates omnes Narbonenſes Viceſimam* perſolverunt. A *primum* hoc numisma hujus formæ eſt. Eſt apud Occonem, pag. 586. In alio ſimili apud D. FOUCAULT, eſt CON B *ſecundum:* & CON Δ *quartum.* In alio denique ibidem, ROM ut in nummo Heraclii. Omnia ex ære mediocri.

Ibid. 9. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut in nummo 1. .)(. XX. Deinde ſupra, Crux: infra, KYZ. *Chriſtiani* Mercatores *Cyzici* negotiantes *Viceſimam* perſolverunt. A *primum* hoc numisma hujus formæ eſt. Ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 2.

Ibid. 10. D. N. FOCAS PERP. AVG. ut in nummo 1. .)(. Supra, Crux: in medio, Solis ſidus, & XX €: infra, KARTG. *Chriſtiani* Mercatores *Karthagine* negotiantes, *Romano Principi ſubjecti, Viceſimam* perſolverunt. *Quintum* hoc numiſma hujus formæ eſt. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART. Similem huic nummum in Mauricio vidimus: ſimilem viſuri ſumus in Conſtantino fratre Heraclii: ex quo tres illos ſimul Auguſtos fuiſſe intelligas. In alio ſimili Focæ, e Cimelio Domus Profeſſæ eſt CRTϚ *Carthagine* negotiantes. *Sextum* numisma hujus formæ.

Ibid. 11. D. N. FOCAS PERP. AVG. Caput cinctum diademate e gemmis, & Crux in vertice: ad Chriſtianitatem & pietatem Principis indicandam. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextra coronam oſtentat, ſiniſtra orbem Romanum, cum cruce ſuperpoſita. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Triens aureus eſt in Theſauro Regio, & apud Gretſerum, tomo III. de Cruce, pag. 83. & in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 4. Huic plane ſimilem in Mauricio vidimus; ſimilem viſuri ſimus in Heraclio. Ex quo agnoſcimus tres iſtos fuiſſe ſimul Auguſtos & concordes. Alter in Theſauro Regio triens pariter aureus, habet VICTORIA AVGVSTORVM H *octavo* iſto nummo conſignata. Cetero priori ſimillimus eſt.

Ibid. 12. D. N. FOCAS PERP. AVG. Caput cinctum diademate e gemmis, cum cruce ſuperpoſita: dextra geſtat orbem cum cruce. .)(. VICTORIA AVGGG *Victoria trium Auguſtorum.* Victoria ſtans, dextra tenet crucem oblongam, cujus in apice eſt littera P quæ cum tranſverſa crucis linea efficiat monogramma Chriſti: ſiniſtra tenet orbem cum cruce. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 109. verſu 1. Inter numismata aurea Ducis Parmenſis, Tab. XXVIII. legitur tantum, VICTORIA AVGG. In tribus pariter ſolidis aureis e Gaza Regia, VICTORIA AVGG Γ. VICTORIA AVGG Z. VICTORIA AVGG Θ. Apud Gretſerum, loco citato, VICTORIA AVGG H. *Victoria Auguſtorum, tertio, ſeptimo, octavo,* & *nono* numismate conſignata. Apud D. Comitem de Vaux, nummus ejusdem prorſus typi aureus habet, VICTORIA AVGUZ *Victoria Auguſtorum ſeptimo* numismate conſignata. Apud P. CHAMILLART, alius ex auro ſimillimus, VICTORIA AVGU Θ *nono.* Apud D. Abb. FAUVEL, pariter aureus, VICTORIA AVGU I *decimo.* Ubique CONOB. Simillimum huic nummo protulimus ſuo loco nummum Mauricii Aug. quæ ſimilitudo ſimul ambos geſſiſſe principatum arguit.

Ibid. 13. D. N. FOCAS PERP. AV. Capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA AVGVSTI. Victoria dextra tenet crucem oblongam, cujus in apice ſummo eſt Chriſti monogramma: ſiniſtra orbem Romanum, cui Crux eſt ſuperpoſita. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 14. D. N. FOCA PERP. AVG. Capite cincto diademate e gemmis, cui Crux impoſita eſt: dextra tenet crucem oblongam. .)(. K cum ſidere Solis ſuperpoſito, *Καίσαρ.* Infra, RAVENA pro *Ravenna.* Eſt ex ære minimo nummus eximius, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 15. D. N. FOCA C PERP. AVG. Caput tectum pileo e gemmis, cui Crux eſt ſuperpoſita. *Dominus noſter Foca Cæſar Perpetuus Auguſtus.* .)(. Crux cum litteris quatuor FOCA ad angulos totidem oppoſitis ſingulis. In imo, litteræ A & V implexæ *Auguſtum* ſignificat. Eſt hic nummus perpulcher ex ære minimo apud D. Abbatem FAUVEL.

Ex his porro nummis diſcimus, Focam Auguſtum fuiſſe, ſummum Imperatorem non fuiſſe. Nam eam ob rem nullus ei datur in nummis clypeus, haſta nulla, nec galea, quæ ſunt inſignia ſummorum Imperatorum, in numismatis ſaltem ſæculi Theodoſiani ac Juſtinianei: adeo ut non ſit cenſendus ſummus Imperator, qui his omnibus careat inſignibus. Tantummodo igitur Auguſtali cultu & habitu in ſuis nummis Foca repræſentatur; cum orbe Romano ſcilicet, cui Crux eſt ſuperpoſita, cum codice Evangelico, & cruce: ſæpe etiam cum effigie Deiparæ ad latus incedentis.

30.

APTEMIVS ANASTASIVS,
circiter annum Christi 476.

Tab. XIII. D. N. APTEMIVS ANASTASIVS MHLA Vultus Aptemii pectore tenus, dextra tenet orbem Romanum, cum cruce. .)(. VICTORIA AVCTΘ. Crux cum gradibus. Infra, CONOB. Est aureus sane perrarus, qui fuit olim in Cimelio Cardinalis Buoncompagni, ut D. Vaillant refert in schedis suis, pag. 31. sed absque ulla numismatis expositione. Forma autem ipsa, vel si sola sit, & elegantia nummi, ipsaque superscriptio, clamat aperte viris in hoc genere eruditionis expertis, non ultra hæc tempora differri posse Aptemii Anastasii magistratum. Legendum vero haud dubie est: *Dominus noster Aptemius Anastasius, Mauricii Heroïs Legatus. Quartum* hujus formæ numisma. .)(. *Victoria Augustorum. Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Heroëm Christianum appellatum fuisse Mauricium Aug. superius vidimus, §. 24. in nummo 12. Si nummos autem Filepici superius allatos §. 27. num. 5. 6. & 7. cum isto conferas, ambos intelliges, Filepicum, inquam, & Aptemium, legatos in provinciis simul fuisse sub Mauricio Imperatore. Docet præterea hic nummus, fuisse Aptemium patre Apremio natum, homine Latino, ut nomen indicat; matre Anastasia, Anastasii Aug. filia, hominis Græci: Quæ causa est quamobrem maternum hic nomen, quamvis Augustale, secundo tantum loco ponatur. En quem in *Artemium* ex Aptemio, in Græcum hominem ex Latino scriptores historici converterunt, ac tribus propemodum annis prodiderunt Constantinopoli imperasse; annis Christi 713. 714. & 715. Est idem nummus etiam Londini in Cimelio D. (Milord) Harvey: aurei solidi mole: & in eo APTEMIVS legitur adeo conspicue, ut nihil magis. Sic enim scripsit ad me D. de Cleves, qui vidit.

31.

HERACLIUS AUG.
Anni in numismatis Heraclii Aug. notati, ab anno Christi 476. ad annum 491.

Tab. XIII. 1. D. N. HERACL. PERP. AVG. Caput tectum pileo gemmis consuto, & cristato, cruce superposita: dextra gestat orbem Romanum cum cruce. .)(. ANNO I. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Δ *quartum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 499. Sed haud dubie hunc ipsum nummum attentius legit ac felicius D. de Peiresc, in Collectione ms. pag. 346. DN HRACLI PERP AVT: id quod nos sic interpretamur: *Dominus noster Heraclius Imperator, Perpetuus Augustus Urbium Transpadanarum.* Vide quæ dicturi sumus §. sequente, num. 14.

Ibid. 2. D. N. HERACL. PERP. AVG. Caput cinctum diademate e gemmis, cruce superposita. .)(. ANNO I. M cum cruce, *Christiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, Є *quintum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære magno in Museo nostro.

Ibid. 3. D. N. HRACL (Sic) PERP. AVG. ut proxime. .)(. ANNO II. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, NIKO *Nicomediæ* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære magno ibidem. Alter nummus est huic similis in Cimelio P. CHAMILLART, ex ære magno, sed cum litteris B KYZ *secundum Cyziceni* cuderunt.

Ibid. 4. D. N. HRACL. PERP. AVG. Caput cinctum diademate e gemmis; dextra tenet orbem Romanum, cui Crux est superposita. .)(. ANNO II. M cum cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Є *quintum* hoc numisma eo anno cuderunt. Est ex ære mediocri, in Const. Christ. pag. 112. versu 1.

Ibid. 5. DD. NN. ЄRACLI. ЄT ЄRA. CON. *Domini nostri Heraclius Imperator, & Heraclius Constantinus.* Ambo incedunt, & singuli suum orbem Romanum cum superposita cruce tenent: alter major, qui senior, præit: sequitur alter, qui minor est, quippe filius. .)(. ANNO III. M cum cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, A *primum* hoc numisma anno eo cuderunt. Est ex ære mediocri, ibidem, versu 3.

Ibid. 6. D. N. HERACL. I. PERP. AVG. *Dominus noster Heraclius Imperator, Perpetuus Augustus.* Caput, ut in nummo 1. .)(. ANNO III. M cum cruce superposita, *Christiani Mercatores*, KYZ. *Cyzici* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære magno, in Museo P. JOBERT.

Ibid. 7. Tria capita: medium Heraclii patris, & sinistrum filii multo minus, cum superposita singulis cruce: dextrum, filiæ Heraclii, absque cruce, ut in nummis annorum VIII & XVI. Epigraphe detrita. .)(. ANNO IIII. K cum Solis sidere & infra, ROM. Καίσαρι, Mercatores *Romani*, hoc est, Romano in Galliis Principi subditi, hoc numisma dicarunt. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART.

Tab. XIV. 8. D. N. HERAC. ЄT hЄRA CONSTA. Domini nostri, Heraclius, & *Heraclius Constantinus.* Ambo incedunt, ut in nummo 5. & in capite crucem gestant. .)(. ANNO IIII. M cum superposito Christi monogrammate, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære magno, in Cimelio Domus Professæ. In Museo nostro, huic simile ex ære mediocri, habet Є *quintum.*

Ibid. 9. dmn ЄRACLO CONSVL II. Vultus duo; senior, qui sinister. Quod si sunt autem duo in pictura, totidem esse oportet in titulo. Cave igitur credas hic *Consulem secundum* dici Heraclium. Nam qua etiam lege artis Grammaticæ diceretur, *Eraclio Consul?* Sed mecum, sodes, animadverte, Heraclium patrem & filium Constantinum hic repræsentari: legendumque esse propterea, sic divisis discretisque litteris: d. m. n. ERACL. I O. CONS. V. L. I. I. ut sententia sit: *Domino majori nostro Eraclio Imperatori obsequens Constantinus venit Legatus in Italiam*, nempe transpadanam. Neque enim *dm* pro *domino* tantum significando scriptum usquam offendas. Legatorum Mauricii Aug. sæpe vidimus superius in nummis fieri similiter mentionem: Suos pariter habuit Heraclius Augustus & Imperator. Tiberium Constantinum similiter VADIAI *venisse ad Italiam adjungendam Imperio*, vidimus §. 20. num. 13. Mirificus numismatum omnium hoc ævo consensus est, in commemorando munere Legatorum, & Italia Transpadana, & Urbium Narbonensium Augustali præfectura, & Augustorum sede in eo tractu, & Mercatorum ibi commercio. Certabant Monetarii, quis majore artificio complecteretur in numismatum titulis, quid quisque Augustorum ageret. Cur altum interim de rebus Orientalibus silentium est, si ibi Augusti hi fuere, ut libris creditur? .)(. ANNO . . . . . Litteræ, quæ quotus ille annus esset, indicabant, sunt erasæ. M cum superposita cruce, *Christiani Mercatores*, AΛЄξAN *Alexandriæ Ægypti* negotiantes, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære, in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibid. 10. D. N ЄR. PP. AV. *Dominus noster Eraclius Perpetuus Augustus.* Caput tectum pileo, ceteraque ut in nummo 1. .)(. ANNO VII. M cum cru-

cruce, *Chriſtiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonenſium*, Δ *quartum* hoc numiſma iſtius anni honori Principis cuderunt. Eſt ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

Tab. XIV. 11. DD. NN. HERACLIVS ET HERA CON. PP. A. *Domini noſtri, Heraclius, & Heraclius Conſtantinus, Perpetui Auguſti.* Tria capita, ut diximus in nummo 7. .)(. ANNO VIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Chriſtiani Mercatores*, RA *Ravennates*, A *primum* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt ex ære mediocri, in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 5.

Ibid. 12. DD. NN. ЄRA. Є ЄRA. CONS. PP. A. Duo Auguſti ſtant. .)(. ANNO XII. M cum cruce, CON Γ *Chriſtiani Mercatores Civitatum omnium Narbonenſium, tertium* hoc numiſma anno iſto cuderunt. Eſt in Theſ. Brandeb. pag 855.

Ibid. 13. D. N. HЄRACLIVS AVG. Vultu ſeniore, barbato, capite cincto gemmis, cum cruce ſuperpoſita: dextra orbem tenet, cui crux eſt impoſita. .)(. I *Imperator.* ANNO XII. Eſt ex ære minimo, apud D. DE BOZE. Subjectas in imo margine litteras CAT interpretamur, *Civitates triginta Transpadanæ*, ut fecimus in Mauricio Tiberio. Simul autem ambos geſſiſſe principatum, hæc utriusque nummorum ſimilitudo admonet.

Ibid. 14. Capita duo, Heraclii patris, & Heraclii Conſtantini filii, cruce ſuperpoſita utriusque capiti, ſine epigraphe. .)(. Hinc I inde B cruce intermedia, impoſita gradibus. *Anno duodecimo.* Infra, ΑΛЄΞ. *Alexandriæ.* Eſt ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 15. . . . ERA. . . . . Tres ſtant: medius eſt Heraclius pater: dextro latere, Heraclius Conſtantinus filius: ſiniſtro Heraclii filia. Singulorum capitibus impoſita crux eſt: filio tegmen capitis virile, Græci moris: filiæ, muliebre. Singuli orbem Romanum tenent, cui crux ſuperpoſita eſt. Cum patre & filius & nata jungitur, quoniam ea pro dote afferret ei cui nuberet, ut ex eo conjugio natus Cæſar eſſet, & jus haberet ad principatum Auguſtalem. .)(. ANNO XIIII. M cum cruce ſuperpoſita, *Mercatores Chriſtiani*, ΘЄC *Theſſalonicæ* negotiantes, B *ſecundum* hoc numiſma hoc anno cuderunt. Eſt illud ex ære mediocri, apud D. Abb. de Fontenu, Pariſiis.

Ibid. 16. DD. NN. HERACLIVS Є T HERA. CON. PP. A. Omnino ut in nummo 11. .)(. ANNO XVI. M cum cruce, RAV. A. *Chriſtiani Mercatores Ravennates, primum* hoc numiſma anno eo cuderunt. Eſt in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 5. ex ære mediocri, & in Muſeo San-Genovefano.

Ibid. 17. d. n. hЄRAC. . . AV. Caput pileo tectum, gemmis conſuto & criſtato; cruce ſuperpoſita: dextra gerit ipſe orbem Romanum, cruce inſignitum; læva clypeum: latere nummi ſiniſtro crux addita eſt oblonga. .)(. ANNO XX.XX. *Anno quadrageſimo* a Mercatura reſtituta, ſive (quod idem eſt) ab anno Juſtini Aug. primo. Ineidit hic annus quadrageſimus in annum Heraclii quintum; idemque notatur in nummis Focæ Aug. anno ipſius principatus ſeptimo. Eſt hic nummus ex ære magno apud D. Fradet, in hac Pariſienſi civitate, auro contra carus: quippe quo certiſſime demonſtratur, una cum Heraclio Focam adminiſtraſſe imperium: annosque iſtiusmodi in nummis utriusque notatos, non annos eſſe geſti principatus, ſed Mercaturæ reſtitutæ, quæ in Oriente facienda eſſet. Eſt autem hic nummus percuſſus a Mercatoribus TЄS hoc eſt, *Theſſalonicæ* negotiantibus. Hi pactiones feciſſe videntur, cum Auguſtis, in ſingulos annos vicenos: quæ cauſa eſt, opinor, cur punctum hic adpoſitum fuerit poſt duas priores denarii notas: ut ſignificetur nimirum, alterum jam vicenarium effluxiſſe, ſive ſecundum in vicenos annos contractum Mercatorum cum Auguſtis. Habemus hujuſce nummi formam in cera impreſſam.

32.

Alia numismata HERACLII AVG. poſt annum Chriſti 476.

Tab. XIV. 1. DD. NN. HЄRACLIVS ET HERA. CONST. *Domini noſtri, Heraclius, & Heraclius Conſtantinus.* Ambo Auguſti ſedent; ſed ſiniſter, qui filius, paulo minor: ſuum quisque orbem Romanum, cui crux impoſita eſt, dextra tenet: crucem ambo geſtant in capite: crux inter utrumque mediam occupat ſuperne aream. .)(. Crux pedata, *Croix patée*, orbi Romano impoſita, & gradibus tribus. DEVS ADIVTA ROMANIS. Egregia prorſus epigraphe, quæ & pietatem Auguſtorum indicat erga Chriſtum Dominum Verbum Dei hominem factum, ac pro mortalium genere crucifixum: & Tranſpadanos a Romanis iterum defeciſſe docet. Sententia enim harum vocum ac litterarum hæc eſt: *Chriſte Deus apud Deum, iterum Urbes Tranſpadanas adjunge Romanis*, ſubintellige, Urbibus. Eſt hic nummus ex ære mediocri, in Muſeo S. Genovefæ Pariſiis, & in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 4. Eſt idem aureus in Theſauro Regio, & apud Baronium, ad annum Chriſti 627. num XXIX. DEVS AD *Deus apud Deum* hic legi oportere, Crux ipſa admonet: Nam Chriſtum illa ſignificat; nec proinde hic Deum præciſe, ſed Deum Chriſtum indicat invocari, qui vere eſt *Deus apud Deum*; ut initio Joannis Evangelii de ipſo prædicatur: *Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Joannem.* Jeſus ille Chriſtus *in principio erat Verbum, & Verbum erat* APUD DEUM, & DEUS *erat Verbum:* ergo & DEUS APUD DEUM. *Hoc* ille, inquam, *erat in principio apud Deum.* Jam IVT pro Italiæ Urbibus Transpadanis, in ſuperiorum etiam Auguſtorum numismatis ſæpiſſime animadvertimus. Denique Verbum *adjungendi* habes etiam in Trajani nummo præclaro, DARDANICI, cujus ſententia eſt: *Dacos a Romanis deficientes adjunxit nuper Imperio Cæſar Imperator.* Et in nummo Tetrici Imp. TETRICVS AIG. PP. AVG. hoc eſt, *Tetricus adjuncta Imperio Gothia Perpetuus Auguſtus.* Quorum duorum numismatum ſuperſcriptio plane ejusdem formæ eſt, cum his quas in Juſtino, Tiberio, Mauricio, Foca, Heraclio, aliisque Auguſtis interpretamur, cum primis dumtaxat litteris vocum ſingularum ſimiliter conſtent: hoc eſt, ſimplex hiſtoria ſive narratio rerum geſtarum eſt: eodem Narbonenſium, qui hæc numismata cuderunt, ſub Trajano & Tetrico, usque ad Juſtinianeum iſtud ſæculum ingenio. Certe VOX ADIVTA vox nihili eſt, non vox Latina, ſi cum dandi caſu jungatur. In Cimelio Sereniſſ. Ducis Parmenſis, nummus idem eſt argenteus, exeſa parte priore epigraphes, ita ut ſolum appareat pars iſta poſterior, ROMAN: deinde dextro crucis latere I: ut ſententia ſit: *Deus apud Deum, iterum Urbes Tranſpadanas adjunge Romano Imperio.*

Ibid. 2. DD. NN. HERACLIVS ET HERA. CONST. Ambo ſedent, ut proxime dictum eſt. .)(. Crux extremis capitibus jugata, orbi Romano impoſita eſt, INDICTIONE ƶIII. hoc eſt, *Indictio Negotiatorum Tranſpadanæ Italiæ ſecunda*, XX *Viceſima* perſoluta. Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 4. Sic in nummo 8. Mauricii Imp. vidimus IND. II. N. M. *Indictione ſecunda Narbonenſium Mercatorum.*

Ibid. 3. D. N. ERACLIO AVG. Capita duo cincta gemmis: alterum vultu ſenili, dextrum latus occupat: alterum, multo minus, & adoleſcentis. .)(. XX. & infra, ROM. *Mercatores Romani viceſimam* perſolverunt. Eſt ex ære minimo, ibidem, verſu 3. At eſt in Muſeo P. CHAMILLART, ejusdem molis numiſma ceteroqui iſtius ſimillimum; in quo tamen conſpicue legitur D N ЄRACLIO RVN:

RVN: ubi fortaſſis Du-Cangius in ſuo minus conſpicuo conjecit ſcriptum fuiſſe, D. N. ЄRACLIA. AVG. At noſtro quidem judicio ita ſejungendæ ac diſcernendæ litteræ ſunt; D. N. ЄRA. C. L. I. O. R. V. N. ut ſententia ſit: *Dominus noſter Er clius, Conſtantinum legatione Italiæ obita reddidit Urbibus Narbonenſibus.* Miſſum ab Eraclio patre Conſtantinum in Italiam Legatum vidimus §. ſup. num. 9. Nunc redux ex ea legatione dicitur: & ut ſunt in pictura Auguſti duo, ſic iidem in titulo ſunt.

Tab. XIV. 4 DD. NN. HERACLIVS ET HERACL. CONST. PP. AVG. Vultus duo: ſenilis alter, qui dexter eſt: adoleſcentis alter. Ambo capitibus cinctis diademate e gemmis, cum cruce in vertice. Crux mediam nummi aream ſuperne obtinet. .)(. XX. *Viceſimam* perſolverunt Mercatores RAV. *Ravennates.* Eſt ex ære minimo, in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 2. Sidus Solis tum in iſto, tum in ſuperiore numismate additum, *Romano Principi ſubjectos* Mercatores indicat.

Ibid. 5. DON HER IA *Domus Nobiliſſima Heraclii Imperatoris Auguſti.* Tria capita, ut ſuperiore §. diximus, in nummis 7. 11. & 15 annorum III. VIII. & XVI. .)(. XX *Viceſimam* RAV *Ravennates* Mercatores perſolverunt. In medio litteræ duæ nexæ HK Ἡράκλειος Καῖσαρ. Ex ære minimo, ibidem, verſu 5. Confer cum iſto nummum Focæ ΦK alterumque Leonis & Conſtantini ΛK. Numquam DO pro *Dominus* in nummis ſcribitur; & debet cum pictura congruere titulus. *Nobiliſſime* ſoli Cæſares dicuntur in nummis.

Ibid. 6. DD. NN. HERACLIVS ET HERACL CONST PP. AVG. Vultus duo, ut in nummo 4. .)(. VICTORIA AVGGG B *Victoria trium Auguſtorum*, *ſecundo* iſto numismate conſignata. Crux in extremis capitibus jugata, *une croix potencée.* Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus, apud Baronium, ad annum 617. num. 29. & in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 2. ſed ibi mendoſe eſt AVGGGP *primo.*

Ibid. 7. D. n. ЄRA. ET ЄRA. CONS. PP. A. Domini noſtri, *Eraclius & Eraclius Conſtantinus Perpetui Auguſti.* Vultus duo, ut in nummo 4. .)(. Crux, ut ſupra. VICTORIA AVGGЄ *Victoria Auguſtorum duorum quinto* numismate conſignata. CONOB *Civitates omnes Narbonenſes* obtulerunt. Aureus eſt in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 3.

Ibid. 8. D. N. HERACLI PERP. AVG. *Dominus noſter Heraclius Imperator Perpetuus Auguſtus.* Caput tectum pileo, gemmis conſuto, & criſtato, ſuperpoſita cruce. .)(. Crux, ut in nummo 6. VICTORIA AVGG H *octavo* numismate conſignata. CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus ibidem, verſu 1. & in Theſauro Regio. Apud Occonem, pag. 587. legitur, AVGGGH. Quemadmodum in aureo pereleganti vidimus apud D. Marchionem de Montauban: D N. HERACLIVS PP. AVG. .)(. VICTORIA AVGGG H. Infra, CONOB. In Theſauro Regio quatuor in primis hi aurei ſunt.

DD NN HERACLIVS ET HERA CONST PP A.

Duo Auguſti ſedent, quorum alter major, minor qui ſiniſter eſt.

VICTORIA AVGG Є *quinto* numismate conſignata.

VICTORIA AVGG Z *ſeptimo.*

VICTORIA AVGG H *octavo.*

VICTORIA AVGG I *decimo.*

Omnes ſubſcriptum habent CONOB.

Ibid. 9. D. N. HERACLIVS PP. AVG. Caput gemmis cinctum. .)(. VICTORIA AVGG. Crux, ut ſupra. CONOB. Aureus eſt in Cimelio Domus Profeſſæ Societatis Jeſu Pariſiis. In Theſauro Regio pariter aureus, huic ceteroqui ſimillimus, habet VICTORIA AVGG Є *quinto* numismate conſignata.

Ibid. 10. Eadem inſcriptio & pictura. .)(. Crux ut ſupra. VICTORIA AVGVSTORVM. Aureus apud Baronium, loco citato, & in Theſ. Brandeb. pag. 854. Infra, CONOB.

Ibid. 11. D. N. HERACLIVS PP. A. Dextra tenet orbem cum cruce. .)(VICTORIA AVGЧ I *Victoria Auguſtorum*, *decimo* numismate conſignata. Crux ut ſupra: & CONOB. Aureus eſt apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 12. D. N. HERACLIVS PP. AVG. ut in nummo 9. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextra coronam oſtentat, læva tenet orbem Romanum, cui Crux eſt impoſita. Infra, CONOB. Aureus eſt in Theſauro Brandeb. pag. 854. cui nummos ſimiles in Foca & Mauricio vidimus. Non eſt hic tamen in Theſauro Regio.

Ibid. 13. D. N. HERACLIVS PP A. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. Crux in extremis capitibus jugata, ſine inſcriptione. Eſt argenteus in Conſt. Chriſt. pag. 112. verſu 2. 3.

Ibid. 14. D. N. HERACLIU ET HERA CONST PP AVT. Sic enim conſpicue ſcriptum eſt in aureo nummo, quem vidimus apud D. Comitem de Vaux. Vultus duo, cruce capiti utrique impoſita: cruce alia rurſum inter utrumque ſuperne poſita: ſenior alter, alter eſt adoleſcens. *Domini noſtri Heraclius Victor*, *& Heraclius Conſtantinus, Perpetui Auguſti Urbium Tranſpadanarum.* Gallice: *Gouverneurs perpetuels des Villes du Piémont & du Milanois.* Heraclius pater *Victor* cognominatur de nomine avi ſui materni Fl. Victoris Auguſti: Heraclius filius, Conſtantini cognomen habet a materno proavo patris ſui. Vide ſtemma ſuperius delineatum §. 22. Numquam in nummis aut IVLIV aut CLAVDIV aut HERACLIU, ſcriberet Monetarius vel maxime rudis in arte ſua, pro IVLIVS, CLAVDIVS, aut HERACLIVS. .)(. VICTORIA AVGGT *Victoria Auguſtorum duorum tertia.* Crux in extremis capitibus jugata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Sic in Gallieni nummo uno legitur, VICTORIA AVGG T GERM. *Victoria Auguſtorum duorum tertia Germanica.*

Ibid. 15. d N HERACLIVS Z PP AV. Caput cinctum gemmis. *Dominus noſter Heraclius Tranſpadanorum perpetuus Auguſtus.* .)(. Crux in extremis capitibus jugata. VICTORIA AVGVSTI. Infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Eſt aureus, apud D. de Clesves, Pariſiis.

Ibid. 16. D. N. ЄRAC. . . . Capite tecto pileo e gemmis, cruce ſuperpoſita. .)(. N M cum cruce, & Solis ſidere: *Chriſtiani Narbonenſes Mercatores, Romano Principi ſubditi.* Eſt ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART. In alio ejusdem formæ ac fabricæ, apud D. Abb. FAUVEL, eſt D. N. HERACL. Cetera ſunt plane eadem. Huic nummo ſimillimi ſunt tres Focæ nummi, ſuperius allati §. 29. quartus, quintus, & ſextus. Ex quorum inter ſe comparatione, intelliges ſimul principatum ambos geſſiſſe, & magno conſenſu inter ſe, Focam & Heraclium, ipſumque Mauricium, cujus eſt haud multum abſimilis nummus ſuperius a nobis inter Mauricianos 7. loco poſitus.

MAURICII AVG.

Tab. XIV. Adverſatur præterea in Theſauro Regio aureus Heraclii Aug. medaglio, ut appellant, ejus magnitudinis, quam exhibuit Du-Cangius, tum in Differt. de inferioris ævi Numismatibus, Tab. IV. tum in Conſt. Chriſt. pag. 112. Et nos ſimilem habemus argenteum: ſed cujusmodi omnes nemo non confitetur eſſe recentes ac ſpurios; nec dignos proinde,

de, qui in hoc opere describantur. Vestitus Heraclii & tegmen capitis (ut insulsas inscriptiones omittam, partim Græcas, partim Latinas,) non est istius formæ, quæ in nummis Heraclii aliorumve Augustorum conspicitur, sed pileus quidem pæne Turcicus; pallium vero instar trabeæ sacerdotalis: ac præterea utraque manu Heraclius ibi barbam suam mulcet inepte & indecore.

33.

Stemma Heraclianæ gentis ex nummis.

FL. CL. CONSTANTINVS JVN. NOB. CÆS.
Hujus nepos

FL. VICTOR. P. F. AUG.

Flavia, cui maritus Heraclius.

Heraclius CONSTANTINVS AVG. paulo post HERACLIVM AVG. fratrem suum, & cum ipso.

HERACLIVS Constantius AVG.

CONSTANTIVS AVG. cum patre.

CONSTANS Cæsar.

CONSTANTINVS Cæsar.

HERACLIVS CONSTANTINVS AVG. cum patre.

Heraclia, conjux Leonis Aug.

Numquam Imperium Romanum transiit a patre Augusto quoquam continue ad nepotem; sed post Augusti filium interjectus est a Senatu aliquis ex agnatis, cui munus Augustale deferret. Ita post Heraclium & filium ejus, immo post annum Heraclii undecimum, delatus est principatus ad Constantinum Heraclii fratrem & filium ejus.

Heraclius nomen est gentis, & a patre acceptum, homine Græco, ut nomen suadet: *Constantinus* vel *Constantius*, cognomen a matre. Cum sit enim alterius familiæ cognomen, oportet esse maternæ. Heraclius non apposuit cognomen, quoniam primus esset gentis suæ titulum Augusti adeptus; & vellet familiæ suæ decus publicare; nec opus haberet ab aliis e sua gente aliter distingui, quam eo Augusti titulo. Filius ejusdem apponere cognomen debuit, ut se in nummis a patre secerneret. Frater Heraclii, qui & fratri & filio fratris suppar & superstes fuit, satis habuit cognomen *Constantini* apponere, ut a fratre secerneretur in nummis: quamquam & paternæ gentis nomen *Heraclius* interdum adjicit, præponitque, ut par erat, cognomini: quoniam timendum non erat, ne cum fratris filio, qui pariter fuit Heraclius Constantinus, confunderetur: siquidem & solo vultu, qui in eo, quippe patruo, senilis fuit, satis conspicue discriminaretur. Cur autem Constantini, Constantii, & Constantis nomina appareant, jam perspicuum est causam hanc fuisse, ut unde genus maternum ducerent, nempe ex familia Fl. Claudia Constantinorum, unde & Heraclium patrem cognominatum etiam fuisse *Victorem* superius animadvertimus, ex illis cognominibus appareret.

34.

De Cruce extremis capitibus jugata in nummis Heraclii Aug.

Qui crucem in extremis capitibus jugatam, gradibusve impositam, idcirco pictam in nummis Heraclii putant, quod is crucem Domini a Persis receperit, non animadvertunt illi, quam nullo ea conjectatio fundamento nitatur. Primum enim, nummus Tiberii Constantini aureus in Thesauro Regio, apud Occonem, pag. 584. & apud Du-Cangium, pag. 102, similis omnino formæ crucem depictam habet, atque numismata Heracliana. Et cum Heraclio quidem principatum eum tenuisse similitudo nummi admonet, eademque in Heraclii ipsius etiam nummo superscriptio, VICTORIA AVGGH *Victoria Augustorum duorum*, qui sunt, ut §. 21. num. 1. diximus, Tiberius & Heraclius, *octavo* numismate consignata. Sed ut ut est, Tiberii Constantini nummus ex auro hanc ipsam crucis formam exhibet, quæ in Heraclianis cernitur; cum tamen annis amplius triginta antecessisse Heraclium, crucis vero recuperationem annis amplius quinquaginta Tiberius Constantinus vulgo existimetur. Deinde si propterea crux in extremis capitibus jugata in nummis est Heraclii depicta, quoniam is crucem Domini recepit a Persis, certe oportet crucem Domini ipsam sic jugatam credi fuisse. Nam alioqui crucem decuit simplicis formæ pingi, qualis in nummis visitur anteriorum Augustorum. Atqui jugatis capitibus fuisse crucem Domini falsum est. Non potuit igitur hæc crucis forma seligi ad id significandum, quod adhibita ad eum diem effigies crucis altera aptius indicaret. Denique qui recuperatam ab Heraclio crucem Christi referunt historici scripteres, ii anno Heraclii XIX. rem gestam fuisse narrant: nummi vero antiqui annos sedecim dumtaxat Heraclio tribuunt.

35.

Simul Augusti fuere,
TIBERIVS CONSTANTINVS, MAVRICIVS, FOCAS, HERACLIVS, CONSTANTINVS frater Heraclii.

Tab. XV. Hæc numismata superius suis locis explicuimus; sed hic sub unum conspectum ea repræsentari iterum oportuit; ut hos Principes simul gessisse Magistratum ex simili nummorum forma & fabrica quivis intelligat.

36.

CONSTANTINVS
Heraclii Aug. F.

Tab. XV. Qui in Heraclii patris nummis Heraclius Constantinus Aug. appellatur, idem in hoc singulari aut perraro certe aureo numismate, solo Constantini Aug. nomine appellatur, adolescens annorum haud amplius viginti; vultu imberbi, capite cincto gemmis, cruce capite superposita: D. N. CONSTANTINVS PP. AV. *Dominus noster Constantinus Perpetuus Augustus.*)(. VICTORIA AVGU *Victoria Augustorum, nono* jam numismate consignata. Crux in extremis capitibus jugata, & tribus imposita gradibus aream nummi implet. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* In area deinde, latere lævo, I *Imperatori.* Est aureus fabricæ perelegantis, apud P. CHAMILLART. Characterum autem & fabricæ elegantia, simul & similitudo promemodum indiscreta partis aversæ & inscriptionis cum Heraclii nummis, clamat aperte esse nummum istum Constantini filii Heraclii.

37.

De Nummis post Heraclium cusis, Viri Cl. Du-Cangii hæsitatio.

De nummis post Heraclium, ut vulgo creditur, percussis, ita pronunciat Vir eruditus Du-Cangius, in Dissert. de inferioris ævi Numismatis, sect. LXXII. pag.

pag. 50. *Hi omnes & similis pæne typi pessime omnino effigiati sunt nummi: quos tametsi alicujus ex Heracliana familia Imperateris, ex numismatum istius ævi collatione esse pro certo haberi debeat, cui tamen adscribendi non plane constat. Cum enim is Constantinus dicatur, pluresque in eadem Heraclii gente occurrant hac nomenclatura Augusti; vix tamen ex iis aliquis reperitur, cui & typi & Augustorum una ac simul imperantium, qui in iis effinguntur, numerus; ut & adscriptæ denique imperii annorum notæ conveniant. Nam ut numismatis auctor retegatur, necesse est ut demus aliquem Constantinum, qui anno imperii primo ejus fuerit ætatis, ut barbam induisse sat promissam dicendus sit, uti exhibetur in primo numismate: in quo cum solus appareat & unicus, tunc temporis imperii collegam non habuisse colligitur. Necesse est præterea, ut is Constantinus binos habuerit postea Augustæ dignitatis collegas sat adultos, ut pote Pogonatos sub extremos imperii annos*, &c. Post longam denique dissertationem, ex qua intelligere se confitetur, non posse cum scriptoribus rerum Romanarum sive Byzantinarum nummos veteres conciliari, exclamat. *Quis igitur ita felix, ut nodos istos intricatos solvat? . . . . Sed cum in hisce difficultatibus fateamur ultro nos cum doctioribus cœcutire, aliis quibus otium erit, & felicior aura aspiraverit, has examinandas relinquimus.*

38.

CONSTANTINVS frater Heraclii Aug.

Cum Constantino, Constantio, & Constante liberis ab anno Christi 486. ad annum 514.

Tab. XV. 1. Imperator barbatus, cruce capiti superposita, orbem Romanum tenet, cui imposita crux est: ad sinistrum latus adhuc adpicta crux, sine epigraphe. In parte aversa, implexis litteris κωνσαντινος, AN I. *Anno primo.* Est nummus elegantis fabricæ, parte postica præsertim, ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 2. Imperator vultu barbato, capite gemmis cincto, cum cruce in vertice: Gestat dextra manu orbem Romanum, cui crux superposita est: sine epigraphe. .)(. I cum cruce: *Christiano Imperatori.* ANNO I. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART: & in Const. Christ. pag. 114 versu 1. 2. Hunc nummum Du-Cangius confitetur, neque Constanti posse convenire; quippe qui cum Imperator est salutatus, anno Christi 641. ut quidem historiæ perhibent, vix decimum ætatis annum excessisset, ut pote natus anno 630. nec proinde potuerit primo imperii anno barbatus pingi: Neque Constantino ipsi Pogonato ejus filio; siquidem & imberbem eum fuisse anno primo produnt historici, & anno imperii XVII. eum obiisse referunt, cum hic habeat annos XXIX. in nummis suis; nec denique ullos habuit filios aut fratres, Constantini, vel Constantii, vel Constantis nominibus. At hunc si fratrem fuisse dixeris Heraclii, & in serie Augustorum ac temporum dirigenda nummos tantummodo consuluerimus, plana sunt & aperta omnia. Duo sunt hujus typi numismata in Museo S. Genovefæ, teste Du-Cangio, in Diserт. de inferioris ævi Numismatis, pag. 50. Barbam gerit Constantinus iste promissam, quoniam Græco se patre genitum gloriaretur, & mores Græcos amaret, quos Heraclius populariter neglexerat, ut se Romanis magis commendaret.

Ibid. 3. Vultus duo: senilis alter ac barbatus, Constantini patris: alter juvenilis, Constantii filii. Capitibus cruces impositæ. Epigraphe nulla. .)(. M cum Christi monogrammate, *Christiani Mercatores*, A *primum* hoc numisma anno isto cuderunt. ANNO 51 *Anno septimo* Constantini Aug, SEJISU *Societatis edicto Imperatorum iterum stabilitæ*, anno *quinto.* Est hic nummus ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART. Confirmat is autem ac mirifice stabilit nostram Chronologiam. Qui enim annus ab instituta ea sub Justino societate Mercatorum postremus in nummis occurrit, est XLVII. Is incidit in annum secundum Constantini. Anno igitur sequente, qui Constantini tertius, edicto Imperatorum, Constantini, Mauricii, & Heraclii, iterum stabilita ea societate, quintus annus postea plane incurrit in annum septimum Constantini. Vide Chronologiam initio hujus sæculi Justinianei propositam.

Ibid. 4. Tres Principes dextrorsum incedunt: Constantinus pater, Constantinus & Constans filii Cæsares; maximus omnium is, qui medius: singuli & crucem gerunt in vertice, & orbem Romanum dextra gestant, cui crux est superposita; sine epigraphe. .)(. ANNO XIII. M cum cruce, CON Γ *Christiani Mercatores Civitatum omnium Narbonensium tertium* hoc numisma eo anno cuderunt. Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 114. versu 4. In alio ex ære mediocri, apud P. DE VITRY e Societate nostra, Tres Principes pariter incedunt: in aversa parte, ANNO X. M cum cruce & littera B. sed litteræ in imo margine positæ, usu detritæ legi non possunt.

Ibid. 5. Tres Principes incedunt, ut in nummo 4. .)(. ANNO XSII *Anno decimo octavo.* Litteræ inferius positæ sunt ignotæ significationis. In alio simili e Museo nostro sic sunt, ЖVII. M cum Christi monogrammate & Γ significat, *Mercatores Christiani tertium* hoc numisma anno isto cuderunt. Nummus est ex ære mediocri, in Const. Christ. pag. 114. versu 4.

Ibid. 6. Sine inscriptione, duo Augusti stant: alter, qui major, habitu militari, qui Constantinus pater: alter minor, Constantinus filius, orbem Romanum, cui crux imposita est, dextra gerit: ambo in vertice crucem habent. Crux rursum inter utrumque in summa nummi area. Diversus ille utriusque habitus significat, Constantinum patrem & Imperatorem & Augustum fuisse; Constantium vero filium, Augustum tantum fuisse, Imperatorem non fuisse. .)(. ANNO XX. M cum cruce, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Γ *tertium* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære maximo, in Museo Domus Professæ Societatis Jesu Parisiis: cui fere similis in Const. Christ. pag. 114. versu 6. 7. & in Museo San-Genovefano.

Ibid. 7. Tres Principes incedunt, ut in nummo 4. .)(. ANNO XX. K cum superposita cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART.

Ibid. 8. Sine inscriptione, Augusti duo, ut in nummo 6. sed major ille, qui est vestitu militari, hostem etiam pede proterit. ANNO XXI. M cum cruce, RAV Δ *Christiani Mercatores Ravennates quartum* hoc numisma anno isto cuderunt. Est ex ære minimo, in Const. Christ. pag. 114. versu 5. in Domo Professa Societatis Jesu Parisiis, & in Museo San-Genovefano. Ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibid. 9. Sine inscriptione, Augusti duo, ut proxime. .)(. ANNO XXI. Infra, CON & in M littera Γ. Cetera ut in præcedente nummo. Est ex ære minimo, in Const. Christ. loco cit. versu 7.

Ibid. 10. Duo Augusti, ut in nummo 6. sine epigraphe. .)(.. ANNO XXII. M cum Christi monogrammate, *Christiani Mercatores*, CON *Civitatum omnium Narbonensium*, Δ *quartum* numisma istud hoc anno cuderunt. Est ex ære minimo, ibidem.

Ibid. 11. D. N. CONSTANTINI. *Dominus noster Constantinus Imperator.* Vultus senilis, nec tamen barbatus: dextra tenet orbem Romanum, cui crux est superposita: ad lævam, crux addita .)(. ANNO XXII *Anno vicesimo quinto.* K cum cruce, Χριστιανῷ Καίσαρι, B numisma hoc *secundum* anno isto dedi-

dedicatum est. Est ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. Non licuit per Senatum induci mores Græcos in orbem Latinum. Itaque vetuit is, ne (quod Constantinus fieri valde cuperet, Græco, ut diximus, patre genitus;) aut nomen ejus in nummis Græce scriberetur, aut si barbatus ipse pingeretur, omnino in his sive Latini nomen ejus scriberetur, sive Græce. Id quod summam supra Augustos Senatus potestatem hoc ipso ævo declarat. Non passus est Senatus Principem sui ordinis hominem Græcum ex facie agnosci. Hinc numismata istius Constantini pleraque carent omni epigraphe; nempe ea præsertim in quibus & barbatus conspicitur, & anni ejus principatus notatur.

Tab. XV. 12. Duo Augusti cum Cæsare, ut in nummo 4. & 5. .)(. ANNO XXVIII. M RAV *Mercatores Ravennates.* Est ex ære mediocri, ibidem: idemque, sed mutilo annorum numero, in Const. Christ. pag. 114. versu 5.

Ibid. 13. Omnia ut in proxime descripto numismate, præter annum XXVIIII. Est ex ære magno, in Museo nostro. Constantem Aug. produnt historici obiisse anno imperii XXVII. inchoato a mensibus quinque. Non viderant illi nummos duos istos postremos. In ambobus superpositum est litteræ M monogramma Heraclianæ gentis, $\frac{P}{h}$ quod in alio numismate in Const. Christ. pag. 114. versu 4. ita pingitur, $\frac{R}{h}$.

39.

Numismata alia Constantini Aug. fratris Heraclii, cum liberis: post annum Christi 486.

Tab. XV. 1. Vultus duo, barbatus alter, Constantini patris; alter imberbis, Constantii filii, pariter Augusti: quamobrem sunt ambo tecti pileo e gemmis, cruce superposita: sine inscriptione. .)(. Vultus duo imberbes, Constantis & Constantini adhuc tantum Cæsarum, capitibus idcirco cinctis dumtaxat diademate e gemmis. X ROM *Christiani* Mercatores *Romani*, hoc est, Romano Imperio subjecti. Est ex ære minimo, in Const. Christ, pag. 114. versu 5. 6.

Ibid 2. CONSTANTINVS. Vultus duo, imberbes: alter paulo ætate provectior, qui Constantius: alter pæne puer, qui Constans: adhuc ambo Cæsares tantum, capitibus cinctis dumtaxat diademate e gemmis. Nomen *Constantini* patris in titulo positum est, pro eo quod antiqui scriberent, LIBERI CONSTANTINI. .)(. XX ROM *Vicesimam* persolverunt Mercatores *Romani*. Est ex ære minimo, ibidem, pag. 116. versu 2.

Ibid. 3. Constantius Aug. Constantini Imp. filius, habitu insolito, nempe Græco, cum orbe Romano, cui crux imposita, quem dextra gerit; & cruce, quam sinistra. Sine epigraphe. .)(. Constans frater, tectum caput habet pileo e gemmis contexto: orbem Romanum, cui crux imposita est, dextra tenet. Infra, hinc X & inde N: positis inter easdem M & A simul implexis: *Christiani Mercatores Narbonenses primum* hoc numisma cuderunt. Est hic inter Justiniani nummos male collocatus, in Const. Christ. pag. 92. versu 3. ex ære minimo.

Ibid. 4. Vultus duo, ut in nummo 1. sine inscriptione. .)(. Vultus tres masculi imberbes: sed qui medius, altior ceteris, Constantius Aug. filiorum Constantini Imp. natu maximus. Infra, X MA & N ut in nummo præcedente. Est hic ex ære minimo, ibidem, pag. 114. versu 5. 6.

Tab. XVI. 6. D. N. ЄRA. CONST. *Dominus noster Eraclius Constantinus.* Ipse vultu senili ac barbato orbem Romanum gestat, cui crux est superposita .)(. XX cum cruce, & Є. Infra, KRTS. *Christiani* Mercatores *Karthaginienses Vicesimam* persolverunt. *Quintum* hoc numisma ejus formæ est. Est ex ære minimo, ibidem versu 1. Similem omnino nummum in Foca superius, & in Mauricio vidimus: quod est certissimum argumentum simul ab his tribus gesti aliquo tempore principatus.

Ibid. 6. CONSTANTINVS PP. A. *Perpetuus Augustus.* Ipse vultu senili, sed barba crispa, non prolixa seu Græca, orbem Romanum, cui crux superposita est, dextra gerit. .)(. Crux aream nummi occupat: hinc X & inde X. *Vicesimam* solverunt *Christiani Carthaginienses* Mercatores. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT, & in Const. Christ. pag. 116. versu 2.

Ibid. 7. CONSTANTINP. *Constantinus pater.* Eodem vultu cultuque, atque in præcedente nummo. .)(. C T XX cum cruce in media area, & sidere Solis superposito: *Christianæ Civitates Transpadanæ, Romano Principi subjectæ Vicesimam* persolverunt. Est ex ære minimo, in Const. Christ. loco citato, versu 3. & in Domo Professa Societatis Jesu Parisiis. Similem huic omnino nummum superius protulimus inter Focæ Aug. numismata. Nondum in Italia Transpadana Lombardi vel Longobardi, aut nomen Longobardiæ vel Lombardiæ potius cognitum.

Ibid. 8. D. N. CONSTANTINVS P. *Dominus noster Constantinus pater*: Cum galea, clypeo, & hasta transverse imposita humero dextro. .)(. MЄ cum superposita cruce: *Christianorum Mercatorum quintum* hujus formæ numisma. Augusti duo togati stantes, tenent singuli crucem oblongam. Est ex ære maximo, in Const. Christ. pag. 116. versu 1. Similem fere huic, sed ex argento vidimus apud D. Comitem de Vaux: D. N. CONSTANTINVS P. *Dominus noster Constantinus pater*, cum galea, clypeo, & hasta transverse imposita humero dextro, quod est insigne summi Imperatoris. .)(. Augusti duo: Constantinus pater, & Constantius ipsius filius; cruce intermedia, quæ est orbi Romano imposita.

P CONSTANVS PP A. (sic enim scriptum est, pro Constantinus.) *Pater Constantinus Perpetuus Augustus.* Vultu annorum XL. aut eo amplius; capite galeato, vultu adverso, clypeo, & hasta transverse imposita humero dextro, ut proxime. Vox illa *Pater* addita de industria est, quoniam simul esset e liberis istius natu minimus Constantinus Cæsar tantum. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM B *Victoria Augustorum duorum*, Constantini & Heraclii, *secunda.* Infra, CONOB Δ *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt quartum* hoc munus. Crux jugata aream nummi occupat. Aureus est, quem D. Fontaine Anglus, Eques Auratus, nobis ostendit.

Ibid. 9. D N. CONSTANZINI CC OIA. Constantini vultus senilis, sed barba modica in geminum acumen desinente, seu bifida, pileo tegitur gemmis contexto, cruce superposita: dextra gestat orbem Romanum cum cruce. Nummum hunc refert Du-Cangius, in Const. Christ. pag. 116. versu 1. ex Octavio Strada, pag. 305. hoc modo: D N CONSTANS IIIICCOIA. Sed deceptum Stradam in hoc genuino numismate describendo, vel inciforem quo usus est, qui litteras SIIII pro ZINI acceperit. Est autem hæc sententia his comprehensa litteris: *Dominus noster Constantinus Imperator, Civitatum omnium perpetuus Augustus.* Nam littera C geminatur, ut civitates plurali numero apertius significet: littera autem I pro P posita imprudenter a scalptore videtur, cum Monetarius scripserit de more P A. .)(. VICTORIA AVGU Δ *Victoria Augustorum, quarto* isto numismate consignata. Stat ipse cum filio Constantio Aug. cruce jugata inter eos media; ambo togati orbem Romanum gerunt. Infra, CONOB: in quo litteras duas priores CO *Civitates omnes* significare,

re, hic præter alios nummus docet, in inscriptione prioris paginæ. Aureus est.

Tab. XVI. 10. d. N. CONST. ONSP. Ipse vultu senili, sed barba crispa, non Græco more promissa; cum galea, & clypeo, & hasta transverse imposita humero dextro: *Dominus noster Constantinus omnium Narbonensium Senator Perpetuus.* Sic Carolus Rex Siciliæ, Divi Ludovici frater, factus est *Senator Urbis Romæ*; ut testatur numisma istius argenteum ita inscriptum: ROMA CAPVD MVNDI. .)(. CAROLVS REX SENATOR VRBIS: & quidem *Senator ad vitam*, ut loquitur Urbanus Pontifex in epistola ad Ludovicum Caroli fratrem; hoc est, δια βίε, sive *Senator Perpetuus.* Vide Du-Cangium in Glossario, verbo *Senator:* ubi Provinciarum Senatores ac Civitatum commemorat. Sic multo antea *Treverorum Senator* Constantinus junior appellatur, in nummo a nobis allato, Sæculi Constantiniani anno XLIX. CONSTANTINVS IVVNS *Constantinus junior Urbis nostræ Senator*: non (ut olim conjiciebamus) *Servator.* .)(. Augusti duo togati, Constantinus pater, & Constantius filius, stantes, orbem Romanum cruce insignitum singuli dextra tenent, & crucem gestant in vertice; cruce oblonga ac jugata inter utrumque erecta. VICTRA VIVIX *Victoria Augustorum vindicans Imperio urbes Italiæ decem:* Transpadanæ nimirum Italiæ decem civitates, quas ibi Plinius commemorat, ut diximus ad nummum 6. Justini Aug. anno ipsius quarto. Est hic solidus aureus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 114. versu 8. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Sic in nummo Tetrici Imp. legitur, IMP. C. TETRICVS RDNVIC *Romanæ ditioni Narbone vindicato Imperii Conservator.*

Ibid. 11. d. N. CONSTANTINI *Dominus noster Constantinus Imperator.* Eadem effigie, atque in nummo 10. .)(Augusti duo togati, ut in præcedente nummo. VICTORIA AVGV I. Est aureus in Thesauro Regio, & in Const. Christ. pag. 114. versu ult. & pag. 116. versu 1. & apud D. Comitem de Vaux idem argenteus: *Victoria Augustorum, decimo* isto numismate consignata. Uterque habet infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Similem vidi ex auro perelegantem ac nitidissimum: d N CONSTANTINI. .)(. VICTOR AAVGV I. Infra, CONOB. Hunc nummum Du-Cangius pag. 114. & 116. tribuit Constantino Pogonato.

Ibid. 12. D. N. CONSTANTINI Ƨ CONSTANTIϴ *Dominus noster Constantinus Imperator, & Constantius.* Vultus duo, ut in nummo 1. Erat Constantinus pater Imperator, Constantius filius tantum erat Augustus, Imperator non erat. Constans & Constantinus, alii duo liberi ejus, ne Augusti quidem. Nec pateretur Senatus in una eademque familia esse tres Augustos simul. Nec mos uspiam finit esse consortes unius principatus, vel magistratus, aut muneris, plusquam duos; unius provinciæ, exempli gratia, Rectores seu Gubernatores: alterum, qui pater, & qui sit Rector idem jure ac merito suo; alterum, qui filius, ob patris merita, cum spe successionis, si superstes patri fuerit. .)(. VICTORIA AVGVST. Crux in extremis capitibus jugata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est aureus apud Du-Cangium in Const. Christ. pag. 114. versu 2. In Regio est VICTORIA AUGU Θ *Victoria Augustorum nono* isto numismate consignata. In alio quem vidimus, pariter ex auro, legitur: D. N. . . . . TINI Є T CONSTANTIVS P AV *Domini nostri Constantinus Imperator, & Constantius, Perpetui Augusti.* In altera superficie VICTORIA AUGU H *Victoria Augustorum octavo* isto numismate consignata. Cetero simillimus Regio est.

Ibid. 13. d. N. C. I. . . . . *Domini nostri Constantinus Imperator.* . . . Vultus duo, senilis alter ac barbatus, more Græco: alter imberbis, ut in nummo 1. & 12. .)(. VICTORIA AVGUZ *Victoria Augustorum, septimo* isto numismate consignata. Augusti duo, ut in nummo 10. & 11. Infra, CONOB. Est ex auro & argento, in Const. Christ. loco citato. Vidimus huic argenteum similem, apud D. Comitem de Vaux; sed absque inscriptione ex utraque parte; solis subscriptis litteris CONOB. Vidimus & aureum perpulcrum apud D. Marchionem de Montauban; sed in anteriore superficie inscriptio est, d N Δ Ч YIP. In parte postica duo sunt Augusti togati, cum epigraphe, VICTOR A VIV H— : & infra, CONOB.

Ibid. 14. VICTORIA AUGUЄ *Victoria Augustorum, quinto* isto numismate consignata. Vultus barbatus, more Græco; & idcirco nomen non superscribitur. Orbem Romanum cruce insignitum dextra gestat. .)(. Principes tres; scilicet Augusti duo cum Cæsare, dextrorsum incedunt: singuli orbem Romanum dextra gerunt: qui medius, ceteris major: minor, qui dexter, & prior incedit. Sine superscriptione. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.* Est argenteus apud D. Comitem de Vaux. Huic similis est, cum VICTORIA AUGU Θ in Const. Christ. pag. 115 versu 3. ex Museo S. Genovefæ; Parisiis, teste Du-Cangio, in Dissert. de inferioris ævi Numismatibus, pag. 50.

Ibid. 15. Principes tres incedunt, ut dictum est proxime, sine inscriptione. .)(. VICTORIA AUGUS *Victoria Augustorum.* Crux cum Christi monogrammate, & CONOB. Aureus in Const. Christ. pag. 114. versu 4. 4. & apud Paul. Petav. Tab. 2. versu 1. In Regio est, VICTORIA AUGU B *Victoria Augustorum secundo* isto numismate consignata. Cetero simillimus isti est. In alio ibidem simillimo, VICTORIA AUGU Є *quinto.*

Ibid. 16. D. N. CONSTANTINVS PP. AV. Vultus senilis, sed barba crispa, non more Græco promissa, dextra orbem Romanum cum cruce gestat. .)(. VICTORIA AUGUS. Crux in extremis capitibus jugata, ut sæpe superius. Aureus in Const. Christ. pag. 114. versu 1. In Regio est VICTORIA AUGU Θ & in area, latere sinistro I *Victoria Augustorum Imperatorum, nono* isto numismate consignata.

d. N. CONSTANT *Dominus noster Constantinus*, & *Dominus noster Constantius.* Nam utrumque ex æquo abbreviata superscriptio indicat. Nisi forte sententia sit, defuncto Constantio, suffectum ei fuisse fratrem ipsius Constantinum; & hic propterea legi oportere plurali numero, *Domini nostri Constantini.* .)(. VICTORIA AUGU Γ *Victoria Augustorum, tertio* isto numismate consignata. Crux orbi Romano imposita inter Augustos duos, qui orbem cruce insignitum dextra tenet. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

Ibid. 17. CONSTANTINVS. .)(. DEVS ADIVTA ROMANIS. Est hic nummus in Thesauro Mauroceni, apud Patinum, pag. 35. cruce aream implente. Et idem certissimo argumento est, aliquanto tempore Constantinum imperasse cum Heraclio fratre, cujus in numismate eadem superscriptio legitur.

40.

Ejusdem CONSTANTINI numismata peculiaris formæ.

Tab XVI. Nummi duo priores, tametsi rudioris fabricæ, Siculæ nimirum, haud tamen aspernandi, in Cimelio sunt P. CHAMILLART, & D. Abb. FAUVEL. Prior est ex ære mediocri, posterior ex ære magno. Prior in anteriore pagina exhibet Augustos duos stantes; Dexter est paulo majoris staturæ, & idem barba-

barbatus Græco more, cum haſta; minoris alter. Utriusque capiti crux eſt ſuperpoſita. In parte averſa, duo iidem Auguſti, Conſtantinus cum filio Conſtantio, ſtant: Orbem Romanum geſtat quisque dextra manu: Crux utriusque capiti ſuperpoſita eſt. In medio M infra SCL *Mercatores Siculi.* Supra, litteris implicitis, Κωνσαντῖνος. In altero huic ſimili, e Cimelio P. CHAMILLART, pars nummi poſtica non exhibet Auguſtos duos; ſed anterior tantum. In alio rurſum ibidem, pars ipſa antica ſolum exhibet Conſtantinum patrem, & quidem barbatum. Quod in iſto autem ſequentibusque nummis, SCL poſitis tantum litteris conſonantibus pro *Sicilia* ſcribitur, hoc ipſum poſtea factitatum etiam eſt in nummo argenteo Caroli Regis Siciliæ & Comitis Provinciæ; cujus hæc inſcriptio eſt, KAROLVS SCL REX, & in averſa pagina, COMES PVINCIE.

Nummus alter fuit olim Juſtiniani inſcriptus nomine, ut ex quibusdam litteris apparet, quæ reſiduæ ſunt: ſed in priore parte impreſſus Auguſti vultus eſt, cum appoſito ad lævam monogrammate Heraclianæ gentis, quale vidimus §. 38. num. 13. In parte averſa, cum littera M ſubjectæ litteræ ſunt eædem, ſed majuſculæ, SCL. *Mercatores Siculi.*

Tertius eſt ex ære magno, in eodem Cimelio P. CHAMILLART, & ut ex ſuperſtitibus litteris iſtis, DNANA apparet, Anaſtaſii Auguſti fuit: ſed impreſſa in eo poſtea effigies eſt Conſtantini Imp. qui frater Heraclii, cum monogrammate Heraclianæ gentis. Ex altera parte ſimilis fere nummo ſecundo eſt. Huic eſt alter ibidem ſimilis, in vetere Juſtiniani nummo impreſſus effigie Conſtantini Imp. & monogrammate Heraclianæ gentis. In medio M cum cruce, & Solis ſidere, infra, SCL *Chriſtiani Mercatores Siculi, Romano Principi ſubjecti.* Cuderunt hæc illi numismata, cum Conſtantinus Aug. poſt annum XXXIX. principatus, per Siciliam in Græciam ſecederet, ut poſtea dicemus.

41.

Simul Auguſti fuere,
FOCAS, HERACLIVS, LEO,
anno Chriſti 487.

Tab. XVI. Similitudo inſcriptionum in tribus iſtis numismatis, ſimul tenuiſſe principatum anno quodam uno, Focam, Heraclium, & Leonem, arguit: unoque & eodem tempore percuſſa hæc tria fuiſſe. Nam ſententia his litteris Græcis comprehenſa, eſt iſta: Φωκᾶς Καίσαρ, Ἡράκλειος Καῖσαρ, Λέων Καίσαρ. Et Focæ quidem nummus eſt argenteus: ex minimo ære alii duo. De Focæ numismate egimus, §. 29. num. 1. De Heracliano, §. 32. num. 5.

In antica parte nummi tertii, qui eſt Leonis, ſunt abſque epigraphe capita duo; alterum viri ac ſenioris, quippe patris; adoleſcentis alterum, quippe filii. Utrumque cinctum diademate e gemmis duplici ordine: cruce utrique capiti ſuperpoſita. Et patrem quidem Leonem eſſe docet aperte inſcriptio partis poſticæ, cujus prior littera Λ eſt. Nec levi errore credidit Du-Cangius, in Conſt. Chriſt. pag. 123. verſu 2. eſſe hic Conſtantinum Copronymum cum Leone filio; cum ſi ita eſſet, non ΛK ſcribi oporteret, ſed KΛ. Eſt hic tertius nummus etiam in Cimelio P. CHAMILLART, & P. JOBERT.

42.

Numismata LEONIS,
& CONSTANTINI filii HERACLII Aug.
Poſt annum 487.

Tab. XVII. Fuit Leo, cujus hic numismata proferimus, Leonis Imp. Aug. abnepos, Zenonis pronepos, Leonis Zenonis Aug. nepos, cujus ſtemma deſcripſimus in Sæculo Theodoſiano, §. 12. Conſtantino Aug. illo Pogonato, ſive barbato, Heraclii fratre, in Græciam ſecedente, commigravit una cum ipſo Heracliana gens univerſa: nec fuere deinceps ex ea ulli in Occidente Auguſti. Quæ cauſa eſt quamobrem & nummi poſterorum Heraclii deinceps ſint plerique omnes in Græcia, omnes fere Græco ſermone inſcripti; nec habent deinceps præfationem conſuetam, D. N. Nam Græcos homines Dominos agnoſcere detrectavit deinceps Senatus Populusque Romanus. Itaque ſi qua poſtea cuſa reperiuntur in eorum honorem numismata Latine, id fecere Mercatores Narbonenſes quidem, ſed in Oriente, ibi negotiantes. Id quod certiſſimo argumento eſt, non prius in Græciam Auguſtos & Cæſares commigraſſe; cum usque ad hoc tempus & Latine ſcripta eorum numismata ſint, & cum D. N. honorifica appellatione.

Ibid. 1. N LЄONP (non, ut in Conſt. Chriſt. ſcribitur, pag. 123. verſu 1. D LEONS.) Eodem eſt habitu cultuque, quo Filepicus Aug. ſimiliterque orbem cum ſuperpoſita cruce dextra gerit: ſed pro ſcipione Auguſtali cum Aquila Romana, geſtat ſiniſtra codicem Evangelicum. Sententia eſt: *Nobiliſſimus Leo Narbonenſium Protector.* ℟. VICTORIA AUGUϚ *Victoria Auguſtorum*, ut in nummis ſuperiorum Auguſtorum: cum cruce pariter in extremis capitibus jugata. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Veſtitus Leonis hujus, non in aliis Principibus apparet, quam in tribus iſtis, Filepico, Juſtiniano juniore, & Leone; quorum ſcilicet in nummis ex æquo legitur, MUL hoc eſt, *Mauricii vice Legatus:* unde Legatorum Auguſti cultum veſtitumque eum fuiſſe, vel Conſularem, haud temere arbitramur. Aureus hic ſolidus eſt e Theſauro Regio, cuſus ante diſceſſum Heraclianæ familiæ e Gallia Narbonenſi.

Ibid. 2. Alter deinde Leonis & Conſtantini filii Heraclii nummus, pariter aureus, e Theſauro Regio; cujus nummi, æque ac ſuperioris, habemus cctypum in maſtiche expreſſum; hanc habet ex antica parte ſuperſcriptionem: CN O LЄONPAMQLϚ vultu ſeniore, cruce capiti impoſita. In contraria ſuperficie, C N CONSTANTINUΘ vultu juvenili, cruce pariter impoſita capiti: Orbem Romanum gerit uterque, cui crux eſt impoſita. In Conſt. Chriſt. pag. 123. plurimum erratum ab inciſore Du-Cangii eſt: a quo nos olim pariter in explicando eo numismate adducti in errorem ſumus. Nummus hic omnino Latinus eſt, ejusdem ingenii & artificii, ac plerique alii hujus ſæculi Juſtinianei. Ex utraque inſcriptione, & ea nimirum, quæ nummi partem anticam occupat, & ea quæ poſticam, exſiſtit unica ſententia integra hujusmodi: *Conſenſu Narbonenſium omnium, Leo nobiliſſimus, Perpetui Auguſti Mauricii vice Legatus, & Cæſar Nobiliſſimus Conſtantinus, adjunxere Narbonenſibus Tranſpadanæ Italiæ Nobiliſſimas urbes novem.* Ambo junxerunt fœdere cum Narbonenſibus Mercatoribus urbes Italiæ Tranſpadanæ, in qua Mediolanum eſt, novem. Ita ſuperius vidimus celebratum in nummis Conſtantinum fratrem Heraclii, ob urbes imperio adjunctas decem. Litteram Ϛ pro & poſitam jam vidimus in nummo Eoani Aug. Tum in iſto autem numismate, tum in præcedente, nomen illud LEO cruce capiti Cæſaris impoſita dirimitur ab littera N ſequente: quo etiam indicio nomen hic eſſe LEO Latinum intelligas, non Græcum Λέων. Quamvis non inficias ierim, originis Græcæ nomen eſſe Leonem: cum nusquam occurrat apud Plinium, aliosve antiquos & probatos ſcriptores, *Leo*: ſed apud Plinium, libro XXXIV. ſect. XIX. pag. 130. inter Græcorum ſtatuariorum nomina, *Leon.*

Ibid. 3. Tertius Leonis & Conſtantini nummus eſt

est pariter aureus, eximiæ raritatis; in Thesauro Regio, tametsi erasis (ut videtur) ante aliquot sæcula, quæ desunt, litteris. Hujus etiam habemus ectypum. Pars antica hanc habet epigraphen: LЄON PAP S CONSTANTIN. . . . θ Postica istam: LЄON Υ . . . . . CONSTANZINOS O NЄOS. Verum similem huic pariter aureum, apud P. Lempereur e Societate nostra postea vidimus, & fabricæ perelegantis; in quo pars antica hanc epigraphen habet integerrimam:

LЄON PAP S CONSTANTINOS ΠΑΤΗΡ θ.

Ambo vestem habent cancellatam, qualis est in Filepico & Justiniano juniore. Posterior autem superficies istam habet epigraphen pariter integram:

LЄON YSSЄSSON CONSTANTINOC O NЄOS.

Cæsares duo vestiti simplici paludamento sunt. Augustorum ac Cæsarum capitibus crux est imposita, & inter ambos iterum crux imminet.

Prima igitur facies Leonem exhibet & Constantinum, utrumque vultu annorum XL. Altera Leonem Leonis filium repræsentat, qui junior appellatur, ob patrem sibi cognominem; cum Constantino, qui pariter νέος seu *junior* appellatus est, ut secerneretur a patre: quemadmodum Constantinus Imp. Constantini filius, FL. CL. CONSTANTINVS IVN. in nummis appellatur, ob patrem sibi cognominem. Hæc igitur inscriptio est partis anterioris: Λέων πατὴς, Ἀνγέστ πρεσβευτὴς, ϰ Κωνσαντῖνος πατὴρ, θεῖος. *Leo pater, Augusti legatus; & Constantinus pater, avunculus.* Hoc est, Leo pater Leonis junioris; Constantinus Constantini junioris pater, avunculus Leonis. Aversæ autem superficiei hæc sententia est: Λέων υἱὸς, Καῖσαρος ἔγγονος, Καῖσαρ ὁ νέος, Κωνσαντῖνος ὁ νέος. *Leo filius*, Leonis utique, qui Leo pater in altera pagina appellatur; *Cæsaris nepos*, nempe Heraclii Aug. *Cæsar junior*; nam & pater *Leo Cæsar* tantum, non Leo Augustus: *& Constantinus junior*. Stemma hoc igitur istorum est:

HERACLIVS AVG. — LEO ZENO AVG. cujus nepos ex filia,

HERACLIVS CONSTANTINVS AVG. — Heraclia, conjux Leonis. — LЄON PAP

Κωνσαντῖνος ὁ νέος. — Λέων ὁ νέος

Πατὴρ Constantini junioris, & idem θεῖος Λέοντος pariter junioris Constantinus appellatur: id quod argumento est, nupsisse Leoni patri sororem Constantini, & gloriari Leonem hac una affinitate, & θεῖον esse avunculum hoc saltem loco, non patruum.

Littera ista S vel significat ϰαὶ vel pro figma scribitur. Nam pro ϰ ponitur quidem S in priore superficie post LЄON PAP & pro figma in utraque parte. Eam ob rem duæ istiusmodi litteræ SS simul junctæ ponuntur pro Καισ quod initium est nominis Καῖσαρ vel Καίσαρος. Et quidem bis illud nomen non invenusto compendio repræsentant; tum ante litteram ε, quæ ἔγγονον *nepotem* significat, tum post ipsam. Dum se vero nepotem Heraclii Aug. dumtaxat appellat, patrem suum Leonis Zenonis nepotem ex filia tantum fuisse significat. Confirmat igitur & illustrat mirifice hic nummus Genealogiam Heraclianæ gentis & Cæsarum a nobis institutam ex nummis antiquis.

Heracliæ Heraclii filiæ effigies in numismatis ipsius Heraclii cernitur, anno illius IV. VIII. & XVI. in nummis 7. 11. & 15. §. 31.

ἔγγονος refertur ad θεῖος. Nam ideo iste Leo junior ε ἔγγονος, quoniam Constantinus θεῖος: hoc est, titulus uterque ponitur, ut intelligamus, Leonem juniorem idcirco esse ἔγγονον sive nepotem Cæsaris, quia Cæsarem θεῖον haberet, hoc est, avunculum. Quod est dicere, matrem Leonis junioris, æque ac fratrem ipsius Constantinum, Leonis junioris proinde avunculum, patre Cæsare natam fuisse, nempe Heraclio Aug.

A P Ἀνγέστ πρεσβευτὴς, Constantini scilicet fratris Heraclii, in nummo Græco Leon appellatur; quemadmodum in nummis Latinis & ipse, & Filepicus, & Justinianus junior, MVL inscribuntur; hoc est, eorum quilibet *Mauricii vice Legatus*. Sic in nummo Bizyenorum Thraciæ, qui cusus est in honorem Hadriani Aug. legitur *Itius Rufus* ΠΡЄCBЄΥΤΗC ΤΟΥ CЄBACTOY. Et in Galatia simul ac Cappadocia, sub Domitiano & Nerva Augustis, fuit, ut nummi docent, ΠΡЄCBЄΥΤΗC ΠΟΜΠΩΝΙΟC BACCOC.

Græcus hic nummus est, hoc est, Græci idiomatis, & in Græcia percussus, sed a Latinis opificibus, ut forma characterum admonet, & mixti Latini P & R cum Græcis. Nam quantum dissimilis ille est ab eo charactere, quem Græci homines efformare solent; qualem aut in vetustis numismatis Græcis, sub Imperatoribus etiam Romanis legimus usque ad tempora Gallieni; aut in recentioribus Byzantinorum Despotarum? Sic in codicibus manu scriptis discernunt probe eruditi Græcos characteres, quos Græca manus, & quos Latina finxerit. Sed sermo est Græcus, ut voces illæ, Constantinos ὁ νέος & πατὴρ & Λέων aperte docent. Atque hic nummus quidem primus est Græco sermone inscriptus Cæsarum nomine a Diocletiani temporibus.

Constantinus pater in hoc nummo Augustus non appellatur, quoniam exacto jam magistratus anno vicesimo, Augustus esse desiisset: Leo autem legatione adhuc in Oriente fungeretur vice Constantini Augusti fratris Heraclii, conjugis suæ patrui. Eam ob rem etiam Leo Constantino præponitur, & Leo junior Constantino juniori.

Gloriatur autem Leo junior hoc titulo, Καίσαρος ἔγγονος, eo quod sic se materno genere nobiliorem esse ostenderet, quam paterno. Sic Nervæ nepotem non alio titulo se nuncupavit aut omnino potuit nuncupare Hadrianus Augustus, quam quia genitus ipse esset ex matre Ælia Plotina Nervæ Aug. filia. Nec Caïus Cæsar, quem Caligulam vocant, aliam ob causam in nummis se AVG. PRON. *Augusti pronepotem* appellat, quam quia matrem haberet, Augusti neptem.

Illud ipsum, Καίσαρος ἔγγονος, demonstrat *Cæsaris* nomen, familiæ cognomen etiam tunc fuisse, non titulum dignitatis. Neque enim ex Principe, sed ex homine nepos proneposve nascitur. Sic apud nos Ducem Aurelianensem nemo in ipsius titulis Regis Francorum nepotem eum, sed Ludovici Justi nepotem dicit, Henrici Magni pronepotem. Nam hos reges Francorum fuisse quis in orbe ignorat? Sed nepotes natura, non dignitas facit aut denominat.

Jam quærant eruditi, & fabularum quæ in historiis circumferuntur patroni, qua omnino ætate vixerint simul Leo cum Leone filio, & Constantinus cum filio Constantino. Numquam hos profecto reperient, si libros consulunt: nedum Leonis junioris avunculum Constantinum, aut Leonem juniorem materno sanguine Cæsarem: aut denique Leonem patrem Leonis Cæsaris, qui Leo pater Augustus ipse non sit, sed tantum Augusti Legatus.

Perspicuum est igitur ex ante dictis, sub annum Christi quingentesimum cusum fuisse hoc numisma a Mercatoribus qui Thessalonicæ degerent, aut in alia Græca civitate. Nec jam fere dubitamus, quin ex stirpe amborum, Leonis & Constantini, qui consecuti

cuti ſunt Principes prodierint, qui domicilium rerum ſuarum ſedemque principatus in Macedoniæ parte vel Peloponneſi poſuerunt, & ſe in nummis ſuis ibi ſe inſcripſerunt Auguſtos, & Βασιλεῖς Ῥωμαίων, & in numismate uno perraro & ſingulari, ex ære, quod penes nos eſt, ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕϹ ΡѠΜΑΙѠΝ: ad quos denique nummi illi pertinent, quos Regum eſſe tum Romaniæ minoris, tum Theſſalonicæ diximus, in Nummis Sæculi Conſtantiniani. In his numismatis ſunt Latini characteres mixti Græcis, ad Latinam Principum materno genere originem ſignificandam; nomen etiam propterea Latinum Conſtantini, mixtum Græcis nominibus Leonis, Baſilii, Alexandri, & Theophili, & Hebraïco Michaëlis: ita tamen ut nemo eorum deinceps D. N. appelletur, qui titulus eſt Auguſtorum ac Cæſarum, quos Senatus in provincias miſerit. Nam qui dummi Δεσπότης nomen habent, alterius formæ & fabricæ ſunt, pertinentque ad Deſpotas Byzantinos, ut ibi diximus.

Tab. XVII. 4. Quartus Leonis & Conſtantini, qui eſt ex ære mediocri in Muſeo noſtro, percuſſus nummus eſt a Mercatoribus Narbonenſibus, ſive Theſſalonicæ, ſive in Peloponneſo negotiantibus: litteris propterea partim Græcis, partim Latinis, Græco autem ſermone: nam Græca vox eſt ʟϵon, & S pro ϛ ponitur, ut proxime vidimus. Integra inſcriptio, ʟϵon καὶ conſtantinos. .)(. X M N / X N / X A N *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes primum* iſtud numisma hujus formæ cuderunt. Litteræ X & N ſunt triplices: ut omnes Chriſtiani Mercatores Narbonenſes intelligantur: quemadmodum litteræ hæ AVGGG. ut alibi diximus, non ſemper tres tantum, ſed ſæpe omnes Auguſtos ſignificant.

Ejusdem formæ eſt ille ab eisdem Mercatoribus in eodem tractu multo poſtea percuſſus, ſub Michaële & Theophilo, MIXAHL S ΘϵOFILOS *Michaël & Theophilus:* (ubi littera S ut in nummo 3. & pro ϛ & pro ſigma ponitur:) in averſa autem pagina, X M N / X N / X 6 N *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes nonum* hoc numisma hujus formæ cuderunt. Qui nummus eſt in Cimelio D. Abbatis FAUVEL, & P. JOBERT. Denique & ille, A M N / N Є / A SIS O Ἀνανέωσις *Mercaturæ*, mixto ſermone Græco cum Latino: quo fere ſenſu in nummis ſæculi Theodoſiani ſcriptum vidimus, R M *Reſtituta Mercatura.*

Ibid. 5. Quintus Leonis, in antica nummi pagina vultus duos exhibet; ſeniorem alterum, at non barbatum; alterum aliquanto juniorem, ſine inſcriptione. Leo, & Conſtantinus, ipſius conjugis frater eſt: qui ſunt Leo pater & Conſtantinus pater, in nummo 3. Utriusque capiti crux eſt ſuperpoſita: altera etiam inter utrumque ſublimis eminet. In parte altera, Leonis junioris vultus, & Conſtantini pariter junioris eſt, ut rurſum in eodem nummo 3. ſed abſque inſcriptione. Crux & inter utrumque eſt media, & utriusque capiti impoſita alia eſt. In ima nummi area, X M N hoc eſt, *Chriſtiani Mercatores Narbonenſes primum* hoc numisma iſtius formæ cuderunt. Qua forma nummum vidimus in Conſtantino fratre Heraclii Aug. Ex quo intelligimus ſimul iſtos geſſiſſe aliquem principatum. In medio, hinc B inde A litteris Græcis: eſt enim fabricæ Græcæ nummus, ſed tamen elegantis, cuſus nimirum a Mercatoribus Narbonenſibus in Græcia negotiantibus. Eſt ex ære mediocri, apud D. Abb. FAUVEL, & in Muſeo noſtro.

Ibid. 6. Sextus in anteriore ſuperficie Leonem patrem exhibere videtur, qui dextra crucem, ſiniſtra orbem Romanum cum ſuperpoſita cruce geſtat, ob litteram A lævo nummi latere inſculptam. In poſtica nummi pagina Leonem filium, qui dextra orbem Romanum cum ſuperpoſita cruce tenet. Epigraphe, ʟϵon, ut videtur. Eſt enim nummus exeſus, ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Ibid. 7. Septimus eſt Conſtantini, filii Heraclii, qui orbem Romanum cruce inſignitum geſtat, veſtitus paludamento, cum cruce ſupra caput. Epigraphe: D. N. COS N P. . . . . Forte, *Narbonenſium Protector.* D. N. appellatur, quoniam dum eſſet adhuc ſub patre, necdum *pater* ipſe, ut in nummo 3. appellatur, cuſus hic nummus eſt. .)(. In averſa parte vultus eſt Conſtantini junioris, eodem cultu ac veſtitu, quo pater in antica area eſt. Infra, majuſcula, quæ partem areæ dimidiam occupat, littera M cum ſubjecta littera A. *Mercatorum primum* hujus formæ numisma. Latere dextro, Δ Є Δήμῳ εὐχῇ, *Voto publico:* latere ſiniſtro, litteræ ſunt exeſæ. Eſt ex ære minimo apud D. Abb. FAUVEL.

Ibid. 8. Octavus ac poſtremus eſt ex Regia Gaza nummus, parte anteriore ſimilis nummo ſecundo, poſteriore, tertio. Nam epigraphe prioris paginæ eſt, C ʟϵon PAMUL: habitu Conſulari, pileum cruce inſignitum gerit, dextra crucem. Poſterioris, conſtanzinos s ʟϵon o nϵos. Amborum vultus, cum cruce vertici ſuperpoſita. Itaque inſcriptio partis prioris Latina eſt, quoniam Leonem Latini tunc Principis legatum agere ſignificaret: poſterioris Græca, ob Græcam originem, cum nullo ambo magiſtratu fungerentur. Sententia igitur prioris inſcriptionis eſt: *Cæſar Leo Nobiliſſimus, Perpetui Auguſti Mauricii vice Legatus.* Poſterioris, *Conſtantinus, & Leo junior.*

Ibid. 9. Eſt in Muſeo P. CHAMILLART nummus ex ære, mole mediocri, in quo Auguſti duo ſtantes tenent crucem unam, quæ geminum habet lignum transverſum: argumento adminiſtrati a duobus Auguſtis Chriſtianis imperii. Ut in fugientibus litteris inſcriptionis conjicere licet, Conſtantinus ille & Leo junior ipſe eſt, de quibus egimus in hoc §. In averſa parte aream nummi crux occupat; cujus extrema quatuor in modum patibuli ſunt jugata. Epigraphe in ambitu, nusquam alibi viſa, ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡϵS PѠMAIѠN. Sæculum hoc quidem exiens, quod Juſtinianeum appellamus, Græcam vero officinam refert & fabrica & character.

Alium præterea alterutrius Leonis nummum nullum uſpiam vidimus. Quos enim Du-Cangius in Conſt. Chriſt. alios affert, pag. 123. tribuitque Leoni Iſauro & Conſtantino Copronymo; partim ſunt adulterini, partim alio pertinent, ut modo diximus. Qui nummos ſcilicet adulterinos ſæculo XVI. plurimos fabricarunt, ad emungendam pecuniam ab his, qui vetera monumenta ſtudioſe conquirerent; hi in eo in primis induſtriam collocarunt, ut quorum Principum numismata reipſa nulla exſtarent, tametſi eſſent ii in hiſtoria celebratiſſimi, horum potiſſimum nominibus nummos conflarent; quos deinde fraudis ignari magno pretio mercarentur. Ejus generis ſunt Leonis Iſauri & Conſtantini Copronymi nominibus ficta numismata, e quibus unum hic deſcribemus. Nam alia duo, quorum unius epigraphe eſt, D. N. LEO ET CONSTANTINVS PP. AVG. & in parte contraria, TIBI SOLI REX REGNANTVM: alterius vero, illius nomine, qui Copronymi nepos fuiſſe perhibetur, D. N. CONSTANTINVS AVG. ET HIRENE AVG. in averſa autem parte, GLORIA IMPERII ROMANI; fictitia eſſe nemo jam inficiatur; quippe quæ nullibi niſi apud Octav. Stradam exſtent: unde & illa, ut ſunt imperite ficta, iis omnino Auguſtis, quorum nomina præferunt,

ferunt, convenire non posse Du-Cangius agnovit.

Sed affert ibi idem alterum, cujus νοθείαν minime suspicatus est. Is ita inscribitur: DD. NN. LEO S CONST. *Domini nostri Leo & Constantinus.* Augusti ambo dextrorsum incedunt: majore præeunte: orbem Romanum cum cruce singuli dextra gerunt; & crucem gestant in capite. .)(. ANNO . . . . . M CON A.

Est ex ære mediocri, in Const. Christ. pag. 123. versu 2. 3. At omnino est nummus iste Heraclii, quem quinto loco exhibuimus inter Heraclii numismata: in eo primum erasis nominibus Heraclii & filii ejus Constantini, substituta est hæc falsa superscriptio. Deinde quoniam quarto dumtaxat sui imperii anno Leo Isaurus renunciasse filium suum Constantinum Copronymum Imperatorem a scriptoribus perhibetur, non autem anno tertio, qui in isto Heraclii nummo erat inscriptus: & quoniam anno tertio Leonis Isauri Constantinus Copronymus annum ageret ætatis suæ primum; qui autem in eo Heraclii nummo Augusti filius exhibetur, saltem annos quindecim natum se prodat; pro ANNO III. incertus artifex quem annum reponeret, maluit omnino nullum esse. Itaque anni notam omnem erasit. Sic in fraudem impulit viros eruditos. Neque est nummus iste in Thesauro Regio.

Hic finis igitur in Galliis & Occidente Romani Imperii fuit, familia Heracliana scilicet in Orientem & lares proprios commigrante. Postea recepere pristinam libertatem pleræque civitates. Reges etiam in parte Narbonensis Galliæ, ubi nunc Massilia est, & alibi fuere, quos Francorum reges primæ stirpis falso appellarunt. Reliquam provinciam Narbonensem tenuere reges Hispani, quos nuncupavere Gothos: hi nimirum, quorum in nummis deinceps, ut prius in nummis Augustorum, CONOB occurrit. Nullus, inquam, deinceps Latini orbis Augustus in nummis conspicitur, nullus D. N. AVG. nullum Augustorum numisma Latine scriptum; usque ad Carolum, qui vulgo Magnus cognominatur, & Ludovicum: tunc cum ille quidem, CAROLVS IMP. AVG. iste HLVDOVVICVS IMP. AVG. simul in nummis est appellatus. Nullum denique in Græcis numismatis, quæ quosdam βασιλεῖς Ῥωμαίων, sed multo postea, e Romania repræsentant, CONOB se offert: quod ipsum etiam præter cetera manifesto indicio est, non his litteris Constantinopolim designari. Verum ut Romanum Imperium diuturnius facerent impostores, nec plures uno tempore Augustos ponerent, uti faciendum esse nummi admonebant, artificum historiæ tum Ecclesiasticæ tum profanæ consilium fuit, ut summa Reipublicæ Christianæ in rebus civilibus penes unum fuisse crederetur, qui usque ad sæculum nonum saltem & Concilia pro potestate cogeret, & summis etiam Pontificibus imperaret.

43.

Numismata Græca tria in urbe Cæsarea Palæstinæ percussa.

Priusquam autem ad Regum numismata transeamus, qui in Gallia & Hispania, post Imperium, ut diximus, dilapsum regnarunt; trium Græcorum numismatum præmittenda hic interpretatio est: quoniam sunt unius formæ, & sola propemodum hujus ævi Græca. Sunt duo priora ex ære mediocri, apud P. Ludovicum JOBERT, e Societate nostra, Parisiis, hac forma.

Tab. XVII. + EMMANOYHA *Emmanuel.* Christi Domini nomen illud est, qui est *Nobiscum Deus*, ut docet Matthæus, cap. 1. Caput ipsius lucidus nimbus circumdat. Hinc $\overline{\text{IC}}$ inde $\overline{\text{XC}}$ hoc est, Ἰησοῦς Χριστός. .)(. + KωNTΔΠ ЄΥΔKAΥ. In altero ibidem ceteroqui persimili legitur + KωNTΔ† (postrema littera haud satis conspicua:) ЄΥΔKЄCAΥΓ°. Sinistro latere stat Augustus, dextro civitas Cæsarea Palæstinæ: tenent ambo simul crucem unam oblongam, cui velum appensum est. Crux unicum habet lignum transversum: quod argumentum est in hujus ævi numismatis Augusti unius imperantis: Quamobrem & qui sinister est, Constantinus ipse est, Heraclii Aug. frater, paulo major altera effigie civitatis Cæsareæ e regione posita, & solus orbem Romanum cum superposita cruce læva gerit. Ab eo propterea etiam latere legendæ superscriptionis initium sumi debet, ut & exigua crux, quæ titulo præfigitur, admonet; quoniam ibi est is qui primum appellatur; latere dextro civitas quæ designatur parte postrema epigraphes, eodem latere scripta: nempe Cæsarea Palæstinæ. Refert nummi fabrica sæculum Christi sextum circa initium. Sententia igitur tituli hujus plane respondens picturæ, quæ est in area nummi, hæc est: Κωνσαντίνε Νικᾶντ@ Τὸν Δεσπότην Παλαισίνης, ЄΥΔαιμονεῖ KЄCάρεια ΑΥΓούστα. *Constantino vincente Despotam Palæstinæ, Felix Cæsarea Augusta.* Sic in nummo Commodi legitur, KOMOΔOY BACIAЄYONTOC O KOCMOC ЄYTYXEI. In nummis ipsius Hadriani, aliorumque Augustorum, KЄCAP pro KAICAP scriptum reperiri, tralatitium est: ut & in plurimis AYГOYCTOC pro Σεβαστός. Ergo hac superscriptione dicitur Constantinus Heraclii frater in Palæstina sola potitus Cæsarea Augusta; indeque subinde impetum fecisse in Despotam Palæstinæ, quem & prælio vicerit.

Simillimum istis duobus tertium numisma est, ex Museo nostro, sed Justiniani nomine, in parte aversa.

Ἰουστινιανοῦ ЄΥτυχία Νικῶντ@ Τὸν Δεσπότην Συρίας, ЄΥΔαιμονία Τῆς Καισαρείας ΑΥΓούσης. *Justiniani Felicitas, qui vicit Despotam Syriæ, Felicitas Cæsareæ Augustæ est.* Docet hic nummus, ut Constantino Heraclii fratri, sic etiam Justiniano, e Syria nihil præter Cæsaream Augustam paruisse. Confer cum isto Græcum similiter Justiniani nummum a nobis supra descriptum, §. 16. Hic vero nota litteram L inversam, ut femininum τῆς significet, rectam masculinum τὸν designare.

44.

THEODOSIVS

Theodosii prioris abnepos,
Justiniani junioris gener.
Anno circiter 495.

Tab. XVII. Incidit nuper in manus nostras nummus inæstimabilis, hac epigraphe: d. N. THEO6OSI IUΓ AVG. Vultus est annorum xxx. ut minimum: cruce capiti superposita, vestitu Græco, qualis est in nummis Augustorum hujus ævi: orbem Romanum tenet, cui superposita crux est. Lego: *Dominus noster Theodosius Justiniani gener Augustus.* Quemadmodum supra. §. 10. num. 24. DN IVAAΓ significare diximus, *Dominus noster Justinus Augustum appellavit generum.* Littera quinta in Theodosii nomine inversa est, ut in quibusdam paulo inferioris ævi vidimus, ALEΠAN6ROS pro *Alexandros.* In parte aversa, crux est gradibus tribus imposita, in extremis capitibus jugata, sed prælongis jugis, cujusmodi crux non apparet in nummis ante tempora Constantini fratris Heraclii, & Justiniani junioris, & Leonis, nec post ea tempora. Latere

tere dextro ſidus Solis, ſymbolum Imperii in Oriente geſti, hoc eſt, Theſſalonicæ, vel in Peloponneſo. In ambitu, VICTORIA AVG. Infra, CONOB *Civitates omnes Narbonenſes obtulerunt.* Aureus eſt eximius ac ſingularis, apud D. Marchionem de MONTAVBAN, qui nummi effigiem in cera exprimendi copiam nobis perhumaniter fecit. Eſt hic Theodoſius abnepos prioris, hac majorum ſerie, ut videtur:

THEODOSIVS P. F. AVG.

Theodoſia.

Theodoſianus

Theodoſius.

THEODOSIVS IVSTINIANI GENER AVG.

Ex hoc fecere ſcriptores Romanæ hiſtoriæ Theodoſium Adramyttenum: ut Chriſtum ſcilicet vox ea utraque ſignificaret, qui *datus* nobis *a Deo* eſt, Θεῦ δάτος; & idem *adhuc iratus* (in judicio utique) *conteret affligentes ſe*: Adramytteni nomine ad id ſignificandum derivato ex his Hebræis radicibus, עוד. עורעם־חת. Hunc vero Theodoſium iidem anno uno ac menſibus duobus Conſtantinopoli imperitaſſe finxerunt, anno DCCXV. & DCCXVI. Non patitur autem fabrica nummi, quam diligenter inſpeximus cum harum rerum peritis, aut forma crucis in averſa parte, aut litteræ CONOB, ultra tempus quod nos adſignamus, hunc nummum differri. E Theodoſii Imp. Aug. familia non alius in nummis antiquis occurrit, quam iſte; qui ut ab abavo ibi diſcriminaretur, præter alia quæ diximus ætatis indicia, inſcriptus eſt *Juſtiniani gener.* Huic Narbonenſes nummos aureos obtulerunt, ut commercium in Oriente promoveret. Percuſſus iſte nummus eſt anno circiter 495.

45.

Vera Indictionum origo.

Prima Indictionum mentio in nummis antiquis, idemque primum illarum ut iidem teſtantur, initium eſt, ſub Mauricio & Heraclio Auguſtis, Indictione prima incidente in annum Chriſti 478. Mauricii ſextum, Heraclii tertium: ſecunda in annum 479. tertia in annum 480.

Indictio fuit ſubſidium pecuniarum ad bellum ſacrum contra ethnicos, qui Romanum Chriſtianum Imperium incurſionibus infeſtarent, ſub Mauricio Imperatore, Negotiatoribus præſertim provinciarum Narbonenſis & Italiæ Tranſpadanæ, Romani Senatus & Mauricii Imperatoris juſſu indictum. Sic in Comitiis Auguſtanis anni MCCCCLXXIV. pro bello adverſus Turcas gerendo, *deſcripta eſt collatio pro modo facultatum cujusque in imperio facienda*; eaque §. 3. *INDICTIO* appellatur; in Codice Juris Gentium Diplomatico, parte 1. pag. 433. 434. Idcirco prioribus illis temporibus, in tabulis & geſtis publicis, per provincias tunc Imperio ſubjectas, per Italiam nimirum & provinciam Narbonenſem, (nam multo poſtea, ab iſtorum utique Auguſtorum more, & in Germaniam mos ille manavit:) conſignatus eſt annus primus hujus Indictionis, & reliqui usque ad quintum decimum, eumdemque Mauricii Aug. ſupremum. Quo evoluto, ut poſteri diſcerent, primo bello ſacro conficiendo per annos quindecim indictum ſibi tributum ſubſidiarium Chriſtianos Negotiatores ſponte & alacriter perſolviſſe; in memoriam primi hujus belli ſacri, quia per annos quindecim Mauricii poſtremos, geſtum illud fuerat, receptus hic annorum quindecim circuitus in cyclum eſt. Sic autem poſita Indictionum origo annum Mauricii primum alligat anno Chriſti CCCCLXXIII. Juſtiniani Auguſti XXXIII. quem annum ipſius XXXIII. propterea fortaſſis numismata Latina nulla exhibent; quoniam nimirum idem eſſet novi Auguſti, veluti novi Solis exorientis annus.

Hinc porro manifeſtum eſt, nullum prorſus in Oriente uſum Indictionum fuiſſe; fictaque ea monumenta eſſe, in quibus adſcriptæ ibi Indictiones leguntur. Hujusmodi ſunt leges Conſtantii Aug. primum, ac ſubſequentium deinde Auguſtorum, in Codice Theodoſiano. Præterquam quod falſitatis judicium haud obſcurum eſt in eo ipſo Codice, quod adeo Indictiones ibi variant, & ab aliis ſcriptoribus ita ſubinde diſſentiunt, ut ad eas conciliandas cogatur Jacobus Gothofredus quadruplex comminiſci Indictionum genus & initium: Italicæ, ab anno CCCXII. Orientalis, ab anno CCCXIII. Carthaginienſis, ſive Proconſularis Africæ, ab anno CCCXIV. & Africanæ diœceſeos ab anno CCCXV. Sed id iſte facit nulla alia ratione adductus, quam quod aliter conciliare inter ſe monumenta non poteſt, quæ neſcit eſſe ficta ab Impoſtoribus: ab illis nimirum, qui cum Mauricium & Heraclium in Orientem tranſtuliſſent, Indictionem quoque, quæ in ipſorum nummis primum legitur, eo pariter tranſtulerunt, & ut veram illius originem occultarent, multo eorum ætate vetuſtiorem eſſe finxerunt.

Vulgo triplex agnoſcitur Indictionis genus. Prima a Kalendis Septembribus, quam Conſtantinopolitanam vocant. Altera ab VIII. Kalendas Octobris quæ Conſtantiniana & Cæſarea appellatur. Tertia, quæ Pontificia, ſive Romana, a Kalendis Januariis. Quartam, ſed falſam, Scaliger addit, Antiochenam, a die 1. Maij. Conſtantinopolitana, ſi eumdem Scaligerum audimus, non eſt antiquior Juſtiniani principatu; tametſi hanc ſecuti dicuntur in Italia quidam; & Ambroſius in Tractatu de Noë & Arca: *Etſi a Septembri menſe*, inquit, *annus videatur incipere, ſicut Indictionum præſentium uſus oſtendit.*

Conſtantiniana, ſive Cæſarea, quæ ab VIII. Kalendas Octobres incipit, familiaris fuiſſe dicitur Gallis & Britannis; & in Inſtrumento quidem confecto Pariſiis, quod in hiſtoria Britanniæ refertur, tomo 2. pag. 525. notarii dicunt illud a ſe confici, *anno Domini* MCCCLXVI. *ſecundum morem Eccleſiæ Gallicanæ, Indictione* V. *menſis Decembris die* XIII. cum adhuc curreret Indictio Romana quarta. Obtinuit etiam illa in Italia, inquiunt, obtinetque etiamnum in Germania.

Romana ſive Pontificia, quæ a Kalendis Januariis Indictiones inchoat, quando cœperit, aiunt incompertum eſſe: cum epiſtolæ Gregorii Magni, Joannis VIII. & Gregorii VII. ipſaque diplomata Pontificum a Kalendis Septembribus, Græco (ut aiunt) more initium faciant Indictionum. Unde colligunt eruditi, Notarios & ſcriptores in ea re pro arbitrio variaſſe.

Uſus Indictionum in primis fuit in Delphinatu Galliæ provincia; quoniam ibi Mauricius geſſit principatum & Auguſtus fuit. In libro nuper edito, *Memoires pour l'hiſtoire du Dauphiné*, crebro occurrit. Sed hæc ſunt ibi loca inſigniora.

Pag. 226. Teſtamentum Joannis Dalphini: *Anno Incarnationis* MCCCXVIII. *die* XXVI. *Aug. Indict.* 1. Et pag. 229. *Anno quo ſupra, die* XVI. *Februarii, Indictione* 2. In Dalphinatu annus tunc incipiebat a Paſchate.

Pag. 233. Inſtrumentum III. *Anno Incarnationis* MCCCXVIII. *Indictione ſecunda, ipſa indictione cum milleſimo mutata, & die nona menſis Martii.* Erat annus more nunc recepto MCCCXIX. ante Paſcha, quod fuit VIII. Aprilis. Et Indictionem monet ſe nunc inchoare unde & annum.

Pag. 247. Inſtrum. X. Litteræ Roberti regis Siciliæ,

liæ *Datum Neapoli, anno* MCCCXXXII. *die* XI. *Novembris, primæ Indictionis.* Neapoli uſus Indictionum; ſed earum initium a Septembri.

Pag. 255. Inſtrum. XXII. *Anno Domini* MCCCXXXIV. *Indictione ſecunda, Februarii decima.* Jam in Dalphinatu annus incipit numerari a Natali Domini.

Pag. 322. Inſtrum. LXX. Litteræ Humberti Dalphini. *Anno* MCCCXXXVI. *Indict.* III. *die* XXVIII. *Menſis Januarii.* Ergo Indictio in Dalphinatu numerari ſolita eſt a die Purificationis: etiam cum annus a Natali Dominico inciperet. Et hunc morem ibi fuiſſe uſitatiorem arbitramur, a prima Indictionum origine uſque ad annum MCCCXXXVIII.

Pag. 373. Inſtrum. CXV. *Anno Nativitatis* MCCCXXXVIII. *Indictione ſexta, die penultima menſis Decembris.* Deinceps & annus & Indictio, ibi incipit a Natali Domini.

Pag. 404. Inſtrum. CXLV. *Anno* MCCCXXXIX. *Indictione* VII. *ipſa Indictione mutata cum anno,* XII. *menſis* Novembris.

Pag. 570. Inſtrum. CCXXI. Bulla Andreæ Danduli Ducis Venetiarum. *Data in noſtro Ducali Palatio, anno Dominicæ Incarnationis* MCCCXLV. *menſe Septembri,* XIV. *Indictione.* Venetiis igitur Indictio incipit a Kalendis Septembr.

Pag. 587. Inſtrum. CCXXXVI. Teſtamentum Dom. Humberti Dalphini: *Anno Nativitatis Dominicæ* MCCCXLVII. *Indictione* XIV. *ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ, die* XXIX. *menſis Januarii.* Credas dicere eum velle, Indictionem Romæ incipere, ut olim in Dalphinatu, a feſto Purificationis.

In eodem opere, pag. 572. 573. 574. 575. & 586. Henricus de Villariis Archiepiſcopus & Comes Lugdunenſis, locum tenens Dalphini Viennenſis, in ſuis litteris nullam ponit Indictionem. Non illuc mos ille pervenerat. Apud Guichenonem, in libro inſcripto, *Preuves de la Maiſon de Savoye*, pag. 276. *Conceſſion de l'Egliſe de Lion: Decanus & Capitulum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ & Comites. . . . . anno Domini* MCCCCXXIX. ſine Indictionis nota. Citra Lugdunum, in inſtrumentis publicis ſinceris nulla eſt Indictio; niſi quæ facta fuerint a Notariis Apoſtolicis. Nam hi perſæpe formam obſervabant Romanæ curiæ. In minore Britannia nulla inſtrumenta vel Acta habent Indictionem adnotatam, præter admodum pauca vel ſuſpecta, vel manifeſte adulterina. Nec habent Indictionem Duces Burgundiæ in diplomatis ſuis genuinis. Nec habent Aquitani, Hiſpani, vel Angli. *A Francis ad Imperatores Germaniæ morem hunc tranſiſſe* aſſentitur etiam P. Pagi, ad annum CCCXII. num. XXV.

In Sabaudia autem, ubi Mauricius geſſit principatum, crebro in Inſtrumentis publicis Indictio occurrit, apud Guichenonem proxime appellatum: ita tamen ut ex nullo ſtatuere poſſis, utrum a Natali Domini, an a Purificatione initium Indictio ſumeret, ut in Dalphinatu.

At pag. 274. *Traité de Paix entre Amé Duc de Savoye & Philippes Marie Duc de Milan*; ſcriptum eſt, *Anno a Nativitate Domini* MCCCCXXVII. *Indictione ſexta, die ſecunda menſis Decembris, in civitate Taurini.* Ibi Indictio incipit a Septembri: niſi hic maluit Mediolanenſium morem Notarius ſequi.

Regina Cypri Carlotta donat Cypri regnum Carolo Duci Sabaudiæ nepoti ſuo, *anno a Nativitate Domini* MCCCCLXXXV. *Indictione tertia,* XXV. *Februarii.* A Sabaudia ſic didicit Notarius Cyprius computare.

Sicilia etiamnum retinet hanc conſuetudinem; ſed ſub Guiellelmo II. Siciliæ rege, Indictio incipit a Septembri. Et Anacletus ipſe Antipapa, in gemino diplomate ad Siculos, pro Meſſanenſi Archiepiſcopatu, apud Roch. Pirrum, pag. 306. & 308. anno 1131. Indictionem inchoat a die XXIV. Septembris. Ferdinandus Epiſcopus Panormitanus, in Executoria Bullæ Apoſtolicæ, *Panormi, die* XXV. *Februarii, decimæ Indictionis,* MDCCII.

Mabillonius, de re Diplomatica, pag. 190. indictionem putat in litteris Regum noſtrorum, ſi unum vel certe pauca excipias, cœpiſſe ab imperio Caroli M. hoc eſt, ab ineunte anno DCCCI. & ſub ſecunda Regum ſtirpe viguiſſe. Pag. 191. ſub Capetiis rariorem Indictionis uſum fuiſſe: Ludovicum vero VII. & ceteros deinceps poſt eum Reges ab Indictione apponenda abſtinuiſſe. Hoc eſt, deſiit apud nos Indictio in inſtrumentis publicis apparere, cum cœpere metu ſuſpendii impoſtores rariora fingere falſa diplomata Regum nominibus. *Verum*, inquit idem, pag. 622. *ſæpius in concilianda Indictione cum annis Imperatorum aut Pontificum multæ occurrunt ambages.* Et pag. 623. *Hac in re quid ab eruditiſſimo Baluzio. . . ſcripto acceperim, ejus verbis huc refero.* „ Certum eſt, „ inquit, Indictionem decimam convenire, cum „ anno decimo Pontificatus Innocentii III. Et ta„ men in Regiſtro ejus, quoties Indictio recenſe„ tur in epiſtolis anno illo decimo datis, toties „ Indictio nona ponitur, in octo epiſtolis; nimi„ rum VII. XXVII. XXVIII. LIX LX. XCI. XCV. & „ CVI. Immo epiſtola XCV. ejusdem libri decimi, „ quæ ab Huberto edita eſt in probationibus hiſ„ toriæ S. Aniani Aurelianenſis, pag. 123. EX „ AUTHENTICO QUOD IN ARCHIVO illius „ Eccleſiæ exſtat CUM PLUMBO, Indictionem no„ nam habet in Regiſtro & in authentico illo. *Et tamen adverſus iſtud authenticum ſententia dicta eſt in cauſa Illuſtriſſimi Epiſcopi Aurelianenſis, contra Canonicos illius Collegiatæ Eccleſiæ: nimirum quod Judicibus perſuaſum eſſet, hoc eſſe ſuppoſititii reſcripti INDICIUM: tametſi ab Innocentii Regiſtro, aliisque ejusdem litteris validum præſidium haberet. Idem accidit in cauſa Vizeliacenſium Canonicorum.* At recte, inquam ego, Judices judicarunt; & ſimul falſi damnarunt ſua illa æquiſſima ſententia Archiva multa, & authentica falſo exiſtimata, quamvis plumbo etiam communita; & Regiſtrum ipſum Innocentio III. attributum integrum. Atque hæc hactenus de Indictionibus & Numismatis ſæculi Juſtinianei dicta ſunto.

INDEX INSCRIPTIONUM

quæ leguntur in nummis Auguſtorum & Cæſarum Sæculi Juſtinianei.

BASILISCVS AVG.

Dominus noſter Baſiliſcus Pius Felix Auguſtus. pag. 464.
Victoria trium Auguſtorum. 464.

ANASTASIVS AVG.

Dominus noſter Anaſtaſius Pius Felix Auguſtus. 473. bis.
Dominus noſter Anaſtaſius Perpetuus Auguſtus. 464. 466. 473.
Dominus noſter Baduela Rex. 480.
Chriſte exaudi Anaſtaſium. 465.
Chriſte exaudi Anaſtaſium Auguſtum. 465.
Chriſte exaudi Anaſtaſium Auguſtum noſtrum. 465.
Chriſte exaudi tres. 465.
Chriſtiani Karthaginienſes. 466. ter.
Concordia Chriſtianorum Imperatorum. 464. 465.
Invicta Roma. 465.
Italiæ Negotiatores. 465.
Negotiatores Karthaginienſes Chriſtiano Imperatori. 466.
Reſtituta Italia. 473.
Rhodanus. 465.
Rhodanus. Invicta Roma. 465.
Victoria Auguſtorum 473.
Victoria trium Auguſtorum. 473. bis.

JVSTINVS AVG.

Dominus noſter Juſtinus Pius Felix Auguſtus. 464. 466. 468. 473. bis. 474. *Pius Felix Aug. Victor.* 468. 473.
Dominus noſter Juſtinus Perpetuus Auguſtus. 465. bis. 466. bis. 467. ter. 368. bis. &c.
Dominus noſter Juſtinus Perpetuus Auguſtus Imperator. 468.
Dominus noſter Juſtinus Perpetuus ſemper Auguſtus Imperator. 469.
Chriſte exaudi Chriſtianos. 465. bis.
Duos Principes Chriſtianos exaudi Chriſte. 466.
Tres Principes Chriſtianos exaudi Chriſte. 466.
Quatuor Principes Chriſtianos exaudi Chriſte. 466.
Chriſtianus Imperator Urbes Tranſpadanas ſociavit Narbonenſibus. 472.
Civitates Narbonenſes. 467.
Concordia Imperatorum Chriſtianorum, Gaudium Narbonenſibus attulit. 465.
Dominus noſter Juſtinus, Tranſpadanæ Italiæ Urbibus Junctionem obtulit Narbonenſium. 471.
Dominus noſter Juſtinus Auguſtus Imperialium in Italia Urbium Conſervator. 480.
Domini noſtri Juſtinus & Juſtinianus Perpetui Auguſti. 472. bis.
Dominus noſter Juſtinus Auguſtum appellavit generum: Utrumque Imperatorem Tranſpadani agnoverunt. 470.
Felix Reſpublica. 472.
Gabalorum. 472.
Invicta Roma. 465.
Karthaginienſes Chriſtiani. 466. bis. 467 bis.
Narbonenſes Mercatores ſociari ſibi Tranſpadanos optant. 469.
Protege Juſtinum Deus. 467.
Rhodanus. 465.
Rhodanus. Invicta Roma. 465.
Victoria Auguſtorum. 472. 473.
Victoria trium Auguſtorum. 472. bis. 473.
Viceſima Romanorum Mercatorum. 472.
Votis totius Imperii Juſtinum Imperatorem Italia Tranſpadana ſuſcepit Perpetuum Auguſtum. 469. ter.
Votis totius Imperii Juſtino Imperatori Italia Tranſpadana ſe dedens, Perpetuum nuncupavit Auguſtum. 469.
Urbes Narbonenſis tertiæ, Juſtinum Imperatorem agnoverunt: Tranſpadanæ omnes Auguſtum ſuſceperunt. 469. bis.
Urbes Narbonenſis tertiæ, Juſtinum Imperatorem agnoverunt: Auguſtum in Italia ſuſceperunt Negotiatores omnes. 469. 470.
Juſtinum nuncupavere Tranſpadanæ Urbes Dictatorem: Narbonenſes Conſulem creavere perpetuum. 469.
Urbs Narbonenſis appellavit Juſtinum Dictatorem ſuum: Narbonenſes Civitates appellari Dictatorem Perpetuum voluere Juſtinum. 469.
Dominus noſter Athalaricus rex. 480.

JVSTINVS JVNIOR AVG.

Dominus noſter Juſtinus junior Pius Felix Auguſtus. 472.

JVSTINIANVS AVG.

Dominus noſter Juſtinianus Pius Felix Auguſtus. 465. 466. 474. bis. 475.
Dominus noſter Juſtinianus Perpetuus Auguſtus. 466. 467. bis. 468. bis. 474. &c.
Dominus noſter Juſtinianus Perpetuus Auguſtus Senatusconſulto. 477. 478.
Dominus noſter Juſtinianus Perpetuus Auguſtus Imperator, 475. &c.
Dominus noſter Juſtinianus Victor. 474.
Dominus noſter Juſtinianous. 474.
Dominus noſter Juſtinianus Provinciarum trium Rhodanenſium Conſervator. 474. *Provinciarum trium Narbonenſium Conſervator.* 474.
Dominus noſter Athalaricus rex. 480.
Auguſtæ Cæſareæ Conſervator Juſtinianus Auguſtus. 478. 479.
Auguſto Imperatori, Societatis Protectori, Theſſalonicenſes. 478.
Chriſte exaudi Chriſtianos. 466. ter.
Chriſte exaudi Chriſtiani Vota Orbis. 466.
Chriſte exaudi duos. 466.
Chriſte exaudi quatuor. 466.
Civitates Narbonenſes. 467.
Concordia Chriſtianorum Imperatorum, Chriſtianorum gaudium, 465.
Concordia omnium civitatum. 465.
Imperator Chriſtianus. 467.
Karthaginienſes. 467. *Karthaginienſes Chriſtiani.* 467. *Mercatores Karthaginienſes Chriſtiani.* 467.
Moneta Arelatenſis. 478.
Permiſſu Auguſti. 477.
Protector Karthaginis. 467.
Protectorem Karthaginis exaudi Chriſte. 467. bis.
Protege Juſtinianum Deus. 467.
Protege Juſtinianum Deus Salvator noſter. 467.
Rhodanus. 465.
Dominus noſter Theodahatus rex. 481.
Victoria accepta Conſule Auguſto maxima. 478.
Victoria Auguſtorum. 474. bis.
Victoria trium Auguſtorum, 474. 480.
Victoria Chriſtianorum accepta Conſule Theodeberto. 478.
Viceſima. 476.
Vitices rex. 481.
Vota multa Hoſpiti Tranſpadanorum Imperatori. 466.
Votis multis Victorum maximorum. 466.
Urbes Tranſpadanæ ſalutant Juſtinianum Imp. Protectorem ſuum. 476.
Juſtiniani Felicitas Victo Deſpota Syriæ, Felicitas Cæſareæ Auguſtæ. 507.

THEODEBERTVS AVG.

Cabillonum. 466.
Chriſte exaudi Theudebertum. 466. bis. 480.
Dominus noſter Theudebertus Imperator Perpetuus Auguſtus 479.
Dominus noſter Theodebertus Victor. 479. bis.
Johannes. 480.
Teudebertus Imperator Auguſtus. 480.
Teodebertus Imperator Auguſtus. 480.
Victoria Theodiberti. 480.
Victoria accepta Conſule Domino noſtro Perpetua. 479.
Victoria trium Auguſtorum. 479. ter.

BADVELA REX.

Dominus noſter Anaſtaſius Perpetuus Auguſtus. 480

Dominus noſter Baduela rex. 481.
Felix Ticinus. 481.
Floreas ſemper. 481.
LVRI ARRX. 481. 482.

THEIA Prorex.

Domnus Theia Prorex. 480.

ATHALARICVS REX.

Dominus noſter Juſtinus Perpetuus Auguſtus. 480.
Dominus noſter Juſtinianus Aug. 480.
Invicta Roma. 481.

THEODAHATVS REX.

Dominus noſter Juſtinianus Auguſtus. 481. bis.
Thaudahatus. 481.
Invicta Roma. 481.
Victoria Principa. 481.

VITICES REX.

Dominus noſter Juſtinianus Auguſtus. 481.
Invicta Roma. 481.

SICARDVS.

Victoria Principis. 482.

GRIMVALDVS.

Victoria Principum. 482.

HILDERIX REX.

Felix Karthago. 482.

TIBERIVS CONSTANTINVS AVG.

Dominus noſter Tiberius Conſtantinus Perpetuus Auguſtus. 483. &c.
Dominus noſter Tiberius Conſtantinus Imperator Parens Patriæ. 485.
Dominus noſter Tiberius Conſtantinus Tranſpadanorum Perpetuus Auguſtus. 483. 484.
Dominus noſter Tiberius, Narbonenſibus iterum jungens Tranſpadanos, appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator. 484.
Dominus noſter Tiberius, Narbonenſium omnium votis, junctis Imperio iterum Tranſpadanis, appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator. 484.
Nobiliſſimus Tiberius Imperator, Narbonenſes omnes civitates iterum jungens Tranſpadanis: appellatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator. 484.
Tiberius Conſtantinus, decreto Senatus veniens ad Italiam adjungendam Imperio, ibi appellatur, Tranſpadanorum omnium Mercatorum conſenſu, Imperii Conſervator. 484.
Lux mundi Chriſtus. 485.
Narbonenſes Mercatores Chriſtiani. 485.
Narbonenſium omnium civitatum Negotiatores adhuc Tranſpadanis adjungens Tiberius Auguſtus, Parens Patriæ appellatur. 483.
Urbes Narbonenſes Tranſpadanis iterum jungens, ſub Mauricio Imperatore, Tiberius Auguſtus, nuncupatur Parens Patriæ, Imperii Conſervator. 483.
Tranſpadani Chriſtiani Viceſimam perſolverunt. 485.
Triceſima. 485.
Viceſima. 484. 485.
Victoria Tiberii Auguſti. 485.
Victoria Auguſtorum, AVGG. 485.
Victoria trium Auguſtorum. 485.

MAVRICIVS AVG.

Dominus noſter Mauricius Tiberius Perpetuus Auguſtus 486. 487.
Dominus noſter Mauricius, Auguſtus Perpetuus, Imperator. 487.
Dominus noſter Mauricius, Perpetuus Rogatu Populi Romani Auguſtus. 487.
Dominus noſter Mauricius Auguſtus Imperator, Tiberius Perpetuus Auguſtus. 487.
Dominus noſter Mauricius Heros Chriſtianus. 489.
Dominus noſter Mauricius Imperator, Perpetuus Auguſtus Urbium Tranſpadanarum. 488.
Dominus noſter Mauricius, Civitatum Narbonenſium Perpetuus Auguſtus. 488. ter.
Dominus noſter Mauricius, Narbonenſium Perpetuus Auguſtus. 488.
Dominus noſter Mauricius, Perpetuus Auguſtus Arelatenſium. 489.
Dominus noſter Mauricius, Urbium Romanarum Perpetuus Auguſtus. 489.
Dominus noſter Mauricius, Imperatoris Juſtiniani Legatus, poſt primam Victoriam Imperator. 489.
Chriſte ſerva Imperatorem, Liberatorem Arelatenſis civitatis. 490.
Mauricius Tiberius Auguſtus, civitates omnes Italiæ Tranſpadanæ jungens Narbonenſibus, tranquillitati perpetuæ proſpexit Italiæ Tranſpadanæ. 488.
Mauricio vice ſua Tiberium Auguſtum imponente Italiæ nobiliſſimis urbibus; Senatus inſtituit Perpetuum Auguſtum utrumque Imperatorem. .)(. *Victoria optabilis Imperio univerſo, aſſeruit Urbes Tranſpadanas omnes Nobiliſſimas Auguſto utrique Imperatori.* 490.
Mauricius conſocians Narbonenſium Urbes Italiæ urbibus, nuncupatur Imperator: Idem Narbonenſibus adjungens Italos, Italiæ quoque conſtituitur Auguſtus. 490. bis.
Mauricius Auguſtus Prætor Urbanus Hereditarius Urbis Narbonis. 490.
Mercatores Urbium Narbonenſium. 489.
Mercatura aucta Urbium Narbonenſium. 489.
Moneta Arelatenſis. 489.
Narbonenſes Mercatores. 489.
Narbonenſes Mercatores Chriſtiani. 489.
Viceſima. 487. 488. quater.
Victoria Auguſtorum duorum. 490.
Victoria trium Auguſtorum. 490.
Victoria univerſo optabilis Romano Imperio, aſſeruit Italiam Tranſpadanam omnem Auguſto utrique. 489.
Victoria optabilis Romano Imperio, aſſeruit Urbes Tranſpadanas omnes Auguſto utrique. 489.
Vienna, de officina Laurenti. 489.

JVSTINIANVS Juſtiniani F.

Dominus noſter Juſtinianus, Mauricii vice Legatus, Tranſpadanas urbes ſociavit adhuc Narbonenſibus. 493.
Dominus noſter Juſtinianus ſervus Chriſti. 493.
Domini noſtri Juſtinianus & Tiberius Perpetui Auguſti. 493.
Jeſus Chriſtus Rex regnantium. 493.

TIBERIVS REX ARELATENSIS.

Arelatenſes Naviculatii Tiberio Regi, Mauricii Imperatoris Vicario obtulerunt. .)(. *Betto Monetarius Provinciæ ac Civitatis Arelatenſis. Argenteum tributum.* 493.

FILEPICVS.

Dominus noſter Filepicus, Mauricii vice Legatus, Tranſpadanas urbes ſociavit adhuc Narbonenſibus. 493. 494.

FOCAS AVG.

Dominus noſter Foca Cæſar Perpetuus Auguſtus. 496.
Dominus noſter Foca Perpetuus Auguſtus. 494.
Dominus noſter Foca Narbonenſium edicto Perpetuus Auguſtus. 494. ter.
Dominus noſter Foca Urbium Narbonenſium Perpetuus Auguſtus. 494.
Dominus noſter Foca Senatuſconſulto Perpetuus Auguſtus. 494.
Dominus noſter Foca, Legatus Perpetui Auguſti Domini noſtri Mauricii. 495.
Flavius Juſtinus Focas Perpetuus Auguſtus. 494. 495.
Foca Chriſtianus. 495.
Φόκας Καῖσαρ. 496. 504.
Miſerere Chriſte Focæ adoleſcentis. 468.
Miſerere Domine Focæ adoleſcentis. 468.
Chriſtiani Narbonenſes Mercatores Romano Principi ſubjecti. 496.
Civitates Chriſtianæ Tranſpadanæ, Romano Principi ſubjectæ. 499.
Mercatores Chriſtiani. 496.
Viceſima. 496. bis.
Victoria Auguſtorum. 496.
Victoria duorum Auguſtorum. 496.
Victoria trium Auguſtorum. 496.

APTEMIVS ANASTASIVS.

Dominus noſter Aptemius Anaſtaſius, Mauricii Heroïs Legatus. 496. 497.

HERACLIVS AVG.

Ἡράκλειος Καῖσαρ. 499. 504.
Dominus noſter Heraclius Perpetuus Auguſtus. 497. &c.
Dominus noſter Heraclius, Perpetuus Auguſtus Urbium Tranſpadanarum. 497.
Domini noſtri Heraclius Imperator, & Eraclius Conſtantinus. 497.
Domini noſtri Heraclius, & Heraclius Conſtantinus. 497. 498.
Domini noſtri Heraclius & Heraclius Conſtantinus Perpetui Auguſti. 497. 498. bis. 499. ter.
Domino majori noſtro Eraclio Imperatori obſequens Conſtantinus venit Legatus in Italiam. 497.
Dominus noſter Eraclius, Conſtantinum, legatione Italiæ obita, reddidit Narbonenſibus. 498.
Dominus noſter Heraclius Tranſpadanorum Perpetuus Auguſtus. 499.
Domini noſtri Heraclius & Heraclius Conſtantinus, Perpetui Auguſti Urbium Tranſpadanarum. 499.
Domus Nobiliſſima Heraclii Imperatoris Auguſti. 498.
DEVS APVD DEVM, iterum Urbes Tranſpadanas adjunge Romanis. 498. bis.
Chriſtiani Narbonenſes Mercatores. 499.
Viceſima. 498. 499.
Victoria Auguſtorum. 499. bis.
Victoria duorum Auguſtorum. 499. quinquies.
Victoria duorum Auguſtorum tertia. 499.
Victoria trium Auguſtorum. 499.

CONSTANTINVS Heraclii filius.

Dominus noſter Conſtantinus Perpetuus Auguſtus. 499.
Victoria Auguſtorum. 499.

CONSTANTINVS Heraclii Aug. frater.

Κωνσταντῖνος. 500.
Dominus noſter Conſtantinus pater. 502.
Conſtantinus pater. 502.
Pater Conſtantinus Perpetuus Aug. 502.
Dominus noſter Conſtantinus Imperator, Civitatum omnium Perpetuus Auguſtus. 502.
Dominus noſter Conſtantinus omnium Narbonenſium Senator Perpetuus. 503.
Dominus noſter Conſtantinus Imperator, & Conſtantius. 503.
Domini noſtri Conſtantinus Imperator, & Conſtantius, Perpetui Auguſti. 503. ter.
Chriſtianæ Civitates Tranſpadanæ. 502.
Conſtantino vincente Deſpotam Palæſtinæ, Felix Cæſarea Auguſta. 507.
Mercatores Siculi. 504.
Societas edicto Imperatorum iterum ſtabilita. 501.
Viceſima. 502. bis.
Victoria Auguſtorum. 502. 503.
Victoria Auguſtorum vindicans Imperio Urbes Italiæ decem. 502.
DEVS Apud Deum, iterum Urbes Tranſpadanas adjunge Romanis. 503.

LEO IMP. poſt Heraclium.

Λέων Καῖσαρ. 504.
Nobiliſſimus Leo Narbonenſium Protector. 504.
Leo pater, Auguſti Legatus, & Conſtantinus pater, avunculus: Leo filius, Cæſaris nepos, Cæſar junior: & Conſtantinus junior. 505. bis.
Leon & Conſtantinos. 506.
Conſenſu Narbonenſium omnium Leo Nobiliſſimus, Perpetui Auguſti Mauricii vice Legatus, & Cæſar Nobiliſſimus Conſtantinus, adjunxere Narbonenſibus Tranſpadanæ Italiæ Nobiliſſimas Urbes novem. 504.
Victoria Auguſtorum. 504.

THEODOSIVS Juſtiniani genet.

Theodoſius Juſtiniani gener Auguſtus. 507.

Jam fieri caſu poſſe qui dixerit, ut ſententiæ ſub his litteris legantur, tam ſeriæ, tam multæ, tam nativæ, tam puri ac Latini ſermonis, tam nexæ inter ſe, ut non modo nulla alteri adverſetur, ſed omnes & mirifico quaſi concentu inter ſe conſentiant, & ſeriem temporum eventorumque exhibeant; tam denique prolixæ, ut earum quædam periodicæ ſint, quædam triginta etiam litteris ſeu vocibus conſtent; contendat idem poſſe ex conjectis temere humi litterarum elementis Iliadem vel Odyſſeam caſu exſiſtere; & alias ex his ipſis litteris ſententias elici oſtendat poſſe, æque cohærentes inter ſe, æque probabiles.

INDEX
RERUM INSIGNIORUM
in nummis Sæculi Juſtinianei.

A.

APtemius Anaſtaſius. 497.
AR CI 493.
Arelatenſis Moneta. 478. 489.
Arelatenſis Rex Tiberius. 492.
Argentea numiſmata regum. 480.
Auguſti non ultra annos XX. 477.
Aurea numiſmata ubi preſertim cuſa ſint. In Præfat.
Aurea numiſmata Imperatorum, argentea regum. 480. 482.
Αὐτοκράτορες Ῥωμαίων. 506.

B.

B ℞ Є 466.
Betto Monetarius. 492. *bis.*

C.

CArolus Imperator Pius Felix Perpetuus Auguſtus. 507.
Carolus Rex Siciliæ, Senator Urbis. 503.
Chriſti & Deïparæ effigies in nummis Juſtini. 468. *bis.* 469. ter 470. bis. 471. ter.
Chriſti effigies in nummo Juſtiniani. 477.
XPE PROTEGE LVDOVICVM IMP. 465.
℞ in veſtis fibula. 467.
C N 467. bis.
CON non eſt Conſtantinopolis. 466. 471. 483.
CORMOB 472.
Crux in nummis Chriſtianos denotat. &c. 465. 466. 468.
Crux in extremis capitibus jugata, quando primum in nummis. 485. 500. Et cur. 500. *bis.*

D.

DARDANICI. 498.
Δ Є Δέκιε ἰσχὴ *Voto publico.* 506.
Δ ℞ Є 466.
Deïparæ effigies in nummis Juſtini. 468. &c. in nummis Focæ Aug 494.
D. N. quando ſcribi deſitum in nummis. 504.
Du-Cangii V. Cl. laus. In Præfat. Hæſitatio ejuſdem de Nummis poſt Heraclium cuſis. 500. 501. *bis.*

E.

Є A. 465. bis.
Є A AN. 465.
Є B. 466.
Є Γ 465.
Є Δ 466.
Є + 465. 466. bis.
Є ϗ 466.
EMMANOYHA. 507.
Evangelium in manibus Auguſtorum. 485. *bis.* &c.
Eufemia Aug. 472.
EXONA FICI. 492.

F.

FElix Karthago. 483.
Felix Ravenna. 483. *bis.*
Felix Reſpublica. 472.
Felix Ticinus. 481. 483.
Floreas ſemper. 481.
Foca ſæpius in nummis ſcribitur, quam *Focas*. 494. Numquam per PH. 494. Nomen eſt Latinum. 468.
Focæ Cæſaris nummus. 468.
Focas cum Mauricio Aug. ſimul fuit. 483.
Focas frater Juſtini Aug. fuit. 468.
Focæ Auguſto annos XIV. tribuunt nummi veteres. 495. Focæ primus annus ab ultimo Juſtiniani anno nonniſi triennio diſtat. 483.

G.

Γ ℞ Є 466.
GNA 465.
Grimualdus. 482.

H.

HEraclii medaglio fictus. 499. 500.
Heros Mauricius. 489. 496. 497.

I.

+ I Imperatorem Chriſtianum ſignificat. 465. ter. 467. *bis.* 469. *bis.* 470. 471. 475. *bis.* 476. *bis.* 485. 487. 488. ter. 589. 498. 500. 501.
IIT *Imperator iterum.* 465.
Imperator quid ſit. 489.
Imperiales in Italia Urbes Tranſpadanæ. 480.
Imperium Romanum quam late pateret ſæculo Juſtinianeo. In Præfat.
IN 465.
IND. 463. 464. 485. 489. INDICTIONE VIII. 498.
Invicta Roma. 465. *bis.* 481. *bis.*
Italia Tranſpadana quæ ſit. 469.
Junctio. 471.
Juſtinianus, Juſtini gener. 470. *bis.*
Juſtinianus quot urbes condiderit 478.
Juſtiniani annus in nummis nullus ante XI. vel XII. 475. 477. *bis.* nullus poſt. annum XXXV. 477. *bis.* Cur 483.
Juſtinianus junior filius Juſtiniani Aug. 486.
Juſtinus in nummis habet annos XIII. 472.
Juſtinus junior Auguſtus, Juſtini Aug. filius. 472. 473.
Juſtinus junior, Juſtiniani ſucceſſor, nullus fuit. 472. 473.

K.

K. 467. Vide PK.
K Δ 466. 467.
K Γ 466. 467.
K Є 466. 467.
K + 466. 467.
Karthago ſub Juſtino, qualis ſub Juſtino. 470.
KωNTAN EVΔ KЄC AVГ. 507. *bis.*
K cum cruce, Χριστιανὸς Καῖσαρ eſt. 468. 469. *bis.* 470. 471. *ter.* 472. 475. *quinq.* 467. 484. *bis.* 486. 487. *bis.* 488. *quinq.* 489. 496. 501.

L.

LEgati & Vicarii Auguſtorum. 489.
Leo nomen Græcæ originis. 504.
Leo Imp. Leonis Imp. abnepos, Zenonis pronepos &c. 504.
Lugduni percuſſa numiſmata nulla nomine Auguſtorum poſt Jovinum. In Præfat.
Lux Mundi, Chriſtus. 485.

M.

M cum cruce, *Chriſtiani Mercatores.* 468. & alibi ſexcenties.
M + I K 467.
Mauricius Juſtiniani Imp. conſobrinus, non gener Tiberii fuit. 490.
Moneta Arelatenſis, in nummis Juſtiniani. 478. Mauricii. 489.
Monogrammata in nummis quando ſcribi cœp a. 465.

N.

NM. 470.
NN + I K. 466.

O.

OC 465.

P.

PK 467.
PP K Є. 467.

R.

REnovatio Romani Imperii. 507.
Rhodanus, in nummis Anaſtaſii, Juſtini, & Juſtiniani. 465. bis.
Romanum Imperium. Vide, Imperium Romanum.

S.

SAnCti Dionyſii. 492. 493.
Senator Narbonenſium. 503.
Senator Treverorum. 503.
Senator Urbis Romæ. 503.
Sicardus. 482.
Siſciæ nulla percuſſa numiſmata poſt Gratianum. In Præfat.
Sol Romani Principis ſymbolum. 466. & alibi ſæpiſſime. 466.

T.

THeodebertus æqualis Anaſtaſio, Juſtino, & Juſtiniano fuit. 465.
Theodoricus in nummis nullus. 482. *bis*.
Theodoſius junior nullus fuit. 472.
Theopolis, Θεόπολις, Pruſa. 478. *bis*.
Tiberius, prænomen Claudiæ gentis. 486.
Tiberius Conſtantinus Juſtiniani Aug. filius fuit. 485. 486.
Tiberius Conſtantinus annos octo habet in nummis. 48 .
Tiberius Rex Arelatenſis. 492.
Totile. 481.
Tranſpadana Italia quæ ſit. 469.
Treveris nulla percuſſa numiſmata Auguſtorum nomine poſt Jovinum. In Præfat.

V.

VIcariatus Imperii in Arelatenſi regno. 492. *bis*.
Vienna, *de Officina Laurenti*. 489.
VITA. 470.
VOT MVLT. H T I. 466.
VOT MVLT V M. 466.
Vota Orbis. 466.

X.

XChriſtianos ſignificat. 465. 466. 472. 494. 495.
XX G 465.
XX *Chriſtiani*. 495. *bis*.

Simul Augusti fuere,
BASILISCUS, ANASTASIUS, JUSTINUS,
anno Christi 441.



4
Simul Augusti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
anno Christi 442.



5
Simul Augusti fuere,
ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS, THEODEBERTUS,
anno Christi 448.





Numism. JUSTINIANI *Numism THEODEBERTI AUG.*



Simul Augusti fuere.

ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
anno Christi 448.





Simul Augusti fuere.

JUSTINUS & JUSTINIANUS,
anno Christi 452.





Simul Augusti fuere.

ANASTASIUS, JUSTINUS, JUSTINIANUS,
anno Christi 452.



Numismata JUSTINI AUG.



9

Numismata FOCÆ CÆSARIS, ad annum Christi 442.



10

Numismata, in quibus anni sunt notati, quibus imperavit JUSTINUS AUG. hoc est ab anno Christi 441. ad annum 453.



Nimismata JUSTINI AUG. ab anno Christi 441 ad annum 453.



II

Nimismata alia JUSTINI AUG.
Post annum Christi 441 ante annum 453.



Nimismata JUSTINI JUNIORIS AUG.
Anno Christi 441.

13

Numismata ANASTASII, JUSTINI & JUSTINIANI,
Cum simul essent Augusti: ab anno Christi 441. ante annum 448.



14

JUSTINIANUS AUG.

Anni in Numismatis Justiniani Aug. notati.
Ab anno Christi 452. ad 475.





JUSTINIANUS AUG.



15.

Numismata alia JUSTINIANI AUG.
Ab anno Christi 452.





17.

Simul Augusti fuere,

THEODEBERTUS & JUSTINIANUS,

anno Christi 452. & 454.



18.

Numismata ***ANASTASII, JUSTINI, & JUSTINIANI,***

Cum Regum Sociorum nominibus.

Anno Christi 441.

ANASTASIUS, RADUELA, & THELA.



Anno Christi 453.

JUSTINUS, RADUELA, & ATHALARICUS.



Anno Christi 454.

JUSTINIANUS, ATHALARICUS, THEODAHATUS, VITICES.

Ab anno Christi 442. ad 448.

RADUELA REX.



Anno Christi 454.

ATALARICUS WITICES.



Anno Christi 454.

THEODAHATUS.



TOTILA.

Anno Christi 460.

SICARDUS.



GRIMUALDUS.



19

URBES QUÆDAM,

Quarum nomina stant in nummis scripta sub ANASTASIO AUG. ab anno Christi 441.



20.

TIBERIUS CONSTANTINUS.

Anni descripti in numismatis TIBERII CONSTANTINI. ab anno Christi 474. ad annum 481.



21.

Numismata alia TIBERII CONSTANTINI, ab anno Christi 474.





23.

MAURICIUS AUG.

Anni MAURICII *Aug. in nummis notati, Ab anno Christi 473. usque ad 492.*



MAURICIUS AUG.



24

Numismata alia MAURICII AUG. ab anno Christi 473.



26.

Numisma TIBERII REGIS ARELATENSIS.
Circiter annum Christi 489.

Numismata BETTONIS Monetarii.





JUSTINIANUS JUNIOR, TIBERIUS F. & FILEPICUS.

Ab anno Christi 475. usque ad annum 491.



FOCAS AUG.

Anni in Numismatis FOCÆ AUG. notati ab anno Christi 474. ad annum 487.





FOCAS AUG.

22

29.

Alia **FOCÆ AUG.** *numismata, post annum Christi 474.*



30.

APTEMIUS ANASTASIUS,
Circiter annum Christi 476.



31.

HERACLIUS AUG.

Anni in numismatis HERACLII AUG. notati, ab anno Christi 476. ad annum 491.





NUMISMATA SÆCULI JUSTINIANEI.

HERACLIUS AUG.



32.

Alia Numismata HERACLII AUG.

post annum Christi 476.



MAURICII AUG. *FOCÆ AUG.* *HERACLII AUG.*



35.
Simul Augusti fuere,

TIBERIUS CONSTANTINUS, MAURICIUS, FOCAS, HERACLIUS, CONSTANTINUS frater HERACLII.

TIBERII CONSTANTINI. *MAURICII.* *FOCÆ.* *HERACLII.* *CONSTANTINI fratris HERACLII.*



MAURICII. *HERACLII.* *TIBERII CONSTANTINI.* *FOCÆ.* *CONSTANTINI fratris HERACLII.*



MAURICII. *FOCÆ* *CONSTANTINI fratris HERACLII.*



36.
CONSTANTINUS HERACLII AUG. F.



38.
***CONSTANTINUS** frater **HERACLII AUG.** cum **CONSTANTINO, CONSTANTIO,** & **CONSTANTE** liberis, ab anno Christi 486. ad annum 514.*





39.
*Numismata alia **CONSTANTINI AUG.** fratris **HERACLII**, cum liberis: post annum Christi 486.*





39.

Numismata alia CONSTANINI AUG. *fratri* HERACLII *cum liberis: Post annum Christi 486.*



40.

Ejusdem CONSTANTINI *Numismata Peculiaris formae*

41.

Simul Augusti fuere.

FOCAS, HERACLIUS, LEO

anno Christi 487.





42.

Numismata LEONIS, & CONSTANTINI *filii* HERACLII AUG.

Post annum 487.



CONSTANTINUS, & LEO *Junior*.



43.

Numismata Græca tria
in urbe Cæsarea Palestinæ percussa.



44.

THEODOSIUS

THEODOSII prioris abnepos, JUSTINIANI junioris gener.

Anno circiter 495.

ANTIQUA NUMISMATA REGUM FRANCORUM.

POst illuſtrata fere omnia ſuperiorum temporum Numismata, in libris quos conſcripſimus de Nummis Herodiadum, Hiſtoriæ Auguſtæ, ſæculi Conſtantiniani, Theodoſiani, ac Juſtinianei, ſupereſt in eo eruditionis genere pars longe utiliſſima ſacroſanctæ Religioni propugnandæ, quæ antiqua Numiſmata Regum Francorum complectitur. Summopere utilem tuendæ Catholiæ fidei eſſe hanc eruditionis partem non ſine cauſa dicimus. Nam ex ea elucidata ille haud certe exiguus fructus eſt conſecuturus; ut mendaces appareat eſſe primarios ac veteres hiſtoriæ Francorum architectos; qui in ea condenda ſimul eo ſpectavere, ut eadem opera ſacroſanctam Religionem noſtram, ſi qua poſſent arte, convellerent. Enimvero ut cogitata perficerent, neceſſe fuit, ut cum Deum non alium haberent, præter Naturam & lumen Veritatis ſive Rationis naturale, ſuaderent ſua ſcripta legentibus hanc fuiſſe locorum omnium ac temporum fidem; in primis vero orbis Latini, ubi vixere. Hoc illi igitur cum animo agitarent, hiſtoriam texuere præſertim, Regum Francorum ex nummis, quos habuere in manibus: nam unde ad nos hi nummi, niſi per ipſos, perveniſſent? Sed cum hi non ſint niſi aliquo labore, ac ſeria conſideratione explicabiles; properarentque illi potiorem conſilii ſui partem exſequi, quæ ſanctiſſimæ Religionis placita ſpectat; digeſſere nummos veteres ut libuit; & ſi nomina Regum exceperis, fabuloſam adeo hiſtoriam condidere, ut nulla ſit magis. Ergo ſacroſanctæ noſtræ Religionis intereſt, non modo ſcriptores illos demonſtrare, quantum ad doctrinam attinet, atheos fuiſſe; id quod Deo adjuvante alibi ex parte confecimus; verum etiam cum eamdem impietatem per fictas hiſtorias ſtabilire moliti ſunt, ſcriptores fuiſſe mendaciſſimos; id quod Deo pariter juvante patefacere nunc aggredimur. Præmitti autem ac ſubinde inſeri quædam alia, præter nummos, argumenta oportebit, quæ ſunt cum illis connexa, & unum corpus efficiunt doctrinæ, quæ ad hiſtoriam Regum Francorum pertinet, quantum poteſt ea ex certis monumentis nummorumque veterum contemplatione colligi. Nullum interim monumentum falſi arguemus, niſi quod & reipſa falſum ſit, & (niſi detegatur) poſſit opponi ad conciliandam fidem ſcriptis, ut creditur, veteribus; quibus dum fabulæ pro vera hiſtoria obtruduntur, ſimul Chriſtiana fides impugnatur.

§. 1.

Francorum nomen unde ſit.

QUæ de Francorum origine a plerisque produntur, meræ eæ fabulæ ſunt. Nihil aliud Francus, quam liber eſt, *franc*. Papias in Vocabulario, *Liber*, *Francus homo*. Fuit temporibus Conſtantini, ut diximus ad annum XLIV. ſæculi Conſtantiniani, FRANCIA in nummis ipſius inſcripta, peculiare nomen regionis, ubi nunc eſt pars Palatinatus Rheni, Ducatus Bipontii nimirum, *le Duché des Deux Ponts*, ut nunc quidem videtur. Ibi certe veſtigium veteris appellationis eſt, in oppido, cui nomen eſt *Frankeſtein*.

Francus igitur nomen eſt libertatis. Et quidem liberi dici cœpti ſunt in Galliis, poſtquam eas Cæſar luſtravit, ii qui juris ſui & immunes eſſe permanſerunt, non tributarii. Hi a Plinio appellantur, libro IV. ſect. XXXI. XXXII. & XXXIII. In Belgica quidem, *Nervii liberi*, *Sueſſiones liberi*, *Ulmanetes liberi*, *Treveri liberi antea*, hoc eſt, ante Veſpaſiani tempora; *Lingones fœderati*, *Remi fœderati*. In Lugdunenſi deinde, *Hedui fœderati*, *Carnutes fœderati*, *Meldi liberi*. *Secuſiani liberi*, *in quorum agro colonia Lugdunum*. In Aquitania, *Santones liberi*, *Bituriges liberi cognomine Ubiſci*, *& qui Cubi appellantur*: denique *Arverni liberi*. Jam tum igitur Francæ eæ civitates fuere; hoc eſt, liberæ, ſuique juris, nec Romanis legibus moribusve obnoxiæ. Ex illa autem Francia, quæ in nummis Conſtantini pingitur, aliave, ſi qua fuit, propagatos eos eſſe, vel profectos, qui regnum Francorum in Galliis condiderint, errans opinio eſt.

Liberi populi in Occidente nullum cudebant numisma honori Auguſtorum. Non Italia, non Sicilia, non Hiſpania quoque, ex quo *univerſæ Veſpaſianus Imperator jactatus Reipublicæ procellis*, ut Plinius loquitur, libro III. ſect. IV. *Latii jus tribuit*. At Gallia Narbonenſis quippe quæ fuit Romana provincia, & tota fere prima Lugdunenſis, numismata percuſſerunt nominibus Cæſarum. Parebant enim Imperatoribus Regibusque a Romano Senatu ſive Narbonenſi conſtitutis. Nihilominus Francæ eædem provinciæ duæ, ſive liberæ, alia acceptione vocis fuere: quod ſcilicet nulli ibi eſſent, ut in reliqua Gallia, ſervi; omnes liberi naſcerentur. Qui ergo reges a Senatu Populoque Romano, hoc eſt, a Comitiis Romanorum Gallorumque provinciæ Narbonenſis ac primæ Lugdunenſis conſtituebantur Reges: ii appellari Reges Francorum potuere; ſed ii dumtaxat, qui omnibus Francis præeſſent; hoc eſt, quibus utraque illa provincia integra adminiſtranda committeretur; non qui alteram dumtaxat, aut ſimul utramque regerent cum collega. Eam ob rem in nummis legitur, CLODOVEVS REX, CHILDERICVS REX, DAGOBERTVS REX, & ſic alii: nullus tamen inſcribitur REX FRANCORVM; quoniam nullus eorum utramque illam provinciam ſolus gubernaret. Nam id ante Pipinum & Carolum non contigit, ut inferius viſuri ſumus.

Prima acceptione vocis *Francus*, pro libero a Romanis legibus & Imperio, Reges Francorum appellavere ſe Hugo, Robertus, Philippus I. & poſteri, cum multi eſſent in eorum ditione ſervi, atque etiam Pariſiis, ubi præter alios fuere usque ad Ludovici X. tempora, ſervi dicti de corpore Beatæ Mariæ, quorum hereditas cum liberis ad Eccleſiam Pariſienſem redibat, quæ eſt dicata Deiparæ. Poſteriore ſignificatione, qua Reges primæ & ſecundæ ætatis dici potuerunt Reges Francorum, appellari deinceps Francos & Reges Francorum juſſit Ludovicus X. qui naſci omnes liberos in toto regno præcepit.

Hinc vero duo conſequuntur digna notatu. Prius eſt, ſi loqui accurate volumus, (ſed ſibili metu præſtat cum vulgo loqui:) non ſic intelligi regnum Francorum oportere, ut nomen gentis ſit, *le Royaume des François*; ſed ut ſignificet libertatem, *le Royaume des Francs:* quomodo Turci etiam ipſi nos vocant, *Frank* & *Frenk*; appellatione, quæ liberos, non quæ liberos, non quæ Francicos ſignifieet. Ita certe admonuit Ludovicus X. Rex, qui Hutinus eſt cognominatus; edicto eo, quo ſervos, qui tunc erant in regno, in Francia præſertim occidentali, plurimi, libertatem juſſit pecunia redimere: quoniam Francorum idcirco Regnum appellaretur, quod Francos, hoc eſt, liberos omnes eſſe oporteret, qui hoc regnum incolerent. Eſt illud edictum in Camera Computorum Pariſienſium, in primo Memorialium volumine, fol. 77. Deſcripſit autem integrum Du-Cangius in Gloſſario, verbo *Manumiſſio*. Sic autem incipit:

Loys par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, à nos amez & feaux Meſtre Sance de Chaumont, & Meſtre Nicole de Braye, ſalut & dilection. Comme ſelon le droit de nature chacun doit naiſtre franc; & par aucuns uſages ou couſtumes, qui de grande ancienneté ont eſté entreduites & gardées juſques cy en noſtre Royaume; & par avanture par le méffait de leurs prédeceſſeurs, mult de perſonne de noſtre commun peuple ſoient enchus en lien de ſervitude & de diverſes conditions, qui moult nous deſplet: Nous conſiderans que noſtre Royaume eſt nommé LE ROYAUME DES FRANCS; *& veillans que la choſe en verité ſoit accordante* AU NOM: *& que la condition des gens amende de nous en la venuë de noſtre nouvel gouvernement: par deliberation de noſtre grant Conſeil, avons ordené & ordenons, que generaument par tout noſtre Royaume, de tant comme il puet appartenir a Nous & a nos ſucceſſeurs, teles ſervitutes ſoient ramenées* FRANCHISE. . . . *Donné a Paris, le tiers de Juillet, l'an de grace* 1315. Latuit iſtud edictum ſcriptoribus fabulæ de Franco, a quo Franci traxerint nomen; aliisque, qui Francos de Pannonia aliave provincia fuiſſe digreſſos ſunt fabulati.

Alterum ex dictis conſectarium iſtud eſt; cum Rex Francorum in nummis nemo ſcribatur, ante Pippinum falſa eſſe diplomata, aliave inſtrumenta, quæ a Mabillonio vel aliis afferuntur, & habent iſtos ſimileſve titulos: ut apud illum,

Pag. 463. Clodovei Magni: *Chlodoveus rex Francorum vir inluſter.*

Pag. 465. *Dagoberchtus rex Francorum.*

Pag. 466. Clodovei junioris: *Chlodovius rex Franc.*

Pag. 469. *Theudericus rex Francorum.* Item pag. 470.

Pag. 473. Clodovei III. *Chlodovius rex Francorum inluſter,* Item pag. 477. 479. 480. 481. 482. 483.

Pag. 484. Chilperici III. *Chilpericus rex Francorum, vir inluſter.* Item pag. 485. 486.

Pag. 488. *Theudericus rex Francorum vir inluſter.* Item ſigillum, pag. 385. + CHILDEI. . . REX FRACORVM. +. falſiſſimum. Similiter liber Legis Salicæ recens debet cenſeri, & ſpurius, in quo donatio refertur Childeberti regis, hoc initio: *Childebertus rex Francorum vir inluſter.* Quæcumque demum monumenta Reges Francorum commemorant ante Pippinum, ficta ea ſcriptave poſt annum Chriſti 1320. noveris.

§. II.

De ſcuto gentilitio Regum Francorum, vulgo, Des fleurs de lys.

IN ſcuto gentilitio Regum Francorum flores ſunt, de quibus duo quæri ſolent, alterum, cujus generis illi ſint; alterum, ex quo tempore, quaque occaſione pingi in nummis Regum vel ſigillis cœperint. Eſt autem prius illud cum poſteriore connexum.

Jam ante annos decem indicavimus obiter, ex ſimilitudine propemodum indiſcreta nummorum argenteorum Philippi Auguſti Regis Francorum, & Philippi Alſatiæ Comitis Flandriæ, recte ac manifeſte colligi, & unde ſint appellati flores iſti, *fleurs de Lys*; & quando ita primum cœperint appellari. Neque enim alius Regum Francorum ante Philippum Auguſtum flores habet in ſuis nummis ſimiles inſcriptos: & tunc habet ipſe, cum ſimiles in ſuis gereret Philippus Flandriæ Comes: eo quod data Iſabellæ, cujus hic avunculus fuit, in dotem Arteſia, cum ea Philippo Auguſto nuberet, anno 1180. communis tunc Franciæ & Flandriæ limes fuit amnis Liſius, *le Lys:* cujus in ripa & vicinis paluſtribus crescerent ii flores. Hos ergo circumſculpi voluit eodem tempore nummis ſuis uterque Princeps, ut ſe dominum amnis Liſii eſſe gloriarentur, ſive eo terminari ditionem ſuam. En nummi utriuſque iconem: Flandrenſis quidem argentei, uti exhibetur a D. le Blanc, pag. 174.

Tab. I. In interiore ambitu ſcriptum eſt, + PH. E. COM. FLAND. *Philippus Elſatiæ Comes Flandriæ.* In extimo, GRACIA DOMINI DEI NRI FACTUS SUM. In altera parte, Eccleſia cum turribus: inſcriptio, MONETA ALOST. *Aloſtenſis.* In extimo margine flores ſunt duodecim, ut in Groſſis Turonenſibus ſub S Ludovico ſunt tredecim, ibidem, pag. 200. prius autem in perpulcro nummo Philippi Aug. de quo proxime diximus, quem pingi curavimus in Operibus ſelectis noſtris, pag. 906.

Ibid. Atqui Philippus Elſatiæ obiit anno 1191. qui Philippi Auguſti annus undecimus fuit. Unde certo colligitur, flores iſtos non fuiſſe prius in nummis vel ſigillis Regum Francorum; neque horum proprios ac peculiares initio fuiſſe; ſiquidem fuere ſimul Comiti Flandrenſi communes: ac ne tunc quidem adſciti fuere pro ſymbolis ſive gentilitiis inſignibus; ſed pro marginis extimi ornatu in moneta.

Suboluit ex parte ea origo florum iſtorum in ſcuto Gallico, Joanni Jacobo Chiffletio in ſua Anaſtaſi, pag. 69. *Lilii florem*, inquit, *a Philippo ſumtum non equidem dubito ob Flori parentis juſſionem: ſed & ipſe quoque ad id induci potuit Lilii fluvio* (Liſum verius diceret) *ſuæ ditioni adjecto. Chronicon Ms. ex archivo S. Dionyſii propre Pariſios:* „ Anno MCLXXX. die Aſcenſionis Domini, Rex „ Philippus uxorem duxit Iſabellam, filiam Comi„ tis Hannoniæ Balduini, neptemque Comitis Flan„ driæ Philippi de ſorore; & cum ea, prout tracc„ tatum fuerat, recepit Atrebatum, cum omni ter„ ra, quæ fuerat Comitis circa fluvium DU LYS. „ *Hogerus Hovedenus:* „ Poſt Paſcha vero (anni „ 1180.) Philippus Rex Franciæ duxit in uxorem „ filiam Comitis de Hannonia, neptem Philippi Co„ mitis Flandriæ, filiam ſororis ſuæ: cui idem Co„ mes Flandriæ dedit in maritagio cum nepte ſua, „ totam terram de Vermandois, uſque ad aquam „ DE LIS. *Fluvius ille Francis,* LE LIS. *In chartis ſæculi duodecimi conſtanter vocatur Legia: ſequiore ævo, Liſa.* Quin immo verum nomen eſt *Liſus*; acco-

accolis, *le Lis*. Unde & Continuator Nangii, ad annum 1319. *Liſe fluvium* vocat.

Itaque flores amnis Liſi ſunt, quos Galli vocant *fleurs de Lis* : Itali : *fior da Liſi*: Hiſpani, *flor de Liſes :* Luſitani, *flores de Lys* : Flandri, *Liſchblomen*: Angli, *flower de lices:* cum lilia ſint Italis *gigli:* Hiſpanis, *lirios*: Anglis, *of lillies*, &c.

Teſtis etiam locuples hujus appellationis antiquæ eſt poëta Dantes Florentinus, qui obiiſſe fertur anno 1321. tum Cantu 29. de Pugatorio, ubi de ſenioribus viginti quatuor Apocalypſeos ita canit:

Coronati venien di FIOR DA LISO.

ubi præpoſitio *da* locum notat, ubi flores ii naſcuntur : ut altera *di*, rem ſive modum, quo res aliqua fit: Tum vero inſignius Cantu rurſum 20. ubi de vi facta Bonifatio VIII. Papæ anno 1303. ſub Philippo Pulcro, in oppido Anagnia:

Veggio in Alagna intrar lo FIOR DA LISO,
Et nel Vicario ſuo, Chriſto eſſer catto.

Noverat is igitur eſſe inſignia Regum Francorum flores Liſi, ſive flores ex amne Liſo, *fiori da Liſo:* alioqui diceret, *fiori di giglio.*

Eruditi viri jam ante nos obſervarunt, ſcilicet Andreas du Chesne, & D. du Tillet, in ſigillis Regum Francorum ejusmodi flores non apparere ante Philippum Auguſtum. Sed qua occaſione adſciti ab eo illi flores fuerint, neuter vidit: nempe cum factus eſt communis limes Franciæ, ob Arteſiam ei junctam, Flandriæque, Liſus amnis; cujus in paluſtribus ripis hic flos naſcitur ; quem Latini irin, Galli quoque *des iris ou des flambes*, ut ante nos viri eruditi viderunt. Eam ob cauſam etiam Odo IV. Burgundiæ Dux denarios cudi juſſit, cum floribus Liſi in ambitu, quales viſuntur in nummis Philippi Auguſti, & Divi Ludovici ; quoniam erat ipſe Comes Arteſiæ. Ante id tempus tamen vidimus nummum Remis cuſum, cum archiepiſcopi nomine, SANSON : quem obiiſſe ponunt anno circiter 1160. Eo in nummo, in angulis duobus crucis, quæ implet aream, flores duo ſunt, haud multum abſimiles Liſi floribus : cum tamen nondum ipſi Reges Francorum, in ſuis nummis ejusmodi flores haberent inſcriptos. Pinxit ejusmodi nummos Marlotus, ſed elegantiores, quam nummi ipſi exhibeant, in Metrop. Remenſi, tomo I. pag. 562.

Vetera inſignia Francorum fuiſſe bufones, fabula eſt nata ſub Carolo VI. hac occaſione. Anno 1382. trajecere amnem Liſum Franci, cujus eſt alveus altus, & ripæ paluſtres. Flandri audaciam mirati, Francos appellavere bufones, *Crapaux Franchos*; & *Liſch Kroffen*, hoc eſt, bufones Liſi amnis; quoniam quaſi bufones natando amnem Liſum trajeciſſent. *Liſch Kroffen* eos nuncupavere ſcilicet, quemadmodum flores Liſi amnis *Liſchblomen* vocant. Tranſitum illum victoriamque Francorum prolixe deſcribit Froiſſartus, tomo 2. cap. CVI. uſque ad CXX. Texuere Flandri tunc tapetes, in quibus pro tribus floribus, quæ ſunt inſignia Francica, acu pinxere tres bufones. Flores enim in ſcuto gentilitio Francorum tres tantum pingi, cum prius ſine numero plerumque pingerentur, Carolus VI. juſſerat. Inde creditum eſt a nonnullis, ut obſervat P. Meneſtrier, tomo I. *de l'Art du Blaſon*, pag. 319. fuiſſe bufones vetera Francorum inſignia. Poſtea nata fabula altera eſt de mutatis illis inſignibus in lilia ſub Carolo Magno, vel ſub ipſo etiam Clodoveo ; ac tertia demum de iisdem e cælo allatis.

Sermo ipſe vulgaris, quo Galli exponunt hæc inſignia, flores admonet e Liſo amne eſſe, non lilia. Lilia enim nemo ſapiens appellaret flores lilii; ſicut nec flores tres roſæ vel roſarum diceret, dum partes ediſſereret alicujus ſcuti gentilitii, *trois fleurs de roſe*: ſed tres roſas diceret. Unde in ſcutis quibusdam gentilitiis, quæ picta habent lilia hortenſia tria, tria lilia dicimus: *d'or à trois lys d'argent, feuillez & tigez de ſinople:* non tres flores lilii : argumento certiſſimo, cum flores dicimus, Liſi amnis flores, non lilia indicari.

Quin omnes igitur ſcriptores illi ſint ſuppoſititii ne dubites, qui *lilia* vel *flores lilii* inſignia fuiſſe Regum Francorum produnt, & ſe ſcripſiſſe ante obitum Philippi Pulcri mentiuntur. Non potuit certe vera horum inſignium origo ante id tempus ex hominum memoria deleri; nec niſi multo poſtea ſcripſiſſe exiſtimandi ſunt, qui lilia commemorant pro floribus Liſi amnis.

In his eſt Guillelmus Nangius, quem obiiſſe ferunt anno 1301. Nam is in geſtis S. Ludovici Regis, ſic aït: *Conſueverunt Reges in ſuis armis & vexillis* FLOREM LILII *depictum cum tribus foliis, comportare.* Non ante tempora Caroli VI. ſcripſit, quisquis eſt iſte.

Rigordum ſimiliter recentiorem multo puta, quam vult videri : qui de pugna Bovinenſi ſub Philippo Auguſto ſic habet : *Accurrunt quantocyeus ad aciem Regis, ubi videbant ſignum regale, quod eſt vexillum* FLORIBUS LILII *diſtinctum.* Sed ejusdem Continuator, ad annum 1319. *Liſe fluvium* vocat.

Adde illud præceptum Ludovici VII. anno 1179. pro inauguratione Philippi filii ſui, his verbis: *Poſtmodum poſitis ſuper altare corona regia, gladio in vagina incluſo, calcaribus aureis, ſceptro deaurato, & virga ad menſuram unius cubiti vel amplius, habente deſuper manum eburneam. Item caligis ſericis & iacinthinis, intextis per totum* LILIIS AUREIS. . . . . *Quæ omnia Abbas S. Dionyſii in Francia de Monaſterio ſuo debet Remis apportare, & ſtans ad altare cuſtodire.* Fictum præceptum poſt Philippi Valeſii exceſſum; nec tunc ſtatim quidem fortaſſis, ſed ſerius, ab his, ut veriſimile eſt, quibus illud honorificum eſſet.

Idem ferendum judicium eſt de ſcriptis aliis, vel monumentis, in quibus vel *flores lilii* ſive *lilia* pro Francorum Regum inſignibus commemorantur ante ſæculum XIV. vel picta eadem lilia ſunt, ſive in ſigillis, & manu Regum, ante Philippum Auguſtum, ſive in veſtibus ante Ludovicum IX. Ne ſanctus ipſe quidem Ludovicus, nec Philippus Audax, aut Pulcher, coronam geſtavit, ut nunc appellant, liliatam ; ſed ex trifolio tantum; cujuſmodi videre eſt in ſtatua Divi Ludovici, quæ pro foribus poſita eſt Ædis ſacræ Trecentorum, *des Quinze vingt*, Pariſiis, juſſu Philippi Pulcri. Vidimus apud Fulienſes ſigillum Philippi Valeſii, cum corona e floribus Liſi. In moneta Philippi I. & Ludovici VII. corona eſt cruce tergemina inſignis.

In diplomate, quod eſt apud Mabillonium, pag. 425. Philippus I. *in corona & ſceptri vertice habet lilium*, inquit, *uti ipſius pater, & ſubſequentes ab eis reges.* Ergo, inquam ego, falſum fictumque vel eo nomine cenſeri debet Henrici patris diploma & ſigillum. De Philippi ſigillo dicemus inferius. *Nempe lilium*, aït idem pag. 145. *jam tum, immo longe ante, ſymbolum erat regalis poteſtatis:* (a quo iſtud autem ſcriptore paulummodo inſigni eſt proditum?) *unde ſceptro regum ac coronæ ſuperimponi ſolebat : uti cernitur apud nos in primario Fredegundis lapide ſepulcrali, cujus corona liliata eſt : & in ſceptro ibidem Caroli Calvi in Bibliis Viviani abbatis :* quæ nempe manuſcripta ſervantur in Bibliotheca Colbertina. At hoc vel unum indicium Caroli V. Regis Francorum verius, quam Caroli Calvi, prodit ætatem fuiſſe, qua ſcripta hæc Biblia fuere. Et de corona Fredegundis idem ſtatuendum eſt, quod de tumulis exſtructis,

tum Clodoveo ad S. Genovefam, tum Chilperico ad S. Germanum, & de San Dionyſianis autem Divum Ludovicum, dudum pronunciavit vir harum rerum peritus D. de Peireſc, teſte Gaſſendo, in ejus vita, libro 2. facile hæc omnia falſi poſſe convinci.

In Actis Epiſcoporum Autiſiodorenſium, (pag. 502. Biblioth. Labbeanæ, tomo 1.) *homines regis*, pergit idem Mabillonius, *ſcilicet Philippi Auguſti*, (debuit dicere, Ludovici IX.) *fundo fluminis infixiſſe dicuntur trabeculas duas, hinc inde* FLORES LILII *ferreos, in ſignum regalis dominii, earum ſummitatibus imponentes.* At XIV. ſaltem ſæculi ſcriptorum eum eſſe oportet, qui *flores lilii* appellavit, ut diximus.

Eſt corona liliata in ſigillo Roberti regis, in hiſtoria Monaſterii S. Martini de Campis, pag. 316. ſed fićto ſigillo: ROTB. . . FRANCORV. REX.

Hugonis regis ſigillum, apud Mabillonium, de re Diplom. pag. 421. item Roberti regis, pag. 423. falſa ſunt manifeſte, ob lilia quæ geſtant illi in corona, & orbem quem læva tenent. Falſum Henrici regis, ob lilia ſimiliter conſpicua in corona; quamvis hunc primum ex Francorum regibus geſtaſſe lilia in corona cenſet Mabillonius, pag. 422. Falſa demum quælibet his ſimilia.

Prope Tuſculum in villa Roccia aiunt eſſe ſtatuam alicujus Imperatoris, umbilico tenus: quæ in loricæ manicis habet inſculptos flores Liſi, quales omnino pinguntur in Galliis. Cui vero incredibile videatur, ſculptos eos ibi flores fuiſſe ſæculo XVI. ut Regi Francorum offerretur, magno propterea pretio coëmenda?

SERIES REGUM FRANCORUM PRIMÆ STIRPIS,

ex Gregorio Turonenſi.

Ricimer.

Theodemeres F. rex. Chlogio.

Merovechus, forte ex Chlogionis ſtirpe.

Childericus F.

Chlodovechus F.

Fredegarius in Epitome hiſtoriæ Gregorii Turon: dicit Clodionem filium fuiſſe Theodemeris, quod Gregorius non dicit. Item Meroveum facit filium Clodionis.

Theudericus F. rex.

Theudebertus F. rex.

Theodobaldus F. rex.

Chlodomeris F. rex.

Childebertus F. rex.

— Guntharius F. ſenior.

— Chrammus F.

— Childericus F.

Chlotacharius F. rex.

Charibertus F. rex.

Guntchramnus F. rex.

Chilpericus F. rex.

Theodebertus F.

Merovechus F.

Chlodevechus F.

Samſon F.

Sigebertus F. rex.

Chilpericus F. qui ſtatim poſt patrem obiit, ex Fredegario.

Clotarius F.

Clodomeris F.

Clotarius F. rex.

— Meroveus.

Childebertus F. rex.

Dagobertus.

Hactenus Gregorius Turon. Deinceps ex Fregedario.

Theodeb.

Theodoric.

Dagobertus rex, Clotarii F.

Theodebertus F. rex.

Theodoricus F. rex.

Clodoveus F. rex.

Sigebertus F. rex in Auſtraſia.

Meroveus F.

1 Sigibertus F.

2 Childebertus F.

Ex Fredegarii Continuatoribus,

Nulla apud Fredegarium aut Continuatores ejus mentio eſt Dagoberti, qui Sigeberti F.

3 Corbus F.

4 Meroveus F.

Quatuor hi ſunt Theodorici regis filii.

Clotarius F. rex.

Childericus F. rex.

Theodoricus F. rex.

Clodoveus F.

Childebertus F. rex.

Dagobertus F. rex.

Daniel clericus, qui & Chilpericus rex.

Clotarius rex.

Daniel Chilpericus iterum, Poſtea Pipinus.

Ex his Regum nominibus ficta exiſtimamus ea quæ in nummis veteribus non leguntur: & ficta ex Hebræo, ut alias oſtendimus.

In aliis quibusdam nominibus, quæ ſunt ex nummis veteribus accepta, affectata ſcripturæ & pronunciationis aſperitas eſt, ad conciliandam fidem vetuſtatis ſcriptis ſuis. Sic pro Meroveo *Merovechum* ſcripſit iſte; pro Clodoveo *Chlodovechum*.

Fictæ ſunt ſimiliter eæ ſucceſſiones regum, deſcriptionesque generum, & partitiones regni. Ac ne Francorum quidem appellati ſunt reges in nummis veteribus ii, quorum nomina hic ſunt ex iisdem accepta. Ficta, inquam, illa partitio regni eſt in plures liberos, & inaudita prorſus in toto orbe; quippe quam nec inter liberos natu maximus, nec parens ipſe vel mediocri pollens ſapientia, nec populi ipſi æquo animo ferrent. Nihil ſimile apud Iſraëlitas, Perſas, Macedonas, Syros, Ægyptios, Hiſpanosve reperias. Sed fictus ille mos eſt in Galliis exſtitiſſe, ab iis qui credi voluere id eſſe optimum, ut quos naſcendi conditio pares feciſſet, ii etiam æqualem ditionis hereditatem adirent, quaſi Naturæ lege ſic præcipiente. Propterea quatuor Clodoveo ipſi ſtatim dedere liberos; Clodovei filio Clotario totidem

dem; totidem Theodorico Clotarii pronepoti; duos Dagoberto, duos Guntchramno.

Cum nulli nimirum essent rerum in Galliis gestarum scripti annales; historiam ii finxere, ut credi voluere res gestas sæculis ab hominum memoria remotioribus; & nomina regum partim ex nummis veteribus acceperunt; partim finxere ex Hebræo, ut diximus. Et inter scriptores illos dedere principatum ei, quem Gregorium Turonensem nuncupari voluere; ut ex ordine & loco auctoritas ac fides narrationi accederet. Ex quo fit, ut cum scriptor sit omnium nunc judicio fabulosissimus, tamen ab his qui de rebus Francorum scribunt, velut qui facem, in re perobscura præferat, eximie commendetur. *Son ouvrage le plus important*, inquit Bailletus, die 17. Novembris, *est son histoire de France écrite en dix livres; dont nous ne croyons pas devoir parler ici, après tout ce qu'en ont dit les doctes Critiques & historiens de nostre siecle. Il nous suffit de remarquer. . . qu'il ne faut pas se laisser surprendre faute de précaution, à sa credulité, ou à la facilité qu'il avoit de recevoir & de débiter des histoires incertaines, sans souvent les verifier, ou sans en faire le discernement necessaire. . . . Sans lui nous n'aurions peut-estre aucune lumiere de Phistoire.* An est autem ea lux appellanda, quam fabulosus scriptor mendaxque præfert; quæque meras, ut nummi antiqui mox patefacient, fabulas nugasque præmonstrat?

Ad rationem certe notationemque temporum quod attinet, quam Chronologiam vocant, digessere illi eam, ut libuit; quoniam annis carent Regum illorum nummi antiqui. Sed mendaces tum parum memores, tum parum inter se concordes, intricatissimam eam rem fecere. *La Chronologie de la premiere race*, inquit P. Daniel in Præfatione sua, EST EN DIVERS ENDROITS FORT EMBROUILLE'E & FORT INCERTAINE. Et fatetur idem plerosque scriptores historiæ Francorum in ea fuisse sententia, ab annis ducentis, ut existimarint, non esse dignam lectu partem illam, quæ spectat Reges primæ stirpis: vix dignam quoque alteram quæ legatur: sterilem denique in suis initiis usque ad Philippum Valesium tertiam partem esse. LA PLUS-PART *des Auteurs de l'histoire generale de France, qui ont écrit depuis deux siecles*, ont cru *que l'histoire de la premiere Race ne meritoit pas d'estre luë: que celle de la seconde n'avoit gueres dequoi piquer davantage la curiosité: & que mesme les commencemens de la troisiéme, jusqu'au regne de Philippe de Valois, étoient fort steriles.* Ecquid enimvero minus dignum lectu, quam ubi nihil veri, nihil nisi mendacium est?

REGES FRANCORUM PRIMÆ STIRPIS,

ex Sigeberto.

Priamus.
Marcomirus F.
Pharamundus F.
Clodius F.
Meroveus F.
Childericus F.
Clodoveus Magnus F. obit anno 514.

Clotarius F. (Suessionibus: deinde Monarcha) rex: obit anno 564.
- Chramnus obit an. 563.

Theodericus F. (Austrasiæ) rex. obit an. 537.
- Theodebertus F. rex: obit an. 548. vel 550.
  - Theobaldus F. rex: obit an. 556.

Clodomirus F. (Aurelianis) rex, occisus an. 521.
- Clodoaldus F.

Childebertus F. rex. (Parisiis)
- Alii a Clotario occisi, ante an. 531.

Chilpericus F. rex. Uxor Fredegundis. Obit ipse anno 587.
- Theodebertus F. obit an. 578.
  - Clotarius F. rex: idem anno 618. monachus: obit an. 631.
    - Dagobertus F. rex. Obit an. 644.
      - Clodoveus F. rex: obit an. 662.
      - Sigebertus F. rex in Austrasia. obit an. 656.
        - Dagobertus F. tonsus, in Scotiam ablegatus, anno 657.

Charibertus F. rex. (Parisiis) obit an. 573.

Guntramnus F. rex. Obit an. 597. Regnum ejus cessit Childeberto.

Sigebertus F. rex. Obit anno 578.
- Uxor Brunechildis.
  - Childebertus F. rex. Obit an. 600.

Theodebertus F. rex: captus anno 617.

Theodericus F. rex: obit an. 618.
- Clotarius F. rex. Ipse est, quem quidem iste facit, memoriæ lapsu, filium Theoderici, anno 618. Chilperici vero filium, ut alii scriptores, anno 587.

Clotarius F. rex: obit an. 686.

Theodericus F. rex: obit. an. 693.

Childericus F. rex: obit an. 679.

Clodoveus F. rex: obit an. 697.

Childebertus F. rex, & Monarcha Francorum. Obit. an. 715.

Majores Domus: Pipinus, an. 687. Carolus Martellus F. an. 714. Pipinus F. qui postea rex.

Clodoveus F. rex: obit anno 719.
Clotarius rex: obit an. 721.
Chilpericus, ab anno 721.
Theodericus, ab anno 725.
Childericus, ab anno 741.
Pipini jussu tonsus, anno 750.

Hic ficta sunt nomina in primis; *Marcomirus*, & *Pharamundus*. In Chartulario S. Jodoci ad mare, apud Baluzium, *Preuves de l'Hist. d'Auvergne*, pag. 97. testis laudatur inter alios, *Pharamondus de Tingri*: sed instrumento ficto. Alium praeterea reperimus *Pharamundum de Tingri*: sed instrumento ficto. Alium praeterea reperimus *Pharamundum* inter episcopos Leodienses, sed fictum, in vita S. Lamberti, die 17. Sept. n. 2.

Sigebertus duos quidem Dagobertos agnoscit, sed unicum regem. Clodoveos quatuor ponit, cum alii habeant dumtaxat tres, & pro quarto ponant Dagobertum. Chilperici I. filium Meroveum non habet; nec Chariberti filium Chilpericum; quos habet Gregorius Turonensis. Nullum denique interregnum facit tempore Caroli Martelli.

Quatuor postremi reges, Clotarius, Chilpericus, Theodoricus, Childericus, non recta linea, vel inter se, vel cum prioribus regibus, sed transverso tantum cognationis gradu junguntur. Nam quod Chilpericum Childerici filium quidam e recentioribus faciunt, non id ex aliquo scriptore historico, sed ex chartis tantum habent, sive membranis monasterii Corbeiensis: quas nemo cautus velit praestare esse antiquitatis probae, aut alicujus auctoritatis.

Discrepant autem de industria scriptores isti inter se in aliquibus, ne de compacto scripsisse omnia existimentur. Conspirans enim consensus in omnibus suspicionem crearet suspicionis & fraudis.

Anno 564. Sigebertus haec refert de Clotarii filiis: *Et ipse quidem Chilpericus Suessionis sedem regni habuit: Cheribertus Parisiis, Guntramnus Aurelianis, Sigebertus vero Metis.* At Guntramnum Aureliae numquam sedisse contendit Valesius, tametsi cum Sigeberto facit Gregorius Turonensis, libro IV. cap. XXII. cui visum notumque oportet fuisse Gumtramnum, si fuere ambo aequales, ut existimantur. Et Sigebertum regem Remis collocat Gregorius, loco citato, cap. XXII. & XXIII. non Metis.

Yvo Carnotensis hos primos ponit reges Francorum. *Pharamundus rex primus Francorum. Didio Pharamundi filius, rex Francorum secundus. Clodio post Didionem Rex Francorum tertius. Meroveus post Clodionem rex Francorum quartus.* Fictus ille, & aliis aeque fabulatoribus incognitus Didio est.

De tumulis Regum Francorum in aede Vincentiana, sive S. Germani basilica, fatetur is qui Gregorium Turonensem novissime edidit, pag. 1374. tumulos regum, ita ut nunc ibi sunt, compositos fuisse XI. saeculo vel XII. exeunte. Fredegundis reginae tumulum excipit, quem antiquiorem videtur asserere; cum coronam tamen liliatam (ut vocant) in capite gestare eam agnoscat. At coronae ejusmodi liliatae non fuere in usu certissime ante saeculum decimum quartum.

In eadem editione, pag. 535. sic habet: *Visitur etiamnunc in S. Germani a Pratis basilica monumentum Chilperici regis*, (primi scilicet,) *sed quod non videtur esse tantae antiquitatis.* Ita sane: saeculum enim decimum quartum jam adultum ac senescens non excedit. Ipsum Chilperici nomen nullo in vetere nummo occurrit.

Sic in Ecclesia Abbatiae Kalensis, *de Chelles*, tumulus est; cui, ut crederetur is esse Clotarii II. ac simul sanctae Baltildis, conjugis Clodovei II. ut ferunt, & matris Clotarii, inscripsere haec verba: *Clotaire VI. Roy Chrétien, & ij. du nom, passa l'an de grace vicIxvi.* Sed scriptura ea est, (nam ejus exemplum accurate depictum servamus: (saeculi ipsius decimi sexti. Nec *annum gratiae* dici certe mos fuit ante saeculum XI. vel XII. Hae voces autem similiter ibi superscriptae, BALCHILDIS REGINA FRANCORVM, & cetera quae sunt deformata, ad simulandam vetustatem, Gothico eo charactere scripta sunt, qui est saeculi decimi quarti jam provecti. Clotarium hunc secundum dum vocat is qui haec scripsit, Clotarium omittit: quem alii patrem Dagoberti fecere: fortasis quoniam monachum eum obiisse finxere.

Brunichildis denique, (nam quis finis erit, si fabulas persequi singulas velim?) fictum nomen est, ingentis fabulae argumentum. *Brunebaud* Gallicum nomen est, quod cuidam viae publicae in Artesia haesit, haud dubie ab aliquo viro principe, qui eam viae partem confecerit, cui nomen fuerit Brunehaldi; ut *Castellum Heraldi*, *Chastelleraud*, etiamnum in Pictonibus est; & *Thibaud*, Theobaldus est. Certe a Brunichilde fieri *Brunebaut* non potest; sed a Brunethilde fortasis, ut a Mathilde *Mabaut*. At viam illam publicam, cui nomen est hodieque *la Chaussée de Brunebaud*, a Brunichilde vel factam fuisse vel refectam ne fabulator quidem Aimoïnus prodidit; quamvis *aedificia* ab ea *constructa* referat *tam innumera, ut incredibile videatur ab una muliere, & in Austrasia tantum & Burgundia regnante, tanta in tam diversis Franciae partibus construi potuisse*, libro IV. cap. I. Incredibile certissime est, extra ditionem suam tot ab ea fuisse structas sacras aedes, quot in Chartis veteribus & libris memorantur, nedum vias publicas. Extra Austrasiam Artesia & Flandria est; nec ibi quidquam juris etiam vero Sigeberto regi fuit, ut postea apparebit: nec *in finibus Biturigum Arvinorumque*, ubi *lapideam domum Brunichildis reginae* vidisse se Aimoïnus in praefatione operis sui mentitur, pag. 8.

DE

DE TEMPLO CHILDERICI REGIS,

ut creditur, reperto Tornaci, anno 1653.

DE tumulo Childerici regis, qui regnasse fertur in Francia, ab anno 457. usque ad annum 480. hæc narrat Chiffletius, qui tunc adfuit, cum effossus is tumulus est, in Anastasi Childerici, (sic enim librum inscripsit de eo argumento:) pag. 37. & 38. *In cœmeterio Ecclesiæ Parochialis S. Briccii, dum foditur ad altitudinem septem aut eo plus pedum in rupem usquesaxeam, invenitur primum fibula aurea; & mox nidus rotundior, velut ex alata putri, in quo nummi aurei plus centum, rutro aperitur . . . . Eodem in loco reperti Romani ex argento nummi ducenti plus minus, sed ita extriti ac rubigine obducti, ut facinus esset legere: unde magna ex parte periere. Effossa multa ferramenta, ... & calvariæ duæ: quarum altera grandior, cum ossibus jacentis humani skeleti. Ac demum inter pedum circiter quinque spatium inventæ quamplurimæ cimeliorum reliquiæ: gladius . . . . . capulus, manubrium, & vagina, graphiarium, bubulum caput, apes multæ de longe pluribus (quantum judicari potuit) superstites, saltem supra trecentas . . . . . acus una, fibula, unci, uncini, clavi, filamenta, bullæ: Omnia ex auro.* Et pag. 39. *Cum his repertus anulus aureus,* CHILDERICI REGIS . . . *Pars ferreæ soleæ equi Regii. . . . securis, quæ pone Childericum jacuerat.*

Reperta in eo tumulo numismata aurea fuisse dicit, pag. 252. Theodosii, Valentiniani utriusque, Marciani, Leonis, Zenonis, Nepotis, Basilisci, & alterius Zenonis: in quibus omnibus perspicua sunt Christianæ religionis insignia. Argentei vero nummi, quos idem recenset, pag. 270. hi sunt: *Nummus Consularis unus: Neronis, Trajani, Hadriani, Antonini Pii, Faustinæ Pii, M. Antonini, Faustinæ Marci, L. Aurelii Veri, Commodi, Juliæ Severi, Caracallæ, Constantii junioris,* (hoc est, Fl. Julii Constantii Augusti.) *Ex his erant perforati quatuor: Hadriani, Antonini Pii, Lucii Veri, Constantii junioris.*

Sed nunc me profecto pœnitet non satis fuisse suspicionsum, & sepultum ibi credidisse Childericum. Pretiosa fuit illa hominis alicujus privati, ex nummis antiquis rebusque aliis pretii alicujus conflata supellex; qui hanc in cœmeterio abdiderat, velut in loco tuto & inviolato. Centum illi nummi aurei *in aluta* inclusi, ducentique argentei juxta positi, & quinque pedibus supra *skeletum humanum*, thesauri omnino ibi reconditi indicia sunt, non rerum cum Rege conditarum. Deinde duæ calvariæ ibi repertæ, non fuisse illud regium sepulcrum docent. Quod caput Apis dicitur ibi repertum fuisse, capulus potius fuisse videtur, aut simile quidpiam. Ferramenta ibi inventa, vincula fortassis ferrea ipsa sunt, quibus arca constringebatur, in qua erat thesaurus occlusus. In graphiario aureo, cujuscumque illud fuerit, cernuntur exiguæ cruces sculptæ innumeræ. Christianum regem fuisse Childericum, sed multo inferiore ævo vixisse, & in alio Galliarum tractu regnasse, quam ubi produnt annales, nummi ipsius fidem faciunt: non autem Imperatorum Christianorum nummi ibi reperti, cum & ethnicorum pariter ibi nummi fuerint; nec ullius ibi fuerit tumulus Childerici.

Neque enim anulus ibi repertus aut regius est, aut Childerici. Ponderosior est ille, quam ut digito ferri commode possit. Ex illo genere anulorum aureorum est, quos in pugnis ludicris equestribus, donare victoribus solebant feminæ nobiles, quæ aderant spectatrices Ita Paradinus, in Chronicis Sabaudiæ, de ludicra pugna edita ab Amedeo VI. dicto Comite Viridi, anno 1340. Camberiaci. *Entre les assaillans eurent le prix le Comte Pierre de Hocberg, & Thibaud seigneur de Neufchastel en Bourgogne: ausquels furent donnez* GROS ANNEAUX D'OR *par les Dames, qui delivroient le prix & salaire d'honneur.* Ejus generis, inquam, anulus ille aureus est, cujus pondus perspæpe mirati sumus in Bibliotheca Regia, ubi asservatur. Quod si Regis ille anulus fuit, cur Rex ipse ibi diademato capite non est, aut cincto lapillis, ut in suis nummis Clodoveus, Clotarius, ceterique omnes? Cur hastam dextra, non potius sceptrum gerit, vel ensem; nisi quia vultus est potius juvenilis alicujus nobilis, qui victor in simili pugna, sed pedestri, hunc anulum pro præmio acceperit? Adolescentem enim ille vultus exhibet annorum vix viginti: cum Childericum fuisse oporteat, (si qua fides annalibus) annorum fere quinquaginta, cum decessit. Si conditus autem cum Rege fuisset anulus, (quod ipsum tamen ab omni prorsus more abhorret:) ea ætate, qua obiit, hunc repræsentaret. At huic deinde vultui mendax aliquis CHILDIRICI REGIS nomen inscripsit, affectata etiam barbaric in eo nomine scribendo; CHILDIRICI scilicet, pro CHILDERICI: & omnino contra morem, in genitivo casu, pro recto, seu nominativo. Denique recte admonuit P. Labbeus in Chronologia, ad annum 481. Chifflietium non probasse *Criticis nostris* illum esse tumulum Childerici.

NUM-

NUMMI AUREI REGUM FRANCORUM

primæ ſtirpis, ut vocant.

NUmmos Regum, Francorum delineari curavit diligentiſſime D. Le Blanc, in Tractatu Gallico, *Des Monnoyes de France.* Collegit eos diligenter ex libris D. Petavii Senatoris Pariſienſis, D. Bouterouë, Du-Cangii, aliisque; uti & ex Theſauro Regio, ac Cimeliis hujus Urbis. Nos in hoc opere eos qui appellantur Regum primæ ſtirpis, elementorum ordine juxta Regum ipſorum nomina, deſcribemus: quoniam quo quisque Regum tempore vixerit, ſtatui certo ex nummis non poteſt; Theodeberto excepto, quem primum ex his omnibus fuiſſe cenſemus. Quod autem ex eorumdem nummorum interpretatione ſine ulla dubitatione intelligetur, illud eſt: nihil fabuloſius dici poſſe, quam ſunt annales noſtri, quocumque illi ſe jactent auctore; Gregorio Turonenſi, Fredegario, Aimoino, ceterisque omnino omnibus.

ALARICUS.

Tab. I. 1. REX ALARICO. Caput gemmis cinctum. Non fuit certe opifex adeo imperitus, ut cum ſexto caſu jungeret nominativum: nam quis eſſet ullo ævo tam hebes, ut ſcriberet REX LVDOVICO, vel HENRICO? nec nomen etiam appellativum REX præponeret nomini proprio. Itaque hic legi voluit: *Reſtituta Edua Xdecimam* ALARico *Imperii Conſervatori Obtulit.* Gallice: *La ville d'Autun rétablie a preſenté le dixiéme denier au Roi Alaric Conſervateur de l'Empire.* .)(. Crux. Hinc V inde C. *Victor Chriſtus*, ob victoriam utique de hoſtibus ethnicis relatam. In ambitu, ATORITAMV. Totidem vocum primæ eæ litteræ ſunt, hac ſententia: *Auguſtodunenſes Triceſimam Obtulerunt Reſtitutori Imperii: Tutatori Auguſtoduni Mercatores Viceſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les Marchands le vintiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.* Eſt triens aureus, apud Bouterouë, pag. 202. ex D. de Peireſc.

2. Caput cinctum diademate e gemmis, dextra erecta, inſtar beneficium concedentis. In ambitu, ARVERNO. Primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Alarico Reſtitutori Urbis Edui Reſtituti Nonageſimam Obtulerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois rétablis ont preſenté au Roi Alaric le Reſtaurateur de leur ville le quatre vint dixiéme denier.* .)(. In medio, A R *Alaricus Rex.* In ambitu; B hoc eſt, *Benemerenti*: at ceteræ partim obſcuræ ſunt litteræ, partim detritæ. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 267. ex Cimelio D. de Harlay.

3. Caput cinctum regio diademate. In ambitu, ARVERNVS CIVIS. Eſt triens aureus apud Le Blanc, pag. 58. a n. 6. hac ſententia: *Alarico Reſtitutori Urbis Edui Reſtituti Numeravere Viceſimam; Sexageſimam* CIves VIctori *Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois rétablis ont payé le vintiéme denier au Roi Alaric le Reſtaurateur de leur Ville: les Bourgeois ont payé le ſoixantiéme denier au Victorieux.* Regum vultus inſcriptos fuiſſe in nummis arbitrari, cum nominibus Monetariorum, oppidorum, vicorumque, & villarum, prætermiſſo ubique Regis ipſius nomine, hominum eſt pueriliter, ut leviſſime dicam, credulorum. Monetarios ſimiliter exiſtimare regio cinctos diademate fuiſſe, ſtultum eſt. In alterutra igitur nummi area, quæri Regis in eo depicti nomen oportet. Ludebant hac ætate ingenioſe Præfecti Monetæ Auguſtodunenſi, ut nomina ex primis ſingularum inſcriptionum litteris conflarent, quæ vel virorum nominibus ſimilia ſæpe apparerent, ac Monetariorum; vel nomina urbium aut regionum repræſentarent, etiam quæ non eſſent iis regibus ſubjectæ, quorum honori nummi cudebantur. Sed erant iſta urbium nomina ſic temperata; ut ſub ſingulis fere litteris totidem voces intelligerentur, & ex omnibus una ſententia fieret, quæ & Regis nomen, & beneficii dati vel accepti honorificam commemorationem contineret. Alioqui fatuum eſt arbitrari, hunc morem inſcribendi nummos olim eorum opifices eſſe ſecutos, nihil ut in eis aut ſua aut poſterorum ætas intelligeret. Studioſis veri & vetuſtatis nummos ejusmodi, aureos præſertim, cujusmodi ſunt omnes hi fere, percutiebant, non plebi. .)(. Crux: in ambitu litteræ ex parte eraſæ: ſupereſt tantum NITARIO: non pro *Monetario:* (nulla ſunt enim in nummis Regum nomina Monetariorum:) ſed hac ſententia: *Negotiatores Illico Triceſimam Alarico Reſtitutori Imperii Obtulerunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté ſur le champ le trentiéme denier au Roi Alaric, le Reſtaurateur de l'Empire.* Non fuit igitur Gothus, ut creditur, vel hoſtis Imperii Alaricus. Eſt in Collectionibus D. de Peireſc nummulus argenteus, ſæculo XI, cum citiſſime cuſus: SCA MARIA. Caput Deiparæ coronatum. .)(. Crux: in ambitu, VRBS ARVERNA. At hæc eſt, quam Claromontium hodie vocant, *Clermont en Auvergne.*

4. Caput cinctum diademate: ante vultum, P A X. *Protege Alaricum Chriſte.* Nam littera X Græca paſſim in his nummis pingitur pro CH. .)(. Calix anſatus, cum ſuperpoſita cruce. Calices olim anſatos fuiſſe in quibusdam Eccleſiis, teſtatur aureus ille, qui in Theſauro Eccleſiæ S. Audomari aſſervatur, ut habetur in libro inſcripto, *Voyage litteraire de deux Religieux Benedictins.* Inde in Diario Trevoltiano, menſis Februarii, anni 1718. deſcriptum iſtud eſt: Le *Calice de S. Omer, qui ſe garde dans le treſor de l'Egliſe Cathedrale de S. Omer, eſt un monument precieux: il eſt d'or maſſif, & haut de plus d'un pied:* LA COUPE EST A DEUX ANCES, *ayant plus d'un demi pied de profondeur, & presque autant de diametre.* In ambitu, A. . EVARTVSMON. Non eſt hic viri nomen; ſed primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Alarico Edui Viceſimam Auguſtoduni, Reſtitutori, Triceſimam, Victori Solverunt: Mer-*

Mercatores Obtulere Nonageſimam. Gallice : *Les Autunois ont payé le vintiéme au Roi Alaric, le Reſtaurateur de la ville d'Autun; & le trentiéme comme au Victorieux : les Marchands lui ont preſenté le quatre vint dixieme.* Eſt hic triens aureus in Theſauro Regio, & apud D. Pinſſon : ejusdem ectypum aſſervamus.

Tab. I. 5. Caput diademate cinctum e gemmis. In ambitu AIVIVLNOCI. Hoc eſt, *Alarico Invicto VIceſimam, Urbis Liberatori Nonageſimam Obtulere CIves.* Gallice: *Les Bourgeois ont preſenté à l'Invincible Roi Alaric le vintiéme denier : le quatre vint dixiéme au Liberateur de leur ville.* Eſt triens aureus in Muſco noſtro. .)(. Crux : in ambitu, VNDERICO MONET. Non eſt id viri nomen, ſed primæ ſunt totidem vocum iſtarum litteræ : *VIceſimam Negotiatores Detulere Eduæ Reſtitutori: Illico CenteſImam Obtulere Mercatores, Obtulere NonageſImam Edui TriceſImamque.* Gallice: *Les Negocians ont porté le vintiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Marchands ont preſenté auſſi toſt le centiéme: les peuples de l'Autunois ont preſenté le quatre-vint dixiéme denier & le trentiéme.*

Ibid. 6. Caput pileo tectum. In ambitu, AILARVBRIAS. Hoc eſt, *Auguſtodunenſes Indixere L quinquageſimam Alarico Reſtitutori Urbis : Benemerenti Reſtitutori Imperii Attulere Sexageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont ordonné la levée du cinquantiéme denier pour le Roi Alaric le Reſtaurateur de leur ville : ils lui ont apporté le ſoixantiéme par reconnoiſſance comme au Reſtaurateur de l'Empire.* .)(. Crux Auguſtodunenſis, nempe in ancoram definens. Ex una parte, PAL: hoc eſt *Perſolverunt Auguſtodunenſes L quinquageſimam:* ex altera, LINO: *Liberatori Indixere Negotiatores OctogeſImam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le cinquantiéme: les Negocians ont ordonné la levée du quatre vintiéme pour leur Liberateur.* Eſt triens aureus apud Paulum Petav. Tab. 3. n. 14. Hunc nummum prave deſcripſit Bouterouë, pag. 370. n. 18.

Ibid. 7. Caput gemmis cinctum : ſancti Nazarii ſcilicet Auguſtodunenſium patroni : cujus ad martyrium deſignandum, crux ei ante oculos adpicta eſt. In ambitu, ANVALDVS. Non eſt iſtud viri nomen, ſed primæ ſunt ſequentium vocum litteræ: *Auguſtodunenſes Negotiatores VIceſimam Alarico Liberatori Detulere: Victori SexageſImam.* Gallice : *Les Negocians de la ville d'Autun ont porté le vintiéme denier au Roi Alaric leur Liberateur ; le ſoixantiéme au Prince Victorieux.* .)(. Crux impoſita gradibus : hinc V inde I. *Victor Invictus.* In ambitu, VIENNA. *Victori Invicto Edui Negotiatores NonageſImam Attulerunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont apporté au Victorieux Invincible le quatre vint dixiéme denier.* Aureus triens apud Bouterouë, pag. 370. n. 7.

Ibid. 8. Caput regis, cinctum diademate e gemmis. In ambitu, BAVDRICVS MO. Non eſt hic viri nomen, ſive Monetarii : ſed ſub his litteris ſubeſt hæc ſententia : *Benemerenti AVguſtodunenſes Detulerunt Reſtitutori Imperii CenteſImam : Victori SexageſImam Mercatores Obtulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont porté, le centiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire : les Marchands ont preſenté le ſoixantiéme au Victorieux.* Non ſine cauſa junctæ nexæque ſunt in inſcriptione litteræ duæ A & V. .)(. A R. *Alaricus Rex :* non Aribertus certe, qui nullus fuit, diverſus a Chariberto .Eſt hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 288. n. 1.

Ibid. 9. BINIDIVS. Non eſt id viri nomen vel Monetarii, ſed ſubeſt ſub his litteris hæc ſententia : *Benemerenti Illico Negotiatores IndictAm Decimam Invicto Victori Solverunt.* Gallice : *Les Negocians ont payé ſur le champ par reconnoiſſance au Victorieux Invincible le dixiéme denier qui leur a eſté impoſé.* .)(. A R *Alarico Regi*: TITV: *TriceſImam Indixerunt Tutatori Urbis.* Gallice: *Ils ont ajugé le trentiéme denier au Roi Alaric, comme au Conſervateur de la ville.* Eſt aureus triens ibidem, n. 2.

Ibid. 10. Caput tectum pileo inſigni : ANTIREMIVICOB. Hoc eſt, *Alarico Negotiatores TriceſImam Indixerunt Reſtitutori Eduæ: Mercatores Illico VIctori Invicto CenteſImam OBtulerunt.* Gallice : *Les Negocians ont ordonné la levée du trentiéme denier au Roi Alaric, le Reſtaurateur de la ville d'Autun : les Marchands ont preſenté ſur le champ au Victorieux Invincible le centiéme denier.* Argenteus hic nummus eſt apud D. DE BOZE. Tomo 1. hiſt. Academiæ Inſcriptionum & humaniorum litterarum, pag. 286. pro littera B. ſatis inconſulte ſcalptor edidit, 8 quæ nihili ibi littera eſt : Nimirum ut eſſet hic vice nomen, SANTI REMI VICO : quo dici nihil inconſideratius poteſt. Nam ab ultima inſcriptionis littera initium facere legendi ridiculum eſt : itemque arbitrari SANTI pro SANCTI ſcribi potuiſſe : aut vici nomen in nummo ſcribi diligenter, regis interim nomen taceri : aut *ſancti Remi vicum* hic eſſe, qui nec in ullo alio nummo legitur, nec usquam gentium fuit aut eſt. At nos, qui nummum ipſum olim exploravimus diligenter, vidimus conſpicue VICOB. Et geminam illius nummi effigiem æri inciſam, cura D. DE BOZE, alteram alterius formæ ſeu molis, ſervamus : in utraque conſpicue ſic eſt, VICOB. .)(. AR *Alaricus Rex :* infra, AT *Auguſtodunenſium Tutator.* In ambitu ; BETTOMONE PRACCI. Non eſt ibi viri aut Monetarii nomen, ut nos olim arbitrati ſumus, ſic nummum amicis interpretati ; cum nondum in mentem veniſſet, totum veluti corpus aggredi nummorum veterum Regum Francorum : *Betto Monetarius Provinciæ ac Civitates Arelatenſis.* At in inſcriptionibus frigida eſt conjunctio *ac*, nec alibi, opinor, occurrit. Hic eſt legendum : *Benemerenti Eduæ Tutatori TriceſImam Obtulerunt Mercatores Omnes : NonageſImam Edui Perſolverunt Reſtitutori Auguſtoduni : CenteſImam Cives Indixerunt.* Gallice : *Tous les Marchands ont préſenté par reconnoiſſance le trentiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun : les peuples de l'Autunois ont payé le quatre vint dixiéme au Reſtaurateur de la ville : les Bourgeois lui ont ajugé le centiéme.* Occurret ſimiliter BETTO & BETTONE non ſemel inferius.

CHARIBERTVS.

Tab. I. 1. CHARIBERTVS REX. Calix anſatus, cruce ſuperpoſita ; hoſtia exigua eſt. .)(. Caput cinctum diademate, cum litteris detritis, & quæ fugiunt oculos. Eſt aureus triens in Muſco noſtro. Chariberti caput eſt cinctum gemmis in nummo ſimili e Muſeo S. Genovefæ.

2. NTARIBERTVS REX. pro, *Negotiatorum Tutator* ARIBERTVS REX. Triens aureus apud Le Blanc, pag. 39. n. 1. poſt Bouterouë, pag. 247. n. 1. In alio ſimili e Muſeo noſtro, & apud Bouterouë,

rouë, ibidem, n. 3. & Le Blanc, pag. 39. n. 3. est CHARIBERTVS REX. .)(. Calix ansatus, ut proxime. In ambitu, BANNIACIACO FIIT. De situ Banniaciaci litigant inter se eruditi, nec sibi ipsi satis faciunt. Totidem vocum primæ eæ litteræ sunt, hac sententia: *Benemerenti Augustodunenses Negotiatores Nonagesimam Indixerunt: Aurarium Chariberto Invicto Attulerunt: Charibertus Omnes Fecit Illico Immunes Tricesima.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont ordonné la levée du quatrevint dixiéme denier pour leur Bienfacteur: ils ont apporté à l'invincible Roi Charibert le don gratuit en or: & le Roi Charibert aussitost les a tous exemtez du trentiéme denier.* Ridiculum est porro arbitrari, tum ineptos ignarosque Latinæ linguæ fuisse, qui hæc numismata percusserunt; ut pro flandi feriundive vocabulo scriberent, FI, FIC, FICI, FICITI, FICTI, FIET, FIIT, FIT, FITA, FITV, FITVR, FV: præsertim cum superfluum omnino ac puerile sit, in ipso numismate commemorari cusum illud esse.

Tab. I. 3. Caput cinctum gemmis. MASILIA. Non est hic Massilia civitas, *Marseille en Provence:* sed sunt primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Mercatores Augustodunenses Sexagesimam Indixerunt LIberatori Augustoduni.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont ordonné la levée du soixantiéme denier pour le Liberateur de leur ville.* Littera B pro *Benemerenti* est, ut videtur. .)(. CHEREBERTVS REX. In medio Crux: hinc M inde A: *Mercatores Augustodunenses.* Semissis aureus est apud Le Blanc, pag. 39. n. 4. & Bouterouë, pag. 249.

Ibid. 4. Caput cinctum gemmis: HERIBERTVS. .)(. MASSILIA. *Mercatores Augustodunenses Solverunt Sexagesimam Illico LIberatori Augustoduni.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont payé incontinent le soixantiéme denier au Liberateur de leur ville.* In medio Crux & littera M A ut proxime. Solidus aureus, apud Le Blanc, ibidem, n. 5. & Bouterouë, pag. 250. n. 1. Verum sunt hi duo nummi, tertius quartusque, Sigeberti verius, quam Chereberti, & pro Sigeberto prave legerunt Cherebertum, qui eos descripsere. Id enim certe nemo diffitebitur, qui hosce duos cum prioribus Sigeberti duobus inferius proferendis attente contulerit.

Ibid. 5. Caput cinctum gemmis: e regione littera P. In ambitu, MASSILI. *Mercatores Augustodunenses Sponte Sexagesimam Indictam LIberatori Persolverunt.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont payé de leur plein gré à leur Liberateur le soixantiéme denier, qui leur avoit esté imposé.* .)(. . . . EREB. *Cherebertus.* Crux: hinc M inde A *Mercatores Augustodunenses*, ut supra. Solidus aureus apud Le Blanc, pag. 39. n. 6. & apud Bouterouë, pag. 250. n. 2.

Ibid. 6. Caput Chariberti regis, cinctum diademate. MAXIMINVSM. Non est istud nomen Monetarii; sed sunt primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Miserunt Augustodunenses X decimam Illico: Mercatores Illico Nonagesimam Victori Sexagesimamque Miserunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont envoyé au Victorieux le quatrevint dixiéme denier & le soixantiéme.* .)(. Calix ansatus, cruce superposita. CHARIBERTVS REX. Triens aureus in Museo nostro, & apud Bouterouë, pag. 248. n. 1.

Ibid. 7. Caput cinctum gemmis. NIVIALCHA. Hoc est, *Negotiatores Invicto Victori Attulere L quinquagesimam* CHAriberto. Gallice: *Les Negocians ont apporté le cinquantiéme denier au Victorieux Invincible le Roi Charibert.* .)(. Lepus, ut videtur. AICAHARIO. Non est hic viri aut Monetarii nomen; sed est sententia ista sub his litteris: *Augustodunenses Imperii Conservatori Attulerunt Honorarium: Augustoduni Restitutori Indixerunt Octogesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le don gratuit au Conservateur de l'Empire: ils ont ordonné la levée du quatrevintiéme denier pour le Restaurateur de la ville d'Autun.* Triens aureus est apud Paul. Petav. Tab. 5. n. 12.

CHILDEBERTVS.

1.
Aput cinctum gemmis, cum clypeo. CHILDEBERTVS REX. .)(. Christi monogramma: hinc A inde R *Augustodunum Restitutum.* Et in ambitu ARELATO CIVIT. Hoc est: *Augustodunenses Restitutori Eduæ L quinquagesimam Attulere: Tutatori Orbis Childeberto Invicto Victori Tricesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le cinquantiéme denier au Restaurateur de leur ville: au Victorieux Invincible Childebert, Conservateur de l'Empire, le trentiéme.* Propterea scribi hic ARELATO & CIVIT. oportuit.

Ibid. 2. Caput cinctum gemmis. CHILDEBERT .)(. AR CI. *Augustodunum Restituit Childebertus invictus.* Triens aureus est, quem Bouterouë profert e Museo suo, pag. 227. n. 1. Est & apud Le Blanc, pag. 30. n. 1.

Ibid. 3. Caput cinctum gemmis. TITIRICADA LEO + MO. Hoc est: *Tutator Imperii Tricesimam Indictam Remisit Invictus Childebertus Augustodunensibus Omnibus: Augustoduni LIberatori Edui Obtulerunt Christiani Mercatores Octogesimam.* Gallice: *L'Invincible Childebert, Protecteur de l'Empire, a fait remise du trentiéme denier à tous les habitans de la ville d'Autun: les Marchands Chrétiens de l'Autunois ont presenté le quatre vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun.* .)(. A R CI. *Augustodunum Restituit Childebertus Invictus*, ut proxime. *L'Invincible Childebert a rétabli Autun.* Crux in quatuor angulis posita Christianos significat. Est triens aureus, apud Bouterouë, pag. 227. n. 2.

Tab. II. 4. Caput cinctum gemmis. MAXIMO MONETARIO. Non est hic viri nomen vel Monetarii: sed quot litteræ, tot sunt voces, hac sententia: *Mercatores Augustodunenses Xdecimam Indictam Miserunt Octogesimamque: Miserunt Omnes Negotiatores Edui Tricesimam Augustoduni Restitutori invicto Octogesimamque.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont envoyé le dixiéme denier qui leur a esté imposé, & le quatrevintiéme: Tous les Negocians de l'Autunois ont envoyé le trentiéme & le quatrevintiéme denier à l'Invincible Restaurateur de la ville d'Autun..)(.* AR CI. ut proxime. Est triens aureus ibidem, n. 3. & apud Le Blanc, pag. 56. a. n. 5.

Ibid. 5. Caput pileatum: hinc CHILD inde BERTI: hoc est; *Childeberto Benemerenti Edui Restitutori Tricesimam Indixerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont decerné le trentiéme denier par reconnoissance au Roi Childebert leur Restaurateur.* .)(. OTIMIM + Hoc est, *Octogesimam Tutatori Imperii Miserunt Illico Mercatores Christiani.* Gallice: *Les Mar-*

Marchands Chrétiens ont envoyé auſſi toſt le quatrevintiéme denier au Protecteur de l'Empire. Triens aureus apud Le Blanc, pag. 30. n. 3.

Tab. II. 6. In laurea, monogramma Chriſti..)(. In ipſa nummi area, ELDEBERTVS. Ibidem, pag 46. n. 3.

Ibid. 7. Caput cinctum gemmis. CHILDEBERTVS *Rex.* .)(. BANISFIT. Triens eſt aureus, apud le Blanc, pag. 46. n. 2. Loci nomen hic eſſe vulgo intelligitur, & adhuc quæritur; magno errore. Sententia eſt: *Benemerenti Auguſtodunenſes Nonageſimam Indixere: Sexageſimam Fabri Imperii Tutatori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont ordonné la levée du quatrevint dixiéme denier pour leur bienfacteur: & les ouvriers le ſoixantiéme pour le Protecteur de l'Empire.* Ex tribus Childebertis, quos hiſtoriæ commemorant, ſtatui non poteſt, cui adſignari hos nummos oporteat, inquit Le Blanc, pag. 33. Nobis vero unicum nummi exhibent regem Childebertum.

Ibid. 8. Caput cinctum gemmis: regis nomen ex altera parte eſt, more antiquo, HILDEBERTVS. In iſta epigraphe eſt, PETRA FICIT. Ex quo fictum Palatium eſt Petræ fictæ in diplomatibus, quæ Mabillonius affert, pag. 313, Pipini junioris, Aquitanorum regis, & Carolomanni regis, Ludovici Balbi filii. Ubi certe ſub cælo fuerit Petræ fictæ palatium, necdum quiſquam potuit indicare. Neque credi poteſt eſſe vicum *Pierre fitte*, quem archipresbyteratus titulo ſolo nobilem, ob Eccleſiam Parochialem in diœceſi Auguſtodunenſi invenimus. Ridiculum certe eſt arbitrari, aut in vicis, aut ubicumque etiam eſſent Regum Palatia, ibi Monetas, ſive Officinas cudendæ monetæ exſtitiſſe. An enim Verſaliis, qui vicus celebratiſſimus, & ubi palatium totius orbis eſt magnificentiſſimum, Monetam quisquam vidit, ſive Curiam officinamve monetalem? An apud Fontem-bellaqueum, aut alibi? Sententia hic iſta eſt, primis dumtaxat vocum ſingularum expreſſa litteris: *Perſolverunt Edui Tutatori Reipublicæ Aurarium: Fecit Invictus Childebertus Immunes Triceſima.* Gallice: *Les Peuples de l'Autunois ont payé, au Protecteur de la Republique le don gratuit en or: l'Invincible Childebert les a exemtez du trentiéme denier.* Eſt hic triens aureus, apud Le Blanc, pag. 46. n. 1. & apud Bouterouë, pag. 271. n. 1. Si Childebertum Clodoveus aliquis præceſſiſſet, non ſcriberetur Childeberti nomen in nummis fere ſexaginta qui exſtant, per litteram ſimplicem C ſed per Ch, ut alter ab altero diſcriminaretur. Atqui per C tantum ſcribitur: nullus ergo præceſſit Clodoveus. Nam Clodoveo iſtos omnes nonniſi temere quisquam attribuat, cum unicus adhuc viſus ſit nummus ſincerus nomine Clodovei: quem ipſum non prioris Clodovei eſſe, ſed ſecundi, ob Eligii (ut putant) adjunctum nomen, vulgo aſſeverant.

Ibid. 9. Caput cinctum gemmis. CABRIANICO. Eſt triens aureus apud Le Blanc, pag. 58. d. n. 10. inter ignotos. Sententia eſt: *Centeſimam Auguſtodunenſes Benemerenti Reſtitutori Imperii Attulerunt: Nonageſimam Edui Childeberto Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté par reconnoiſſance la centiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les peuples de l'Autunois ont préſenté le quatrevint dixiéme denier au Roi Childebert.* .)(. AUTHARIVS M Non eſt iſtud viri aut Monetarii nomen: ſed ſub his litteris hæc ſubeſt ſententia: *Auguſtodunenſes Urbis Tutatori Honorarium Attulerunt: Reſtitutori Imperii Viceſimam Solverunt Mercatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le don gratuit au Conſervateur de leur ville: les Marchands ont payé au Reſtaurateur de l'Empire le vintiéme denier.*

HLOTHARIVS REX. Caput cinctum gemmis. VICTORIA GOTTICA. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 229. & apud Le Blanc, pag. 35. n. 1. Crux: hinc M inde A. *Mercatores Augustodunenses.* Ad Clotarium I. refert hunc nummum P. Daniel; quia Clotarius II. inquit, nihil habuit cum Gothis negotii; nec Massilia pertinuit ad Clotarium II. Negat Le Blanc, pag. 37. & 38. esse quidquam causæ, cur Clotario I. potius quam secundo certos adscribat nummos D. Bouterouë: utri libuerit, adsignari omnes posse censet. Et sic de aliis. Clotarium nobis unicum nummi ostendunt; quoniam nulli occurrunt Clotarii nomine, nisi cum ejusdem Victoriæ mentione. Victoria illa Clotarii Gothica, de Gothis fuit, ex agro Tolosano (quæ fuit ævo Constantini GOTHIA:) tunc Aquitaniam totam primam occupantibus, & omnia vicina populantibus, ipsosque fines Eduorum. Ridemus interim eos, qui ne sua Diplomata falsa credantur, Clodoveum, quem III. nominant, eumdemque Theodorici filium, etiam Clotarium fuisse appellatum credi volunt. Vide Mabillonium, ad Tab. XVII. libri de Re Diplom. pag. 386. & 473.

Ibid. 2. CHLOTARIVS REX. Caput cinctum gemmis. ℣. CHLOTARIVS REX. Crux: hinc M inde A ut supra. Triens aureus, apud Paul. Petav. Tab. 6. & apud Le Blanc, pag. 35. n. 2. & 3. post Bouterouë, pag. 227.

Ibid. 3. CHLOTARIVS R. *Rex.* Caput cinctum gemmis. ℣. VICTORIA CHLOT. Hoc est: *VICToria Vquinta Regis Invicti Augusti CHLOtarii.* M A *Mercatores Augustodunenses.* Triens aureus est apud Le Blanc, pag. 35. n. 4. Ab hoc igitur Clotario Augusto genus ducit, qui in secunda Regum ætate est, Lotharius Imp. Aug.

Ibid. 4. CHLOTARIVS R. *Rex.* Caput cinctum gemmis. Cetera ut proxime: apud Le Blanc, ibidem, n. 5. Alius n. 6. habet, CHLOTARIVS REX: & M A tantum.

Ibid. 5. CHLOTARIVS REX. Caput cinctum gemmis. ℣. VICTORIAM REGIS. Hoc est: VICTORI *Invicto Augustodunenses Mercatores Restitutori Eduæ Gratissime Indixere Sexagesimam.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont ajugé de trés-bon cœur le soixantiéme denier au Victorieux Invincible,*

cible, le Reſtaurateur de leur Ville. Crux : hinc Ω inde A : forte pro M A ut ſupra: *Mercatores Auguſtodunenſes.* Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 270. & apud Le Blanc, pag. 35. n. 7.

Tab. IV. 6. VIRCAIVCA. Caput cinctum diademate. .)(. Crux: in ambitu, CLOTHARIVS. Triens aureus apud Le Blanc, pag. 35. n. 8. & Bouterouë, pag. 215. n. 1. Sententia prioris inſcriptionis hæc eſt: *Viceſimam Imperii Reſtitutori Clothario Decuriones Indixere: Viceſimam Cives Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les Magiſtrats ont ajugé le vintiéme denier au Roi Clotaire, le Reſtaurateur de l'Empire: les Bourgeois de la ville d'Autun le vintiéme auſſi.*

Hactenus Clotarii regis nummi : quem ii docent non citra Auguſtodunum, aut extra provincias, quæ tunc Imperii provinciæ appellabantur, (Narbonenſem totam intelligimus, & Lugdunenſem primam:) regem fuiſſe. Quid ergo fabulæ ſint de domino Yvetoti interfecto (ut aiunt) Sueſſionibus a Clotario, anno circiter 536. & regno propterea Yvetoti erecto ab eodem Clotario? Fabulam primus retulit Gaguinus in hiſtoria Francorum : comprobatamque eam fuiſſe ait uti rem geſtam olim, anno 1428. ſcilicet poſt annos fere nongentos, quam ponitur contigiſſe. Quid deinde aliis rebus fiet, ſub Clotariis tribus, ut volunt, & ab iſtis in Gallia tota geſtis?

DAGOBERTVS.

Tab. IV.

1. DAGOBERTVS REX. Caput cinctum gemmis. .)(. . . . . Crux: hinc M inde A. *Mercatores Auguſtodunenſes.* In ambitu, fortaſſis VICTVRIA, ut ſupra. Triens aureus apud Le Blanc, pag. 50. n. 6. In alio ibidem, n. 5. eſt. . . . OVICTVRIA: & M A ut in priore.

Ibid. 2. ΔAϚOBERTЄ. Pro, *Dagobertum Exaudi Chriſte.* Eſt enim littera poſtrema Є etiam pro C. .)(. VICTOM litteris inverſis. Forte, *Victori Invicto Centeſimam Triceſimamque Obtulere Mercatores.* Crux. M A *Mercatores Auguſtodunenſes.* Triens aureus ibidem.

Ibid. 3. Caput Dagoberti cinctum gemmis. In ambitu, CEVE FIT. Hoc eſt, *Conſervatori Eduæ Viceſimam Eduæ Viceſimam Edui Fabri Indixere Triceſimamque.* Gallice: *Les Ouvriers de l'Autunois ont ajugé le vintiéme & le trentiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun.* Mera divinatio eſt Di de Bouterouë. pag 285. in ora nummi reliqua ita ſupplentis: PARISINNCEVE FIT. Majore fide Le Blanc, pag. 50. litteras eſſe evanidas ac fugientes aciem oculorum punctis adſcriptis admonuit, pag. 50. n. 1. .)(. DAGOBERTVS REX. Crux Auguſtodunenſis. ELIGI. ut ſupra, in nummo Clodovei.

Ibid. 4. In alio ſimili, apud Le Blanc, pag. 50. n. 2 eſt PARISI CIVI. Sed mera hic quoque divinatio eſt: cum nihilo magis hic *Pariſii* ſint, quam in priore; ut in Theſauro Regio vidimus. Ob iſtos porro nummos prave intellectos, ſanctum Eligium, *ſaint Eloi*, æqualem Dagoberto priori fuiſſe, in Vita ejus, falſarii prodidere.

Ibid. 5. DAGOBERTVS. Caput cinctum gemmis. .)(. Crux tribus impoſita gradibus. In ambitu, MASILIA CIVIT. Sententia eſt, ut in Chariberto & Childerico diximus, *Mercatores Auguſtodunenſes Sexageſimam Indixerunt Liberatori Auguſtoduni: Cives Invicto Victori Indixere Triceſimam.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont ajugé le ſoixantiéme denier au Liberateur de leur ville: les Bourgeois ont ajugé le trentiéme denier au Victorieux Invincible.* Semiſſis aureus apud Bouterouë, pag. 319. & apud Le Blanc, pag. 50. n. 8.

Ibid. 6. DAGO+VER. Caput cinctum gemmis: & e regione, K. Hoc eſt, *DAGoberto Obtulere Chriſtiani Viceſimam Eduæ Reſtitutori.* Gallice: *Les Chrétiens ont preſenté le vintiéme denier au Roi Dagobert, le Reſtaurateur de la ville d'Autun.* K. forte, *Korporati, les Corps de la ville.* .)(. Crux gradibus tribus impoſita. In ambitu, MASILIA CIVIT. Eſt apud Bouterouë, pag. 319. & apud Le Blanc, pag. 50. n. 9.

Tab. V. 7. DAGOBERTHVS REX. Caput gemmis cinctum. .)(. Crux Ω & A. Chriſtus, qui Alpha & Omega. In ambitu, . . . VRIBORXA FIT. Eſt apud Bouterouë, pag. 294. n. 3. & apud Le Blanc, pag. 50. n. XI. Exciſis prioribus litteris, reliquarum hæc ſententia eſt: (*DEN Dagoberto Eduï Negotiatores*) *Viceſimam Reſtitutori Imperii Benemerenti Obtulere: Rex Xriſtianos Auguſtodunenſes Fecit Immunes Triceſima.* Gallice: (*Les Negocians de l'Autunois*) *ont preſenté par reconnoiſſance au Roi* (*Dagobert*) *le vintiéme denier: & le Roi a exemté les Chrétiens de la ville d'Autun du trentiéme denier.*

Ibid. 8. DAGOBERTVS. Caput cinctum gemmis. .)(. REX DEVS. Crux: hinc V inde C. *Vincit Chriſtus*, ethnicis debellatis. Eſt in Muſeo noſtro triens aureus, & apud Bouterouë, pag. 309. & Le Blanc, pag. 50. n. 13. Partis averſæ inſcriptio hanc habet ſententiam : *Reſtitutori Edui Xriſtiani DEtulere Vltro Sexageſimam.* Gallice: *Les Chrétiens de l'Autunois ont apporté de leur plein gré le ſoixantiéme denier à leur Reſtaurateur.* Nos olim aliter de eo nummo pronunciavimus, ſed pie magis quam vere.

Ibid. 9. DAGOBERTVS Caput cinctum gemmis. .)(. REX FELICI. Crux Auguſtodunenſis. ELIGI. ut ſupra, in nummo Clodovei. *Edui L quinquageſimam Illico Gratiſſime Indixerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont ordonné ſur le champ de très-bon cœur la levée du cinquantiéme denier.* Eſt triens aureus apud Le Blanc, pag. 50. n. 14. melius ex parte apud Bouterouë, pag. 310. Sed cave utrique credas, *feliciter* legi hic oportere pronuncianti, apud Le Blanc, pag. 53. Sententia enim hæc integra eſt ex utraque inſcriptione : DAGOBERTVS REX *Fecit Eduos L quinquageſima Illico Centeſimaque Immunes.* Gallice : *Le Roi Dagobert a exemté ſur le champ les peuples de l'Autunois du cinquantiéme denier & du centiéme.* Affectata barbaries in diplomate allato a Mabillonio, pag. 465. in quo ſcribitur *Dagoberchtus*, νοβεῖαν ejus manifeſte prodit. In nullo ſiquidem nummo nomen illud ſic ſcribitur. Sic etiam Venantii Fortunati diſces ætatem; hoc eſt, non ſexti eum ſæculi, ſed decimi quarti cum citiſſime eſſe ſcriptorem, ex epitaphio quod conſcripſit verſibus duodecim: quorum primæ litteræ ſimul junctæ hanc vocem efficiunt: DAGOBERCTHVS: tametſi recte in MS. codice, teſte Mabillonio, in ſupplemento, pag. 53. ſed tamen ſecum pugnans ſcripſerit in primo verſu. *Dagoberte*, in quinto caſu.

Ibid. 10. DAGOBERTVS REX. Caput cinctum gemmis. .)(. Calix anſatus, cruce ſuperpoſita; ſacrificii Chriſtiani ſymbolum. CANTOFIANOIFIT. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 285. & apud Le Blanc, pag. 50. n. 12. Sed ille FIIT;

iſte ſcripſit IFIT, nullo ſententiæ diſcrimine. Senſus enim eſt iſte : *Conſervatori Auguſtoduni Negotiatores Triceſimam Obtulerunt : Fabri Illico Attulere Nonageſimam : Octogeſima Illico Fecit* (vel *Fecit Illico*) *Immunes Triceſimaque.* Gallice : *Les Negocians de l'Autunois ont preſenté le trentiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun : les Ouvriers incontinent lui ont apporté le quatrevint-dixiéme denier : ſur le champ il les a exemtez du quatrevintiéme & du trentiéme denier.*

Tab. V. 11. DAGOBERTHVS REX. Vultu ſenili, capite cincto gemmis. .)(. Crux cum Ω & A: Epigraphe ex parte detrita, nec ſatis certa. AEI. . . . ARIOR. Eſt aureus triens apud Bouterouë, pag. 294 n. 2.

Ibid. 12 DAERNALO. Caput cinctum gemmis. Eſt aureus triens apud Bouterouë, pag. 349. n. 1. & apud Le Blanc, pag. 58 d. n. 12. inter ignotos. Sententia eſt : *DAgoberto Eduæ Reſtitutori Nonageſimam Auguſtodunenſes Lubentiſſime Obtulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté trés-volontiers le quatrevint-dixiéme denier au Roi Dagobert, le Reſtaurateur de la ville d'Autun.* .)(. IEIVFFOINMO. Non viri nomen iſtud eſt ; ſed primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia : *Inſtitores Edui Indixere Viceſimam : Fabri Ferrarii Obtulere Illico Nonageſimum : Mercatores Octogeſimam.* Gallice : *Les Merciers de l'Autunois ont ordonné la levée du vintiéme denier : les forgerons & ferruriers ont incontinent preſenté le quatrevint dixiéme : les Marchands le quatre vintiéme.*

Ibid. 13. VERSORODO. Caput cinctum gemmis. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 370. n. 9. melius quam apud Le Blanc, pag. 58. d. n. 26. inter ignotos. Sententia eſt : *Viceſimam Edui Reſtitutori Solverunt : Octogeſimam Reſtitutori Orbis Dagoberto Obtulerunt.* Gallice : *Les peuples de l'Autunois ont payé le vintiéme denier à leur Reſtaurateur : ils ont preſenté au Roi Dagobert, le Reſtaurateur de l'Empire, le quatrevintiéme.* .)(. Crux Auguſtodunenſis. AVDORICO. Non id viri nomen eſt, ſed ſub his litteris hæc ſententia : *AVguſtodunenſes Dagoberto Orbis Reſtitutori Illico Centeſimam Obtulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté ſur le champ le centiéme denier au Roi Dagobert, Reſtaurateur de l'Empire.*

Ibid. 14. ROLENDEO. Caput cinctum gemmis. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 359. n. 12. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 22. inter ignotos. Sententia eſt : *Reſtitutori Orbis L quinquageſimam Edua : Nonageſimam Dagoberto Edui Obtulere.* Gallice : *La ville d'Autun a preſenté le cinquantiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire : les peuples de l'Autunois le quatrevint-dixiéme au Roi Dagobert.* .)(. Chriſti monogramma, ex I & X. (*Jeſus Chriſtus* :) impoſitum litteræ M. *Mercatores Chriſtiani.*

Ibid. 15. RIEODVNIN. Caput cinctum gemmis. Triens eſt aureus apud Bouterouë, pag. 370. n. 13. & apud Le Blanc, pag. 58. d. n. 23 inter ignotos. Sententia eſt : *Reſtitutori Imperii Edui Obtulere Dagoberto Viceſimam : Nonageſimam Indixere Negotiatores.* Gallice : *Les peuples de l'Autunois ont preſenté au Roi Dagobert, Reſtaurateur de l'Empire, le vintiéme denier : les Negocians ont ordonné la levée du quatrevint-dixiéme.* Scalptor accuratiſſimus Ertingerus optime ſculpſit, RIE, non RNE, ut Bouterouë, qui I & E nexas eſſe falſo credidit. .)(. THEOPOLENOM. Non eſt iſtud viri nomen, ſed ſunt primæ litteræ totidem vocum, hac ſententia : *Tutatori Honorarium Edui Obtulerunt : Perſolverunt Octogeſimam Liberatori Eduæ Negotiatores : Octogeſimam Mercatores.* Gallice : *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le Don gratuit ordinaire en or à leur Protecteur : les Negocians ont payé le quatrevintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun : & les Marchands le quatrevintiéme auſſi :* ſeorſum hi nimirum ab illis. In medio Crux : in quatuor angulis litteræ cum puncto, E D C. *EDua Civitas, la ville d'Autun.*

Ibid. 16. AVGVSTEDVNO. Caput cinctum gemmis. Eſt triens aureus, apud Bouterouë, pag. 280. n. 4. hac ſententia : *AVGVSTodunenſes Eduique Dagoberto Viceſimam Nonageſimamque Obtulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun : & les peuples de l'Autunois, ont preſenté le vintiéme denier au Roi Dagobert.* .)(. Crux, cui adhæret littera R : *Chriſtus :* hinc A inde G. *Auguſtodunum, Autun.* AVSTRAVCEVS. Non eſt id viri nomen, ſed collectæ litteræ primæ ex hac ſententia : *AVguſtodunenſes Solverunt Triceſimam Reſtitutori AVguſtoduni : Centeſimam Edui Victori Solverunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville : les peuples de l'Autunois ont payé le centiéme au Victorieux.*

Ibid. 17. Caput cinctum gemmis. AVRELIANIS. Hoc eſt, *AVguſtodunenſes Reſtitutori Eduæ L quinquageſimam Illico Attulere : Nonageſimam Inſtitores Solverunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté incontinent le cinquantiéme denier au Reſtaurateur de leur ville : les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme denier.* .)(. Chriſti monogramma idem atque in ſuperiore nummo Auguſtodunenſi. CHASNEDOIS. Hoc eſt ; *Centeſimam Honorariumque Auguſtodunenſes Solverunt : Negotiatores Edui Dagoberto Obtulere Illico Sexageſimam.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme & le Don gratuit en or : les Negocians de l'Autunois ont préſenté ſur le champ le ſoixantiéme denier au Roi Dagobert.* Eſt hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 5.

Ibid. 18. Caput cinctum diademate e gemmis. TASILONE MONET. Non eſt viri nomen *Taſilio*, tametſi hinc accepere falſæ hiſtoriæ artifices, Taſſilonemque finxere Bavariæ ducem, & longam de eo fabulam ſub Pipino & Carolo Magno, Primæ hic ſunt totidem vocum litteræ, hæc ſententia : *Triceſimam Auguſtodunenſes Sexageſimamque Indixere : L quinquageſimam Obtulere Negotiatores Edui : Mercatores Octogeſimam Numeravere Eduæ Tutatori.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont ordonné la levée du trentiéme & du ſoixantiéme denier : les Negocians de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme : les Marchands ont payé le quatrevintiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.* .)(. AVTIZIODERO CI. Sententia eſt : *AVguſtodunenſes Tutatori Imperii Sexageſimam Indixerunt : Octogeſimam Dagoberto Eduæ Reſtitutori Obtulere CIves.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont ordonné la levée du ſoixantiéme denier pour le Conſervateur de l'Empire : les Bourgeois ont preſenté le quatrevintiéme denier au Roi Dagobert le Reſtaurateur de la ville d'Autun.* Eſt hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 17. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 8.

Ibid. 19. Caput cinctum gemmis. MEDIOLANO CASTRO. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 354. n. 3. & apud Le Blanc, pag. 58. b. n. 34. Sententia eſt : *Mercatores Edui Dagoberto Invicto Obtulere L quinquageſimam : Auguſtodunenſes Negotiatores Octogeſimam : Cives Auguſtoduni Servatori TRiceſimam Obtulerunt.* Gallice : *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier à l'Invincible Dagobert : les Negocians de la ville d'Autun le quatrevintiéme : les Bourgeois ont preſenté le trentiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun.* .)(. MONETA. *Mercatores Omnes Negotiatoresque Edui Triceſimam Attulerunt.* Gallice : *Tous les Marchands & Negocians de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier.*

Ibid. 20. Caput tectum pileo. DRIONNO VICO. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 349. n. 3. & Le Blanc. pag. 58. b. n. 28. Sententia eſt : *Dagoberto Reſtitutori Imperii Octogeſimam Nonageſi-*

gesimamque Negotiatores Obtulere : VIctori Centesimam Obtulerunt. Gallice: *Les Negocians ont presenté au Roi Dagobert, le Restaurateur de l'Empire le quatrevintiéme & le quatrevint-dixiéme : au Victorieux ils ont presenté le centiéme.* .)(. Crux Augustodunensis. LEO MONETARI. Sententia est : *Liberatori Eduæ Obtulere Mercatores Octogesimam : Negotiatores Edui Tricesimam Attulere Restitutori Imperii.* Gallice: *Les Marchands ont presenté le quatrevintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun : les Negocians de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier au Restaurateur de l'Empire.*

Tab. V. 21. Caput senile diadematum. ATVIDINO OI. Est triens aureus in Museo nostro. Sententia est : *Augustodunenses Tricesimam Victori Invicto Dagoberto Indixere : Negotiatores Obtulere Centesimam Illico.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont ajugé au Victorieux Invincible Dagobert le trentiéme denier : les Negocians ont presenté le centiéme sur le champ.* .)(. VNDERICO MONET. Non est istud viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia : *Vicesimam Negotiatores Dagoberto Eduæ Restitutori Indixere : Centesimam Obtulere Mercatores : Octogesimam Negotiatores Edui Tricesimamque.* Gallice: *Les Negocians ont ajugé le vintiéme denier au Roi Dagobert Restaurateur de la ville d'Autun : les Marchands ont presenté le centiéme denier : les Negocians de l'Autunois le quatrevintiéme denier & le trentiéme.*

Ibid. 22. Caput regis est, tectum pileo. VENETVS. Hoc est, *Vicesimam Edui Negotiatores Eduæ Tutatori Vltro Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé trés-volontiers le trentiéme denier au Conservateur de la ville d'Autun.* Non scriberent Veneti, sive qui in Italia, sive Britones, in singulari *Venetus.* .)(. CHARDO. Sententia est: *Cives Honorarium Augustoduni Restitutori Dagoberto Obtulerunt.* Gallice: *Les Bourgeois ont presenté au Roi Dagobert, Restaurateur de la ville d'Autun, le don gratuit en or.* Est triens aureus apud Le Blanc, pag. 58. c. n. 58.

Ibid. 23. Caput cinctum gemmis. DABANAS. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 349. n. 2. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 13. inter ignotos. Sententia est: *DAgoberto Benemerenti Augustodunenses Negotiatores Attulere Sexagesimam.* Gallice : *Les Negocians de la ville d'Autun ont apporté le soixantiéme denier au Roi Dagobert, par reconnoissance.* .)(. Crux: hinc V inde M. OPTATVS MONETAR. Non est id viri nomen, quamvis ab impia cohorte inde est acceptum, & aliis attributum: sed sunt hic primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Octogesimam Persolverunt Tutatori Augustodunenses : Tricesimam Victori Solverunt Mercatores: Obtulerunt Negotiatores Edui Tricesimam Augustoduni Restitutori.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le quatrevintiéme denier à leur Conservateur : les Marchands ont payé le trentiéme au Victorieux : les Negocians de l'Autunois ont presenté le trentiéme au Restaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 24. MONE PALATI. Caput cinctum gemmis, Dagoberti regis, ut ex similitudine tantum partis aversæ cum nummo 9. ejusdem apparet. Non hic *Moneta Palatina* legi debet vel intelligi : primæ hic sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Mercatores Obtulere Nonagesimam : Edui Persolverunt Aurarium : Liberatori Augustodunenses Tricesimam Indixerunt.* Gallice: *Les Marchands ont presenté le quatrevint-dixiéme denier : les Autunois ont payé le Don gratuit en or : les habitans de la ville d'Autun ont ordonné la levée du trentiéme denier pour leur Liberateur.* .)(. Crux Augustodunensis: sub ea ELIGI. *Edui L quinquagesimam Illico Gratissime Indixerunt :* ut jam tertium vidimus superius. In ambitu, SCOIAREIA... Cetera desunt: earum quæ supersunt litterarum hæc est fortassis sententia : *Sexagesimam Cives, Octogesimam Illico Attulerunt Restitutori Eduæ Institores Augustodunenses.* Gallice: *Les Bourgeois le soixantiéme : les Merciers de la ville d'Autun ont apporté incontinent le quatrevintiéme au Restaurateur de la ville d'Autun.* Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 286. & Le Blanc, pag. 50. n. 4.

Ibid. 25. Vultus idem regis Dagoberti. AVDIERNVS A. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 344. n. 8. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 14. Sententia est : *Augustodunenses Vicesimam Dagoberto Indixerunt Eduæ Restitutori*: (hæc pars prior inscriptionis est; sequitur altera a priore in nummo ipso divisa:) *Negotiatores Victori Sexagesimam Attulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont ajugé au Roi Dagobert, le Restaurateur de leur ville, le vintiéme denier : les Negocians ont apporté le soixantiéme denier au Victorieux.* .)(. BELLO MONTE. Sententia est: *Benemerenti Eduæ Liberatori L quinquagesimam Obtulere Mercatores : Octogesimam Negotiatores Tutatori Eduæ.* Gallice: *Les Marchands ont presenté par reconnoissance le cinquantiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun : les Negocians le quatrevintiéme au Conservateur de ladite ville.*

GVNTHACHRAMVS.

Tab. V.

1. GVNTHACHRAM R. *Gunthachramus Rex.* Caput gemmis cinctum. .)(. Victoria crucem gestat. SENONI CIVITA. Non scriberetur Senonum civitas SENONI, pro Senones. Sententia est : *Servatori Eduæ Negotiatores Obtulere Nonagesimam Illico Centesimamque : Invicto VIctori Tricesimam Attulerunt.* Gallice : *Les Negocians ont presenté sur le champ au Conservateur de la ville d'Autun le quatrevint dixiéme & le centiéme denier : ils ont apporté le trentiéme denier au Victorieux Invincible.* Est hic aureus triens apud Bouterouë, pag. 255. & Le Blanc, pag. 44.

Ibid. 2. Caput nudum. MVARVERSO. Sententia est : *Mercatores Vicesimam Augustoduni Restitutori, Vicesimam Edui Restitutori Sexagesimamque Obtulerunt.* Gallice : *Les Marchands ont presenté le vintiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun : les peuples de l'Autunois le vintiéme au Prince qui les a rétablis.* .)(. Crux nexa cum litteris L & G: ut sit sententia, ni fallimur, *Christe Libera Gunthachramum.* In ambitu: SENONE. . . . hoc est : *Servatori Eduæ Negotiatores Obtulere Nonagesimam : Edui*, & cetera, quæ sunt recisa. Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 359. n. 15.

Ibid. 3. Caput nudum. ANDEGAS EVAS. Triens est aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 26. Quos *Angevins* appellamus, nomen suum nossent, & cum Plinio scriberent, *Andegavi.* Sententia hic ista est : *Augustodunenses Negotiatores DEdere Gunthachramo Aurarium ; Sexagesimam Edui, Vicesimam Augustodunenses Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont donné au Roi Gontran le don gratuit en or : les peuples de l'Autunois ont payé le soixantiéme, les habitans de la ville d'Autun le vin-*

vintième. Pars nummi aversa caret epigraphe.

Tab. V. 4. Effigies stans. GAVECI FICTI. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 341. n. 11. Sententia est: *Gunthachramo Augustodunenses Eduique Centesimam Indixere: Fabri Illico Centesimam Tricesimamque Indixerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun & les peuples de l'Autunois ont ajugé au Roi Gontran le centiéme denier: aussitost les Ouvriers lui ont ajugé le centiéme denier & le trentiéme.* .)(. HMVROLVS MONE: Non est id viri nomen; sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Honorarium Mercatores Vicesimamque Restitutori Obtulerunt: Liberatori Vrbis Sexagesimam Mercatores: Octogesimam Negotiatores Edui.* Gallice: *Les Marchands ont presenté le Don gratuit & le vintiéme denier au Prince qui les a rétablis: les Marchands de l'Autunois le soixantiéme au Liberateur de leur ville; les Negocians le quatrevintiéme.*

Ibid. 5. Caput cinctum diademate e gemmis, sine epigraphe. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 247. n. 4. & Le Blanc, pag. 42. n. 4. .)(. Calix ansatus, hostia super imminente, symbolum Missæ, sive sacrificii Christiani. GAVALETANO. Sententia est; *Gunthachramo AVgustodunenses Vicesimam Attulerunt Liberatori Eduæ: Tricesimam Augustodunenses Negotiatores Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le vintiéme denier au Roi Gontran Liberateur de leur ville: les Negocians de la ville d'Autun ont presenté le trentiéme.* Infra: BAN *Benemerenti Augustodunenses Negotiatores*, hunc nummum scilicet percusserunt. Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun à leur bienfacteur.* In Martyrologio Romano, die 28. Martii, legitur: Cabillone in Galliis, Depositio sancti Gunthramni Regis Francorum, &c.

MEROVEVS.

Tab. VI.

1. MEROVEVS. Caput cinctum diademate e gemmis. .)(. Crux: hinc C inde A. *Civitas Augustodunum.* MVDVLENVS MON. Non est id viri nomen; sed primæ sequentium vocum litteræ: *Meroveo Vicesimam Dedere Vrbis Liberatori Edui: Negotiatores Victori Sexagesimam: Mercatores Obtulere Nonagesimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont donné le vintiéme denier au Roi Merovée Liberateur de leur ville: les Negocians le soixantiéme denier au Roi Victorieux: les Marchands lui ont presenté le quatrevintiéme.* Est triens aureus apud Bouterouë, pag. 259. ex Cimelio D. de Peiresc, & post illum apud Le Blanc, pag. 44 n. 2. Ex hoc nummo accepere falsarii, qui historias conflarunt, nomen Merovei; quem caput primæ regum stirpis fecere. Hunc certe qui in nummo pingitur, fuisse Christianum crux adpicta docet: regem fuisse, diadema; præter alterum Monetarii (ut creditur, sed falso, ut diximus,) nomen adscriptum: in prima denique Lugdunensi, nomen *Civitatis Augustodunensis*, aliique nummi quinque subsequentes. *La Croix*, inquit Le Blanc, *qui est sur le revers, fait voir que ce tiers de sol d'or ne peut pas estre du Roi Merovée, qui étoit payen. Peut-estre est-il de Merovée fils de Chilperic. A la verité il est difficile de deviner, pourquoi ce Prince, qui ne fut jamais Roi, fit faire de la monnoye.*

Ibid. 2. Caput cinctum gemmis. VALMIOLLO. Est triens aureus, apud Bouterouë, pag. 364. n. 21. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 27. inter ignotos. Sententia est: *Vicesimam Augustodunenses Lubentissime Meroveo Indixere: Octogesimam L quinquagesimamque Liberatori Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont ajugé trés-volontiers le vintiéme denier au Roi Merovée: ils lui ont offert le quatrevintiéme denier & le cinquantiéme comme à leur Liberateur.* .)(. AGODOFVS. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Augustodunenses Gratissime Obtulere Decimam: Octogesimam Fabri Victori Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté de trés-bon cœur le dixiéme denier: les ouvriers (ou les artisans) ont payé le quatrevintiéme au Victorieux.*

Ibid. 3. Caput cinctum gemmis. AMBEANIS. Triens est aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 22. & Le Blanc, pag. 58. a n. 1. Sententia est: *Augustodunenses Meroveo BEnemerenti Aurarium Nonagesimamque Illico Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé sur le champ de trés-bon cœur au Roi Merovée le Don gratuit en or, & le quatrevint dixiéme denier.* .)(. MEDOALDO M. Non est id viri nomen, sed primæ sunt sequentium vocum litteræ: *Meroveo Edui Decimam, Octogesimam Augustodunenses Liberatori: Decimam Obtulerunt Mercatores.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont presenté le dixiéme denier au Roi Merovée, les habitans de la ville d'Autun le quatrevintiéme à leur Liberateur: les Marchands, le dixiéme.*

Ibid. 4. Caput cinctum gemmis, vestis regia. LEMOVECASF. *Lemovices* scriberent aut *Lemovicum* incolæ. At hic sententia est: *Liberatori Eduæ Meroveo Obtulere Vicesimam Edui: Centesimam Attulere Sexagesimamque Fabri.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont presenté le vintiéme denier au Roi Merovée Liberateur de la ville d'Autun: les artisans ont apporté le centiéme & le soixantiéme denier.* .)(. ASCARICO MONET. Non est id viri nomen; sed sub his litteris subest hæc oratio: *Attulere Sexagesimam Cives Augustodunenses Restitutori Imperii: Centesimam Obtulere Meroveo: Octogesimam Nonagesimamque Eduæ Tutatori.* Gallice: *Les Bourgeois d'Autun ont apporté le soixantiéme denier au Restaurateur de l'Empire: ils ont presenté le centiéme au Roi Merovée: le quatrevintiéme & le quatrevint-dixiéme au Conservateur de la ville d'Autun.* Crux: hinc L inde E. *Liberi Edui: Les Autunois sont peuples libres.* Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 349. n. 2. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 31.

Ibid. 5. NAMNETIS. Caput est cinctum gemmis. Triens est aureus, apud Bouterouë, pag. 354. n. 10. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 35. *Nannetes* habet Plinius, libro IV. sect. XXXII. Sententia autem hic ista est: *Negotiatores Augustodunenses Meroveo Nonagesimam, Edui Tricesimam Illico Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont payé sur le champ le quatrevint-dixiéme denier au Roi Merovée; les peuples de l'Autunois le trentiéme denier.* .)(. FIDIGIVS. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Fabri Illico Decimam Indixere: Gratissime Institores Vicesimam Solverunt.* Gallice: *Les Artisans ont ordonné sur le champ la levée du dixiéme denier: les Merciers ont payé de trés-bon cœur le vintiéme denier.*

In alio simili nummo, apud Bouterouë, num. 11. legitur JOHANNIS: quod cave putes esse nomen Monetarii: neque enim in genitivo casu scriberetur: sed est sub istis litteris ista sententia: *Institores Obtulerunt Honorarium Augustodunenses: Nonagesimam Negotiatores Indixere Sexagesimamque.* Gallice: *Les Mer-*

Merciers de la ville d'Autun ont presenté le Don gratuit: les Negocians ont ordonné la levée du quatrevint dixiéme & du soixantiéme denier.

Tab. VI. 6. TREMEOLLO. Caput tectum pileo & diademate e gemmis. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 354. n. 10. Sententia est: *Triceſimam Reſtitutori Eduæ Meroveo Omnes Lugdunenſes Lubentiſſime Obtulerunt.* Hoc est, omnis provincia Lugdunensis, quæ fuit Imperio subjecta, & in qua Augustodunum fuit; ac sola proinde Lugdunensis prima. Gallice: *Tous les peuples de la Lionnoiſe ont preſenté trés-volontiers le trentiéme denier au Roi Merovée, le Reſtaurateur de la ville d'Autun.* .)(. BAVDOLEFVS. Non est id viri nomen, sed primæ sequentium vocum litteræ: *Benemerenti AVguſtodunenſes Decimam Obtulerunt, L quinquageſimam Edui; Fabri Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le dixiéme denier à leur Bienfacteur: les peuples de l'Autunois, le cinquantiéme: les Artiſans ont payé le vintiéme.*

SIGEBERTVS.

Tab. VI.

1. MASILIA. Caput Sigeberti regis, cinctum gemmis. .)(. SIGEBERTVS RIX, pro REX. Crux orbi imposita: hinc M inde A. Est solidus aureus apud Bouterouë, pag. 253. n. 2. & Le Blanc, pag. 45. n. 5. Quid hic MASILIA sit, & M A diximus in nummo tertio & quarto Chariberti regis; cui hi duo nummi priores Sigeberti perperam tribuntur.

Ibid. 2. SEGIBERTVS. Caput cinctum gemmis. .)(. MAS. . . . ceteræ sunt detritæ litteræ. Rursum cum cruce, M A. Solidus aureus apud Le Blanc, pag. 45. n. 3. In alio ibidem, sed semissi aureo, n. 6. est SIGEBERTVS. Bouterouë Sigeberti nomine profert octo inter se fere similes nummos, quorum alios Sigeberto I. adscribit, alios Sigeberto II. sed nulla discriminis allata ratione, ut notat Le Blanc, pag. 45. ubi eosdem describit. Nihil similius dici potest, quam est idem in omnibus illis vultus Sigeberti.

Ibid. 3. Caput cinctum gemmis: vultus Sigeberti idem atque in superioribus. SESEMO VILLA. Numquid in villis Monetaria fuit officina apud Gallos? Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 359. n. 20. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 24. inter ignotos. Sententia est: *Sigeberto Eduæ Servatori Edui Mercatores Octogeſimam, Victori L quinquageſimam Lubentiſſime Attulerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont apporté trés-volontiers le quatrevintiéme denier au Roi Sigebert Conſervateur de la ville d'Autun, & le cinquantiéme au Roi Victorieux.* .)(. . . . GHISILO MONET. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Gratiſſime Honorarium Illico Solverunt Inſtitores Liberatori: Obtulere Mercatores Omnes Nonageſimam Eduæ Tutatori.* Gallice: *Les Merciers ont payé ſur le champ de trés-bon cœur le don gratuit à leur Liberateur: Tous les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier au Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 4. Caput cinctum gemmis; vultus idem Sigeberti regis. ISARNVS. Triens est aureus apud Bouterouë, pag. 354. n. 2. Sententia est: *Invicto Sigeberto Auguſtoduni Reſtitutori Negotiatores Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont payé le vintiéme denier à l'Invincible Sigebert, le Reparateur de la ville d'Autun.* .)(. MASILIA. Hoc est, ut diximus in Chariberto: *Mercatores Auguſtodunenſes Sexageſimam Indixere Liberatori Auguſtoduni.*

Ibid. 5. Caput tectum pileo, cum diademate regio e gemmis. ANDECAVIS. Triens est aureus apud Bouterouë, pag. 343. n. 1. & 3. Non sunt hic *Andegavi* Plinio memorati, libro IV. sect. XXXII. sed est sententia: *Auguſtodunenſes Negotiatores Decimam, Edui Centeſimam Attulerunt Victori Invicto Sigeberto.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont apporté le dixiéme denier à l'Invincible Victorieux Sigebert: les habitans de l'Autunois le centiéme.* .)(. Crux Augustodunensis, ut sæpe superius. NVNNVS MON. Non est id viri nomen, sed sunt primæ totidem vocum litteræ; hac sententia: *Negotiatores Viceſimam Nonageſimamque Numeravere Vrbis Servatori: Mercatores Obtulere Nonageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont payé le vintiéme & le quatrevint-dixiéme denier au Conſervateur de la ville: les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 6. Caput cinctum gemmis, vultus idem atque in prioribus. ANDEGAVIS CIV. Semissis aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 25. Sententia est: *Auguſtodunenſes Negotiatores Decimam Eduæ Conſervatori Attulerunt Viceſimamque Sigeberto: Centeſimam Invicto Victori.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont apporté au Roi Sigebert Conſervateur de leur ville le dixiéme & le vintiéme denier: & le centiéme au Victorieux Invincible.* .)(. Crux Augustodunensis, ut sæpe superius. SISBERTVS MON. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ; hac sententia: *Sexageſimam Inſtitores Sigeberto Benemerenti Eduæ Reſtitutori, Triceſimam Victori Solverunt: Mercatores Obtulere Nonageſimam.* Gallice: *Les Merciers ont payé le ſoixantiéme denier par reconnoiſſance au Roi Sigebert Reſtaurateur de la ville d'Autun: le trentiéme au Victorieux: les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 7. Caput cinctum gemmis, & vultus idem Sigeberti regis. CONSERINNES. Acceptum nomen est corruptumque ex Conforannis Aquitaniæ, de quibus Plinius, libro IV. sect. XXXIII. Est semissis aureus apud Paulum Petav. Tab. 5. n. 2 Sententia est: *Centeſimam Obtulere Negotiatores Servatori Eduæ: Reſtitutori Imperii Nonageſimam Numeravere Edui Sigeberto.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le centiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun: les peuples de l'Autunois ont payé le quatrevint-dixiéme denier au Roi Sigebert, Reſtaurateur de l'Empire.* .)(. Effigies stans. VICEMERES. Hoc est, *Viceſimam Contulere Edui MErcatores Reſtituteri Eduæ Sigeberto.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont contribué du vintiéme denier au Roi Sigebert, le Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 8. Caput cinctum gemmis, & idem vultus regis Sigeberti. VESARONNO. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 370. n. 8. cujus hæc est sententia: *Viceſimam Edui Sigeberto Auguſtoduni Reſtitutori Obtulerunt: Numeravere Negotiatores Octogeſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le vintiéme denier au Roi Sigebert, Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Negocians lui ont payé le quatrevint-dixiéme denier.* .)(. MASNVC. *Mercatores Auguſtodunenſes Sexageſimam, Negotiatores Viceſimam Contulerunt.* Gallice: *Les Marchans de la ville d'Autun ont donné le ſoixantiéme denier, les Negocians le vintiéme.*

Ibid. 9. Caput pileo tectum & diademate e gemmis. TRECAS. Triens aureus, apud Bouterouë, pag. 364. n. 13. hac sententia. *Triceſimam Reſtitutori Eduæ Cives Attulere Sigeberto.* Gallice: *Les Bourgeois ont apporté au Roi Sigebert Reſtaurateur de la ville d'Autun, le trentiéme denier.* .)(. AVDOLENVS MON.

MON. Non est id viri nomen, sed primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *AVgustodunenses Decimam Obtulere Liberatori, Edui Numeravere Sexagesimam*: (ut supra, in Childeberto, num. 43. unde intelligas eamdem designari civitatem his litteris PECTAV. & istis, TRECAS; scilicet Eduam:) *Mercatores Obtulere Tricesimam.*

Tab VI. 10. Caput cinctum diademate, vultus Sigeberti regis, qualis in prioribus. . . MOVICIS, pro LEMOVICIS. Aquitani scriberent cum Plinio, libro IV. sect. XXXIII. *Lemovices*, aut *Lemovicibus*. At est hic ista sententia: *Lubentissime Edui Mercatores Obtulere Vicesimam Imperii Conservatori Invicto Sigeberto.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont presenté à l'Invincible Sigebert, Conservateur de l'Empire, le vintiéme denier.* .)(. BOSO FIGIT. Bozo rex scribitur in nummo vetere per litteram Z: & in Necrologio Parisiensi, die 16. Octobris, *Bozo diaconus*. Hic vero sententia hæc est: *Benemerenti Obtulere Sigeberto Octogesimam: Fecit Illico Centesima Immunes Tricesimaque.* Gallice: *Ils ont presenté au Roi Sigebert par reconnoissance le quatrevintiéme denier; sur le champ il les a exemté du centiéme & du trentiéme denier.* Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 349. n. 21.

Ibid. 11. Caput cinctum corona murali. SEFINIACO. Triens est aureus apud Bouterouë, pag. 359. n. 21. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 50. Sententia est: *Sigeberto Edui Fabri Indixere Nonagesimam: Institores Augustodunenses Centesimam Obtulerunt.* Gallice: *Les Artisans de l'Autunois ont ajugé au Roi Sigebert le quatrevint-dixiéme denier: les Merciers de la ville d'Autun lui ont presenté le centiéme.* .)(. GVNDENVS. Non est id viri nomen; sed primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Gratissime Victori Nonagesimam Detulere Edui: Negotiatores Vicesimam Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont presenté de trés-bon cœur le quatrevint-dixieme denier au Victorieux: les Negocians lui ont payé le vintiéme.*

Ibid. 12. Caput cinctum gemmis: vultus Sigeberti regis, qualis in prioribus. SAREBVRGO. Triens aureus apud Le Blanc, pag. 58. c. n. 5. inter ignotos. Sententia est: *Sigeberto Augustodunenses Restitutori Eduæ Benemerenti Vicesimam, Regi Centesimam Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté par reconnoissance au Roi Sigebert, Restaurateur de leur ville, le vintiéme denier, & le centiéme comme au Roi.* .)(. VVLTERICO MON. Non est id viri nomen, sed primæ sequentium vocum litteræ, hac sententia: *Victori Vicesimam, Liberatori Tricesimam, Eduæ Restitutori Institores Centesimam Obtulere: Mercatores Obtulerunt Nonagesimam.* Gallice: *Les Merciers ont presenté le vintiéme denier au Victorieux, le trentiéme à leur Liberateur, le centiéme au Restaurateur de la ville d'Autun: les Marchands ont presenté le quatrevint-dixiéme.* L C *Libera Civitas*, ut jam supra in Childeberto, n. 41.

Ibid. 13. Caput galeatum, ut videtur. AREDIVS. Triens est aureus, apud Bouterouë, pag. 201. n. 1. Sententia est: *Augustodunenses Restitutori Eduæ Detulere Illico Vicesimam Sigeberto.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont porté sur le champ le vintiéme denier au Roi Sigebert, Restaurateur de leur ville.* .)(. VADOLENOMO. Non est id viri nomen, sed primæ sunt eæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Victori Augustodunenses Decimam Obtulere: Liberatori Edui Nonagesimam: Octogesimam Mercatores Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté le dixieme denier au Victorieux; les peuples de l'Autunois le quatrevint-dixiéme à leur Liberateur: les Marchands ont presenté le quatrevintiéme.* Crux Augustodunensis: hinc A inde G: ut in Dagoberto, n. 16. *Augustodunum.*

Ibid. 14. Caput gemmis cinctum, & vultus Sigeberti regis, ut in prioribus. SOEDIONISI. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 106. & Le Blanc, pag. 16. n. 1. Sententia est: *Sexagesimam Obtulerunt Eduæ Conservatori Institores: Octogesimam Negotiatores Indixere Sigeberto.* Gallice: *Les Merciers ont presenté le soixantiéme denier au Conservateur de la ville d'Autun: les Negocians ont ajugé le quatrevintiéme au Roi Sigebert.* .)(. Effigies stans cum clava, ut videtur. BETTO M. Non est id viri nomen, sed primæ sunt eæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Benemerenti Eduæ Tutatori Tricesimam Obtulere Mercatores.* Gallice: *Les Marchands ont presenté par reconnoissance le trentiéme denier au Conservateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 15. Rex sedens crucem tenet. REDONIS. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 359. n. 8. & Le Blanc, pag 58. b. n. 43. Non sunt hic Rhedones Plinio memorati, libro IV. sect. XXXII. alioqui *Rhedones* aut *Rhedonibus* scriberetur. Sed est hæc ista hic sententia: *Restitutori Eduæ Decimam Obtulere Negotiatores Invicto Sigeberto.* Gallice: *Les Negocians ont presenté le dixiéme denier à l'Invincible Sigebert, le Restaurateur de la ville d'Autun.* .)(. CANTERELLVS. Non est id viri nomen; sed primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Centesimam Augustodunenses Negotiatores Tutatori Eduæ, Restituti Edui L quinquagesimam Victori Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont payé le centiéme denier au Conservateur de leur ville: les peuples de l'Autunois rétablis ont payé le cinquantiéme au Victorieux.*

Ibid. 16. Caput galeatum. SEDVNIS FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 319. n. 13. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 47. Sententia est: *Servatori Eduæ Detulere Vicesimam Negotiatores Invicto Sigeberto: Fabri Indixere Tricesimam.* Gallice: *Les Negocians ont porté le vintiéme denier à l'Invincible Sigebert, Conservateur de la ville d'Autun: les Artisans lui ont ajugé le trentiéme.* .)(. AERIVS. Hoc est, *Attulere Edui Restitutori Imperii Vicesimam Sigeberto.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté le vintiéme denier au Roi Sigebert Restaurateur de l'Empire.* Crux: hinc V inde II.

Ibid. 17. Caput virile, barbatum, corona quasi radiata. SVESIONIS. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 209. n. 1. & Le Blanc, pag. 16. n. 3. Sententia est: *Solverunt Vicesimam Edui Sigeberto Invicto: Obtulere Negotiatores Illico Sexagesimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le vintiéme denier à l'Invincible Sigebert: sur le champ les Negocians lui ont presenté le soixantiéme.* .)(. BETTONI. Si Monetarii nomen istud esset, cur in dativo casu? Sententia est: *Benemerenti Eduæ Tutatori Tricesimam Octogesimamque Negotiatores Indixere.* Gallice: *Les Negocians ont ordonné par reconnoissance la levée du trentiéme & du quatrevintiéme denier pour le Conservateur de la ville d'Autun.*

THEO-

THEODEBERTVS.

Tab. VI.

1. D.N. HEODEBERTVS VICTOR. Capite pileato, cum crista, gestat hastam humero, more Imperatorum, sinistra clypeum.)(. VICTORIA AVGGGI. *Victoria Augustorum trium Imperatorum.* Victoria stans dextra tenet crucem oblongam, sinistra orbem, cui crux est imposita. Ad pedes, RE *Restitutâ Edua*, ut ex sequentibus intelligetur Infra, CONOB. *Centesimam Omnes Negotiatores Obtulerunt Benemerenti*, ob Eduam restitutam. Gallice: *Tous les Negocians ont presenté le centiéme denier.* Solidus aureus est, *un sol d'or*, descriptus primum à D. Bouterouë, pag. 230. n. 1. deinde a Du-Cangio, & aliis. Est in Thesauro Regio. Numquam Theodebertus Rex fuit, sed nedum Rex Francorum: (quod tunc majus fuit regio titulo) in Lugdunensi prima creatus est a Senatu Consul & Imperator Augustus.

Ibid. 2. D. N. THEVDEBERTI PP. AVG. Caput triplici gemmarum ordine cinctum, cum apice plumeo; dextra orbem tenet, cui crux est superposita *Dominus noster Theudebertus Imperator Perpetuus Augustus.*)(. VICTORIA AVGGG. A. Victoria stans, dextra tenet crucem oblongam, ℞: sinistra orbem, cui crux superposita. Eodem sinistro latere fidus Solis, imperii in Occidente symbolum. *Victoria Augustorum trium quartæ* fabricæ nummo consignata. Infra, CONOB. *Centesimam Omnes Negotiatores Obtulerunt Benemerenti.* Solidus aureus est singularis in Musco nostro.

Ibid 3. D. N. THEODEBERTVS C. *Consul.* Caput cinctum gemmis.)(. Victoria cum palma & corona. VICTORIA ACCC. D. N. *Victoria accepta Consulatui Domini nostri.* Gallice: *Victoire dont on est redevable au Consulat du Seigneur Theodebert.* Ad pedes Victoriæ, ℞ *Restituta Edua: Autun rétabli.* Infra, CONOB. *Centesimam Omnes Negotiatores Obtulere Benemerenti* Est triens aureus perelegantis fabricæ in Musco nostro.

Tab. VII. 4. . . . TORIA. Caput gemmis cinctum. Forte, *Theodebertus* VICTOR *Imperator Augustus:* neque enim bis VICTORIA scriberetur, in triente aureo potissimum.)(. VICTORIA THEODEBERTI. Et in cippo, METTIS: hoc est, *Mercatores Edui Tricesimam Theodeberto Invicto Solverunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé le trentiéme denier à l'Invincible Theodebert.* Confer similem inscriptionem in Childerici nummo 2. Est iste Theodeberti triens aureus apud Bouterouë, pag. 233. n. 2. & Le Blanc, pag. 22.

Ibid. 5. Caput Theodeberti cinctum gemmis. DOCCIO MONET. Hoc est, *Decimam Obtulere Cives, Centesimam Institores, Mercatores Octogesimam, Negotiatores Edui Tricesimam* Gallice: *Les Bourgeois ont presenté le centiéme, les Marchands le quatrevintiéme: les Negocians de l'Autunois le trentiéme.*)(. VICTORIA AVGVSTORum: Theodeberti scilicet & collegarum. Crux: hinc V inde II. Infra, CONOB. *Centesimam Omnes Negotiatores Obtulere Benemerenti*, Theodeberto scilicet, cujus est in nummo impressa imago Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 219. n. 1. & apud Le Blanc, pag. 34. n. 1.

Ibid. 6. DOCCIO MO. Hoc est, *Decimam Obtulere Cives, Centesimam Institores, Octogesimam Mercatores Obtulerunt.* Gallice: *Les Bourgeois ont presenté le dixiéme denier, les Merciers le centiéme, les Marchands ont presenté le quatrevintiéme.* Caput Theodeberti tectum pileo, cum gemmis.)(. Crux: hinc L inde V. *Liberatori Vrbis.* In ambitu, LVGDVN O FIT. Sententia est: *Liberatori Vrbis Gratissime Dedere Vicesimam Negotiatores*: hæc pars dextra inscriptionis est: sequitur sinistra: *Octogesimam Fabri Indixere Theodeberto.* Gallice: *Les Negocians ont donné de trés-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de leur ville; les Artisans ont decerné le quatrevintiéme pour le Prince Theodebert.* Si Lugdunensium hic nummus esset, LVGDVNI scriberent, non LVGDVNO. Est hic triens aureus in locis proxime allatis, n. 2. Confer nummum 12.

Ibid. 7. D. N. THEODEBERTVS. Caput cinctum gemmis.)(. Victoria sedet, sine inscriptione. Triens aureus, apud Bouterouë, pag. 231. & apud Le Blanc, pag. 22.

Ibid. 8. THEODEBERTI A. *Theodebertus Imperator Augustus.* Caput cinctum gemmis, cum clypeo.)(. JOHANNES. Non est istud hoc loco nomen Monetarii: siquidem ut nostra, sic jam illa ætate, prænomen fuit. Sed sunt hic tot voces, quot litteræ, hac sententia: *Imperatori Obtulerunt Honorarium Augustodunenses: Numeravere Negotiatores Edui Sexagesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté le don gratuit au Generalissime: les peuples de l'Autunois lui ont payé le soixantiéme denier.* Confer nummum similem, de quo diximus in Meroveo, n. 5. Est hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 277. & Le Blanc, pag. 22. n. 4. Vidimus & in Musco San-Genovefano.

Ibid. 9. TEODOBERT. Caput cinctum gemmis.)(. Crux cum A & Ω. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 233. n. 1. & Le Blanc, pag. 22. n. 7.

Ibid. 10. TЄVDЄBERTЄ: cum Christi monogrammate, est: *Teudebertum Exaudi Christe.*)(. In ambitu, CABILONNV. Non est hic simplex Cabilloni nomen; alioqui non CABILLONNV, sed CABILLONVM scriberetur. Verum ingeniose opifex ita scripsit, secuitque id nomen in partes quatuor, ut esset hæc sententia: *Centesimam Augustodunenses Benemerenti, Institores L quinquagesimam Obtulerunt: Numeravere Negotiatores Vicesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun par reconnoissance ont presenté le centiéme denier, les Merciers le trentiéme; les Negocians ont payé le vintiéme.* Est nummus hic ex argento ære mixto, apud Bouterouë, pag. 224. & apud Le Blanc, pag. 22. n. 8. Theodebertum unictum nobis nummi exhibent, qui Theodebertus, Teudebertus, & Teodobertus scribitur.

Ibid. 11. THIODEBIRTI. Caput diadematum. *Theodebertus Imperator.*)(. MANNIOBON. . . . . In area, A R. *Augustodunum Restitutum.* Legimus alicubi hunc numinum esse aureum in Cimelio Comitis de Schwarsbourg: sed de eo ἐπέχομεν, donec aliquid certius de inscriptione ad nos referatur.

Ibid. 12. Caput cinctum gemmis. LVAVIO FIT. Est aureus triens apud Le Blanc, pag. 58. d. n. 21. inter ignotos. Sententia est: *Liberatori Vrbis AVgustodunenses Indixere Octogesimam: Fabri Indixere Tricesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont ajugé le quatrevintiéme denier au Liberateur de leur ville: les Artisans lui ont decerné le trentiéme.*)(. . . . . SMONET. Forte, *Solverunt Mercatores Octogesimam, Negotiatores Edui Tricesimam.* Crux: hinc L inde V. *Liberatori Vrbis*: ut in nummo 6.

Ibid. 13. . . ꝺ . . . ΔEFII. Caput Principis rudum. Sententia hæc litterarum quinque postre-

marum videtur esse: *Decimam Edui Fabri: Illico Indixere.* Gallice: *Les Artisans de l'Autunois ont ordonné sur le champ le dixiéme denier.* .)(. Crux Augustodunensis. SCTA FLVRA. Est triens aureus apud Bouterouë, pag. 349. n. 9. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 16. inter ignotos. Sententia est: *Solverunt Centesimam Theodeberto Augustodunenses: Fabri L quinquagesimam Vrbis Restitutori Attulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Prince Theodebert le centiéme denier: & les Artisans ont apporté le cinquantiéme au Restaurateur de leur ville.*

Tab. VII. 14. Capita duo nuda. In ambitu, . . . VLFVSM. Hoc est, *Vrbis Liberatori Fabri Vicesimam, Sexagesimam Mercatores.* Gallice: . . . . . *Les Artisans le vintiéme denier au Liberateur de la ville, les Marchands le quatrevintiéme.* Merito certe D. Le Blanc quemdam irridet, qui SIGEBERTVS M. *Sigebertus Martyr*, legi hic posse credidit. .)(. AVGVSTEDVNV. Sic enim in ipso nummo legi asseverat Le Blanc, pag. 48. & sic legit Chiffletius, qui primus hunc aureum trientem edidit in historia *De Tournus*, pag. 519. & Bouterouë, pag. 274. Prave autem scripsit scalptor apud Le Blanc, pag. 47. n. 2. AVGVSTIDVNV. Non est hic solum nomen civitatis, alioquin *Augustodunum* vel *Augustidunum* scriberetur. Sed est sententia: *AVGustodunenses Vicesimam Solverunt Theodeberto: Edui Decimam, Victori Negotiatores Vicesimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le vintiéme denier au Prince Theodebert: les peuples de l'Autunois le dixiéme: les Negocians le vintiéme au Victorieux.* Propterea duo pinguntur in hoc numismate capita: Edui populi alterum, alterum civis Augustodunensis. Christi monogramma hic pingitur, quale in nummo 16. Childeberti, inscripto, AVGVSTEDVNO: & n. 17. inscripto, AVRELIANIS.

Ibid. 15. Caput Theodeberti cinctum gemmis. ISARNOBERO FIT. Triens est aureus apud Le Blanc, pag. 58. d. n. 19. inter ignotos. Sententia est. *Institores Sexagesimam Attulere Restitutori: Negotiatores Octogesimam Benemerenti: Eduis Remitti Octogesimam Fecit Invictus Theodebertus.* Gallice: *Les Merciers ont apporté le soixantiéme denier à leur Restaurateur: les Negocians le quatrevintiéme à leur bienfacteur: l'Invincible Theodebert a fait remise du quatrevintiéme aux peuples de l'Autunois.* .)(. DROCTEBALVS MN. Non est id viri nomen; sed primæ sunt eæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Decimam Restitutori Orbis, Centesimam Tutatori Eduæ, Benemerenti Augustodunenses, L quinquagesimam Victori Solverunt, Mercatores Nonagesimam* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le dixiéme denier au Restaurateur de l'Empire; le centiéme par reconnoissance au Conservateur de la ville d'Autun; le vintiéme au Victorieux; les Marchands le quatrevintdixiéme.* Crux: hinc S inde I. *Servatori Imperii.*

Ibid. 16. Caput Principis. AVXIACI FIT. Triens est aureus, apud Bouterouë, pag. 336. n. 9. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 9. Sententia est: *Augustodunenses Victori Xdecimam Illico Attulerunt: Centesima Immunes Fecit Invictus Theodebertus.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté sur le champ le dixiéme denier au Victorieux: l'Invincible Theodebert les a exemtez du centiéme.* .)(. ACHADOVLDO. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ sunt, hac sententia: *Augustodunenses Centesimam Honorariumque Attulerunt: Decimam Octogesimamque Vrbis Liberatori Decuriones Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le centiéme denier & le Don gratuit: les Magistrats ont presenté le dixiéme & le quatrevintiéme denier au Liberateur de leur ville.*

Ibid. 17. Caput cinctum gemmis. METSCI. Aureus triens est, apud Bouterouë, pag. 308. Sententia est: *Mercatores Edui Theodeberto Solverunt Centesimam Illico.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé au Prince Theodebert le centiéme denier sur le champ.* .)(. Crux: hinc V inde II. In ambitu, LVDEVIS. Hoc est, *Liberatori Vrbis Decimam Edui Vicesimamque Illico Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé sur le champ le dixiéme & le vintiéme denier au Liberateur de leur ville.*

Ibid. 18. Caput Theodeberti cinctum gemmis, cum cruce in veste ad pectus. Bellum hæc geri docet pro Christo adversus infideles. LVCARRIVS M. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Liberatori Vrbis Centesimam Augustodunenses, Restitutori Romani Imperii Vicesimam Solverunt Mercatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme denier au Liberateur de leur ville: les Marchands le vintiéme au Restaurateur de l'Empire Romain.* .)(. Crux: hinc L inde V. *Liberatori Vrbis:* ut supra, n. 6. & 12. In ambitu, LVGDVNVM FIT. Non erat illa ætas adeo imperita, ut Lugdunum scriberet pro LVGDVNI. Sed est hæc sententia: *Liberatori Vrbis Gratissime Detulere Vicesimam Negotiatores: Vicesima Mercatores Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Negocians ont porté de très-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de leur ville: le Prince Theodebert a exemté les Marchands du vintiéme denier.* Est semissis aureus apud Bouterouë, pag. 349. n. 15.

Ibid. 19. Caput Theodeberti cinctum duplici gemmarum ordine. ACOMONETARIVS. Non est illud viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Augustoduni Conservatori Octogesimam Mercatores Obtulere Nonagesimamque: Edui Tricesimam Augustoduni Restitutori: Institores Vicesimam Solverunt.* Gallice: *Les Marchands ont presenté le quatrevintiéme & le quatrevint-dixiéme denier au Conservateur de la ville d'Autun: les peuples de l'Autunois le trentiéme au Restaurateur de leur ville: les Merciers ont payé le vintiéme denier.* .)(. Crux Augustodunensis. In ambitu, AVRELIANIS FIT. Sententia hæc ibi est: *Augustodunenses Vicesimam Restitutori Eduæ LIbentissime Attulerunt: Negotiatores Immunes Sexagesima Fecit Invictus Theodebertus.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté très-volontiers le vintiéme denier au Restaurateur de leur ville: l'Invincible Theodebert a exemté les Negocians du soixantiéme denier.* Est triens aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 7.

Ibid. 20. Caput Theodeberti cinctum gemmis. TEVDVNI FIT. Non fuit illa ætas tam rudis, ut *Teuduni* scriberet, pro *Lugdunum*, vel *Lugduni.* Sententia est: *Lubentissime Edui Victori Detulere Vicesimam: Negotiatores Vicesima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont porté de très-bon cœur le vintiéme denier au Victorieux: le Prince Theodebert a exemté les Negocians du vintiéme denier.* .)(. VICIRIO. Non est id viri nomen, sed primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Victori Invicto Centesimam Institores Restitutori Imperii Obtulerunt.* Gallice: *Les Merciers ont presenté le centiéme denier au Victorieux Invincible, Restaurateur de l'Empire.* Est apud Bouterouë, pag. 349. n. 14.

Ibid. 21. Caput cinctum gemmis. ELA MONIT. Non est Ela certe nomen Latinum. Sententia hic ista est: *Eduæ Liberatori Augustodunenses Mercatores Obtulere Nonagesimam Invicto Theodeberto.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont presenté le quatrevint-dixiéme denier à l'Invincible Theodebert, le Liberateur de leur ville.* Idcirco scriptum est MONIT. non MONET. .)(. VVICVS FIT. Sententia est: *Victori Vicesimam Indixere Cives: Viro Sexagesima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Bourgeois ont ajugé au Victorieux le vintiéme denier: le Prince Theodebert de son plein gré les a exemtez du soixantiéme.* Est triens aureus apud Bouterouë, pag. 364. n. 19. & apud Paul. Petav. Tab. 3.

Tab VII. 22. Caput Theodeberti cinctum gemmis. VVICCO FIT. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 354. n. 15. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 61. Sententia eſt: *Viceſimam Victori Cives Contulerunt: Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Bourgeois ont donné au Victorieux le vintiéme denier: le Prince Theodebert les a déchargez du quatrevintiéme.* .)(. ANGIOMONET. Non eſt nomen Monetarii; ſed hæc ibi ſubeſt ſententia: *Auguſtodunenſes Negotiatores Gratiſſime Indixere Octogeſimam: Mercatores Omnes Negotiatoresque Edui Triceſimam.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ſe ſont taxez de très-bon cœur au quatrevintiéme denier: tous les Marchands & Negocians de l'Autunois au trentiéme.*

Ibid. 23. Caput Theodeberti cinctum gemmis. VVICCO FIT: ut in ſuperiore. *Viceſimam Victori Cives Contulerunt: Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Bourgeois ont donné au Victorieux le vintiéme denier: le Prince Theodebert les a exemtez du quatrevintiéme.* .)(. Crux tribus impoſita gradibus. Inſcriptionis littera prior, quam haud ſatis conſpicuam admonet Bouterouë, videtur eſſe I. ut ſententia ſit; *Indixere Fabri L quinquageſimam, Edui Sexageſimam Viceſimamque Contulerunt: Negotiatores Edui* Triceſimam. IFLESVCNET. Gallice: *Les Artiſans ſe ſont taxez au cinquantiéme denier: les peuples de l'Autunois ont apporté le ſoixantiéme & le vintiéme: les Negocians de l'Autunois le trentiéme.* Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 364. n. 16.

Ibid. 24. Caput Theodeberti cinctum gemmis. VICCO FIT. fere ut in ſuperiore: *Viceſimam Illico Cives Contulere: Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Bourgeois ont porté ſur le champ le vintiéme denier: le Prince Theodebert les a exemtez du quatrevintiéme.* .)(. Crux Auguſtodunenſis. DOMOLVNO. Sententia eſt: *Decimam Obtulere Mercatores: Octogeſimam L quinquageſimamque Victori Negotiatores Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le dixiéme denier: les Negocians ont preſenté au Victorieux le quatrevintiéme & le cinquantiéme.* Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 364. n. 17. Is eumdem exhibet iterum, pag. 370. n. 17. ſed prave.

Ibid. 25. Caput Theodeberti cinctum duplici gemmarum ordine. VIVA MON. Sententia eſt: *Victori Invicto Viceſimam Auguſtodunenſes, Mercatores Obtulere Nonageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté au Victorieux Invincible le vintiéme denier: les Marchands le quatrevintdixiéme.* .)(. Epigraphe: CNLVATAVSTOPV. Hoc eſt: *Centeſimam Negotiatores Liberatori Vrbis Auguſtodunenſis Theodeberto Attulere: Victori Sexageſimam: Tutatori Orbis Perſolverunt Viceſimam.* Gallice: *Les Negocians ont apporté le vintiéme denier au Prince Theodebert, Liberateur de la ville d'Autun; le ſoixantiéme au Victorieux: elles ont payé le vintiéme au Conſervateur de l'Empire.* Crux orbi impoſita: hinc VI inde VA: infra, CONOB. hac ſententia; *Victori Invicto Viceſimam Auguſtodunenſes, Centeſimam Omnes Negotiatores OBtulerunt.* Eſt triens aureus perpulcher, apud Paul. Petav. Tab. 3. n. 12.

Ibid. 26. Caput gemmis cinctum. SVNONE MONE. Non eſt id viri nomen, ſed primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Servatori Vrbis Nonageſimam Obtulere Negotiatores Edui: Mercatores Octogeſimam Nonageſimamque Edui.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont preſenté le quatrevintdixiéme denier au Conſervateur de la ville: les Marchands de l'Autunois le quatrevintiéme & le quatrevintdixiéme.* .)(. COLVNIA CIVET. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 347. n. 19. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 24. Non eſt hic *Colunia* pro Colonia, ſive civitate ad Rhenum, ſive villa in Cenomanis *Couleine*, ſi tamen hæc Colonia débuit appellari: ſed eſt hæc iſta ſententia: *Conſervatori Orbis L quinquageſimam Viceſimamque Negotiatores Indixere: Auguſtodunenſes Centeſima Immunes Voluit Eſſe Theodebertus.* Gallice: *Les Negocians ont ajugé au Conſervateur de l'Empire le cinquantiéme denier: le Prince Theodebert a ordonné qu'ils fuſſent exemts du centiéme.* Crux: hinc V inde A. *Vrbs Auguſtodunenſis.*

Ibid. 27. Caput Principis nudum. BVCCONLIOVSIVN. Non eſt id viri nomen; ſed primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Benemerenti Vrbis Conſervatori Cives Obtulere Nonageſimam: L quinquageſimam Inſtitores Obtulere: Viceſimam Sexageſimamque Indixere Victori Negotiatores.* Gallice: *Les Bourgeois ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier par reconnoiſſance au Conſervateur de leur ville: les Merciers lui ont preſenté le cinquantiéme: les Negocians ont ordonné le vintiéme & le ſoixantiéme pour le Prince Victorieux.* .)(. NOVICENTO VICVFIT. Triens eſt aureus apud Bouterouë, pag. 354. n. 9. & apud Le Blanc, pag. 58. b. n. 36. Sententia ſub his litteris comprehenſa hæc eſt: *Nonageſimam Obtulere Victori Invicto Centeſimamque Edui: Negotiatores Tutatori Orbis Viceſimam Indixere: Cives Viceſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le quatrevint-dixiéme & le centiéme denier au Victorieux Invincible: les Negocians lui ont ajugé le vintiéme: le Prince Theodebert a exemté les Bourgeois du vintiéme denier.*

Ibid. 28. Caput tectum pileo cum gemmis. CATONACO FITVR. Triens eſt aureus apud Bouterouë, pag. 346. n. 16. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 22. Sententia eſt: *Centeſimam Attulere Theodeberto Omnes Negotiatores Auguſtodunenſes: Contulere Octogeſimam Fabri Invicto Theodeberto Vrbis Reſtitutori.* Gallice: *Tous les Negocians de la ville d'Autun ont apporté au Prince Theodebert le centiéme denier: les Ouvriers ont donné au Reſtaurateur de leur ville l'Invincible Theodebert le quatrevintiéme denier.* .)(. LEOBVLEVS FACT. Non eſt id viri nomen; ſed ſunt primæ ſequentium vocum litteræ: *L quinquageſimam Edui Obtulere Benemerenti Viceſimamque: Liberatori Edui Viceſimam Solverunt Fabri Auguſtodunenſes, Cives Triceſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté à leur Bienfacteur le cinquantiéme & le vintiéme denier: les Artiſans de la ville d'Autun ont payé le vintiéme au Liberateur de leur ville, les Bourgeois le trentiéme.* Hic eſſe F littera pro E videtur, aut mihi aqua hæret.

Ibid. 29. Caput pileo tectum, cum gemmis. CVREONNO FIT. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 345. n. 11. & Le Blanc, pag. 58 b. n. 26. Sententia eſt: *Cives Vrbis Reſtitutori Benemerenti Obtulere Nonageſimam: Negotiatores Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus* Gallice: *Les Bourgeois ont preſenté au Reſtaurateur de leur ville le quatrevint-dixiéme denier par reconnoiſſance: le Prince Theodebert a exemté les Negocians du quatrevintiéme.* .)(. Monogramma Chriſti, quale jam ter ſupra. FRAIBO.... Non eſt iſtud viri nomen, ſed collecta caſu vox ex primis vocum ſequentium litteris: *Fabri Reſtitutori Auguſtoduni Indixere Benemerenti Octogeſimam.* . . . Gallice: *Les Artiſans ont ordonné par reconnoiſſance le quatrevintiéme denier pour le Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 30. Caput Theodeberti gemmis cinctum. TVINO CIVITA. Triens aureus apud Paul. Petav. Tab. 3. Bouterouë, pag. 364. n. 1. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 53. Sententia eſt: *Tutatori Vrbis Inſtitores Nonageſimam Obtulerunt: Centeſimam Invicto Victori Theodeberto Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les Merciers ont preſenté au Conſervateur de la ville le quatrevint-dixiéme denier: les habitans de la ville d'Autun le centiéme au Victorieux Invincible Theodebert.* .)(. Crux:

Crux: hinc T inde V. *Theodebertus Victor.* Datum id ei cognomen fuisse a Senatu, in nummo Theodeberti, quem primum descripsimus, iste docet. DRVSTOALDVS MO. Non est illud viri nomen, sed collecta vox ex primis litteris vocum sequentium: *Decuriones Restitutori Vrbis Sexagesimam, Tutatori Orbis Attulere L quinquagesimam: Decimam Vrbis Servatori Mercatores Obtulerunt.* Gallice: *Les Magistrats ont apporté le soixantiéme denier au Restaurateur de leur ville, le cinquantiéme au Protecteur de l'Empire: les Marchands ont presenté le dixiéme denier au Conservateur de la ville.*

Tab. VIII. 31. Caput Theodeberti gemmis cinctum. TVLLO CIVITA. Triens aureus, apud Bouterouë, pag. 364. n. 9. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 54. Sententia est: *Theodeberto Victori L quinquagesimam Lubentissime Obtulit CIVITas Augustodunensis.* Gallice: *La ville d'Autun a presenté très-volontiers le cinquantieme denier au Victorieux Theodebert.* Ita civitas eadem, scilicet Augustodunensis, in TVINO & in TVLLO notatum. .)(. Crux: hinc T inde V. *Theodebertus Victor*, ut proxime. DRVCTOALDVS MO. Cum *Drucloaldus* & *Drustoaldus* unica littera discrepent, quæ in illo est C: in isto S: apparet manifeste non esse hæc vera virorum nomina, sed arte collecta ex primis litteris orationis integræ. Et est hic reipsa eadem ac proxime sententia; tantum pro S quæ est *Sexagesima*, hic *Centesima* reponenda est ob litteram C.

Ibid. 32. Caput Theodeberti gemmis cinctum. ΔORESTATI FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 342. n. 5. & Le Blanc, pag. 58. b n. 27. Sententia est: *Decimam Obtulerunt Restitutori Edui: Sexagesimam Tutatori Augustodunenses: Tricesima Illico Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont presenté le dixiéme denier à leur Restaurateur: les habitans de la ville d'Autun le soixantiéme à leur Conservateur: le Prince Theodebert sur le champ les a exemtez du trentiéme denier.* .)(. MADELINVS M. Fictum viri nomen est ex primis sequentium vocum litteris: *Mercatores Augustodunenses Decimam Eduæ Liberatori Indixerunt: Negotiatores Victori Sexagesimam Miserunt.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont ordonné le dixiéme denier pour le Liberateur de leur ville: les Negocians ont envoyé le soixantiéme denier au Victorieux.* Hoc nummo aliisque similibus decepti falsarii in Annalibus Bertinianis, ad annum 834. finxere *emporium quod vocatur Doresladus:* quod recentiores putant esse *Duerstede* ad Rhenum, ex adverso Neomagi, *Nimegue.* Hinc & *Doreslad'm* & *Doreslatum* in Annalibus Fuldensibus, anno 847. & *castrum Doreslate* in Frisionum gente, in Appendice Chronici Fredegarii. Magno errore omnes: quandoquidem nec Latina lingua, nec Christiani, a quibus hunc nummum fuisse percussum crux insculpta demonstrat, ante sæculum octavum ibi fuerint. Quid quod nomen *Duerstede* ex falsis petitum monumentis potest videri; cum vulgo *Batenburg* pagus hic appelletur, & in accuratioribus Tabulis sic scribatur.

Ibid. 33. Caput Theodeberti gemmis cinctum. TRIECTO FIT. Semissis aureus est apud Bouterouë, pag. 364. n. 4. Ridiculum est arbitrari, scripsisse opificem *Triecto*, sive pro Trajecto ad Mosam, sive pro Ultrajecto ad Rhenum. Sententia est: *Tutatori Romani Imperii Edui Contulere Tricesimam: Octogesima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté au Conservateur de l'Empire Romain le trentiéme denier: le Prince Theodebert les a exemptez du quatrevintiéme denier.* .)(. MADELINVS, ut supra: quoniam utraque illo nomine *Doreslati* & *Triecto* eadem Edua designatur. Tantum hic omittitur littera, quæ est ibi postrema M: eo quod salva sententia potest abesse.

Ibid. 34. Caput Theodeberti gemmis cinctum. AQVIS FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 336. n. 12. & Le Blanc pag. 58. a. n. 3. Sententia est: *Augustodunenses Qui Vicesimam Indixere, Sexagesima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Le Prince Theodebert a exemté du soixantiéme denier les habitans de la ville d'Autun, qui lui ont assigné le vintiéme denier.* Scalptor apud Bouterouë scripsit AQVIS FIT: ut sententia sit: *Augustodunenses Qui Indixere VIcesimam, Sexagesima* &c. .)(. ERPONE MONETARI. Non est istud viri nomen, sed sunt collectæ voces ex primis litteris vocum sequentium: *Eduæ Restitutori Persolverunt Octogesimam Negotiatores Edui: Mercatores Obtulere Nonagesimam Eduæ Tutatori: Aurarium Restitutori Imperii.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé le quatrevintiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun: les Marchands ont presenté le quatrevintdixiéme au Protecteur de leur Ville; le Don gratuit en or au Restaurateur de l'Empire.*

Ibid. 35. Caput Theodeberti cinctum gemmis. AVGVSTIDVNO FIT. Triens aureus est apud Bouterouë, pag. 278. Sententia est: *AVGVSTIDVnenses Negotiatores Octogesima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Le Prince Theodebert a exemté du quatrevintiéme denier les habitans de la ville d'Autun* .)(. ISORVS MONETAR. Non est istud viri nomen, sed primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Institores Solverunt Orbis Restitutori Vicesimam: Sexagesimam Mercatores Obtulere: Negotiatores Edui Tricesimam Augustoduni Restitutori.* Gallice: *Les Merciers ont payé le vintiéme denier au Restaurateur de l'Empire: les Negocians de l'Autunois le trentiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 36. Caput Theodeberti cinctum gemmis. LESTO FITA. Sic enim habet recte Paul. Petavius, Tab. 4. n. 14. & Bouterouë, pag. 336. n. 11. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 11. non ALESTO, ut legit idem Le Blanc, pag. 60. Sententia est: *L quinquagesimam Edui Solverunt Tutatori: Octogesima Fecit Immunes Theodebertus Augustodunenses.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le cinquantiéme denier à leur Conservateur: le Prince Theodebert à exemté du quatrevintiéme denier les habitans de la ville d'Autun.* .)(. MVALAVS MRI. Non est id certe viri nomen, sed collectæ primæ sunt litteræ vocum sequentium: *Mercatores Vicesimam Attulerunt Liberatori AVgustoduni: Sexagesimam Miserunt Restitutori Imperii.* Gallice: *Les Marchands ont apporté le vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun: ils ont envoyé le soixantiéme denier au Restaurateur de l'Empire.*

Ibid. 37. Caput Theodeberti pileo tectum. VIRDVNO FITVR. Est triens aureus, apud Bouterouë, pag. 370. n. 5. & Le Blanc, pag 58. c. n. 60. Sententia est: *Victori Imperii Restitutori Detulere Vicesimam Negotiatores; Octogesima Fecit Immunes Theodebertus, Vrbis Restitutor.* Gallice: *Les Negocians ont porté le vintiéme denier au Victorieux Restaurateur de l'Empire: le Prince Theodebert Restaurateur de la ville les a exemtez du quatrevintiéme denier.* .)(. Crux Augustodunensis. AMBROVALD. Non est id viri nomen, sed collecta vox ex primis litteris vocum sequentium: *Augustodunenses Mercatores Benemerenti Restitutori Orbis Vicesimam: Attulere L quinquagesimam Decuriones.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont apporté le vintiéme denier par reconnoissance au Restaurateur de l'Empire: les Magistrats le cinquantiéme.*

Ibid. 38. Caput cinctum gemmis. VEREDVNO FIET. Est triens aureus apud Bouterouë, pag. 370. n. 4. Sententia est: *Victori Eduæ Restitutori Edui Detulere Vltro Nonagesimam: Octogesima Fecit Immunes Eduos Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont donné très-volontiers au Victorieux, qui a rétabli la ville d'Autun le quatrevint-dixiéme denier: le Prince Theodebert a exemté les peuples de l'Autunois du*

du quatrevintiéme. .)(. FRAGIVLFVS MV. Non eſt iſtud viri nomen; ſed ſunt hæ totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Fabri Reſtitutori Auguſtoduni Gratiſſime Indixere Viceſimam: L quinquageſimam Ferrarii Vltro Solverunt: Mercatores Viceſimam.* Gallice: *Les Artiſans ont ordonné de très-bon cœur le vintiéme denier pour le Reſtaurateur de la ville d'Autun: les ouvriers en fer ont payé de leur plein gré le cinquantiéme denier, les Marchands le vintiéme.*

Tab. VIII. 39. Caput Theodeberti cinctum gemmis. VIENNA FIT. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 370. n. 6. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 62. Sententia eſt: *Victori Invicto Edui Nonageſimam Numeravere: Aurario Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le quatrevint-dixiéme denier au Victorieux Invincible: Le Prince Theodebert les a exemtez du Don gratuit en or.* .)(. Crux: hinc V inde I. *Victor Invictus*, nempe Theodebertus, cognomento *Victor*, ut diximus. AVDEMVNDVS M. Non eſt id viri nomen; ſed eſt collecta vox ex primis litteris vocum ſequentium: *AVguſtodunenſes Decimam, Edui Mercatores Viceſimam Numeraverunt, Decuriones Victori Sexageſimam Miſerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le dixiéme denier, les Marchands de l'Autunois le vintiéme; les Magiſtrats ont envoyé le ſoixantiéme au Victorieux.* Non ſine cauſa duæ hic ſunt litteræ nexæ A & V: & littera Δ Græce ſcripta pro Latina eſt.

Ibid. 40. Caput Theodeberti gemmis cinctum. TVRTVRONNO. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 364. n. 3. & Le Blanc, pag. 58. d. n. 25. inter ignotos. Sententia eſt: *Theodeberto Victori Reduci Triceſimam, Vrbis Reſtitutori Octogeſimam Nonageſimamque Negotiatores Obtulere.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté au Victorieux Theodebert à ſon retour le trentiéme denier: ils ont preſenté le quatrevintiéme & le quatrevint-dixiéme denier au Reſtaurateur de leur ville.* .)(. RICOBODO MO. Non eſt iſtud viri nomen, ſed primæ totidem vocum litteræ, hac Sententia: *Reſtitutori Imperii Cives Obtulere Benemerenti Octogeſimam: Decimam Obtulerunt Mercatores Octogeſimamque.* Gallice: *Les Bourgeois ont preſenté par reconnoiſſance le quatrevintiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les Marchands le dixiéme & le quatrevintiéme.*

Ibid. 41. Caput Theodeberti gemmis cinctum. ADEDVNO VICO FITVR. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 285. & Le Blanc, pag. 58. c. n. 1. inter ignotos. Sententia eſt: *Auguſtodunenſes Decimam Eduique Detulerunt: Viceſimam Negotiatores Obtulerunt Victori Invicto: Cives Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun & les peuples de l'Autunois ont porté le dixiéme denier: les Negocians ont preſenté le vintiéme denier au Victorieux Invincible: Le Reſtaurateur de la ville le Prince Theodebert a exemté les Bourgeois du quatrevintiéme.* .)(. Signum militare inter duos lauros, ſymbolum victoriæ Theodeberti. TANIOLINO MONETARIO. Non eſt iſtud viri nomen, ſed primæ ſunt totidem vocum litteræ hac ſententia: *Tutatori Auguſtoduni Negotiatores Indixere Octogeſimam: LIberatori Nonageſimam Obtulere Mercatores: Octogeſimam Negotiatores Edui Theodeberto Attulerunt, Reſtitutori Imperii Octogeſimam.* Gallice: *Les Negocians ont ordonné le quatrevintiéme denier pour le Conſervateur de la ville d'Autun: les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier à leur Liberateur: les Negocians de l'Autunois ont apporté le quatrevintiéme au Prince Theodebert; au Reſtaurateur de l'Empire le quatrevintiéme.*

Ibid. 42. Caput Theodeberti cinctum gemmis, dextra orbem Romanum tenet, ut Conſul & Auguſtus. ROTOMO. Triens aureus eſt, apud Bouterouë, pag. 263. n. 1. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 46. Sententia eſt: *Reſtitutori Orbis Theodeberto Octogeſimam Mercatores Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté au Prince Theodebert, qui a rétabli l'Empire, le quatrevintiéme denier.* .)(. MELGITO. (male MELRITO legit Bouterouë:) Hoc eſt: *Mercatores Edui L quinquageſimam Gratiſſime Invicto Theodeberto Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier de très-bon cœur au Victorieux Invincible Theodebert.* Calix anſatus, ſymbolum ſacrificii Chriſtiani: calici monogramma Chriſti ſuperpoſitum: cum Ω & A.

Ibid. 43. Caput Theodeberti, & ROTOMO, ut proxime. *Reſtitutori Orbis Theodeberto Octogeſimam Mercatores Obtulerunt.* .)(. Crux Auguſtodunenſis. PECCANE M. Non eſt hic certe viri nomen; ſed ſub his litteris iſta oratio: *Perſolverunt Eduæ Conſervatori Centeſimam Auguſtodunenſes, Nonageſimam Edui Mercatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme denier au Conſervateur de leur ville: les Marchands de l'Autunois le quatrevint-dixiéme.* Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 263. n. 2. Hoc utroque nummo decepti quidam ex impia legione pro Rotomago ſcribi poſſe putarunt *Rotomum.*

Ibid. 44. Caput Theodeberti cinctum gemmis. RODOMO FITV. Sic enim legi oportere Bouterouë ipſe admonuit, pag. 361. n. 5. tametſi ſcalptor ejus præpoſtere ſcripſit ODOMO FITVR, pag. 359. n. 5. Nihilo magis in *Rotomo* Rotomagus eſt, quam in *Rodomo.* Sententia eſt: *Reſtitutori Orbis Decimam Obtulere Mercatores: Octogeſima Fecit Immunes Theodebertus Victor.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le dixiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: le Victorieux Theodebert les a exemptez du quatrevintiéme.* Cognomen Theodeberti eſt in nummis, ut diximus, THEODEBERTVS VICTOR. Hoc nummo deceptus veterum Annalium Francorum ſcriptor, & Frodoardus in Chronico, & Auctor Paſſionis S. Ragnoberti, *Rodomam* urbem appellavere pro Rotomago. .)(. VVLZOLENVS. Non eſt id viri nomen, ſed primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Viceſimam Vrbis Liberatori Negotiatores Obtulerunt: L quinquageſimam Edui Negotiatores Victori Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le vintiéme denier au Liberateur de leur ville: les Negocians de l'Autunois ont payé le cinquantiéme au Victorieux.* Littera quæ hic videtur eſſe Z, eſt N, quam inverti ſic coëgit loci anguſtia.

Ibid. 45. Caput Theodeberti cinctum gemmis, cum clypeo. LAVDVNO. .)(. CLOATO. Avis volans. Eſt triens aureus apud Bouterouë, pag. 195. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 30. Sententia eſt: *L quinquageſimam Auguſtodunenſes Victori Detulere: Viceſimam Negotiatores Obtulere.* .)(. *Centeſimam Liberatori Orbis Auguſtodunenſes Theodeberto Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont porté au Victorieux le cinquantiéme denier: les Negocians lui ont preſenté le vintiéme.* .)(. *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté au Liberateur de l'Empire Theodebert le centiéme denier.* Iſto decepti falſarii ſimilibusque nummis dedere Lauduno in Picardia *Cloati* cognomen, ut poſtea dicemus.

Ibid. 46. Caput Theodeberti cinctum gemmis. REMVS FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 222. n. 5. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 44. Sententia eſt: *Reſtitutori Edui Miſerunt Viceſimam: Sexageſima Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont envoyé le vintiéme denier à leur Reſtaurateur: le Prince Theodebert les a exemtez du ſoixantiéme.* .)(. FILAHARIVS. Non eſt iſtud viri nomen, ſed litteræ ſunt primæ totidem vocum, hac ſententia: *Fabri Illico Liberatori Auguſtoduni Honorarium Attulerunt: Reſtitutori Imperii Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les Artiſans ont apporté ſur le*

champ le Don gratuit au Liberateur de la ville d'Autun: ils ont payé le vintiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire. Crux: hinc V inde II.

Tab. VIII. 47. Caput Theodeberti cinctum gemmis. CABILLONNO FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 241. n. 1. Sententia eſt: *Cives Auguſtodunenſes Benemerenti Imperii Liberatori L quinquageſimam Obtulere: Nonageſima Negotiatores Octogeſimaque Fecit Immunes Theodebertus.* Gallice: *Les Bourgeois de la ville d'Autun ont preſenté par reconnoiſſance le cinquantiéme denier au Liberateur de l'Empire: le Prince Theodebert a exemté les Negocians du quatrevintdixiéme & du quatrevintiéme denier.* .)(. Monogramma Chriſti: hinc C inde A: *Civitas Auguſtodunum, Autun*, ut in Meroveo, n. 1. VVINTRIO MONETAR. Non eſt illud viri nomen, ſed primæ ſunt litteræ vocum ſequentium: *Viceſimam Victori Invicto Negotiatores, Triceſimam Reſtitutori Imperii Obtulerunt Mercatores: Octogeſimam Negotiatores Edui Theodeberto Auguſtoduni Reſtitutori.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté au Victorieux Invincible le vintiéme denier: les Marchands le trentiéme au Reſtaurateur de l'Empire: les Negocians de l'Autunois le quatrevintiéme au Prince Theodebert Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 48. Caput cinctum gemmis, cum clypeo. CONBELLIS FIT. Triens aureus eſt apud Bouterouë, pag. 347. n. 21. & Le Blanc, pag. 58. b. n. 25. Sententia eſt: *Centeſimam Obtulere Negotiatores Benemerenti Eduæ Liberatori: Lubentiſſime Immunes Sexageſima Fecit Invictus Theodebertus.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté par reconnoiſſance le centiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun: l'Invincible Theodebert les a exemtez très-volontiers du ſoixantiéme denier.* .)(. RODOMERIS M. Non eſt iſtud viri nomen; ſed ſunt primæ litteræ totidem vocum hac ſententia: *Reſtitutori Orbis Decimam Obtulere Mercatores: Eduæ Reſtitutori Inſtitores Sexageſimam Miſerunt.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le dixiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les Merciers ont envoyé le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 49. Caput Theodeberti cinctum gemmis. PARISIVS FIT. Triens aureus apud Bouterouë, pag. 286. & Le Blanc, pag. 50. n. 3. Non eſt in Theſauro Regio. Neque hic Pariſii ſunt, cum ſit inepta oratio, ut diximus, *Pariſius fit*: & locum eſſe hic oporteat Theodeberti nomini. Sed ſententia eſt: *Perſolverunt Auguſtodunenſes Reſtitutori Imperii Sexageſimam: Invicto Victori Sexageſimam Fabri Indixere Theodeberto.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Reſtaurateur de l'Empire le ſoixantiéme denier: les Artiſans ont auſſi decerné le 60. au Victorieux Invincible Theodebert.* .)(. Crux Auguſtodunenſis ELEGIVS MONE. Nihilo magis eſt viri nomen ſub Theodeberto *Elegius*, quam ſupra in Clodoveo & Dagoberto ELIGI. Primæ ſunt tantum ſequentium vocum litteræ: *Eduæ Liberatori Edui Gratiſſime Indixere Viceſimam: Sexageſimam Mercatores Obtulere Negotiatoresque Edui.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont ordonné le vintiéme denier de très-bon cœur pour le Liberateur de la ville d'Autun: les Marchands & les Negocians de l'Autunois ont preſenté le ſoixantiéme.*

Ibid. 50. Caput tectum pileo cum diademate, dextra elata bene precantis ritu; cruce inter mentum & dextram poſita: ſtella ſuperne fulgente: ſine epigraphe. .)(. In ambitu: SIXSENOLV: in media area, BRIVATE. Non eſt hic Arvernica civitas, *Brioude*; quæ *Brivas* eſt, aut verius fortaſſis *Briuda*. Sed hæc eſt totius tituli Sententia: *Servatori Imperii Xdecimam, Sexageſimam Edui Negotiatores Obtulere Liberatori Vrbis. Benemerenti Reſtituti Inſtitores Viceſimam Attulere TEodeberto.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont preſenté le dixiéme denier au Conſervateur de l'Empire; le ſoixantiéme au Liberateur de leur ville. Les Merciers rétablis ont apporté le vintiéme denier au Prince Theodebert par reconnoiſſance.* Eſt hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 370. n. 10. & Le Blanc, pag. 58. a. n. 17. Non ſine cauſa lineola ſuperſcribitur nomini BRIVATE: ſed ut compendii nota ſit, ſive vocum totidem, quot ſunt ibi litteræ. Nexæ ibi ſunt T & E, quoniam ad eamdem vocem unam ambæ pertinent.

Ibid. 51. Caput gemmis cinctum. METTIS CIVETATI. Nec *Mettis* hic eſt pro *Metis*, nec *Civetati* pro *Civitate*. Sed ſententia eſt: *Mercatores Edui Triceſimam Theodeberto Invicto Solverunt: CIVitas Edua Triceſimam Attulit Tutatori Imperii.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé à l'Invincible Theodebert le trentiéme denier: la ville d'Autun a apporté ſon trentiéme denier au Conſervateur de l'Empire.* Eſt hic triens aureus apud Bouterouë, pag. 222. n. 2. .)(. Crux: hinc C inde A. *Civitas Auguſtodunenſis.* ANSOALDVS MONET. Non eſt iſtud viri nomen: ſed collectæ vocum ſequentium primæ litteræ: *Auguſtodunenſes Negotiatores Sexageſimam Obtulerunt Auguſtoduni Liberatori: Decimam Victori Solverunt Mercatores Obtulere Nonageſimam Eduæ Tutatori.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont preſenté le ſoixantiéme denier au Liberateur de leur ville: les Marchands ont payé au Victorieux le dixiéme denier: ils ont preſenté le quatrevintdixiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 52. Caput idem. METTIS CIVETA. Eſt triens aureus ibidem, n. 4. Sententia eſt: *Mercatores Edui Triceſimam Theodeberto Invicto Solverunt: CIVitas Edua Triceſimam Attulit:* ut proxime, demptis litteris duabus poſtremis, T & I. .)(. C A *Civitas Auguſtodunenſis.* NBVDELENVS MONT. Non eſt iſtud viri nomen; ſed primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Negotiatores Benemerenti Viceſimam Detulere Eduæ Liberatori: Edui Nonageſimam Victori Solverunt: Mercatores Obtulere Nonageſimam Theodeberto.* Gallice: *Les Negocians ont porté par reconnoiſſance le vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun: les peuples de l'Autunois ont payé le quatrevint-dixiéme au Victorieux: les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme au Prince Theodebert.*

Ibid. 53. REX TEVDOME. puncto appoſito in fine. Caput pileatum e gemmis. Non potuit eſſe Monetarius tam amens, ut Regis nomen dimidia tantum parte exhiberet; aut nomen appellativum REX præponeret nomini proprio. Sententia eſt. *Reſtitutori Eduæ Xdecimam TEVDeberto Obtulere Mercatores Edui.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté au Prince Teudebert, Reſtaurateur de la ville d'Autun, le dixiéme denier.* Triens eſt aureus, apud Paul. Petav. Tab. 3. & Bouterouë, pag. 173. ex Cimelio D. de Harlay, ſed inverſa prave parte nummi poſtica: rectius apud Le Blanc, pag. 11. .)(. CONNO VVLTA, primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Conſervatori Orbis Negotiatores Nonageſimam Obtulerunt: Viceſimam Vrbis Liberatori Teudeberto Attulerunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier au Conſervateur de l'Empire: ils ont apporté au Prince Theodebert le Liberateur de leur Ville le vintiéme denier.* Hoc nummo deceptus Theodomerem regem Francorum facit pſeudo Gregorius Turonenſis, libro 2. cap. IX. ſed ea illum fuiſſe ætate ponit, qua nulli reges Francorum fuere. Cognominem alium Suevorum regem, aliumque præterea Oſtrogothorum, hiſtorici ſcriptores finxerunt. In area nummi calix anſatus eſt, altari impoſitus, undique tectus gemmis; ſymbolum Miſſæ, ſive ſacrificii Chriſtiani. Infra, tria ſidera: ſupra, duo. In aliis ſimilibus nummis Le Blanc legi ait: CIVITA CONNO: vel potius, CONNO CIVITA: hac ſententia: *Conſervatori Orbis Ne-*

Negotiatores Nonageſimam Obtulerunt : Cives Illico Viceſimam Invicto Teudeberto Attulerunt. Gallice: *Les Negocians ont preſenté au Conſervateur de l'Empire le quatrevint-dixiéme denier : les Bourgeois ont apporté le vintiéme denier à l'Invincible Theodebert.*

Tab. VIII. 54. Caput laureatum: e regione racemus: in altero, e regione crux; tegmen capitis regium: ſine epigraphe. .)(. Calix anſatus, cruce ſuperpoſita. TELAFIVS MONETA. Sententia eſt: *Theodeberto Eduæ Liberatori Auguſtodunenſes Fabri Illico Viceſimam Sexageſimamque Miſerunt : Octogeſimam Negotiatores Edui Theodeberto Attulerunt.* Gallice: *Les Artiſans de la ville d'Autun ont envoyé ſur le champ le vintiéme & le ſoixantiéme denier au Prince Theodebert le Liberateur de leur ville : les Negocians de l'Autunois lui ont apporté le quatrevintiéme.* Eſt uterque triens aureus in Muſco noſtro, & apud Le Blanc, pag. 42. n. 1. & 2.

Ibid. 55. Eſt in Collectionibus D. de Peireſc, pag. 293. nummus ex auro: NANNETIS .)(. FRANCO MO. ut ſupra, in nummo 20. Childeberti, cum litteris BAIOCAS. Itaque neque ibi Normanniæ, neque iſthic Britanniæ oppidum indicatur. Sed hic NANNETIS ſcribitur in hanc ſententiam: *Negotiatores Auguſtodunenſes Nonageſimam, Nonageſimam Edui Theodeberto Invicto Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun, & ceux de l'Autunois ont payé à l'Invincible Theodebert le quatrevint-dixiéme denier.* .)(. FRANCO MO. *Fabri Reſtitutori Auguſtoduni Nonageſimam Centeſimamque Obtulerunt, Mercatores Octogeſimam.* Gallice: *Les Artiſans ont preſenté le quatrevint-dixiéme & le centiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun, les Marchands le quatrevintiéme.*

THEODORICVS.

Tab. IX.

1. THEODORIES. Caput gemmis cinctum. .)(. METTIS. Sententia eſt: *Mercatores Edui Triceſimam Theodorico Invicto Solverunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé à l'Invincible Theodoric le trentiéme denier.* Eſt hic triens aureus apud Bouteroüe, pag. 210. & Le Blanc, pag. 29. n. 1.

Ibid. 2. TEVDERICOE. *Teudericus.* Caput cinctum gemmis. .)(. ARASTES. Non eſt iſtud Monetarii nomen; ſed primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Auguſtoduni Reſtitutori Auguſtodunenſes Solverunt Triceſimam: Edui Sexageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville : & les peuples de l'Autunois le ſoixantiéme.* Eſt triens aureus apud Bouteroüe, pag. 222. n. 1. & Le Blanc, pag. 19. n. 2.

Ibid. 3. TEVDORICI. *Teudoricus Invictus.* .)(. TRE. non *Theodoricus Rex Francorum*, ut putat Le Blanc, pag. 55. nulli dum enim erant reges Francorum appellati: ſed, *Teudoricus Reſtituit Eduam: Theodoric a rétabli Autun*; ut in nummo Theodeberti 1. & 2. Ex tribus Theodoricis, quos Annales ſcripti commemorant, negat Le Blanc, pag. 21. poſſe definiri ad quem pertineant nummi inſcripti Theodorici nomini. Uni eidemque tribui poſſe fatetur omnes. Eſt iſte etiam apud Bouteroüe, pag. 313.

Conſectaria quædam
ex nummis Regum ſuperius deſcriptis.

Hactenus nummi Regum primæ ſtirpis, ut vocant, quos vel ipſi exploravimus, vel alii ante nos deſcripſere, ſed infeliciter admodum explicuere; plures autem habuere contemptui; quod in plerisque nihil cenſerent contineri, præter nomina. Monetariorum, oppidorum vicorumque ignota. At nos quotcumque hic exhibemus, eos ſingulari Dei Opt. Max. providentia usque ad noſtra tempora perveniſſe ſalvos incredibiliter gaudemus; eo quod maximo illi uſui ſunt ad falſitatem veterum (ut creditur) Annalium demonſtrandam. Dum enim recentia illa fictaque eſſe monumenta ex nummis antiquis nitimur oſtendere; haud alio id conſilio ſuſcipimus, quam ut adimatur fides ſcriptoribus, qui ſimul ſanctiſſimam Religionem Catholicam aggreſſi ſunt convellere. Nam in illis ipſis ſcriptis hiſtoricis ſua iſti paſſim aspergunt placita nefaria: nec alium ſibi in conſcribendis etiam hiſtoriis habuere propoſitum finem. Quis ergo nobis jure ſuccenſeat, ſi impios in Deum & Religionem homines, etiam in ipſa hiſtoria mendaces eſſe & fabularum conditores, neque æquales proinde illorum temporum, quibus ſcripſiſſe ſe credi volunt, nummorum veterum firmiſſimo teſtimonio oſtenderimus? Quis etiam reprehendat, ſi quorumdam ſimul diplomatum, ſimiliumve inſtrumentorum vacillare fidem indicaverimus; vel eo argumento uno, quod eam ſeriem Regum & rationem temporum ſequuntur, quæ ficta hiſtoria dumtaxat & Chronologia nititur, ad religionem eadem opera labefactandam excogitata, nummis refragantibus?

Certe hactenus Reges vidimus in nummis non plures quam duodecim: at nummos eorumdem ducentos & duos: Alarici, decem; Chariberti, quinque; Childeberti, quatuor & ſexaginta; Childerici, tres; Clodovei, duos; Clotarii, ſex: Dagoberti, quinque & viginti: Gunthachrami, quinque; Merovei, ſeptem; Sigeberti, ſeptemdecim; Theodeberti, quinque & quinquaginta; Theodorici, tres. Dignum hic autem non animadverſione magis, quam admiratione eſt, cum ſint nummi ducenti, & ii quidem ex utraque parte omnes fere inſcripti, ac proinde cum ſint trecentæ amplius inſcriptiones, & omnes certe prolixæ, ac diverſiſſimæ inter ſe; tamen effici univerſas ex vocibus dumtaxat, ſi nomina regum exceperis, quinquaginta, ſed incredibili varietate repetitis: quæ varietas efficit, ut eædem voces primis ſuis ſolummodo expreſſæ litteris, trecentas amplius diverſas inſcriptiones exhibeant. Hæ ſunt illæ voces nimirum:

A Attulerunt
Auguſtodunum
Aurarium
B Benemerenti
C Centeſima
Cives
Conſervator
Contulerunt
D Decima
Decuriones
Detulere
E Edua, Edui
F Fabri
Fecit
Ferrarii
G Gratiſſime
H Honorarium
I Illico
Imperium
Indixere
Inſtitores
Invictus
L Liberator
Lubentiſſime
quinquaginta
M Mercatores
Miſerunt
N Negotiatores
Nonageſima
Numeraverunt
O Obtulerunt
Octogeſima
Orbis
P Perſolverunt

R Redux
Reſtitutor
Romanus
S Servator
Sexageſima
Solverunt
T Triceſima
Tutator
V Viceſima
Victor
Vltro
Vrbs
X decima
Chriſtiani
Chriſtus
☩ Chriſtiani

Propterea nummus nullus eſt, in quo non ſit littera A vel E, vel utraque, ad Eduam ſcilicet ſignificandam, ſive Auguſtodunum. Et crux formæ cujusdam peculiaris, ſcilicet in ancoram deſinens, reperitur in nummis inſcriptis, AMBACIA, BLESO CASTRO, PARISIVS, PECTAVI, REDONIS, SANCTONIS, aliisque permultis nominibus, amplius tricies; quoniam in iis omnibus Edua ſive Auguſtodunum littera A vel E deſignatur. Denique idem Monetarii (ut vulgo creditur) nomen eamdem ob cauſam in locis valde (ut vulgi quoque opinio eſt) diſſitis reperitur: FRANCO in BAIOCAS & NANNETIS; MADELINVS in DORESTATI & TRIECTO, & alii in aliis: quoniam in his ſolam oportet Eduam ſive Auguſtodunum intelligi.

Quod vero potiſſimum eſt, docent perſpicue allati hactenus nummi Regum hæc tria: Primum, non alibi hos regnaſſe, quam in Lugdunenſi prima, nec tota fortaſſis, ſed usque ad fontes Sequanæ tantum & Maternæ amnium. Alterum, adhuc Imperio ſive Reipublicæ & Senatui eam Galliarum partem ſubjectam fuiſſe, ſed & hanc dumtaxat: a Senatu proinde & Imperatoribus, qui Narbonenſem interim integram, & Tranſpadanam Galliam tenerent, ibi poſitos hos reges fuiſſe: Delectos quippe, cum res & tempus poſceret, viros fuiſſe e Gallica nobilitate primarios; ut in Italia aliquando fuere ſub Auguſtis Vitiges, Theodahatus, Baduela, & alii: qui ſive cum regis titulo, ut plerique, ſed non hereditario; ſive cum titulo Auguſti & Imperatoris, ob affinitatem cum Cæſaribus, ut Theodebertus; eam Galliarum partem adminiſtrarent: Fuiſſe etiam duos interdum conjunctis copiis ac viribus, ut Childericus & Clotarius, aliique fortaſſis: atque ita factum eſſe per annos forte ducentos. Nulla enimvero fuiſſe patet inter iſtos reges bella civilia, quibus ficta ſordet hiſtoria. Denique ſequitur, palam proinde eſſe, non Narbonenſem, quæ Languedocium, Provinciam, Delphinatumque complectitur; non Belgicam; non Lugdunenſem ſecundam, quæ nunc Normannia eſt; non tertiam, quæ Turonenſis, cum Britannia minore; non quartam, quæ Senonenſis etiam eſt appellata; non ullam denique Aquitaniæ partem his regibus paruiſſe.

Sic funditus ruit fabuloſa regum primæ ſtirpis, ſive Merovingiorum, ut vocant, hiſtoria; cum nummi perdoceant, nonniſi in Imperii parte, ſcilicet in prima Lugdunenſi, reges in nummis commemoratos conſtitiſſe. At fabulæ fictæ ferunt Francis imperaſſe primum ultra Rhenum, Pharamundum, Clodionem, Merovæum, Childericum: Clodoveum deinde univerſæ Galliæ: E quatuor liberis ejus, Theodoricum Auſtraſiæ regem fuiſſe, hoc eſt, Burgundiæ & Lotharingiæ: Clodomirum, Aurelianenſium: Childebertum, Pariſiorum, usque ad Pyrenæos montes: Clotarium, Sueſſionum. Similia ſunt de reliquis anilia commenta: quæ impii ſcriptores texuere, ut ſimul ſuaderent ſua impia placita in florentiſſimo Galliarum regno a primis temporibus recepta viguiſſe. Eo certe ſpectaſſe in primis Gregorium quem vocant Turonenſem, clamant ſinguli fere verſus libri primi; ut nunc ſileam de ceteris.

Ergo qui hiſtorias & Chronica condiderunt ſæculo decimo quarto, ex illis duodecim Regum nominibus ac filiorum regum texuere; quorum res geſtæ, hoc eſt, confictæ implerent annos triginta ſupra trecentos, a Pharamundo usque ad Childericum; quem tonderi, ut quidem fabulantur, juſſit Pipinus.

At veris illis regibus, quos nummi veteres exhibent, unum negotium fuit tutari fines Eduorum a prædonum hoſtiumve incurſionibus; ſive Nivernenſes ii fuere, ſive Sequani, aliive; & pro bene locata opera ab Eduis decimam, viceſimam, aliamve pecuniæ ſummam elicere. An ſi quid illi geſſiſſent illuſtrius, id vel ipſamet Edua ſilentio præteriret, vel civitates Galliarum innumeræ; ſi hæ (ut vulgo creditur) his Regibus paruerunt? Neque enim certe ſoli norant Edui nummos percutere, vel conflare. Nam ejusdem nobis videntur ætatis eſſe, quos Bouterouë nummos commemorat: e Lugdunenſi ſecunda, pag. 41. EBVROVICES, nunc *Evreux*: e tertia, TVRONOS, *Tours*, pag. 63. capite galeato & alato, ex Aquitania, pag. 57. SANTONOS, *Saintes*: (nos SANTONES in argenteo vidimus:) & PETRVCOR. *Perigueux*: ex agro Veſontionenſi, SEQVANO, pag. 57. e Belgica, pag. 65. VIRODV. (nos VIRIDV. vidimus, capite galeato:) *Verdun*: & DVRNACOS, pag. 45. *Tournai*. Alioqui nummos Latine non ſcriberent, ſed (opinor) Celtice. Quod ſi qui tamen hos eſſe contendant vetuſtioris ævi, arbitrii id eorum eſto.

Quo tempore videri poſſit conficta hiſtoria Regum Francorum, quæ nunc circumfertur.

Tempus quo ficta hiſtoria Francorum eſt, indicare videtur Charta Philippi Valeſii Regis, (ſi tamen eſt genuina,) edita a Mabillonio, pag. 620. ex Regiſtro Parlamenti anni 1328. quo anno oblatus Regi dicitur *liber Chronica ſeu geſta Regum Franciæ in Gallico continens*: atque inter alia, *mout miracles par les ſaintes merites du bon Roy Loys*.

Nondum certe conditam fuiſſe Regum Francorum hiſtoriam anno 1295. mihi videor haud temere colligere ex narratione ſequente. Inventum corpus S. Mariæ Magdalenæ anno 1279. prope Aquas Sextias, ad S. Balmam, ut vocant, refert Richardus Cluniacenſis apud Bzovium, ad eum annum, n. 19. ſed ita refert, ut & mendax Richardus ipſe deprehendatur, uti adnotavit D. Abbas Fleury, tomo XVIII. pag. 335. Inſcriptionem in cedro repertam ſe vidiſſe teſtatur prope tumulum, in qua diceretur tranſlatum ſecreto fuiſſe corpus S. Mariæ Magdalenæ, *anno Nativitatis Dominicæ ſeptingenteſimo, regnante ODOYNO Rege Francorum*. Bernardus Guidonis, Ordinis Prædicatorum, & idem epiſcopus Lutevenſis, in Chronico Romanorum Pontificum, quod anno 1324. dicavit Joanni Papæ XXII. idem recitat totidem verbis apud Odoricum Raynaldum, ad annum 1279. num. 12. *en ſorte qu'il paroiſt que l'un des deux l'a tranſcrit de l'autre*, inquit idem D. Fleury. Tantum Bernardus appellat ODOYCVM, quem Richardus ODOYNVM. Ad S. Balmam poſiti ſunt Prædicatores anno 1295. Sæculo ſequente, poſt annum 1324. conficta hæc eſt inventio corporis S. Magdalenæ, veluti facta annis ſeptemdecim antequam ibi conſtituerentur Prædicatores, ſed ficta etiam, priusquam concinnata eſſet, qualis nunc circumfertur, ſeries & hiſtoria Regum Francorum. Nam ſi tunc exſtitiſſet, non illi aut ODOYNVM vel ODOYCVM omnino fingerent Regem Francorum, aut anno Chriſti ſeptingenteſimo collocarent. Conſulerent enim faſtos vulgares; reperirentque Childebertum eo anno regnaſſe uſque ad annum 715. Intelligerent enim, niſi ſtipites, ſe ſuam vel hoc uno indicio mendacioque fabulam incredibilem reddere. *Mais celui qui fabriqua l'écriteau*, inquit D. Fleury, *ni ceux qui le découvrirent, n'en ſçavoient pas tant*. At, inquam ego, nullus tam barbarus falſarius potuit eſſe, tam amens, tam excors, ut fictum regis nomen inſcriberet, ſi jam exſtaret in libris

bris ſeries regum Francorum, quam ipſi pueri memoriter tenent ac recitant. Seligeret quiſque vel minimum ingenioſus in ea ſerie haud dubie eum, cujus nomen cerneret ei anno, quo ſcriptam eſſe tabellam eam credi vellet, appoſitum. Quod ſi ignarus adeo hiſtoriæ Regum in ipſa Francia falſarius fuit; ſaltem vereretur, ne reclamaturus eſſet Carolus regis Siciliæ primogenitus, idemque Divi Ludovici fratre genitus, in cujus manus incidiſſe finxit eam tabellam; ſi in ea legeret Odoynum vel Odoycum; quem in tota ſerie Regum Francorum numquam vidiſſet, numquam audiſſet. At id non pertimuit falſarius. Nondum igitur ea exſtabat.

Series Regum ſecundæ ſtirpis, ut vocant ex Sigeberto.

Pipinus rex.
Obit an. 765. alii 768.

Carolus Magnus F. rex ab anno 768. Imp. anno 801. Obit an. 814.
Carlomannus F. rex. Obit anno 771.

Carolus F. Obit an. 810.
Ludovicus Pius F. Imp. Obit an. 840.
Pipinus F. rex Italiæ. Obit an. 809
Drago Ep. Met.

Bernardus F. rex Italiæ. Obit an. 819.

Carolus (Calv.) F. rex. Imp. ab anno 876. Obit 878.
Lotharius F. Imp. ab anno 823. abdicat an. 355.
Ludovicus F. rex Germaniæ. Obit an. 877.
Pipinus F. rex Aquitaniæ.

Pipinus F. Carolus F. anno 852. ambo monachi.

Carlomannus F. obit 872. Carolus F. Obit 872.
Ludovicus F. Imp. an. 855. Obit an. 876. Carolus.
Lotarius F. rex in Lotharingia, poſt patris obitum.
Carolus (Craſſus) F. Imp. ab an. 878. Obit an. 888. Rex Francorum anno 885.
Ludovicus F. rex, obit anno 882.
Carlomannus F. rex, obit an. 880.

Ludovicus (Balbus) F. rex. Obit an. 880.
—Ludovicus F. rex: obit anno 884.
—Carlomannus F. rex: obit anno 885.

Hugo F.

Arnulphus F. Imp. ab anno 898. Obit anno 902.

Ludovicus F. rex in Germania: obit. an. 912. ultimus ſtirpis Franciæ in Germania.

Carolus (Simplex) F. rex ab an. 893. Obit 926.

Robertus Fortis, Marchio, occiſus a Nortmannis anno 866.

Ludovicus Transmarinus F. rex. Obit an. 955. Uxor Gerberga, ſoror Ottonis Imp.

Odo F. rex Franc. ab anno 888. Obit anno 899.
Robertus Odonis frater, Rex ab anno 920, contra Carolum ſimpl. Obit an. 922.

Radulphus Rex Burgundiæ. ab an 890. Rex in Francia, ab an. 926. Obit anno 936.

Hugo F. Comes Pariſienſis, Ludovico adverſatur, anno 945. Natus eſt ei ex Hawide ſorore Ottonis Imp. ut ex ſanguine Imperatorum procreatus credatur,

Carloman. F. non rex. Obit an 948.
Lotharius F. rex ab anno 955. Obit. an. 986.
Carolus F. dux, ſpe regni pulſus ab Hugone, poſt obitum Ludovici, anno 987.

Ludovicus F. Rex, Qui nihil fecit. Obit an. 987.

Hugo rex Francorum, ab anno 987.

Reges Francorum.
Pipinus.
Carolus M.
Ludov. Pius.
Carolus Calvus.
Ludov. Balbus.
Carolus Craſſus.
Odo.
Carolus Simplex.
Robertus.
Ludovicus Transmarinus.
Lotharius.
Ludovicus Fecit nihil.

Nummi Regum Francorum, quos ſecundæ ſtirpis vocant.

De Regibus Francorum, quos ſecundæ ſtirpis appellant, plurima nummi eorum veteres docent, ab hiſtoriis & Annalibus, qui circumferuntur, longe diſcrepantia. Illud in his ſtatim notandum occurrit; nunc primum reges appellari Reges Francorum: nec tamen omnes. Ordiamur a Pipino.

PIPINUS REX FRANCORUM.

Pipini nummos argenteos omnino quatuor profert Le Blanc, pag. 72.

Tab. XI. 1. PIPINVS. .)(. R. F. *Rex Francorum.*

2. PIPPINVS. .)(. R. F. *Rex Francorum.*

3. PIPINVS. .)(. R. F. *Rex Francorum.*

4. PIPINVS. In hac nummi area litteræ N & S duo latera occupant: littera V cum littera P nectitur. .)(. R P. Forte pro R F.

Sugerius, libro 2. de administratione sua, *Pipinum* vocat *Imperatorem*: sed scriptor sæculi cum citissime decimi quarti. *Diploma Pipini*, inquit Heineccius, de sigillis, pag. 119. *datum in publico palatio Moguntiæ, decimo quarto regni anno in lucem protraxit Nicolaus Zylleſius, ſigillumque ære incidit. . . . ſiſtit hoc Pipini imberbis πρωτοιὴν, cum perigraphe,* + PIPINVS IMPERATOR. *Non minima ſuſpicione hoc ſigillum videtur laborare, in primis ſi cum aliis ejusdem regis conferas, quæ ſuppeditat Mabillonius. . . . Mirum ſane. . . . alio Pipinum titulo in diplomate, alio in ſigillo uti. In ipſo enim diplomate ita ſcribit*: „ Proinde ego Pipinus gratia Dei Rex Francorum. Ita ille. Sed firmius ex nummis veteribus petitur argumentum, quo falsitas evincitur, non istius solummodo, sed & aliorum Pipini diplomatum, quæ Mabillonius profert, pag. 471. & seqq. sive data Vermeriæ, *Verberie*; qui locus est in Insula Franciæ ad Isaram, inter Silvanectas & Compendium; sive data in Monasterio San-Dionysiano. Nam sive Pipinus iste alterius Pipini pater fuit, ut ratio nominum credi postulat; sive Caroli Magni, ut ficti ferunt Annales: cum ex nummis utriusque inferius proferendis constet utrumque non alibi regem fuisse, quam in Lugdunensi prima provincia; consequitur Pipinum patrem numquam aut Vermariam vidisse, nedum Moguntiam, aut Monasterium San-Dionysianum.

Similitudo maxima fabricæ & characterum inter nummos Pipini & Caroli qui sequitur, omnino suadet Pipino Carolum proxime successisse. A Pipino igitur initium cepit appellatio Regum Francorum; petita ex eo quod omnes essent in ea ditione franci, hoc est, liberi: servi tunc omnino nulli; ut in reliqua Gallia plurimi; in qua pleræque civitates suis quæque legibus ac moribus utebantur.

Facit nomen idem, ut Pipino patri Pipini filii nummos subjiciamus; quos numero quinque argenteos exhibet Le Blanc, pag. 105. Afferet eorumdem hactenus ignota interpretatio, ut quidem speramus, haud mediocrem voluptatem, & ad veram antiquitatis cognitionem lucis plurimum.

PIPINUS Pipini F.

Tab. IX.

1. PIPPINVS REX. Caput senile diadematum ac barbatum. .)(. Templum, sine turribus: cruce tum intus, tum supra posita. In ambitu, AQVITANIORVM. Non fuit hæc ætas adeo imperita, ut *Aquitaniorum* scriberet, pro *Aquitanorum*: id vel ipsa elegantia nummorum hujus Pipini suadet. Picta in hoc numismate templi effigies debuit admonere, *Aquitaniorum* vocabulo non populos indicari unius provinciæ, sed unius tantum civitatis incolas. Sententia hujus tituli est: *Augustodunenſes QVadrageſimam Imperii Tutatori Attulerunt: Nonageſimam Inſtitores, Octogeſimam Reſtitutori Vrbis Mercatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le quarantième denier au Conſervateur de l'Empire, les Merciers le quatrevint-ſixième; les Marchands le quatrevintième au Reſtaurateur de leur ville.* Fefellere hi nummi priscos fallarios, qui occasionem inde accepere regni confingendi in Aquitania prima & secunda: cui regno præfuisse finxere Ludovicum Caroli M. filium, & post eum Pipinos duos. Cum autem regni illius nullum consequenti tempore viderent supereſſe vestigium, abolitum illud fuisse a Carolo Calvo commenti sunt, & in varias præfecturas distractum: quæ sunt meræ fabulæ.

Sic porro in nummis Regum secundæ hujus ætatis, & (ut vocant) tertiæ usque ad Philippum I. nomina civitatum, Cabillono uno excepto in novissimo eorum, nempe in Henrico I. nomina civitatum reipsa non sunt: sed sub singulis fere litteris totidem voces sunt, quæ sententiam huic similem efficiant, aliisque, quas in nummis primæ ætatis attulimus. Eædem hic rursum voces locum habent, quas in prima illa ætate posuimus: ac præterea sub primis suis litteris eæ quæ sequuntur:

B Basilica
I Invicti
N Nundinæ
P Permissu, Protector
S Senator, Sponte, Statuerunt

Certe manifestum est, inscriptiones esse non paucas, quæ primis tantum litteris constent vocum singularum; & in ipsis Reges commendari ut Tutatores, Restitutores, Conservatores, tum Imperii, tum Eduæ, sive Augustoduni. Ex eo autem intelligere est, non eos extra regiones Imperii appellatas regnasse; ipsaque civitatum nomina, quæ inscriptionibus exhibentur in nummis eorumdem, extra eam regionem, ingeniose ab Augustodunensibus fuisse adscita, vel paululum immutata, vel contra Grammaticæ leges in casu aliquo posita; quoniam sic sententiam efficerent quam vellent, ex vocibus totidem, quot in illis nominibus litteræ essent.

Ibid. 2. PIPINVS REX EQ. Est etiam hic nummus argenteus apud Paul. Petav. Tab. 21. Cave hic *EQuitaniæ* scriptum putes, pro *Aquitaniæ*. Quamquam ad conciliandam fortasis huic interpretationi & Aquitaniæ regno fidem, scriptum est apud Thom. Rymer, pag. 69. in Conventione facta Messanæ inter Philippum Francorum & Richardum Angliæ Regem, *Dominum Equitaniæ & Pictaviæ.* Ficta est & ab Anglo aliquo fabricata, quem hic nummus prave intellectus decepit, ea conventio, cujus hoc initium est; *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus Dei gratia Francorum Rex, &c.* & in qua nulla Regum subscriptio est: præter alia falsi indicia. Genuina monumenta Aquitaniam constanter scribunt. Hic ergo legimus: PIPINVS *Rex Eduos Xdecima Exemit Quinquageſimaque.* Gallice: *Le Roi Pipin a exemté les peuples de l'Autunois du dixiéme & du cinquantiéme denier.* .)(. In medio, per litteras in orbem ductas nexasque, PIPINVS. In ambitu PECTAVO. Pictones nescirent suum nomen, si PECTAVO scriberent. Sententia est: *Pipino Edui Centeſimam, Triceſimam AVguſtodunenſes Obtulerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le centième denier au Roi Pipin, les habitans de la ville d'Autun le trentiéme.*

Ibid. 3. PIPINVS REX EQ. ut proxime. .)(. In medio, litteris nexis, ut proxime, PIPINVS. In ambitu, METVLLO. Sic interpretandum: *Mercatores Edui Triceſimam Vrbis Liberatori Lubentiſſime Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté très-volontiers le trentiéme denier au Liberateur de leur Ville.* Decepit hic nummus fabricatores Edicti Pistensis sub nomine Caroli Calvi, tomo 2. Capitular. fol. 157. qui METVLLO vocem unam esse putarunt. Unde scripsere illi: *Sequentes conſuetudinem prædeceſſorum noſtrorum, ſicut in illorum Capitulis continetur, conſtituimus, ut in nullo alio loco in omni regno noſtro moneta fiat, niſi in Palatio noſtro,* &

& in Quentovico, ac Rotomago, (Quæ moneta ad Quentovicum ex antiqua consuetudine pertinet:) & in Remis, & in Senonis, & in Parisio, & in Aurelianis, & in Cavillone, & in METVLLO, *& in Narbona... Ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, & in medio nostri nominis monogramma* Omnia sunt hic falsa: accepta ex nummis prave intellectis nomina hæc sunt omnia. Sed ad præsens argumentum quod adtinet, de Metullo in primis festiva hallucinatio est. In eam similiter incidit scriptor libri De Gestis Normannorum; qui hos ait, post incensam Burdegalam, deinde *Metullum vicum populantes incendio tradidisse.* In vico præterea absurdum esse opinari Monetam fuisse, jam superius diximus. Inanis proinde conjectura est Hadriani Valesii, & aliorum, qui Metullum dixerunt esse in Pictavis *Melle:* sed (ut ait Le Blanc, pag. 88.) nullo idoneo argumento dictum probarunt.

Tab. IX. 4. PIPINVS REX. .)(. LIMODICAS. Absit ut Lemovicas adeo imperitos ignarosque aliquando fuisse arbitremur, ut nomen suum nescirent, & *Limodicas* scriberent, pro *Lemovices.* Primæ sunt hic quoque totidem vocum litteræ, hac sententia: *Liberatori Imperii Mercatores Octogesimam Detulerunt: Imperii Conservatori Augustodunenses Sexagesimam.* Gallice: *Les Marchands ont apporté au Liberateur de l'Empire le quatrevintiéme denier: les habitans de la ville d'Autun le soixantiéme au Conservateur de l'Empire.* Sic sunt in eadem provincia, qui METVLLO & PECTAVO, & qui LIMODICAS scripserunt in nummis suis: scilicet in Lugdunensi provincia, cujus pars non infima *Edui.*

Ibid. 5. PIPPINVS REX. .)(. In ipsamet area, AQVITANIA. Nihilo magis in isto numismate Aquitania est, quam sunt in primo Aquitanii. Sententia est: *Augustodunenses QVinquagesimam Indixere:* hic primus inscriptionis versus est: alter hujusmodi: *Tutatori Augustoduni Nonagesimam Institores Attulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné le cinquantiéme denier, les Merciers ont apporté le quatrevint-dixiéme au Conservateur de la ville d'Autun.*

CARLEMANNUS & CAROLUS.

CArlemanni & Caroli fratrum nummos sequentes esse arbitramur, cum D. Le Blanc, pag. 87. & 88. Percussi sunt ii omnes in provincia Lugdunensi prima. Et sunt argentei omnes fere nummi omnium regum hujus secundæ ætatis, sive (ut vocant) stirpis.

Fabricæ sunt isti nummi, quos Carlemanno & ipsius fratri Carolo tribuimus, longe dissimilis ceteris, qui Caroli nomen vel Carli aut Karli habent, hoc est, rudis inprimis & impolitæ, sed tamen accuratæ. Hunc quidem Carolum, ob rudiorem ac minus cultam nummorum fabricam, Carolum Magnum appellat Le Blanc, pag. 87. At is Imperator non fuit. Præter hunc autem Carolum exhibent nummi Carolum sive Karolum alterum, alterumque Karlum vel Carlum, reges duos diversos, eosdemque Imperatores; qui sunt alii ab aliis diligenter discriminandi. In his Caroli nummis *Carolus* semper per o exiguum scribitur: haud alia de causa, quam quod ubique nummi illius ævi ita fere litteram eam exhibent.

Tab. IX. 1. CARLEM. *Carlemannus.* Neque enim Carolus *Magnus* in suis numismatibus appellatur, quamvis a subjectis sibi populis ea cuderentur. Et linea unica litteris superducta aperte clamat, non ibi cognomen esse, sed nomen solummodo scriptum per compendium: multo vero etiam magis, quod littera M nexa est cum ceteris, veluti pars nominis. .)(. A R. *Augustodunum Restitutum.* Cave enim credas Do. Le Blanc, pag. 87. has litteras interpretanti, *Austrasiorum Rex.* Austrasiæ regnum fabulosa tantum scripta condiderunt. Cetero unicus iste hujus Carlemanni repertus est nummus hactenus: ex quo brevis eum fuisse principatus haud frustra conjicias.

Ibid. 2. CAROLVS. .)(. Litteræ C & L obversa, inferiore parte nexæ: A inter utramque stat: latere sinistro I. Sententia est, *Civitas Augustodunensis Libera.* Gallice: *Autun est une ville libre.* Ex eo tempore Francorum appellatio cepit exordium.

Ibid. 3. CAROLVS. .)(. Crux Augustodunensis: cujus in quatuor angulis litteræ sunt, N R B & O quadratum. Sententia est: *Negotiatores Restitutori Basilicam Obtulerunt.* Gallice: *Les Negocians ont presenté une Maison Royale à leur Restaurateur.* Le Blanc, pag. 87. n. 8. duas priores litteras N R fortassis *Neustriæ Rex* significare ponit, inani conjectatione. Neustriæ regnum fabulæ tantum confinxere: nec aliquando Neustria Carolo paruit.

Ibid. 4. CAROLVS. .)(. Crux, cujus in quatuor angulis hæ sunt litteræ, ARDIS: cum linea superducta, quæ compendii subjacentis admonent. Sententia est: *Augustoduni Restitutori Decimam Institores Solverunt.* Gallice: *Les Merciers ont payé le dixiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun.* Est hic Caroli nummus apud Le Blanc, pag. 87. n. 14 ubi quid sit ARDIS fatetur se nescire.

Ibid. 5. CAROLVS. .)(. Crux, cujus in quatuor angulis hæ sunt litteræ, AVINIO. Si hic esset Avenio, non *Avinio* certe scriberent indigenæ. Sententia est: *Augustodunenses Victori Invicto Nonagesimam Illico Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté sur le champ au Victorieux Invincible le quatrevint-dixième denier.* Superducta his litteris lineola transversa esse hic admonet compendium latentis sub litteris istis Sententiæ. Est hic nummus apud Le Blanc, pag. 78. n. 12.

Ibid. 6. CAROLVS. .)(. TRIIECT. Est hic nummus apud Le Blanc, pag. 87. n. 11. & apud Le Blanc, pag. 87. n. 11. & apud Paul. Petav. Tab. 16. Puerile est arbitrari *Trijectum* scribi pro Trajecto vel pro Ultrajecto posse. Sententia est: *Tutatori Romani Imperii Indixere Edui Carolo Tricesimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont decerné au Roi Charles Restaurateur de l'Empire Romain le trentiéme denier.*

Ibid. 7. CAROLVS REX. .)(. In ipsa area, SCI FIRMINI. Cave hic sanctum Firminum cogites, tametsi est in diœcesi Augustodunensi, sub archipresbyteratu de Blanzey, ecclesia parochialis de Chaseul, alias S. Firmini; & habuisse hunc olim propterea inter patronos suos Edui possunt videri, qui hunc

nummum percuſſerunt. Primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Sexageſimam Carolo Invicto Fabri, Imperii Reſtitutori Mercatores Illico Nonageſimam Indixere.* Gallice: *Les Artiſans ont decerné ſur le champ le ſoixantième denier à l'Invincible Charles: les Marchands le quatrevint-dixième denier au Reſtaurateur de l'Empire.* Eſt apud Le Blanc, pag. 87. n. 13. ſed fruſtra is eum ex conjectura transfert ad Ambianenſes, qui ſancto Firmino patrono gaudent: ſed & Vcetienſes in Provincia, *Uſez.*

Tab. IX. 8. CAROLVS. .)(. ITVLANNA. Aureus hic eſt apud Le Blanc, pag. 88. n 1. ubi *Tuvanna* legit, & Taruannam putat eſſe, geminato errore. ITVLANNA enim legi oportet, & ſic exponi per voces totidem, quot hic litteræ ſunt: *Imperii Tutatori, Vrbis Liberatori, Auguſtodunenſes Negotiatores Nonageſimam Attulerunt*; nimirum Carolo Regi. Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont apporté le quatrevint-dixième denier au Conſervateur de l'Empire, & au Liberateur de leur Ville.* In nummo iſto primum verſum occupant honorifici duo tituli, ſinguli binis expreſſi litteris; & poſteriora littera incipiens majuſcula V: quoniam Vrbem Auguſtodumenſem deſignat. Alterum verſum implet nomen offerentium, & munus.

Ibid. 9. CAROLVS. .)(. Litteris in orbem ſparſis, TARINIS. Apud Le Blanc, pag. 88. n. 2. ubi perperam legi opinatur, ARVERNIS. Neque enim ibi ſunt litteræ E & V: & lineola litteræ A ſuperducta, admonet ibi quoque litteram T intelligi oportere. Sententia eſt: *Triceſimam Auguſtodunenſes Reſtitutori Imperii, Nonageſimam Inſtitores Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentième denier au Reſtaurateur de l'Empire; les Merciers le quatrevint-dixiéme.*

Tab. X. 10. CAROLVS. .)(. Crux, cujus in quatuor angulis ſunt hæ litteræ, HASS: hac ſententia: *Honorarium Auguſtodunenſes Sexageſimamque Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le Don gratuit & le ſoixantième denier.* Eſt hic nummus apud Le Blanc, pag. 88. n. 3. ubi Haſſiam, *la Heſſe*, intelligi putat poſſe; magna hallucinatione; ſed cui locum fabulæ dederunt, quæ Caroli expeditionem Saxonicam confinxerunt.

Ibid. 11. CAROLVS. .)(. In media area. VVALACARIO. Nummus eſt apud Le Blanc, pag. 88. n 4. ubi nummum ex conjectura, ſed ea inani & falſa, percuſſum putat in inſula Walkeren, quæ pars eſt Zelandiæ. Sententia hæc iſthic eſt: *Victori Vrbs Auguſtodunenſis Quinquageſimam Attulit*: ſententia hæc verſus prioris eſt; poſterioris, ea quæ ſequitur: *Carolo Aurarium Reſtitutori Imperii Obtulit.* Gallice: *La ville d'Autun a apporté le cinquantième denier au Victorieux: elle a preſenté le Don gratuit en or au Roi Charles Reſtaurateur de l'Empire.* Etiam tunc nimirum erat Imperium in ea Galliæ parte; hoc eſt, eadem Reipublicæ forma, quæ ſub Romano fuerat Imperio.

Ibid. 12. CAROLVS. .)(. Litteris in orbem circumductis, MEDOLVS. Eſt hic nummus in muſeo noſtro, & apud Le Blanc, pag. 88. n. 5. & 6. ubi quid ſit *Medolus* miratur & hæret. Sententia eſt: *Mercatores EDui Octogeſimam Liberatori Vrbis Solverunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé le quatrevintième denier au Liberateur de leur Ville.*

Ibid. 13. & 14. CAROLVS. .)(. R. F. *Rex Francorum*, hoc eſt, ut diximus, hominum liberorum ab omni ſervitio; dum eſſent in reliquis Galliarum regionibus ſervi plurimi. Non alii ſunt hujus Caroli nummi, præter hos duos, in quibus Rex Francorum nuncupetur. Apud Le Blanc, pag. 88. n. 9. & 10.

Ibid. 15. CAROLVS. .)(. q s b + M. *Quinquageſimam Solverunt Benemerenti Chriſtiani Mercatores.* Gallice: *Les Marchands Chrétiens ont payé le cinquantiéme denier à leur bienfacteur.* Apud Le Blanc. pag. 87. n. 7.

Ibid. 16. CAROLVS. .)(. q s b TTM. Hoc eſt, ut quidem nunc videtur: *Quinquageſimam Solverunt Benemerenti, Tutatori Triceſimam Mercatores.* Gallice: *Les Marchands ont payé le cinquantième denier à leur bienfacteur, le trentieme à leur Conſervateur.* Apud Le Blanc, pag. 87. n. 7.

Sunt præter iſtos alii tres, n. 3. 4. & 5. ſed litteris ita intricatis, ut dignoſci vix poſſint; quamvis de omnibus hactenus deſcriptis Le Blanc aſſeveret, diligenter curaſſe ſe, ut accurate delinearentur, per Ertingerum ſcilicet, virum peritiæ in ea arte celebratiſſimæ. *On peut s'aſſurer qu'on a copié les originaux avec la derniere exactitude.* Ita ille; qui ſupra allatos Caroli nomine nummos inſcriptos Carolo Magno tribuit, non immerito, ſi quis ante alios cognomines qui ſequuntur, Carolus Magnus fuit: cum rudior fabrica vetuſtiores eſſe eos, quam qui poſtea proferentur, probet. At in his Carolus, ut diximus, ne ſemel quidem Imperator vocatur.

Fallit de more Thevetus in Coſmographia, qui viſos ſibi fuiſſe refert Turonibus anno 1563. nummos quinque argenteos, ibi repertos, cum tellus foderetur, juxta tumulum Alcuini; quorum in una parte eſſet crux gemina: in altera, VICTORIA CHRISTIANORVM.

CAROLUS REX Caroli F.

SEquitur Carolus, prioris Caroli filius, ut nomen ipſum ſuadet, idem Rex primum, ac poſtea Imperator. Nam ſicut tres poſtea fere ſimul Imperatores, ita prius tres uno tempore, ut videtur, aut alius fortaſſis alio aliquanto prius, conſtituti fuere a Gallis provinciæ primæ Lugdunenſis, iisdemque Imperii Romani reliquiis. Ordiamur a nummis, in quibus Carolus Rex ſcribitur.

Tab. X. 1. KAROLVS GRATIA DI REX. *Gratia Dei Rex.* Templum ſine turribus. .)(. MONT LVGDVNI CLAVAT. Apud Le Blanc, pag. 146. n. 14. in Carolo ſimplice, ubi de Lauduno interpretatur; quæ civitas eſt in Inſula Franciæ dicta, *Iſle de France.* Magno errore: ſed in quem recentiores inducti ſunt a Sigeberto, aliisque ſcriptoribus, qui hoc nummo ſimilibusque decepti, finxere Laudunum olim appellatum fuiſſe *Lugdunum*, cognominatumque *Cloatum* & *Clavatum.* Sic in Concilio Aurelianenſi V. ſubſcribit Medulfus *pro Genobaudo epiſcopo Eccleſiæ Lugdunenſis Clavatæ*, vel *epiſcopo Lugdunenſi Clavato*; vel ut in ms. Lugdunenſi legitur, *epiſcopo Lugduni Cloati.* Sic Gregorius Turon. libro VI. cap. IV. *Lugdunum Clavatum* vocat; & Auctor vitæ S. Faronis, & Annales Metenſes: alii, quos Hadrianus Valeſius appellat in Notitia Galliæ; in quibus ſunt Hincmarus & Frodoardus, *Laudunum Clavatum*: ut & Lotharii Regis litteræ, datæ ſcilicet anno 977. pro Maricolenſi cœnobio, laudatæ a Mabillonio, pag. 292. At in iſto nummo totidem ſunt vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Mercatores Omnes Nonageſimam Tri-*

Triceſimamque Liberatori Vrbis Gratiſſime Detulerunt: Viceſimam Negotiatores Imperii Conſervatori L quinquageſimamque Attulerunt: Viceſimam Auguſtodunenſes Tutatori. Gallice: *Tous les Marchands ont preſenté de très-bon cœur le quatrevint-dixiéme & le trentiéme denier au Liberateur de leur Ville; les Negocians ont apporté le vintiéme & le cinquantiéme au Conſervateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun le vintiéme denier à leur Protecteur.*

Tab. X. 2. CAROLVS REX FR. .)(. Templum ſine turribus. REMIS CIVITAS. Apud Le Blanc, pag. 146. n. 12. Non ſunt hi Remi, *Reims en Champagne.* Forma ipſa Ædis ſacræ, eadem atque in ſuperiore nummo, admonet legi oportere; *Reſtitutori Eduæ Mercatores Indixere Sexageſimam: CIves Victori Invicto Triceſimam, Auguſtoduni Servatori.* Gallice: *Les Marchands ont decerné le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Bourgeois le trentiéme au Victorieux Iuvincible, Conſervateur de leur Ville.*

Ibid. 3. KAROLVS REX. .)(. In media area, TVLLO *Toul en Lorraine*, inquit Le Blanc, pag. 146. n. 6. Minime vero. Nihilo magis hic Tullum eſt, quam in nummo 31. Theodeberti. Legendum omnino hic eſt: *Tutatori Vrbis Lugdunenſes L quinquageſimam Obtulerunt.* Gallice: *Les Lionnois ont preſenté le cinquantiéme denier au Conſervateur de leur Ville.*

LUDOVICI REGIS
Numiſmata.

Tab. X.

1.
VDOVVICVS REX. .)(. COLONIA, in ipſa area. Apud Le Blanc, pag. 148. n 3. in Ludovico Tranſmarino. Si eſſet hic Colonia ad Rhenum, *Colonia Agrippinenſis* auctore Plinio haud dubie ſcriberetur. Dubitat Le Blanc, pag. 149. an potius hic indicetur *Colonia, Coulaine*, prope Cenomanum, an altera in pago Cameracenſi a Miræo laudata. Nihil horum. Totidem vocum hic ſunt primæ litteræ, hac ſententia: *Centeſimam Octogeſimamque Liberatori Orbis Negotiatores inſtitoresque Attulerunt.* Gallice: *Les Negocians & les Merciers ont apporté le centiéme & le quatrevintiéme denier au Liberateur de l'Empire.* Eſt etiam Conſtantinus in nummis ſuis, LIBERATOR ORBIS.

Ibid. 2. LVDOVVICVS REX. .)(. Templum ſine turribus. SENONIS VRBS. Ibidem, n. 1. Cur vero *urbs* una hæc appellatur, præ tot aliis urbibus; & *Senonis*, quaſi in genitivo caſu? Non magis hic *Senones* ſunt, quam ſupra in Gunthachramo: ſed eſt hæc ſententia: *Servatori Eduæ Negotiatores Obtulere Nonageſimam: Inſtitores Sexageſimam Vrbis Reſtitutori Benemerenti Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun: les Merciers ont payé par reconnoiſſance le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de leur ville.*

Ibid. 3. In monogrammate, LVDOVVICVS. In ambitu, GRATIA DEI REX. .)(. CASTIS PRVVINIS. Ibidem, & in Muſeo noſtro. At Ludovico Tranſmarino tribuitur a le Blanc; nulla allata dicti ratione. Hic oppidum *Provins* putat idem ſe videre, pag. 132. falſo: nam *Provinum* ſcriberetur, non *Pruvina.* Primæ hic ſunt litteræ totidem vocum, hac ſententia: *Centeſimam Auguſtodunenſes Solverunt Tutatori Imperii, Sexageſimam Perſolverunt Reſtitutori Vrbis: Victori Invicto Negotiatores Indixere Sexageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme denier au Conſervateur de l'Empire; les Negocians ont decerné le ſoixantiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 4. LVDOVVICVS. Caput gemmis cinctum. .)(. In medio monogramma Ludovici. In ambitu, ARELA CIVIS. Le Blanc, pag. 142. n. 1. in Ludovico Balbi filio notho: *Mirum eſt*, inquit Mabillonius, in ſupplemento libri De re Diplomatica, pag. 46. *nullum reperiri diploma Ludovici, ipſius Karolomanni fratris: forte quod duobus tantum annis non integris regnaverit. Certe nullum hactenus mihi occurrit.* Non potuit ullum profecto ſincerum occurrere, cum Ludovicus iſte nullus fuerit. Sententia interim tituli iſtius hæc eſt: *Auguſtodunenſes Reſtitutori Eduæ L quinquageſimam Attulerunt: Centeſimam Illico Victori Invicto Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le cinquantiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: ils ont payé ſur le champ le centiéme denier au Victorieux Invincible.*

Ibid. 5. LVDOVVIC. *Ludovicus.* .)(. METALLVM. Le Blanc, pag. 142. n. 6. In Muſeo noſtro, eſt in ambitu nummi HLVDOVVICVS. Crux in medio. .)(. METALLVM, ut in iſto. Sententia eſt: *Mercatores Edui Triceſimam Attulerunt: L quinquageſimam Liberatori Vrbis Miſerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier: ils ont envoyé le cinquantiéme au Liberateur de leur Ville.*

Ibid. 6. LVDOVVICVS in monogrammate: in circuitu, MISERICORDIA DEI REX. .)(. TVRONES CIVITAS. Le Blanc, pag. 142. & Paul. Petav. Tab. 23. Eſt & in Muſeo noſtro. Hunc Ludovico Balbo dedit Le Blanc, eo quod non invenit alium, quem ei nummum tribueret, præter hunc unum; ſed mero arbitrio, nulla adducta ratione. Sic eſt autem inſcriptio exponenda: *Triceſimam Vrbis Reſtitutori Obtulere Negotiatores: Edui Sexageſiman Conſervatori Imperii: Victori Invicto Triceſimam Auguſtodunenſes Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur Ville: les peuples de l'Autunois le ſoixantiéme au Conſervateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 7. LVDOVVICVS, in media area, ſcriptis in orbem litteris. In circuitu extimo, GRATIA DEI REX. .)(. MARSALLO VICO. *Marſal en Lorraine*, inquit Le Blanc, pag. 148. n. 2. ubi Ludovico Ultramarino hunc nummum, ſed ex mero arbitrio tribuit. At non eſt hic oppidi nomen, nec VICO a *vicus* eſt, in nummis iſtis antiquis. Totidem ſunt vocum primæ litteræ, hac ſententia. *Mercatores Auguſtoduni Reſtitutori Sexageſimam Attulere: L quinquageſimam Lubentiſſime Obtulere Victori, Imperii Conſervatori Octogeſimam.* Hoc nummo deceptus pſeudo-Fulradus abbas S. Dionyſii, Marſalli meminit, in tabulis, quas Mabillonius vulgavit, ſignatis *anno nono regni Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum & Longobardorum, & Patricii Romanorum*; ac proinde falſis. At in Chronico de Epiſcopis Metenſibus, quod Dacherius edidit, ſemel iterumque *Marcellum* vocatur caſtellum, quod eſt hodie *Marſal.*

NUMISMATA LUDOVICI simul & CAROLI.

QUemadmodum in prima Regum ætate Childericum vidimus & Clotarium in uno eodemque nummo jungi, ob conjunctam communemque in Lugdunensi prima rerum administrationem; sic Ludovicus & Carolus reges consociantur in quibusdam nummis, ob conjunctas sociasque curas in regimine ejusdem provinciæ.

Tab. X. 1. LVDOVVICVS. .)(. In medio, litteris nexis KAROLVS. In circuitu, ARELA CIVIS: ut in nummo ejusdem Ludovici jam allato. Est apud Le Blanc, pag. 142. n. 2.

Ibid. 2. HLVDOVVICVS REX. In medio litteris nexis, KAROLVS. .)(. INVICO VIOSATO. Ibidem, n. 3. ubi Viosatum interpretatur *Viset* prope Leodium; quoniam Annales Bertiniani eum locum Veosatum vocant; sed decepti haud dubie hoc nummo, quem mendax scriptor Annalium non intellexit. Sunt enim hic totidem vocum primæ litteræ, hac sententia: *Illico Negotiatores Victori Invicto Centesimam Obtulerunt: Vicesimam Institores Orbis Servatori, Augustoduni Tutatori Octogesimam.* Gallice: *Les Negocians ont presenté le centiéme denier sur le champ au Victorieux Invincible: les Merciers le vintiéme au Conservateur de l'Empire, le quatrevintiéme au Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 3. HLVDOVVICVS REX. In monogrammate, CAROLVS. .)(. INVICO TRIIECTO. Le Blanc, pag. 142. n. 4. Neque Trajectum ad Rhenum hic quoque est, *Utrecht*, neque Trajectum ad Mosam, *Maestricht*. Sed est sententia: *Illico Negotiatores Victori Invicto Centesimam obtulerunt; Tricesimam Restitutori Imperii, Institores Eduæ Conservatori Tricesimam Octogesimamque.* Gallice: *Les Negocians ont presenté sur le champ le centiéme denier au Victorieux Invincible; le trentiéme au Restaurateur de l'Empire: les Merciers le trentiéme & le quatrevintiéme au Conservateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 4. HLVDOVVICVS REX. In monogrammate, CAROLVS. .)(. TVNIERS CIVITAS. Le Blanc, pag. 142. n. 5. Neque hic nomen est alicujus civitatis; sed sunt litteræ primæ totidem vocum, hac sententia: *Tricesimam Vicesimamque Numeravere Institores Eduæ Restitutori, Sexagesimam Conservatori Imperii; Victori Invicto Tricesimam Augustodunenses Solverunt.* Gallice: *Les Merciers ont payé le trentiéme & le vintiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun; le soixantiéme denier au Conservateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme au Victorieux Invincible.*

Hos nummos quatuor, præter alios duos superius positos, ARELA CIVIS & METALLVM, tribuit Le Blanc Ludovico filio notho Ludovici Balbi, fratri Carlomanni nullo alio adductus argumento, quam ne Ludovicus aliquis, ex iis quos Annales commemorant, careat nummo suo. Sed negat idem nihilominus explicari posse, cur in iisdem nummis conjuncta sint Ludovici & Caroli nomina: aut cur Ludovici integrum nomen sit, Caroli in monogrammate tantum. Existimat Caroli ibi nomen esse Caroli Calvi, quem Ludovici avum fecere; quo effugio dici nihil alienius a veri similitudine potest. Deinde cur Arelate nummos Ludovico isti cudat; siquidem a temporibus Caroli Calvi sub ditione Bosonis fuisse Provinciam totam consentiant historici, fatetur expediri non posse, & hanc historiæ Francorum partem multis adhuc esse nebulis involutam. *Cela fait voir*, inquit ille, pag. 142. *qu'il y a encore de grandes* OBSCURITEZ *dans nostre histoire.* Reipsa fabulas texuere de tota hac secunda stirpe regum, scriptores, quos nunc terimus. Unicus enim, ex quo fecere octo, intra tempus illud LVDOVVICVS fuit, simul cum Carolo Rex, & cum Lothario; sed ita ut alius alium Eduorum limitem tutandum susciperet: id enimvero nummi, ut sunt a nobis explanati liquido demonstrant. Conjuncta vero duorum regum nomina, conjunctas annis illis copias amborum ac vires in eodem tractu tutando significant.

LOTHARII REGIS Numismata

Tab. XI.

1. HLOTHARIVS REX. .)(. STRAZB CIVITA. Le Blanc, pag. 108. n. 13. Non est hic Alsatiæ civitas Strasburgum: sed sunt primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Sponte Tricesimam Restitutori Augustodunenses Solverunt Benemerenti:* hoc habet primus inscriptionis versus, sive sex primæ litteræ: posterior; *Conservatori Imperii Vicesimam Institores Tricesimamque Attulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé très-volontiers le trentiéme denier à leur Restaurateur par reconnoissance: les Merciers ont apporté le vintiéme & le trentiéme denier au Conservateur de l'Empire.* Litteram Z pro S. scribi jam alibi vidimus.

Ibid. 2. HLOTHARVS REX .)(. VIRIDVNVM CIVIS. Ibidem, n. 14. Hoc totidem vocibus interpretandum est, quot litteræ sunt; alioquin solœcum est. *Vicesimam Institores Restitutori Imperii Detulere: Vicesimam Negotiatores, Vicesimam Mercatores Conservatori Imperii, Victori Invicto sexagesimam.* Gallice: *Les Merciers ont presenté le vintiéme denier au Restaurateur de l'Empire: les Negocians le vintiéme, les Marchands le vintiéme au Conservateur de l'Empire; le soixantiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 3. LOTERIVS R. F. *Rex Francorum.* .)(. BITVRICES. Le Blanc, pag. 148. n. 5. Non sunt hic Bituriges, *Bourges en Berry:* sed est scriptum de industria, BITVRICES: ut esset hæc sententia: *Benemerenti Institores Tutatori Vicesimam;* hoc priore versu; altero istud, *Restitutori Imperii Con-*

Centesimam Edui Solverunt. Gallice: *Les Merciers ont payé par reconnoissance le vintiéme denier à leur Conservateur; les peuples de l'Autunois le centiéme au Restaurateur de l'Empire.*

Tab. XI. 4. LOTARVS REX. In area, B. .)(. Epigraphe detrita. Ibidem, n. 6. & apud Paul. Petav. Tab. 20. & apud D. Hautin, pag. IX. Litteram B pro *Burgundia* esse, ex sequente nummo, & altero Henrici regis, haud temere colligitur.

Ibid. 5. LOTARII REGIS PNSNE. Non *permissione*, ut exponit Le Blanc, satis licenter, nec satis Latine: sed LOTARII REGIS *Permissu Nundinas Statuerunt Negotiatores Edui.* Gallice: *Les Negotians de l'Autunois ont établi des Foires avec la permission du Roi Lotaire.* .)(. SCI PHILIBERTI MONETA, non est *Sancti Philiberti Moneta*, sive Abbatiæ Tornuciensis, *Tournus*, in Burgundia; sed sub his litteris totidem fere voces latent, hac sententia: *Servatori Centesimam Institores Persolverunt, Honorarium Imperii LIBeratori; Eduæ Restitutori Triceſimam Indixerunt Mercatores: Octogesimam Negotiatores Edui Tutatori Augustoduni.* Gallice: *Les Merciers ont payé le centiéme denier à leur Conservateur; le Don gratuit au Liberateur de l'Empire: les Marchands ont decerné le trentiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun; les Negocians de l'Autunois le quatrevintiéme au Conservateur de leur Ville.* Est hic nummus apud Le Blanc, pag. 148. n. 8. & apud Paul. Petav. melius, Tab. 20. In medio nexæ litteræ tres, T G H *Tornucium Granarium Heduorum.* Gallice: *Tournus est le Grenier de l'Autunois.* Feracissimus certe frumenti ager Tornuciensis est in Burgundia, juxta Heduos. Nummum argenteum vidimus inscriptum, ✣ TORNVCIO CAST. Crux. .)(. ✣ SCS VALERIAN. *Sanctus Valerianus*, Tornuciensis civitatis Patronus. Castrum. Nummus est minutus ex argento sæculi duodecimi haud pridem cœpti. Nondum S. Philiberti nomen ibi Ecclesiæ datum fuerat: quamvis hoc nummo decepti falsarii a Caroli simplicis temporibus mutatum S. Valeriani nomen in S. Philiberti finxerunt. Nec fuit illi Abbatiæ, ex quo S. Philiberti nomen accepit, cudendæ monetæ facta potestas.

Vide Addenda, infra.

CAROLUS IMP.
LUDOVICUS PIUS IMP.
LOTHARIUS PIUS IMP.

Ob egregie defensum adversus hostes patriæ & religionis Imperium, qui prius reges erant, iidem creati sunt in Comitiis primæ Lugdunensis Imperatores tres: Carolus Caroli prioris regis filius, Ludovicus Pius, & Lotharius Pius. Nam hos simul imperasse indiscreta quorumdam nummorum similitudo demonstrat, qui sunt eorumdem inscripti nominibus. Et fuisse quidem illos e primaria nobilitate in eo tractu manifestum est. Ludovicus autem & Lotharius, præter nobilitatem paterni sive Gallici sanguinis, maternum etiam genus traxere ex Romana gente nobilissima, Piorum scilicet, quibus id cognomen gentilitium fuit ex Pompeio Magno Pio, & ab Antonino Aug. Pio Imp. Quam ob rem Pius est uterque, Ludovicus, & Lotharius, cognominatus: non ab innata benignitate fuit Ludovico datum cognomen, ut credi voluere mendaces Annalium conditores. Neque enim quod Galli vocant *Debonnaire*, hoc Latine PIUS, sed lenis ac mitis est. Istiusmodi autem cognomenta in moneta publica non inscribuntur: nec talis ficta causa est, qualis in Ludovico, cur sic quoque PIUS Lotharius diceretur. Verum acceptissimus omnium Lugdunensi primæ provinciæ fuit Imp. Ludovicus: quo factum est, ut multo plura Ludovici Imp. numismata sint, quam ceterorum. Carolus in nummis non similiter PIUS inscribitur; eo quod genus ex Piis, ut illi, non traheret, hoc est, ex Imperatoribus, aliisve principibus viris Antonini Aug. Pii; fratrisve ipsius, posteris. Carolus quidem ille, quem Calvum nuncupavere, Carolus PIUS vocatur, idemque Ecclesiæ Compendiensis fundator, ut volunt, in privilegio Philippi I. anno 1092. tomo VI. Conciliorum, parte II. pag. 1703. Sed fictum istud, ut alia innumera, privilegium est.

Ibid. 1. KAROLVS. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum sine turribus. Le Blanc, pag. 92. n. 1.

Ibid. 2. HLVDOVVICVS IMPER. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum sine turribus. Le Blanc, pag. 100. n. 3. & Paul Petav. Tab. 18. & alter est inscriptus. HLVDOVVICVS IMP. AVG. *Imperator Augustus*, capite laureato. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum ut proxime. Est & in Museo nostro.

Ibid. 3. LOTHARIVS IMP. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum sine turribus. Le Blanc, pag. 108. n. 3.

Ibid. 1. CAROLVS HP. pro IMP. *Imperator.* In medio, ROMA: hoc est, *Restitutori Orbis Mercatores Augustodunenses.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun au Restaurateur de l'Empire.* .)(SCS PETRVS. *Sanctus Petrus.* In medio est monogramma litteris nexis, hac sententia: *Sexagesimam Persolverunt Edui Negotiatores.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé le soixantiéme denier.* Magna hallucinatio eorum est, qui nummos istorum Imperatorum inscriptos ROMA Romæ cusos significari putant; aut (quod est multo ineptius) ex illis occasionem cepere comminiscendi, eorum quempiam iviſse Romam. Cum innumeri sic inscribantur sub ethnicis ipsis principibus, nullus propterea Romæ cusus dicitur, aut revera fuit. ROMA ibi Romanum Imperium vigere, florere, dominari significat; nihil aliud. At hic litteræ sunt primæ quatuor vocum illarum, quas diximus. Non magis isthic ROMA certe cusum Romæ nummum significat, quam SCS PETRVS, apud S. Petrum. Hoc vero, qui nummum cuderunt Edui, tantum dicunt, gaudere se patrono inter ceteros Apostolo Petro, & apud se velle fidem Petri sartam tectam servari. Est Augustodumi inter Dignitates Capituli Abbas S. Petri, *S. Pierre de l'Estrée.* Hunc nummum delineavit Le Blanc, pag. 92. n. 4.

Ibid. 2. LVDOVVICVS HP. *Imperator*; & ROMA: ut in nummo Caroli. Et SCS PETRVS similiter. Sed est in medio litteris nexis, CONCORDIA, inter Imperatores: qualem inter Ludovicum & Lotharium fuisse nummus sequens significat. Est iste, quem hic describimus Ludovici, apud Le Blanc, pag. 102. n. 39.

Ibid. 3. HLVDOVICVS HP. .)(. HLOTARIVS. Apud Le Blanc, pag. 108. n. 1. *Hludovicus Imp. Hlotarius Imp.* Docet hic nummus ambos simul imperasse concorditer.

LUDOVICI IMP. *Numismata cum Pii cognomine.*

Ibid. 1. LVDOVVICVS IMP. cognomento PIVS, quod est in monogrammate. .)(. SCS PETRVS. In area, SPE II. Hoc est, *Sexagesimam Persolverunt Edui Invicto Imperatori.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le soixantiéme denier à l'Invincible Empereur.* Est apud Le Blanc, pag. 102. n. 36.

Ibid. 2. LVDOVVICVS IMP. & ut supra, PIVS. .)(. SCS PETRVS. In area, SPE V. *Sexagesimam Persolverunt Edui Victori.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le soixantiéme denier au Victorieux.* Ibidem. n. 37.

Ibid. 3. LVDOVVICVS PIVS. .)(. In media area,

rea, SITDA MCIITI. Apud Le Blanc, pag. 102. n. 26. Sententia eſt: *Servatori Imperii Triceſimam Detulerunt Auguſtodunenſes*: deinde ſecundo verſu: *Mercatores Centeſimam invicto Imperatori Triceſimamque Indixerunt.* Gallice. *Les habitans de la ville d'Autun ont porté au Conſervateur de l'Empire le trentiéme denier: les Marchands ont decerné à l'Invincible Empereur le centiéme denier & le trentiéme.*

LOTHARII & LUDOVICI IMPP.

Tab. XI. 1. LOTHARIVS IMP. PIVS, ut in Ludovici Imp. nummis tribus. .)(. SCS PETRVS. In medio, PPSNEII. Hoc eſt, *Primi Perſolverunt Sexageſimam Negotiatores Edui Invicto Imperatori.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé les premiers le ſoixantiéme denier à l'Invincible Empereur.* Eſt apud Le Blanc, pag. 108. n. 10.

Ibid. 2. LVDOVVICVS IMP. In medio, ROMA, ut ſuperius. .)(. In medio, PSCAL: hoc eſt, *Perſolverunt Sexageſimam Cives Auguſtoduni Liberatori.* Gallice: *Les Bourgeois de la ville d'Autun ont payé le ſoixantiéme denier au Liberateur de leur ville.* Eſt hic nummus apud Le Blanc, pag. 102. n 40. Feſtivus error veterum eſt, qui ex hoc nummo cepere occaſionem fingendi Paſchalem Papam Ludovico Pio Imperatori æqualem. Neque hoc tantum: ſed & propterea Chartam Donationis conſinxere, qua Paſchali Papæ Ludovicus Imp. donat, vel donata Romanæ Eccleſiæ a deceſſoribus ſuis Pipino & Carolo loca & oppida plurima in Italia confirmat. Et ut huic ſuppoſititiæ chartæ fides vetuſtatis accederet, aliisque ſimilibus Othonis & Henrici Imperatorum, ex tabulario Romanæ Eccleſiæ, ut aiunt, omnes deſcribi curavere primum a Nicolao Papa III. ut legere eſt apud Rainaldum, ad annum 1278. n. 57. & ab eodem deinde Nicolao finxere rogatum fuiſſe Rodulfum regem Romanorum, ut donata confirmaret, ac de novo donaret. Finxere ſimiliter epiſtolam Alberti regis Romanorum, ad Bonifacium VIII. quam Raynaldus deſcribit anno 1303. n. 9. erutam ex archivio molis Hadriani, juſſu Sixti IV. per manus Platinæ, quem epiſtolæ artificem ſuſpicamur. Sed quisquis ille fuit, ſcripta ea eſt a fallario ex cohorte impia; & *concedere* ſe ibi Albertus ait, n. 12. *quæcumque per claræ memoriæ Ludovicum Imp. Aug. tempore bonæ memoriæ* PASCHALIS *Papæ, & a claræ memoriæ Othone rege, tempore felicis recordationis Joannis Papæ ſtatuta vel jurata, recognita, facta, ſeu conceſſa fuerunt, ſicut in Capitulis poſitis in* LXIII. *Diſt. continentur in Corpore Decretorum, quorum unum incipit*, Ego Ludovicus Imperator: *& aliud incipit.* Tibi Domino Joanni Papæ *&c.* Finxere etiam litteras nomine Henrici Romanorum Regis ad Clementem V. quas recitat Odoricus Raynaldus, ad annum 1310. n. 3. quibus Rex *innovat &* DE NOVO CONCEDIT *omnia privilegia Conſtantini, Caroli, Henrici, Othonis quarti, Frederici ſecundi, atque Rodulphi Regum & principum ſive Imperatorum Romanorum, quocumque tempore conceſſa*, &c. idque iterum ac tertio ſtudioſe repetit. Ejusdem denique fabricæ eſt forma juramenti ab ipſo etiam Sigismundo Imp. præſtita, ut creditur, anno 1433. deſcripta ab eodem Raynaldo, n. 14.

Sunt hæc ficta omnia ſæculo XIV. & XV. ut a Regibus donatas fuiſſe Eccleſiæ Romanæ provincias & urbes poſteri crederent; eamque donationem nova identidem confirmatione egere; abſque qua ab eorum qui donavere ſucceſſoribus poſſet reſcindi; cum id reipſa confeſſum eſſe ſæculo ipſo XIII. fere deſinente ipſummet ſummum Pontificem Nicolaum. III. & ineunte decimo quarto Bonifacium VIII. & Clementem V. in Clementinis, lib. III. tit. IX. aliosque poſtea, appareret. At id ipſum argumento eſt, fuiſſe confictas poſt ſingulorum ætatem has fraudes univerſas. In Pontificali Romano Imperator mox coronandus, in formula juramenti fidelitatis, tantum ſpondet ſe *defenſorem fore ſummi Pontificis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus*: uti etiam in Sigismundi juramento continetur, parte poſtrema, quæ ſola eſt ſincera & genuina; nam quæ antecedunt, adſcititia ſunt. Ordo Romanus, ſcriptus a Cardinale Gaëtano, filio fratris Bonifacii VIII. editus a Mabillonio, tomo 2. Muſei Italici, idem habet juramentum totidem verbis, pag. 398. ac Pontificale Romanum.

Eſt hæc donatio Pipini, Caroli, & Ludovici, ejusdem fabricæ & officinæ, atque famoſa Donatio Conſtantini: quam fictam fuiſſe ſæculo XI. Cardinalis Baronius ſuſpicatur. Verius diceret, ſæculo decimo quarto, anno 1354. Fetus ii totidem ſunt impiæ factionis; quæ credi voluit, nullas Eccleſiam habere poſſeſſiones poſſe jure pleno ac proprio, ſed beneplacito dumtaxat Regum & Imperatorum; qui proinde poſſint eas donationes vel confirmare pro arbitrio, vel reſcindere.

CAROLI, LUDOVICI, & LOTHARII IMPP.

Ibid. 1. CAROLVS IMP. AVG. *Imperator Auguſtus.* .)(. PALATINA MONE. In medio, nexis litteris, KAROLVS. Eſt apud Le Blanc, pag. 98. n. 8. inter eos, de quibus ambigit, cui e tribus Carolis tribuendi ſint; Magno, Calvo, an Craſſo. Decepti hoc titulo falſarii, in Palatio Regio cudi monetam ſolitum fuiſſe finxerunt: gemino etiam ficto edicto; altero Caroli Magni nomine, Caroli Craſſi altero. Prius eſt anni DCCVIII. tomo 1. Capitular. pag. 463. cap. VII. *De falſis monetis. . . . volumus ut nullo alio loco moneta ſit, niſi in* PALATIO *noſtro*: falſarius caute & conſulto addidit, *niſi forte aliter a nobis fuerit ordinatum*: quoniam ſub Carlo, Carolo, & Ludovico nummos vidit plurimos, etiam nominibus civitatum inſcriptos. Alterum eſt, jam a nobis allatum edictum Piſtenſe anni 854. tomo 2. Capitul. pag. 178. *Ut in nullo loco alio, in omni regno noſtro Moneta ſtat, niſi in* PALATIO *noſtro, & in Quentovico*, &c. Atqui ſententia hic expreſſa, tot vocibus, quot hic litteræ ſunt, ejusmodi eſt: PALATINA MONE. *Perſolverunt Auguſtodunenſes Liberatori Auguſtoduni Triceſimam: Inſtitores Nonageſimam Attulerunt: Mercatores Octogeſimam Negotiatoresque Edui.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Liberateur de leur Ville: les Merciers ont apporté le quatrevint-dixiéme: les Marchands & Negocians de l'Autunois le quatrevintiéme.* In nummis Regum nec MO, nec MON, nec MONT, MOTA, MT, MONE, aut MONETA vel MONITA, aliudve nomen ſimile, pro Moneta vel Monetario ponitur, ſed ſub litteris ſingulis totidem voces latent; nempe quot ſunt ibi ad ſententiam efficiendam neceſſariæ. Sic etiam in prima & ſecunda ætate Regum, CI, CIV, CIVIS, CIVITAS, ſimilesque aliæ voces aut ſyllabæ.

Ibid. 2. HLVDOVVICVS IMP. .)(. PALATINA MONETA. Eſt apud Le Blanc, pag. 102. n. 21. Sententia eadem ac prius: ſed vox integra MONETA ſic eſt interpretanda: *Mercatores Octogeſimam, Negotiatores Edui Triceſimam Attulerunt.*

Ibid. 3. LOTARIVS IMPERAT. .)(. Templum ſine turribus. PALATINA MONITA. Eſt apud Le Blanc, pag. 108. n. 4. Sententia hujus tituli eſt eadem ac ſuperioris. Tantum eſt I pro E ſcribe *Illico* (Gallice, *ſur le champ*, pro *Edui.* Templum hic cum cruce ſcalptum civitatem denotat Chriſti cultricem.

Nullus ex his tribus Imperatoribus inſcripſit ſe, ut veteres, IMP. CAROLVS, IMP. LVDOVICVS, IMP. LOTHARIVS: ſed tantum CAROLVS IMP. LVDOVICVS IMP. LOTHARIVS IMP. quoniam nul-

nullus eorum esset hereditario jure Imperator, *le Generalissime né* : electione jamdudum ad Comitia Imperii revocata.

Caroli Imp.

Tab. XI. 1. Carol. . . Haud dubie, carolvs imp. Capite cincto gemmis, vultu virili, annorum xl. ensem dextra tenet, hastam sinistra. .)(. sc̄s Petrvs. In medio, roma; ut in superioribus. Est apud Le Blanc, pag. 88. n. 13. in Carolo Magno.

Ibid. 2. Sc̄s Petrvs. *Sanctus Petrus.* Effigies ipsius pectore tenus, vestiti sacra trabea, *en chape*; & baculum gestantis oblongum, cujus in apice crux est, insigne martyrii pro Christo obiti. .)(. In ambitu, R. O. M. A. punctis post singulas litteras additis; quoniam primæ sunt totidem vocum litteræ, ut superius dictum est interpretandæ. In medio nexis litteris, hosanna. Sententia est: *Honorarium Obtulere Sexagesimamque Augustodunenses : Negotiatores Nonagesimam Attulerunt.* Gallice : *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté leur Don gratuit & le soixantième denier : les Marchands ont apporté le quatrevint-dixième.* Delineavit hunc nummum Le Blanc, inter incertos, qui cui Carolo sint adscribendi.

Ibid. 3. Sc̄s Petrvs. ut proxime. .)(. Karolvs vp. *Imperator.* In medio, hosanna, ut proxime. Ibidem, n. 6.

Caroli imp. nummi
cum nominibus, ut vulgo creditur, civitatum.

Tab. XII. 1. Karolvs npeat. Non *Imperator*, ut vulgo putant: sed sententia est: *KAROlo Liberatori Vrbis Sexagesimam Negotiatores Persolverunt: Edui Augustodunensesque Tricesimam.* Gallice : *Les Negocians ont payé le soixantième denier au Roi Charles Liberateur de la Ville : les peuples de l'Autunois & les habitans de la ville d'Autun, le trentième.* Ad Carolum enim adhuc regem nummi hi duo pertinent. .)(. Arela civis. Sententia hic eadem est, atque in nummis duobus Ludovici superius allatis, qui cum Carolo Rex fuit. Est hic nummus apud Le Blanc, pag. 92. n. 14. inter incertos, quis cui Caroli sit tribuendus.

Ibid. 2. Carolvs ipara. non *Imperator*, sed hac sententia: *CAROlo Liberatori Vrbis Sexagesimam Institores Persolverunt : Aurarium Restitutori Augustodunenses.* Gallice : *Les Merciers ont payé au Roi Charles Liberateur de leur ville le soixantième denier : les habitans d'Autun le don gratuit en or à leur Restaurateur.* In area monogramma Karolvs. .)(. Castralocmo. Le Blanc, ibidem, n. 11. inter incertos, quis cui Carolo sit tribuendus. At nos unicum in nummis reperimus Carolum regem, qui postea fuerit Imperator. Neque enim Carlus idem ac Carolus est. An si esset idem, multo sæpius Carlus scriberetur, quam Carolus ? Atqui perpauci nummi sunt Caroli nomine, Carli vel Karli prope innumeri. Nemini certe venit in mentem in Regibus Franciæ, Siciliæ, Sueciæ, Hungariæ, aliisve, qui Caroli fuere, Carlum aliquem decurtato nomine pro Carolo in nummis inscribere. Alius ergo Carlus, alius est Carolus. Sed veteres scriptores, hoc est, falsarios sæculi xiv. & in his Sigebertum in Chronico, ad annum 1112. decepit hic nummus; in quo legere se putarunt alicujus montis nomen, qui *Castrolocus*, vel *Castrilocus* vocaretur; & hunc esse finxerunt Montes in Hannonia. Hos appellat & sequitur Hadr. Valesius in Notitia Galliæ. Verum hic sunt totidem vocum primæ litteræ, hac sententia: *Conservatori Augustoduni Sexagesimam, Tricesimam Restitutori Augustodunenses Lubentissime Obtulerunt : Centesimam Mercatores Octogesimamque.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont presenté très-volontiers le soixantième denier au Conservateur de leur ville : les Marchands lui ont presenté le centième & le quatrevintième denier.*

Caroli imp.
nummi adulterini.

Karolvs imperator fratop. .)(. renovatio imperii romæ et fra. Aureus ducatorum octo vel decem, sed ante aliquot annos furto sublatus, inquit Du-Cangius in Glossario, verbo *Bulla*, pag. 639. Verius existimaveris avulsum occultatumque fuisse ab his, quorum intererat non deprehendi falsitatem ab eruditis, qui eum diligentius explorarent. Appensus olim hic nummus fuit Diplomati fundationis Monasterii S. Cornelii Compendiensis: quod Diploma de falsitate suspectum Curiæ Parlamenti Parisiensis, anno 1271. ex Registro *Olim* idem docet. In eo Registro sic legitur, ut ex Bibliotheca Colbertina descripsimus, fol. 185. *Quoddam privilegium Monasterii Compendii bulla aurea Caroli Calvi Franciæ regis signatum, arrestatum fuerat tamquam de falsitate suspectum per Curiam, eo quod filo cum bulla ipsa appendebat* (pro *filum cui bulla ipsa appendebatur*,) *poni poterat bullæ, & de ea removeri. Postmodum considerato, quod hoc plus veniebat ex* antiquitate privilegii, *quam ex aliqua falsitate, præcepit dominus Rex privilegium ipsum reddi Abbati & Conventui dicti loci.* Ficta ea narratio est ad adstruendam callide & oblique *antiquitatem privilegii*, veluti agnitam & confessam ab ipso Rege sedente in Curia, anno 1271. At nondum Calvi cognomen tunc fictum erat, quod alicui Carolo daretur; nec Franciæ Rex diceretur eo tempore, sed Francorum. Registra *Olim*, aliaque, quam exiguam fidem mereantur, collige ex his quæ dicuntur in libro, cui titulus est, *Table Chronologique des Ordonnances*, pag. 28. Collectionem illam statutorum, quæ *Olim* vocatur, factam esse constat post annum 1302. a Joanne de Montluc (ut ferunt) scriba Curiæ, *Greffier de la Cour.*

Ad nummum ipsum quod attinet, falso in eo saltem dicitur, *renovari imperium Francorum*; quippe cum nullum fuerit Francorum regnum ante Pipinum & Carolum, ut diximus : nec collapsum illud dici potuerit ante Carolum Calvum ; nec Imperatorem Francorum ullum e Regibus suis Moneta appellavit; neque etiam *Imperium Romæ* satis Latine dicatur: nec denique quid sit fra top explicari facile possit.

Bullæ aureæ citantur etiam Ludovici Pii & Caroli Calvi in archivis S. Martini Turonibus. Atqui aurum in Monetis certe vel nummis antiquis, præter quatuor omnino, nullum novimus sub regibus, qui vocantur secundæ stirpis; ac ne sub regibus quidem tertiæ stirpis, sive ætatis, usque ad Divi Ludovici tempora. Bullæ igitur istæ aureæ posterius sunt conflatæ.

Ludovici imp.
numismata cetera.

Tab. XII. 1. D. N. Hlvdovvicvs imp. avg. Caput laureatum. .)(. Crux in Corona laurea. Epigraphe: mvnvs divinvm. Est in Thesauro Regio. Geminum profert aureum sic inscriptum Le Blanc, pag. 100. n. 1. & 2. aitque priorem esse adeo factum affabre, ut nihil magis: alterum, fabricæ ut cum maxime rudis & impolitæ Numisma utrumque est haud dubie: neque enim in Moneta scribitur D. N. *Dominus noster.* Totidem vocum hic sunt primæ litteræ, hac sententia : *Miserunt Vicesimam Negotiatores Vrbis Servatori, Decimam Institores:*

Victori Invicto Nonageſimam Viceſimamque Mercatores. Gallice: *Les Negocians ont envoyé le vintiéme denier au Conſervateur de la Ville, les Merciers le dixiéme: les Marchands le quatrevint-dixiéme & le vintiéme au Victorieux Invincible.*

In altero hæ ſunt litteræ hoc ordine, atque hac ſententia:

MVNVIOIVNVIN

Miſerunt Viceſimam Negotiatores Victori Invicto: Obzulere Inſtitores Vltro Nonageſimam: Viceſimam Illico Numeraverunt. Gallice: *Les Negocians ont envoyé le vintiéme denier au Victorieux Invincible: les Merciers lui ont preſenté de leur plein gré le quatrevint-dixiéme: ils lui ont payé ſur le champ le vintiéme.*

Tab. XII. 2. LODOVVICVS IMP. In area, dextra elata: ſymbolum virtutis militaris: hinc R inde O: *Reſtitutor Orbis.* .)(. S P: *Sanctus Petrus*, cum ejus effigie pectore tenus, ſacra induti trabea, *en chape.* In ambitu, BENEDICT. P. Le Blanc, pag. 108. n. 11. hunc nummum tribuit Ludovico II. Imp. tum quia vix habet alium, quem ei tribuat; tum quia Benedictum Papam ſcriptores hiſtorici poſuere illo imperante, hoc ſcilicet nummo decepti, quem non intellexerunt. Alioqui fatetur idem, pag. 95. diſcriminari in nummis non poſſe, qui Ludovico Pio Imperatori, qui Ludovico II. debeant adſignari. Scilicet artifices hiſtoriæ, qui ex contemplatione nummorum Paſchalem Papam, ut diximus, ſub Ludovico Pio finxere, iidem Ludovicum II. commenti ſunt, cujus principatu confinxere etiam Papam Benedictum. At ſunt hic quoque primæ totidem fere vocum litteræ, hac ſententia: *BEnemerenti Negotiatores Edui Decimam Indixere, Conſervatori Triceſimam Perſolverunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont decerné le dixiéme denier à leur Bienfacteur: ils ont payé le trentiéme denier à leur Conſervateur.*

LUDOVICI IMP. *numismata, cum nominibus, ut creditur, civitatum.*

Tab. XII. 1. HLVDOVVICVS IMP. AVG. Caput laureatum. .)(. Templum ſine turribus. ARELATVM. Le Blanc, pag. 100. n. 4. Non tamen hic magis nomen urbis eſt, quam in primo Childeberti nummo: ſed ex tot vocibus, quot litteræ ſunt, hæc exſiſtit oratio: *Auguſtodunenſes Reſtitutori Eduæ L quinquageſimam Attulerunt: Tutatori Viceſimam Mercatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le cinquantiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: les Marchands le vintiéme à leur Conſervateur.*

Ibid. 2. LVDOVVICVS IMP. .)(. In ipſa area, ARELATVM. Le Blanc, pag. 100. n. 5. ſed interpretandum ut proxime.

Eadem forma ac nummus hic poſterior Ludovici, hoc eſt, nomine regionis vel civitatis, ut creditur, aream implente, nummi ſunt qui ſequuntur.

Ibid. 3. AQVITANIA. Le Blanc, pag. 100. n. 6. in Ludovico Pio, & Paul. Petav. Tab. 17. Nihilo magis tamen hic Aquitaniam provinciam deſignari credimus, quam in nummo Pipini Regis, de quo ſupra diximus, cum nullius ex tam ampla provincia civitatis nomen in Ludovici nummis occurrat. Videſis igitur hujus nominis interpretationem in nummo 5. Pipini Regis. Hoc utroque nummo decepti falſarii veteres, Pipini, inquam, & Ludovici, Pipinum Aquitaniæ regem fecere, eumdemque filium Ludovici Pii.

Ibid. 4. ARGENTINA CVTAS. Ibidem, pag. 102. b. n. 21. Neque eſt hic CVTAS pro CIVITAS, neque eſt Argentina Alſatiæ urbs, quam *Strasbourg* vocamus. Datum id ei nomen eſt a falſariis, quorum nomina reperies apud Hadrianum Valeſium, in Notitia Galliæ, pag. 41. & 42. Ii cum *Argentinam civitatem* in hocce nummo legere ſe putarent, neque noſſent ubi terrarum ea eſſet, Latinum eſſe Strazburgi nomen ut crederetur effecerunt: & nunc *Argentinam*, nunc *Argentoratum*, nunc etiam *Argentoram* appellavere. In his ſunt Ammianus Marcellinus, Gregorius Turonenſis, Concilii Agrippinenſis auctor, Ptolemæus, & alii. Primæ hic ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Attulere Reſtitutori Gratiſſime Edui Nonageſimam; Tutatori Imperii Negotiatores Auguſtodunenſes Centeſimam; Vrbis Tutatori Attulere Sexageſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté de très-bon cœur le quatrevint-dixiéme denier à leur Reſtaurateur: les Negocians de la ville d'Autun le centiéme au Conſervateur de l'Empire: ils ont apporté le ſoixantiéme denier au Protecteur de leur ville.* En cur CVTAS hic ſcribi, non CIVITAS, oportuit.

Ibid. 5. HLVDOVVICVS IMPR. *Imperator.* .)(. BENEBENTVM. Ibidem, pag. 108. n. 12. in Ludovico II. Non eſt hic *Beneventum*, civitas regni Neapolitani: nam cur hæc potius, quam Neapolis, Capua, & aliæ urbes Italiæ, in Ludovici Imp. nummis appareret? Cur *Benebentum* pro Benevento ſcriberetur? Omnino hic ſunt primæ totidem vocum litteræ hac ſententia: *Baſilicam Exſtruxere Novam Eduæ BENemerenti Tutatori Vrbis Mercatores.* Quot ſunt hic inciſa, tot ſunt in inſcriptione lineæ ſive verſus. Gallice: *Les Marchands ont baſti à Autun un nouveau Palais par reconnoiſſance pour le Conſervateur de leur ville.* Hoc nummo decepti artifices hiſtoriæ veteris, Beneventum finxere a Ludovico II. Imp. ereptum fuiſſe Saracenis, anno 866.

Ibid. 6. HLVDOVVICVS IMP. .)(. CAMARACVS. Ibidem, pag. 100. n. 9. Non eſt hic civitas Cameracenſis; ſed hæc ſententia eſt: *Centeſimam Attulere Mercatores Auguſtoduni Reſtitutori: Auguſtodunenſes Conſervatori Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les Marchands ont apporté le centiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les habitans d'Autun ont payé le vintiéme à leur Conſervateur.*

Ibid. 7. HLVDOVVICVS IMP. .)(. INPVRIAS. Non eſt hic vetus oppidum Emporiæ, *Empurias*, nunc ſolo tenus dirutum, ita ut ne veſtigium quidem appareat, ubi fuit olim, leucis aliquot citra Gerundam Galliæ finitimum. Neque enim INPVRIAS, ſed EMPORIÆ, & in recto tertiove Latine, non in quarto caſu ſcriberetur in nummis. Sunt & hic primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Inſtitores Nonageſimam Perſolverunt Victori: Reſtitutori Imperii Auguſtodunenſes Sexageſimam.* Gallice: *Les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme denier au Victorieux: les habitans de la ville d'Autun le ſoixantiéme au Reſtaurateur de l'Empire.* In hac ſententia duo inciſa duobus reſpondent in inſcriptione verſibus. Dedit hic nummus, quem delineavit Le Blanc, pag. 100. n. 8. occaſionem falſariis confingendi illud Ludovici Pii edictum, tomo 1. Capitular. pag. 570. *Noſtræ auctoritatis Decretum. . . . conſervandum ſtatuimus ſeptem, in Narbona, in Carcaſſona, in Ruſcinona, in* EMPVRIIS, *in Barchinona, in Gerunda, in Biterris.* At ex nummis conſtat Ludovicum Imp. ultra primam Lugdunenſem nihil habuiſſe juris aut poteſtatis.

Ibid. 8. LVGDVNVM. Ibidem, n. 10. & in Muſeo noſtro. Nihilo magis hic Lugdunenſis civitas eſt, quam in Theodeberto. Primæ ſunt litteræ totidem vocum hac ſententia: *Liberatori Vrbis Gratiſſime Detulerunt Viceſimam Negotiatores, Viceſimam Mercatores.* Gallice: *Les Negocians ont apporté de très-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de leur ville, les Marchands auſſi le vintiéme.*

Ibid. 9. MASSILIA. Ibidem, pag. 102. n. 13. Ut in Sigeberti nummis MASILIA, ſic fere iſthic exponenda MASSILIA eſt: *Mercatores Auguſtodunen-*

nenſes Sexageſimam Solverunt Invicto LIberatori Auguſtoduni. Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont payé le ſoixantiéme denier à l'Invincible Liberateur de leur ville.*

Tab. XII. 10. MEDIOLANVM. Ibidem, n. 12. & apud P. CHAMILLART. Non eſt hic magis, quam in Dagoberto, Lombardiæ civitas, Mediolanum, *Milan:* ſed ex primis totidem vocum litteris exſiſtens hæc ſententia: *Mercatores Edui Decimam, Inſtitores Octogeſimam Liberatori Auguſtoduni, Negotiatores Viceſimam Miſerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont envoyé le dixiéme denier, les Merciers le quatrevintiéme au Liberateur de la ville d'Autun, les Negocians le vintiéme.*

Ibid. 11. MELDIS. Le Blanc, ibidem, pag. 112. n. 16. Non ſunt hi *Meldi liberi, Meaux*, de quibus Plinius, libro IV. ſect. XXXIII. ſed ſunt his primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Mercatores Edui LQuinquageſimam Detulerunt, Inſtitores Sexageſimam.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier, les Merciers le ſoixantiéme.*

Ibid. 12. METALLVM. Apud Le Blanc, pag. 102. n. 15. & apud Petav. Tab. 17. Sunt & hic primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Mercatores Edui Triceſimam Attulerunt*: hæc prioris verſus ſententia eſt; iſta poſterioris: *L quinquageſimam Liberatori Vrbis Miſerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier: ils ont envoyé le cinquantiéme au Liberateur de leur ville.*

Ibid. 13. NARBONA. Ibidem, n. 17. At non eſt hic Narbo, quam Narbonam ſequioris ævi ſcriptores dixere; ſed ſub his litteris hæc ſententia: *Nonageſimam Auguſtoduni Reſtitutori, Benemerenti Octogeſimam Numeravere Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le quatrevint-dixiéme denier au Reſtaurateur de leur ville; & le quatrevintiéme à leur Bienfacteur.* Duo hujus ſententiæ inciſa totidem ſcribuntur verſibus in area nummi.

Ibid. 14. PAPIA. Ibidem, n. 19. Non eſt hæc Lombardiæ civitas Papia, *Pavie*; ſed ex eo nomine exſiſtens hæc ſententia: *Perſolverunt Aurarium Protectori Imperii Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le Don gratuit en or au Protecteur de l'Empire.*

Ibid. 15. PARISII. Ibidem, n. 18. Neque hic magis, quam in Clodoveo & Dagoberto Pariſiorum civitas cogitanda eſt; ſed hæc ſub litteris iſtis oratio: *Perſolverunt Auguſtodunenſes Reſtitutori Imperii Sexageſimam Indictam Inſtitoribus.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Reſtaurateur de l'Empire le ſoixantiéme denier impoſé aux Merciers.*

Ibid. 16 REMIS CIVIS. Ibidem, n. 20. & apud P. CHAMILLART. Non ſunt hi Remi magis, quam in Theodeberto, n. 46. REMVS FIT. Sententia eſt: *Reſtitutori Eduæ Mercatores Indixere Sexageſimam: Centeſimam Invicto VIctori Solverunt.* Gallice: *Les Marchands ont decerné le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: ils ont payé le centiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 17. ROTVMAGVS. Ibidem, n. 24. Non eſt hic *Rotomagus*, Normanniæ civitas primaria, *Roüen:* ſed ſunt primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Reſtitutori Orbis, Tutatori Vrbis, Mercatores Auguſtodunenſes Gratiſſime Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont payé de très-bon cœur au Reſtaurateur de l'Empire & Conſervateur de leur ville le vintiéme denier.* Ad hanc ſententiam primis dumtaxat litteris exprimendam viſa vox eſt ingenioſo opifici idonea *Rotomagus*, ſi *Rotumagus* ſcriberetur, Fortaſſis hoc nummo non intellecto decepti falſarii, in Annalibus Pippini & Caroli M. *Ratumagum* ſcripſere. In nummis ſæculi XI. & XII. *Rotomagus* ſcribitur.

Ibid. 18. SENONES. Le Blanc, ibidem, n. 25. & apud Petav. Tab. 17. Non ſunt hic magis Senones, *Sens*, quam in Gunthachramo: ſed hæc eſt iſthic ſententia: *Servatori Edui Nonageſimam Obtulere, Negotiatores Edui Sexageſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier à leur Conſervateur: les Negocians de l'Autunois le ſoixantiéme.*

Ibid. 19. STRATBVRGVS. Ibidem, n. 27. Non eſt hic Alſatiæ civitas, *Strazburg*; quamvis ex eo nomine, ſed corrupto, ſcriptum hic eſt *Stratburgus.* Nam ita ſcilicet factum conſulto eſt, ut eſſet hæc ſententia: *Solverunt TRiceſimam Auguſtodunenſes Tutatori Benemerenti; Vrbis Reſtitutori Gratiſſime Viceſimam Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé par reconnoiſſance le trentiéme denier à leur Conſervateur: ils ont payé de très-bon cœur au Reſtaurateur de leur ville le vintiéme denier.*

Ibid. 20. TREVERIS. Ibidem, n. 30. Non eſt hic civitas Treverenſis, *Treves:* ſed ſub his litteris latens hæc ſententia: *Triceſimam Reſtitutori Edui, Viceſimam Eduæ Reſtitutori Inſtitores Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le trentiéme denier à leur Reſtaurateur; les Merciers le vintiéme au Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 21. TVRONES. Ibidem, n. 32. & apud Petav. Tab. 18. Neque hic civitas Turonenſis eſt; ſed primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Triceſimam Vrbis Reſtitutori Obtulere Negotiatores, Edui Sexageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville; les peuples de l'Autunois le ſoixantiéme.*

Ibid. 22. VENECIAS. Apud Le Blanc, pag. 102. n. 33. Nec Venetia Italiæ hic eſt, nec Britanniæ minoris altera cognominis. Sunt & hic totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Viceſimam Edui Negotiatores, Eduæ Conſervatori Inſtitores Aurarium Solverunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont payé le vintiéme denier, les Merciers le Preſent en or au Conſervateur de la ville d'Autun.* Inciſa duo verſibus duobus deſcribuntur in area nummi. Hoc tamen nummo decepti quidam commenti ſunt, Venetis in Italia a Carolo M. conceſſa fuiſſe multa privilegia.

Ibid. 23. VIENNA. Ibidem, n. 35. & in Muſeo noſtro. Non eſt hic magis, quam in Alarici nummo 7. civitas Viennenſis: ſed eſt ſententia, ut ibi: *Victori Invicto Edui Negotiatores Nonageſimam Attulerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté le quatrevint-dixieme denier au Victorieux Invincible.*

Ibid. 24. VIRIDVNVM. Ibidem, n. 34. & in Muſeo noſtro. Nihilo magis hic eſt civitas Virdunenſis, quam in Theodeberti nummo 37. VIRDVNO FITVR. Sed hic legi oportet: *Viceſimam Inſtitores Reſtitutori Imperii Detulerunt; Viceſimam Negotiatores, Viceſimam Mercatores.* Gallice: *Les Merciers ont porté le vintiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire; les Negocians le vintiéme; les Marchands le vintiéme.*

In his nummis omnibus hujus ſecundæ ætatis apparet idem artificium, atque in his quos prima Regum ætas ſuppeditavit; quoniam videlicet eadem ingenia, Auguſtodunenſium nimirum, iisdem ingeniogenia, Auguſtodunenſium nimirum, iisdem ingenioſe condendis operam navavere. Nomina illi quæſivere notiſſimarum in Galliis præſertim civitatum, quarum litteræ voces ſufficerent idoneas ſententiæ exprimendæ quam vellent. Eadem certe forma eſt nummorum iſtorum, eadem omnium fabrica eſt & officina, ſcilicet Auguſtodunenſis. Idem eſto de ſequentibus judicium, in quibus eſt typus alter: nec de his tantum, ſed de quibuscumque hac ſecunda ætate cuſis.

Vidimus ſuperius nummum inſcriptum, HLV DOVVICVS IMP. AVG. Capite laureato.)(. A-

RELATVM. Templum ſine turribus. Ejusdem formæ ac typi ſunt, qui ſequuntur.

Numismata Civitatum.

Tab. XII. 1. AVRELIANIS. Le Blanc, pag. 100. n. 7. Nihilo magis hic, quam in nummo Childeberti 59. Aurelianenſis civitas deſignatur: ſed ſic eſt id interpretandum: *AVguſtodunenſes Reſtitutori Eduæ L quinquageſimam Illico Attulerunt: Nonageſimam Inſtitores Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté ſur le champ le cinquantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 2. MEDIOLANVM. Ibidem, n. 11. & vidimus apud March. de Montauban. Interpretandum ut ſuperius.

Ibid. 3. TOLVSA. Ibidem, n. 29. Non ſunt hi Plinii Toloſates, ſive Toloſana civitas: nam cur *Toluſa* ſcriberetur? Sic facto nimirum opus fuit, ut eſſet hæc ſententia: *Triceſimam Obtulere Liberatori Vrbis Suæ Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le trentiéme denier au Liberateur de leur ville.* Alioqui certe non veniret in mentem Monetario *Toluſa* ſcribere, in ſua præſertim civitate, pro *Toloſa*; quod nulli haud dubie ſcriptori ſeculi noni contigit; nec decimi tertii quoque; quo qui Petrum Valliſſarnenſem ſe voluit appellari, jocoſe dicit, *O Toloſa, tota doloſa!*

Ibid. 4. TVRONES. Ibidem, n. 31. Interpretandum ut ſupra.

Eodem capite laureato, eademque epigraphe, alii ſunt parte averſa typi, alia nomina.

Numismata Civitatum.

Tab. XIII. 1. DORESTATVS. Cymba natans, cum cruce, in ſummo mali apice. Le Blanc, pag 102. n. 23. Non eſt hic *Duerſted* ad Rhenum, ut jam diximus; ſed ſunt totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Decimam Obtulerunt Reſtitutori Edui, Sexageſimam Tutatori Auguſtodunenſes, Triceſimam Victori Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le dixiéme denier à leur Reſtaurateur: les habitans de la ville d'Autun ont payé le ſoixantiéme à leur Conſervateur, le trentiéme denier au Victorieux.* Cymba ſitum Auguſtoduni denotat ad amnem Arroſium, ſive Arronium, *Arrou.*

Ibid. 2. QVENTOVVICVS. Cymba natans, ut proxime. Apud Le Blanc, pag. 102. n. 22. Sententia his litteris comprehenſa hæc eſt: *QVinquageſimam Edui Negotiatores Tutatori Obtulerunt: Viceſimam Victori Invicto Conſervatoris Vrbis Sexageſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier à leur Protecteur: le vintiéme au Victorieux Invincible: le ſoixantiéme au Conſervateur de leur ville.* Ita & *Doreſtatus* & *Quentouvicus* Eduos ex æquo deſignat. Decepit hic nummus veteres ſcriptores eosdemque falſarios: & hi crucem fixere recentibus Geographis aliisque, qui ubi *Quentovvicus* fuerit, magno labore & irrito quæſierunt. *Quentovicum* vocat Ludovicus Pius Imp. in diviſione regni inter filios, & Edictum Piſtenſe ſuperius allatum; ubi *Quentouvicum* habent alii codices: *Quentauvich portum.* Chronicon Fontanellenſe, ad annum 844. quo anno a Normannis miſerabili clade vaſtatum fuiſſe finxerunt, ut nunc laborioſius locus quæratur.

Ibid. 3. METALLVM. In area, mallei duo, & typi duo monetales; *deux marteaux & deux coins:* Monetario Eduenſi artis ſuæ inſtrumenta ibi feriente. Eſt enim tituli hæc ſententia, quam jam ſuperius in hoc ipſo Ludovico Rege & Imperatore attulimus: *Mercatores Edui Triceſimam Attulerunt: L quinquageſimam Liberatori Vrbis Miſerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier: ils ont envoyé le cinquantiéme denier au Liberateur de leur ville.*

Ibid. 4. HLVDVIN. .)(. TARINIS. Eſt apud Le Blanc, pag. 100. n. 3. Sed magno errore creditur nomen eſſe proprium HLVDVIN, idemque eſſe ac Ludovicum, & (quod cum Ludovico plerique putant idem eſſe) Clodoveum. Abductus in hunc errorem hoc nummo conſpecto fuit pſeudo-Caſſiodorus; qui propterea Theodorici regis nomine ſic epiſtolam XLI. inſcripſit libri ſecundi: *Luduin Regi Francorum Theodericus Rex.* At hic certe HLVDVIN primæ ſunt totidem fere vocum litteræ, hac ſententia: *HLudovico Victori Detulere Viceſimam Illico Negotiatores.* Gallice: *Les Marchands ont porté ſur le champ au Victorieux Loüis le vintiéme denier.* .)(. .)(. TARINIS: (ſic enim ſcriptum nobis videtur, ut in Caroli prioris nummo 9.) pariter ſignificat: *Triceſimam Auguſtodunenſes Reſtitutori Imperii, Nonageſimam Inſtitores Solverunt:* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Reſtaurateur de l'Empire le trentiéme denier, les Merciers le quatrevint-dixiéme.*

LOTHARII IMP.

numismata cetera.

Tab. XIII.

1. HLOTARIVS IMPER. .)(. DORESTATVS: de quo ſupra diximus in Ludovico. Le Blanc, pag. 108. n. 5. Eadem forma, hoc eſt, titulo aream implente, ſunt duo qui ſequuntur.

Ibid. 2. HLOTHARIVS IMP. .)(. MEDIOL. Ibidem, n. 9 & in Theſauro Regio. Sententia eſt: *Mercatores Edui Decimam, Inſtitores Obtulere L quinquageſimam.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le dixiéme denier, les Merciers le cinquantiéme.*

Ibid. 3. HLOTHARIVS IMP. AV. *Imperator Auguſtus.* .)(. VENECIA. Ibidem, n. 8. Non urbis hic nomen aut regionis eſt, ut vulgo creditur; alioqui VENETIA ſcriberetur; ſed ut in ſimili fere Ludovici Imp. nummo jam ſubindicavimus, totidem ſunt vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Viceſimam Edui, Nonageſimam Eduæ Conſervatori Indixere Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont decerné le vintiéme denier, les habitans d'Autun le quatrevint-dixiéme au Conſervateur de leur ville.*

Ibid. 4. HLOTHARIVS IMP. .)(. Templum ſine turribus. CAMARACVS CIVIS. Apud Le Blanc, pag. 108. n. 2. Sententia eſt: *Centeſimam Attulere Mercatores Auguſtoduni Reſtitutori: Auguſtodunenſes Cives Viceſimam Solverunt Conſervatori Imperii, Victori Invicto Sexageſimam.* Gallice: *Les Marchands ont apporté le centiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun, les Bourgeois d'Autun ont payé le vintiéme au Conſervateur de l'Empire: le ſoixantiéme au Victorieux Invincible.* Eadem forma, hoc eſt, cum ſimili templi effigie, ſunt duo qui ſequuntur nummi.

Tab.

Tab. XIII. 5. HLOTHARIVS IMPERAT. .)(. Templum, ut proxime. DORESTATUS MON. Ibidem, n. 6. Sententia eſt, ut in Ludovici nummo. Tantum adde in fine; MON. *Mercatores Obtulere Nonageſimam.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier.*

Ibid. 6. HLOTHARIVS IMP. .)(. Templum, ut ſupra. VIRDVNVM CIVIS. Ibidem, n. 7. Nihilo magis hic *Virdunum* eſt, quam ſupra in Ludovico *Viridunum.* Eſt enim ſententia: *Viceſimam Inſtitores Reſtitutori Detulerunt: Viceſimam Negotiatores, Viceſimam Mercatores Conſervatori Imperii, Victori Invicto, Solverunt.* Gallice: *Les Merciers ont porté le vintiéme denier à leur Reſtaurateur: les Negocians ont payé le vintiéme, les Marchands le vintiéme au Conſervateur de l'Empire, le Victorieux Invincible.*

CARLEMANNUS REX

Caroli regis F. Caroli Imp. frater.

CUm fratre Carolo Imp. & ſub ipſo Carlemannus regio titulo & honore donatus eſt; ſed in Lugdunenſi prima dumtaxat, ut ceteri: unde nec umquam REX FRANCORVM, ſed REX ſolummodo inſcribitur.

Tab. XIII. 1. HCARLEMANNVS REX. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum, ut in nummis Caroli, Ludovici, & Lotharii Imperatorum: quibuſcum iſtius nummi inditcreta ſimilitudo demonſtrat, ſimul cum Auguſtis iſtis regem fuiſſe Carlemannum. Eſt hic apud Le Blanc, pag. 142. n. 5. In alio ibidem, n. 4. legitur.

CARLOMAN. REX. .)(. XPISTIANA RELIGIO, ut proxime.

Ibid. 2. HCARLEMANNUS R. *Rex.* .)(. CIVIS AVTISSIDER. In medio, monogramma, KAROLVS: fratris natu majoris nomen, ſub quo Imperatore Carlemannus Rex fuit. Alioquin dicant hiſtoriæ ſcriptæ laudatores, cur & quis jungatur Carolus cum Carlemanno. Nummum delincavit Le Blanc, ibidem, n. 3. Nihilo magis hic eſt nomen civitatis, quam *Auxerre* dicimus, quam in Dagoberti nummo 18. AVTISIODERO CI. Sed eſt iſthic ſententia: *Carlemanno Invicto Victori Solverunt Auguſtodunenſes Viceſimam, Tutatori Imperii Sexageſimam; Solverunt Inſtitores Decimam Eduæ Reſtitutori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le vintiéme denier au Victorieux Invincible Charleman: le ſoixantiéme au Conſervateur de l'Empire: les Merciers ont payé le dixiéme au Reſtaurateur de la ville d'Autun.* Non ſcriberent cives *Autiſſider*, pro *Autiſſiodoro*, vel *Altiſſiodoro.* In hiſce nummis CIVIS ſemper accipiendum eſt pro vocibus totidem, quot literæ ſunt, præterquam in nummis tertiæ ætatis, qui ſunt inſcripti, PARISIVS CIVS, TVRONVS CIVIS. Neque enim ibi CIVIS cives ſignificat, ſive incolas civitatis; ſed eſt ipſius monetæ nomen, *Bourgeois Pariſis*, *Bourgeois Tournois.*

Ibid. 3. CARLEMAN. REX. In medio, monogramma Karoli fratris, ut proxime: KAROLVS. .)(. TRECAS CIVITAS. Ibidem, n. 1. & 2. Non magis hic, quam in Childeberto & Sigeberto, Trecenſis civitas deſignatur: ſed eſt hæc ſententia, *Triceſimam Reſtitutori Eduæ Carlemanno Auguſtodunenſes Solverunt: Centeſimam Invicto Victori, Tutatori Aurarium Sexageſimamque.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Roi Charleman, Reſtaurateur de leur ville le trentiéme denier: ils ont payé le centiéme au Victorieux Invincible: à leur Conſervateur le Don gratuit en or & le ſoixantiéme denier.*

Ibid. 4. CARLOMAN. in monogrammate: in circuitu, GRACIA DEI REX. .)(. SCI MEDARDI MONT. Ibidem, n. 5. Non eſt hic MONT magis pro Moneta ſcriptum, quam in Nummo 1. Caroli Regis & *Lugduni Clavati*, ut vocant. Nec Monachis S. Medardi Sueſſionenſis aliquando fuiſſe veriſimile eſt jus cudendæ monetæ: nec S. Medardi nomen, opinor, magis Sueſſionenſe monaſterium deſignaret, quam Noviomenſem Eccleſiam, cujus epiſcopus fuit S. Medardus: & cujus antiſtites jus habuiſſe percutiendæ monetæ conſtat ex litteris Stephani Noviomenſis epiſcopi, datis anno 1197. At hic legi oportet: *Sexageſimam Conſervatori Imperii Mercatores Edui Detulerunt: Auguſtoduni Reſtitutori Decimam Inſtitores Miſerunt: Octogeſimam Negotiatores Triceſimamque.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le ſoixantiéme denier au Conſervateur de l'Empire: les Merciers ont envoyé le dixiéme au Reſtaurateur de la ville d'Autun; les Negocians le quatrevintiéme denier & le trentiéme.* Ex hoc nummo cepit occaſionem Odilo Monachus, qui ſcripſit Acta tranſlationis S. Sebaſtiani, mentiendi inter alia, Ludovicum Pium cœnobio S. Medardi *monetam publicam cum incudibus . . . . ſacris ipſius deſervituram ſubdidiſſe.*

CARLUS, ſive KARLUS

Rex Francorum.

CAroli Imp. filius hic eſt, nec Carolus idem de patris nomine appellatus, ſed Carlus. Aliud eſt enim Carlus, aliud Carolus. Unde ex Carlo, fit Carlemannus, qui numquam in nummis Carolomannus ſcribitur.

Tab. XIII. 1. CARLVS REX FR. *Rex Francorum.* Succeſſiſſe prioribus videtur, jamdudum defunctis. In medio, nexis litteris, KARLVS. .)(. ARELATO. Apud Le Blanc, pag. 122. n. 1. Non eſt hic magis, quam in Ludovico, Arelatenſis civitas, ſed eſt ſententia: *Auguſtoduni Reſtitutori Edui Lubentiſſime Aurarium Triceſimamque Obtulerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté très-volontiers le Don gratuit en or & le trentiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun.*

Eadem forma eſt ibidem, n. 2. RAVGIO PA-

LATIO. Quæ ſunt totidem vocum primæ litteræ, ut inferius dicemus, ubi rurſum occurret. Cave enim credas hic indicari *Rouci en Champagne*; nam hic locus Latine Rauciacum eſt.

Tab. XIII. 2. In medio, nexis in crucem litteris, KARLVS. In circuitu, GRATIA DEI REX. Ita vulgo creditur. Sed ægre adducar ut credam, lineolam inter D & I ductam, pro littera E poſitam fuiſſe, cum æque facile eo intervallo E littera ſcriberetur. Verius crediderim, ut in nummo 71. 2. viſuri ſumus, lineolam hic interjectam eo conſilio fuiſſe, ut aliud alia littera vocabulum intelligeretur: nempe GRATIA Dei Inclytus REX.)(. PARISII CIVITAS. Ibidem, pag. 124. & in Muſeo noſtro argenteus, ut ceteri omnes, niſi aliud indicetur metallum. In hac ſecunda Regum ætate, æque atque in prima, nomina quæ videntur eſſe civitatum, non ſunt: ſed ſententiæ totidem fere vocibus exprimendæ, quot ſunt in inſcriptione litteræ: ſunt enim nummi hi omnes ejusdem fabricæ & officinæ. Hic ergo ſic lege: *Perſolverunt Auguſtoduni Reſtitutori Illico Sexageſimam Inſtitores: Imperii Conſervatori Indixere VIceſimam: Tutatori Auguſtodunenſes Sexageſimam.* Gallice: *Les Merciers ont payé ſur le champ le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun; ils ont decerné le vintiéme au Conſervateur de l'Empire: les habitans d'Autun le ſoixantiéme à leur Protecteur.* Non magis in nummis hujus ætatis PARISII civitas Pariſienſis eſt, quam in inſcriptis infra, n. 10. BARRISII, Barriſienſis.

Eadem forma ſunt, hoc eſt, in anteriore nummi facie monogramma KARLVS eſt, & in ambitu, GRATIA DEI REX, in nummis ſequentium civitatum; quos ex libro D. Le Blanc, & interdum, ut ipſi vidimus hic exhibemus.

Ibid. 3. AIRASI CI. Le Blanc, pag. 126. in Carolo Calvo. Sententia eſt: *Auguſtodunenſes Inſtitores Reſtitutori Auguſtoduni, Servatori Imperii, Centeſimam Indixerunt.* Gallice: *Les Merciers de la ville d'Autun ont decerné le centiéme denier au Reſtaurateur de leur ville, le Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 4. AMBIANIS CIVI. E Muſeo noſtro: Non ſunt hic Ambiani in Picardia: ſed ſub litteris iſtis hæc ſententia: *Auguſtodunenſes Mercatores Benemerenti Indixere Aurarium: Nonageſimam Inſtitores Solverunt Carlo Invicto VIctori.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont decerné le Don gratuit en or à leur Bienfacteur: les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme* denier au Victorieux Invincible Charles.

Ibid. 5. ANDECAVIS CIVITS. Le Blanc, pag. 126. in Carolo Calvo. Sic interpretandum: *Auguſtodunenſes Negotiatores Detulerunt Eduæ Conſervatori Aurarium, Victori Invicto Sexageſimam Centeſimamque: Inſtitores Viceſimam Imperii Tutatori Solverunt.* Propterea ſcripſit opifex in nummo ANDECAVIS, non *Andegavis*: & CIVITS, non *Civitas*. Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont porté le Preſent en or au Conſervateur de leur ville: le ſoixantiéme denier & le centiéme au Victorieux Invincible: les Merciers ont payé le vintiéme au Defenſeur de l'Empire.*

Ibid. 6. ATINIACO PA. *Le Palais d'Attigni*, inquit Le Blanc, pag. 126. falſa conjectura. Neque enim aut Atiniacum dici Palatium potuit; cum oppidulum ſit Eccleſiæ Remenſi ſubjectum; nec palatium Attiniaci fuerit aliquando, præterquam in monumentis ſuppoſititiis; quorum auctores decepit hic nummus, prave ab ipſis intellectus. Ejusmodi eſt Charta Childerici III. a Doubleto in hiſtoria Dionyſiana, & a Mabillonio, pag. 249. de Re Diplom. laudata: *Attiniaco villa, in noſtro palatio.* In Capitularibus anni 808. *ad Attiniacum palatium noſtrum.* Plura inſtrumenta vide apud Mabillonium, loco citato, falſa omnia. Quod ſi palatium ibi foret, Palatina quidem Moneta commemoraretur, (ſi tamen in Palatio ulla umquam fuit;) de villa Attiniaco, opinor, ſileretur. Hic certe primæ ſunt litteræ totidem vocum, hac ſententia: *Aurarium Tutatori Imperii Negotiatores Illico Attulerunt: Carlo Octogeſimam Perſolverunt Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les Negocians ont apporté ſur le champ le Preſent en or au Conſervateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun ont payé au Roi Charles le quatrevintiéme denier.*

Ibid. 7 ATREBATS CIVITAS. E Muſeo noſtro. Hoc eſt, *Attulerunt Triceſimam Reſtitutori Edui: Benemerenti Auguſtoduni Tutatori Sexageſimam: Carlo Invicto Victori Inſtitores Triceſimam Auratiumque Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté le trentiéme denier à leur Reſtaurateur: le ſoixantiéme par reconnoiſſance au Conſervateur de la ville d'Autun: les Merciers ont payé le trentiéme denier & le Preſent en or au Victorieux Invincible Charles.* Propterea ſcripſit opifex ATREBATS pro *Atrebates.*

Ibid. 8. AVRELIANIS CIVITAS. E Muſeo noſtro. Sic interpretare: *AVguſtodunenſes Reſtitutori Eduæ L quinquageſimam Illico Attulerunt: Nonageſimam Inſtitores Sexageſimamque Conſervatori Imperii: Victori Invicto Triceſimam Auratiumque Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté ſur le champ le cinquantiéme denier à leur Reſtaurateur, les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme & le ſoixantiéme au Conſervateur de l'Empire: le trentiéme & le Preſent en or au Victorieux Invincible.*

Ibid. 9. AVTISIODOR CIVIS. E Muſeo noſtro. Sententia eſt: *AVguſtodunenſes Tutatori Imperii Sexageſimam Indixere: Obtulere Decimam Orbis Reſtitutori: Centeſimam Invicto VIctori Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné le ſoixantiéme denier au Conſervateur de l'Empire: ils ont payé le centiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 10. BARRISII CASTEL. E Muſeo noſtro, & apud Le Blanc, pag 127. ubi aliquod putat hic eſſe oppidum, ut *Bar-ſur-Seine*: falſa conjectatione. Sunt enim hic primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Benemerenti Auguſtodunenſes Reſtituturi Romani Imperii Sexageſimam Indixere: Inſtitores CArlo Solverunt Tutatori Eduæ I quinquageſimam.* Gallice: *Les habitans de l'Autunois ont decerné le ſoixantiéme denier par reconnoiſſance au Reſtaurateur de l'Empire Romain; les Merciers ont payé le cinquantiéme au Roi Charles Conſervateur de la ville d'Autun.* Romani Imperii nomen retinebant adhuc eæ veteris Imperii in Lugdunenſi prima reliquiæ.

Ibid. 11. HBAIOCAS CIVITAS. Le Blanc, pag. 127. Non ſunt hic Bajocæ in Normannia, nunc *Bayeux*. Nam cur litteram H ſuo præfigerent nomini? Sententia eſt: *Honorarium Benemerenti Auguſtodunenſes Indixere, Orbis Conſervatori: Aurarium Solverunt Carlo Invicto VIctori: Tutatori Auguſtoduni Sexageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné un Don gratuit au Conſervateur de l'Empire: ils ont payé le Preſent en or au Victorieux Invincible Charles: au Protecteur de la ville d'Autun le ſoixantiéme denier.*

Ibid. 12. BAVACA CIVITAS. Le Blanc, ibidem: ubi putat eſſe *Bavay en Hainaut*. At is pagus ignobilis eſt, quem Bavacum hodie vocant, nihil habens vetuſtum. Hic, ut in Childeberto, n. 43. CAVACA, primæ ſunt totidem fere vocum litteræ, hac ſententia: *Benemerenti AVguſtodunenſes Attulere Centeſimam, Auratiumque, Conſervatori Imperii, VIceſimam Tutatori Auguſtoduni Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le centiéme denier par reconnoiſſance & le Preſent en or au Conſervateur de l'Empire: ils ont payé le vintiéme denier au Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 13. BESENCIONE CIV. *Beſançon en Franche*

Franche Comté, inquit Le Blanc, pag. 127. At *Bisuntium* est in nummis antiquis; nec ulla pars Burgundiæ Comitatus regibus hujus ævi paruit. Hic igitur primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Benemerenti Eduæ Servatori Edui Negotiatores Centesimam Indixere: Obtulere Nonagesimam Edui Carlo Invicto Victori.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont decerné par reconnoissance le centième denier au Conservateur de la ville d'Autun: les peuples de l'Autunois ont presenté le quatrevint-dixième denier au Victorieux Invincible Charles.*

Tab. XIII. 14. BLESIANIS CASTRO. E Museo nostro. Non sunt hæ Blesæ, *Blois*: nam cur *Blesianus* scriberetur? sententia est: *Benemerenti Liberatori Eduæ Sexagesimam Indixere Augustodunenses Negotiatores: Institores Servatori Carlo Aurarium Solverunt, Tricesimam Restitutori Orbis.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont decerné par reconnoissance le soixantième denier au Liberateur de leur ville: les Merciers ont payé au Roi Charles Conservateur de l'Empire le Present en or: le trentième denier au Restaurateur de l'Empire.*

Ibid. 15. CAMARACVS CIVI. E Museo nostro. Non est hic urbs Belgica, *Cambrai*: sed sunt primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Centesimam Augustodunenses Mercatores Attulerunt Restitutori Augustoduni: Centesimam Institores Vicesimamque Solverunt Carlo Invicto Victori.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont apporté le centième denier au Restaurateur de leur ville: les Merciers ont payé le centième & le vintième denier au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 16. CARNOTIS CIVITAS. E Museo nostro. Non sunt hi *Carnuti* Galliæ, ut a Plinio appellantur, libro IV. sect. XXXII. sed inde nomen acceptum, mutatumque est in *Carnotis*, ut esset hæc sententia: *Carlo Augustoduni Restitutori Negotiatores Obtulere Tricesimam: Institores Servatori Centesimam Indixerunt: Victori Invicto Tricesimam Aurariumque Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont presenté le trentième denier au Roi Charles Restaurateur de la ville d'Autun: les Merciers ont decerné le centième denier à leur Conservateur, ils ont payé le Present en or & le trentième denier au Victorieux Invincible.*

Ibid. 17. CASSELLO AV. Le Blanc, pag. 134. inter nummos ignotos Caroli Calvi. Verum sententia est: *Carlo Augustoduni Servatori Solverunt Edui L quinquagesimam: Liberatori Orbis Attulere Vicesimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le cinquantième denier au Roi Charles Conservateur de la ville d'Autun: ils ont apporté le vintième denier au Liberateur de l'Empire.*

Ibid. 18. CASTRA MONETA. Forte, *Castres en Languedoc*, aut loco alio simili, inquit Le Blanc, pag. 127. inani conjectura, cum sit saltem solœca oratio, nisi sint primæ totidem vocum litteræ; hac sententia: *Carlo Aurarium Solverunt Tricesimamque Restitutori Augustoduni Mercatores: Octogesimam Negotiatores Edui Tutatori Attulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont payé le Present en or & le trentième denier au Roi Charles Restaurateur de la ville d'Autun: les Negocians de l'Autunois ont apporté le quatrevintième denier à leur Protecteur.*

Ibid. 19. CASTRALOC MO. Le Blanc, pag. 122. n. 3. De ea inscriptione egimus in nummis Caroli Imp.

Ibid. 20. CASTELLO MILED. E Museo nostro. Decepit hic nummus scriptorem libri De Gestis Francorum, & artificem Capitulorum Caroli Calvi; qui Melodunum, *Melun*, *Milidunum* appellavere. Sunt hic primæ vocum totidem litteræ, hac sententia: *Carlo Augustodunenses Solverunt Tricesimam: Edui Lubentissime L quinquagesimam Obtulerunt Mercatores: Institores Liberatori Eduæ Decimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé au Roi Charles le trentième denier: les Marchands de l'Autunois ont presenté très-volontiers le cinquantième: les Merciers le dixième au Liberateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 21. CASTIS AVALONS. *Avalons en Bourgogne*, inquit Le Blanc, pag. 126. falso. Nam *Avalons* scribi non potuit pro Avallone, nec cum Castis in plurali. Primæ sunt vocum litteræ, hac sententia: *Carlo Augustoduni Servatori Tricesimam Indixere Sexagesimamque AVgustodunenses: Aurarium Liberatori Orbis Nonagesimamque Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné le trentième & le soixantième denier au Roi Charles Conservateur de la ville d'Autun: ils ont payé le Don gratuit en or & le quatrevint-dixième denier au Liberateur de l'Empire.*

Ibid. 22. CATALAVNIS CIVITAS. Le Blanc, pag. 127. Propterea sic scriptum est, ut in hunc modum exponatur. *Carlo Augustoduni Tutatori Attulere L quinquagesimam AVgustodunenses Negociatores: Imperii Servatori Centesimam Indixerunt: Victori Invicto Tricesimam Aurariumque Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont apporté le cinquantième denier au Roi Charles Protecteur de leur ville: ils ont decerné le centième denier au Conservateur de l'Empire: ils ont payé le trentième & le Present en or au Victorieux Invincible.*

Tab. XIV. 23. S. CAVCHERICI MON. Le Blanc, pag. 129. hunc appellat *S. Gaucher*: at hunc Læmovices Latine Valterum vocant. Verius Gaugerici nomen paululum deformatum esse ab opifice arbitramur, ex industria, ut esset hæc sententia: *Sexagesimam Carlo AVgustoduni Conservatori, Honorariam Eduæ Restitutori Institores, Conservatori Imperii Mercatores Obtulere Nonagesimam* Gallice: *Les Merciers ont presenté le soixantième denier au Roi Charles Conservateur de la ville d'Autun, le Don gratuit au Restaurateur de la ville, les Marchands le quatrevint-dixième denier au Conservateur de l'Empire.*

Ibid. 24. CAVILONIS CIVIS. Ibidem, pag. 127. Solœcum est; propterea que sic intelligenda inscriptio: *Carlo Augustodunenses Vicesimam Indixere: L quinquagesimam Obtulere Negotiatores Imperii Servatori: Centesimam Invicto Victori Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné le vintième denier au Roi Charles: les Negocians ont presenté le cinquantième denier au Conservateur de l'Empire: ils ont presenté le centième au Victorieux Invincible.*

Ibid. 25. CERVIA MONETA. Le Blanc, pag. 127. ubi has voces sic interpretatur: *Monnoye de Chièvres en Hainaut.* Fatetur tamen locum ignobilem esse, nec dignum Moneta; nisi forte aliquod ibi Palatium Regium exstiterit. At si foret aliquod cum Moneta, non vici illius Moneta, sed *Moneta Palatina* potius scriberetur. Verum nec in Hannonia juris aliquid vel potestatis alicui illius ævi Carolo fuit. Sunt igitur hic primæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Carlo Eduæ Restitutori Vicesimam Aurariumque Mercatores Obtulerunt: Nonagesimam Edui Tutatori Attulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont presenté le vintième denier & le Don gratuit en or au Roi Charles Restaurateur de la ville d'Autun: les peuples de l'Autunois ont apporté le quatrevint-dixième denier à leur Protecteur.*

Ibid. 26. CINOMANIS CIVITAS. E Museo nostro. Non sunt hic *Cenomani* Plinio appellati, libro IV. sect. XXXII. neque enim ii *Cinomani* scriberent. Sed est sub his litteris ista sententia: *Centesimam Institores Nonagesimamque Obtulerunt: Mercatores Attulerunt Nonagesimam Imperii Servatori: Carlo Invicto Victori Tricesimam Aurariumque Solverunt.* Gallice: *Les Merciers ont presenté le centième denier & le quatrevint-dixième: les Marchands ont apporté le quatrevint-dixième au Conservateur de l'Empire: ils*

ils ont payé le trentiéme & le Don gratuit en or au Victorieux Invincible Charles.

Tab. XIV. 27. CIVIONIS CIVIS. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Carlo Indixere Vlceſimam Octogeſimamque Negotiatores; Imperii Servatori Centeſimam: Invicto Victori Sexageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont decerné le vintiéme & le quatrevint-dixiéme denier au Roi Charles; le centiéme au Conſervateur de l'Empire, le ſoixantiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 28. COMPENDIO PALACIO. E Muſeo noſtro, & apud Le Blanc, pag. 128. ubi id interpretatur, *le Palais de Compiegne.* Perperam: neque enim ſi Compendii palatium jam tum fuit, idcirco ibi Moneta fuit. Scriptum eſt PALACIO de induſtria; quoniam hic ſunt primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Carlo Octogeſimam Mercatores Perſolverunt: Edui Negotiatores Decimam Illico Obtulerunt: Perſolverunt Auguſtodunenſes L quinquageſimam; Aurarium Centeſimamque Inſtitores Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont payé le quatrevintiéme denier au Roi Charles: les Negocians de l'Autunois ont preſenté ſur le champ le dixiéme: les habitans de la ville d'Autun ont payé le cinquantiéme: les Merciers ont preſenté le Don gratuit en or & le centiéme dénier.*

Ibid. 29. CONDATO MONETA. *Monnoye de Condé en Hainaut*, inquit Le Blanc, pag. 127. Perperam. Nam in Hannonia, ut jam diximus, nihil juris aut poteſtatis regibus hujus ævi fuit. Et *Condé* Condate eſt, non Condatum, niſi ſuppoſititiis ſcriptoribus, quos hic nummus decepit. Primæ hic ſunt litteræ vocum, hac ſententia: *Carlo Octogeſimam Nonageſimamque Detulerunt Auguſtodunenſes: Tutatori Octogeſimam Mercatores Obtulerunt: Negotiatores Edui Triceſimam Attulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont porté le quatrevint-dixiéme denier au Roi Charles: les Marchands ont preſenté le quatrevintiéme à leur Protecteur: les Negocians de l'Autunois ont apporté le trentiéme.*

Ibid. 30. CVRTRIACO. *Courtrai*, inquit Le Blanc, pag. 128. At *Courtrai* Latine *Cortracum* eſt, non *Curtriacum*: quamvis falſi ſcriptores aliqui *Corturiacum*, & *Cortoriacum*, & *Curtricum* ſcripſerint. Hic ſunt primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Centeſimam Vrbis Reſtitutori, Triceſimam Reſtitutori Imperii Auguſtodunenſes Carlo Obtulerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le centiéme denier au Roi Charles Reſtaurateur de leur ville, & le trentiéme au Reſtaurateur de l'Empire.*

Ibid. 31. HCVRTISASONIEN. E Muſeo noſtro, & apud Le Blanc, pag. 128. ubi Saxoniam putat ſe videre; quam hoc fortaſſis nummo deceptus olim falſarius aliquis in Neuſtria Sequanica poſuit, Caroli Calvi Capitularium fabricator, tomo 2. pag. 568. 569. 631. & Donationis Caroli Calvi, anno 876. apud Labbeum, *Abregé Royal*, pag. 857. Litteræ primæ hic ſunt totidem vocum, hac ſententia: *Honorarium Carlo Vrbis Reſtitutori, Triceſimam Imperii Servatori Auguſtodunenſes Solverunt: Obtulere Nonageſimam Illico Edui Negotiatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le Preſent en or au Roi Charles Reſtaurateur de l'Empire: les Negocians de l'Autunois ont ſur le champ preſenté le quatrevint-dixiéme denier.*

Ibid. 32. SCI ΔIONYSIIM. In Muſeo noſtro, & apud Paul. Petav. Tab. 19. n 12. Eſt & in Muſeo San-Genovefano, pag. 144. n. IV. ſed peſſime delineatus. Quin cuſus ſit Auguſtoduni ne dubites, ob indiſcretam formæ & fabricæ ſimilitudinem cum ceteris. Cave itaque exiſtimes hic legi oportere, *Sancti Dionyſii Martyris*, aut *Sancti Dionyſii Moneta*: aut de oppido vel monaſterio S. Dionyſii prope Pariſios intelligas; qui locus ea ætate tenuis fuit, necdum excreverat in oppidum, nec cudendæ monetæ jus aliquando habuit; ſed ut in ceteris Auguſtodunenſibus denariis primas eſſe totidem vocum litteras noveris, hac ſententia: *Sexageſimam Carlo Invicto Decuriones Indixerunt, Octogeſimam Negotiatores: Viceſimam Servatori Imperii Indixere Mercatores.* Gallice: *Les Magiſtrats ont decerné le ſoixantiéme denier à l'Invincible Charles: les Negocians le quatrevintiéme: les Marchands ont decerné le vintiéme au Conſervateur de l'Empire.* Littera Y ponitur pro littera V ſive ſola, ſive ut ſuperpoſita litteræ I. Δ pro D: ne pro *Decima* hic putetur eſſe.

Ibid. 33. DIVIONE CASTE. *Dijon*, inquit Le Blanc, pag. 129. Minus recte. Neque enim Divio caſtellum, ſed civitas eſt, præterquam apud ſcriptores, quos nummus iſte perperam intellectus decepit. Primæ hic ſunt totidem vocum litteræ; hac ſententia: *Decimam Invicto Victori Obtulerunt Negotiatores Edui: Carlo Attulerunt Sexageſimam Triceſimamque Edui.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont preſenté le dixiéme denier au Victorieux Invincible: les peuples de l'Autunois ont apporté au Roi Charles le ſoixantiéme denier & le trentiéme.*

Ibid. 34. DVNO CASTRO. *Chaſteaudun*, inquit Le Blanc, pag. 129. male. *Caſtroduno* enim, vel *Caſtroduni* ſcribi oporteret. Verum hic quoque primæ ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Decimam Victori Negotiatores Obtulerunt: Carlo Auguſtoduni Servatori Triceſimam Octogeſimamque.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté au Victorieux le dixiéme denier: le trentiéme & le quatrevint-dixiéme au Roi Charles Conſervateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 35. EBROCAS CIVITAS Le Blanc, pag. 129. Non ſunt hic Ebroïcæ in Normannia, nunc *Evreux:* ſed ſelectæ ex ea voce litteræ, quæ hanc ſententiam efficerent: *Edui Benemerenti Reſtitutori Orbis Centeſimam Attulerunt: Sexageſimam Carlo Invicto Victori Tutatori Auguſtoduni Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté le centiéme denier par reconnoiſſance au Reſtaurateur de l'Empire: ils ont payé le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Charles, Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 36. IN FISCO VENDRNT. Apud Le Blanc, pag. 134. Hoc nummo decepti finxere *Venderas*, quas Theodoricus Clodovei Magni filius dediſſe dicitur *reverendo patri Remigio*, in vita S. Theodorici abbatis: hodie *Vendieres* ad amnem Matronam. At hic litteræ ſunt primæ totidem vocum, hac ſententia: *Inſtitores Nonageſimam, Fabri Indixere Servatori Carlo Octogeſimam: Viceſimam Edui Negotiatores Detulere Reſtitutori, Nonageſimam Tutatori.* Gallice: *Les Merciers ont decerné le quatrevint-dixiéme denier, les Artiſans le quatrevintiéme au Roi Charles leur Conſervateur: les Negocians de l'Autunois ont porté le vintiéme denier à leur Reſtaurateur, le quatrevint-dixiéme à leur Protecteur.*

Ibid. 37. GANDAVVM. Non eſt hic civitas Flandriæ, *Gand*, ut putat Le Blanc, pag. 129. ſed primæ hic quoque ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Gratiſſime Auguſtodunenſes Negotiatores Detulere Aurarium Victori, Viceſimam Mercatores.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont porté de très-bon cœur le Preſent en or au Victorieux, les Marchands le vintiéme denier.*

Ibid. 38. SCI GAVGERICI MO. Nummus hic eſt in Muſeo San-Genovefano, pag. 144. ſed ibi prave deſcriptus: primum quidem STI pro SCI: uti mos eſt in omnibus nummis hanc vocem ſcribi illis temporibus. Deinde Roberto regi perperam adtributus; quoniam cum invertitur, prima monogrammatis littera videtur eſſe R. At idem recte ſcribitur & Carlo regi tribuitur a Le Blanc, pag. 129. SCI GAVGERICI MON. ſed prave exponitur. Sententia enim eſt: *Sexageſimam Carlo Invicto Gratiſſime AVGuſtodunenſes Eduæ Reſtitutori Indixere: Centeſimam Inſtitores, Mercatores Obtulere Nonageſimam.* Gallice: *Les habitans de la*

la ville d'Autun ont decerné de très-bon cœur le ſoixantième denier à l'Invincible Charles Reſtaurateur de leur Ville: les Merciers ont preſenté le centième, les Marchands le quatrevint-dixième.

Tab XIV. 39. HCSOVINICI. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi regis nummos. Totidem hic ſunt vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Honorarium Cives Solverunt Octogeſimamque, Viceſimam Negotiatores Indixere Carlo Invicto.* Gallice: *Les Bourgeois ont payé le Don gratuit & le quatrevintième denier; les Negocians ont decerné le vintiéme denier à l'Invincible Charles.*

Ibid. 40. HCVSTANCIEN. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia harum litterarum hæc eſt: *Honorarium Conſervatori Vrbis Solverunt Triceſimamque Auguſtodunenſes: Nonageſimam Carlo Indixere Edui Negotiatores.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le Don gratuit & le trentiéme denier au Conſervateur de leur ville: les Negocians de l'Autunois ont decerné le quatrevint-dixiéme au Roi Charles.*

Ibid. 41. HCVSTENSISOMEN. Ibidem. Sententia ſub his litteris occultata hæc eſt: *Honorarium Conſervatori Vrbis Solverunt Triceſimamque Edui Negotiatores: Servatori Imperii Solverunt Octogeſimam: Mercatores Edui Nonageſimam.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé le Don gratuit & le trentiéme denier au Conſervateur de leur ville: ils ont payé le quatrevintiéme au Conſervateur de l'Empire: les Marchands de l'Autunois le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 42. IN VICO HAMVCO. Apud Le Blanc, pag. 129. ſed ſunt & hic totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Inſtitores Nonageſimam Victori Invicto Carlo Obtulerunt: Honorarium Auguſtodunenſes Mercatores Viceſimamque, Cives Octogeſimam.* Gallice: *Les Merciers ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier au Victorieux Invincible Charles: les Marchands de la ville d'Autun le Don gratuit & le vintiéme denier, les Bourgeois le quatrevintiéme.*

Ibid. 43. KALA MONASTE. *L'Abbaye de Chelles*, inquit Le Blanc, pag. 129. inani conjectatione: neque enim Monaſterio Virginum datum eſt aliquando jus Monetæ. Primæ hic ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Karlo Auguſtodunenſes L quinquageſimam Attulerunt: Mercatores Obtulere Nonageſimam: Aurarium Solverunt Triceſimamque Edui.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le cinquantiéme denier au Roi Charles: les Marchands lui ont preſenté le quatrevint-dixiéme; les peuples de l'Autunois lui ont payé le Preſent en or, & le trentiéme denier.* Dedit hic nummus occaſionem veteribus falſariis confingendi palatii Kalenſis, cujus nulla ibi veſtigia ſunt, aut fuiſſe apparet. Ibi tamen Robertus Rex dicitur anno MVIII. *Kale ſedis noſtræ palatio* habuiſſe ſynodum epiſcoporum; ut ex præcepto Monachis Dionyſianis dato refert Mabillonius, De re Diplom. pag. 255.

Ibid. 44. LATISSIOCASTE. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Liberatori Auguſtodunenſes Triceſimam, Imperii Servatori Sexageſimam Illico Obtulerunt: Carlo Attulerunt Sexageſimam Triceſimamque Edui.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté ſur le champ le trentiéme denier à leur Liberateur; le ſoixantième au Conſervateur de l'Empire: les peuples de l'Autunois ont apporté au Roi Charles le ſoixantiéme & le trentiéme denier.* Confer ſupra, DIVIONE CASTE.

Ibid. 45. LEPTINAS FISCO. Le Blanc, pag. 130. putat eſſe vicum *Leſtines* in pago Cameracenſi. At hunc pagum litteræ datæ anno 1195. non ſemel *Leſtinas* vocant, teſte Valeſio. Decepit hic nummus veteres ex impia legione ſcriptores; qui palatium aut villam Regiam arbitrati ſunt hic deſignari; Leptinenſemque ſynodum confinxere ſub Carolomanno Majore Domus Regiæ, anno 743. At ſunt hic primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Liberatori Edui Perſolverunt Triceſimam: Indixere Negotiatores Auguſtodunenſes Sexageſimam: Fabri Imperii Servatori Carlo Octogeſimam.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le trentiéme denier à leur Liberateur: les Negocians de la ville d'Autun ont decerné le ſoixantiéme denier; les Artiſans le quatrevint-dixiéme au Roi Charles Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 46. LIXOVIVS CI. Le Blanc, pag. 130. Non ſunt hi quos Plinius Lexovios appellat, libro IV. ſect. XXXII. nunc *Liſieux* in Normannia: ſed ex illa voce corrupta hanc ingenioſe ſententiam effecit opifex: *Liberatori Inſtitores Xdecimam Obtulerunt: Viceſimam Invicto Victori, Servatori Centeſimam Indixerunt.* Gallice: *Les Merciers ont preſenté le dixiéme denier à leur Liberateur: ils ont decerné le vintieme au Victorieux Invincible; le ſoixantiéme à leur Conſervateur.*

Ibid. 47. LVGDVNI CLAVATI. E Muſeo noſtro. Sententia hæc ibi eſt: *Liberatori Vrbis Gratiſſime Detulerunt Viceſimam Negotiatores: Imperii Conſervatori L quinquageſimam Attulerunt: Viceſimam Auguſtodunenſes Tutatori Indixerunt* Gallice: *Les Negocians ont preſenté de très-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de leur ville: ils ont apporté le cinquantiéme au Conſervateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun ont decerné le vintiéme denier à leur Protecteur.* Vide quæ diximus in Carolo Rege, de nummo inſcripto, MONT LVGDVNI CLAVAT.

Ibid. 48. LVGDVNI CIVIS. Le Blanc, pag. 130. Sententia eſt: *Liberatori Vrbis Gratiſſime Detulerunt Viceſimam Negotiatores: Inſtitores Carlo Invicto Victori Indixere Sexageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont apporté de très-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de leur ville: les Merciers ont decerné le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid 49. MAVRINIANEVAI. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Mercatores AVguſtodunenſes Reſtitutori Imperii Nonageſimam Illico Attulerunt: Negotiatores Edui Viceſimam Aurariumque Indixerunt.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun ont apporté ſur le champ le quatrevint-dixiéme au Reſtaurateur de l'Empire: les Negocians de l'Autunois ont decerné le vintiéme denier & le Don gratuit en or.*

Ibid. 50. MEDEMNAS VITCVSI. Le Blanc, pag. 154. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Miſerunt Edui Decimam: Edui Mercatores Nonageſimam Auguſtoduni Servatori: Vieeſimam Inſtitores Tutatori: Carlo Victori Sexageſimam Indixerunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont envoyé le dixiéme denier: les Marchands de l'Autunois le quatrevint-dixiéme au Conſervateur de la ville d'Autun: les Merciers ont decerné le vintiéme denier à leur Protecteur; le ſoixantiéme au Victorieux Charles.*

Ibid. 51. MELBODIO. *Maubeuge*, inquit Le Blanc, pag. 130. At *Maubeuge* Malbodium eſt, non Melbodium, præterquam in falſis Chronicis; & recentius, opinor, iſtud oppidum eſt. Primæ ſunt hic totidem litteræ, hac ſententia: *Mercatores Edui L quinquageſimam Benemerenti Obtulerunt: Detulerunt Inſtitores Octogeſimam.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier: les Merciers lui ont apporté le quatrevintiéme.*

Ibid. 52. MELDIS CIVITAS. E Muſeo noſtro. Solœcum eſt, ac propterea ſic interpretare: *Mercatores Edui L quinquageſimam Detulerunt: Inſtitores Solverunt Centeſimam Invicto Victori: Tutatori Auguſtodunenſes Sexageſimam.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le cinquantiéme denier: les Merciers ont payé le centiéme au Victorieux Invincible: les habitans de la ville d'Autun le ſoixantiéme à leur Protecteur.*

Tab. XIV. 53. MOSOMOMOMMT: non *Mosomo Moneta*, ut putat Le Blanc, pag. 130. sed, *Mercatores Omnes Servatori Orbis Miserunt Octogesimam: Miserunt Octogesimam Mercatores Mercatorum Tutatori.* Gallice: *Tous les Marchands ont envoyé le quatrevintiéme denier au Conservateur de l'Empire: les Marchands ont envoyé un autre quatrevintiéme denier au Protecteur des Marchands.*

Ibid. 54. MOSOMOMOTA. Fortassis *Mouson*, inquit Le Blanc, pag. 130. Immo vero, litteræ sunt primæ totidem vocum, hac sententia: *Mercatores Omnes Servatori Orbis Miserunt Octogesimam: Miserunt Octogesimam Tutatori Augustoduni.* Gallice: *Tous les Marchands ont envoyé le quatrevintiéme denier au Conservateur de l'Empire: ils ont envoyé le quatrevintiéme denier au Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 55. NAMNETIS CIVITAS. Le Blanc, pag. 130. Non sunt hi quos Plinius Nannetes appellat, nunc *Nantes en Bretagne*: Nam hos Namnetes dixere soli scriptores supposititii; Gregorius Turonensis, Fredegarius, aliique, hoc nummo similibusque decepti. Sed ita scripsit opifex, ut esset hæc sententia: *Nonagesimam Augustodunenses Mercatores Negotiatoresque Edui, Tutatori Indixerunt: Sexagesimam Carlo Invicto VIctori: Institores Tutatori Augustoduni Sexagesimam.* Gallice: *Les Marchands de la ville d'Autun, & les Negocians de l'Autunois, ont decerné à leur Conservateur le quatrevint-dixiéme denier: le soixantiéme au Victorieux Invincible: les Merciers le soixantiéme au Conservateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 56. CASTIS NANDONIS. *Chasteau-Landon en Gastinois*, inquit Le Blanc, pag. 130. perperam: cum scribi non potuerit *Nandonis* pro *Landonis.* Primæ sunt litteræ totidem vocum, hac sententia: *Centesimam Augustodunenses Solverunt Tutatori Imperii: Servatori Negotiatores Augustodunenses Nonagesimam Detulerunt: Obtulerunt Nonagesimam Institores Sexagesimamque.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme denier au Conservateur de l'Empire: les Negocians de la ville d'Autun ont porté le quatrevint-dixiéme à leur Conservateur: les Merciers ont presenté le quatrevint-dixiéme & le soixantiéme.*

Ibid. 57. NARBONA CI. Le Blanc, pag. 132. Ita scripsit opifex, ut esset hæc sententia: *Negotiatores Augustoduni Restitutori Benemerenti Obtulere Nonagesimam, Aurarium Carlo Invicto.* Gallice: *Les Negocians ont presenté le quatrevint-dixiéme denier par reconnoissance au Restaurateur de la ville d'Autun: le Don gratuit en or à l'Invincible Charles.*

Ibid. 58. NEVERNIS CIVITAS. Le Blanc, pag. 131. Nevernum incolæ non dicerent, sed Nivernum. Propterea sic est interpretandum: *Negotiatores Edui Vicesimam Eduæ Restitutori, Nonagesimam Institores Solverunt: Carlo Invicto VIctori Tricesimam Augustodunenses Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont payé le vintiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun, les Merciers le quatrevint-dixiéme: Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 59. HNOVIOM VILLA. Le Blanc, pag. 131. Alii *Noyon*, alii *Nimegue* interpretantur: utrique falso: neque enim aut Novimnum villa tunc fuit, sed civitas: aut Noviomagus, opinor, jam tunc fuit. Primæ sunt eæ totidem vocum litteræ, hac sententia: *Honorarium Negotiatores Obtulere Victori Invicto, Octogesimam Mercatores: Vicesimam Institores Liberatori Lubentissime Attulerunt.* Gallice: *Les Negocians ont presenté le Don gratuit au Victorieux Invincible: les Merciers ont apporté très-volontiers le vintiéme denier à leur Liberateur.*

Ibid. 60. OSTEVNIS CI. Non ibi certe nomen civitatis est, sed primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Octogesimam Solverunt Tutatori Eduæ Vicesimamque Negotiatores: Institores Sexagesimam Carlo Invicto.* Gallice: *Les Negocians ont payé le quatrevintiéme & le vintiéme denier au Conservateur de la ville d'Autun: les Merciers le soixantiéme à l'Invincible Charles.* Decepisse hic nummus videtur, præter alios, Bertoldum, qui in rebus gestis Urbani Papæ II. anno 1094. Augustodunum vocat *Ostionem.*

Ibid. 61. PALATINA MONE. E museo nostro. Sententia est: *Persolverunt Augustodunenses Liberatori Augustoduni Tricesimam: Institores Nonagesimam Attulerunt: Miserunt Octogesimam Negotiatores Edui.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Liberateur de leur ville: les Merciers ont apporté le quatrevint-dixiéme, les Negocians de l'Autunois ont envoyé le quatrevintiéme.*

Ibid. 62. PORCO CASTELLO. E Museo nostro, & apud Le Blanc, pag. 132. ubi putat esse *Chasteau Porcien*, in agro Remensi: perperam: cum locus ille Pagus Portianus sit. Primæ hic sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Persolverunt Orbis Restitutori Carlo Octogesimam Cives Augustodunenses, Servatori Tricesimam; Edui Liberatori Quinquagesimam Obtulerunt.* Gallice: *Les Bourgeois de la ville d'Autun ont payé le quatrevintiéme denier au Roi Charles Restaurateur de l'Empire, le trentiéme à leur Conservateur: les peuples de l'Autunois ont presenté le cinquantiéme denier à leur Liberateur.*

Ibid. 63. CASTIS PRVVINIS. Ut in nummo Ludovici regis superius explanato.

Ibid. 64. QVENTOVVIC. E Museo nostro. Sententia est: *QVinquagesimam Edui Negotiatores Tutatori Obtulerunt: Vicesimam Victori Invicto Carlo.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont presenté le cinquantiéme denier à leur Conservateur: le vintiéme au Victorieux Invincible Charles.* Ut esset nomini Carli locus, scripsit hoc loco opifex tantum QVENTOVVIC: non ut supra in Ludovico, QVENTOVVICVS.

Ibid. 65. SCI QVINTINI MO. E Museo nostro. Non est hic oppidum S. Quintini in Picardia; sed nomen inde acceptum, cum syllaba MO: ut ex his litteris exsisteret ista sententia: *Sexagesimam Carlo Invicto QVinquagesimamque Indixere Negotiatores, Tutatori Imperii Nonagesimam Institores, Mercatores Octogesimam.* Gallice: *Les Negocians ont decerné le soixantiéme denier & le cinquantiéme à l'Invincible Charles: les Merciers le quatrevint-dixiéme au Conservateur de l'Empire, les Marchands le quatrevintiéme.* Vide inferius nummum inscriptum, SCI QVINTINNO.

Ibid. 66. RAVCI MONE. *Roucy en Champagne*, inquit Le Blanc, pag. 133. falsa conjectatione; cum *Rouci* Latine *Rociacum* vel *Ruciacum*, aut etiam Rouceium sit, ut in litteris anni 1237. ab Hadr. Valesio citatis. Ut Rauciacum Flodoardus scriberet in Chronico, adductus hoc nummo est, quem non intellexit. Primæ sunt totidem vocum litteræ, hac sententia: *Restitutori Augustoduni Vicesimam Cives Indixere, Mercatores Octogesimam, Nonagesimam Edui.* Gallice: *Les Bourgeois ont decerné le vintiéme denier au Restaurateur de la ville d'Autun, les Marchands le quatrevintiéme, les peuples de l'Autunois le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 67. HREDONIS CIVI. Le Blanc, pag. 133. Neque sub Sigeberto REDONES, neque isthic HREDONIS, civitas est minoris Britanniæ, quæ *Rhedones* Plinio appellatur, libro IV. sect. XXXII. Neque enim illa HREDONIS CIVI. scriberet, præfixa littera H: neque omnino sic solœcizaret: sed vox est ab Eduis ingeniose usurpata, ob hanc, quæ ex singulis litteris exsistit, sententiam: *Honorarium Restitutori Eduæ Decuriones Obtulerunt: Nonagesimam*

mam Inſtitores Solverunt Carlo Invicto VIctori. Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté le Don gratuit au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme denier au Victorieux Invincible Charles.*

Tab. XIV. 68. REMIS CIVITAS. E Muſeo noſtro. Neque hic ſunt Remi, Plinio memorati, libro IV. ſect. XXXI. nunc *Reims en Champagne.* Nam cur in nummo ſuo ſoloecizarent, *Remis*, pro *Remi?* Sententia hæc iſthic eſt: *Reſtitutori Eduæ Mercatores Indixere Sexageſimam: Carlo Invicto VIctori Triceſimam Auguſtodunenſes Solverunt.* Gallice: *Les Marchands ont decerné le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 69. RETNOMON. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Reſtitutori Eduæ Triceſimam Negotiatores Obtulerunt: Mercatores Octogeſimam Nonageſimamque.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les Marchands le quatrevintiéme & le quatrevint-dixiéme.*

Ibid. 70. ROTVMACVS CIVIT. E Muſeo noſtro. Non eſt hic *Rotomagus* in Normannia; *Roüen:* ſed depravatum ex eo vocabulum *Rotumacus*; cujus ex litteris exſiſtit hæc ſententia: *Reſtitutori Obtulerunt Triceſimam Viceſimamque Mercatores: Auguſtodunenſes Conſervatori Viceſimam Solverunt: Carlo Invicto VIctori Triceſimam.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté à leur Reſtaurateur le trentiéme & le vinvintiéme denier: les habitans de la ville d'Autun ont payé le vintiéme à leur Conſervateur, le trentiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 71. RVIIO CIVI. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Reſtitutori Viceſimam Inſtitores Indixere, Octogeſimam Carlo Invicto VIctori.* Gallice: *Les Merciers ont decerné le vintiéme denier à leur Reſtaurateur; le quatrevintiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 71. 2. S C̄I. A·IID-TIIM-NT. Nummus eſt argenteus elegantis nitidiſſimæque fabricæ, cujus nobis copiam fecit D. Des Tuilleries. Latet hæc ibi ſententia; ſed primis tantummodo ſingularum vocum litteris expreſſa: *Sexageſimam Carlo Invicto Auguſtodunenſes Inſtitores Illico Detulerunt: Triceſimam Iidem Iuncti Mercatoribus: Negotiatores Triceſimam.* Gallice: *Les Merciers de la ville d'Autun ont preſenté ſur le champ à l'Invincible Charles le ſoixantiéme denier: les mesmes s'étant joints aux Marchands, lui ont porté le trentiéme: les Negotians le trentiéme.* Lineola ducta poſt litteram S litteras CI, hoc eſt, nomen Carli Invicti dirimit a priore voce: ſic enim & lineola addita poſt litteras D & M non alicujus nota compendii, ſed conſequentis in hac oratione membri ſignum eſt. Puncta vero duo, quæ litteram A utrimque includunt, ibi latere primariam vocem totius inſcriptionis admonent, poſt Carli Invicti nomen. Ex his certe litteris decem, AII DTIIMNT, nulla prorſus effici vel elici vox una poteſt.

Ibid. 72. SENONES CIVITAS. E Muſeo noſtro. Neque hic civitas eſt Senonenſis, *Sens:* ſed primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Servatori Eduæ Nonageſimam Obtulerunt Negotiatores Edui: Sexageſimam Carlo Invicto Victori, Imperii Tutatori, Auguſtodunenſes Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun: les habitans de la ville d'Autun ont payé le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Charles, Protecteur de l'Empire.*

Ibid. 73. SCI STEFANI MON. Le Blanc, pag. 133. Neque hic aut Divio, aut Veſontio, aut Senonum civitas eſt, aut aliæ multæ, ubi ſunt Baſilicæ divo Stephano ſacræ: ſed ſunt primæ totidem vocum litteræ hac ſententia: *Sexageſimam Carlo Invicto Solverunt, Tutatori Eduæ, Fabri Auguſtodunenſes:* (idcirco per F ſcriptum eſt STEFANI nomen:) *Nonageſimam Inſtitores: Mercatores Octogeſimam Numeravere.* Gallice: *Les Artiſans de la ville d'Autun ont payé le ſoixantiéme denier à l'Invincible Charles, Conſervateur de la ville d'Autun; les Merciers le quatrevint-dixiéme: les Marchands ont payé le quatrevintiéme.*

Tab. XV. 74. SVESSIO CIVITAS. E Muſeo noſtro. Non ſunt hic *Sueſſiones liberi* Plinio memorati, libro IV. ſect. XXXI. hodie *Soiſſons.* Neque enim *Sueſſio* dicitur in numero ſingulari: ſed eſt hæc iſthic ſententia: *Servatori Vrbis Edui Sexageſimam Solverunt, Inſtitores Octogeſimam: Carlo Invicto VIctori Triceſimam Auguſtodunenſes Solverunt.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont payé le ſoixantiéme denier au Conſervateur de leur ville; les Merciers le quatrevintiéme: les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 75. TARVENNA CIV. Le Blanc, pag. 133. Non eſt hic civitas Teruanna, diruta a Carolo V. Imp. nam hæc *Teruanna* eſt, non *Tarvenna:* ſed eſt hæc iſthic ſententia: *Triceſimam Auguſtodunenſes Reſtitutori Vrbis, Edui Negotiatores Nonageſimam attulerunt Carlo Invicto Victori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: les Negocians de l'Autunois le quatrevint-dixiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 76. TRECAS CIVITAS. E Muſeo noſtro. Non ſunt hi quos Plinius Trecaſſes appellat, libro IV. ſect. XXXII. nunc *Troyes en Champagne*, ſed hæc eſt iſthic ſententia: *Triceſimam Reſtitutori Eduæ Cives Auguſtodunenſes Solverunt: Carlo Invicto Victori, Imperii, Tutatori, Aurarium Sexageſimamque.* Gallice: *Les Bourgeois de la ville d'Autun ont payé au Reſtaurateur de leur ville le trentiéme denier: le Preſent en or & le ſoixantiéme denier au Victorieux Invincible Charles, Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 77. IN TRIECTO PORTO. Eſt apud Le Blanc, pag. 133. Non fuit ea ætas Latinæ linguæ tam rudis, ut *Porto* pro Portu ſcriberet. Sunt & hic primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Inſtitores Nonageſimam Tutatori Romani Imperii Indixerunt: Eduæ Conſervatori Triceſimam Obtulerunt: Perſolverunt Orbis Reſtitutori Triceſimam Octogeſimamque.* Gallice: *Les Merciers ont decerné le quatrevint-dixiéme denier au Conſervateur de l'Empire Romain: ils ont preſenté le quatrevintiéme au Conſervateur de la ville d'Autun: ils ont payé au Reſtaurateur de l'Empire le trentiéme & le quatrevintiéme.*

Ibid. 78. TRIETTO MON. Ibidem. Non ut Moneta ibi, vel Monaſterium intelligatur: nam eſt id abſonum: ſed ut ex his litteris exſiſtat hæc ſententia: *Triceſimam Reſtitutori Imperii Edui, Triceſimam Tutatori Orbis Mercatores Obtulere, Nonageſimamque.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont preſenté au Reſtaurateur de l'Empire le trentiéme denier: les Marchands le trentiéme & le quatrevint-dixiéme au Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 79. TRIODORO ASTEI. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Tutatori Romani Imperii Obtulere Decuriones Octogeſimam: Reſtitutori Orbis Auguſtodunenſes Sexageſimam, Triceſimam Edui Indixerunt.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté le quatrevintiéme denier au Conſervateur de l'Empire Romain: les habitans de la ville d'Autun le ſoixantiéme au Reſtaurateur de l'Empire; les peuples de l'Autunois ont decerné le trentiéme.* Ingenioſus opifex & Græce peritus, ut ſuaderet iis, qui hos nummos ſuſciperent explicandos, (nam idem unus hos omnes cudit Carli nummos:) ſe cum CI. CIV. CIVI. CIVIT. vel CIVITAS ſcriberet, non civitatm velle ibi intelligi, ſed quas voces ſub

ſingulis litteris inſcriptio nummi expoſceret; hic pro TRIODORO CIVITATE, ſcripſit TRIODORO ASTEI, nomine Græco, ab ἄϛυ, ἄϛεως, ἄϛει: quod nemo tamen prudens exiſtimaverit hic eſſe intelligendum. Ut ASTEI igitur, ita CIV. & CIVITAS, in hiſce nummis accipi omnino oportet.

Tab. XV. 80. TVNIERAS CIVI. Le Blanc, ibidem, inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Triceſimam Viceſimamque Numeravere Inſtitores Eduæ Reſtitutori, Auguſtodunenſes Sexageſimam Conſervatori Imperii, Victori Invicto.* Gallice: *Les Merciers ont payé le trentiéme denier & le vintiéme au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les habitans de la ville d'Autun le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 81. TVRONIS CIVIS. Le Blanc, pag. 133. Solœcum eſt; propterea ſic exponenda ſub his litteris latens ſententia eſt: *Triceſimam Vrbis Reſtitutori Obtulere Negotiatores: Inſtitores Sexageſimam Carlo Invicto Victori Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: les Merciers ont payé le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Charles.* Vide ſupra, TVRONES, in Ludovico.

Ibid. 82. VALENCIANIS PORT. Apud Le Blanc, pag. 134 male PORTVS ubi putat eſſe Valentianas ad Scaldim, *Valenciennes.* Certe hoc nummo decepti veteres falſarii, ſed ſæculi XIV. ut Eginhardus, anno 771. aliique Annales, Carolum Magnum *ſynodum habuiſſe ad Valentianas* prodidere: & Nithardus, libro IV. *Anno Incarn. Dominicæ.* 853. *domni reges*, inquit, *Hlotarius & Karolus convenerunt ad Valentianas per menſem Novembrium.* Fabulæ: Non vidit Valentianas Karolus aliquis ex iſtis, quos hac ætate nummi repræſentant. Nec ita ineptiret ea ætas, ut portum Valentianis poneret, quæ ad Scaldim amnem ſunt, vix navium ibi capacem: Sententia eſt: *Viceſimam Auguſtodunenſes Liberatori Eduæ, Nonageſimam Carlo Invicto Attulerunt Negotiatores: Inſtitores Sexageſimam Perſolverunt Orbis Rectitutori, Triceſimamque.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté le vintiéme denier au Liberateur de leur ville; les Negocians le quatrevint-dixiéme à l'Invincible Charles: les Merciers ont payé le ſoixantiéme au Reſtaurateur de l'Empire, & le trentiéme.* Vidimus apud D. des Tuilleries, nummos tres integerrimos & affabre factos in primis: Primus habet, VALENCIANIS PORT: uti hic edimus: alter, VALENCIANIS ROT: tertius, VALENCIANIS RT. Lege in ſecundo: *Inſtitores Solverunt Reſtitutori Orbis Triceſimam.* In tertio, *Inſtitores Solverunt Reſtitutori Triceſimam:* Gallice: *à leur Reſtaurateur le trentiéme.*

Ibid. 83. VESSIN. Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia eſt: *Viceſimam Eduæ Servatori Solverunt Illico Negotiatores.* Gallice: *Les Negocians ont payé ſur le champ le vintiéme denier au Conſervateur de la ville d'Autun.*

Ibid. 84. VIENNA CIVIS. Le Blanc, pag. 133. Ut in Ludovico, ſic neque iſthic eſt Vienna civitas cogitanda: & eſt ſolœcum *Vienna civis*; cum civis nomen monetæ ſit, ut diximus. Sententia hic eſt iſta: *Victori Invicto Edui Negotiatores Nonageſimam Attulerunt: Carlo Inſtitores Viceſimam Illico Solverunt.* Gallice: *Les Negocians de l'Autunois ont apporté le quatrevint-dixiéme denier au Victorieux Invincible: les Merciers ont payé ſur le champ le vintiéme au Roi Charles.*

Ibid. 85. VIRDVNVM CAS. Ibidem. Neque hic eſt Viridunum, ſeu Virodunum, *Verdun*: ſed, ut in Lothario, VIRDVNVM CIVIS, ſic iſthic VIRDVNVM CIVIS, litteræ ſunt primæ totidem vocum, hac ſententia: *Viceſimam Inſtitores Reſtitutori Detulerunt, Viceſimam Negotiatores: Viceſimam Mercatores Conſervatori Auguſtoduni Solverunt.* Gallice: *Les Merciers ont porté le vintiéme denier à leur Reſtaurateur; les Negocians le vintiéme; les Marchands ont payé le vintiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.* Alioqui cur ibi CIVIS, iſthic CAS ſcriberetur?

Ejuſdem Carli regis, cujus ſunt nummi ſuperius allati, ſunt & hi qui ſequuntur, alia forma inſcripti.

Tab. XV. 1. CARLVS REX. Crux in area.)(. In medio, litteris nexis, KARLVS. In ambitu, BITVRICES CIVIT. Apud Le Blanc, pag. 138. Non ſunt hic Bituriges, *Bourges*; ſed ut ſupra, in Lothario, BITVRICES: ut ex his litteris exſiſtat hæc ſententia: *Benemerenti Inſtitores Tutatori Viceſimam, Reſtitutori Imperii Centeſimam Edui Solverunt: Carlo Invicto Victori Triceſimam.* Gallice: *Les Merciers ont payé par reconnoiſſance le vintiéme denier à leur Conſervateur: les peuples de l'Autunois le centiéme au Reſtaurateur de l'Empire: le trentiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ejuſdem formæ ſunt nummi ſequentes, ibidem.

Ibid. 2. AGVIS VRBS. Non *Aix*, ut interpretatur Le Blanc; potius enim perſpicue ſcriberetur AQVIS: cum neque Latini umquam, neque Galli, eam urbem *Aguas* vocarint. Sententia his igitur litteris occulta hæc eſt: *Auguſtodunenſes Gratiſſime Victori Invicto Sexageſimam, Viceſimam Reſtitutori Benemerenti Solverunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé de très-bon cœur le ſoixantiéme denier au Victorieux Invincible; le vintiéme par reconnoiſſance à leur Reſtaurateur.*

Ibid. 3. BELGEVACVS CIVI. Non Bellovaci, *Beauvais*, in Belgica: nec *Baugé dans la Breſſe*, in Lugdunenſi prima: ſed eſt ſententia: *Benemerenti Eduæ Liberatori Gratiſſime Edui Viceſimam Attulere: Conſervatori Vrbis Sexageſimam, Centeſimam Invicto Victori.* Gallice: *Les peuples de l'Autunois ont apporté de très-bon cœur le vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun; le ſoixantiéme au Conſervateur de la ville, le centiéme au Victorieux Invincible.*

Ibid. 4. CLAROMVNT Sic eſt & apud Paul. Petav. Tab. 22. non pro Claromonte, *Clairmont*, ut putat Le Blanc, pag. 138. ſed eſt ſub iſtis litteris hæc occulta ſententia: *Carlo L quinquageſimam Auguſtoduni Reſtitutori Obtulere Mercatores: Viceſimam Negotiatores Tutatori.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le cinquantiéme denier au Roi Charles Reſtaurateur de la ville d'Autun; les Negocians le vintiéme à leur Protecteur.* Ne Claromontem hic aliquis intelligeret, ſcripſit opifex CLAROMVNT.

Ibid. 5. CLVROMANT. *Clairmont*, inquit Le Blanc, pag. 138. haud levi errore. Sunt enim totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Carlo L quinquageſimam Vrbis Reſtitutori Obtulere Mercatores: Auguſtodunenſes Nonageſimam Tutatori.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le cinquantiéme denier au Roi Charles, Reſtaurateur de leur Ville: les habitans de la ville d'Autun le quatrevint-dixiéme à leur Conſervateur.*

Ibid. 6. DORESTADO. *Duerſtede*, inquit Le Blanc. pag. 138. ſed magno errore: ſunt enim litteræ primæ totidem vocum hac ſententia: *Decuriones Obtulere Reſtitutori Eduæ Sexageſimam, Tutatori Auguſtodunenſes Detulerunt Octogeſimam.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun; les habitans de la ville ont preſenté le quatrevintiéme denier à leur Conſervateur.* Ne nomen civitas hic intelligatur, vetat ipſa etiam ſcripturæ diverſitas: nam in nummis legitur, DORESTADO, DORESTATVS, & VICO DVRISTAT.

Ibid. 7. METVLLO. Eſt etiam in Muſeo noſtro. Quid illud ſit, diximus in Pipino.

Ibid. 8. NEVERNIS CIVITAS. Interpretandum, ut jam ſuperius diximus,

Ibid. 9. PALATINA MONETA, ut ſupra, in tribus Imperatoribus.

Tab.

Tab. XV. 10. TVRONIS. Interpretandum, ut ſupra.

Tab. XV. 1. CARLVS REX. .)(. AQVITANIA. Le Blanc, pag. 139. n. 8. in Carolo Calvo. Id nomen eodem modo interpretandum eſt, atque in Pipino: quamvis ex eodem numismate occaſionem falſarii ceperint comminiſcendi, deletum a Carolo Calvo regnum Aquitaniæ fuiſſe, quod reipſa nullum umquam fuit. Eadem forma nummi.

Ibid. 2. PARISII. Ibidem, pag. 146. in Carolo ſimplice, n. 4. Interpretandum, ut in Ludovico.

Ibid. 1. CARLVS REX FR. .)(. SENONES. Le Blanc, ibidem, in Carolo ſimplice, n. 5. Interpretandum ut ſupra, in Ludovico. Eadem forma.

Ibid. 2. METALLO: punctis ſupra & infra additis. Ibidem, n. 7. & in Muſeo ſan-Genovefano, pag. 144. num. 1. ubi cum littera A nectitur prior littera L, recte. Cave autem hic arbitreris unam vocem eſſe METALLO: ſunt enim totidem vocum primæ litteræ hac ſententia; *Mercatores Edui Triceſimam, Auguſtodunenſes L quinquageſimam Liberatori Obtulerunt.* Gallice: *Les Marchands de l'Autunois ont preſenté le trentième denier, les habitans de la ville d'Autun le cinquantiéme à leur Liberateur.*

Ibid. 1. CARLVS R. *Rex.* .)(. CARNOTIS. Le Blanc, pag. 146. in Carolo ſimplice, n. 2. Interpretandum fere, ut jam ſuperius. *Carlo Auguſtoduni Reſtitutori Negotiatores Obtulere Triceſimam, Inſtitores Sexageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Roi Charles Reſtaurateur de la ville d'Autun, les Merciers le ſoixantième.*

Ibid. 2. CARLVS REX. Caput laureatum, vultu annorum circiter XXV. .)(. BITVRICES. Ibidem, pag. 139. n. 6. Calvone, an Simplici tribui debeat, non poteſt Le Blanc definire. Interpretandum ut ſupra, in Lothario.

Ibid. 1. In monogrammate, KARLVS: in ambitu, GRATIA DEI REX. .)(. In area, PARIS CIVITA. Le Blanc, pag. 146. in Carolo Simplice, n. 3. Non anguſtiæ loci prohibent ne ſcribatur hic integre, PARISII CIVITAS: ſed quoniam ex his vocibus cæ tantum litteræ aſſumuntur, quibus eſt opus ad hanc ſententiam efficiendam: *Perſolverunt Auguſtodunenſes Reſtitutori Imperii Sexageſimam*: hæc ſententia prioris verſus: poſterioris iſta deinde: *Carlo Invicto Victori Inſtitores Triceſimam Attulerunt.* Gallice: *Les habitans de l'Autunois ont payé le ſoixantiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les Merciers ont apporté le trentiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Eadem forma eſt, SCI DIONYSII, apud Paul. Petav. Tab. 22. Neque hic eſt, ut jam ſupra, ſancti Martyris nomen; ſed quot ſunt litteræ, tot ſunt voces, in hanc ſententiam: *Sexageſimam Carlo Invicto Decuriones Illico Obtulerunt*: hæc ſententia prioris iſta: *Negotiatores Viceſimam, Sexageſimam Inſtitores Indixerunt.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté ſur le champ le ſoixantiéme denier à l'Invincible Charles: les Negocians lui ont decerné le vintiéme, les Merciers le ſoixantiéme.* Eſt littera Y, ut ſupra, pro littera V ſive ſola, ſive impoſita nexaque litteræ I. Non urbium modo nomina ſelegit opifex, quæ poſſent propoſito ſibi argumento convenire; ſed & celebriorum in Galliarum Eccleſiis ea ætate ſanctorum, Dionyſii, Firmini, Gaugerici, Medardi, Philiberti, Quintini, Stephani; & ut in prima ætate vidimus, ſancti Martini.

Ibid. 2. CARLVS REX FR. Crux in area. .)(. XPISTIANA RELIGIO. Templum ſine turribus; in quo crux, & altera in faſtigio. Le Blanc, ibidem, n 9.

Eadem forma, hoc eſt, cum effigie templi ſine turribus,

Tab. XVI. 1. AVRELIANIS. Ibidem, n. 10. & 11. & apud Paul. Petav. Tab 22. Interpretandum, ut diximus in Ludovico.

Ibid. 2. REMIS CIVITAS. Le Blanc, ibidem, n. 12. Interpretandum, ut jam ſupra.

Ibid. 1. CARLVS REX FR. Crux. .)(. Litteris nexis, CARLVS per C. In ambitu, MEDIOL. Le Blanc, pag. 88. n. 9. in Carolo Magno. Interpretandum, ut in Lothario diximus

Ibid. 2. AGINNO. E Muſeo noſtro. Litteris nexis, KARLVS. Cave autem exiſtimes hic oppidum *Agen* Garumnæ appoſitum indicari. Nam illud Agennum ſcriberetur, nec in tertio ſextove caſu. Hic ſunt totidem vocum primæ litteræ, hac ſententia: *Aurarium Gratiſſime Inſtitores, Negotiatores Nonageſimam Obtulerunt.* Gallice: *Les Merciers ont preſenté de très-bon cœur le Don gratuit en or; les Negotians le quatrevint-dixiéme denier.*

Ibid. 3. TOLVSA. Apud Paul. Petav. Tab. 19. Interpretandum, ut diximus in Ludovico.

Ibid. 4. Litteris nexis, CARLVS per C. In ambitu, KAMERACVS CIVI. per K. quia nihil intereſt, quomodo in nominibus propriis ſcribatur ſyllaba CA & CO. Sententia eſt: *Karlo Aurarium Mercatores Eduæ Reſtitutori Attulerunt, Conſervatori Vrbis Sexageſimam, Centeſimam, Invicto Victori.* Gallice: *Les Marchands ont apporté le Preſent en or au Roi Charles Reſtaurateur de la ville d'Autun; le ſoixantiéme denier au Conſervateur de leur ville, le centiéme au Victorieux Invincible.* Ex induſtria ſcripſit opifex litteram K ut Karlum indicaret hic legi oportere, non in voce CIVI. .)(. SCI GAVGERICI MON. non pro Moneta, ut vulgo creditur: nam ſub his litteris voluit artifex hanc ſententiam latere: *Sexageſimam Carlo Invicto Gratiſſime AVGuſtodunenſes Eduæ Reſtitutori Indixere: Centeſimam Illico.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont decerné de très-bon cœur le ſoixantiéme denier à l'Invincible Charles Reſtaurateur de leur ville: les Marchands ont preſenté ſur le champ le centiéme & le quatrevint-dixiéme.* Eſt Cameraci quidem inter Eccleſias urbis una S. Gaugerici, *S. Gery*, ſed Collegialis tantum: & colitur is multis aliis locis in Gallia. Affert hunc nummum Le Blanc, pag. 129. in Carolo Calvo.

Ibid. 1. LVCA. Le Blanc, pag. 88. n. 10. Sententia eſt; *Liberatori Vrbis Carlo Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun au Roi Charles Liberateur de leur ville.*

Ibid. 2. PAPIA. Ibidem, n. 11. Interpretandum ut in Ludovico. In his duobus nummis pars anterior eadem eſt atque in AGINO & TOLVSA.

CARLI *ejuſdem* REGIS

nummi quidam ſingulares.

Tab. XVI.

1.
EMPVS CARLVS REX. Crux in medio. .)(. Templum ſine turribus. SENONES CIVITAS. quæ litteræ ſunt ut ſupra interpretandæ. Eſt hic nummus apud Le Blanc, pag. 146. n. 13. in Carolo Simplice. Sed priores litteras ſic interpretamur: *Templum Eduæ Munificentiſſime Poſuit Votum Solvens* CARLVS REX. Idcirco pictum in averſa pagina Templum eſt. Hunc nummum argenteum deſcripſit D. de Peireſc, in Collect. ms. pag. 376. ac recte legit TEMPVS, ut & Le Blanc, pag. 147. quamvis ejus ſcalptor imperite ſcripſit II pro M.

Ibid. 2. DOMS CARLVS REX. *Deo Opitulante Mercatores Servavit* CARLVS REX. Crux impoſita quatuor gradibus. Hinc 5 inde V. *Chriſtus Vincit*, ut quidem videtur. Victoria enim hic prædicatur de gentibus reportata. .)(. GRIMVALD. Caput Carli regis pileatum, cruce ſuperpoſita; nam cur alterius, quam regis ipſius, in nummo ejuſdem, ſculperetur? Corona capiti impoſita eſt, qualis eſt in nummo Baduelæ regis. Delineavit hunc nummum Le Blanc, pag. 88. n. 14. in Carolo Magno. Poſterioris iſtius inſcriptionis hæc ſententia eſt: *Glorioſo Reſtitutori Imperii Mercatores Viceſimam, Auguſtodunenſes L quinquageſimam Detulerunt.* Gallice: *Les Marchands ont porté le vintiéme denier au glorieux Reſtaurateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun, le cinquantiéme.* Sic ingenioſus opifex non civitatum modo, & ſanctorum, ſed & nobilium virorum nomina inquirebat, adhibebatque, ſententiæ quam res & tempus poſceret exprimendæ idonea. Fuit enim alioqui Grimualdus vir primariæ nobilitatis in provincia Narbonenſi; ut nummus ejus docet a nobis in ſæculo Juſtinianeo deſcriptus; at longe ante hæc Carli regis tempora. Hoc vero Carli nummo decepti falſæ hiſtoriæ conditores, & in his Erchempertus in Chronico, finxere Grimoaldum, cui beneficii titulo Carolus Magnus Beneventum tradiderit poſſidendum, ut Dominus ſupremus; quique Carolo fidem eximie ſervaverit.

Ibid. 3. CARLVS REX FR. In medio, monogramma, KARLVS. .)(. MOCONTIA. Apud Le Blanc, pag. 88. n. 8. in Carolo Magno. Cave hic Moguntiam Germaniæ civitatem cogites; quamvis hoc nummo decepti Annalium ſcriptores Carolum Magnum (perinde ac ſi Carolus idem atque Carlus eſſet) veniſſe Moguntiam finxerunt. Primæ ſunt hic totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Mercatores Octogeſimam Carlo Obtulerunt: Nonageſimam Tutatori Imperii Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les Marchands ont preſenté le quatrevintiéme denier au Roi Charles: les habitans de la ville d'Autun le quatrevint-dixiéme au Conſervateur de l'Empire.*

Ibid. 4. KARLVS in litteris nexis. .)(. METVLLO. Apud Le Blanc, pag. 146. n. 8. in Carolo Simplice. Quid ſit METVLLO, jam diximus in Pipino, & alibi.

Ibid. 5. CARLVS REX ETLANETR. Caput diademate cinctum, vultus imberbis, annorum circiter triginta: haud multum abſimilis ei, qui pingitur in nummo BITVRICES, & in altero GRIMVALD, ſuperius deſcriptis: ſed diſſimillimus omnibus, qui in ſigillis vulgo exhibentur, quippe falſis: cujuſmodi illud eſt S. Maximini ad Treveros, editum a Papebrochio, tomo 2. April. poſt pag. 12. Sententia tituli iſtius hæc eſt: *Carlus Rex Eduorum Tutator, Liberator Auguſtodunenſium Negotiatorum ET Reſtitutor.* Gallice: *Charles Roi, Protecteur des peuples de l'Autunois, Liberateur des Negocians de la ville d'Autun, & leur Reſtaurateur.* Idcirco littera N productior ceteris eſt; quoniam Negotiatorum nomen eſt in eo titulo præcipuum, poſt Carli regis nomen. Bis ſcribi ET in tam brevi epigraphe, aut ſtatim poſt nomen Carli regis, ſuperfluum & ineptum eſt; niſi ſint eæ duæ priore loco primæ litteræ totidem vocum. A prædonum & externorum hoſtium incurſionibus Carlus Rex Negotiantes liberavit, atque ita reſtituit Mercaturam. Lepidus error veterum fuit, ſi hoc nummo inſpecto finxere inde Langobardos: quod nomen in autographis legi ſæpius quam Longobardos, Mabillonius teſtatur. At fictum utrumque nomen eſt, ut poſtea dicemus. .)(. VICODURISTAT. Non vici alicujus id nomen eſt: (nam quis prudens exiſtimet, in vicis fuiſſe Monetas, ſive officinas aureis cudendis?) ſed ſunt ibi primæ totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Victori Invicto Carlo Obtulere Decuriones Viceſimam, Reſtitutori Imperii Sexageſimam, Triceſimam Auguſtoduni Tutatori.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté le vintiéme denier au Victorieux Invincible Charles; le ſoixantiéme au Reſtaurateur de l'Empire; le trentiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.* Confer cum his ea quæ diximus in DORESTADO. Solidus hic aureus perpulcher eſt & ſingularis in Cimelio D. de Pontcarré, Protopræſidis in Senatu Rotomagenſi: effigiem aurei iſtius in cera expreſſam habemus.

Ibid. 6. LVGTIOVIEX. Hoc eſt; *L quinquageſimam Victori Gratiſſime, Tutatori Imperii Obtulere Viceſimam Inſtitores, Edui Xdecimam.* Gallice: *Les Merciers ont preſenté de très-bon cœur le cinquantiéme denier au Victorieux, le vintiéme au Conſervateur de l'Empire; les peuples de l'Autunois le dixiéme.* Tutator ille Imperii rex Carlus eſt; cujus monogramma in media nummi area eſt. .)(. BAVDONSOVT. Hoc eſt, *Benemerenti AVguſtodunenſes Decimam Obtulerunt; Negotiatores Solverunt Octogeſimam Vrbis Tutatori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le dixiéme denier à leur bienfacteur: les Negocians ont payé le quatrevintiéme denier au Conſervateur de leur ville.* Eſt apud Le Blanc, pag. 139. n. 6. ubi hunc & ſimiles alios quatuor ſequentes nummos accuratiſſime delineatos eſſe teſtatur, nec tamen a ſe intellectos, his verbis: *Ceux qui voudront s'appliquer à les déchiffrer, peuvent s'aſſurer, que les originaux ſont très entiers, & qu'ils ſont gravez exactement.*

Ibid. 7. VIVVMQVSVAITV. Hoc eſt, *Viceſimam Invicto Victori Vltro Mercatores Quinquageſimamque Solverunt: Vrbis Auguſtodunenſis Imperiique Tutatori Viceſimam.* Gallice: *Les Marchands ont payé le vintiéme & le cinquantiéme de leur plein gré au Victorieux Invincible: le vintiéme au Conſervateur de la ville d'Autun & de l'Empire.* .)(. In monogrammate, KARLVS. In ambitu, IPAITVIVIOVIVM. Hoc eſt; *Inſtitores Perſolverunt Aurarium Imperii Tutatori: Viceſimam Invicto Victori Obtulerunt: Viceſimam Vltro Mercatores.* Gallice: *Les Merciers ont payé le Preſent en or au Conſervateur de l'Empire; ils ont preſenté le vintiéme denier au Victorieux Invincible; les Marchands le vintiéme de leur plein gré.* Eſt apud Le Blanc, pag. 139. n. 4.

Ibid. 8. CARLVS REX. .)(. In medio, monogramma, KARLVS. In circuitu; RIAIIAIRIO. Hoc

Hoc eſt; *Reſtitutori Imperii Auguſtodunenſes Inſtitores Illico Aurarium Indixere: Reſtitutori Inſtitorum Octogeſimam.* Gallice: *Les Merciers de la ville d'Autun ont decerné ſur le champ le Preſent en or au Reſtaurateur de l'Empire; & le quatrevint-dixiéme denier au Reſtaurateur des Merciers.* Eſt apud Le Blanc, ibidem, n. 2.

Tab. XVI. 9. In medio, monogramma, KARLVS. In ambitu, TIAIIAI-IAEIO. Hoc eſt; *Tutatori Imperii Auguſtodunenſes Inſtitores Indixerunt Aurarium; Mercatores Auguſtodunenſes Eduique Illico Obtulerunt.* Gallice: *Les Merciers de la ville d'Autun ont decerné le Preſent en or au Conſervateur de l'Empire: les Marchands de la ville d'Autun & ceux de l'Autunois l'ont preſenté ſur le champ.* Hic littera I-I eſt pro M: ut forte in nummo inſcripto, TEIIPVS CARLVS REX.)(. RAVGIO PALATIO. Hoc eſt: *Reſtitutori AVGuſtoduni Inſtitores Octogeſimam Perſolverunt: Aurarium L quinquageſimamque Auguſtodunenſes Tutatori Illico Obtulerunt.* Gallice: *Les Merciers ont payé le quatrevintiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: les habitans ont preſenté le Don gratuit en or & le cinquantiéme denier ſur le champ à leur Conſervateur.* Eſt apud Le Blanc, pag. 139. n. 3. Conſer nummum ſuperius inſcriptum, COMPENDIO PALACIO.

Ibid. 10. In medio, monogramma, KARLVS. In ambitu, ODATAOIIIEX. Hoc eſt: *Octogeſimam Decuriones Auguſtoduni Tutatori Aurariumque Obtulerunt: Indixere Illico Inſtitores Edui Xdecimam.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté le quatrevintiéme denier & le Preſent en or au Conſervateur de la ville d'Autun: les Merciers de l'Autunois lui ont decerné ſur le champ le dixiéme denier.*)(. REVCVNSVT. Hoc eſt: *Reſtitutori Eduæ Viceſimam Cives, Viceſimam Negotiatores Solverunt Vrbis Tutatori.* Gallice: *Les Bourgeois ont payé le vintiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: & les Negocians le vintiéme au Conſervateur de la Ville.* Eſt apud Le Blanc, pag. 139. n. 5. Ex his autem nummis omnibus liquet aperte, omnes Caroli & Carli expeditiones & victorias finibus Eduorum undecumque tutandis conſtitiſſe: expeditiones in Saxonia, Hiſpania, aliisve locis, fabuloſas, & (ut vocant) Romanenſes eſſe.

Ibid. 11. In media area, METALLVM: ut in Ludovico non ſemel.)(. METVLLO; ut dictum jam eſt in Pipino. Eſt apud Le Blanc, pag. 88. n. 7. ubi Carolo tribuit, quem Magnum vocant.

Ibid. 12. In medio, monogramma, KARLVS. In ambitu, GRACIA DEI REX.)(. TORNODOR CASTEL. Apud Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos. Sententia hic iſta eſt; *Triceſimam Orbis Reſtitutori Negotiatores Obtulerunt: Decimam Orbis Reſtitutori Cives Auguſtodunenſes Solverunt: Tutatori Eduæ L quinquageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire: les Bourgeois d'Autun ont auſſi payé le dixiéme denier au Reſtaurateur de l'Empire; le cinquantiéme au Conſervateur de la ville d'Autun.* Hoc nummo decepti Gregorius Turonenſis, & alii, quos appellat Hadr. Valeſius in Notitia Galliæ, pag. 550. Tornodorenſem pagum nuncupavere, qui Tonetrenſis debuit appellari, *Tonnerre en Bourgogne.*

Ibid. 13. ATRASI CI. Hoc eſt; *Auguſtodunenſes Triceſimam Reſtitutori Auguſtoduni Solverunt: Inſtitores Centeſimam Indixerunt.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: les Merciers lui ont decerné le centiéme.* Eſt apud Le Blanc, pag. 134. inter ignotos Caroli Calvi nummos.

Ibid. BRVNDVNSVT: & in medio, monogramma Karli. *Benemerenti Reſtitutori Vrbis Negotiatores Detulere Viceſimam: Nonageſimam Solverunt Urbis Tutatori.* Gallice: *Les Negocians ont porté par reconnoiſſance le vintiéme denier au Reſtaurateur de leur ville: ils ont payé au Conſervateur de la ville le quatrevint-dixiéme denier.* Eſt ibidem inter ignotos Caroli Calvi nummos. Ex Brunduſio Italiæ civitate voluit opifex aliquid efficere, ut de Mediolano, Luca, Papia, & multis Galliæ civitatibus: non potuit, niſi BRVNDVNSVT ſcriberet.)(. OVDITVOIRS. Sententia hic iſta eſt: *Octogeſimam Vltro Decuriones Imperii Tutatori Viceſimamque Obtulere: Imperii Reſtitutori Sexageſimam.* Gallice: *Les Magiſtrats ont preſenté de leur plein gré le quatrevintiéme & le vintiéme denier au Conſervateur de l'Empire: au Reſtaurateur de l'Empire, le ſoixantiéme.*

CARLVS idem IMPERATOR.

MUlto pauciores nummi occurrunt, in quibus idem Carlus Imperator eſt appellatus. Hi nimirum:

Tab. XVI. 1. CARLVS IMP. AVG. *Imperator Auguſtus.*)(. In medio, litteris in crucem nexis, KARLVS. In ambitu, AVTISIDER CIVIS. Le Blanc, pag. 92. n. 9. Sententia eſt: *Auguſtodunenſes Viceſimam Tutatori Imperii Solverunt: Inſtitores Decimam Eduæ Reſtitutori: Carlo Invicto Sexageſimam.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le vintiéme denier au Conſervateur de l'Empire: les Merciers le dixiéme denier au Reſtaurateur de la ville d'Autun: le ſoixantiéme au Victorieux Invincible Charles.*

Ibid. 2. CARLVS IMPR. *Imperator*: ut in Ludovico Pio.)(. TOLOSA CIVI, in ambitu. Sententia eſt: *Triceſimam Orbis Liberatori Octogeſimamque Solverunt Auguſtodunenſes Carlo Invicto Victori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont payé le trentiéme denier & le quatrevintiéme au Liberateur de l'Empire, le Victorieux Invincible Charles.*

Tab. XVII. 3. CARLVS IMP. AVG.)(. BITVRICES CIVIT. Ibidem, n. 10. & in Muſeo noſtro. Interpretandum, ut in eodem Carlo rege ſuperius.

Ibid. 4. CARLVS IMP. AVG.)(. NEVERNIS CIVIT. Ibidem, n. 12. Interpretandum ut ſupra in Carlo rege, demptis duabus poſtremis litteris.

Ibid. 5. Litteris nexis in crucis formam, CARLVS. In circuitu, GRATIA DEI IMPERator.)(. TORNANDORT. *Tonnerre en Bourgogne*, inquit Le Blanc, pag. 92. n. 3. Prave: aliud enim Tornodorum, (quamquam nec ipſum eſt quod vocant *Tonnerre*:) aliud *Tornandort*. Hic primæ quoque ſunt totidem vocum litteræ, hac ſententia: *Triceſimam Orbis Reſtitutori Negotiatores Attulerunt: Nonageſimam Decimamque Orbis Romani Tutatori.* Gallice: *Les Negocians ont apporté au Reſtaurateur de l'Empire le trentiéme denier: le quatrevintiéme & le dixiéme au Conſervateur de l'Empire Romain.*

Ibid. 6. In medio, KARLVS: in circuitu, GRATIA DEI INT. *Imperator, Negotiatorum Tutator: le Protecteur des Negocians:* dum ſcilicet a finibus Eduorum hoſtes & prædones arcet.)(. SCI QVINTINNO. Le Blanc, pag. 92. n. 13. Ne S. Quintini nomen ſive ſuperius, ſive iſto loco, intelligatur, admonet hoc loco opifex, dum SCI QVINTINNO ſcribit

ſcribit. Eſt igitur iſthic hæc ſententia : *Servatori Carlo Invicto QVinquageſimam Inſtitores Nonageſimamque, Tutatori Imperii Negotiatores Nonageſimam Obtulerunt.* Gallice : *Les Merciers ont preſenté le cinquantiéme denier & le quatrevint-dixiéme à l'Invincible Charles leur Conſervateur: les Negocians le quatrevint-dixiéme au Conſervateur de l'Empire.*

Ex his Carli nummis, aliisque Caroli utriusque, fabula in primis refellitur, a Dudone primum, ut ſe voluit appellari, Decano S. Quintini conficta, homine prorſus ἀθέῳ, ut alibi oſtendimus, & fabuloſo ſcriptore, vt alii ante nos dixere veriſſime. Fabula, inquam, illa refellitur, qua donatam Rolloni Normannorum duci a Carolo ſimplice Britanniam comminiſcitur. Quo dicto improbus nihil aliud intellexit, ut mentiens verum diceret; quam a Chriſto Deo datam fuiſſe duci Judæorum Judæam.

Ditio certe Regum & Imperatorum, quos ſecundæ ſtirpis appellarunt, iis dumtaxat per ſe regionibus continebatur, quas *terras Imperii* in Galliis tunc appellabant; hoc eſt, Narbonenſi prima, ſecunda, & tertia; & Lugdunenſi prima, nec tota : quamquam & ipſa Narbonenſis ſuis jam parebat Comitibus, & quidem pluribus. Quantum ſint igitur Annales fabuloſi, qui circumferuntur, quosque homines otioſi deſcribunt, & oratione exornant vel amplificant, quis qui eos vel leviter percurrerit, & cum hac noſtra nummorum veterum interpretatione contulerit, non ſtatim intelligat, & obſtupeſcat? Quis in orbe judex vel unus municipalis, cui quidem mens integra ſit, talium teſtimonio ſcriptorum, quorum auctores alii ignoti incertique ſint, alii ficta habent nomina vel ſuppoſita, agrum vel jugeri unius alicui præ alio adſcribendum putet? Nullam in foro vel Curia aut Senatu fidem obtinent ejusmodi ſcripta hominum privatorum: Hæc tamen recentes ſive Critici ſive hiſtoriarum ſcriptores velut Apollinea oracula proferunt; quorum teſtimonio jura priſca Regum in provincias vel ſtatuunt vel imminuunt. O genus hominum Reipublicæ certe peſtiferum?

CARLI *ejusdem nummus adulterinus.*

Tab. XVII.

Dominus noſter Karlus Imperator Auguſtus, Rex Francorum & Longobardorum. Capite laureato, vultu imberbi: id quod Gretſero mirum videtur, tomo III. de Cruce, pag. 111. & 112. ubi hunc nummum argenteum profert. Sed recte negat Le Blanc, pag. 93. velle ſe eum probum agnoſcere, quamvis a Gretſero & Octaviano Strada profertur, cum nullum usquam ſimilem viderit. Deceptum putamus Gretſerum ab Octaviano Strada, quem norunt eruditi falſos conſueviſſe nummos deſcribere. Illis temporibus, & in illa Romani Imperii quamvis evanidi forma, nemo ſimul Imperator idem & Rex fuit: ſed ſupra reges & regium titulum fuit Imperator : quamobrem in nummis ſinceris nullus IMP. idem & REX eſt. Reges, inquam, in Imperio, hoc eſt, in provinciis Gallice tunc adhuc Romani Imperii formam vel umbram retinentibus, ſub Imperatoribus fuere, ut & Comites, & nunc ſunt ſub Rege Gubernatores Provinciarum, ſed utrique pariter ab Imperii Comitiis conſtituti. Deinde in nummo inſcripto XRISTIANA RELIGIO, ſcribi non debuit, D. N. *Dominus noſter*; cum Dominus eſſe Chriſtianæ religionis nemo certe poſſit. Hunc titulum, D. N. ſolæ civitates eæ ſcribunt, quæ colere præcipue jubentur Auguſtum. Denique tum fictum arbitramur regnum Longobardorum, quam eſſet Picardorum; quantumvis in multis monumentis, ac præſertim Diplomatibus, Carlus vel Carolus Rex Francorum dicatur, & Longobardorum. In his haud poſtrema cenſeri tria debent, quæ Mabillonius affert in libro De Re Diplomatica, pag. 507. & 512. Idem illis initium eſt, magnifica titulorum expoſitione : *Karolus Sereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum.* Simile eſt privilegium, quod eſt in Monum. Paderborn. pag. 327. Mabillonio, pag. 74. & Cointio, tomo 7. pag. 825. non uno nomine ſuſpectum, hoc titulo : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus Imperator Auguſtus, Romanum gubernans Imperium, qui & Rex Francorum & Longobardorum, nec non modo dominator & Saxonum.* Minus ſuperbum, ſed haud minus falſum exordium diplomatum aliorum ejusdem Caroli Magni, hac formula, quæ eſt in diplomate pro Eccleſia Aretina, apud Ughellum, tomo I. Italiæ ſacræ, pag. 460. *Karolus Dei gratia Rex Francorum, & Romanorum, & Longobardorum.* Longobardorum rex nullus fuit: Rex Romanorum dictus eſt nemo ante ſæculum XII. In nummis ne ſemel quidem aliter Carlus Carolusve inſcribitur, quam Rex Francorum, hoc eſt, civitatum, ut diximus, liberarum.

CARVLVS REX, CARLI F.

Tab. XVII.

D. N.

CARVLVS REX. .)(. FLAVIA LVCA. Eſt ex auro corrupto in Theſauro Regio, & apud Le Blanc, pag. 88. n. 10. in Carolo Magno. Nos impreſſam in cera effigiem nummi ſervamus. Verum ut Carlus a Carolo, ſic eſt ab utroque diverſus *Carulus*; quamvis ex eadem omnes Gallica gente, ſed varia nominis ejusdem inflexione voluere alii diſtingui ab aliis; quemadmodum nunc variis cognominibus a ditione aliqua petitis diſcriminantur ejusdem familiæ Principes. Unde autem Lucenſis civitas in Tuſcia ſit Flavia appellata, aut Caruli ſolius nomine nummos habeat inſcriptos, dici omnino non poteſt, nam Flavii nomen accepiſſe Longobardos reges, æque fabuloſum eſt, ac ſi di-

dicatur Princeps aliquis exterus Borbonium se nuncupare: præterquam quod inter fabulas regnum Longobardorum rejiciendum esse inferius ostendemus. Lusit igitur in his quoque nominibus Monetarius Augustodunensis: qui vidit ex totidem vocibus, quot hic litteræ sunt, hanc sententiam exsistere: vel (quod idem est) ex hac sententia Flaviæ Lucæ nomen: *Fabri Liberatori Augustoduni Vicesimam Indixere: Aurarium L quinquagesimamque Victori Carulo Augustodunenses.* Gallice: *Les Artisans ont decerné le vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun: les habitans de la ville d'Autun le Present en or, & le cinquantiéme denier au Victorieux Charlot.*

Anterioris paulo temporis videtur esse triens aureus, qui in Collectionibus m s s. D. de Peiresc, pag. 159. inscriptus legitur: D. N. DISIDERIVS REX. .)(. FLAVIA MEDIOLANO. Unde autem huic civitati Flaviæ nomen? & cur non *Flavio*, potius, quam *Flavia* σολοικῶς scribitur? aut cur in tertio sextove casu? Sententiam hanc scilicet occuluit sub litteris istis opifex: *Fabri Liberatori Augustoduni Vicesimam Attulerunt: Mercatores Edui Decimam Indixerunt: Orbis Liberatori Augustodunenses Nonagesimam Obtulerunt.* Gallice: *Les Artisans ont apporté le vintiéme denier au Liberateur de la ville d'Autun: Les Marchands de l'Autunois ont decerné le dixiéme denier: les habitans de la ville d'Autun ont presenté le quatrevint-dixiéme denier au Liberateur de l'Empire.* Non est Flaviæ cognomen cum Mediolano conjunctum in nummis Ludovici Imp. & Carli regis: cur in isto tantum, nisi quia ob allatam sententiam tunc facto opus id fuit?

Hactenus igitur appellavimus Principes, quorum ex nummis inspectis nomina tantum accepere falsarii; deinde iisdem multiplicatis longam contexuere seriem Regum ac Principum secundæ stirpis, ut vocant. Historiam enim conflare propositum eis fuit, annorum quadraginta fere supra ducentos, insignem multis ac præclaris rerum eventibus: cum plures reipsa Reges non fuerint illa ætate, quam hi decem:

PIPINVS Rex Francorum.

CARLEMANNVS, cum fratre, qui CAROLVS REX.

PIPINVS F.	LVDOVICVS	LOTHARIVS	CAROLVS F.	CARLEMANNVS
Rex: de patris nomine.	Rex, postea IMP.	REX, postea IMP.	de patris nomine, REX FR. postea IMP.	F. REX, cum fratre Imperatore. Nomen ei de patrui nomine.

CARLVS F. REX FR. postea IMP.

CARVLVS F. REX.

ROBERTVS REX.

POst Carlum Imperatorem & Carulum regem, stirpe ea (ut videtur) deficiente, desiere aliquandiu in prima Lugdunensi esse reges; donec constitutus est a Romanis Gallisque ibi degentibus, cum regis titulo Robertus: quem idcirco primo loco ponimus, quod in nummo suo monogramma nominis sui exhibeat Carli regis & Imperatoris monogrammati simile: nec talis formæ deinceps fere monogramma sui nominis exhibeant reges in nummis suis.

Tab. XVII. ROBERTVS GRACIA D-I (Dei) REX. .)(. AVRELIAN(IS)CI. Nihilo magis isthic civitas Aurelianensis est, quam in Carlo rege: sed est hic ista sententia: *AVgustodunenses Restitutori Eduæ L quinquagesimam Illico Attulerunt: Nonagesimam (Institores Solverunt) Conservatori Imperii.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont apporté sur le champ le cinquantiéme denier au Restaurateur de leur ville: les Merciers ont payé le quatrevint-dixiéme au Conservateur de l'Empire.* Nummum hunc Roberto Hugonis (ut aiunt) filio tribuit Le Blanc, pag. 156. n. 5. nos verisimilius priori, ob nummi fabricam, quæ vicina Carli regis tempora manifeste designat, ut diximus. Est Roberti nomen in Burgundionum Ducum gente frequens, post Odonis & Hugonis nomina tertium.

BOZO REX.

SEquitur Bozo. Nec tamen dictus ille est Rex Francorum, ob tenuitatem forte ditionis.

Tab. XVII. BOZO GRACIA DEI REX. .)(. VIENNA CIVIS. Apud Le Blanc, pag. 136. Jam supra monuimus, *Vienna civis*, solœcum esse, cum *civis* in nummis genus monetæ sit, non nomen significans incolas civitatis. Itaque ut in Ludovico & Carolo, sic isthic eæ sunt aliter interpretandæ litteræ: *Vicesimam Institores Eduæ, Negotiatores Nonagesimam Attulerunt, Centesimam Invicto Victori Solverunt.* Gallice: *Les Merciers de la ville d'Autun ont apporté le vintiéme denier, les Negocians le quatrevint-dixiéme; ils ont payé le centiéme au Victorieux Invincible.* Hoc nummo decepti falsarii veteres Bosonem fecere regem in primis tertiæ Narbonensis, & vicinarum provinciarum; ficto etiam ad ejus inaugurationem numeroso episcoporum concilio.

RODVLFVS REX.

Succeſſit in Lugdunenſi prima Rodulfus Rex; Burgundus quidem, ut nomen docet; ſed neque ipſe Francorum Rex appellatus. Teſtes qui ſequuntur nummi.

Tab. XVII. 1. RODVLFVS N CLIT. Rodulfus, non ut Le Blanc interpretatur, *Inclitus*: ſed, *Negotiatorum Conſervator, LIberator, Tutator.* Gallice: *Rodulfe Conſervateur, Liberateur, Protecteur des Negocians*: ut fere in nummo Carli regis aureo. In media area, REX. *Rodulfum Exaudi Xriſte.* .)(. SENONIS CIVITAS. Le Blanc, pag. 145. n. 4. Nihilo magis iſthic, quam in præcedentibus, Senonenſis civitas eſt cogitanda, cum ſolœcum ſit: ſed ſic iſtud eſt interpretandum: *Servatori Eduæ Nonageſimam Obtulerunt Negotiatores, Inſtitores Sexageſimam: Centeſimam Invicto VIctori Triceſimamque Auguſtodunenſes Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le quatrevint-dixiéme denier à leur Conſervateur, les Merciers le ſoixantiéme: les habitans de la ville d'Autun ont payé le centiéme & le trentiéme denier au Victorieux Invincible.*

Ibid. 2. RODFS REX. *Rodulfus Rex.* In medio rurſum R. *Rodulfus.* .)(. LINCNCVTS. Non, ut exiſtimat Le Blanc, pag. 146. tranſpoſitis litteris opificum incuria, *Inclitus*: ſed hæc ſententia primis ſingularum vocum litteris expreſſa: *LIberatori Negotiatores Contulere Nonageſimam: Centeſimam Vrbis Tutatori Solverunt.* Gallice: *Les Negocians ont porté le quatrevint-dixiéme denier à leur Liberateur: ils ont payé le centiéme denier au Conſervateur de leur ville.*

Ibid. 3. RODVLFVS. .)(. LVCVDVNVS. Sententia eſt hujusmodi: *LVgdunenſes Conſervatori Vrbis Detulere Viceſimam, Nonageſimam Victori Solverunt.* Gallice: *Les Lionnois ont preſenté le vintiéme denier au Conſervateur de leur ville: les peuples de la Province ont payé le quatrevint-dixiéme denier, & le ſoixantiéme, au Victorieux.* In medio S. *Secuſiani*, ut recte conjecit Le Blanc, apud quem hic nummus eſt ibidem, n. 5. Plinius, libro IV. ſect. XXXII. *Secuſiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.* Niſi eſſet hæc tituli ſententia, quam afferimus, non ſcriberent certe Lugdunenſes LVCVDVNVS, quod eſt ſolœcum & barbarum, ſed LVGDVNVM, ut ſuperius non ſemel vidimus, quamvis non ibi pro nomine civitatis.

Ibid. 4. Eſt in Collectionibus D. de Peireſc nummus inſcriptus, RODVLFVS +. .)(. TVRONVS quod eſt per ſe ſolœcum, ſi unica vox eſſe creditur: ſed ſubeſt his litteris iſta ſententia: *Triceſimam Vrbis Reſtitutori Obtulere Negotiatores, Victori Sexageſimam.* Gallice: *Les Negocians ont preſenté le trentiéme denier au Reſtaurateur de leur ville, le ſoixantiéme au Victorieux.*

Exſtare Mabillonius dicit, pag. 416. in archivo Cœnobii S. Vincentii Laudunenſis, diploma Rodulfi Regis, ſed ſine anni nota: falſario ſcilicet metuente, ne ex alio ſimili inſtrumento mendacii arguerētur:) addito monogrammate.



At nullum in nummis Rodulfi monogramma eſt. Incipit diploma ab his verbis: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Rodulfus divina ordinante providentia Rex Francorum*, &c. At neque Rex Francorum fuit, ut diximus: neque illa formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, recepta in uſum eſt ante ſæculum XIV.

ODO REX.

IN Burgundia regnavit Odo: quem nomen ipſum Odonis fuiſſe docet e primaria Burgundiæ gente, quæ poſtea Ducatum ibi obtinuit. Ejus ſunt nummi ſequentes.

Tab. XVII. 1. ODO GRATIA DEI REX..)(. ANDECAVIS CIVITAS. In Muſeo noſtro, & apud Le Blanc, pag. 145. n. 1. & 2. Sententia eſt, fere ut in Carlo rege: nam ibi CIVITS tantum ſcribitur, hic CIVITAS. *Auguſtodunenſes Negotiatores Detulere Eduæ Conſervatori Aurarium; Victori Invicto Sexageſimam: CIves VIceſimam Tutatori Auguſtoduni Solverunt.* Propterea ſcripſit hic quoque opifex ANDECAVIS, non ANDEGAVIS. Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont porté le preſent en or au Conſervateur de leur ville; le ſoixantiéme au Victorieux Invincible: les Bourgeois ont payé le vintiéme denier au Protecteur de la ville d'Autun.*

Ibid. 2. ODO REX, in monogrammate: in circuitu, MISERICORDIA DEI. .)(. BLESIANIS CASTRO. Ibidem, n. 3. ſcalptor ibi ſcripſit, BESIANIS, magno errore. Nummi effigiem habemus expreſſam in cera, ex Theſauro Regio. Interpretanda hæc inſcriptio eſt, ut fere in Carlo rege: *Benemerenti Liberatori Eduæ Sexageſimam Indixere Auguſtodunenſes Negotiatores: Imperii Servatori Centeſimam Aurariumque Solverunt: Triceſimam Reſtitutori Orbis.* Gallice: *Les Negocians de la ville d'Autun ont decerné le ſoixantiéme denier au Liberateur de leur Ville: ils ont payé le centiéme & le Preſent en or au Conſervateur de l'Empire: au Reſtaurateur de l'Empire, le trentiéme.*

Ibid. 3. ODO REX S FR. *Odo Rex Servator Francorum.* Gallice: *Eudes Roi Conſervateur des Francs.* Franci hic ſunt, ut diximus, apud quos ſervi nulli naſcuntur aut fiunt; ſed ſunt omnes conditionis liberæ. Sic ſolæ tunc erant in Galliis provinciæ, quæ Imperii dicebantur: ex quibus tamen ſola Burgundia, ſive Lugdunenſis prima vera, Odoni parebat. .)(. TOLVSA CIVI. Ut in Ludovico Imp. diximus, non ſcriberent Toloſates TOLVSA, nec TOLVSA CIVI, cum ſit ſolœcum: ſed hanc opifex voluit eſſe ſententiam, *Triceſimam Obtulere Liberatori Vrbis Suæ Auguſtodunenſes, Centeſimam Invicto Victori.* Gallice: *Les habitans de la ville d'Autun ont preſenté le trentiéme denier au Liberateur de leur ville; le centiéme au Victorieux Invincible.* In medio, prima Odonis littera quater poſita, quemadmodum in nummis aureis ſub Ludovico Magno percuſſis, quater eſt prima nominis littera, ✠. Eſt hic Odonis nummus argenteus in Muſeo noſtro. Non habuit quidquam Odo extra Burgundiam, ac ne Pariſiis quidem: falſo proinde (præter alia plurima) ejus præcepto pro cœnobio S. Germani apud Autiſiodorum, quod deſcripſit ex chartario ejusdem loci Mabillonius, pag. 556. tit. CXX. ſubſcribitur, *Actum*

Atum Pariſius civitate. Citra Burgundiam liberæ civitates ſuis vixere moribus: quædam ſuos ſibi præfecere Comites, aliove nomine Judices: donec apud Aurelianos primum ſub Philippo I. deinde & Pariſiis Regis nomen eſt inſtitutum, exiguis iſtis tunc regionibus regno circumſcripto. Tunc paulatim & provinciæ coaluerunt ex conſociatis civitatibus, & ſibi nomina impoſuere, Comites ſibi ſimul Duceſve præfecere. Id vero cum lateret ſcriptoribus rerum Francicarum ſæculo decimo quarto in perniciem Religionis ſacroſanctæ natis, finxere illi, ut diximus, ſub Carolo ſimplice, ut appellarunt, omnes provinciarum Præfectos, Urbiumque paulo inſigniorum Comites, regiæ poteſtatis jugum veluti conſpirante conſenſu excuſſiſſe; quod eſt plane commentitium & incredibile.

Tab. XVII. 4. Eſt apud Le Blanc, pag. 145. nummus poſtremus, cujus in area Rox ſcribitur. Hunc ille Roberti regis eſſe credidit, magno errore. Eſt enim ibi Rox pro *Reſpice Odonem Xriſte:* ut ſupra in Rodulfi nummo REX eſt pro *Rodulfum Exaudi Xriſte.* Et gemina præterea littera O quadrata pingitur, ſupra infraque, pro *Odo.* .)(. BITVRICES CIVITA. Ut in Lothario & Carlo rege, ſic neque iſthic BITVRICES *Bituriges* ſunt, qui Gallis *Bourges* & *Berruyers*: ſed ſub his litteris latet hæc ſententia: *Benemerenti Inſtitores Tutatori Viceſimam; Reſtitutori Imperii Centeſimam Edui Solverunt. Centeſimam Invicto Victori, Imperii Tutatori, Auguſtodunenſes.* Gallice: *Les Merciers ont payé par reconnoiſſance le trentiéme denier à leur Protecteur: les peuples de l'Autunois le centiéme au Reſtaurateur de l'Empire: les habitans de la ville d'Autun au Victorieux Invincible leur Conſervateur, le centiéme.*

Ergo quantum conjicere licet ex ſola contemplatione nummorum, aliquanto poſt Caroli ſtirpem intervallo, fuere hi reges quatuor, æræ Chriſtianæ ſæculo decimo, ſed in Burgundia & ſola: Robertus, Bozo, Rodulfus, Odo. Et illi quidem nobis videntur ſæculum Chriſti decimum fere clauſiſſe; undecimum autem aperuiſſe Hugo, de quo poſtea dicturi ſumus. Nummi vero hactenus recenſiti in ſecunda ætate, numero ſunt 253.

DE PICTURA LATERANENSI,

quæ Carolum M. exhibere creditur.

ALemannus in Parietinis Lateranenſibus, initio quidem operis, Tab. III. arcum muſivi operis exhibet integrum, & poſt eum tam Ciampinus, tomo 2. Veterum Monum. pag. 128. quam Papebrochius, tomo 2. Junii, die 22. pag. 581. 582. At idem Alemannus, pag. 70. eamdem picturam repræſentat ex parte tantum ſiniſtra; & poſt eum D. Le Blanc, in Diſſertatione Hiſtorica de quibusdam nummis Caroli Magni, pag. 36. Hæc pars ſiniſtra prius a nobis exponenda eſt, quoniam ad Carolum M. creditur pertinere, ſed magno errore. Exhibetur illa ſeorſum a Papebrochio, pag. 582. Creditur S. Petrus ſedens dare dextra manu claves Leoni Papæ, ſiniſtra vexillum Carolo M. Regi: quoniam ſuperne ſcriptum eſt, SCS PETRVS: ſupra caput & a latere Pontificis, SCISSIMVS D. N. LEO PP. ſupra caput autem Regis ſcriptum eſt, D.N. CARVLO REGI.

At picturam eſſe vetuſtam quidem exiſtimamus, ſæculi nempe duodecimi: verum ſæculo XIV. jam ſeneſcente, cum citiſſime, adjecta ea ſunt nomina, quæ ſuperſcripta leguntur, ab homine vel imperito & mendace, vel quem ficti jam annales in errorem induxerint. Qui ibi dicitur SCS PETRVS, datque genuflectenti Duci vexillum, cujus in apice eſt cuſpis, Petrus quidem eſt. Nam & pallium Pontificale geſtat; & claves tres genibus ipſius impoſitæ, vel quaſi repoſitæ in ſinu, Divum Petrum denotant, cui dictum eſt ter a Domino, Paſce: ut & nimbus lucidus, qui circum caput ipſius pictus cernitur.

At is qui ſcribitur, SCISSIMVS D.N. LEO PP. non eſt LEO III. quippe cum nec illius ævo, ac ne quidem LEONIS IX. mos fuerit appellari *Dominum* ſummum Pontificem, ſed *Domnum Apoſtolicum.* In nummis eſt PAPA duntaxat. Nec pallium denique, quod ei datur, inſigne ſummi Pontificatus proprium eſt, ſed archiepiſcopis commune. Eſt igitur hic non Leo Papa; ſed archiepiſcopus, qui a ſancto Petro pallium accipit reverenter; quemadmodum e regione ab eodem accipit Dux belli vexillum; ut tamquam miles Eccleſiæ ditionem ejus recipiat a Saracenis.

Nam quæ illius capiti, qui vexillum accipit, legitur ſuperſcriptio, ea recens & inepta eſt: nempe D. N. CARVLO REGI. Cur enimvero non eſt in recto caſu CARLVS, ut LEO? aut viciſſim, cur non LEONI ſcriptum eſt, ut CARVLO? Nam ſuum utrique dat inſigne, qui ſedet: alteri pallium archiepiſcopale dextra, alteri ſiniſtra vexillum. Neſciebat deinde pictor imperitus, alium eſſe in nummis antiquis Karlum regem, cujus unicus nummus exſtat; alios ab iſto diverſos, quorum plurimi in Cimeliis nummi exſtant, tum Carolum, tum Carlum, reges Francorum, eoſdemque poſtea Imperatores.

Nummum quidem affert Alemannus, pag. 135. + KARVLVS REX R. .)(. METVLO. Sed fallit, aut fallitur. Nummum ipſum ex argento habemus, & pinxere alii, in quo ſcriptum eſt; CARLVS REX FR. .)(. METVLLO. Nec Rex Romanorum eo ævo ullus fuit. In acroſtichide, quæ dicitur eſſe epiſtola Hadriani Papæ ad Carolum Magnum regem, & in antiquis exemplaribus ejus Codici Canonum præfigitur, legitur ſimiliter, DOMINO ECCEL, FILIO, CARVLO MAGNO REGI HADRIANVS PAPA. Sed fetus is eſt ſæculi cum citiſſime decimi quarti.

Denique illa tabella manifeſte ſignificat, uno eodemque tempore pallium uni, quo vexillum alteri, datum fuiſſe: id quod de Leone tertio & Carolo Magno, præſertim cum Rex tantum hic eſſet, dici non poteſt. Nec Carolus Magnus is fuit, quem feciſſe regem vel exercitus ducem, aut Divus Petrus, aut ſummus Pontifex dici vere poſſit. Princeps vir ille quidem, qui vexillum hic accipit, pileo tegitur tantum, qui Comitem vel Ducem denotet; non corona, quæ Regem, vel diademate cum gemmis. Non eſt ergo Carolus Rex; ſed (ut quidem conjicimus) Rogerius I. Comes, qui pater Rogerii II. Siciliæ regis primi. Is bello præficitur a B. Petro, hoc eſt, a ſummo Pontifice Petri ſucceſſore, ut pulſis Saracenis Archiepiſcopum Panormi conſtituat.

Huic picturæ ſubjecta veluti baſis eſt, in qua

ſcripſit aliquis imperitus & mendax, cum affectatione putida vetuſtatis ac barbariei, ut apud Ciampinum legitur:



Illa penicillo ducta linea ſuper litteram A, ut idem valeat ac ſyllaba AM, recentioris eſt ævi. Affectata rurſum barbaries eſt in voce BICTORIA pro *Victoria*: quod eſt ab ore Romano prorſus abhorrens; ac ne ſemel quidem occurrit in nummis antiquis, qui ſunt cum Victoriæ nomine innumeri.

Denique non eſt Catholica conſuetudo, ut ſanctos ſic oremus, Beate Petre, dona vitam; vel, dona victoriam: nam Domini eſt ſalus & victoria. Sed, Sancte Petre, ora pro nobis, ut Deus vitam det & victoriam.

Addita eſt apud Ciampinum in veſte ſedentis S. Petri, ad crus dextrum, littera majuſcula L: ad ſiniſtram vero ternarii numeri Arabica nota 3. ne quis dubitaret, quin Leo tertius hic eſſet depictus. Sed quis ignorat, non ante ſæculum XIII. deſinens, aut iniens XIV. in uſu fuiſſe has cifras Arabicas apud Europæos?

E regione hujus tabellæ, tabella eſt ſimilis altera, in dextro latere Arcus ſive Triclinii illius, ut vocant. Hanc ſeparatim exhibet Papebrochius, loco citato, pag. 581. Sedet in ſede ſublimi Chriſtus Dominus, ut Crux retro depicta demonſtrat: dextra tenet claves, quas ſancto Leoni Papæ IX. genu flectenti tradit. Sanctum enim indicat nimbus lucidus capiti circumductus: & idem in nummo argenteo ſæculi XIV. quem habemus, S. LEO ſcribitur. Chriſtus ſiniſtra vexillum, cujus in apice crux eſt, tradit Duci genuflectenti, cui corona Ducalis in capite eſt. Significat hæc tabella, Chriſtum Dominum ratam habuiſſe Conſtitutionem S. Leonis Papæ IX. qua poteſtate Ducem Apuliæ Robertum Guiſcardum inſtituit, contra hoſtes Crucis Chriſti. Nomen Pontificis, inquit Alemannus, deſideratur. Non inveniebat ſcilicet is, qui nomina ſcripſit in tabella adverſa, ſive ſiniſtra, cur hic aliud, aut cur idem Pontificis nomen apponeret. Id vero argumento eſt; recentem illam falſamque ſcripturam eſſe, quæ in latere ſiniſtro eſt. In dextro tantummodo capiti principis ſuperſcripſit imperitus & mendax aliquis, R. COSTANTINVS: quod eſt inepte ſcriptum, ad ſimulandam vetuſtatem, pro *Conſtantinus*; præterquam quod ineptiſſime dicitur REX CONSTANTINVS: neque enim Imperatores Romani fuere Reges.

Huic dextræ picturæ ſubeſt, æque ut alteri, perſimilis omnino baſis, ſed ea adhuc vacua ſine ulla inſcriptione hoc modo:



quoniam non invenit prioris fraudis artifex, quid in iſta ſimiliter ſcriberet, aut non eſt auſus, aut ei fortaſſis non licuit. Affectata demum etiam in abſide hujus Arcus Leoniani, ut vocant, (& recte fortaſſis, ſi ob Leonem IX. cujus ibi effigies eſt:) barbaries eſt manifeſta, a qua vehementer os Romanum abhorret: ut cum BONE BOLVNTATIS, pro *bonæ voluntatis*; & VAPTIZANTES, pro *baptizantes*, & VOVISCVM, pro *vobiſcum*, ibi legitur: quæ ſunt indicia totidem hominis mendacis, qui fallere legentes voluerit exiſtimatione vetuſtatis.

Si nummis antiquis, ac proinde ſi ſolis vetuſtatis veris teſtibus creditur, non magis ullus ex Carolis hujus ætatis Romam, quam ego, vidit: quamvis centum Chronica, Diplomata mille, Annaleſve plurimi, iter illud, & geminum quidem, & Romæ geſta ab eo, Capuæ, Beneventi, & alibi, deſcribant vel commemorent.

De nomine & rebus geſtis CAROLI MAGNI.

QUid quod ipſum Caroli Magni cognomen vix agnitum fuiſſe arbitramur ante ſcriptos annales a fabulatoribus ſæculo XIV. fere medio? Nam Petrum Sabaudiæ Comitem, qui obiit anno 1268. dictum fuiſſe *le Petit Charlemagne*, ex Chronica tantum hiſtoria, ſed fabulis referta, ſcitur; quam ſciptam eſſe aiunt anno 1391.

Fabuloſorum annalium conditores, cum nummos veteres tantummodo haberent præteritorum temporum teſtes; & in his Carolos duos invenirent, & Carlum, & Carulum; Carolum illum, qui vetuſtior viſus eſt, Magnum cognominavere; non alia certe ex cauſa, quam qua quoslibet alios viros inſignes, qui primi fuere ſui nominis; nec alios fere, præter iſtos, Magnos appellarunt. Sic enim cognominavere Herodem Magnum, Conſtantinum Magnum, Valentinianum Magnum, Theodoſium Magnum, Juſtinianum Magnum: in Gallia, Clodoveum Magnum, Clotarium Magnum, Ludovicum Magnum, qui vulgo Pius, & Hugonem Magnum: in Germania, Ottonem Magnum: in Anglia, Guillelmum Magnum, id eſt, Conqueſtorem: (ſic enim refert Ordericus Vitalis, pag. 603. ſed falſus teſtis:) inter ſummos Pontifices, Leonem Magnum, Gregorium Magnum, Honorium Magnum; & ceteros. Et Carolum tamen illum, quem Magnum fecere, nummi ipſius nomine inſcripti docent, ut vidimus, extra Lugdunenſem primam provinciam omnino non regnaſſe.

Si exſtitere σύγχρονοι, ut creduntur, ſive æquales illius, ſcriptores rerum geſtarum Caroli Magni, Eginhardus, Monachus Engolismenſis, alius Auctor incertus, Monachus San-Gallenſis, Poëta Saxonicus, Annalium multi ſcriptores, nomen ſuum prodere minime auſi, qui continentur tomo 2. ſcriptorum Hiſtoriæ Francorum; quomodo potuit poſt annos ferme trecentos is qui Gotfridus Viterbienſis dici voluit, in Chronico, parte XVII. peregrinationem Caroli Hieroſolymitanam per Conſtantinopolim, & in reditu per Siciliam, Calabriam, Apuliamque deſcribere, ſub finem ſæculi duodecimi; cujus peregrinationis nulla mentio apud illos exſtat? Quomodo potuit Innocentius III. libro IV. Myſteriorum Evangelicæ legis, cap. XXIX. eam pro vera & comperta habere, ſub finem ſæculi ejuſdem duodecimi? Quomodo potuit, qui obiiſſe creditur anno 1321. & illud

lud iter expeditionem appellare Hieroſolymitanam, & *recuparatam* dicere a Carolo jam Imperatore Terram ſanctam Marinus Sanutus, libro III. parte III. cap. VI. & VII? Sed ut non ſunt mendaces inter ſe ſemper conſentientes, videtur iſte reditum Caroli deſcripſiſſe per Conſtantinopolim & Germaniam, cap. VII. Ut ut eſt, quomodo potuit illud iter fingi a tot & talibus viris, ſi præceſſerunt tot ſcriptores rerum geſtarum a Carolo Magno, qui nullum de eo itinere verbum fecerunt? Quis non veriſimillimum deinde putet eſſe, poſterius ſcripſiſſe eos, qui priores exiſtimantur; & expeditionem Hieroſolymitanam, quoniam incredibilis videretur, haud minore fabulositate in Saxonicam commutaſſe? Sunt ergo ſcripta illa ſæculi, ut citiſſime, decimi quarti? hoc eſt, poſt Sanutum, qui deceſſiſſe creditur, ut diximus, anno 1321. Scripta ſunt illa, inquam, monumenta poſterius, æque atque illa Adnotatio Moſis Maïemonidæ, quam is in calce Pentateuchi Hebraïci adjecit, quamque deſcribit Bartoloccius, tomo 2. pag. 800. captam fuiſſe a Carolo Magno, ירד המלך קרלוס Hieroſolymam.

* Carolum Magnum fuiſſe unctum regem coronatumque Novioduni, *Noyon*, Noviodunenſes prædicant. Vide librum inſcriptum, *Hiſtoire de l'Egliſe de Noyon*, tomo 2. pag. 601. At primum e regibus Chriſtianis Philippum I. Regem Francorum ſacro perunctum chriſmate fuiſſe, nummi ipſius haud obſcure docent, ut ſuo loco dicemus Nec magis ungi reges, vel Imperatores, quos Senatus Populusque Romanus, aut prima Lugdunenſis provincia crearet, ut diximus, mos prius fuit, quam nunc unguntur Duces Exercituum, aut Provinciarum Gubernatores a Rege conſtituti.

* Fabula de Carolo Martello, & nepote ejus Carolo Magno, certe conficta eſt poſt coronationem Caroli Martelli regis Hungariæ, qui filius fuit Caroli regis Siciliæ, cognomento Magni, fratris S. Ludovici regis. Inde ſunt accepta ea cognomina, & in ſæculum octavum tranſlata: ac proinde ficta utraque illa fabula poſt annum 1290. quo Martellus coronatus Hungariæ rex fuit.

Avum ex nepote fabulatores finxere, ex avo nepotem. Andoque, in hiſtoria Gallica Languedocii, libro VIII. pag. 217. *Il eſt malaiſé de démeſler l'hiſtoire d'avec la fable. Ce nom de Charles fils de Pepin a eſté ſi grand, qu'on a compoſé de lui quantité de Romans, qui embroüillent ſa vie. Dans les archives meſmes de quelques Abbayies de la Province, on trouve des manuſcrits, qui le font à ſon retour d'Eſpagne entrer dans le Languedoc avec ſon armée. . . . Le ſiege de Narbonne y eſt décrit au long* &c. Tot agnoſcit eſſe confictas de Carolo fabulas, ut VIX a falſis vera ſecerni, ſi qua ſint, poſſint.

Ex hiſtoria Anglicana Matthæi Pariſii ſcriptoris mendaciſſimi, anno 1246. pag. 628. tranſiit in Theſaurum Regiarum Chartarum ſcriptum infanum in quo dicitur, *ſub Carolo Magno & aliis regnum Franciæ ad fidem Catholicam eſſe converſum.* Quem locum deſcribens Abbas Fleury, tomo 17. pag. 355. inſcitiam culpat illius, qui hoc ſcriptum condidit: qui quod de Saxonibus aliisque Germanis eſt alibi proditum, ad Francos tranſtulerit. *On voit ici l'ignorance de celui qui compoſa cet Acte, d'attribuer à Charlemagne l'établiſſement du Chriſtianiſme en France, & y appliquer les guerres qu'il fit contre les Saxons, & les autres infidelles de Germanie.* At æque fabuloſa Saxonica ipſa expeditio eſt, quam Francorum per Carolum Magnum ad Chriſti fidem converſio eſt; cum ficta haud dubie iſta ſit ob nummos alterius Caroli inſcriptos, XPISTIANA RELIGIO: Saxonica vero expeditio nonniſi mendacis alicujus ſcriptoris teſtimonio nitatur, nummis reclamantibus, qui ſunt omnes Auguſtoduni percuſſi in prima Lugdunenſi, abſque ulla Saxonicæ expeditionis mentione.

Charta diviſionis Caroli Magni, inquit Heineccius, de ſigillis, pag. 106. *inter Carolum, Pipinum, & Ludovicum filios, quæ in Capitularibus Francorum exſtat, tomo 1. pag. 439. viris doctiſſimis ſuſpecta videtur, quidquid ad fidem illi adſtruendam afferat Stephanus Baluzius*, tomo 2. pag. pag. 1068. In ea Ludovico Pio tradit Carolus, præter ceteras provincias, *Aquitaniam totam, & Vaſconiam, excepto agro Turonico.* At in Aquitania tota & Vasconia nihil juris habuit aut poteſtatis, ut diximus; nec ſi haberet, dicere potuit, *excepto agro Turonico*; quippe qui in Aquitanica certe non eſt. Edidit eam Chartam diviſionis etiam Du-Cheſnius, tomo 2. pag 88. quæ *Karolo Magno adſcribitur*, inquit, *non certa fide.*

De obitu, tumulo. & cultu Caroli Magni.

INſcriptum fuiſſe refert Eginhardus Caroli Magni tumulo hoc epitaphium; *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Karoli Magni atque orthodoxi Imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos* XLVII. *feliciter rexit. Deceſſit ſeptuagenarius, anno ab incarnatione Domini* DCCCXIV. *Indictione* VII. V. *Kalend. Februarias.* At idem Eginhartus paucis antea verſibus obiiſſe Carolum ait anno vitæ ſeptuageſimo ſecundo; & idem rurſum in Annalibus, anno ſeptuageſimo primo. Et deinde credimus fuiſſe Eginhardum Caroli æqualem, cui ætas Caroli tam eſt incerta? Jam ſæpicule diximus, Carolum Aquiſgranum numquam vidiſſe, cum extra primam Lugdunenſem non regnarit. Neque ibi igitur vere diem clauſit extremum.

Monachus Engoliſmenſis in vita Karoli Magni: *Sepultus eſt Aquis*, inquit, *in baſilica ſanctæ Dei genitricis. . . . Corpus ejus aromatizatum eſt, & in* SE-DE AVREA *poſitum eſt. . . .* ENSE AVREO *accinctus, Evangelium* AVREA CATENA *ad diadema. . . . Et repleverunt ſepulcrum ejus . . . theſauris multis* IN AVRO. . . *ſuper veſtimentis Imperialibus* PERA PEREGRINALIS AVREA *poſita eſt, quam Romam portare ſolitus erat:* SCEPTRVM AVREVM & SCVTVM AVREVM, *quod Leo Papa conſecraverat, ante eum poſita ſunt dependentia.* Mentitur ſplendide monachus; & Encoliſmæ, ſi vere ibi fuit, fingit quod vult de Aquiſgrano. Proh! quantum ibi pondus auri fuit, dum in tota Gallia nulla eſſet moneta aurea! A Pipino certe uſque ad tempora Divi Ludovici, hoc eſt, per annos circiter quingentos, Regum Francorum perraro nummus occurrit aureus. Unicum adhuc Caroli prioris vidimus, Carli unicum, unum Caruli, unicum Ludovici Pii.

Eginhartus ſimiliter falſo dicit *ſupellectilem Caroli* AVRO *atque* ARGENTO *conſtitiſſe*, AVREAM VNAM MENSAM *præcipuæ magnitudinis & ponderis*

in primis commemorat. Verum de tota ſupellectile, quam finxit Monachus Engoliſmenſis, nihil dicit. Certabant inter ſe plures, qui fabulam de Carolo Magno ſpecioſiorem exhiberet, ut Carolo V. Regi Francorum, opinor, adularentur, qui primus eo nomine in tertia ætate fuit, & regnare cœpit anno 1364. Fauſti ominis nomen illud eſſe in Rege Francorum, ſic Principi ſuadebant.

Litteris a Friderico I. Imp. datis, die 29. Decembris, anni 1164. ex humo elatus dicitur Aquiſgrani Carolus; anno autem ſequente, die 27. Julii, ac fidelium venerationi fertur expoſitus, a Paſchale III. Antipapa in ſanctorum numerum relatus, ut volunt. ON PRE'TEND *qu'il fut alors canoniſé par Paſcal Antipape*, inquit Moreri, pag. 207. *qui tenoit le parti de Federic contre Alexandre* III. Fingi ſic certe oportuit; quoniam intelligeret mendacii artifex, ſi a legitimo Pontifice Sanctorum numero adſcriptus Carolus eſſet, eum veriſimiliter in Kalendario Romanæ Eccleſiæ locum fuiſſe habiturum, quem nondum invenit. Diploma Friderici I. de elevatione & canonizatione ipſius exſtat apud Bollandum, die 28. Januar. pag. 888. Hiſpanos dicit a Carolo Magno converſos fuiſſe ad fidem Catholicam, ut & Saxones, aliosque. Major Apoſtolis ille certe, ſi Francos, Hispanos, & Saxones, coëgit Chriſto nomen dare.

At o ingratam Romanam Eccleſiam in Carolum Magnum; quem ipſa ab illo multis provinciis ac ditionibus aucta, donis ac beneficiis cumulata, in ſanctorum numerum non retulerit, in Breviarium ſuum non inſeruerit, ac neque in ipſum quidem Martyrologium! Fingi, credo, cauſam aliquam tanti neglectus oportuit; anteoccupatum illud nimirum negotium fuiſſe ab Antipapa, ut diximus; cujus Acta reſcindere veri Pontifices ſolent & improbare. Sed cur dilata prior illa conſecratio eſt usque ad annos fere 360. poſt Caroli obitum? O Romam, inquam iterum, ingratam! ſcilicet ſi ſcriptis mendacibus credimus. Verum reipſa accepere ſummi Pontifices poteſtatem eam temporalem, qua nunc potiuntur, ab anno Chriſti circiter milleſimo, non a Carolo aliquo, ſed a Senatu Populoque Romano; qui ſua jura omnia irrevocabiliter tanſtulit in ſummos Pontifices: unde hi etiamnum Imperatorem inſtituunt, non Germaniæ quidem, ſed Romanorum. Quis credat Carolum tot provinciis, urbibus, redditibus, exuiſſe ſe & Imperium, Regnumve Francorum, ut Eccleſiam Romanam locupletaret, qui nihil Eccleſiæ Pariſienſi contulerit? Neque enim hæc illum inter ſuos benefactores enumerat. Pro nullo Carolo rege defuncto ante Carolum Pulcrum fit res divina in ea Eccleſia. Hujus mentio ibi in Necrologio eſt die 1. Februarii, his verbis: *Eodem die obiit Carolus Pulcher, Franciæ & Navarræ Rex.* Quam diſſimiles illorum temporum Principibus ii fuere, qui ſæculo XIV. vixere, iique ſunt, qui nunc vivunt; qui ſummo ipſi Pontifici, quæ jure antiquo & optimo poſſidet, ſi quis appareat occupandi color, ſtatim invadunt? Quod aliqui dixere in Necrologio ibi ſcriptum eſſe, *Pro Carolo Imperatore*; falſum eſt.

Feſtum Caroli Magni in multis Galliæ, Germaniæ, & Belgii Breviariis celebratur; ſed non ex ante ſæculum decimum quartum, vel quintumdecimum. In Breviario Pariſienſi, aut Miſſali, numquam fuit. In Academia Pariſienſi cœpit (ut aiunt) anno 1166. velut patronus haberi a natione, quæ olim Anglica, poſtea dicta eſt Germanica: & ab eadem feſtum ipſius celebratum eſt, ſed nonniſi poſt annum 1480. cum edictum tuliſſet ea de re Ludovicus XI. anno 1475. Neque enim prius auſa fuerat Carolum publice invocare. Natio Anglica dici cœpta non eſt Germanica Pariſiis, niſi poſt Anglos regno pulſos; nec appellata eſt Anglica, niſi cum Angli ſunt ibi rerum potiti, anno 1420. Cur autem ab Anglica natione potiùs ibi, quam a Gallica, coli cœptus eſt? Cur Gallica ſi Guillelmum Bituricenſem Archiepiſcopum prætulit? Anno denique 1710. D. de la Berchere, Archiepiſcopus Narbonenſis, in Eccleſia ſua juſſit officium recitari de S. Carolo Magno; quod ibi fuerat prius inauditum; & reclamantibus ceteris provinciæ ſuæ epiſcopis.

At in Eccleſia Metenſi, die 28. Januarii dicitur pro eo Miſſa quæ eſt pro defunctis, colore nigro: quod & factum ibi eſt adhuc hoc anno 1718. At non certe ex ante ſæculum XV. quo ſunt confictæ Chartæ donationum ejuſdem Caroli nomine Eccleſiæ Metenſi, deſcriptæ vel commemoratæ a D. Meuriſſe, in hiſtoria Epiſcoporum Metenſium, pag. 179. datæ Cariſiaci, anno 776. & Theodonis villæ, anno 783. hoc initio: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum.* Quibus in omnibus quot ſint mendacia, intelligentes viri ex antedictis ſtatim agnoſcent.

In Eccleſia Noviomenſi, *Noyon*, obitus Caroli Magni celebratur die 16. Septembris: & in Necrologio ibi ſcribitur: *Pro anniverſario ſuo. Et debent duo Canonici tenere Chorum ad Miſſam in cappis ſericis: & debet fieri commendatio pro defunctis eodem die.* Teſtis quidem eſt D. Le Vaſſeur, Decanus & Canonicus Noviomenſis, *Hiſt. de Noyon.* pag. 604. & 605. ſed magno errore Cleri illius; cui nunc latet, quod deceſſoribus certe non latuit; Carolum iſtum, pro quo res divina ibi fit eo die, non cum eſſe, quem Carolum Magnum appellamus; ſed Carolum V. ſive Sapientem, Francorum Regem, qui die illo ipſo 16. Septembris obiit, anno 1380. Hic ille eſt, quem plerique poſt obitum Magni cognomine donarunt; nec immerito: quippe qui & bellica virtute & ſapientia, & (quod præcipuum eſt) ſanctitate vitæ vere Magnus eſſet. Picta cernitur in eadem Eccleſia imago Caroli M. geſtantis dextra Eccleſiam cum turribus, orbem ſiniſtra. Sed eſt ea pictura ſæculi XV. nato jam errore in ea civitate, Carolum, pro quo preces funderent, ob dona plurima ei Eccleſiæ ab eo donata, Carolum Magnum eſſe: & cum nondum quidquam audiſſent Noviomenſes, ſicut nec Metenſes, de canonizatione facta (ut volunt) ab Antipapa. Turres quoque ad Eccleſiarum fores nullæ fuere ante ſæculum XIII. Itaque eo quoque indicio recens illa pictura eſt.

Apud Rymer, tomo I. pag. 622. & 623. ad annum 1257. exſtat *Littera Ricardi Regis Romanorum; de ſucceſſione & ſolemni coronatione ſua*, IN SEDE MAGNI CAROLI, *data Aquiſgrani.* At hanc eſſe fictam & ſuppoſititiam, ſtilus ipſe regia majeſtate indignus, legentibus ſtatim palam facit.

Si fuit aliquando Aquiſgrani Carolus Magnus, aut Ludovicus Pius; ſi condidit Carolus Aquiſgranum, ut ferunt Annales; & Eccleſiam, ſive baſilicam, ut loquitur Eginhardus; ſive Capellam ſimul ibi magnifico opere ſuis impenſis exſtruxit, ex qua nomen urbi, *Aix la Chapelle*: ſi proterea eſt ibi ſepultus; cur cum tot civitates (ut creditur) Karli vel Karoli honori nummos cuderint quamplurimos, nullus Aquiſgrani inſcriptus legitur? O ingratam certe immemoremque inſignium erga ſe Caroli meritorum Aquiſgranenſem illa ætate civitatem & Eccleſiam! *Templum Eduæ Munificentiſſime Poſuit Votum Solvens Carlus Rex*: id Auguſtodunenſes in numismate a ſe cuſo prædicant: Aquiſgranenſes ſilent.

In manuſcripto codice 8356. Bibliothecæ Regiæ, ita legitur, uti edidit D. Abbas de Choiſy, in hiſtoria Caroli V. Regis Francorum: *L'Inventoire general du Roi Charles le Quint, fait le 21. jour de Janvier, l'an* 1379. (*hoc eſt*, 1380.) *Pag.* 8. *La coupe de* CHARLEMAGNE *enrichie de ſaphirs, peſant cinq marcs cinq onces & demie d'or.* Pag. 7. *Item une image d'or de N. Seigneur Jeſus-Chriſt, qui eſt accompagnée de S. Denys, de* S. CHARLES, *de S. Loüis Roi de France, & de S. Loüis de Marſeille.*

ſeille. Pag. 11. *La coupe de S. Loüis . . . d'or. La coupe du Roi Dagobert. . . . d'or.* Manuſcriptus odex ille non eſt inſtrumentum primigenium & authenticum; ſed opus alicujus mendacis ex improba factione; qui & Dagobertum credi voluit & Carolum Magnum toti Galliæ imperaſſe, eisque ſucceſſiſſe Carolum Sapientem.

Origo & ſeries
REGUM FRANCORUM
in tertia ſtirpe,
ſecundum hiſtoricos ſcriptores.

Robertus Fortis, Marchio, Dux creatus anno 861.

Odo rex. — Robertus rex.

Hugo Magnus, Comes Pariſienſis.

Hugo Capetus, Rex ab anno 987. die 3. Julii. Obiit anno 996. — Otho, Dux Burgundiæ: ex fragmento hiſtoriæ Franciæ, tomo IV. pag. 343.

Robertus Rex, in conſortium regni adſcitus a patre, die 1. Januarii, anno 988. — Sorores tres.

Hugo, coronatus a patre, anno 1017. vel 1019. Obiit anno 1026.

Henricus I. Rex coronatus a patre, anno 1027. Obiit an. 1060. Pater, ut vulgo creditur, Philippi I. de quo poſtea dicetur.

Robertus Dux Burgundiæ: ſecundum quoſdam major natu quam Henricus.

Odo.

Sorores duæ.

Henricus

Henricus rex Luſitaniæ.

Robertus Fortis a Sigeberto commemoratur in Chronico, anno 866. Fictum aïo hunc eſſe, quem nonniſi a mendacibus video commendari. *Fortis* ei cognomen dedere, uti dare conſueverunt viris principibus, ſive quos fingerent, ſive quorum nullæ res eſſent ſcriptis commendatæ; ætas autem eſſet tranſacta ante annos ſaltem centum quinquaginta, quam ipſi fictos annales ſcriberent.

De Odone rege diximus in ſecunda ætate, & de Roberto rege, quem Pariſiorum Comitem primo facit deinde & Regem, Rodulphus Glaber, libro 1. hiſtoriarum, cap. 2. ſed *cujus genus ait idcirco ſe non adnotare, quia valde in ante reperitur obſcurum.* Potuitne ſæculo vix medio undecimo, quo ſcripſiſſe ſe Glaber credi voluit, obſcurum eſſe genus Regis, qui vix ante annos CXX. obiiſſet? Potuitne vel uni homini latere, quis illius Regis avus, quis proavus fuiſſet? Et tamen ultra Robertum Fortem, hujus Roberti patrem hiſtorici non progrediuntur. Scribebant ii ſcilicet ſæculo XIV. ſatis idcirco viſum eſt illis uſque ad nomen ſeculum exortum tertiæ Regum ſtirpis, hoc eſt, ad ſextum ante ſe ſæculum promovere.

Hujus Roberti filius dicitur fuiſſe *Hugo Dux Francorum cognomento Magnus*, ibidem, cap. 2. nimirum ut a Roberto Forti per patrem avo cognominem ducere genus exiſtimetur. Unde ei igitur nomen Hugonis? Hunc Pariſienſem Ducem idem Glaber appellat, libro 2. cap. 1.

Hugo Capetus vulgo dictus, Hugo Magnus etiam Hugoni Magni F. appellatur in vetuſto codice, apud DuCheſnium, tomo IV. pag. 145. ibi rex creatus fuiſſe dicitur anno DCCCCXC. Indictione III. cum alii omnes aſſignent annum 987. *Senex* ibi dicitur: ab alio ſcriptore, pag. 147. *pro ſuæ juventutis elegantia ac liberalitate Hugo Magnus cognominatus.* In ſigillo, quod Mabillonius delineavit, pag 421. ſed falſo, ſenex barbatus eſt annorum amplius LX.

Robertum ab Hugone Capeto patre in ſocietatem regni fuiſſe ſtatim fere adſcitum, referunt quidem Glaber Rodulfus, & alia monumenta, hoc eſt, Privilegia Monaſteriorum, ſed omnia ſæculo XIV. ficta. De hac coronatione filiorum regum in reges, vivis volentibuſque parentibus, nihil habet omnino Sigebertus. Quin immo, falſam eam eſſe confictamque ab aliis poſt Chronicon ab ipſo compoſitum, ſimplex ejus oratio in ſucceſſione Regum, anniſque ſingulorum principatus aſſignandis fere perſuadet. Fictæ ſunt autem illæ filiorum coronationes vivis parentibus eo conſilio, ut credatur Robertus Hugonis, Roberti Henricus, Philippus Henrici filius fuiſſe.

Robertum Roberti filium majorem natu fuiſſe quam Henricum, quidam contendunt apud San-Marthanos fratres, tomo 2. pag. 684. ut & Albericus Trium-Fontium. Fictum eum eſſe verius arbitramur, ut poſtea dicemus. Quamvis cum e-

ligc-

ligerentur reges, potuerit junior eligi præ fratre natu majore.

Hujus Roberti nepotem Henricum finxere, quem primum Lusitaniæ regem facerent: quoniam nisi Henricus diceretur, vel Robertus, e gente regia Francorum regum, Burgundionumque ducum priorum, prodiisse Lusitaniæ reges, quod credi volebant hujus fabulæ artifices Burgundiones, non appareret.

Supereſt e liberis masculis Roberti regis Odo; pro quo Hugonem ponit, Aimoinus, libro v. de Gestis Franc. cap. XLVIII. *Anno* 1031. *Incarnationis Dominicæ, obiit Robertus Rex, qui dum viveret in sæculo, genuit tres filios, & unicam filiam: scilicet Henricum, qui postea unctus est in Regem; & Robertum Ducem Burgundum; atque Hugonem Autisiodorensem episcopum: Adelaïdem etiam, Rainaldi Comitis Nivernensis uxorem.* At Marianus Autisiodorensis dat etiam Roberto filium Odonem, Henrico natu majorem; sed regno excluſum, *Odo namque*, inquit, *nimis stultus fuerat.* Miræ sunt pugnæ fabulatorum in his genealogiis describendis. Fictum Odonem æque atque Hugonem istum credimus, ut Hugonis filius fuisse Robertus rex credatur, Hugonis alterius nepos, cui patruus fuerit Odo rex: ac propterea ista Roberti, Hugonis & Odonis nomina liberis indiderit. An vero etiam idcirco oportuit Hugones duos a Roberto patre appellari!

Reges Francorum a PHILIPPO I.

Henricus I.

Philippus I. Rex, Coronatus a patre, anno 1059. anno ætatis 7. vel 10.	Robertus, ex Charta San-Dionysiana, &c.	Hugo, Comes Viromanduorum.

Ludovicus Grossus, qui & VI. dicitur, Rex post patris obitum, anno 1108.	Carlus, tertium nomen in gente Ludovicæa. Obiit ipse anno 1137.	Henricus, sed fictus.	Constantia.

Philippus, vivo patre Rex Coronatus, anno 1129. obiit anno 1131. Nomen ei Philippi ab avo.	Constantia uxor Eustachii Blesensis, regis Angliæ. Nomen ei ab amita. Ex Camera Computorum.	Ludovicus Junior, Rex, cognomento Pius, idem Ludovicus VII. dictus. Nomen ei ex patre: quo vivente etiam unctus est rex, anno 1131.	Henricus Archiep. Remensis.	Robertus Drocensis. Petrus Curteniacus. Philippus Archid. Paris. Hugo. Constantia.

Philippus II. Augustus dictus, Rex vivo patre coronatus, anno 1179. Nomen ei a proavo. Uxor ei Isabella Hannoniæ.	Sorores quinque.

Ludovicus VIII. Rex post patris obitum, ut ceteri deinceps. Nomen ei ab avo.	Philippus, Comes Bononiensis. Nomen ei a patre.	Carolus Nothus, Thesaurarius S. Martini, postea episcopus Noviomensis. A quibusdam vocatur Petrus Charlot.	Maria.

Robertus Henrici I. F. Philippi frater, in Charta San-Dionysii memoratur, & in Genealogia MS. Andegavensi, & apud Aimoinum Floriacensem, libro IV. Miracul. S. Benedicti. Omnes falsi testes.

Hugo Comes Viromanduorum fictus videtur, ne penitus neglectum spretumve Hugonis nomen existimetur; sed ex eo potius appareat æque Philippum ex Hugone Capeto prodiisse, ac verisimile est Hugonem hunc ex eo oriundum esse, si fuit. Est iste Hugo in Charta S Martini a Campis, anno 1067. ubi dicitur frater regis. Est illa Charta apud Du-Chesne, in historia Domus de Montmorency, inter Probationes, *Preuves*, pag. 22. ab ea formula incipiens, *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. . . Anno ab Incarnatione Domini* MLXVII. *Indictione* V. *anno regni Philippi regis* VII. In alia Charta, cujus est simile initium, pag. seq. inter fideles Philippi regis est, *signum Comitis Hugonis*: quem dicunt esse hunc Hugonem: *anno ab Incarnatione Domini* MLXIX. *regnique Philippi regnantis* IX. Cur vero non eumdem locum servat, neque eodem modo scribit ubique; nisi quia si frater fuit, hoc nomen idcirco habuit, quoniam sororem regis duxit uxorem: quo David modo Jonathæ frater fuit? Est & in tomo V. Annal. Benedict. S. (hoc est, *Signum*) *Hugonis fratris Regis.* Est etiam in privilegio Philippi I. pro abbatia Trenorciensi, *Tournus*, pag. 325. cujus initium similiter est, *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. . . signum domni Philippi Francorum Regis. Signum domni Hugonis fratris Regis Francorum. . . Anno incarnati Verbi* MLXXV. *anno vero regni nostri* XVII. Sed falsis testibus nulla fides.

Henricus Ludovici Grossi frater, nulli prorsus historico scriptori est memoratus, præterquam uni Chronico manuscripto San-Dionysiano, ex fabrica sæculi XIV.

Constantia Ludovici Grossi soror, ex Orderico Vitale agnoscitur, pag. 817. Yvone Carnotensi, Sugerio, & similibus. Conjux Boëmundi I. Principis Antiochiæ, Constantia dicta videtur a patre; quemadmodum

modum a Flaviis liberi Conſtantes, Conſtantii, & Conſtantini; ob exſpectatam conſtanter ac diu ſupremam in ea familia poteſtatem.

De Carolo Ludovici Groſſi F. dicemus inferius.

Henrici Ludovici junioris Regis frater, Bellovacenſis primum epiſcopus, deinde archiepiſcopus Remenſis, occurrit in hiſtoria Bellovacenſi, auctore Louveto, pag. 557. ſed in inſtrumento falſo: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus Beluacenſis epiſcopus. . . . regnante fratre noſtro Ludovico Ludovici filio.* Cetera quæ de eo referuntur apud San-Marthanos, pag. 469. & 470. falſis fictisque nituntur teſtibus ac teſtimoniis.

Robertus Comes Drocenſis, ab aliis quartus Ludovici Groſſi filius, ab aliis, ſed æque falſo, ſecundogenitus dicitur: qua de re vide San-Marthanos, pag. 480. & nos ipſos inferius. Vir primariæ nobilitatis fuit, ſiquidem Comes Drocenſis, *Dreux*, in agro Carnotenſi, *le payis Chartrain.* Quod ſi Ludovici Groſſi filius in aliquo inſtrumento ſincero appellatur, cujusmodi ſe nondum mihi ullum obtulit, generum oportet intelligi: fratrem vero Ludovici VII. hoc eſt, ſororis maritum, ut David Jonathæ frater fuit.

Pro domo Curteniaca ex Ludovico Groſſo (ut volunt) oriunda, ficta ſunt ac recentia inſtrumenta. Aliquis fortaſſis ex Curteniacis, unde prodiere aliqui Imperatores Conſtantinopolitani, Ludovici Groſſi filius, hoc eſt, gener fuit, ut David Saulis, & Joſeph Heli. Sed neque hoc ipſum credi abſque teſte idoneo volumus.

De Philippo Pariſienſi archidiacono, Robertus de Monte, qui Continuator Sigeberti dicitur, ad annum 1161. *Mortuus eſt Philippus frater Ludovici Regis Francorum, Decanus S. Martini Turonis.* At ſi filius fuit Ludovici Groſſi, non potuit naſci niſi poſt obitum Philippi filii ejus natu majoris, qui obiit anno 1131. Nam in eadem familia non ſunt duo filii cognomines, niſi forte hic nothus fuit. Verum valetudinarius tunc erat, ut quidem ferunt Annales, Ludovicus Groſſus. Fictus igitur ille Philippus eſt. De eo dicemus iterum inferius.

Reges Francorum a D. Ludovico.

Ludovicus VIII. cui uxor Blancha, filia Alphonſi Regis Caſtellæ.

Philippus, obiit vivo patre novennis, anno 1218. Nomen ei ab avo.	S. Ludovicus, IX. Rex, natus anno 1215. nomen ei a patre.	Robertus Comes Arteſiæ, natus anno 1217. Nomen ei, ut videtur, a patrino Roberto Comite tunc Drocarum, *Dreux.*	Joannes & Alfonſus.	Carolus Siciliæ Rex, natus anno 1220.	Alfonſus Comes Pictav. Nomen ei ab avo materno.	Joannes. Stephanus. Iſabella.

Ludovicus, natus anno 1243. Obiit anno 1259. Nomen ei ab avo.	Philippus III. Audax, Rex, natus anno 1245. Nomen ei ex proavo.	Joannes Triſtanus, Comes Nivern.	Petrus Comes Alenconienſis.	Robertus Comes Claromontis, & Dominus Borbonii. Nomen ei a patruo.	Agnes, uxor Roberti II. Ducis Burgundiæ.

Ludovicus. Nomen ei ab avo.	Philippus. Nomen ei a patruo.	Ludovicus I. Dux Borbonii, Nomen ei ab avo.	Joannes.

Ludovicus. Nomen ei ab avo.	Philippus IV. Pulcher, rex. Nomen ei a patre. Obiit anno 1314. Uxor Johanna filia regis & regina ipſa Navarræ.	Carolus Comes Valeſii, a propatruo rege Siciliæ.	Robertus. Nomen ei a patruo.	Ludovicus Comes Ebroïcenſis. Nomen ei ab avo.	Sorores duæ.

Philippus VI. Valeſius, Rex, de quo poſtea. Nomen ei ab avo.

Ludovicus X. Hutinus, Rex Francorum & Navarræ. Nomen ei a proavo. Obiit anno 1316.	Philippus V. Longus, Rex. Nomen ei a patre. Obiit anno 1322. 2. Januar.	Carolus IV. Pulcher, Rex. Nomen ei a patruo. Obiit anno 1328.	Robertus.	Sorores duæ.

Joanna regina Navarræ.	Joannes, filius poſthumus: vixit dies octo. Nomen utrique ab avia.

Ludovicus. Nomen ei a patruo. Philippum vocat Bernardus Guidonis epiſcopus Lutevenſis. Si ſic eſt, nomen ei fuit a patre & avo & proavo.

In hac deſcriptione apparet perſpicue a Philippo I. usque ad Philippum VI. ſive Valeſium, perpetuum hunc morem fuiſſe regum Francorum, ut primogenitus quisque ſuum de patris ſui nomine, de ſuo ſecundo-

cundogenitum appellaret; ceteros deinde diverſis nominibus, pro eo ut diverſæ cauſæ ferrent. Sic & ſecundogeniti ſimiliter ſuis liberis ſemper fere eadem ſervata regula impoſuere nomina. Niſi forte idem eſſet & parenti nomen & avo. Tunc enim, nedum avi nomen primogenito dabat, ſuum ſecundogenito; interdum e converſo, primogenito ſuum, quod & avi fuerat, ſecundogenito propterea proavi nomen donabat.

Itaque hunc morem arbitramur ſancitum in ea familia fuiſſe, veluti lege conſtituta, ex quo gens Philipporum cum Ludovicæa gente juncta affinitate eſt, in aliquo ex majoribus Ludovici Pii Imp. nimirum ut primogeniti in primaria familia alternis vicibus nunc Ludovici dicerentur, nunc Philippi; uti conſtantiſſime obſervatum hic videmus per annos ducentos & ſexaginta.

Certe Philippos opinamur a Philippo Pio Imp. a quo propterea Ludovicus Pius & Lotharius Pius illud Pii cognomen habuere, genus trahere; atque adeo tum ex nobiliſſima, quæ eſſet in Galliis gente & familia Ludovicorum, non ex Henrico, vel Roberto; tum ex nobiliſſima ſimiliter e familiis ac gentibus Romanis, Auguſta nimirum ſive Cæſarea; nam inde Pii cognomen habet Ludovicus; & quidem Cæſarea gente Philipporum, nam & Philippi Pii fuere; & Ludovici propterea, ut hic videmus, gignunt etiam Philippos. Sic noſtra quidem opinione, maternum genus ducunt Reges Francorum, & ab Auguſto Cæſare, & a Pompeio, ex quo Pii; & ab Anco Marcio rege Romanorum, ex quo Philippi; & Numa Pompilio, ex quo Pompeii genus duxere, præter paternum & Francicum a Ludovicis.

Non igitur Henrici filius, Roberti nepos, Hugonis proncpos fuit Philippus I. ut ferunt hiſtoriæ, a Burgundis haud dubie confictæ Joannæ Burgundæ gratia, quæ Philippo Valeſio adhuc privato nupſerat, anno 1313. cum ſit Burgundicum nomen Hugo. Nam ſi eſſet res aliter, cur adeo ſpreta vel odio habita nomina ſunt illa tria, ut nullum deinceps primogenito detur, vel ſecundo genito, ſed conſtanter vel Ludovici nomen vel Philippi; quorum neutrum prius apparet? Unde ille conſenſus in respuendis trium priorum regum nominibus, & amoliendis, veluti male ominoſis, a cervicibus primogeniti ſaltem cujuſlibet ac ſecundogeniti e domo Regia? Cur Henricus, neglectis patris & avi nominibus, ignotum inauditumque in ſua cognatione Philippi nomen primogenito ſuo daret? Quid proinde veriſimilius, quam poſt tres priores Reges electos, & e Burgundia quidem, ut Hugonis, & Henrici, & Roberti nomina ſignificare videntur, tranſlatum irrevocabiliter in familiam Ludovicorum ac Philipporum regnum eſſe, in qua a Philippo I. hactenus feliciter perſeverat? Sed de eo argumento iterum dicemus inferius.

Inſtrumenta Chartophylacii Regii, quæ vocantur, *Chartres & Titres du Treſor de France*, nihil habent de primis illis tertiæ ſtirpis regibus, aut de illa origine Philippi I. ab Hugone, quam refellimus, & quam ſcriptores tantum ſuppoſititii, neque ante ſæculum XIV. exorti, commemorant. Philippum ex Philippis, ex Ludovicis Ludovicum genus ducere, idem illis temporibus fuit dixiſſe, ac noſtris temporibus vere & aſſeverate dicitur, nonniſi ex Borboniis principibus principes oriri Borbonios. Nec vero alia gens ſive familia nobilis ulla poteſt adſignari, præter Regiam hanc, quæ habuerit ſæculo undecimo Philippos: Tantum duodecimo id nomen occurrit in Philippo Alſatiæ, Flandriæ Comite.

Ut nunc plerumque ex titulis ditionum familiæ agnoſcuntur, & ſunt hi tituli vice cognominum in familiis; ſic in Regum principumque domibus diſtinguebantur olim maſculi propriis ſolummodo nominibus; heredes proximi præſertim; ita ut non alia haberent ii nomina, quam quæ eſſent in ſua familia uſitata. In regibus Angliæ, exempli gratia, illis temporibus, e dynaſtia Normannorum, ab anno 1065. Guillelmi ſunt, Henrici, Richardi, nullus Philippus, Ludovicus, aut Carolus. In Siciliæ Regibus, Guillelmi, Rogerii, Tancredi. In Caſtellæ Regibus, ab anno 1020. Ferdinandi, Alfonſi, Sancii. Sunt & in aliis familiis nobilibus propria quædam nomina, primogenitis ſpeciatim adtributa; ut olim in domo Lavallæa, *de Laval*, nomen Guidonis, *Guy*: in aliis alia.

Ludovici VIII. filius tertiogenitus Robertus Arteſiæ Comes, hoc nomen habuit fortaſſis a Roberto II. Comite Drocenſi patrino, viro in primis fideli Regibus Francorum, ac præſertim Philippo Auguſto. Fuit is Roberti I. Comitis Drocenſis filius, quem Ludovici VI. ſive Groſſi filium fecere. Quam ob cauſam e regio ſanguine fuiſſe dicitur Robertus II. in epitaphio, quod recitant San-Marthani, tomo 2. pag. 290. 291. in Eccleſia dicta S. Evodii, *S. Yved de Braine*.

Stirpe ſatus Regum, pius & cuſtodia legum,
Branæ Robertus Comes hic requieſcit opertus,
Et jacet Agnetis ſitus ad veſtigia matris.
Obiit MCCXVIII. *die Innocentium.*

Geſtat manu florem Liſi, ut ſatus exiſtimetur ex ea ſtirpe, ex qua Reges Francorum, qui flores Liſi in ſuis nummis pinxere. At ex hoc ipſo indicio recentem illud eſſe tumulum apparet, & ut carmen ipſum, ſæculi decimi quarti vel quinti. Simile eſt in eadem Eccleſia epitaphium Roberti III. quod San-Marthani deſcribunt, pag. 495.

Hic jacet illuſtris Regum de ſanguine natus,
Drocarum Branæque Comes Robertus humatus.
Hic in amicitia Theſeus fuit, alter in armis
Ajax, conſilio pollens fuit alter Ulyſſes.
Anno MCCXXXIII.

At ſuſpecta merito ea cura eſt, in annotando ſanguine regum, perinde quaſi non ſatis foret illud de patre dixiſſe, ſi verum foret. Inde decus accedere ei Eccleſiæ fortaſſis credidere auctores, ſi condita ibi regio ſanguine nata corpora exiſtimarentur. At epitaphia ea ætate in Galliis ſcribi ſummis viris nondum mos fuit. Nullum certe tunc fuit in tumulis Regum. Præterea, cur in poſteriore epitaphio annus notatur obitus, dies non notatur? Cur omnis hic viri commendatio eſt a virtutibus politicis, bellicis, ac civilibus tantum; a fide ac religione nulla? Denique fabula de Theſei amicitia nondum tunc erat nata. Partus eſt ſæculi XIV. tantum.

Ejusdem venæ epitaphium eſt Petri Drocenſis, qui Dux Britonum, & hujus Roberti frater, obiit anno 1250.

Petrus flos Comitum, Britonum Comes, hic monumentum
Elegit poſitum juxta monumenta parentum;
Largus, magnanimus, regali ſtirpe creatus:
In ſancta regione Deo famulando moratus:
Vitæ ſublatus rediens, jacet hic tumulatus, &c.

Et verſus & tumulus ipſe fabricæ eſt ſæculi XIV. Alibi certe ſepultum eum fuiſſe alii referunt, teſte P. Lobineau, pag. 253. Unde & tumulum ipſius ex ære & epitaphium haud temere ſuſpicamur eſſe opus ſæculi XIV. jam adulti. Sæculo XIII. epitaphia verſibus ſcripta aut nulla fuere, aut rara.

Reges

Reges Francorum a Philippo Valesio.

Carolus Comes Valesii, Philippi Audacis F. de quo supra. Obiit anno 1325.

Philippus VI. Rex, Valesius: anno 1328. Obiit anno 1350. Nomen habet ab avo.

Carolus Comes Alencon. Nomen habet a patre

Joannes, puer obiit.

Ludovicus Comes Carnotensis. Nomen habet a proavo.

Sorores novem.

Carolus II. Comes Alencon. Nomen habet a patre & avo.

Joannes Rex: natus anno circiter 1314 Nomen habet a matre Joanna Burgunda; ob spem hereditatis. obit anno 1364.

Ludovicus. Johannes. Utrumque infantem obiisse non satis certo testimonio traditur. Vide San-Marthanos, tomo 1. pag. 597.

Philippus Dux Aurelianensis, natus anno 1336. Nomen ei a patre.

Sorores duæ.

Carolus V. Sapiens, Rex, natus anno 1337. obit anno 1380. Nomen habet a proavo, qui caput stirpis hujus.

Ludovicus Dux Andegavensis, Rex Siciliæ. Nomen ei ab atavo, D. Ludovico; cujus nepos Carolus Valesius, caput stirpis hujus regiæ fuit.

Joannes Dux Bituricensis. Nomen ei a patre,

Philippus Dux Burgundiæ. Nomen ei a patruo, & ab avo.

Sorores sex.

Carolus: Nomen ei a patruo rege.

Joannes. Nomen ei a patre.

Carolus VI Rex. Nomen ei a patre, vel a susceptore, Carolo de Montmorency.

Ludovicus Dux Aurelianensis. Nomen ei a patruo.

Sorores sex.

Carolus VII. Rex. Nomen ei a patre & avo.

Carolus Aurelianensis. Nomen ei a patruo rege, & ab avo.

Joannes Comes Encolismensis.

Ludovicus XI. Nomen ei a propatruo.

Ludovicus XII. Rex. Nomen ei ab avo.

Carolus Comes Encolismensis. Nomen ei a patruo.

Carolus VIII. Rex. Nomen ei ab avo, & a Carolo Borbonio patrino, Arch. Lugdun quem Ludovicus XI. plurimum diligebat.

Franciscus I. Rex. Nomen ei a Francisco Rupifucaldi patrino suo.

Franciscus Delphinus, de patris nomine.

Henricus II. Rex; Nomen ei ab Henrico Angliæ rege, patrino suo.

Carolus. Nomen ei ab avo.

Franciscus II. Rex, de avi sui nomine.

Ludovicus, de nomine atavi, a quo stirps Aurelianensis.

Carolus IX. Rex, de patrui nomine.

Henricus III. Rex: qui cum electus est Rex Poloniæ, vocabatur Eduardus Alexander, ab Eduardo Angliæ rege, patrino suo, sed cum Franciæ regnum suscepit, matris hortatu, appellari voluit Henricus, de patris nomine.

Franciscus, Dux Alenconiensis, de avi sui nomine, sed post obitum primogeniti.

Ludovici nomen, quod unum fuit olim nobilissimæ gentis Francorum proprium, ex qua reges prodierunt, restitutum postea est Ludovico XIII. a patrino suo Paulo V. summo Pontifice, in memoriam S. Ludovici, ex quo rege postremo gens Borbonia traxit ortum.



Sic demum ævo noſtro reſtituta vidimus, in Domo Regia, tria præcipua Auguſtæ familiæ nomina; Ludovici, Philippi, & Caroli: quamquam in tam longa ſerie regum raro alia, quam tria iſta, apparent. Nullus Hugo, aut Robertus; ac ne Henricus quidem, niſi alter ex rege externo patrino, alter ex avo materno rege.

Unde illa autem Ludovici & Philippi nomina irrepſere in Domum Regiam, niſi ea ex nova Philippi I. familia fuere, quæ alternis vicibus primogenito ſuo vel Philippi nomen daret, vel Ludovici; & cui ſe regendos Franci in hac parte Galliæ ſe irrevocabiliter dedidiſſent?

Ut hypotheſis impiæ conditores ſuaderent, in nobiliſſima gente Francorum, ſive in Gallia univerſa, non alios fuiſſe de religione ſenſus, quam quos ipſi haberent; Galliam univerſam Clodovcum ſæculo fere ſexto ineunte obtinuiſſe finxerunt: & Concilia deinde & hæreſes & Eccleſiaſticam hiſtoriam condidere; quibus teſtimoniis ſuam impietatem ſtabilirent. Sed cum Hugonis regis initia negare non auderent fuiſſe tenuia; fingi oportuit Galliam univerſam, quæ unius olim imperio paruiſſet, laceratam deinde fuiſſe in multas partes; fictis ad hiſtoriam amplificandam bellis domeſticis, usque ad ea tempora, quæ quisque poſſet recolere animo ex traditione majorum; cum nulli exſtarent libri de rebus uspiam locorum geſtis: hoc eſt, usque ad ducentos quinquaginta circiter ante exortum impiæ factionis annos. Neque enim quid ante annos totidem geſtum ſit in Gallia ſcire ipſi poſſemus, niſi e libris, qui nunc omnium manibus geſtantur, memoriæ ſubſidium accederet.

Ergo ut cauſa afferretur, cur perexiguis limitibus, hoc eſt, ea regione, quæ tunc Inſula Franciæ vocabatur, Hugonis regis ditio circumſcriberetur; finxere illi hiſtoriæ Francorum artifices, ut jam ſubindicavimus, per Galliam univerſam, ſpreta regia majeſtate, rebellaſſe Comites & Barones, ſuam ſibi quemque arripuiſſe regni portionem: ex Monarchia factam eſſe Anarchiam: leges priores tum Romanas tum Gallicas oblivioni datas eſſe, libros ipſos fuiſſe deperditos. Et has fabulas deſcribunt recentes hiſtorici. Sic D. de la Mare, in Tractatu Gallico. *De la Police*, quem edidit anno 1705. pag. 29. *Les grandes revolutions. . . . Tout cela arriva en France, ſur la fin de la ſeconde branche de nos Rois. Les courſes frequentes des Normans juſques au cœur du Royaume, avec de puiſſantes armées; les factions & les guerres civiles, qui troubloient l'Eſtat; la foibleſſe d'une partie de ces Princes; & l'extréme negligence des autres, avoient jetté la France dans une eſpece d'*ANARCHIE, *& une* CONFUSION UNIVERSELLE. *Il étoit impoſſible, qu'un ſi grand deſordre ne fiſt beaucoup ſouffrir les loix. Et en effet ce fut en ce tems que commença* LE SILENCE, *qui ne fut interrompu que* TROIS SIECLES APRE'S. *Le* CODE THEODOSIEN, *qui contenoit les* LOIX ROMAINES, QUE L'ON AVOIT SUIVI JUSQUES ALORS, CESSA D'ESTRE ETUDIE': *&* LES LIVRES MESMES EN FURENT PERDUS. *Les* CAPITULAIRES DE NOS ROIS *finiſſent à Charles le Simple, l'an* 921. *Depuis ce tems, ces Princes non ſeulement ceſſerent de faire de nouvelles loix, & leurs peuples d'en ſuivre aucune, mais celles de leurs predeceſſeurs* TOMBERENT DANS UN TOTAL OUBLI. . . . . *Les Ducs & les Comtes, Gouverneurs & Magiſtrats des grandes Provinces & des Villes principales du Royaume, avoient fait pluſieurs tentatives, pour s'en perpetuer la proprieté dans leurs familles. . . Charlemagne les avoit remis dans leur devoir. . . . . Mais enfin ces nouveaux troubles arrivez en France, & une eſpece d'interregne de quelques années, leur ayant encore preſenté une occaſion favorable de faire reüſſir leur deſſein, ils ne la manquerent pas. Chacun d'eux* PAR UN SOULEVEMENT GENERAL *ſe rendit Maiſtre de ſa Province, & s'y cantonna.*

Ficta hæc omnia ſunt & incredibilia. Nam quid humanam magis fidem excedit, quam in id conſpiraſſe omnes provincias ac civitates, primum quidem, ut alios haberent dominos, qui regia poteſtate rem gererent, quam Regem? aut præfectos omnes omnino provinciis urbibusque regendis a Rege, perjuros fuiſſe, & latrones, & Regiæ rebelles majeſtati? Deinde leges priores, tam Romanas, quam Regum Francorum, unanimi populorum conſenſu, ubique eſſe repudiatas; immo neglectas, ſpretas, ac penitus deperditas, nullas deinceps fuiſſe conditas, niſi poſt annos fere trecentos, hoc eſt, uſque ad tempora Philippi Pulcri: exceptis quibusdam Conſuetudinibus, quas nulla tunc vellet civitas, nulla provincia, ſcripto exarari? Verum ita ſcilicet credi cogit hiſtoria, quæ libris ſcriptis continetur. Nam ſi vel leges Romanæ, ſive Codex Theodoſianus & Juſtinianeus, vel Capitularia Regum Francorum eſſent in uſu ſæculo undecimo ac duodecimo; cur non etiam decimo tertio? quo tamen conſtat fuiſſe ea omnia in judiciis apud Gallos ſive Francos prorſus inaudita? Propterea fingi a veteribus falſariis oportuit ea fuiſſe neglecta ac deperdita; ſed poſtea ſæculo quarto decimo, quo fuere reipſa condita, non recens ficta fuiſſe, ſed detecta & recuperata. Si regnum igitur Francorum prius hereditarium fuit, cur tam exiguum ſub Hugone? Fingi *univerſalem* in regno *confuſionem* ac *rebellionem* oportuit; *anarchiam*, *interregnum*; occupatas a Comitibus & Gubernatoribus civitates ac provincias. At non ita profecto ſe res habuit: ſed aliquanto poſt Odonem & Robertum intervallo, Hugo ex gente primaria primæ Lugdunenſis ſive Burgundiæ, ex quo & illi duo prius, creatus eſt Dux primum in Lugdunenſi quarta ex parte, nempe ubi Pariſii & Senones ſunt; deinde & Rex ſalutatus. Fuere poſtea pari titulo donati a civitatibus, Robertus & Henricus, ſed ille Pariſiis, iſte in Burgundia. Mox faſtidientibus civitatibus reges, quibus ſe tutandas pro arbitrio ac ſponte commiſerant, ſingulæ ſuis ſe tutatæ ſunt viribus opibuſque, uſque ad Philippum I. qui apud Aurelianos Rex primum eſt ſalutatus. Id nummi ſequentes docent.

Num-

Nummi Regum Francorum ab Hugone uſque ad Philippum I.

NUmmi hi tres ſunt delineati a Le Blanc, pag. 156. Primus eſt ex argento mixto, Hugonis Ducis: alii duo ex argento puro, ejuſdem Hugonis jam Regis.

Tab. XVII. 1. HVGO, litteris innexis, ſive in monogrammate: in circuitu vero, GRATIA DI (Dei) DVX. .)(. PARISII CIVITA. cum gemina cruce. Hugonem unum Ducem Francorum nummus iſte exhibet: at fictus alter eſt, quem patrem fuiſſe iſtius, eumdemque conſtitutum Ducem Francorum a Ludovico Tranſmarino rege, ex ſcriptoribus hiſtoricis quidam prodidere. Nec poteſt eſſe hic nummus Hugonis illius, quem ad augendum numerum Burgundionum Principum in regno Francorum fictum putamus. Nam quo exemplo, quo jure Dux Francorum aliquis a Rege creatus, monetam publicam ſuo nomine, ſuperſtite ipſo Rege, inſcriberet? Præſertim cum in confeſſo ſit, nullos exſtare nummos, ſive Caroli Martelli, ſive patris ipſius Pipini, qui tamen ambo (ſi credimus) Principes Francorum fuere; & Carolus quidem ſolus ſine rege per annos ſeptem; ſub regibus prius, per annos viginti.

Ibid. 2. HVGO FRA. in medio, REX. *Francorum Rex.* .)(. Crux. PARISI CIV. Ibidem, n. 2.

Ibid. 3. HVGO RE. *Rex.* .)(. PARISII CIVITAS. Ibidem, n. 3.

Auguſtinus Triumphus, ut appellant, quem ſub annum 1320. floruiſſe ponunt, in libro De poteſtate Eccleſ. parte 2. quæſt. 3. art. 4. dicit: *Deficiente gente Caroli, Hugo* DVX *Aurelianenſis regnum Franciæ ſibi uſurpavit, occiſis illis & exſtirpatis, qui erant de ſemine regio, & de genere imperiali. Unde de dicto Hugone* (UT PONITUR) *deſcenderunt omnes reges Franciæ usque ad iſta tempora.* Quot verba, tot ſunt mendacia: quantumvis ſuffragatorem iſte habeat Sigebertum, qui Hugonem regni uſurpatorem vocat. Nec propterea verior, quia Hugoni æquior, auctor vitæ S. Judoci apud Du Cheſnium, tomo IV. fol. 144. ubi ille: *Hugo* DUX *Francorum*, inquit, INVITUS *ſuſcepit regnum.*

ROBERTUS REX.

Tab. XVIII.

ROBERT REX F. *Francorum.* .)(. A & ω: quæ ſunt Chriſti cognomina in Apocalypſi, cap. 1, 8. *Ego ſum Alpha & Omega.* In ambitu, PARISII CIVitas. *Rex Francorum* iſte, quo ſenſu & Hugo, ſcribitur; hoc eſt, populorum, qui Romano numquam imperio fuere ſubjecti.

HENRICUS REX.

Tab. XVIII.

1. HAINRICVS REX. In medio, A & ω *Alpha & Omega*, qui Chriſtus eſt, ut diximus. .)(. PAISIVS CIVITAS: pro PARISIVS, ut putat Le Blanc, pag. 156. n. 6. ubi argenteus nummus iſte pingitur; Ita Superius ROBET pro ROBERT.

Ibid. 2. HINRICVS REX. In medio geminum Chriſti monogramma ☧. .)(. CAVILON CIVITA. *Cabillonum civitas.* In medio littera B. *Burgundia. Chalons ſur Saone en Bourgogne.* Eſt argenteus ibidem, n. 7. Nummum ipſum vidimus apud D. DE BOZE. Lotharii Regis ſuperius nummum exhibuimus cum ſimili littera B. qua ſignificari ibi quoque Burgundiam oſtendimus. In Burgundia igitur Henricum regem fuiſſe manifeſte hic nummus docet, & Cabillonum Henrico ſubjectum: quod regibus Franciæ ante Philippum Valeſium non paruit. Sed neque patrem eum fuiſſe Philippi I. aut avum Ludovici, eo quoque vel uno indicio liquet, quod non erant Philippi certe & Ludovici nomina Burgundica.

Ergo nunc ſequitur, cum nova forma fabricaque nummorum, nova Regum ſeries ex alia nobiliore familia & ex uno deinceps ſanguine prognatorum: qui Aurelianis primum regnare cœperunt, deinde & Pariſiis & in tractu Francico, *Iſle de France*; unde & ipſi ſe Reges Francorum a Philippo primo appellavere; & Franciæ nomen Galliæ paulatim toti acceſſit. Nullum deinceps Burgundicum nomen, nullum regii nominis monogramma occurrit: Altera deinceps gens ſive familia eſt, cui ſe tota paulatim Gallia regendam irrevocabiliter commiſit ac tradidit.

Nummi Regum a Philippo I.

Philippus I.

Tab. XVIII.

1. PHILIPVS + D-I DE (in medio ſparſæ litteræ. XTRA) REX. *Philipus Chriſtianus Dei Dextera Rex.* .)(. AVRELIANIS CIVITAS. Apud Le Blanc. pag. 156. n. 8. Non ſunt deinceps nomina civitatum in nummis Regum aliud quam ipſarum nomina civitatum: nulla ſub illis ex primis totidem vocum litteris quærenda ſententia, ut oportuit hactenus in nummis Auguſtodunenſium.

Ibid. 2. PHILIPVS X REX D-I: in medio, DEXTRA. *Philipus Chriſtianus Rex Dei dextra.* Nam littera X pro Ch eſt, ut in nummis inſcriptis, XPISTIANA RELIGIO. .)(. AVRELIANIS CIVITAS. Crux, cum A & ω qui Chriſtus eſt, ut diximus. Ibidem, n. 9.

Ibid. 3. D-I DEXTRA BE in medio ſparſæ litteræ NE DITV poſtrema littera S in ipſo circuitu eſt, ſubintellecto Philippi nomine: *Dei Dextra Benedictus.* .)(. AVRELIANIS CIVITAS. Crux cum litteris A & ω. Ibidem, n. 11.

Ibid. 4. PHILIPVS X D-I in medio NEDITV. *Philipus Chriſtianus Rex Dei benedictus.* .)(. CIVITAS AVRELIANIS. Crux cum gemina littera S. Ibidem, n. 12.

Ibid. 5. PHILIPVS X REA D-I in medio litteræ quædam innexæ, hac ſententia: *Philipus Chriſtianus* REX *Aurelianis* DEI *Ordinatione Oleo Chriſti Vnctus.* Nam latere dextro eſt O quadratum, deinde littera R & ſubtus littera D pro OR DInatione. Tum nexæ litteræ tres, O, X, & in hac ipſa, V. O pro *Oleo*; littera X oblonga & Græca, pro Latino V & X Græco; quæ poſtrema littera in nummis hujus ævi & pro prima Chriſti littera & pro Chriſto ponitur. Cave enim exiſtimes idem hic eſſe monogramma, atque in nummo Odonis. Nam ibi prima littera dextrorſum eſt O quadratum; ſecunda, quæ ei proxime contigua eſt, D: tertia, ſiniſtrorſum O: unde fit ODO. Deinde inferius R & X ex quibus fit *Rex*. In iſto prima littera eſt O quadratum: ſecunda, ea quæ eſt ei proxime contigua; ſed quæ hic eſt R. tertia, quæ ei ſubjecta, D. Denique in nummo Odonis littera X formæ Latinæ eſt, ac propterea ceteris æqualis: in Philipi numiſmate eſt oblongum X Græcum. .)(. STAMPIS CASTELLVM. Crux cum gemina littera A, ut recte expreſſit Ertingerus ſcalptor in opere D. Le Blanc: quæ littera A pro Aurelianis eſt: quoniam pars terræ Stampenſis pertinet ad Canonicos ſive Capitulum Eccleſiæ S. Crucis Aurelianenſis, ubi Philippus unctus in Regem eſt. Jus habent ii in ea parte Stampenſis terræ, necis, carceris, & levioris multæ: & jus illud in ipſa urbe Stampenſi hodieque exercent. Eſt in libro inſcripto, *Antiquitez d'Eſtampes*, pag. 39. inſtrumentum, quod vocant *Vidimus* Ludovici VIII. de quadam conceſſione facta ſuis Stampenſibus a Capitulo Aurelianenſi. Sed eſt inſtrumentum illud falſum. Sic incipit; *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi* &c. Definit in hæc verba: *Præſentem chartam ſigilli noſtri auctoritate & regii nominis caractere inferius annotato confirmavimus. Actum Meloduni, anno incarnati Verbi* MCCXXIII. *regni vero noſtri* II. *adſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Roberti Buticularii. Bartholomæi Camerarii. Matthæi Conſtabularii. Propria manu. Sigillatum in cera viridi.* Nulla tamen ibi ſigna ſunt, ſed nomina tantum, ipſius manu notarii, ſeu verius falſarii; præfixa ſingulis littera S pro *Signum*; quam qui hæc edidit, prætermiſit.

In altero nummo, quem Le Blanc exhibet, pag. 164. n. 12. eſt littera V pro *Veteribus Stampis*, ut Gregorius Turonenſis, & alii appellant; hodie *le Bourg d'Eſtampes*, *Eſtampes les vieilles:* ubi eſt Eccleſia Divo Martino ſacra; unde tertium ei regioni nomen, *le bourg de S. Martin.*

Aut nihil autem in eo genere intelligimus, aut nummi hi quinque Philippum ſignificant; non quemadmodum reges gentilium, aut quomodo priores etiam ante ſe reges, ſola nobilium electione, vel civitatum, regem eſſe; ſed Chriſtiano & ſacro ritu, Chriſtiani Epiſcopi dextra, Chriſtianum regem eſſe ac vere nominari; ſiquidem unctum oleo ab epiſcopis Chriſti, ritu vetere regum, quos Deus ipſe populo ſuo præficeret, ungente ſummo ſacerdote; & nunc quidem fortaſſis ungente Epiſcopo Apoſtolica auctoritate. Nam quid aliud ſonant hæ voces, *Dextra Dei Rex*, *Dextra Dei benedictus*, *Dei ordinatione oleo Chriſti unctus*: quos nemo ante illum titulos habet; ſi non hæc illam, quam nemo uſurpaverit ante eum, unctionem in regem ſignificant? Exiſtimant viri eruditi, Pipinum e Regibus Francorum primum eſſe, qui fuerit oleo ſacro unctus in Regem. Scriptis mendacibus ita crediderunt. Philippum I. dici, non Pipinum, oportuit. Rem peractam fuiſſe Aurelianis clamant nummi; quippe qui non alibi cum hac inſcriptione percuſſi reperiuntur, quam Aurelianis, & in Aurelianorum confinio, Stampis caſtello: quæ loca duo extra Inſulam Franciæ ſunt.

Aureliana civitas igitur primaria regni Francorum temporibus Philippi I. fuit: ex quo factum fuiſſe arbitramur, ut poſtea ſub Philippo Valeſio ea ditio habita ſit, atque etiamnum habeatur, fiduciario jure poſſeſſio ſecundogenitorum in Domo Regia: *l'appanage des ſeconds fils de France.* Quemadmodum Principatus Aſturiarum titulus eſt primogenitorum in Domo Regum Hiſpaniarum: eo quod ex illo tractu prodierint primi reges Legionis atque Caſtellæ. Erat Aureliana tunc civitas longe amplior, populoſiorque, quam Pariſina: ſed hæc multo opportuniore ſitu: quamobrem a Ludovico Groſſo prælata Aurelianæ eſt.

Pariſiis nummum ſuo inſcriptum nomine Philippus nullum habet. Nec ullum etiam vidimus, in quo REX FRANCORVM appelletur: quoniam fortaſſis tunc Franciæ nomen ab Hugonis Regis temporibus eo tractu concludebatur, quem Inſulam Franciæ appellabant, *l'Iſle de France*; eamque anguſtiorem, quam nunc eſt ſub eo nomine: neque in primaria quæ Pariſiorum eſt, civitate Philippus agnitus rex eſt; ſed primus ex ea gente filius ejus Ludovicus. In ſigillo quidem, quod habemus, PHILIPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX inſcribitur: & in Charta matris ejus, Annæ, ut vulgo creditur, ex qua ſigillum illud ipſum pendet: ſed ſigillum iſtud, ut falſum, malleo confractum, interciſumque eſt haud dubie ſententia judicis, & quidem antiqua. Et coronam habere videtur ex liliis, in Francia non ea ætate cognitis. Cave Mabillonio credas hoc ſigillum & hanc chartam laudanti, pag. 80. &

108. & 425. Hanc Franciæ appellationem ſibi propriam tunc tractus ille fecit, quòd numquam Romano fuerit Imperio contributus, ſemper ſui juris, ſemper liber & *francus*. Inſulæ autem nomen a ſitu habuit, inter amnes ſequanam, Maternam, Iſaram, Axonam, alioſque minores.

Ungi ſe Reges Francorum ab Archiepiſcopo expetivere, ex quo aliquem ea præditum dignitate in ſua ditione habuerunt. Quem primum autem habuere, is Remenſis fuit; a Remenſi Comite conceſſa archiepiſcopo ditione, ſub clientela Regis Francorum Ludovici Groſſi. Senones enim tunc ad Comitem Campaniæ pertinebant. Ea cauſa eſt, quamobrem primus, qui Monetam ſuo nomine percuſſerit Remenſis archiepiſcopus, fuit SANSON: (ſic enim in nummo ſcribitur; ut vidimus alicubi delineatum; ſed in Regio Theſauro non eſt:) qui ſediſſe fertur ab anno 1137. ad annum 1161. Reperimus certe apud Marlot, tomo 1. pag. 478. archiepiſcopum anno 1212. habere in eam civitatem dominium ſub rege. Quod vero ſcribunt pſeudo-Ivo Carnotenſis, & pſeudo-Sugerius, conqueſtos eſſe Clericos Remenſes, quod Remis unctus non fuerit Ludovicus (ut appellant) Groſſus: fictum ſæculo XIV. vel XV. mendacium eſt ad adſtruendum oblique jus Remenſium ad eam unctionem, a Clodovei M. temporibus. Fabula de Clodovei unctione Remis nondum fortaſſis exſtabat anno etiam ipſo 1380. quo andatum ad conciliandam ei fidem diploma (ſed fictum) Caroli V. regis eſt, in Metrop. Remenſi, tomo 2. pag. 660.

Hæc tamen de Regum Francorum initiis proferuntur a nobis tantum ex conjectura, ſed gravi, quam nummi præbent, aliaque ſincera monumenta; cum ſcriptoribus manifeſte mendacibus, iisdemque ſe fere mutuo exſcribentibus, fides habenda ſit nulla. Monarchiam certe Francicam, ut nunc eſt, certum eſt coaluiſſe ex aliis provinciis, quæ ad ſupradictam Inſulam Franciæ adjunctæ fuere, partim Regum victoriis, ut Normannia, Cenomannia, & Aquitaniæ pars, & pars Flandriæ, Burgundiæ Comitatus, & Alſatia: partim matrimoniis & hereditatis jure, ut Arteſia, Burgundia, Campania, Bria, Provincia: partim ſpontanea deditione, ut Delphinatus & Britannia. Ab antiquiſſima deinde regni provincia, datum eſt, ut diximus, Franciæ nomen Galliæ univerſæ.

Primus igitur Chriſtianorum regum, qui ſit oleo ſacro perunctus, Philippus iſte eſt. Aragoniæ regum primus, qui ungi ſe fecerit, fuit Petrus II. anno 1204. ut quidem refert Surita, libro 2. cap. 51. Despotas Byzantinos, qualis Michaël Palæologus fuit, ungi oleo ſolitos eſſe, mentitur Georgius Pachymeres, libro VI. cap. VI. ubi eos etiam Reges vocat, novo mendacio: χρισοεύτας τὲς βασιλεῖς: At utroque illo mendacio ſe non hominem Græcum fuiſſe comprobat; ſed Latine in orbe Latino opus ſcripſiſſe, quod Græculus ad id pretio conductus in Græcum converterit, ut alii alia plurima.

In nummis Philippi hujus primi, ſemper PHILIPVS per unicam litteram P in media voce ſcribitur: in nummis aliorum regum cognominum PHILIPPVS eſt. Ex quo vel uno indicio ſuſpecta merito habeas Philippi I. diplomata omnia, quæ affert Mabillonius, pag. 425. Nam in his ſemper Philippus ſcribitur, & ſemel quidem *Phylippo*; & cum Indictionis nota, qua numquam uſi ſunt Reges Francorum, & cum monogrammate, cujus ab Hugone nullus eſt uſus; aliisque falſi indiciis certiſſimis. Ejuſdem pretii ſunt, hoc eſt, nullius, quæ deſcribit (ut ait) ex authenticis domnus Felibien, in Hiſtoria S. Dionyſii,

* Hoc illud igitur eſt, de quo Philipus gloriatur in nummis ſuis, cum ſe dicit eſſe *Dextera Dei benedictum*. pag. LXXXVI. & LXXXVII. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, ut in Mabillonianis, *Philippus Dei gratia Francorum Rex, in die Penteoſten, anno ſeptimo regni noſtri, in palatio Pariſienſi, in Dei nomine feliciter*: cum Pariſios Philippus non obtinuerit; vel, *Actum Silvanectis, Indictione ſeptima*; præter alias falſi notas. Denique, (ne videamur omnia velle colligere) in Bibliotheca Cluniacenſi, pag. 534. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Noverint omnes . . . . quod ego Dei gratia Francorum Rex Philippus . . . . Actum eſt hoc publice Mauziaci (Mauzac en Auvergne) anno Dominicæ Incarnationis* MXCV. *Regni vero noſtri* XXXVII. *Indict.* III. *præſentibus etiam epiſcopis, aliquibus*, &c. Quinque hic ſunt, inquam, falſi notæ manifeſtæ. Philippi I. nummus eſt iſte, qui ſequitur.

Tab. XVIII. PHILIPVS REX. Sic enim recte edidit Le Blanc, pag. 156. n. 14. ut nummus teſtatur, qui eſt in Theſauro Regio: non, ut P. du Moulinet, pag. 144. PHILIPPVS. Caput cinctum diademate, tergemina cruce ſuperpoſita: qua forma coronam in nummis primus ille Regum Chriſtianorum geſſit: ut ſe ter Chriſtianum, hoc eſt, Chriſtianiſſimum profiteretur. Similem habet coronam nepos ipſius Ludovicus VII. ut poſtea videbimus. .)(. ROGERVS EPC. *Epiſcopus Catalaunenſis*. Caput mitra veteris formæ tectum. Eſt hic Rogerus de Turinge, Catalaunenſis epiſcopus, qui obiit anno 1093. Epiſcopi Catalaunenſes alias ſuo tantum nomine nummos inſcripſere: ut GAVFRID. EPISCOP9. In media nummi area, PAX. .)(. CATALANI. CIVI. Crux. Obiit iſte Gaufridus, anno 1143. Quamobrem adjunctum Philippi nomen eſt in illo priore nummo ab epiſcopo Rogero, ut agnitum a ſe Philippum regem teſtaretur.

Fuit Philippi I. temporibus Raymundus S. Ægidii Comes Toloſanus, qui obiiſſe ponitur in obſidione Tripolitana, anno 1105. Ejus eſt hic nummus a Du-Cangio delineatus in Obſervationibus ad hiſtoriam S. Ludovici, pag. 232.

Ibid. R. COMES PALATII, cum cruce Toloſana: ſignificat Raymundum ſummum Judicem fuiſſe cauſarum in Palatio Toloſano dijudicandarum; ex omni ea ditione: Gallice, *Chef de la Juſtice*. Errant qui Comitem Palatii ſive Palatinum ſecus interpretantur, tum veteres, tum recentes. In averſa parte eſt ſidus Solis, cum Lunæ creſcentis effigie. Epigraphe: DVX MARCHIO PV. hoc eſt, *Provinciæ, de la Provence*. Ex quo cœpere eſſe ex Francica gente Imperatores, quos in ſecunda ætate appellavimus, jam tunc ſubtraxiſſe ſe Romano Imperio videntur Tranſpadani; & in Narbonenſi provincia ac prima Lugdunenſi apparet Imperium conſtitiſſe. Ita tamen ut Imperatores in ipſiſmet Galliis honorario tantum fere titulo fruerentur; ac reges ſub ſe haberent in Lugdunenſi prima provincia: In ea autem parte provinciæ Narbonenſis, quam Languedocium vocamus, Comites ipſæ conſtituerent quos vellent civitates, in ea quam Provinciam dicimus, Marchiones, hoc eſt, duces Comiteſve, qui marchiæ ſive limiti Imperii Romani in Gallis præeſſent. Quid conjectare nos jubeant ſinantve nummi veteres ſcribimus, non quod falſa chartaria produnt; cujusmodi magnum Chartarium eſt S. Victoris Maſſilienſis, unde inſtrumentum profertur anni 944. *Indict.* VIII. in hiſtoria Comitum Provinciæ, pag. 48. hoc initio: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, &c.* Quamquam ad annum quod attinet, fortaſſis ſolius mendum librarii eſt, pro 934. quo fuit Indictio VIII. Nam anno 944. Indictio fuit ſecunda.

Lu-

LUDOVICUS VI.

Udovico VI. quem Groſſum dixere, tribuendos eos eſſe nummos cenſemus, quos delineavit Le Blanc, pag. 164. n. 3. & 4. Aurelianis unctum eum fuiſſe libri teſtantur, ut veteres nummi de Philippo patre.

Tab. XVIII. 1. LVDOVICVS RE. *Rex.* In medio, A & ω. .)(. PONTISAR CASTI vel potius CASTRO. Hodie *Pontoiſe.*

Ibid 2. LVDOVICVS REX. In medio A & ω. .)(. PARISII CIVI*tas.* Nuſquam in nummis ſcribitur *Rex Francorum.*

Sub Ludovico VI. exiguos fuiſſe regni Francorum fines fatetur P. Daniel, pag. 1134. eoſque circumſcriptos Pariſiis, Aurelianis, Stampis, Compendio, Meloduno, & emptis (ut volunt) a patre Philippo Biturigibus. Sed idem addit, reliquos in Gallia Comites & Barones debuiſſe apud Regem clientelam profiteri; ita tamen ut hanc ſemel profeſſi, ſupremi eſſent apud ſuos domini; ſubſidia militaria regi darent pro arbitrio, vel negarent; tributa a ſuis exigerent; & majores interdum copias, quam rex ipſe, contraherent. Hæc vero nobis videntur omnino ſtare non poſſe cum jure clientelæ; nec quemquam illorum Comitum, ſaltem paulo inſigniorum, talem apud Regem his temporibus profeſſum eſſe clientelam, genuino aliquo probari poteſt inſtrumento.

LUDOVICUS VII.

Udovico VII. fortaſſis tribui nummos oportet, qui ſunt ibidem, num. 5. & 12. Stampis percuſſi.

Tab. XVIII. 1. LODOVICVS REX 1. In medio, caſtellum cum turribus: & litteræ ſparſæ hoc ordine: IC LOTIS: quæ cum littera I quæ eſt in ambitu, quam ſententiam efficiant, non video: niſi quod *Immunes* Stampas viciant, non videantur indicare. Quæ ſi vera conjectatio eſt, certius multo iſtud eſt immunitatis Stampenſium inſtrumentum, quam Charta Ludovici VI. quæ in eam rem profertur in libro inſcripto, *Antiquitez d'Eſtampes*, pag. 95. Eſt enim hæc falſa. Incipit ab hac formula: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovicus Dei gratia Rex Francorum. Notum fieri volo*, &c. ſub finem; *ſigilli noſtri auctoritate & nominis noſtri charactere ſubterfirmavimus.* Similis eſt altera Ludovici VII. pag. 103. eodem initio; & ſub finem; *ſigilli noſtri auctoritate & nominis noſtri charactere ſubſcripto firmari præcepimus.* Atqui in hac tertia ætate nullus apparet in nummis character ſive monogramma nominis alicujus Regum: nullus igitur in chartis niſi fictus & ſuppoſititius eſt. .)(. STAMPIS CASTELLVM. In medio Crux, cum gemina littera, quæ prima nominis *Stampæ* eſt.

Ibid 2. LODOVICVS REX. In medio, oE+ Hoc eſt, ut quidem conjicimus, *Orantem Exaudi Chriſte*, ſive, quando te orat. Pietati deditum adverſus Chriſtum Dominum ac Deum fuiſſe Ludovicum regem, hic nummus, ſi reſte conjicimus, docet. Similem formulam in nummis ſæpe vidimus in ſæculo Juſtinianeo. .)(. STAMPIS CASTELLVM, forte *Veteribus*, ut dictum eſt ſupra.

Ibid. 3. LVDOVICVS REX. Crux cum litteris ſigniſve ignotis. .)(. LANDONIS CASTA: pro *Caſtro Landonis*: *Chateau-Landon, en Gaſtinois.* Le Blanc, pag. 164. n. 1.

Ibid. 4. LODOVICVS. Crux. .)(. EGOLESSIME, pro *Enculiſmæ*, *Angouleſme.* Eſt in Collectione Mſ. D. de Peireſc, pag. 220. & in Muſeo San-Genovefano, pag. 144.

Ibid. 5. LVDOICVS REX. Caput cinctum diademate, tergemina cruce ſuperpoſita, ut in nummo avi ipſius Philippi. .)(. GALTERVS EPC. *Galterus Epiſcopus.* Caput mitra veteris formæ tectum. Eſt Galterus de Montagne, epiſcopus Laudunenſis, anno 1155. vita functus anno 1174. Nummus eſt argenteus in Muſeo San-Genovefano, pag. 145.

Ejuſdem Ludovici regis vidimus nummum in averſa parte inſcriptum, DVX AQVITANIE: ſed ubi viderimus, nunc ex animo excidit.

P. du Moulinet in Muſeo San-Genovefano, pag. 146. & 147. ait penes ſe nummos eſſe Ludovici VII. inſcriptos his præterea nominibus: TVRONICVS CIVIS: LEMOVICVS: PARISIVS: CASTROBLESIS: AVRELIVS: SENONIS: ALTISSIODORIS: ATREBATVS: CASTRI DVNI: DIVIONENSIS. De ATREBATVS & DIVIONENSIS, & TURONICUS, arbitramur falli eum, cum nec Arteſiam habuerit, nec Burgundiam, nec Turoniam Ludovicus. De ceteris non vacat inquirere.

PHILIPPUS AUGUSTUS.

Tab. XIX.

1.

Philippus Rex Francorum. .)(. ARRAS CIVIS. *Atrebatum*, caput Arteſiæ. Crux, cum liliis in duobus angulis. Apud Le Blanc, pag. 176. n. 1.

Ibid. 2. Eadem forma: SEINT HOMER. Gallica nomenclatio eſt ſimiliter oppidi Sancti Audomari in Arteſia. *Ibid.*, n. 2. Non alteri Philippo, ſ in Regibus Francorum, quam Auguſto paruerunt hæ dæ civitates. Ceſſiſſe tamen Philippum Auguſtum oppidum ſancti Audomari Balduino Comiti Flandriæ, anno 1200. ſuperius vidimus in Philippo I.

Ibid. 3. Eadem forma, MOVNTVRVEL. Ibidem, num. 4. Non eſt oppidum illud in Pictonibus, ut exiſtimavit Le Blanc; ſed in Arteſiæ confinio; qua in provincia ſunt duæ proxime appellatæ civitates. Latine eſt Monaſteriolum, vel Mons Regalis, vel Monſtrolium; Gallice, *Monſtrueil.* Emiſſe dicitur hoc oppidum a Guillelmo de Maineriis, domino de Maintenay, anno 1224. Ludovicus VIII. Philippi Aug. filius, cum jam eſſet ſupremus Arteſiæ dominus. *Ibid.*

Ibid. 4. In ambitu nummi, BHRIC &c. Sententia ſub his litteris egregia occultatur, quam ante annos decem expoſuimus in Operibus Selectis noſtris, pag. 906. In interiore circulo, PHILIPPVS REX. .)(. GRACIA DEI R. *Rex.* In exteriore limbo, flores Liſi tredecim. Eſt argenteus ſingularis apud D. DE BOZE.

LUDOVICUS VIII.

Tab. XIX.

1. LVDOVICVS REX FRANCO*rum*: eadem forma monetæ ac ſub Philippo patre ipſius. .)(. PARISII CIVIS. Apud Le Blanc, pag. 164. n. 9. Nunc videtur cœpiſſe nomen Francorum toti regno dari; & optaſſe rex, nulli ut eſſent in regno ſervi. Tamdem id effecit Ludovicus x.

Ibid. 2. LVDOVICVS REX. Crux cum duobus floribus Liſi in angulis; quos in ſuis nummis inſculpere Ludovicus Rex aliquis non potuit ante Ludovicum VIII. .)(. SINELECTIS CIV. Hodie, *Senlis.* Ibidem, num. 6. Littera T inverſa, cum ſubjecta littera S efficit, *Tutator Silvanectenſium*, ſcilicet *Ludovicus Rex*; per flores Liſi, in hac nummi pagina ad latera litteræ T poſitos, deſignatus. Propterea inverti littera T oportuit, ut flores ſupereminerent: S vero jaceret, ut ſubjectos populos ſignificaret.

Ibid. 3. LVDOVICVS RIX. Caput Ludovici VIII. ſenioris, cinctum corona, ſed ſine liliis. Ipſe anno ætatis quadrageſimo obiiſſe fertur. .)(. Crux deſinens in flores Liſi tres. VRBS BITVRICA. Ibidem, num. 7.

Ibid. 4. REX LVDOVICVS. .)(. CASTELLVMEDANTE. *Caſtellum Medante:* hodie, *Mante, dans l'Iſle de France.* Le Blanc, ibidem, n. 8. ſed EDANTE legit, & quid ſit *Edante*, negat ſe ſcire. Littera M duobus hic ſervit nominibus; & interdum in fine vocum omittitur. Non ante Philippum I. & annum circiter 1080. ad reges Franciæ pertinuere Comitatus Pontiſaræ & Medantæ; *les Comtez de Pontoiſe & de Mante, ou le Vexin.* Vide Du-Cangium, in Obſerv. ad vitam S. Ludovici, pag. 246.

LUDOVICUS IX.

Tab. XIX.

1. BNDICTV. SIT NOME. DOM. NRI DEI IHV XRI. *Benedictum ſit nomen Domini noſtri Dei Jeſu Chriſti.* In interiore ambitu, LVDOVICVS REX. .)(. In extimo margine ſparſi flores Liſi tredecim. In medio, Eccleſia cum turribus; circa eam, TVRONVS CIVIS: nomen monetæ; *Bourgeois Tournois.* Apud Le Blanc, pag. 200. num. 6. & apud Menardum in Obſervat. ad Joinvillæum, pag. 392. edit. Du-Cangii.

Ibid. 2. LVDOVICVS REX. ✚. BNDICTV SIT NNOCDDNIPRIII. *Benedictum ſit Nomen Notiſſimum Orbi, Crucifixi Domini Dei Noſtri* IESV, *Per Rebelles, Incredulos, Ingratosque Judæos.* .)(. POPVLE MEVS, QVID FECI TIBI? Vox Chriſti ſedentis ante crucem nudi umbilico tenus, cum appenſis præcipuis paſſionis inſtrumentis. Eſt argenteus pondere unius groſſi cum granis duodecim: cujus effigies picta nobis data eſt ab amico.

Aureos præterea nummos cudit D. Ludovicus, cum hac formula, XPC VINCIT, XPC REGNAT, XPC IMPERAT: quod certiſſimum eſt victoriæ de infidelibus relatæ monumentum; exemplo avi ipſius Philippi Auguſti; cujus in perpulcro numismate ſcriptum eſt, ut ante annos decem & eo amplius oſtendimus: TIMEAT ORIENS, REGNAT IESVS. Similiter accepto victoriæ nuncio, cudi monetam auream mater Ludovici Blancha præcipit, ſuo etiam nomine inſcriptam, dum Rex abeſſet: ✚ BLANCHA REG. LVDOVICI FRANC. REGIS MATER. .)(. XPC VINCIT. XPC REGNAT. XPC IMPERAT.

PHILIPPUS AUDAX.

SImillimus eſt nummo priori Ludovici patris iſte filii ipſius Philippi Audacis: BNDICTV SIT NOME: DNI NRI DEI IHV XPI. PHILIPPVS REX. .)(. TVRONVS CIVIS: cum floribus Liſi tredecim in ambitu. Apud Menardum, loco citato.

De monetis, quæ deinceps ſub Philippo Pulcro conſecutisque regibus percuſſæ ſunt, dicere ſupersedemus: neque enim id eſt inſtituti noſtri; cum præter nummos alia ſint certa documenta rerum geſtarum ex illo tempore, & ad has illuſtrandas nihil illi aut perparum proſint.

Ubi ſepulti Reges Francorum.

CHronicon San-Dionyſianum, anno 1267. In illa abbatia *Regum Francorum olim quieſcentium facta eſt tranſlatio.* Fallit: nam vix quemquam Regum noſtrorum ante D. Ludovicum ibi depoſitum fuiſſe probari certo poteſt. Neque ſunt ſepulcra ibi Regum exſtructa, & nomina appoſita ſunt ab his, qui ſuas Eccleſias & domos credi voluerunt a primæ ſtirpis (ut vocant) Regibus eſſe fundatas: non ea, inquam, anni 1267. fraus eſt, ſed ſæculi decimi quarti. Quod autem fraude factum eſt, id juſſu ſancti Regis perfectum eſſe credi voluere.

Tumuli omnes Regum, qui viſuntur in Eccleſia ſancti Dionyſii, ſive primæ, ſive ſecundæ ſtirpis, usque ad liberos ſancti Ludovici, mera Cenotaphia ſunt, inquit dom. Felibien, pag. 547. ſtructa juſſu ſancti Ludovici. Verius diceret, ſtructa ſæculo XIV. cura Monachorum. Nam quorſum id Rex ſanctus curaret; præſertim cum baſilicam eam abſolutam non viderit? Cœpta eſt enim reædificari anno 1231. juſſu reginæ Blanchæ, & Ludovici Regis: perfecta eſt eadem anno 1281. ſub Philippo Audace. In fornicibus & alibi paſſim viſuntur inſignia Caſtellæ, cum gentilitio regum Francorum ſcuto.

Quod ibi ſepulti dicuntur Hugo, Robertus, & Henricus, falſis tantum teſtibus nititur. Philippus I. qui Aurelianis unctus eſt, ut vidimus, etiam prope Aurelianos in Abbatia S. Benedicti Floriacenſis ad Ligerim idcirco voluit ſepeliri; quod certe nollet, ſi fuiſſet is ex ſtirpe Hugonis, Roberti, & Henrici; & hi prius fuiſſent in ſancti Dionyſii Eccleſia tumulati. Nam cur vellet a ſepulcris patrum ſuorum disjungi ſuum tanto intervallo? Stulta enim vero eſt, ſed ad aſſerendum prius mendacium, de ſepultis ibi ab antiquo regibus, excogitata, pſeudo-Sugerii Abbatis (ut volunt) S. Dionyſii, ratiocinatio: aïentis in vita Ludovici Groſſi, tomo IV. ſcript. Hiſt. Franc. apud Du Chesnium, pag. 293. cap. XII. *Quod a ſepultura patrum ſuorum regum, quæ in Eccleſia beati Dionyſii quaſi* JURE NATURALI *habetur, ſe abſentari deſideraverat, eo quod minus bene erga Eccleſiam ſe habuerat; & quia inter tot nobiles Reges non magni duceretur ejus ſepultura.* Somnium iſtud inepti ſcriptoris eſt, cujus nunc ipſos Benedictinos pudet. Floriaci, ubi ſepultus dicitur Philippus I. nullum eſt ejus epitaphium; ſed effigies, ut creditur. Sepultus veriſimilius credi poteſt, ubi obiit, Meloduni, *à Melun.*

Ludovicus VI. ſive Groſſus, ut appellavere, San-Dionyſii ſepultus eſt, inquiunt, in eodem tumulo ac Henricus I. cum epigraphe, LVDOVICVS GROSSVS. Sed fortaſſis quoniam eſt id incredibile omni ex parte, noluere San-Marthani, nolunt peritiores hiſtorici recentes locum commemorare ubi ſit ſepultus. Ludicrum cognomentum inſcriptum fuiſſe tumulo regio quis credat, niſi recenti manu & mente imperita?

Ludovicus VII. qui & Junior, jacet in abbatia B. Mariæ de Barbeau, ſive Sani Portus. *Sain-Port*, ad Sequanam, prope Melodunum, Ordinis Ciſtercienſis, ſine epitaphio.

Philippi Auguſti tumulus mera lamina fuit, inquit domnus Felibien Benedictinus, ſed ea argentea, quæ propter pretium, inquiunt, eſt direpta. Fabula ficta ad aſſerendam ſepulturam regis Philippi San-Dionyſianam, cujus veſtigium nullum eſt. Verius Medantæ, *a Mante*, ſepultum crediderim, ubi diem ſupremum obiit.

Ludovici VIII. verius ſimiliter Monpenſerii in Arvernia, ubi defunctus, etiam ſepultus creditur, quam inde Pariſios allatus, nondum eo more inducto, nondum ſuperbis regum exſequiis conſuetudine receptis, veſtigium tumuli illius in Eccleſia San-Dionyſiana nullum eſt, teſte D. Felibien, pag. 555. In diplomate Philippi Audacis, ſed ficto, anni 1276. eruto ex Archivis Abbatiæ S. Andreæ prope urbem Claromontenſem, dicuntur *cor & viſcera Ludovici* (VIII.) *Regis ab arce de Montpenſier in Alvernia, deportata & repoſita in* eam *Eccleſiam* fuiſſe: apud Baluz. *Preuves de l'hiſt. d'Auvergne*, pag. 61. Ibi Philippus Rex *Guillelmum magnum Comitem propatruum ſuum* vocat, Carolus VIII. eumdem *abavunculum*; geminato mendacio, nec ſibi conſtante.

Denique cum Joinvillæus (ſi qua tamen fides debetur homini in plurimis mendaci) S. Ludovicum aſſerat elegiſſe in Eccleſia ſancti Dionyſii locum ſepulturæ, in ea ſe ſententia docet fuiſſe, quæ deſtinatum prius locum aliquem negat fuiſſe ſepeliendis regibus.

Ex his recte colligas, neminem Regum Francorum in baſilica ſancti Dionyſii ſepultum fuiſſe, antequam eſſet ſancti Ludovici & Blanchæ matris ipſius juſſu exædificata. Nam ob eam cauſam, quod juſſu patris eſſet exſtructa, Philippus Audax oſſa ipſius in ſepulcro ibi lapideo condidit; & ibi ſimiliter voluit ſepeliri, ac ceteri deinceps. Primum ſepulcrum marmoreum fuit Philippi Audacis, exſtans e terra altitudine fere trium pedum. Et ſic ſunt ſepulcra Regum uſque ad Carolum VIII.

De Regibus tertiæ ætatis quædam quæ vere ſunt prodita, quædam quæ falſo.

MEmoire abregé pour les Princes du ſang, pag. 13. *C'eſt ſous Hugues Capet,* OU PEU DE TEMS APRE'S LUI, *que la Monarchie & la ſucceſſion à la Couronne prirent cette forme, & cette conſtitution ſtable & certaine, qui les ont conſervées juſques aujourdhui; & ce n'eſt que dans cette troiſiéme Race qu'il faut chercher une vraie loi fondamentale, établie par le conſentement naturel & refléchi des Rois & des peuples, déclarée & confirmée par l'uſage invariable de plus de ſept ſiecles.* Recte ac vere dicitur jus ſucceſſionis invariatum & irrevocabile in domo Regia a Philippo I. & Ludovicæa gente cœpiſſe. Quæ ſecus ſtatuta leguntur, falſa & ficta ea ſunt omnia.

Pag. 18. *La plupart des hiſtoriens rapporterent, qu'on attribuë communément à Hugues Capet l'établiſſement du droit d'aineſſe, à l'entiere excluſion des cadets dans*

dans la ſucceſſion de la Couronne. D'autres hiſtoriens aſſurent, que jamais Hugue Capet ne fit aucune loi ſur ces articles: mais que ce ſont des Coutumes & des Regles établies par le conſentement mutuel des Rois & des peuples. Jus primogenitorum ad ſucceſſionem in univerſo regno, quantum maximum illud aliquando futurum eſſet, ex antedictis recte intelligitur a Philippo I. coepiſſe, committentibus ei ſe regendos Francis in Aurelianenſi primum agro, Stampenſi, & Catalaunenſi; & in Inſula Franciæ, extra Pariſios: deinde adjungentibus ſe vicinis ei fœderi.

Pag. 19. *On ne connoiſſoit point encore* (ſub Carolo Magno) *ce droit de reünion & d'incorporation, qui n'a eſté établi que dans la troiſiéme Race.* Non fuit reipſa primis illis temporibus ulla alienatarum provinciarum ad regias poſſeſſiones reſtitutio, cum primum exorta ſit regia poteſtas cum ſucceſſionis jure in domo Philippi I. ſed fuit adjungentium ſe huic fœderi civitatum ſpontanea cooptatio, provinciarumque acceſſio vel jure belli, vel hereditate.

P. Daniel, tomo 1. pag. 1452. *C'eſt ſous ce regne* (ſub Philippo Auguſto) *que Meſſieurs de Sainte Marthe dans leur hiſtoire Genealogique de la Maiſon de France, commencent à marquer les reünions faites par nos Rois, de pluſieurs domaines, qui avoient eſté démembrez de la Couronne dans les ſiecles précedens. E ils le ſont d'ordinaire ſur les Actes qu'ils ont trouvez dans le Treſor des Chartres, qui fournit peu de choſes au regard des Rois precedens: parce qu'ainſi que je l'ai remarqué, le Chartier de France fut enlevé par le Roi d'Angleterre, dans la déroute de l'arriere-garde de Philippe Auguſte, qui ne put obtenir qu'on le lui rendiſt.* Fabulæ. Regno contributæ provinciæ nullæ ex jure fuerunt, priusquam regnum ipſum conſtitueretur; cum jure ſucceſſionis in una domo ad regimen aſſumta. Id vero primum factum eſt ſub Philippo I. & in exiguo admodum tractu Galliarum. Chartophylacium Regium certe nihil habet omnino, quod ad Reges pertineat primæ vel ſecundæ ætatis, ac ne de tribus quidem primis tertiæ Regibus? Quid ita? Quoniam nec ſtirps ulla certa ad regnandum cum ſpe vel jure ſucceſſionis eſt aſſumta ante Philippum I. Quod autem de Chartophylacio Regio direpto ab Anglis narratur anno 1194. ſub Philippo Auguſto, mera ea quoque fabula eſt; quam Rymeriana Collectio in Anglia nuper edita refellit: niſi forte transfretans in Angliam Chartophylacium illud eſt mari merſum. An vero Chartophylacium Regium aut ad exercitum fuiſſe delatum, credibile eſt; aut in extrema acie relictum, quæ maxime direptioni patet?

HUGO CAPETUS.

NUllum in Chartophylacio Regio, ut diximus, Hugonis Capeti diploma vel præceptum eſt. At exſtat hæc illius apud Gerbertum epiſtola CXI. ' *Baſilio & Conſtantino Imperatoribus orthodoxis, Hugo gratia Domini Rex Francorum. Cum nobilitas veſtri generis, tum etiam gloria magnorum actuum, ad amorem veſtrum nos hortatur & cogit. Hi quippe eſſe videmini, quorum amicitia nihil dignius in humanis rebus poſſit exiſtimari. Hanc ſanctiſſimam amicitiam juſtiſſimamque ſocietatem* [2] *ſic expetimus, ut nec regna nec opes veſtras in ea requiramus. Sed hæc conditio, quæ noſtri juris ſunt veſtra efficit; magnoque uſui, ſi placet, hæc noſtra conjunctio erit, magnosque fructus efferet. Etenim* [3] *nobis obſtantibus nec Gallus nec Germanus fines laceſſet* [4] *Romani Imperii. Ergo ut hæc bona fiant perpetua, quoniam eſt nobis unicus filius & ipſe* [5] *Rex, nec ei parem in matrimonio optare poſſumus,* [6] *propter affinitatem vicinorum Regum, filiam ſancti Imperii præcipuo affectu quærimus. Quod ſi hæc petita ſereniſſimis auribus veſtris placuerint; aut ſacris Imperialibus, aut amicis fidis nos certos reddite; ut per noſtros legatos* [7] VESTRA MAJESTATE *dignos, quæ ſonuerint chartis, impleantur in rebus.*

Ficta epiſtola hæc eſt ob duo præſertim: primum quidem, ad adſtruendum Imperium Conſtantinopolitanum: deinde ad aſſerendam ſocietatem regni Roberti cum Hugone.

1 Nec fuere hi Imperatores, nec fuere Conſtantinopoli; nec fuere ulli Conſtantinopoli Imperatores; nec duo Principes ibi ſimul, ſed unicus Deſpota.

2 Quorſum, vel quo fructu, Rex Pariſienſis ſocietatem expeteret Deſpotæ Byzantini?

3 Glorioſa & vana, ac propemodum inſana jactatio.

4 Romanum in Oriente Imperium tunc nullum fuit.

5 Falſum: cum nec filius Hugonis Robertus fuiſſe videatur, ut diximus. Sed ut ut eſt, rem ſaltem dubiam facit falſus teſtis.

6 Ecquam affinitatem habuit Hugo cum aliis Galliæ totius, ac vicinarum regionum, Baronibus, Comitibusque?

7 Veſtra majeſtas, vox eſt multo poſterioris ævi.

8 Nullum uſpiam reſponſum exſtat. Paſſusne repulſam eſt Hugo a Deſpota Byzantino?

Nulla præterea eſt in hac epiſtola notatio temporis. Exercitationem ſcholaſticam ſapit.

Hugoni Capeto Adelaïs conjux datur, ſed originis ignotæ & incertæ. Adelaïdem certo vocari dicunt: cur? quia ſic appellatur in Chartis multis Tabularii S. Dionyſii. Comitis Pictavienſis filia dicitur, ac propterea e ſanguine Caroli Magni, in Chronico S. Petri Vivi Senonenſis. Eduardi regis Angliæ filia eadem eſt Willelmo Malmesburienſi: *ex inclyta progenie ab Auſoniæ partibus*, Helgaudo ſcriptori vitæ Roberti filii Hugonis: Othonis I. denique filia, ſcriptori recenti.

Mabillonius, De re Diplom. pag. 576. ex autographo Foſſatenſi: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hugo gratia Dei Rex.* Cur non *Francorum?* In fine: *Data* XII. *Kal. Jul. Indictione* II. *anno* II. *regnante Hugone rege.* At Indictionem reges Franciæ numquam notarunt; nec ante Carolum V. regem annos regni: quod nunc ſemel dixiſſe ſufficiat. Vitioſam in hac Charta eſſe notationem temporis fatetur Mabillonius, & poſterius adjectam; a falſario proinde: ſed chartam tamen eo nomine rejicienda negat. Ecquis vero judex in foro talem admiſerit, ut prædium alicui vel tenuiſſimum adjudicet?

Ejusdem eſt pretii altera Hugonis charta, ibidem, pag. 575. ex autographo cœnobii S. Vincentii Laudunenſis, ſimili initio: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hugo gratia Dei Rex.* In fine: *Actum Compendio palatio. . . . anno* I. *regnante ſereniſſimo rege Hugone*, VI. *Kal. Octob. Indict.* XV. Sigillum huic chartæ affixum a Mabillonio delineatur pag. 421. cum hac inſcriptione, HVGO DEI MISERICORDIA FRANCORVM REX: quamvis in charta ſcriptum ſit, GRATIA DEI REX. Exhibet ſigillum imaginem Regis umbilico tenus, dextra tenentis Manum Juſtitiæ, ut appellant, ſiniſtra orbem, in capite coronam ex floribus Liſi, ſive

liliis: quæ ſunt totidem falſitatis argumenta certiſſima. Neque enim aut orbem umquam in ſuis ſigillis, aut ante Ludovicum X. ſive manum Juſtitiæ geſtavere Reges Francorum, ſive coronam cum floribus Liſi: hoc eſt, nonniſi poſt annos amplius trecentos ab Hugone.

Charta Trenorchienſis, *de Tournus*, unde hoc ſigillum accepit Mabillonius, titulum hunc habet in ipſo diplomate, referente Chifletio, pag. 289. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hugo divina præordinante clementia Rex Francorum*: phraſi ſcholam clauſtrumve redolente. In fine; *Anno* II. *regnante Hugoni rege.*

ROBERTUS REX.

IN Chartophylacio Regio, ut dictum eſt, nullum Roberti præceptum eſt, nullæ ſunt litteræ. Apud Mabillonium, de re Diplom. pag. 578. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hugo atque Rotbertus gratia Dei Reges inclyti. . . . Datum* V. *Idus Octob. anno regum Hugonis atque Roberti* VIII. *Actum in Dei nomine* (in monaſterio) *ſancti Dionyſii feliciter.* Atqui die V. Idus Octobris, qui fuit anno octavo Hugonis, nonniſi ſeptimus annus Roberti fuit. 2o. Formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, non ante ſæculum XIV. inducta eſt: id quod nunc ſemel dixiſſe ſufficiat; cum ad diplomata numero plurima explodenda, ut eo ſæculo cum citiſſime ficta, pertineat. Dicti cauſam in peculiari diſſertatione de eo argumento attulimus. 3o. *Rotbertus*, pro *Robertus*, ex ingenio eſt impiæ cohortis eodem ſæculo exortæ; quæ ſic voluit credi ſcriptum id nomen olim fuiſſe. At numquam in nummis ROTBERTVS ſcribitur, ſed ROBERTVS tantum. Hoc diploma deſcribit Mabillonius ex Chartulario S. Germani Autiſiodorenſis, ut & alterum Rotberti ſolius, pag. 580. hoc initio. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Rotbertus divinitatis annuente clementia Rex:* ſtilo rhetorico, non Regio.

Diploma Roberti regis, ad donationes confirmandas, apud Perardum, pag. 178. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Rodbertus divina providente clementia Francorum Rex:* diverſa a prioribus formula, ſtilo tamen vel calamo eodem: ſuppoſititium eſt; tum ob formulam recentiorem, *In nomine ſanctæ* &c. tum ob nomen *Rodbertus*, quod numquam in nummis ſic ſcribitur. In ſigillo tamen, ſed ficto hujus diplomatis, ROBERTVS ſcribitur: ſed & orbem tenet, & dextra crucem: quæ ſunt in ſigillis Regum Francorum indicia falſi manifeſta. In fine dicitur, *Actum anno ab Incarnatione Domini* MXXX. IX. KI. *Octobris, & in anno regni Rodberti excellentiſſimi regis, & in quarto anno filii Henrici regis. Conſtantia* quoque Roberti uxor ibi memorata, incertæ prorſus originis eſt. Arelatenſis dicitur, ſive Provinciæ, in hiſtoria Comitum Andegavenſium: a partibus Aquitaniæ, ex Glabro Rodulpho, tomo V. ſcript. hiſt. Franc. pag. 38. filia Guillelmi Toloſani Comitis, ex incerto auctore, ibidem, pag. 95.

Charta Roberti regis, in hiſtoria Melodunenſi, *de Melun*, pag. 296. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. . . . domino Benedicto* SENIORIS ROMÆ *Pontifice, nec non piiſſimo Roberto Francorum Rege.* Illa *ſenioris Romæ* appellatio, nonniſi ſæculo decimo quarto invecta eſt. Exſtat ea charta, non authentica, ſed tantum in inſtrumento, quod dicitur *Vidimus*, die 14. Junii, 1418. Illuſum eſt iis qui viderunt, ut & aliis bene multis.

In eadem hiſtoria, pag. 234. charta Hugonis atque Roberti: *Ego Hugo atque Robertus filius meus propitiante Deo* IMPERII FRANCORVM *ſceptris potiti*, &c. vel ex hoc rhetorico thraſonicoque initio falſa cenſenda.

Apud Mabillonium, pag. 421. ex archivo S. Germani a Pratis, ſpecimen exhibetur diplomatis Roberti Regis, hoc initio: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Rotbertus gratia Dei Francorum Rex.* In ſigillo ſimiliter ſcribitur. Exhibetur autem ipſe orbem ſiniſtra geſtans, dextra florem Liſi, ut & in altero, pag. 423. quæ omnia chartæ utriusque falſitatem demonſtrant. Prior ſic deſinit: *Actum Stampis, palatio publico, anno incarnati Verbi* MXXX. *& regni Rotberti glorioſiſſimi regis* XXXVIIII.

In Chartophylacio Regio (*le Treſor des Chartres*) inſtrumenta, quæ appellant *Vidimus*, non exſtant, opinor, ante annum 1315. nec de priorum trium regum diplomatibus, aut Edicti Regii anterioris Ludovico Groſſo, qui filius Philippi I. Exſtat unum ibi Vidimus Regiſtro 80. pro anno 1350. & 1351. quia Vidimus Ludovici X. ſive Hutini, anno 1315. & alterum Philippi Valeſii, anni 1345 conjuncta ſunt ambo cum Vidimus Joannis Regis, anni 1351.

Refert domnus Felibien Benedictinus, pag. LXXXI. ex Chartario S. Vincentii Laudunenſis, diploma, cujus hoc initium eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Guarinus ſancti cœnobii Dionyſii divina propitiante clementia Abba.* Clauſula autem: *Actum S. Dionyſii.* VI. *Idus Novembris, anno, regnante Hugone rege, ſecundo, Indictione* VI. Monet autem ibidem, incognitum eſſe illum abbatem S. Dionyſii Guarinum: nec cadere annum ſecundum Hugonis cum Indictione ſexta. Ergo & initium & finis falſarium olet.

Nec melioris eſt notæ charta ibi gemina altera, pag. LXXXII. & LXXXIV. quæ ſic incipit: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Robertus* (in poſteriore, *Rotbertus*) *divina ordinante clementia Rex Francorum* SEMPER AVGVSTVS. Vide quæ de hac formula, *ſemper Auguſtus*, ſuperius diximus.

HENRICUS REX.

EXſtat Henrici diploma, tomo VIII. Spicilegii, pag. 156. rogatu epiſcopi Aurelianenſis; *Ego Hainricus gratia Dei Francorum Rex. . . . . Datum Aureliæ*, VI. *Non. Octob. anno ab Incarnatione Domini* MLVII. *Henrici vero Regis* XXVIII. At Aureliæ nihil habuit juris Henricus; & is in hac Charta nunc *Henricus*, ſcribitur, nunc *Hainricus*.

Philippi regis matri nomen fuiſſe a littera A incipiens docet Charta ipſius genuina, quæ eſt in Muſeo noſtro, viſa laudataque a Mabillonio, pag. 145. Hanc aiunt fuiſſe Annam de Ruſſia, filiam Jaroſlai regis Ruſſorum & Moſcorum; quam Henricus duxiſſe

xiſſe ponitur anno 1051. Oportet igitur ut Henricus eam uxorem non duxerit ante ætatis ſuæ annum XLVI. aut fortaſſis etiam tardius. Nam obiiſſe dicitur anno 1060. ætatis LV. & Philippum filium octennem reliquiſſe, vel novennem: ſcilicet ut Henrici filius exiſtimetur Philippus. Neque enim infantem proceres in regem, niſi filium regis aſſumerent, & quem vivus ipſe parens jam regem curaſſet ab omnibus ſalutari. Propterea etiam, opinor, accerſenda e Ruſſia uxor Henrico fuit, ut tarde veniret. Sed puduit Aimoïni Continuatorem tam ſero dici Henricum duxiſſe conjugem. Itaque commentus eſt priores eum adeptum eſſe nuptias, & ex eo conjugio filiam ſuſcepiſſe, ſed quæ cum matre paulo poſt obierit. Hoc vero commentum refellunt San-Marthani, alio adhibito contra teſte, ſed eo nihilo veraciore. Priorem uxorem Mathildem vocat, ortam ex Germaniæ nobilioribus, Glaber Rodulfus, libro IV. cap. VIII. pag. 49. Aimoïnus, libro V. cap. XLVII. non eam de nomine appellat, ſed tantum *neptem* aït fuiſſe Henrici Alemannorum Imperatoris. Obiiſſe illa dicitur anno 1044. in Fragmento Hiſt. Franc· tomo IV. pag. 87. Anno 1034. in alio Fragmento, pag. 155.

Anna vero ſecunda uxor, filia regis Ruſſorum dicitur, libro IV. Miraculorum S. Benedicti, eodem tomo IV. pag. 153. *Anna filia Juriſcloht regis Ruſſorum*, incerto ſcriptori, pag. 87. *Mathildis Julius-Clodii regis Ruſſorum*, incerto ſcriptori, pag. 87. *Mathildis Julius-Clodii regis Rugorum* filia, incerto pariter ſcriptori, pag. 150. ex qua tres filii prognati, & una filia, ibidem. *Anna filia Georgii Sclavi regis Rutiorum*, pag. 97. *Annam Rutenorum filiam* vocat Aimoïnus, loco citato. *Rex*, inquit, *ad Rutenorum regem, Galtherum, cognomine Saveir, Meldenſem epiſcopum direxit, poſtulans ut ei ſuam mitteret filiam. Quod & factum eſt. Hujus nomen erat Anna.* Legationis hujus epiſcopo Meldenſi commiſſæ ſolus iſte Continuator Aimoïni meminit: qui propterea dedit occaſionem unius Galteri Meldenſis in duos dividendi: ficto ſcilicet cognomine, quod alteri non convenit, nec alibi exſtat. Ex vetuſto codice Eccleſiæ S. Audomari deſcripſit ea quæ ſequuntur Henſchenius, die 9. Maij, pag. 15. *Anno incarnati Verbi* MXLVIII. *quando Henricus Rex Francorum miſit in Rabaſtiam Catalaunenſem epiſcopum Rogerum, pro filia regis illius terræ, quam debebat ducere uxorem*, &c. Et infra: *Retulit igitur idem rex Georgius Sclavus epiſcopo Catalaunenſi*, &c. En hic Rogerus Catalaunenſis eſt, qui Continuatori Aimoïni Meldenſis Galterus eſt. Variant etiam ſcriptores de anno legationis, aliis annum 1050. aliis annum 1043. aut 1044. aſſignantibus.

Rutenorum regem nemo ex antiquis nominat Joreſlaum: ſed quia ficti poſtea poſt annum 1400. Ruſſorum ſive Moſcorum annales his temporibus Joreſlaum habent; idcireo recentiores ex duabus fictis fabulis tertiam de more concinnant. Verum autem nomen regis Ruſſorum (ſi tunc ſcilicet aliquis ibi rex fuit) ſcriptoribus illis latuiſſe, qui æquales aut vicini temporum illorum fuiſſe creduntur; ex eorum vel ſilentio vel errore manifeſtum eſt; dum alii falſum nomen fictumque perſpicue ex Hebræo, alii nullum afferunt. En quibus ex ſcriptoribus Francorum nunc hiſtoria contexitur. De Aimoïno vide Judicium P. Labbei, pag. 841. ubi Continuatorem Aimoïni, (quem tamen falſo putat ab ipſo pſeudo-Aimoïno diverſum:) Monachum recentem & Compilatorem vocat.

Habemus Annæ Matris Philippi, ut falſo creditur, diploma pro Monaſterio Foſſatenſi, laudatum a Mabillonio, pag. 80. & 145. ut diximus. Caret loci & temporis nota; ſigillum Philippi filii, ſed malleo interruptum, ut fallum, ſententia judicis, uti jam monuimus, appenſum eſt latere ſiniſtro, nec filis e ſerico, ſed ligula ex pergameno; denique ipſum caput Regis oblique exhibet: Sic incipit: *Notum volo fieri ego A. gratia Dei Francorum Regina fidelibus & affinibus noſtris* &c. Sigilli inſcriptio eſt, ut jam diximus, PHILIPS + (pro PHILIPV) DIGRA. FRANCORV REX. Florem is manu geſtat, at non florem Liſi, ut Mabillonius credi voluit; ſed florem vulgarem, ſpei ſymbolum, cujusmodi in aliorum regum ſigillis ex ævo ac poſterioribus viſitur. Nec ſunt in corona flores Liſi, ut idem Mabillonius pingi curavit, De re Diplom. pag. 425. in hujus ipſius ſigilli effigie: ac ne flores quidem ullius generis ibi ſunt, ſed uniones dumtaxat tres, quales nunc ſunt in Comitum coronis. Regum enim coronas floribus Liſi exornandi mos in nummis, ſtatuis, vel ſigillis nonniſi poſt annos circiter a Philippo I. ducentos cœpit. In ſigillo vir eſt barbatus, annorum circiter quadraginta, ut recte vidit Mabillonius, qui pingi barbatum ſeniorem curavit, loco citato. Ante annum autem 1074. datam eſſe hanc chartam oporteret, cum anno eo F. hoc eſt Frollando Silvanectenſi, qui ibi dicitur interfuiſſe Ivo ſucceſſerit. Falſum eſſet igitur, quod aïunt Annam biennio poſt exceſſum Henrici mariti, anno ſcilicet 1062. nupſiſſe Radulpho Comiti Crepiaci & Valeſii; viduamque rurſum factam anno 1066. & præſidio deſtitutam, in patriam rediiſſe. Falſum eſſet, anno 1060. Philippum adhuc octennem Henrico ſucceſſiſſe; cum anno circiter 1073. quadragenarius ſaltem ſit in ſigillo ſuo. Falſum igitur demum eſſet, hujus ipſius Chartæ ſuppoſititiæ teſtimonio, Henricum Philippi patrem fuiſſe.

Eſt apud Mabillonium, pag. 423. Henrici regis ſigillum, dextra geſtantis florem Liſi, & in corona ſimiles flores tres; argumento certiſſimo falſitatis, ut jam diximus. In fine legitur: *Actum Pariſius, anno incarnati Verbi* MLVII. *regni vero Henrici glorioſiſſimi regis* XXVIII. At annos regni tunc reges non adſcripſere, nec annum Incarnati verbi.

Falſum ſimiliter privilegium eſt monaſterii Trenorcienſis, *Tornus*, cujus eſt apud Chifletium, pag. 312. illud initium, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina præordinante clementia Rex Francorum:* quamvis illud deſcriptum confirmatumque dicitur a regibus, Philippo Pulcro, anno 1308. Carolo V. anno 1367. Karolo VII. anno 1439. Karolo VIII. anno 1494. & Ludovico XII. anno 1501. Illuſum fuiſſe iſti videtur, exhibitis tot præcedentium regum, ſed fictis, teſtimoniis. Pag. 316. affertur ibidem aliud Philippi I. privilegium iisdem verbis, atque Henricianum; ſed a ſolo (ut ibi dicitur) Philippo Pulcro, anno 1309. viſum, deſcriptum, confirmatumque.

Duces Burgundiæ.

BUrgundiæ Ducum origo & ſeries ſic vulgo ſtatuitur; eorum dico, qui fuere antequam hereditario jure ad Joannem Philippi Valeſii regis filium perveniret.

Ex Roberto Francorum rege, & Conſtantia regina,

Henricus Rex Francorum.

Robertus Dux Burgundiæ. Obiit anno 1075. Sepultus Semuri in Eccleſia quam fundarat. Appellatus *Robert le Vieux*: a quibuſdam exiſtimatus natu major Henrico.

Hugo, obiit ante patrem.

Henricus obiit ante patrem. I

Robertus, pulſus ab Hugone fratris filio, in Sicilia obiit anno 1133. at ex Guillelmo Tyrio, anno 1114.

Simon pulſus ſimiliter ab Hugone.

Conſtantia, obiit anno 1092. Aldeardis.

Hugo I. Dux. avo ſucceſſit, qui ei præferri voluerat patruos ejus, Robertum & Simonem. Poſt annos tres fit Monachus Cluniac. anno 1078. A

Odo I. Dux, obiit anno 1102. in Cilicia. B

Robertus epiſcopus Lingon. rex Orderico vitale, anno 1106.

Henricus Comes Portugalliæ. C I Alfonſus Rex Portugalliæ.

Raynaldus abbas Flaviniacenſis, ex charta Philippi I. Francorum regis.

Hugo II. Dux ab anno 1101. ad an. 1142. D

Henricus monachus Ciſterc. Obiit anno 1130

Sorores duæ.

Odo II. Dux obiit anno 1162.

Raymundus.

Robertus ep. Henricus ep. Gualterus ep. Lingon. E

Hugo I Sibylla.

Sorores quatuor.

Hugo III. Dux obiit anno 1192.

Sorores duæ.

Odo III. Dux. obiit anno 1218. F

Alexander.

Andreas Delphinus Viennenſis.

Mathildis.

Hugo IV. obiit anno 1272.

Sorores duæ.

Odo Comes Nivernenſis.

Joannes Caroloſii.

Robertus II. Dux. Rex titularis Theſſalonicæ. Nomen ei datum fuiſſe videtur a Roberto Arteſiæ Comite, fratre S. Ludovici regis Francorum. Uxor Agnes, filia ejuſdem S. Ludovici. Obiit Robertus anno 1309.

Hugo V. Dux, obiit anno 1315.

Odo IV. Dux & Comes Arteſiæ.

Ludovius, Rex Theſſalonicæ. Nomen ei ab avo materno, Rege Francorum.

Robertus. Nomen ei a patre.

Joannes.

Sorores quatuor. In his Joanna uxor Philippi Valeſii.

Obiit anno 1349. Uxor Joanna, filia Philippi Longi Regis Francorum.

Philippus Comes Arteſiæ; natus anno 1338. obiit anno 1346.

Joannes: nomen ei a matre, filia Regis.

Nomen ei ab avo materno, Philippo Longo Rege Francorum.

Philippus Dux Burgundiæ. Nomen ei a patre, Obiit ſine liberis, anno 1361.

Joanna. Nomen ei a patruo. Obiit ante fratrem.

Unde Burgundiam adiit hereditatis titulo Joannes Rex Francorum, filius Philippi Valeſii & Joannæ Burgundæ.

A Hunc ſcribunt annis quindecim fuiſſe monachum, & anno 1092. obiiſſe. Epitaphium ejus Cluniaci eſt hujusmodi: *Hic requieſcit celebrandæ memoriæ, magnusque ſæculi contemptor, Hugo olim Dux Burgundiæ, poſtea ſacerdos & monachus hujus ſanctæ Eccleſiæ Cluniacenſis. Anima ejus requieſcat in pace. Amen.* Epitaphium recens, & ut citiſſime ſæculi XIV. cujus ævi eſt illa formula, *Requieſcat in pace.* Nulla ſunt epitaphia Chriſtianorum, in Galliis ſaltem, ante ſæculum XII. Nulla in iſto anni notatio eſt appoſita, ne falſi poſſet coargui. In Chartis plurimis Dux iſte & monachus appellatur, ſed chartis monaſteriorum.

B In Chartulario S. Stephani Divionenſis, dicitur profectus ad bellum ſacrum. Verum a Guillelmo Tyrio non nominatur inter Principes, qui illud iter ſuſceperunt. In Chronico Beſucenſi dicitur fuiſſe cognomento *Borellus*; ficto ſcilicet, ut ſunt Capeti & Nothi & ſimilia, cognomine.

C Fingi hunc Henrici filium Henricum, Roberti

berti Ducis Burgundiæ nepotem, Roberti Francorum regis pronepotem, oportuit; ut æque ex Ducibus Burgundiæ, atque ex Regibus Francorum genus ducere crederentur Reges Portugalliæ. Cur ergo poſt hunc Henricum nullus in tota ſerie Portugalliæ Regum Henricus aut Robertus apparet? Puduitne poſteros de ſanguine Burgundico vel Francico ortos videri?

D Obiiſſe hunc Hugonem anno 1122. vel 1123. aïunt Vignerius & Paradinus: Chartularia & Chronica alia anno 1142. Idem in Charta abbatiæ Moliſmenſis *Borellus* cognominatur.

E Gualterus iſte epiſcopus Lingonenſis, in epitaphio apud Cartuſianos obiiſſe dicitur anno 1178. In Charta & Chronico, anno 1179.

F In Camera Computorum Pariſienſi nihil ſcriptum exſtat de Ducibus Burgundiæ ante annum 1195. & Odonem III. Vide Du Tillet, pag. 67.

Certe exiſtimamus, primum quidem, Burgundiæ Duces alios non fuiſſe, uſque ad Philippum, (cui Odo IV. pater honorificum putavit cognominem eſſe avi ſui materni Francorum Regis) niſi Odones & Hugones. Nullus enim Henricus aut Robertus, niſi fictus vel dubius, in ea ſtirpe eſt, poſt Hugonem, quem ſecundum dixerunt; hoc eſt, ex quo clareſcere tempora cœperunt. Caute & ſapienter pronunciavit Joannes Loccenius, in hiſtoria rerum Succicarum, ſcriptor accuratus & eruditus, incertam omnino eſſe Chronologiam uſque ad Suercherum II. & annum 1140 nec alibi nos arbitramur plures fuiſſe ſcriptores, quam in Suecia, de ſuis rebus, aut minus fabuloſos.

2°. Fictos eſſe anteriores, qui hic memorantur, Burgundiæ duces; præſertim Roberti Francorum Regis filium Robertum, & Henricum nepotem, & pronepotem Henricum Comitem Portugalliæ. Hos quidem iſtis nominibus fingi oportuit, ut ex Ducum Burgundionum ſimul & Francorum Regum ſanguine orti Portugalliæ reges crederentur, ut diximus. Sed fictam illam fabulam eſſe omnino ſuadet vel unum illud argumentum, quod ea deinceps nomina in ſerie Regum Portugalliæ non comparent. Et Robertum quidem Roberti regis filium fecere aliqui natu majorem Henrico, quippe patri cognominem; ut quamdam Burgundiæ Ducum familiæ præcellentiam ſupra Francicam, ſi poſſent artifices hujus fraudis Burgundiones, aſſererent. Referunt San-Marthani, pag. 685. quosdam arbitrari, Robertum a Roberto rege, dum viveret, ducem fuiſſe Burgundiæ conſtitutum; alios verius exiſtimare, poſt obitum patris ſuſcepiſſe eum cum Ducis titulo Burgundionum regnum adminiſtrandum; quoniam videlicet ita teſtatur Chartularium San-Germanenſe.

3° Alternis tamen vicibus Odones & Hugones Comites exſtitiſſe, ante Hugonem II. ex ſerie conſequentium Ducum videri manifeſtum: ſed eoſdem in Burgundia viros illuſtres, nec tamen totius Burgundiæ Comites. Cabilloni certe, & Auguſtoduni, & in reliqua fortaſſis tota Burgundia, Henricum Regem fuiſſe, nummi ſuperius allati ſuadent.

4° Fictos annales, ficta eſſe Chartularia, quæ aliquid ſecus ſtatuunt, non ante annum 1325: ficta autem ea eſſe, tum ob alios fines, tum ad aſſerendam Burgundiæ Ducum proſapiam ex Francorum regibus.

5° Qui in hac ſerie præterea Roberti vel Henrici nominantur, a falſis dumtaxat teſtibus Burgundico Ducum ſanguine prognatos dici.

6° Nomina Odonis & Hugonis primogenitorum Domus Burgundiæ propria fuiſſe, nec proinde a Roberto genus ducere. Ficta igitur eſſe diplomata duo Roberti Ducis Burgundiæ, filii Roberti regis Francorum, apud Peraldum, pag. 188. & 190. Prius ſic incipit: *In nomine Dei æterni ac Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, Robertus gratia ejusdem omnipotentis Regis Dux & Rector inferioris Burgundiæ . . . . anno ab Incarnatione Domini* MXLIII. *Indictione* XI. *epacta* VII. *ſecunda hebdomada Quadrageſimæ, feria tertia, prima die menſis Martii, regnante Henrico Francorum rege prædicti Ducis fratre, anno* XIII. *ipſius Regis* MONARCHIÆ. Tanta diligentia in ſingulis adnotandis adjunctis, fraudem manifeſtam olet. In Chartis ſinceris non *feria* notatur; ſed dies Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, & Sabbati, ante vel poſt hoc aut illud feſtum. Poſterioris initium illud eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Rotbertus gratia ejuſdem Dei noſtri, inferioris Burgundiæ Dux.* In fine eadem atque in priore, diligentia nimia eſt.

7° Fictam quoque Conſtantiam eſſe, filiam Roberti Ducis Burgundiæ, ad aſſerendum genus Henrici fratris quem fecere patrem Henrici Comitis Portugalliæ, ex Roberto rege Francorum, cujus uxorem appellavere Conſtantiam: cum reipſa Conſtantiam filiam nullam exſtitiſſe veriſimiliter oſtenderimus, ante Philippi I. regis filiam.

Solius Odonis IV. ſuperſunt nummi duo ſequentes.

Tab. XIX. 1. EVDES DVX .)(. BVRGONDIЄ. Templum. Infra, BC. pro *Burgundia.*

Ibid. 2. SIT NOMЄN DNI BENEDICTV. in ambitu: EVDES DVX: in medio Crux. .)(. in interiore circulo, BVRGVNDIЄ. Limbus exterior flores Liſi ſparſos habet plurimos, ſive quæ nunc vocant lilia: quoniam Comes Arteſiæ, cujus inſignia hi flores ſunt, Odo hic fuit.

PHILIPPUS I.

PHilippus I. intium dedit familiæ Regiæ, quæ nunc quoque regnat feliciter. Ea cauſa eſt, quamobrem nulli Francorum regum ante ipſum ab aliquo ſcriptore vetuſto prodatur fuiſſe divinitus conceſſum donum curandi ſtrumas, quod in Francorum Regibus hactenus perſeverat, toto orbe Chriſtiano miraculum confitente. Non auſi ſunt etiam fabularum conditores ab avita traditione diſcedere; quæ divinum illud beneficium non in anterioribus regibus agnoſceret; ſed in ea tantum familia, quæ ex Philippo traheret genus, atque in ipſomet Philippo e regibus primo illud animadvertiſſet. Verba Guiberti ſunt, libro 1. de Pignoribus ſanctorum, cap. 1. extremo; ubi poſtquam illud *conſuetudinarium* (ut vocat) *prodigium* ſibi viſum eſſe in Ludovico Groſſo retulit; hæc de ipſius patre Philippo ſubjungit: *Cujus gloriam miraculi cum Philippus pater ejus alacriter exerceret, neſcio quibus accidentibus cauſis amiſit.* Cum de rebus mirabilibus curandi ſtrumas in his tantummodo agnoſcit: Quod ſi uſitatum fuiſſet prioribus Francorum regibus, non illud veluti ſingulare in Ludovico, ſub quo Guibertus vixiſſe fertur, & in patre ipſius Philippo, commemoraret. *Quid quod dominum noſtrum Ludovicum,* inquit, *conſuetudinario uti videmus prodigio? Hos plane, qui ſcrophas juxta jugulum* &c.

Mabillonius, De Re Diplom. pag. 94. *Quod de Philippi nomine dicit Magiſter quidam in Iſagogis ſuis apud Ingulfum,* (fol. 517. verſo) *nempe* „ Deum „ adamaſſe Chriſtianitatem regni Franciæ, id eſt, „ Philipporum, cum apud Francos nomen PHI-

„ LIPPI

„ LIPPI frequentiſſimum habeatur; in tantum ut „ rex Henricus, qui modo, *inquit*, regnat in Fran- „ cia, filium ſuum primogenitum fecerit appellari „ &c. *Neſcio quo fundamento ſcripſerit: nam paucos invenimus Philippi nomine per ea tempora affectos.* Ita Mabillonius. Certe a Philippo Imp. uſque ad Philippum regem, nemo paulum modo nobilis, aut genere clarus, ne in hiſtoria quidem, quamlibet mendace, Philippus reperitur. Et fatuum eſt, quod Ingulfus iſte ait, regnum Franciæ appellatum fuiſſe regnum Philipporum, maxime ſub Henrico, priusquam exſtitiſſet ullus Philippi nomine Rex. At eo verbo docet ſe ſub Philippo Valeſio ſcripſiſſe, & regnum Francorum idcirco Philipporum regnum appellare, quod jam ſex eo nomine reges Francia habuiſſet.

Conſecratio Philippi Regis, tunc ſeptennis, recitatur apud Du-Chesnium, tomo IV. Script. hiſt. Franc. pag. 161. ex MS D. Alexandri Petavii Senatoris Pariſienſis. Ita fingi eam nimirum oportuit, ut cogerentur poſteri confiteri filium Henrici Philippum fuiſſe; ſiquidem infans certe non coronaretur, niſi filius Regis: ipſo præſertim vivo ac bene valente: Remis ea ibi peracta dicitur a Gervaſio archiepiſcopo: neque ibi tantum, ſed & in privilegio ſuperius indicato Henrici Regis, in hiſtoria Trenorchienſi, pag 312. & alibi: cum ipſi nummi Philippi Aurelianis unctum fuiſſe eum affirment, ut diximus; ac propterea haud dubie Aurelianis etiam (id quod mendaces ipſi confitentur) unctus ſit Philippi filius Ludovicus Groſſus. Scilicet cum nondum haberet Philippus ditioni ſuæ ſubjectam Eccleſiam archiepiſcopalem, in nobiliſſima epiſcopalium ſibi ſubjectarum, quæ Aurelianenſis tunc erat, & ſe & filium voluit conſecrari. Nondum Sueſſiones, nondum Carnutes obtinebat. D. Abbas Fleury, tomo XIII. hiſt. Eccleſ. pag. 82. agnoſcit hanc Philippi I. unctionem primam eſſe, quæ de Regibus tertiæ ſtirpis ſcripto ſit authentico prodita. At ſuppoſititium illud eſſe, multis conſtat argumentis, quæ nos alibi exponemus, in cenſura videlicet Actorum, quæ dicuntur, Conciliorum Galliæ.

Septennis a patre Henrico coronatus fuiſſe Philippus dicitur etiam tomo I. Novæ Bibl. Labbeanæ, pag. 296. decennis, tomo IV. Annal. Bened. pag. 592. ipſo ibi loquente, & *patrem* ſuum *Henricum* appellante; ſed in privilegio ficto: III. *Nonas Dec. regnante Rege Francorum Henrico anno* XXXVIIII. *Philippi quoque ejus filii anno ætatis decimo, ab Incarnatione autem Domini* MLVIIII. *Indictione* XIII. Hujusmodi eſt & donatio ejusdem Philippi, in Metropoli Rem. pag. 616. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus divina providentia Francorum Rex &c. pro anima patris noſtri Henrici &c. Remis anno incarnati Verbi* MLXI. *Philippi Regis* II. *Gervaſii archiepiſcopi* VI. . . II. *Idus Maii, Indictione* XIV. quamvis ea donatio in altero diplomate ſimilis initii, viſa dicitur ibidem & comprobata a S. Ludovico: *Actum Remis, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, regni noſtri anno* XXXIII. *adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Signum Joannis Buticularii. Signum Alfonſi Camerarii. Signum Egidii Conſtabularii. Data vacante Cancellaria:* cum *regii nominis charactere*, hoc eſt, cum monogrammate, ut in Charta Chartuſienſium, de qua dicemus inferius.

Fictum quoque illud diploma eſt, quod Mabillonius deſcribit, pag. 589. ex autographo (ut ait) cœnobii S. Petri Melodunenſis, in quo ſcribitur: *Ego Philippus Francorum tenens gubernacula: & Henricum dignæ memoriæ patrem ſuum* vocat: & in fine, *ſignum Philippi venerandi Regis*, & *Indictione tertia:* quæ, præter alia, quot verba, tot ſunt indicia falſitatis.

Ficta quoque diplomata duo, quæ affert P. Labbe, in libro quem inſcripſit, *Mélange curieux*, tomo 2. pag. 585. & 586. hoc initio: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus Dei gratia Francorum Rex.* Ipſum nomen *Philippus* pro *Philipus*, in Philippi chartis, ſuppoſitas eas omnes eſſe docet, ut diximus. *Noſtra pragmatica ſanctione*; & *per pragmaticam ſanctionem noſtram*, vox eſt ſæculi XV. *Charactere noſtri nominis & in ſigillo noſtræ majeſtatis:* charactere eo, ſive monogrammate, numquam uſi ſunt reges, ſaltem tertiæ ætatis: nec ſigillum dixere *noſtræ majeſtatis*, ſed *noſtrum* tantum, ut hodieque. *Actum & confirmatum Pariſiis*, (ubi numquam rex fuit:) *anno Dominicæ Incarnationis* MCV. *anno vero regni noſtri* XLVI. Annos regni nondum reges adnotabant.

Quoniam autem Philippus Regum primus poſt Chriſtum natum unctus eſt ſacro Chrismate, inde & ipſe primus Rex Chriſtianus, peculiari ejus nominis acceptione; & Francorum Reges ex illo Chriſtiani Reges ſunt appellati, *le Roi Chrétien.* Id vero cum diſpliceret iis, qui ſæculo XIV. hiſtoriam condiderunt; nec Chriſtianum ii alium dici vellent, quam qui Chriſto nomen dediſſet, famam publicam de Philippo rege primo Chriſtiano, ad Philippum Imp. tranſtulerunt, eumque fixerunt Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe. Hinc etiam Melodunenſes, *de Melun*, arbitrantur Capellam S. Laurentii in ſua civitate Philippi primi ex Imperatoribus Chriſtiani juſſu fuiſſe exſtructam, ut quidem refert ſcriptor libri, *Des Antiquitez d'Eſtampes*, pag. 7. ſed magno Melodunenſium errore, ſi ita eſt; niſi Philippum I. Francorum primum regem Chriſtianum, qui primus eſt chrismatus, intelligant: cum divum Laurentium nonniſi poſt Philippi Imp. exceſſum obiiſſe martyrium, prodant ſcriptores.

Nota fabula eſt, quæ de Philippo circumfertur; nuptiis eum ſe ſacrilegis implicuiſſe; regnum propterea ſacris fuiſſe diu interdictum; ipſum nonniſi poſt annos duodecim fuiſſe abſolutum, ſcilicet anno 1105. quoniam Berte conjuge relicta Bertradam duxiſſet, ex qua ſuſceperit, ut narrat Sugerius, libro de vita Ludovici Groſſi, cap. 1. pag. 283. Philippum & Florum. Fabulam dico, cujus nec actus nec exitus eſt dilucide ſatis a ſcriptoribus explanatus; in qua, excepto Philippi nomine, fictæ aliæ ſunt perſonæ.

Epitaphium Philippi I. ex MS. D. Alexandri Petavii, tomo IV. ſcript. Hiſt. Franc. pag. 167.

Francorum ſummus latet hac tellure Philippus,
Rex fuit hic magni progenies PRIAMI.
Corpore procerus, vultu ſtellante ſerenus,
Imperio ſpecies congrua Romuleo.
Strenuus in bellis, Regni defenſor aviti,
Solers conſilio, providus eloquio;
Inſignis pietate, trucis cohercitor iræ,
Verbis jocundus, moribus & placidus.
Auguſti ternis conſcendit in aſtra Kalendis,
Annis ſceptro novem, trigies & bis ageus.

Imperitus vates *ternis Kalendis* dixit, pro *quartis*: quia tertium diem ante Kalendas exiſtimavit eſſe tres ipſos & integros dies ante diem Kalendarum. Fabula de origine Regum Francorum ex Trojanis regibus, non eſt ante Carolum VI. nata. Annos regni tantum XLI. videtur iſte Philippo tribuere: at alii annos adſignant XLIX & menſes duos. Forte *novem bis* voluit intelligi. Virum probum & omni virtutum genere præditum fuiſſe Philippum refert.

Aliud epitaphium ex eodem MS.

Septem milleno centum ſimul adde reſecto,
Tuncque ſries annum, regem ſubiiſſe Philippum
Ingreſſum mortis diræ nulli renuentis:
Auguſto quartas orbi ſignante Kalendas,
In feria dicta Sixeſtri dobmate quarta.

Do-

Dobmate, pro *dogmate*. Exercitationes eæ ſcholaſticæ ſunt, ſæculi XIV. quo feriarum inſtitutio Silveſtro Papæ eſt attributa, vel conſequentis. Obitum Philippi ponit iſte anno 1107. at alii anno 1108.

LUDOVICUS VI. ſive Groſſus.

SUgerius abbas (ut aïunt) S. Dionyſii, in libro de vita Ludovici Groſſi, cap. XIII. tomo IV. ſcript. hiſt. Franc. pag. 293. Ludovicum aït fuiſſe *in die Inventionis ſancti protomartyris Stephani ſacratiſſimæ unctionis liquore delibutum, Miſſas gratiarum agente Daïmberto archiepiſcopo Senonenſi.* Atqui anno 1108. dies Inventionis S. Stephani fuit feria ſecunda. Dominico autem die peragi debet unctio regia: & hanc ipſam Dominico die fuiſſe peractam refert Ordericus Vitalis, libro XI. pag. 886. Vidit nebulo pſeudo-Sugerius in argumento ſibi propoſito ad amplificandum, de vita Ludovici, unctum eum fuiſſe menſe Auguſto, die S. Stephani. Ipſe ibi S. Stephanum martyrem intellexit, cujus Inventio poſtridie celebratur, pro Stephano Papa, cujus nomen notatur die ſecunda, quæ anno eo Dominica dies fuit. Sugerium deſcribit totidem verbis Continuator Aimoïni, ut vocant, libro V. cap. XLIX.

Hunc Ludovicum Ordericus Vitalis, libro XI. ad annum 1108. appellat *Ludovicum Tedbaldum:* fictum nomen.

Sigebertus perduxit Chronicon uſque ad annum 1112. Ad annum 1109. ſic habet: *Philippus Rex Francorum obiit: Ludovicus filius ejus regnat annis* XXVIII. In manuſcripto, XXIX. Obiiſſe dicitur Sigebertus die V. Octobris, anni 1113. qui Ludovici Regis quintus. Quomodo igitur prædixit ille de Ludovico, *Regnat annis* XXVIII? Num & Sigebertus *inter prophetas?* Reipſa idem Sigebertus ac Robertus de Monte, qui Continuator Sigeberti dicitur; ſed ſub duobus nominibus, ad multiplicandos falſos teſtes, unus ex ipſis falſarius ſæculi XIV.

Ditionem Ludovici Groſſi ab epiſcopis fuiſſe interdicto ſuppoſitam; ſed Honorii II litteris fuiſſe interdictum ſublatum, ſolus refert in epiſtolis ſuis XLV. XLVI. XLVII. XLIX. & L. pſeudo-Bernardus, qui furens inſolentia Regem etiam impium & alterum Herodem vocat. Apud ceteros ſcriptores omnes altum de toto eo negotio ſilentium eſt: adeo non conveniebat interdum inter mendaces. Quin immo regem fuiſſe virum probum ac pium teſtantur omnes. Ad Honorium Papam ſcribit pſeudo-Bernardus, litteris ipſius, quibus relaxat Epiſcoporum interdictum, honorem Eccleſiæ fuiſſe valde læſum. Nullibi exſtant, nec a quoquam memorantur illæ Honorii epiſtolæ. Quod ſi tale tantumque mendacium fingere impiæ cohorti licuit, in tam vicina claris temporibus ætate; quanto plura fas eſt conjicere conficta fuiſſe de ſæculis anterioribus?

Non invenitur inſtrumentum publicum Gallico idiomate ſcriptum antiquius eo, quod pro civibus Bellovacenſibus dediſſe fertur Ludovicus VI. anno 1122. Exſtat illud apud Loyſel, *Memoires de Beauvais*, pag. 266. Converſio haud dubie ea eſt inſtrumenti falſi Latine prius ſcripti. Sic incipit: *Ou nom de ſainte Trinité. Amen. Loeys par la grace de Dieu Roy de France. Je vueil faire a ſavoir a tous ciaux tant preſens comme advenir, tant comme a chaux qui ore ſont* &c.

Ex filiis Ludovici Groſſi dicitur fuiſſe Philippus, archidiaconus Eccleſiæ Pariſienſis. Anno 1699. quando dirutum eſt altare majus ejusdem Eccleſiæ, ut novum ædificaretur, inventum eſt poſt altare ſepulcrum e gypſo, coopertum lapide polito. In ſepulcro repertum eſt caput cum quibusdam oſſibus, (cur non omnibus?) vaſisque figlinis, in quibus erant carbones cum ture. Inſcripta hæc verba lapidi: *Hic jacet Philippus, filius Ludovici Craſſi Regis Francorum, Archidiaconi Eccleſiæ Pariſienſis, qui obiit anno* 1161. At ſcriptor hiſtoriæ Eccleſiæ Pariſienſis, Gerardus du Bois, tomo 2. pag. 121. ita deſcribit ut ſe vidiſſe aït: *Hic jacet filius Ludovici Craſſi, Archidiaconus Eccleſiæ Pariſienſis, qui obiit anno mill. cent. ſexag.* 1. Characteres qui fuerint, Romani an Gothici, in perſcriptis Actis de ea inventione non dicitur: ſed haud dubie iidem fuere, atque in tumulo Petri Lumbardi, qui eſt (ut ferunt) in Eccleſia S. Marcelli. Nam utraque ficta haud dubie inſcriptio eſt ad adſtruendam fabulam de epiſcopatu Petri Lumbardi. Atque illic ſunt Gothici characteres, cum liliis (ut vocant) in caſula ſparſis; quæ ſæculum indicant ſaltem XIV. jam ſeneſcens. Epitaphia Pariſienſium epiſcoporum nulla ſunt genuina ante ſæculum XIV. Certe ſcriptum ſæculo XII. nullum eſt cujuſquam hominis Pariſiis. Ipſius Ludovici Regis tumulo quod inſcriptum fuiſſe dicitur, LVDOVICVS GROSSVS, fictum eſſe jam admonuimus. Nec ibi certe *Groſſus*, nec iſthic ſcribi *Craſſi* debuit; cum id ludicrum, nec niſi in vulgo uſurpatum cognomentum fuerit, ſi tamen fuit, cum verius fictum multo poſterius ſit. Ex anni notatione ſatis intelligitur, cujus quis filius dicatur eſſe, ut in ſequentibus. Deinde in Eccleſia Pariſienſi, opinor, ſed *hujus Eccleſiæ* diceretur. Denique ante adjiceretur, *Orate pro eo*, aliave formula ſimilis. Vide noſtras in Necrologium Pariſienſe breves Adnotationes.

Robertus de Monte, Sigeberti Continuator, ut vocant, non Archidiaconum hunc Philippum, ſed Decanum facit. Anno 1160. *Magiſter etiam Petrus Lombardus Pariſienſem epiſcopatum adeptus eſt, connivente Philippo ejusdem Eccleſiæ* DECANO, *fratre Regis Francorum* (Ludovici VII.) *qui* (VT DICVNT) *electionem ſuam conceſſit eidem Petro.* At anno 1161. *Mortuus eſt*, inquit, *Philippus frater Ludovici Regis Francorum*, DECANVS *S. Martini Turonis*; quem proxime antea Decanum Pariſienſem facit. Chronicon Normanniæ, poſt Orderici Vitalis hiſtoriam, pag. 997. anno 1159. menſe Septembri. *Mortuus eſt Philippus filius Ludovici Regis Francorum*, DECANVS *ſancti Martini Turonis.* In Necrologio Pariſienſi, *Pridie Nonas Septemb. Eodem die obiit Philippus frater Ludovici ſeptimi, Archidiaconus & Concanonicus noſter.* Et in margine, 1161. Bis igitur ille mortuus eſt: anno 1159. & anno 1161. At illud etiam, *Ludovici ſeptimi*, non eſt niſi ſæculi quartidecimi currentis, poſt fictos annales Francorum, qui plures Ludovicos finxere. Primus hic revera Ludovicus fuit, ex quo hereditarium regnum eſt conſtitutum: idem ſecundus ejus nominis regum in Gallia. Unde Divum Ludovicum, qui vulgo nonus vocatur, non male quidam quintum appellavere, teſte Baronio in Notis ad Martyrologium, die 25. Auguſti.

Charta ex Abbatia S. Victoris Pariſienſis, deſcripta a P. Labbe, *Melange Curieux*, pag. 614. *In nomine SS. Trinitatis. Philippus frater illuſtris Ludovici Dei gratia Regis Francorum, & ducis Aquitanorum, per Dei gratiam abbas quarundam Regalium Eccleſiarum, videlicet S. Mariæ de ſtampis* &c.

Hic nec Decanus S. Martini, nec Archidiaconus Pariſienſis eſt; ut viciſſim in allatis prius monumentis nulla mentio harum abbatiarum eſt.

Antiquitez de Paris, pag. 434. *Henri de France fils dudit Roi Louïs le Gros, que je trouve Chanoine de l'Egliſe Cathedrale de Paris, avec un ſien frere, nommé* PHILIPPE, TOUS DEUX SOUSCRITS *au titre de la compoſition des droits & devoirs du Vicaire de S. Victor en ladite Egliſe de Paris, de l'an* 1145. *étant l'année ſuivante Abbé ſeculier de pluſieurs Egliſes Royales. . . . & particulierement de S. Spire de Corbeil: il donna aux Religieux de S. Victor en l'année* 1146. *une Prébende & Chanoinie en l'Egliſe de S. Spire. Et dans le titre de ladite fondation il remarque que le Roi Loüis le Gros a fait enterrer de ſes enfans decedez* EN BAS AGE *en ladite Abbaye de S. Victor.* (Fictum mendacium ad conciliandam donationi fidem.) *Voici ſes termes:* „ Jam ad multorum devenit notiam, quod illuſtris memoriæ pater meus Dei gratia Rex Francorum Ludovicus, B. Victoris Eccleſiam de pulvere paupertatis erexit; eamque Canonicorum Regularium ordine inſignitam abbatiam inſtituit. Cui etiam juxta regalem munificentiam plurima beneficia contulit; & in argumentum veræ dilectionis, quosdam de filiis ſuis fratribus noſtris, cum ex hac vita decederent, in eadem Religionis domo ſepelire mandavit. Fictum, inquam, mendacium: nulli fuere Ludovici Groſſi filii, qui dici poſſint ibi ſepulti: cum tamen illa Charta *quosdam* dicat. Et ſcriptor Antiquitatum iſtarum, ut rem credibiliorem faceret, addidit de ſuo, *decedez en bas age:* quoniam obſcurior eſt, nec ſæpe ſcriptis commendata memoria decedentium in ætate tenera. In Capitulo illius Abbatiæ locus eſt eorum ſepulturæ, ut aiunt, cum hoc titulo: REGIA PROLES, & ſcuto Franciæ liliato: quod ſcutum & quæ lilia ſub Ludovico Groſſo nulla fuere. Sed & ſcutum & titulum (qui non magis liberos Ludovici Groſſi, quam alterius, deſignat) inſculptum fuiſſe anno 1452. Canonici ipſi fatentur, loco veterum lapidum, ut credi volunt, quibus corpora prius tegebantur. Hinc ætatem Chartæ ſuperius deſcriptæ noveris; ut & *epitaphii Ludovici Groſſi* ibidem in clauſtro deſcripti, in tabella ærea, Gothico charactere; etſi jacet ipſe (ut putant) in fano S. Dionyſii.

In Martyrologio Abbatiæ Caroliloci, *Chaalis*, Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Silvanectenſi: *Pridie Idus Junii*, legitur: *Obiit Ludovicus Rex fundator hujus Monaſterii, & Carolus frater ejus, pro quo fundavit nos, & Ludovicus Rex filius ejus* &c. En filium Philippi I. ſecundogenitum, Ludovici VII. patruum, Carolum nomine, aſſumto eo ut illuſtri jam & in Regibus nobilitato. Ignotus ille quidem Carolus eſt ſcriptoribus ſæculi XIV. mendacibus, ſed ut alia multa. Ex illo factum eſt Caroliloco Gallicum nomen *Chalis:* quoniam Galli Carolum vernacule *Challe* dicebant. Litteræ Philippi Pulcri, anno 1314. in libro, *Preuves de l'hiſt. d'Auvergne.* pag. 335. *Noſtre cher & feal frere germain Challe Comte de Valois, en nom de Challe de Valois ſon fils*, &c.

Philippum Ludovici VI. filium primogenitum, juſſu patris unctum fuiſſe Regem Remis, & cum eo regnum adminiſtraſſe, ſoli perhibent falſi teſtes, ut Ordericus Vitalis, libro XII. ad annum 1129. ſed Charta in primis, quam ex Chartulario San-Dionyſiano deſcripſit domn. Felibien, pag. XCV. Ea ſic incipit: *Ludovicus & Philippus. . . Reges Francorum.* Et in fine: *Signum Ludovici glorioſiſſimi Regis. Signum Philippi regis. Actum apud S. Germanum de Pratis*, ac proinde Pariſius; *datum autem & confirmatum* REMIS *in ſolemni Curia Paſchæ, in unctione domni Philippi Glorioſiſſimi regis, anno incarnati Verbi* MCXXIX. *Indictione* VII. *anno regni domni & ſereniſſimi Regis Chludovici* XX. *Philippi autem filii ejus primo, in Dei nomine feliciter. Amen.* Clauſula Monachalis. At idem diploma potuitne eodem die *actum* eſſe Pariſiis, & *datum confirmatumque Remis*; & quidem ipſo die Paſchæ, ipſo die ſolemni unctione Philippi? Si non eodem die *actum*, quo die igitur actum eſt, & ſignatum a Philippo jam rege ante unctionem? Adde Indictionis notationem, a Francorum Regibus numquam uſurpatam. Adde Sugerium abbatem a Regibus dici *familiarem noſtrum*: Et Lotharium Imp. dici filium Ludovici Pii: Et regem utrumque conteſtari ſucceſſores ſuos *per ſanctam & individuam Trinitatem*: & *ſanctos martyres* adjunctos Dionyſio: & *Chludovicum* ea ætate ſcriptum pro Ludovico: quæ omnia, præter alia, certiſſima eſſe falſitatis indicia alibi oſtendimus.

Litteræ originales in Theſauro Chartarum Regiarum, *Layette Dreux*, num. 1. *Ego Robertus Comes dominus Drocarum. . . . domino Regi Francorum & heredibus ejus tres modios avenæ redditus, quos habebamus apud Roures, quitavimus in perpetuum poſſidendos. . . Pro quibus dominus Rex nobis & heredibus noſtris quitavit quidquid habebat apud Drocas de poſſeſſione Simonis de Aneto. . . Actum Aneti, anno ab Incarnatione Domini*, MCCII. SIGILL. COMITIS DROCENS. Eques cum inſignibus Comitis Drocenſis. Et in minore ſigillo, eadem inſignia, cum epigraphe, CONFIRMA HOC DEVS. Eſt hic Robertus, ut aiunt, Roberti filius, & idem nepos (ut creditur) Ludovici Groſſi, ac proinde patruelis Philippi Aug. nec tamen ulla in hoc genuino certe inſtrumento apparet conſanguinitas: quin immo apparet nullam eſſe. De Comitibus Drocenſibus nihil eſt in Chartophylacio Regio, quod ſit hoc inſtrumento vetuſtius.

Ibidem, num. 4. anno 1203. *Robertus Comes Drocarum & Brenæ. . . . cariſſimo domino noſtro Philippo illuſtri Francorum regi creantavimus, quod ſi Ingorranus de Cociaco, quamdiu dominus Rex paratus eſſet ei exhibere jus Curiæ ſuæ, contra dominum Regem interciperet &c. Actum Pariſius, anno ab Incarnatione Domini* MCCIII. *menſe Aprili.*

Ibidem, num. 6. anno 1212. *Ego Robertus Comes Drocarum. Notum facio univerſis, quod ego creantavi & bona fide promiſi domino meo Philippo Regi Francorum; quod ſi cariſſimus filius meus Petrus non ſervaverit ipſi conventiones, quas eidem juravit, & per ſuas litteras confirmavit, ego nullum auxilium vel conſilium præſtarem ei contra dominum Regem, aut præſtari facerem, &c. Actum Pariſius, anno Domini* 1212. *menſe Decembri.* Numquam ut conſanguineus loquitur, ſemper ut alienus, & amicus, ac fœderatus.

Ibidem, num. 6. *Ego Robertus filius Comitis Roberti Droc. Notum facio univerſis, quod Petrus frater meus conſtituit me plegium pro ſe erga dominum meum Philippum illuſtrem Regem Francorum. . . . Actum Pariſiis, anno Domini* 1212. *menſe Novembri.*

Ibidem, num. 8. anno 1223. *Ego Robertus Comes Drocenſis. Notum facio univerſis, tam præſentibus quam futuris, me ſuper ſacroſancta juraſſe cariſſimo domino Philippo Regi Francorum illuſtri, quod ei reddam* CASTRVM MEVM DE DROCIS *ad magnam vim & ad parvam, quoties ſuper hoc ex parte ſua fuero requiſitus. Et* COMMVNIAM MEAM *Drocarum faciam jurare, quod numquam erit nocens domino Regi; immo erit ei juvans, ſi opus eſſet eidem. De hoc autem fideliter exſequendo & firmiter obſervando, conſtitui erga dominum Regem in plegium dictum fratrem meum Johannem de Brena ſuper quidquid ipſe tenet de domino Rege. Actum anno Domini* 1223. *menſe Junio.*

Ibidem, num. 7. anno 1221. *Noverint univerſi præſentes litteras inſpecturi, quod ego Robertus Comes Drocarum & dominus de ſancto Walerico, & Aanora uxor mea, quitavimus domino Regi Francorum feodum de*

de Buires cum omnibus appenditiis dicti feodi, & heredibus domni regis, &c. *Actum anno Domini* MCCXXI. *menſe Novembri.*

Ibidem, num. 16. anno 1238. *Ego Henricus dominus Soliaci. Notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod ego debeo cariſſimo domino meo Ludovico illuſtri Regi Francorum, quatuor millia librarum Pariſ. pro* RACHATO *Comitatus Drocenſis & terræ cariſſimæ uxoris meæ Comitiſſæ Drocenſis . . . . Actum apud Villare juxta Reſtum, anno Domini* 1238. *menſe Januario.*

Du Cange, in Obſerv. ad Hiſtoriam S. Ludovici, pag. 44. 45. ex Regiſtro veluto, cap. Litteræ Baronum, n. 167. *Petrus Drocenſis* (Mauclerc) *Dux Britanniæ, Comes Richemond. Ipſe Rex fecit deſaiſiri eumdem Comitem* (Britanniæ) *de eo quod* AB IPSO *tenebat in Andegavia*, UNDE ERAT HOMO SUUS. . . . *Mandat ipſe Comes Regi, quod non ſe tenet plus prò homine ſuo, immo ab homagio ſuo recedit. Actum anno gratiæ* 1229. *die Dominica in octavis S. Hilarii.*

Nonniſi Chartularia quædam adulterina Robertum Drocenſem filium fuiſſe perhibent Ludovici Groſſi, cum hiſtoriis aliisve narrationibus pariter confictis, vel recentibus; ut ſunt etiam pleraque Necrologia & Epitaphia. His adde pſeudo-Bernardum in epiſt. CCCIV. & quædam ſcripta apud Rymer, tomo 1. pag. 50. ubi Ludovicus VII. deſignat tres Barones, *Comitem Theobaldum, & Comitem Robertum, & Petrum de Courteneïa, fratres ſuos*: & pag. 53. ubi eosdem Philippus Auguſtus appellat *patruos ſuos*. Excerpta ea ſunt ex Annalibus Rogeri de Hoveden Angli ſcriptoris ſuppoſititii ex impia cohorte, & quæ lubet comminiſcentis.

Ordericus Vitalis ipſe, libro XL. inter liberos Ludovici Groſſi non habet Robertum Drocenſem, aut Petrum de Curteneïa, vel Curteneto. *Anno* 1108. inquit, *Philippus Rex anno regni ſui* XLVII. IV. *Kal. Aug. mortuus eſt. Sequenti autem Dominico Ludovicus-Theobaldus filius ejus Aurelianis inthronizatus eſt. . . Hic Adelaydem filiam Humberti Principis Intermontium duxit uxorem, quæ peperit ei* QUATUOR *filios: Philippum, & Ludovicum-Florum, Henricum, & Hugonem.* Hoc ille tantum.

Traité fait ſur la reddition de la ville de Rouen au Roi Philippe Auguſte. Chirographus Rotomagenſium de conventibus habitis cum Rege Franciæ anno 1204. *Has conditiones creantavit idem Rex; & hi qui ſubſcribuntur, juraverunt. Herveus Comes Nivernenſis, Robertus Comes Drocarum, Petrus Comes Altiſſiodori*, &c. Cur Robertus poſt Herveum, ſi patruelis Regis fuit? Sed hæc ſatis ſunto, ut conſtet Comites Drocenſes non fuiſſe ex Ludovico Groſſo prognatos, aut ex ſtirpe Regia. Certe conſtat ex ea domo neminem ſe Principem inſcripſiſſe. *Quoi que la Maiſon de Dreux ait ſubſiſté prés de* 470. *ans*, inquit D. le Gendre, *aucun de cette Maiſon n'a porté le titre de Prince, ni n'a eu de rang à la Cour ou dans les Aſſemblées publiques au deſſus des autres Gentilshommes.*

Petrum de Curtiniaco ſimiliter filium Ludovici Groſſi fuiſſe perhibet Chartularia tantum adulterina, aut ſuppoſititii ſcriptores. In inſtrumentis adulterinis valde ſollicite affectat inſcribere ac prædicare ſe fratrem Regis, ſcilicet Ludovici junioris. Unicum reperimus, quod videri poſſit genuinum, quod eſt apud Du-Bouchet, pag. 9. hoc initio, *Ego Petrus* Sed in eo nulla mentio conſanguinitatis cum Rege eſt.

Robertus de Curtiniaco, ſine ullo titulo honorifico facit homagium ligium Philippo Regi Francorum, anno 1217. uſque ad annum 1223. *Treſor des Chartes du Roi*, tomo 2. libri inſcripti. *Mélanges Curieux du P. Labbe*, pag. 651. 652. Nullus ibi apparet titulus dignitatis, nec tenue ullum conſanguinitatis cum Regia domo veſtigium.

Falſum diploma Ludovici VI. anno 1108. Indict. 1. datum ad libertatem tuendam Eccleſiæ Pariſienſis, editum a P. Labbe in Miſcellaneis, pag. 597. & a Baluzio erutum ex Chartulario Pariſienſi, ſive Paſtorali minore, Falſum, inquam; aut dici debet Eccleſia Pariſienſis beneficii tanti immemor, quæ Ludovici regis in Necrologio ſuo non meminerit. Addè Indictionis notationem, Regibus Francorum incognitam; & *characterem nominis*, ſive monogramma, & *adſtantes de palatio, quorum nomina ſubtitulatæ ſunt & ſignâ*, ſolius manu Notarii.

Hæc porro a nobis non alio conſilio adnotantur, niſi ut legentes intelligant, eſſe plurima falſa Chartularia, plures etiam ſuppoſititios ſcriptores: a quibus etiam indicandis nos ultro abſtineremus, niſi omnia fere falſa inſtrumenta eſſent aliqua ex parte utilia aliis fulciendis, quæ ſanctiſſimæ ipſi noſtræ Religioni nocent, cui ne noceant, nulli parcendum Chartulario, alteriusve generis ſcripto eſt.

Ficta ſunt etiam diplomata Ludovici VI. tum quæ deſcribit Mabillonius, pag. 593. & 594. quorum initium eſt, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*; & pag. 427. alterum, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Domini*: cum ſubſcriptione ridicula, *ſignum Lugdovici regis*: & aliud pag. 426. *Ludovicus divina propitiante miſericordia Francorum Imperator Auguſtus . . . . Actum Compendii, anno incarnati Verbi* MCXVIII. &c. tum quæ dom. Felibien edidit ex authenticis (ut aït) San-Dionyſianis: prius præſertim, pag. XCI. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. . . . . Ego Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. . . . . Atavus quoque noſter piæ memoriæ Rex Robertus, qui eccleſiam beati Dionyſii ſociorumque ejus, ab ipſo Dagoberto fundatam. . . . . Adam Abbas monaſterii beatorum martyrum Dionyſii Ruſtici, & Eleutherii*, &c. ubi quot verba (præter alia quæ nunc omittimus:) tot eſſe argumenta falſitatis, ex antedictis liquet. Imperitus chartæ artifex Ludovici atavum Robertum facit: a quo ſi Ludovicus duceret genus, proavus ille tantum Ludovici foret.

Denique, ut finem de his dicendi faciamus, fictæ ſimiliter litteræ ſunt Ludovici regis, anni 1109. relatæ in hiſtoria Eccleſiæ Pariſ. tomo 2. pag. 20. in quibus renovatur *præceptum Ludovici* Pii *Caroli F.* ut quidem mendax artifex aït. Chartæ initium eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Ludovicus Dei diſpenſante miſericordia in Regem Francorum ſublimatus* &c.

LUDOVICUS VII. qui & JUNIOR & FLORUS

LUdovico VII. tria reperimus data cognomina: Pii, Flori, & Junioris. *Pius* appellatur in Chronico Alberici, ad annum 1165. & 1179. & in Chronicis editis, tomo IV. Script. Hiſt. Franc. pag. 443. *Florus* ab Orderico Vitale, pag. 911. *Junior*, a plerisque. Finxere hiſtorici, cum rogatu patris ab Innocentio II. Remis in Concilio fuiſſe conſecratum; ac propterea, quia cum patre ſibi cognomine annis propemodum ſex regnavit, appella-

pellatum fuiſſe Juniorem; ut olim dictus eſt CONSTANTINUS JUNIOR, MAXIMIANUS JUNIOR, JUSTINUS JUNIOR, ob patres cognominines, & adhuc ſuperſtites. At non ea in Ludovico cauſa vera eſt iſtius appellationis. Appellare juniorem ea ætas conſuevit cum, qui eſſet ejusdem cum proximo deceſſore nominis, ne alter pro altero acciperetur in publicis inſtrumentis. Necdum enim erant fictæ hiſtoriæ, quæ quotus fuerit ejusdem nominis rex aliquis ſtatuerunt pro arbitrio. Non ante ſæculum decimum quartum dictus eſt Ludovicus aliquis e regibus ſextus, vel ſeptimus, vel octavus, vel nonus. Sic in epitaphio Joannis, qui fuit Divi Ludovici filius, ſepultus apud Regalem Montem, *Royaumont*, ita legitur: *Hic jacet Joannes, excellentiſſimi Ludovici* JUNIORIS *Regis Francorum filius, qui in ætate infantiæ migravit ad Chriſtum, anno gratiæ* MCCXLVII. VI. *Id. Martii. Junior* appellatur, ne Ludovicus VIII. qui proxime anteceſſit, intelligatur.

Diplomata ſex affert dom. Felibien, in hiſtoria San-Dionyſiana, pag. cv. & ſeqq. deſcripta ex authenticis, ut aït, ſed fictis certe. Horum quatuor ab ea formula incipiunt, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.* In fine & *nominis character*, & *adſtantes in palatio*, *quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna*, ſola Notarii manu, &c. Ficta omnia, ut & aliud ſimile apud Baluzium, *Preuves* &c. pag. 68. anni 1173. cum eadem invocatione, & cum appellatione Dapiferi, Buticularii, Camerarii, Conſtabularii, & Vacantis Cancellariæ.

Fictum quoque ſigillum, quod Mabillonius depingi curavit, pag. 429. Exhibet illud ex una parte regem ſenem ac barbatum, cum corona ex liliis, ut vocant, geſtantem dextra lilium orbi impoſitum, ſiniſtra ſceptrum pariter liliatum: Epigraphe: LVDOVICVS DI GRATIA FRANCORVM REX. In parte averſa, idem vultu juvenili in equo decurrit, enſe ſtricto & ſublato, totus cataphractus, cum hoc lemmate, ET DVX AQVITANORVM. Clamant hæc omnia ſigilli *νεόιαν* ex antedictis. Orbemne gereret princeps exiguæ admodum tunc ditionis, quem nemo Francorum Regum aut Imperatorum in nummis geſſit vel ſigillis? In nummo vetere DVX AQVITANIЄ eſt hic Ludovicus.

Reditum Ludovici VII. ex Syriaca expeditione aliter Robertus de Monte deſcribit, aliter Sugerius, ambo mendaces. Vide Labbei Chronologiam, ad annum 1149. & noſtram adnotationem ad epiſtolam Bernardi CCCLXXVI. Ficta ipſa expeditio eſt, ut eſſet Sugerii principatui locus. Nam ut Prorex eſſet, debuit Rex abeſſe.

PHILIPPUS AUGUSTUS.

PHilippum *Auguſtum* appellat pſeudo-Rigordus, in libro De Geſtis ejus; & nomen illud promeritum eſſe eum dicit *ab aucta Republica. Sed forte miramini*, inquit, *quod in prima fronte hujus operis voco Regem Auguſtum.* Credi vult a ſe primum id ei nomen datum. Nemo eum *Auguſtum* tamen conſtanter appellaſſe dicitur ante Paulum Æmilium. Citat Rigordus in epiſtola proœmiali illud Horatii, *Atavis edite regibus:* & ex Ecloga IV. Virgilii verſum 27. *Ubi jam firmata virum te fecerit ætas.* Non ſcripſit ergo pſeudo-Rigordus ante ſæculum XIV. At quid ſi Philippus appellari ipſe Auguſtus voluerit, ut ex Philippo Auguſto Imperatore ducens genus? Alia enim talis appellationis cauſa probabilis nulla affertur: Et tamen ex traditione ſic illa invaluit appellatio, ut nullus ei alius vulgo titulus tribuatur. In Necrologio Pariſienſi, die 22. Februarii legitur: *Eodem die obiit Iſabellis de Hannonia, ſponſa Philippi Auguſti.* Pſeudo-Rigordus propterea non potuit non ſic appellare; & cauſam quærit, & ineptam affert, cum vera ei lateret. Fuiſſe etiam Philippus dicitur ſtatura modica: nec inde igitur dictus Auguſtus.

Diarium Eruditorum, *le Journal des ſçavans* die Lunæ, XI. Decemb. 1702. *Quand Philippe Auguſte parvint à la Couronne, la France étoit gouvernée à peu près comme le ſont aujourd'hui quelques Etats de l'Europe. Les Princes & les autres Seigneurs ſe contentoient de faire hommage au Roi, & de fournir leur contingent, lorſqu'il s'agiſſoit d'une entrepriſe pour le ſervice de l'Eſtat. En toute autre occaſion, ils agiſſoient independamment. Et ſi le Roi entreprenoit quelque guerre pour ſon intereſt particulier, ils ne ſe mettoient pas beaucoup en peine de lui aider à en ſortir.* Comites & Barones ait debuiſſe Regi profiteri clientelam: tamen negat eos ad jungendas cum Rege copias cogi potuiſſe, niſi pro communi bono Reipublicæ. At ne ſic quidem res ſe tunc in Galliis habuere. Supremus in ſua quiſque ditione Comes & Dux fuit, ut Rex in ſua.

De fabuloſo divortio Philippi & Ingeburgis, vide Concilium Pariſienſe anni 1196. In Necrologio Pariſienſi, *Pridie Idus Julii, de Domo ſanctæ Mariæ, obiit Chriſtianiſſimus Rex Francorum* PHILIPPUS ANTIQUUS. Et in margine, 1223. *Antiquus* vocatur ab his qui Necrologium primi condidere, nempe ſub Philippo Longo, centum fere annis ab obitu Philippi Auguſti, id quod etiam Chriſtianiſſimi Regis titulus ſignificat. At Philippus I. non poteſt eo *Antiqui* vocabulo intelligi, tum quia dies revera hic eſt obitus Philippi Auguſti: tum quia *de Domo ſanctæ Mariæ* benemeritus dici non potuit, quem Pariſiis, ut diximus, regnaſſe nummi antiqui non docent, ſed Aurelianis tantum & Stampis, & in Inſula Franciæ extra Pariſios. Id quod iſtius Necrologii teſtimonio confirmatur; in quo Philippus Auguſtus non alia videtur ex cauſa *Antiquus* vocari, quam quoniam primus ipſe eſt illius nominis, qui Pariſiis regnarit. *De domo ſanctæ Mariæ* in eo Necrologio dicitur, quiſquis de ea Eccleſia ita bene meritus eſt, ut dignus habitus ſit, qui ſingulis annis die ſui obitus inter benefactores nominaretur, pro quibus eo die ibi ſint preces fundendæ.

Scriptum iſtud Necrologium eſt poſt obitum Philippi Pulcri, anno (ut audivi a D. Chaſtelain Canonico) 1316. Eſt aliud ibi præterea Necrologium multo prolixius, ſed idem etiam multo recentius, in quo beneficia recenſentur, quæ in Eccleſiam Deiparæ laudati benefactores contulerint. Sed quæ a paulo vetuſtioribus conceſſa ibi referuntur, hoc eſt, ab his qui ante principatum Divi Ludovici vixerint, ficta ſunt omnia, aut maxima certe ex parte. Ejusmodi eſt enumeratio eorum, quæ Philippus Auguſtus conceſſiſſe Eccleſiæ Pariſienſi perhibetur in eo Necrologio ampliore; cujus pars illa deſcribitur in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis, tomo 2. pag. 274. Quod ibi narratur de immunitate Eccleſiæ & Clauſtri, nititur falſo inſtrumento ejuſdem Philippi, quod exſtat ibidem, pag. 219. hac præmiſſa formula: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.*

Ejuſdem Eccleſiæ Regiſtra quæ vocant, incipiunt tantum anno 1326. Et in initiis quidem oſtendunt veluti naſcens Corpus, ſive ſocietatem Canonicorum naſ-

naſcentem. Nam pauca. . . admodum ſtatuta primis annis & menſibus ſunt: deinde paulatim ſubſequentibus plura. Tenuia initia. Ita retulit mihi, qui vidit, teſtis locupletiſſimus, D. Abbas Chaſtelain, Canonicus Pariſienſis, die 22. Maii, 1696.

In fronte majoris Baſilicæ Pariſienſis ſtatuæ ſunt viginti & octo Regum, ut aïunt, in quibus primum ſtatuunt eſſe Childebertum, poſtremum Philippum Auguſtum, qui orbem ſiniſtra tenet, cruce ſuperpoſita. Sed in adſignandis nominibus ſingulorum incerta nimis conjectatio eſt, nec ſatisfacit eruditis. Si turres non ſunt exſtructæ, niſi (ut exiſtimat ſcriptor Hiſtoriæ Eccleſiæ Pariſienſis, tomo 2. pag. 124.) poſt latera duo & portam auſtralem, quæ cœpta eſt exſtrui anno MCCLVII. (ſic enim in ipſa porta ſculptum eſt eo ipſo anno:) turres exſtrui non potuere ante ſæculum XIV. nec proinde ſtatuæ ibi niſi longe poſterius collocari: quippe quæ utriuſque turris æque ac portæ majoris implent longitudinem. Vide ſuperius, quæ de Pipini regis ſtatua diximus ſuo loco.

Chartam geminam ex authentico San-Dionyſiano (ut aït) affert dom. Felibien, pag. CXIV. ſed falſam. Initium eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Philippus Dei gratia Francorum Rex. . . Actum apud Compendium, anno ab incarnatione Domini* MCXCVI. *regni noſtri* XVIII. (fuit is tantum XVII.) *aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Signum Guidonis Buticularii. Signum Matthæi Camerarii. Signum Droconis Conſtabularii. Data vacante Cancellaria.* Et paulo antea; *ſigilli noſtri auctoritate, & Regii nominis Karactere*, &c. de quibus dicemus inferius. Poſterioris ſpecimen exhibet Mabillonius, pag. 431. Idem initium eſt ſtatuti, quod Philippus Rex edidit, de ordinatione regni, apud Rigordum, anno 1190. Similis eſt Charta Philippi Auguſti in Tabulario Collegii Ludovici Magni: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Pariſius, anno incarnati Verbi* MCLXXXX. *adſtantibus in palatio, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. S. Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri. S. Guidonis Buticularii. S. Matthæi Camerarii. S. Radulfi Stabularii. Data Vacante Cancellaria.* Et prius, cum *Regii nominis charactere*, ſed ſigillo avulſo. Monogramma ſic eſt. Scriptura eſt ſæculi XIV. labentis. Caret autem charta notatione menſis, quæ abeſſe non debuit.

In Chartophylacio Regio, *Layette, Teſtamenta Regum & Reginarum*, n. 1. Teſtamentum exſtat Philippi Auguſti, menſe Septembri, anni 1222. In eo miratur Le Blanc, pag. 175. incredibilem vim pecuniæ, quam Rex ibi legat. *Il y a pluſieurs articles dans ce Teſtament, leſquels ſe montent à* 893. *mille marcs & ½ d'argent comptant, ſans les joyaux & pierreries qu'il laiſſa à S. Denis.* CETTE SOMME EST PRODIGIEUSE *pour ce tems-là, puiſqu'elle reviendroit aujourd'hui à* 26. *millions*, 109. *mille* 564. *livres.* Ita ille. At præterea incredibilius ſive ſuſpectum mihi magis illud teſtamentum efficit, illa gemmarum pretioſorumque lapillorum largitio facta Eccleſiæ San-Dionyſianæ.

LUDOVICUS VIII.

LUdovico VIII. fuiſſe præter S. Ludovicum & fratres ipſius ſuperius appellatos, alium filium nomine Dagobertum, qui anno 1232. regnante S. Ludovico obierit, tradit Albericus Abbas Trium Fontium. Ex quo ſcriptorem eſſe mendacem intelliges, nec reipſa Albericum, ſi quis tunc fuit eo nomine; quippe cum rem adeo falſam prodere non potuerit, qui poſt annos novem, hoc eſt, anno 1241. diem ſupremum obierit, ut de Alberico dicitur. Hinc colligere licet, rerum ſub ipſo etiam Divo Ludovico geſtarum ſcriptores multo poſtea vixiſſe, quamvis nomina ſibi ſumant eorum, qui ei dicuntur æquales.

Exſtat apud Mabillonium, pag. 431. ſpecimen diplomatis a Ludovico VIII. dati; cum ſigillo: ſed in quo & effigies regis juvenem exhibet, quem nummi oſtendunt ſeniorem, quod regnum capeſſivit prope quadragenarius; & contraſigillum, (ut vocant) *le contreſeel*, ſive minus ſigillum, ſparſis conſtat liliis; cujusmodi nullum fuit ante Philippum Audacem, niſi in ſuppoſititiis fictiſque Chartis.

S. LUDOVICUS, qui & IX.

USceptam a Divo Ludovico expeditionem in Ægyptum & Terram ſanctam, & famæ publicæ credimus, & nummis ipſius ſuperius allatis, quibus victoria Chriſtiani exercitus celebratur: XPC VINCIT. XPC REGNAT. XPC IMPERAT. Nec refert, quod Nicephorus Gregoras, ut Joannes Boivin in Notis obſervat, pag. 804. expeditionis illius non meminit, ubi locus fuit illius commemorandæ: neque quod nullum vel tenue monumentum exſtat in Camera Computorum, aut in Theſauro Chartarum Regiarum, in quo mentio fiat hujus profectionis: ne quidem Patentes litteræ, quibus tutela Regni Blanchæ reginæ committatur: non Acta aliqua Blanchæ per illud ſeptennium.

Verum quæ de ejuſdem captivitate circumferuntur, non ſunt valde certa omnia; cum ſint ea ſcripta ſæculi decimi quarti vel quinti. Percuſſa a matre Moneta aurea eſt, dum ipſe abeſſet, victorque renunciaretur, hoc lemmate, uti deſcribitur apud Le Blanc, pag. 200. ✠ BL. LVDOVICI REGIS FRANC. M. *Blancha Ludovici Regis Francorum mater:* ubi ſtat ipſa inter duos flores Liſi; dextra ſceptrum cum ſimili flore gerit, ſiniſtra coronam, ſymbolum regiæ adminiſtrationis & poteſtatis, abſente rege. ✠ Crux cum corona ſpinea: DOMINE SALVVM FAC REGEM LVDOVICVM. Hæc, inquam, moneta non captum Regem ſignificat, ſed votum dumtaxat exprimit pro ejus incolumitate & ſalute.

Dixit Joannes Villani, libro VI. cap. XXXVII. ſignaſſe divum Ludovicum e Syria reducem, monetam compedibus, quibus in captivitate ſcilicet vinctus fuiſſet. Sed ſomnium iſtud merum eſt, ut recte vidit Le Blanc, pag. 193. Qui etiam pag. 195. fabuloſum illud omne eſſe docet, nec ullo niti probabili fundamento, quod de Monetis, quas varia for-

ma cudi juſſerit Divus Ludovicus redux e Terra ſancta; prodiderunt Charron, pag. 986. & Guillelmus Tyrius, libro IV. hiſt. cap. VII.

Captum tamen ab Arabibus fuiſſe exercitum S. Ludovici integrum, & ex captivorum militum duodecim millibus, & eo amplius, vix quadringentos eum recepiſſe, ut Guillelmo de Nangiaco id referenti credamus, pæne cogunt ea, quæ de Coptorum religione alibi diſſerüimus.

Exſtant apud Du Cheſme, tomo V. Script. hiſt. Franc. pag. 412. ex codice Ms. *Epiſtola Innocentii Pontificis ad Reginam Franciæ ſuper profectione filiorum ſuorum in ſubſidium Terræ Sanctæ.* Et pag. 413. *Item epiſtola Innocentii confortativa & conſolativa Regi Franciæ, cum captus fuit ultra mare cum ſuis.* Meræ ſunt eæ exercitationes ſcholaſticæ, ſtili monachalis: nec alibi aſſervatæ aut repertæ, quam in putrido pergameno; ubi etiam ſalutatione carent, tum in principio, tum in fine. Epiſtola hæc confortativa data dicitur *Lugduni, ſecundo Idus Auguſti, anno octavo.* Atqui Regem liberatum fuiſſe ferunt ante diem VIII. Maii. Sic pag. 415. *Item epiſtola Innocentii directa archiepiſcopo Rotomagenſi, ut ipſe & ſui ſubditi orent pro Rege Franciæ & ſuis captis per Sarracenos:* ejuſdem ſtili ac pretii eſt. Denique pag. 428. *epiſtola S. Ludovici Regis, de captione & liberatione ſua*

Aïunt San-Marthani, pag. 521. inter Chartas Gázophylacii Regii exſtare bullam Clementis IV. gratulatoriam ad Regem de reditu, qua etiam ſignificat, ſe ſub tutela ſua regnum accepiſſe, dum rex abeſſet: interdicens ſub excommunicationis pœna, ne quis illud invaderet. Bullam ejuſdem eſſe officinæ, hoc eſt, ſcholaſticam exercitationem arbitramur. Nam rediiſſe ponitur e Palæſtina S. Ludovicus, anno 1254. Non ſedit autem Clemens IV. ante annum 1265. Non potuit igitur abſente Rege regnum tutari; & ſero admodum certe gratularetur de reditu. An forte San-Marthani Clementem IV. ſcripſere pro Alexandro IV. qui Pontificatum accepit anno 1254. Decembri exeunte? Eſſet & iſta ſatis tarda gratulatio; nec mendacio careret, cum ſcribat ſe abſente Rege tutelam regni ſuſcepiſſe.

Bulla ipſa Canonizationis, quæ ſancti Ludovici captivitatem narrat, non caret ſuſpicione falſi. Stilus haud dignus Pontifice eſt. Exſtat ea, tomo I. Bullarii, pag. 201. & apud Du-Cheſnium, tomo V. pag. 486. Monumentis aliis indubitatis & cultu publico fuiſſe eum relatum in ſanctorum numerum omnino conſtat, anno 1297.

Anulum S. Ludovici ex ſapphiro depinxiſſe ſe Chifletius exiſtimat in Anaſtaſi Childerici, pag. VII. pag. 97. Effigiem regis exhibet in luna creſcente, ſtantis inter lilia duo, ut vocant ſive flores Liſi; corona redimiti ex apio, cultu ſimplice, abſque ullo flore picto in toto veſtitu, dextra enſem gerentis. Sed vultus eſt multum abſimilis ei, quem ſtatua ante ædem Cœcorum trecentorum, *des Quinze vint*, a Philippo Pulcro nepote ejus poſita repræſentat.

S. Ludovici diplomatum duo ſpecimina affert Mabillonius, pag. 433. ſed recentium ac ſuppoſitorum. Ut de aliis taceam nunc indiciis, in utroque monogramma eſt Ludovici, ſed in priore alterius formæ, alterius in poſteriore: cum in nummis certe nullum ſit monogramma Regum in hac tertia ætate. Poſterioris initium eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen:* quam formulam mirum eſt in diplomatibus non reperiri aut ante Carolum Calvum (ut appellant,) aut poſt tempora Divi Ludovici. Chartarum ſcilicet falſarum artifices non auſi ſunt excogitatam a ſe formulam usque ad ea tempora promovere, quibus uſu receptam eam omnino non fuiſſe facile poſſent convinci. Uſque ad ea igitur tempora eam uſurpavere formulam, quibus didicerunt in confeſto eſſe, conceſſiones Regum iſtiusmodi formula.

IN HISTORIAM JOINVILLÆI

quædam obſervationes.

SCriptor vitæ S. Ludovici ſub ementito Joannis Joinvillæi nomine, vanus fabulator eſt & miles glorioſus; neque ante ſæculum XV. ſcripſiſſe videtur. Obſervat Claudius Menardus, ſcriptam eſſe hanc hiſtoriam a Joinvillæo, cum eſſet annorum octoginta & multo amplius; *agé de* 8°. *ans, voire beaucoup plus.* Fieri autem humanitus vix potuit, ut poſt annos fere ſexaginta ab expeditione Ægyptiaca & Syriaca, cui interfuiſſe ſe narrat Joinvillæus, meminerit tam accurate omnium quæ refert dictorum a ſe aliisque, vel factorum; quæ non licuit ei, cum ea gererentur, ut ex ipſa narratione liquet, referre in commentarios, Du-Cangius in Genealogia Joinvillæorum, pag. 20. ait anno 1315. quo ſcriptor hujus vitæ Ludovico X. ſive Hutino eam offert in epiſtola operi præfixa, fuiſſe eum annorum nonaginta, vel nonaginta duorum, ut minimum. Tantane potuit eſſe tam ſeni memoria, aut in ea ætate tam vivida oratio?

In Genealogia Joinvillæorum, pag. 20. epiſtola legitur ejuſdem Joannis, cui hiſtoria de S. Ludovico tribuitur. Sed primum quidem eſſe eam epiſtolam alterius ſtili, quam hiſtoriam, perſpicuum eſt, atque ita eſſe Du-Cangius ibidem admonuit, pag. 21. In ea epiſtola, *Dimange* bis ſcribitur, pro die Dominica; in hiſtoria, pag. 15. *Dimenche.* Illic *Dex* bis ponitur, nec aliter, pro Deo: at in hiſtoria ſemper *Dieu.* Et ipſe ſe in epiſtola. *Jehan de Joinville.* In epiſtola, *ſes Seneſchaux de Champaigne*: in ipſa fronte operis, *Seneſchal de Champagne.* Denique in toto opere manifeſta affectatio priſci ſermonis eſt ab homine politioris ævi, quam ſit ætas divi Ludovici.

Deinde ſcripta ea epiſtola eſt anno 1315. cum annum ageret is nonageſimum vel nonageſimum ſecundum, ſi quidem eſt idem ſcriptor hiſtoriæ. In ea porro epiſtola ad juſſum Regis paratum ſe dicit cum ſuis militibus ad expeditionem Flandricam. Atqui certe neque Rex ſeni juberet annorum nonaginta, ut ad certum diem adeſſet ipſe eum ſua cohorte pugnaturus; nec ipſe, ſi ſanus eſſet, obſequium, ut ibi facit, offerret.

Præterea, epiſtola ea inſcribitur: *A ſon bon amy Seigneur le Roy de France & de Navarre:* Intus autem. *A ſon bon Seigneur Loys par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, Jehans ſire de Joinville, ſes Seneſchaux de Champaigne, Salut & ſervice appareillé.* In ipſa deinde epiſtola factum excuſat, quod epiſtolam ſic inſcripſit; quoniam conſueviſſet reges ipſius deceſſores non aliter compellare; *les autres Roys qui ont eſté devant vous*; ſcilicet patrem

&

& avum Ludovici X. Nam ab initiis Philippi Audacis, qui fuit avus iſtius, usque ad annum 1315. quo ſcripta hæc epiſtola eſt, effluxere anni fere XLV. quos exceſſiſſe Joinvillæus verus non videtur, cum ad expeditionem Flandricam ſe compararet. Quod ſi ſexageſimum tunc ageret annum, ad D Ludovicum non adeo familiariter ſcriberet puer annorum quatuordecim. At in hiſtoria S. Ludovici longe alia forma tituli eſt, ab ea quam ſibi ſemper uſitatam fuiſſe dicit. Quam magnificis enim epithetis exornata inſcriptio eſt! *A tres-noble, tres-excellent, & tres puiſſant Roy Loys, fils de tres ſainte memoire le Roy S. Loys, par la grace de Dieu Roy de France, de Navarre, de Champagne, & de Brie, Comte Palatin.* An etiam ut Francia & Navarra, ita Campania regnum fuit? Vel hoc uno igitur indicio conſtare debet, non eſſe eumdem epiſtolæ ſupradictæ ſcriptorem & hiſtoriæ S. Ludovici· Sed Ludovico etiam decimo centenis ipſis fortaſſe annos recentiorem.

Joinville lui-meſme, inquit Du-Cangius, in Genealog. Joinvill. pag. 21. *dans un titre de l'Abbaye de S. Urban, prés de Joinville, du lendemain de Pasques, l'an 13. . . par lequel il accorda à Robert Abbé, & aux Religieux de ce Monaſtere certains prez & bois, dit qu'il avoit couru tant au payis des infidelles, où il avoit eſté ſept ans avec le Roy S. Loüis, qu'ailleurs; dont Dieu par ſa miſericorde l'avoit garanti & conſervé en ſanté de corps & d'eſprit, en un age, auquel ſes prédeceſſeurs n'étoient jamais parvenus.* Fictum iſtud inſtrumentum eſt, quemadmodum & alia innumera donationum ſimilium, ad aſſerendam abbatiæ poſſeſſionem pratorum ac nemorum, quæ in illis recenſentur: Fictum autem poſt ſcriptam hiſtoriam ab ipſomet illius ſcriptore, ad fidem ei ſimul conciliandam. Sed cur in iſta Charta donationis annus eraſus eſt, nec apparet niſi milleſimus trecenteſimus; incertumque relinquitur, quo poſtea anno ſit inſtrumentum confectum? Eſt illud in Cartophylacio Regio, in capſula, *Obligations*, 2. tit. 35. Nunc quædam hiſtoriæ loca expendamus.

Pag. 5. *Seneſchal, dit-il,* QUELLE CHOSE *eſt-ce que* DIEU? *Et je lui répons: Sire, c'eſt ſi ſouveraine &* BONNE CHOSE, *que meilleure ne peut eſtre. Vraiment, fit-il, c'eſt moult bien répondu. Car cette voſtre réponſe eſt écrite en ce livre que je tiens en ma main.* Displicet mihi certe vehementer adeo exilis de Deo confeſſio, ut dicatur eſſe RES OPTIMA. Quam foret hæc Regi injurioſa interrogatio, *Quelle choſe eſt-ce que le Roi?* tam impia eſt iſta, *Quelle choſe eſt-ce que Dieu?* Naturam credas eum, æque ac Sugerii laudatorem, pro Deo agnoſcere. Natura enim Res eſt optima. Sic etiam famoſus Carteſianus.

Pag. 7. *Bon executeur d'un Teſtament avant autre œuvre, doit reſtituer & rétablir les torts & griefs faits à autrui par ſon treſpaſſé; & du reſidu de l'avoir d'icelui mort doit faire des aumoſnes aux poures de Dieu, ainſi que le* DROIT E'CRIT *l'enſeigne.* Atqui nullum adhuc jus ſcriptum tunc erat; fictum multo poſtea eſt.

Ibidem: *Au Comte de Bretagne, pere du Duc, qui a preſent eſt.* Petrum Drocenſem Britonum Comitem deſignat, quem patrem dicit fuiſſe Ducis, qui regnaret anno 1315. quo hæc ſcripſiſſe ſe credi voluit. Atqui tunc regnabat ab anno 1312. Non Joannes. I. qui Petri Drocenſis filius fuit, ſed Joannes III. qui nepos.

Pag. 8. *Le bon Roy appella Meſſeigneurs Phelippe* PERE DV ROY QUI OR EST, *& auſſi le Roy Thibault, ſes fils.* Scribebat ergo ſub Philippo Pulcro, qui obiit anno 1314.

Ibid. *Et dit ſaint Anceæume, que ce ſont des menaces de N. Seigneur.* At nulla tunc erant Anſelmi ſcripta. Poſterius multo ſunt ea conficta.

Pag. 10. *Or je vous demande, ſi vous prandriez or ne argent, pour regnier de voſtre bouche riens qui touchaſt au ſaint ſacrement de l'Autel, ni à aucun des ſaints ſacremens de l'Egliſe. . . . . Je ſuis tout aſſuré du ſaint ſacrement de l'Autel, & des autres auſſi, ſans aucune doute y avoir.* Diſplicet nobis vehementer dici, omnia ex æquo ſancta ſacramenta Eccleſiæ: hoc eſt enim dicere, omnes ſacros ritus; nihil præterea.

Pag. 11. *Le ſaint Roy me compta qu'une fois en Albigeois les gens du payis ſe tirerent par devers le Comte de Montfort. . . & luy diſdrent qu'il vinſiſt voir* LE CORPS DE NOSTE SEIGNEUR, LEQUEL E'TOIT DEVENV EN CHAR & EN SANG *entre les mains du Preſtre. Et le Comte leur dit: Allez y vous autres, qui en doutez. Car quant à moy, je crois fermement & ſans doute le ſaint ſacrement de l'Autel, ainſi que noſtre Mere ſainte Egliſe le nous témoigne & enſeigne.* Ambigua hæc fidei confeſſio eſt. Qui Corpus Chriſti dicit factum eſſe miraculo carnem & ſanguinem, negat ante illud miraculum carnem fuiſſe & ſanguinem: & Corporis Chriſti nomine proinde panem dumtaxat intelligit, eo fine benedictum, ut Corpus Chriſti ſignificet.

Pag. 12. *Une Meſſe baſſe de* REQUIEM.

Pag. 15. *Le premier Dimanche des Avans, duquel Dimanche la Meſſe ſe commence à ces mots,* Ad te levavi animam meam.

Pag. 24. *Ce bel Igne,* Veni Creator, *tout de bout en bout.*

Pag. 30. *On lui dit, que c'étoient Turcs & Sarrazins.* Atqui Turci in Ægypto nulli tunc erant. Nec Saracenos Oriens noverat. Fictum id nomen eſt in Europa.

Ibid. *Et fiſt chanter,* Te Deum laudamus, *tout du long.*

Pag. 45 *Babilonne, chef du Royaume d'Egypte.*

Pag. 36. de Nilo: *Quand ce vint le tems d'environ la ſaint Remy, ſe espandent de lui ſept branches en rivieres.* Exundare Nilum ait circa ineuntem Octobrem. Si in Ægypto aliquando hic fuiſſet, ab Ægyptiis didiciſſet duo. Primum quidem, deſinente Junio creſcere Nilum ſolere, Plinio teſte, libro v. ſect. x. *Incipit creſcere Luna nova, quæcumque poſt ſolſtitium eſt; ſenſim modiceque Cancrum Sole tranſeunte, abundantiſſime autem Leonem. . . . . In totum autem revocatur intra ripas in Libra.* Conſentit & Monconis, tomo 1. pag. 269. *Quant au Nil la veille de la feſte S. Pierre, on vient annoncer la bonne nouvelle de ſon accroiſſement,* &c. In Ægypto fuit Rex Ludovicus a die IV. Maii ad diem v. Junii anni ſequentis. Potuere igitur, qui cum eo erant, de tempore incrementi Nili certiſſime edoceri. Alterum eſt, quod ſeptem brachia Nilus efficiat, (ſi tamen reipſa ſeptem:) quorum quatuor iſte enumerat, pag. 37. Peluſiacum, Alexandrinum, Taniticum, & Roſettæ; non id ex annua exundatione amnis evenire, ſed ex perenni amnis magnitudine. Exundatione enim ipſi cooperiuntur agri & rura.

Pag. 39. *Beau Sire Dieu Jeſus-Chriſt, garde moy & toute ta gent.* Invocationis formula, nata ſæculo XV.

Ibid. *Feu Gregois.* Ignis fabuloſus, ut peculiari Diſſertatione oſtendimus.

Pag. 59. *Mon poure Preſtre, ainſi qu'il chantoit Meſſe . . . quand il fut a l'endroit de* SON SACREMENT . . . *Et ne le leſſa jusques a ce qu'il euſt achevé* SON SACREMENT. Sacramentum hæreticus non aliud vocat, niſi ritum ſacrum; & iſte hic eum quidem, quo panem ſacerdos conſecrat, hoc eſt, (ut iſte cum hæreticis videtur intelligere,) ſacro uſui deſtinat. At non eſt Catholicis ſacramentum, quod eſt in altari, ritus ſacer, vel actio ſacra; ſed ſacra & ſacratiſſima res eſt.

Pag. 70. Equiti Saraceno nomen ait fuiſſe *Faracataïe.* Fictum nomen eſt juxta leges & regulas ab impia legione excogitatas: fictum, inquam, ut Chriſtum

ſtum judicem ſignificet; Qui ulciſcens conteret affligentes ſe; derivato nomine ex מרעיתרעיץ.

Ibid. Soldano Ægyptio dicit tres e ſuis epiſcopis adfuiſſe: *Trois de ſes Eveſques.* Qui ſunt iſti *epiſcopi* Mahumetanorum?

Pag. 71. *Encouſte moy s'agenoüilla le Conneſtable de Chypre, & ſe confeſſa a moy; & je lui donnay telle abſolution, comme Dieu m'en donnoit le pouvoir.* Dictum factumque hæretice; ex placitis impiæ factionis, cui abſolutio nihil aliud eſt, quam externa cooptatio in corpus fidelium & juſtorum; quæ proinde a quolibet fideli & juſto fieri poteſt, ſaltem in neceſſitate, ubi ordinarius abeſt Eccleſiæ miniſter ad hoc deputatus.

Pag. 80. *Et quand j'oye chanter* LIBERA ME; ſcilicet pro defunctis.

Pag. 87. S. Louys envoya *au Vieil de la Montagne grant quantité de veſtemens d'écarlate,* COVPPES D'OR, *& autres vaiſſeaux d'argent.* Huic ſi credimus, immenſos auri & argenti theſauros ſecum tulit D. Ludovicus in hac expeditione; nec pauperior factus eſt poſt redemptionem ex Ægyptiaca captivitate; pro qua ait iſte petiiſſe Soldanum decies centena millia Byzantiorum aureorum: quæ tunc efficiebant quingenta millia librarum Francicarum; hodie vero efficerent quadragies centena millia librarum; *quatre millions*; marca argenti æſtimata triginta libris. At unde S. Ludovico tanta auri vis & argenti, qui vix Galliæ partem tertiam obtineret? non Campaniam, Burgundiam, Lugdunum, Delphinatum, Provinciam, Languedocium, Aquitaniæ magnam partem, Britanniam, Flandriam?

Pag. 90. & 92. Fabulæ de Presbytero-Joanne, & de Tartarinis.

Pag. 93. Altera fabella de regno Noronæ. Cum noctes ibi dicit eſſe æſtate breviſſimas, Norvegiam credas ab eo intelligi.

Pag. 95. *Le cheval valoit bien de quatre vint a cent livres; qui n'étoit pas petite ſomme.* Pudet hoc loco fabulam deſcribere ſpurciſſimam, qua Regem caſtiſſimum fabulatur ſententiam tuliſſe cogitatu fœdiſſimam in equitem libidinoſum. Spurci omnes ex impia factione fuere; & ſuis ſpurcitiis libros a ſe ſcriptos aspergunt.

Pag. 98. De Principe Antiocheno, cum a D. Ludovico beneficium aceepiſſet, ante reditum Regis e Syria, anno 1254. *Et déslors pour l'honneur du Roy, il eſcartela ſes armes, qui ſont vermeilles, avec les armes de France.* At nulla dum erant Franciæ inſignia, quæ ſcuta gentilitia vocamus, *écuſſons d'armoiries*, aut in nummis, ſive moneta publica, aut etiam in minoribus ſigillis, *les contreſels*, quæ ex adverſo ſolent apponi majoribus: nulla ſunt viſa, inquam, niſi poſt ætatem Divi Ludovici. Nec ſcuta etiam quadripartita ante id tempus uſpiam, excepto ſcuto ſive ſigillo Alphonſi Regis Caſtellæ & Legionis, anno 1254. In tumulis quidem quarumdam Principum feminarum, quæ diem ſupremum obiere ſæculo XIII. ejusmodi quadripartita ſcuta ſimilia apparent, ſed fabricæ longe poſtea elaboratæ, hoc eſt, ſæculo ſaltem XIV. Adde quod non eſt cujusquam, quamvis principis, ſcutum alterius gentilitium ſuo inſerere, niſi iſte hanc facultatem ipſe conceſſerit; id quod pſeudo-Joinvillæus fortaſſis, quia monachus, neſciſſe videtur.

Pag. 98. Fabula de Barbaquan Imperatore Perſarum. Fictum nomen eſt ex Hebræo, מאיחרבעקהענה: ut Chriſtum ſignificet, Qui veniet occidens affligere affligentes ſe: Judæos intellige.

Pag. 108. *Nous vinsmes en une* PLAINE, *qui eſtoit devant la Cité de Belines, appellée en l'*ANXIENNE ESCRIPTVRE *Ceſaire Philippi. Et eſt ſeant cette cité ſur une belle fontaine qu'on appelle* JOVR. *Et és* PLAINS, *qui ſont devant cette Cité, y a une autre tres-belle fontaine, qu'on appelle* DAIN. *Et s'entr'aſſemblent les ruiſſeaux de ces deux fontaines aſſez loin de la Cité: & en eſt appellé le fleuve d'icelles fontaines, le fleuve Jourdain.* Mentitur, cum id ſe oculis conſpexiſſe ait. Nam ex unico profluit fonte Jordanis, ut ad Plinium diximus. Et affectat linguæ ſæculi XIII. ſimilitudinem aliquam, cum vocem PLAINE nunc facit feminini generis, *plaine*; nunc maſculini, *plains*. Et *Dain*, quod ſoli Galli ſic efferunt, *Jourdain*; non indigenæ. Et ſomniat denique, cum civitatem impoſitam fonti dicit.

Pag. 110. *Et auſſi envoya il en France un grand ſommier chargé de pierres precieuſes & de joyaux aux Egliſes de France, avec lettres miſſives, les priant qu'ils voulſiſſent prier Dieu pour lui.* Unde vero hæ gemmæ in Palæſtina repertæ, & tanto numero? Et epiſtolas S. Ludovici ad ſe ſcriptas, ecqua in Galliis ſervat Eccleſia?

Ibid. Vox Legati Pontificii ad Joinvillæum: *Je ſuis moult triſte & doulant de cueur. . . . de m'en retourner en Court de Romane entre ſi deſloyaux gens comme, il y a.* Nebulo ex impia factione, Legatum ipſum Pontificium inducit de Romana Curia calumnioſe detrahentem.

Pag. 117. 118. *Le Roy. . . . s'en vint en la Cité d'Aix en Provence, pour l'honneur de la beneiſte Magdalaine. . . . Et fusmes au lieu de la Basme, en une roche moult haute, ou l'on diſoit que la ſainte Magdalaine avoit veſcu en hermitage, longue eſpace de temps.* Atqui conſtat Dominicanos ipſos nonniſi anno 1279. die IV. Decembris inventum ibi dicere corpus S. Magdalenæ; novem annis ipſis poſt obitum S. Ludovici. Et ex illa haud dubie inventione cœpit credulitas, quæ poſtea paulatim crevit.

Pag. 118. *La Dauphine de Viennois ma niece. . . le Comte de Chalons mon oncle. . . le Comte de Bourgogne ſon fils.* Jactat nobilitatem ſuam; ſed fingit quod vult.

Pag. 128. *Devotement. . . par eſpecial a la Meſſe, depuis que la conſecration du Corps Noſtre Seigneur ſera.* Conſecrationem Corporis Chriſti dicunt etiam ii, qui Tranſſubſtantiationem negant. Catholici dicunt, conſecrationem panis, qua mutatur ille ab omnipotente Deo in Corpus Chriſti.

Ibid. Oratio in feſto S. Jacobi Apoſtoli, *Eſto Domine.* In feſto S. Dionyſii, ex oratione recitat ibi hanc clauſulam; ſed Gallice: *Tribue nobis proſperà mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa form'dare.*

Ibid. *Fut apporté le corps a S. Denys en France. Et la fut enſeveli ou lieu ou il avoit deſpieça* ESLEV SA SEPVLTVRE. Negat igitur, ut diximus, prius deſtinatam eam Eccleſiam fuiſſe Regum ſepulturæ: ac ſi ita eſt, vere negat.

Ibid. *Par le commandement du S. Pere de Romme vingt un Prelat a Paris.* Sanctum Patrem Romæ Catholici non dixere illis temporibus; ſed *Domnum*, vel *Patrem Apoſtolicum*: *Monſieur l'Apoſtole: Noſtre Pere l'Apoſtole.*

In epiſtola operi præfixa ait ſe rogatu Margaritæ reginæ conjugis S. Ludovici hanc hiſtoriam conſcripſiſſe. At illa e vivis deceſſit, anno 1285. annis quindecim poſt maritum: nec tamen ante annum 1315. apparuiſſe opus fingitur. Tam ſero reginam rogaſſe, aut tam ſero precibus illius obſecutum eſſe ſubjectum, non credimus.

Sed ſatis hæc ſunto, donec plura colligat alius, cui lampadem hic tradimus, & cui plus otii fuerit ac ſagacitatis. Stephanus Pasquier ait in Joinvillæo ſe legiſſe de Petro cognominato *Mauclerc*, *Qu'a tort les Bretons lui donnerent tel nom; vu qu'il devoit eſtre bien ſage, puiſqu'il avoit ſi longtems étudié à Paris.* Lapſus memoriæ eſt: neque enim iſtud habet Joinvillæus.

S. L U.

S. LUDOVICI nomine scripta quædam, & sigilla.

LEs *Etablissemens de S. Louys*, spissum opus est capitum CCXIII. editum a Du-Cangio post historiam Joinvillæi. Fictum præsertim ad conciliandam fidem Codici Justinianeo, Digestis, & Decreto Gratiani, quæ in hoc opere sæpe citantur, plane contra morem Regum nostrorum. Et probat hoc ipsum ævo Divi Ludovici nondum ea exstitisse opera, quibus mendacio scriptaque multo postea lucubratione fides quæritur, quasi jam tunc illa exstiterint. Nam ut est ab aliis jam observatum, publicata dicuntur fuisse hæc statuta anno 1270. ante Africanam expeditionem; cum anno ipso 1269. exeunte Junio e portu Aquarum Mortuarum solvisse dicatur in historia Vitæ ipsius. Horum statutorum duo in primis exemplaria sunt, multis in locis sermone discrepantia; ut sub posterioribus Regibus statuta ea probata fuisse existimentur, & in politiorem sermonem translata.

Testamentum S. Ludovici, quod est apud Du-Cangium, pag. 401. & sic incipit: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus* &c. videtur laudari in ejus vita, per Gaufridum de Belloloco, Ordinis Prædicatorum, tomo v. Script. Hist. Franc. pag. 457. Suppositititium utrumque scriptum illud est: in primis illa sancti Regis vita; quæ præterquam quod est referta nugis, ac nonnullis etiam spurcitiis; libros tradit a Rege legatos testamento Minoribus ac Prædicatoribus, fuisse opera Ambrosii, Hieronymi, atque Gregorii. Fictum mendacium, ad asserendam fidem, ut de statutis diximus, operibus quæ nondum exstabant; ut credantur jam tum exstitisse. Vita ea cruta est ex codice manuscripto Conventus Fratrum Prædicatorum Ebroïcensium. Cur ea nusquam alibi, quam apud Fratres Prædicatores reperitur, & una tantum in illa domo, tam procul Parisiis, ubi maxime publicatam eam esse oportuit post funus Regis?

Sunt in Tabulario Collegii Parisiensis Societatis Jesu litteræ sancti Ludovici: *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus* &c. In fine: *Præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Villam Novam S. Georgii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense Maio.* Sigillum grande & perpulcrum, in cera viridi. Sedens ipse dextra florem Lisi tenet, sinistra sceptrum in apice floridum. Vestis picta in limbo a summo ad imum, aliquot Lisi floribus. Sigillum minus, (*le contresel*) flos Lisi perpulcher est; sed non Florentinum quem vocant. Pendet sigillum filis e serico rubro ac hic invocatio Trinitatis, nulla mentio Regii characteris, sive monogrammatis; nulla Dapiferi, Buticularii, & Camerarii, aut Vacantis Cancellariæ; nec annus denique regni notatur. Quæ omnia vel singula, in quibus occurrunt diplomatibus, ea esse spuria admonent, & suppositititia. Annos regni primus Regum Francorum adscripsit Carolus v. cognomento sapiens.

Tomo I. Anecdotorum domni Martenne, O. B. pag. 987. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. . . Quod ut ratum &c. Actum Senonis, anno Domini* MCCXXXIV *sexto Calendas Junii.* Ex MS. Petri Menard Præfecti Turon. Displicet, ob mentionem Calendarum, contra morem Regiorum diplomatum saltem sub S. Ludovico.

Ibid. pag. 1039. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus* &c. *Actum in Navi, anno Domini* MCCXLVIII. *mense Augusto.* Ex autographo. Compositio est inter Regem & Abbatem Crassensem.

Ibidem, pag. 1094. Sententia S. Ludovici Francorum Regis, & Odonis episcopi Tusculani, Apostolicæ Sedis legati: *Nos autem in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, in negotio præfato taliter ordinamus. . . . . Actum Parisius, anno Domini* MCCXLVI. *mense Julio.* Ex Chartario dominorum de Avesnis. Nondum inventa formula, *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.*

Ibid. pag. 1043. *Vidimus* (ut vocant) D. Ludovici, ex Chartario Archiepiscopi Bituricensis: *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus* &c. *Et in hujus rei testimonium præsentes litteras, ad petitionem dicti Galcheri, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum in castris juxta Damyatam, anno Domini* MCCXLIX. *mense Septembri.*

Ibid. pag. 1073. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. . . . Olim dum in partibus ultramarinis eramus, ad nos accessit abbas monasterii Crassæ. . . . . Dum eramus apud Sydonem, composuimus de novo cum abbate eodem, & mandavimus Senescallo nostro Carcassonensi* &c. *Actum Parisius, anno Domini* MCCXLVI. *mense Augusto.*

Hæc sincera certe (excepto Senonensi) S. Ludovici diplomata sunt; cujusmodi esse possunt alibi alia plurima. At circumferuntur ejusdem sancti Regis sigilla quædam & diplomata, quæ ficta censemus sæculo decimo quarto vel quinto. Nam sigillum, exempli gratia, quod est in Charta fundationis Cartusianorum Parisiensium, quo diligentius iterum iterumque exploravimus, mense Augusto anni 1714. eo magis suspectum semper visum est; & Charta quoque ipsa ficta visa est, multo post S. Ludovici ætatem. Quod ne temere a nobis dictum putetur, exscribenda ipsa hoc loco & expendenda obiter est.

Charta fundationis Cartusianorum Parisiis, a D. Ludovico.

1 IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod ad nostram accedentes præsentiam fratres Ordinis Cartusiensis Nobis humiliter supplicarunt, ut* 2 *prope Civitatem nostram Parisiensem, in qua fluunt aquæ largissimæ salutaris doctrinæ, adeo quod fluminis impetus* 3 *Civitatem ipsam lætificans & inundans Universalem irrigat Ecclesiam; pio divini nominis amore vellemus eidem Ordini de loco aliquo competenti liberalitate Regia providere: petentes humiliter & in-*

ſtanter, [4] *ut locum noſtrum ac Domum de Valle Viridi prope civitatem prædictam*, [5] *muris excelſis & quovis modo circumcinctum, pietatis intuitu dignaremur ſibi concedere; ut in ipſo & per ipſum* [6] TOTVS ORDO REVIVISCERET *& floreret: ſicque* [7] *Domus ipſa ſecus ſalutarium aquarum plantata decurſus fructum in tempore ſuo datura gratiſſimum,* TOTVM *Cartuſienſium* ORDINEM *fecundaret. Nos autem fratres ipſos & eorum Ordinem Deo gratum ſpecialis dilectionis & favoris gratia proſequentes, piis ſupplicationibus annuimus eorum; & locum prædictum ac Domum de Valle Viridi,* [8] *ſicut eam tenebamus, fratribus ipſis ibidem ſummo Regi perpetuo ſervituris in puram & perpetuam eleemoſynam concedimus & donamus; locum ipſum, perſonas, & bona quæcumque ad ipſum pertinentia in noſtra regia protectione ſuſcipientes, & volentes ab omni injuſta moleſtatione manere quieta. Donamus inſuper & concedimus in perpetuam eleemoſynam pietatis intuitu, & pro noſtræ & anteceſſorum noſtrorum animarum remedio, fratribus ipſis inibi Domino ſervituris, ad eorum ſuſtentationem, quinque modios bladi de Goneſſia, ad menſuram & modium Pariſienſem, in granari noſtro Pariſienſi percipiendos annuatim ad feſtum Omnium Sanctorum: quos a Præpoſitis & Miniſtris, quicumque pro tempore fuerint, eisdem fratribus ſolvi ſine diminutione vel difficultate præcipimus ad terminum prælibatum. Præterea donamus eisdem & concedimus domum quam emimus a liberis defuncti Petri Cocci ſitam juxta Gentiliacum, cum propriſio & terris adjacentibus, & vinea, ac aliis ejus pertinentiis ab ipſis in perpetuum poſſidenda. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat, præſentem* [9] *paginam ſigilli noſtri auctoritate ac* [10] *Regii nominis charactere inferius annotato fecimus communiri. Actum apud* [11] *Meledunum, anno Dom. Incarnat.* MCCLIX *menſe Maio:* [12] *regni vero noſtri anno* XXXIII. *adſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.* [13] *Dapifero nullo.* [14] *Sig. Johannis Buticularii. Sig. Ægidii Conſtabularii. S. Alphonſi Camerarii.*

[15] *Vacante* [16] PuⵙsL *Cancellaria.*

[17] Sigillum e cera viridi eſt, filis pendentibus e ſerico rubro. Effigiem exhibet Regis ſedentis, coronam geſtantis ex floribus Liſi; dextra florem ſimilem; ſceptrum ſiniſtra; pallio in ora, qua guttur ambit, & in limbo dextro ab humeris ad pedes; ſimilibus reſperſo floribus. Ergo ut hanc Chartam una cum ſigillo expendamus:

1. Primum quidem non eſt hæc invocatio Trinitatis ex ſtilo Regio. In ejusdem ſancti Regis ſinceris diplomatibus, abſolute ſic incipit, *Ludovicus &c.* Vide etiam apud Th. Rymer, tomo 1. Chartam Alfonſi Regis Caſtellæ & Legionis; nam eſt ea inter ſinceras e præcipuis & integerrimis. Data eſt ea anno 1254. & caret ea formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Invocatio uſitata in quibusdam inſtrumentis hæc fuit, qualis eſt in Charta Willelmi Siciliæ Regis, anno 1177. apud Rymer, tomo 1. pag. 52. *In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.* Vel ut in Teſtamento Petri Comitis Alenconienſis, filii S. Ludovici Regis, (quamquam ipſo etiam aliis nominibus nobis ſuſpecto,) anno 1282. *En nom du Pere & du Fils & du Saint Eſperit. Amen. Nous &c.* Vel ut in Teſtamento Johannæ conjugis Philippi Valeſii regis, anno 1329. tomo 1. Anecdot. dom. Martenne, pag. 1275. *En nom dou Pere & dou Filz & dou S. Eſprit. Amen. Je Jehanne par la grace de Dieu Royne de France, &c.* Vel ut in Tractatu Pacis inter Amedeum Magnum Comitem Sabaudiæ & Joannem Delphinum Viennenſem, anno 1314. apud Guichenon, tomo 2. pag. 141. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatæ Mariæ Virginis, & totius cæleſtis Curiæ, Amen.*

In libro, cui titulus eſt, *Antiquitez & recherches de l'Abaye de S. Denys*, tomo 2. pag. 908. & 909. ſunt tres chartæ ſimiles Cartuſienſi. Prima, *In nomine ſanctæ* &c. *Actum apud Argentolium, anno Domini* MCCLV. *menſe Marcio, regni vero noſtri anno* XXX. *adſtantibus in Palatio noſtro* &c. prorſus ut in Cartuſienſi: nomina, ſigillum, & alia ſunt ſimilia: atque ita probi ſpeciminis loco datur a Mabillonio, pag. 433. Secunda, *In nomine* &c. *Quod ut perpetuæ. Actum apud Melodunum, anno Dominicæ Incarnationis* MCCLVIII. *menſe Januario, regni* XXXIII. & cetera omnino, ut in Cartuſienſi. *In nomine. . . . Actum Meleduni, anno Incarn. Dom.* MCCLVIII. *menſe Octobri, regni vero noſtri* XXXIII. & cetera ut in Cartuſienſi. Quarta, *In nomine. . . . Actum apud S. Dionyſium, anno Domini* MCCLIX. *regni vero* XXXIV. reliqua ut in Cartuſienſi.

Chartæ Regum ſinceræ carent illa invocante formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Certe ea non apparet poſt ætatem S. Ludovici: nec in ullis omnino fere Diplomatibus ante Carolum Calvum. Ab illius temporibus cœptam eſſe eam uſurpari credi voluere; hunc præ ceteris ſelegerunt, ſub quo primum ea appareret, quoniam primus ille Regum eſt, cujus cognomen ex Hebræo derivatum tribus conſtat litteris, ut ſupra oſtendimus, חזק. Ratione quidem per ſe nugatoria, ſed maxime ex ingenio impiæ legionis. Si hanc formulam D. Ludovicus reipſa uſurpaſſet, hanc poſteri ejus Reges Francorum haud dubie retinuiſſent, quemadmodum in nummis ſuis hanc inſcriptionem, *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat*, ab ipſo primum inventam, conſtanter retinuere. Et initio edictorum ſuorum, *Notum facimus, ſçavoir faiſons.*

2. Atqui ex ſui inſtituti ratione Cartuſiani civitates fugitant, eremos ſectantur. Et temporibus Divi Ludovici non parvo diſtabat intervallo a civitate Pariſienſi domus Cartuſianorum, etiam quæ fingitur a divo Ludovico donata.

3. Alieno prorſus loco hic laus collocatur ſtudii Pariſienſis, & quidem exaggerata longe ſupra verum: cum vix eo tempore, hoc eſt, anno 1259. aliud in ea civitate Collegium eſſet, quam Bernardinorum. Nam Sorbona domum non habuit ante annum 1271. quamvis fundata fuiſſe dicatur anno 1250. Et quam tenuia autem fuere hujus ipſius Domus initia!

4. Satis audax poſtulatio Monachorum profecto, ut ſibi Regiam Domum Rex concederet. Sed Domus etiam iſtius Regiæ prope Pariſios nuſquam alibi extra hanc Chartam mentio eſt. Ficta prorſus ea eſt.

5. Quid hoc attinebat dicere? Sapit iſtud rhetorem e ſchola, & tironem.

6 *Totus Ordo.* Vereor ut tempore Divi Ludovici coaluerint omnia Cartuſianorum monaſteria in Corpus unum, ſive in unam Congregationem, quæ *Totus Ordo* vocaretur. Invenio tantum anno 1305. in Teſtamento Johannæ Reginæ Franciæ & Navarræ, tomo IV. hiſt. Univerſit. Pariſ pag. 75. *Au chapitre general de Charteuſe, 60. l. Au Convent de celle meſme Ordre, les Paris, 100. l.* Qua vero ratione per Cartuſiam Pariſienſem magis, quam per Colonienſem, vel per primariam ipſam Cartuſiam, diſciplinamque regularem ibi ſancte cuſtoditam Ordo reviviſceret, cum votum ſtabilitatis in ſua quisque Domo edat? Et cur demum *reviviſceret?* Jamtumne erat extinctus?

7. Ut Domus illa ſcilicet proficeret ex doctrina ſtudii Pariſienſis. Non adtendebat falſarius, alienum iſtud eſſe ab Inſtituto Cartuſienſium. Quomodo vero Domus iſta *totum Ordinem Cartuſienſium fecundaret*; cum in ſua quiſque Domo, ut proxime diximus, votum ſtabilitatis edat? Similis cauſa quidem affertur in privilegio Philippi Longi, anno 1317. ſed æque ficto; quo Carmelitæ transferuntur in vicum ſanctæ Genovefæ: *ut fratres ipſi ſint vicini ſtudiis & ſcholis, in quibus potum ſapientiæ haurire valeant*, &c.

8. Jam

8. Jam diximus, nuspiam Domus illius Regiæ fieri mentionem; nullum exſtare in libris etiam ſuppoſititiis illius veſtigium.

9. Chartam potius, vel conceſſionem, quam paginam, diceret.

10. Character nominis, monogramma eſt. At monogrammate Reges, opinor, non tam patienter pingerent: nomen ſuum potius ſimpliciter, ut etiamnum fit, ſcriberent: *Loüis.*

11. Meleduni vel Argentolii an fuit umquam regium Palatium? In primo a nobis allato diplomate, eoque ſincero, dato apud Villam Novam S. Georgii, inter Pariſios & Meledunum, nulla palatii mentio eſt.

12. Annos regni, ut diximus, primus in ſuis edictis ac litteris adnotavit Carolus v. cognomento Sapiens, poſt annum proinde 1364. Unde tempus intelliges, quo ficta ſunt ea diplomata, in quibus notantur anni Regum noſtrorum. Edicta vel litteras Regum a S. Ludovico usque ad Carolum v. videſis apud Fontanon, dom. Martenne in Anecdotis, aliosque. Omnes ii annum Domini, ſive annum Gratiæ dumtaxat, & menſem vel diem menſis adnotant, S. Ludovici & deceſſorum ejus morem ſecuti. Quæ vero diplomata annum regni notant, ea aliquod aliud præterea indicium falſi, aut plura etiam, habent.

13. Hic jocatur, & in ſimilibus chartis, ni fallimur, earumdem artifex. Tria monaſtica officia pro teſtibus ponit. *Dapifero nullo*, hoc eſt, cum nullus eſſet, qui dapes, ſive qui opiparum apparatum ferret: Actum a jejunis, & ſine convivio. Alioquin quid neceſſe fuit dici, *Dapifero nullo?* Quaſi vero oportuerit adeſſe hunc præſentem ſingulis Regiis inſtrumentis, aut ejus abſentiam notari. Dapiferum autem nullum fuiſſe ſub S. Ludovico, quis credat? Immo vero, ab anno 1191. usque ad annum 1262. incluſive, cur omnia diplomata habeant, *Dapifero nullo*, hoc eſt, ſpatio annorum amplius ſeptuaginta, quis probabilem poſſit cauſam afferre? Niſi quia multo poſt ætatem D. Ludovici ficta ſunt ea: & jocari maluere falſarii, dicentes, nullas ſibi tunc fuiſſe dapes appoſitas, quam ſe periculo objicere reprehenſionis, ſi falſum nomen ſcriberet. Apparet neſciſſe eos quis eſſet reipſa ſub Philippo Auguſto, Ludovico VIII. & IX. Regii palatii magiſter, quem iſti ficto nomine, ſed non ultra tempora divi Ludovici Dapiferum vocant, *le Grand Maiſtre*. *Buticularius* ponitur pro Cellario, quod eſt officium monaſticum, cui cura potus eſt. *Conſtabularius* officium quoque monaſticum eſt; cui cura fuit de mulis & equis. *Camerarius* denique, officium eſt ſimiliter monaſticum, *chambrier*, de quo Du-Cangius in Gloſſario, pag. 703.

14. Tria hæc ſigna ejuſdem ſunt manus; hoc eſt, illius ipſius qui Chartam hanc ſcripſit; non eorum, qui teſtes appellantur. Velle hanc nihilominus veluti probam tueri, quod aliæ multæ, etiam Mabillonio probatæ, ſunt ejusdem omnino formæ, iisdemque vel aliis nominibus ſimiliter notarii manu ſcriptis; eſt falſum velle falſo adſtruere.

15. Si vacabat Cancellaria, quis ſigillum appoſuit? quis ſaltem Notarius chartam ſcripſit! quis monogramma delineavit? Sed jocatur hic rurſum artifex. Neque enim *Cancellaria* umquam munus Cancellarii dictum eſt. *Cancellaria* locus eſt, ubi publica inſtrumenta adſervantur. Ergo hac formula falſarius dicit, cum vacaret locus, ubi hoc diploma recondi poſſet, tunc illud fuiſſe confictum.

16. Monogramma iſtud, quo LVDOVICVS continetur, plane puerile eſt & inuſitatæ formæ. Sed quod amplius eſt, nullum (ut jam diximus) in nummis Regum Francorum tertiæ ætatis apparet monogramma Regii nominis. In diplomate, quamvis falſo, Ludovici VIII. apud Mabillonium, pag. 341. nullum eſt ſimile monogramma.

17. In ſigillo S. Ludovici minus ſigillum eſt lilium (ut vocant) Florentinum: quod in nummis (unde initium habet) non invenitur niſi poſt annum 1300. & primum in uſu fuit in Florenis aureis; quibus illud inde nomen eſt datum, (ut jam ſupra in ſecunda ætate, tit. de Normannis:) ſæculo tantum ineunte XIV. Minus illud ſigillum recte delineatur a Mabillonio, loco citato: & a D. du Tillet, in S. Ludovico, pag. 149.

Vidimus apud D. de Clairambaut effigiem ſigilli Divi Ludovici, ſimillimam ei ſigillo quod apud Carnuſianos eſt, inde fortaſſis expreſſam, & ut ut eſt æque fictam. Coronam ſimiliter in capite Rex geſtat ex floribus Liſi, ut & a Mabillonio pingitur, loco jam tertium indicato. Nulli dubitamus, quin ſigillum ſit Ludovici X. ſive Hutini, quod amiſſum neglectumve, cum nulli eſſent reges Ludovici, vel furto ſublatum, adhibitum e falſariis ſit veluti Ludovici IX. ſigillum. Regnabat is anno 1315.

Quis ergo, inquies, Carnuſienſem chartam finxit, & appoſuit hoc ſigillum? Aliquis, inquam, qui plures chartas ſimiles vel finxit ipſe, vel docuit fingi poſſe appenſo eo ſigillo. Nam præter pecuniam, quam corradebat ex ea merce, id conſequebatur, ut ex plurium ſimilitudine chartæ uni, quam in rem ſuam finxiſſet, & ſigillo, auctoritas accederet.

Sunt ſane ſimilia S. Ludovici diplomata, tum alibi, tum apud Catel, in hiſtoria Comitum Toloſan. pag. 338. 339. 341. & ſeqq. in primis unum anni 1233. pag. 337. in quo pariter legitur, *Dapifero nullo*: & cetera ut in Bituricenſi mox proferendo. Eſt ea ad Narbonenſes epiſtola eadem ipſis verbis, atque epiſtola ad Albienſes, apud Du-Cheſne, tomo 5. pag. 420. In ea memorantur *libertates & immunitates*, *quibus utitur* ECCLESIA GALLICANA: quæ oratio tempora redolet Baſileenſis Synodi; aut cum citiſſime, Philippi Pulcri.

Inter privilegia Urbis Bituricenſis, legitur ſimiliter *Data vacante Cancellaria. Acta apud S. Satyrum, juxta Sacrum Cæſaris, anno Dominicæ Incarnationis* 1233. *menſe Martio, regni vero noſtri anno Octavo: adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Sig. Roberti Buticularii. Sig. Bartholomæi Camerarii. Sig. M. Conſtabularii.* Fuerint ſane iis nominibus Magnates in aula ea ætate, ut alicubi ſcriptum ferunt; non continuo ſincerum inſtrumentum eſt, cujus inepta forma eſt, & alia ſunt vitia? Ecquod deinde Biturigibus apud S. Satyrum *regium palatium* fuit?

Inter eadem privilegia Bituricenſia, anno 1293. eadem formula legitur: *Præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate ac Regii nominis charactere inferius annotato fecimus confirmari. Actum Pariſius, anno Incarnationis* 1293. *menſe Februario, regni vero noſtri anno nono. Adſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Signum Joannis Buticularii. Signum Roberti Camerarii. Signum Rodulfi Conſtabularii. Data vacante Cancellaria.* Proh! quam ſæpe vacat Cancellaria! At etiamve ſub Philippo Pulcro *Regii nominis character*, ut in Carnuſienſi charta, hoc eſt, monogramma, ſive litteræ nominis nexæ fuere? An etiam tunc teſtes adhibiti, & Magnates, & in his Dapifer; nec in iisdem alii, quam officiales tres appellati? Minime certe in edictis aliisve ſinceris inſtrumentis. *Vidimus* iſtud eſt, ut vocant, Philippi Pulcri; quo teſtimonio ſibi viſum ait *Vidimus* Philippi Audacis patris ſui, confirmantis ſimilia *Vidimus* Ludovici IX. & VIII. teſtantium ſe vidiſſe Chartam Philippi Auguſti. Ficta omnia, ut unico hoc inſtrumento fictis quinque chartis concilietur auctoritas. Habet illud monogrammata quatuor: Ludovici VIII. & IX. Philippi Audacis, & Pulcri: totidem falſitatis argumenta.

S. LUDOVICI PRAGMATICA SANCTIO.

PRagmatica ſanctio Divo Ludovico *adſcribitur*, ut recte aït Helias Archiepiſcopus Turonenſis in Tractatu contra Pragmaticam ſanctionem Gallorum; quem Pinſſonius edidit. Illam Helias recitat, ſuſpectam ſibi valde eſſe ſignificans. *Pragmatica* unde appelletur, nemo hactenus potuit expedire. Ficta vox eſt ex Græco πραγματικὸς, ſatis etiam ipſo incertæ & variæ ſignificationis: quoniam ipſum etiam recens & fictum eſt.

Du Pin, ſæculo XIII. pag. 461. de ea ſic habet: *Quelques-uns* DOUTENT *de la verité de cette Ordonnance: mais c'eſt ſans raiſon. Et nous la voyons citée dans les articles preſentez par le Parlement à Loüis* XI. *dans les Eſtats aſſemblez à Tours l'an* 1498. Perinde quaſi non potuerint decipi Regii juris Cognitores pergameno jam fumoſo, ante annos amplius quadraginta exarato, ad conciliandam auctoritatem, ex ſancti Regis exemplo, Pragmaticæ ſanctioni Biturigibus factæ a Carolo VI. anno 1438.

Data Pariſius dicitur *anno Domini milleſimo* CCLXVIII. *menſe Martio.* Annus 1268. menſe Martio, annus eſt more noſtro 1269. ante Paſcha, quod fuit eo anno die 24. Martii. Menſem Martium mutat in Maïum proxime appellatus du Pin, qua ſolet fide: ut intelligatur annus 1268. *Cette Ordonnance eſt du mois de May de l'an.* 1268. Non intellexit propoſitum fuiſſe opifici hujus ſanctionis conciliare ei auctoritatem ex eo quod ſupremo pœne vitæ ſuæ anno eam Rex ſanctus confeciſſe exiſtimaretur.

In ea ſanctione exaggerantur *exactiones & onera graviſſima pecuniarum, per Curiam Romanam* ECCLESIÆ REGNI NOSTRI IMPOSITA *vel impoſitas, quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum exſtitit.* Dictu abſurdum, ac pæne fatuum eſt, depauperatum miſerabiliter dici vel credi regnum a Romana Curia. Nam cur Gallia magis, quam ulla alia Chriſtianitatis provincia? Numquid conqueſtus eſt de iis exactionibus toto ſuo principatu, qui fuit annorum XLIV. Rex ſanctus, extra hanc ſanctionem? Et unde illi tot milliones, quos abſtuliſſe ſecum ad Bellum ſacrum ſcriptores prodiderunt? An contra hanc ſanctionem Romani Pontifices aliquando reclamarunt per annos amplius CLX? qui tamen Pontifices alteri, quæ fuit a Carolo VII. edita, ſtatim ac lucem vidit, vehementer ſunt refragati, nec deſtitere, donec penitus abrogaretur. An ſi auctor hujus ſanctionis ſanctus Rex exſtitiſſet, retuliſſet eum Roma in numerum ſanctorum, nemine e quatuor ſummis Pontificibus refragante, ſub quibus proceſſus canonizationis inſtitutus eſt; & ex quibus, qui rem confecit, Bonifacius VIII. fuit? Et audiendus deinde ſcriptor ſchismaticus eſt, qui ſuperbe pronunciat: *Quelques-uns doutent de la verité de cette Ordonnance, mais c'eſt ſans raiſon.* Nullane ſunt iſta, quæ proferimus, argumenta; quamquam ea fortaſſis debiliora iis, quibus permoti ſunt, qui ante nos de hujus ſanctionis antiquitate dubitarunt!

Diſplicet in ea etiam novitia illa vox, *Eccleſia regni noſtri.* Sapit enim ingenium ſchismaticum, diviſamque ſignificat ab aliis Eccleſiis Chriſtiani orbis Eccleſiam, quaſi alia fide vivat Eccleſia hujus regni, quam ceteræ, quæ Catholicæ ſunt. Eccleſias novimus Italiæ, non Eccleſiam: ſic & Hiſpaniæ; & Germaniæ, & Poloniæ, & Hungariæ, & alias Eccleſias novimus. Eccleſiam Græcam & Anglicanam cum dicimus, diviſam ac ſeparatam a vera intelligimus. Cur idem de ſe judicium ferri aut vult aut patitur, quæ ſe dici ſinit novo more, hoc eſt, a ſæculo XIV. cum citiſſime, Eccleſiam Gallicanam?

In quibusdam editionibus caput illud de exactionibus Romanæ Curiæ non exſtat. Sed inique expunctum illud eſſe exclamant amatores ac ſtrenui defenſores cujuſlibet lucubrationis adverſus Romanam Curiam maledicæ. A quibus autem expungi caput illud potuit, cum extra Galliam nullum hujus Pragmaticæ ſanctionis exſtet exemplar manuſcriptum? Annon verius ab ipſismet artificibus in malitia creſcentibus, adjectum fuiſſe illud credendum eſt, in quibusdam exemplaribus?

Gloriantur iſtius ſcripti propugnatores, neminem hactenus auſum fuiſſe ſcripto publice edito illud impugnare. De la Cheze in vita S. Ludovici, libro XV. pag. 602. *Veritablement l'article des exactions de Rome ne ſe trouve pas en quelques editions; mais c'eſt qu'on l'en a retranché:* *Et* QUELQUES GENS VEULENT MESME DOUTER AUJOURD'HUI DE TOUTE LA PIECE: *quoi que juſques ici perſonne ne l'ait traitée de douteuſe par un ouvrage public.* Quaſi vero iſtud in Gallia aut neceſſe, aut utile, aut tutum ſit. Non vidit is ſcilicet ſcriptum a D. Richardo Simone librum, *De l'origine & du progrès des Revenus Eccleſiaſtiques, par* Jerome a Coſta: ubi ſic ille, pag. 147. *La plus ancienne Pragmatique, que nous ayons, eſt attribuée à S. Loüis. Mais il y a lieu de douter qu'elle ſoit en effet de lui; quoi qu'il ſemble que perſonne ne l'ait revoquée en doute juſqu'à preſent. Ce qui a fait croire qu'elle étoit de S. Loüis, c'eſt qu'elle eſt ſous le nom d'un nommé Loüis; & que la date en eſt une preuve convaincante, qu'elle ne peut eſtre d'un autre Loüis, que de Loüis* IX. *Elie de Bordeille Archevesque de Tours, & qui fut fait enſuite Cardinal, a rapporté tous les articles de cette Pragmatique, dans un Ecrit qu'il compoſa ſous Loüis* XI. *contre la Pragmatique Sanction des François. Il eſt vrai qu'il refute la Pragmatique de S. Loüis, comme ſi elle avoit eſté effectivement de ce Prince. Mais il ſemble en avoir douté, n'ayant pas oſé dire abſolument, qu'elle étoit de lui; mais ſeulement qu'*ON LA LUI ATTRIBUOIT. Adſcribitur ei feciſſe Pragmaticam. *Les Auteurs contemporains, & qui ont écrit ſa vie, n'en parlent point. Les Papes, qui ſe ſont ſi fortement oppoſez à tout ce qu'ils ont cru eſtre contraire à leurs prétentions, ne ſe ſont point plaints en ce tems-là de cette Pragmatique; quoi qu'elle ruinaſt entierement leurs intereſts. Eſt-il poſſible, que dans l'Aſſemblée de Bourges, où l'on fit cette fameuſe Pragmatique, l'on n'euſt point parlé de la Pragmatique de ſaint Loüis, s'il y en euſt eu veritablement une? Il n'y auroit eu rien de plus fort pour autoriſer cette Aſſemblée. Il ne nous paroiſt rien de plus ancien en faveur de la Pragmatique de S. Loüis, que les Remontrances faites par Meſſieurs du Parlement au Roi Loüis* XI. *Il y a bien de l'apparence, qu'elle a eſté ſuppoſée environ ce tems-là; parce que l'on ſavoit, que le Roi Loüis* XI. *n'étant encore que Dauphin, étoit d'intelligence avec la Cour de Rome, pour caſſer la Pragmatique faite à Bourges. Et Meſſieurs du Parlement n'oublierent rien de ce qui pouvoit contribuer à maintenir cette Pragmatique. Il y a de plus des termes aſſez extraordinaires dans la Pragmatique attribuée à ſaint Loüis. Ces mots,* Ad perpetuam rei memoriam. *Ne ſont pas du ſtile des Ordonnances. Nous ne voyons*

pas

pas auſſi que ſaint Loüis ait affecté d'ailleurs de dire, que ſa couronne dépendoit de Dieu ſeul: & cela meſme eſtoit aſſez inutile pour les affaires, dont il s'agiſſoit.

Adjungendus huic etiam eſt Thomaſſinus, qui parte II. Operis de Vetere & Nova Eccleſiæ Diſciplina, libro 2. cap. XXXIII. n. IV. *Pragmaticam* vocat, *quæ ſancti Ludovici Galliæ Regis nomine circumfertur:* additque, *viros eſſe doctiſſimos, qui ejus fidem labare putent,* ob *longum de ea ſcriptorum omnium ſilentium, non ævo tantum ſancti Ludovici, ſed duorum admodum poſt ſæculorum. Nec enim,* inquit, *niſi anno* 1461. *cœpit Pariſienſis Senatus ejus meminiſſe, articulo* XII. *ſuæ ad Ludovicum* XI. *Admonitionis, ſeu cohortationis.*

„ Item & pour ce qu'au tems de Monſieur S. Loüis,
„ ceux de Rome commencerent a vouloir empeſcher
„ les élections, Monſieur S. Loüis, comme Prince
„ Catholique, zelateur de la Religion Chretienne,
„ Protecteur, Gardien, & Défenſeur des Libertez
„ des Egliſes de ſon Roïaume, & par bon advis &
„ conſeil fit un Edit & Ordonnance, & entre les
„ autres choſes ordonna les élections avoir cours en
„ ſondit Royaume, qui avoient eu cours le tems deſ-
„ ſusdit, &c. *Ejus Pragmaticæ poſtea quoque innovata eſt memoria in Comitiis Turonenſibus, anno* 1483. *& in appellatione Univerſitatis anno* 1491. *Quoquo ſe modo res habeat, conſtat in Geſtis ſanctiſſimi ejus Regis nihil occurrere, quod poſſit anſam dediſſe ei Pragmaticæ publicandæ, cum nihil umquam ei cauſæ vel negotii fuerit cum Romano Pontifice, vel cum Curia Romana. Denique ne tum temporis quidem allegata eſt a quoquam, quando diutina efferbuit diſſenſio inter Bonifacium* VIII. *Papam & Philippum Pulcrum Regem; quamquam peropportuna tunc quidem fuiſſet ejus auctoritas.*

TRACTATUS PACIS &c.

TRactatus Pacis inter Ludovicum IX. & Raimundum Toloſanum, apud Catel, de Comit. Toloſan. pag. 332. fictus eſt: Incipit, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis:* cum *Regii nominis charactere. Actum Pariſiis, anno Domini* 1228. *menſe Aprilis;* REGNI *vero* NOSTRI *anno tertio: adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. S. Roberti Buticularii. S. Bartholomæi Camerarii. S. Matthæi Conſtabularii. Datum Vacante Cancellaria. Explicit.*

At genuinæ ſunt litteræ S. Ludovici, ibidem, pag. 338. & aliæ, pag. 339. de Tractatu cum Raimundo, & de homagio ab ipſo præſtito. In his neque eſt, *In nomine ſanctæ* &c. neque *adſtantibus* &c. aut *Vacante Cancellaria*, aut *anno regni noſtri tertio*; nec *Regii nominis characteris*, ſive monogrammatis, mentio; ſed ſigilli tantum.

Teſtamentum Raimundi Comitis Toloſani, ibidem, pag. 373. anni 1249. fictum falſumque eſt. Incipit; *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, cum ſubſcriptione & ſigillo. Sed genuinum Teſtamentum ejusdem exſtat ibidem, pag. 375. cum ſigillis teſtium, & teſtimonio Notarii, qui chartam ſcripſit. Non eſt ibi ea invocatio. *In nomine ſanctæ* &c *Actum* eſt illud VIII. *Kal. Octob. anno Domini* 1249. ſuppoſititium autem, VIIII. *Kal.* hoc eſt, pridie: ut credatur inſtrumentum poſterius eſſe a Teſtamento diverſum. At formam habet unici ac veri Teſtamenti, ſine ulla confirmatione vel tenui mentione prioris.

Ibidem, pag. 380. & ſequentibus, usque ad pag. 390. incluſive; multæ ſunt chartæ Alphonſi Comitis Pictavienſis & Comitis Toloſani, qui frater fuit S. Ludovici, genuinæ omnes, opinor; nullæ certe habent hanc invocationis formulam. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.*

Eſt apud Thomam Rymer, tomo 1. pag. 691. inſtrumentum Pacis a D. Ludovico compoſitæ cum Rege Angliæ, eodem anno 1259 quo datum diploma Cartuſienſe legitur. Ei ſigillum ait appenſum fuiſſe pariter *cera viridi, filis de ſerico cydonii coloris, rege ſedente in ſolio, dextra lilium gerente, ſceptrum ſiniſtra: in circumferentia,* LVDOVICVS DEI GRATIA REX FRANCORVM. *In contraſigillo unicum lilium:* an vero illud ſimplex ſit, an Florentinum, ut in Cartuſienſi charta, non dicit: ferant judicium qui viderint. Valde veremur ut ſimplex genuinumque ſit. Displicet nobis interim, præter alia multa, ſermo Vaſconicus, quo ſcriptus ille Tractatus eſt: *Loois par la grace de Deu Rois de France*, &c. Diverſus certe a vulgari Gallico illius ævi. Opus eſſe Anglorum ſuſpicamur ſub Carolo VI. ut & chartas, quibus idem cum lilio Florentino ſigillum appenſum eſt, illius ejusdem ætatis eſſe.

Exſtat Conſtitutio S. Ludovici de libertate Eccleſiaſtica, edita a Baluzio, in libro de Concordia, pag. 128. 2æ. edit. ex authentico (ut ait) quod eſt in archivo Eccleſiæ Narbonenſis; & a Catello ſupra laudato, pag. 340. ex eodem archivo; & a Du-Cangio, in hiſt. S. Ludovici, pag. 40. Non habet illa quidem invocationem S. Trinitatis, non mentionem Regii nominis characteris, non Dapiferi, aut Cancellariæ vacantis: ſed mentio ibi eſt *Eccleſiæ Gallicanæ*, & *Canonicarum ſanctionum. Actum Pariſiis, anno gratiæ* MCCXXVIII. *menſe Aprilis.* Ita Baluzius. Du-Cangius admonet in margine, *In alio cod.* 1229. At *anno Domini* ſcribebatur ſub S. Ludovico; non *anno gratiæ.* Sic apud Catellum; *Actum Pariſius, anno Domini* 1228. *menſe Julio.*

TEMPLARII.

NOmen habuere Templarii a Templo vetere, quod fuit prope Pariſios in luco, ubi nunc regio una civitatis eſt ex ampliſſimis, cui nomen inde, *le Temple.* Ibi ſedes illi accepiſſe videntur ſub annum 1120. Veteris Templi prope Pariſios meminit Matthæus Paris, ad annum 1254. prope finem: ubi Regem Francorum D. Ludovicum IX. ait dixiſſe Regi Angliæ: *Amice, ecce civitas Pariſiaca tibi exponitur; ubinam libet hospitium accipere? Ecce palatium meum in medio civitatis, ſi placet ibidem quieſcere, fiat voluntas tua: ſi autem apud* VETUS TEMPLUM *quod extra civitatem, ubi locus ſpatioſior eſt, vel alibi, ubi magis vobis complacuerit, fiat. Et elegit dominus Rex Angliæ pro hospitio* VETUS TEMPLUM, *quia numeroſus ejus erat comitatus. Et in eodem* VETERI TEMPLO *ædificia ſunt cuidam numeroſo exercitui ſufficientia ac competentia. . . . Rex igitur Angliæ cum elegiſſet* VETUS TEMPLUM *pro hospitio, præcepit ut*

in craſtino ſummo mane omnes domus ejusdem Curiæ, ſcilicet VETERIS TEMPLI, *pauperibus replerentur reficiendis. . . . Eademque die dominus Rex Francorum, ſicut præconceſſerat, epulabatur cum domino Rege Anglorum apud dictum* VETUS TEMPLUM, *in majori Regia Templi.*

Vetus Templum profecto non diceretur, ſed novum potius, ſi a Templariis nomen haberet, *Vetus Templum* dici non potuit, niſi vel quia vetus ibi erat Templum gentilium; nam erant ibi olim ſilvæ & luci: vel quia præter vetus fuit aliud Templum Militum novum; quemadmodum eſt Pariſiis vetus Caſtellum, *le vieux Chaſtelet*, quia eſt & novum, *le nouveau Chaſtelet*. Atqui non verum poſterius, nullum eſt enim novum Templum Pariſiis, aut alibi: Ergo verum prius. Ut vetus Templum Jovi alterive falſo numini dicatum ibi fuit; ſic & vicinum montem a Martis delubro ibi poſito Montem Martis appellatum fuiſſe credimus, qui nunc eſt *Montmartre*, pro *Montmarte*.

Ergo a vetere Templarii nomen habent; ut Carmelitæ ab Eccleſia Deiparæ *du Charmel* in monte S. Genovefæ eis data, ſimiliter Pariſiis. Sed hi ab Oriente veniſſe credi poſtea voluere; & Templarii etiam aliquando fortaſſis.

Falſum igitur eſt, quod Pariſius aït ad annum 1118. ſecutus Guillelmum Tyrium æque fabulatorem; *quoniam Templum Domini* Hieroſolymis *manſionem haberent, fratres Militiæ Templi* appellatos eſſe; conceſſo eis habitaculo, inquit Tyrius, libro XII. cap. VII. a rege Balduino.

Usque ad annum 1127. & Concilium Trecenſe, novem dumtaxat milites fuiſſe, idem Tyrius refert. Inde intelliges Templariorum Regulam recentiorem eſſe, quam vulgo creditur. Conſtat capitibus LXXII. quot & Regula S. Benedicti, cui multa habet totidem verbis ſimilia. Sic autem inſcribitur ante Prologum: *Regula pauperum commilitonum Chriſti Templique Salomonici.* Albericus Trium-fontium Ordinis Ciſtercienſis, haud procul Claravalle, eisdem Militibus Regulam ſancti Auguſtini impoſitam fuiſſe ſcribit: unde & in Monaſtico Anglicano ad Ordinem S. Auguſtini revocantur. Quid ſi ergo prior conficta eſt ad conciliandam fidem vetuſtatis Regulæ S. Benedicti?

A Templo Domini, quod eſt Hieroſolymis, ſi nomen haberent, cur *Milites Templi* ſimpliciter appellantur? Unicumne illud in orbe nunc Templum Domini eſt? An illud uni iſti κατ' ἐξοχήν, ut olim ſub Judæis, etiamnum nomen eſt? Quid quod Templum Salomonicum numquam eſt appellatum, ne a Judæis quidem, poſt excidium illius ſub Sedecia, ſed tantummodo Domus ſecunda? Unde ergo illi id nomen; cum neque a Græcis ethnicis, a quibus eſt illud primo reſtitutum, poſt excidium Domus ſecundæ a Tito, neque a Chriſtianis, poſtquam illud ab Arabibus receperunt, habere potuerit? Porticum Salomonis legimus in Actis? Templum Salomonis nusquam in libris Novi Teſtamenti legimus.

Sic Ordo Templi appellatus a ſitu eſt, ut Ordo Præmonſtratenſis, & alii multi etiam Pariſiis; ut Ordo S. Victoris, ſæculo XIII. ab Eccleſia S. Victoris, tunc prope Pariſios, Ordo Maturinorum ab Eccleſia S. Maturini in civitate.

Antiquitez de Paris, pag. 631. *Les Templiers ... furent logez à Paris, au lieu qui retient le nom du Temple. Et combien que l'année ne ſe puiſſe au vrai exprimer, toutefois il ſe trouve titre de l'an* 1211. *paſſé audit Temple par Holdomus Grand Maiſtre & ſes Confreres Templiers, touchant une maiſon baillée par eux à cens & rentes. Et eſt tel:* „ Ego frater „ Holdomus, domus Templi Par. Præceptor hu„ milis, & fratres ejusdem loci: Notum facimus „ præſentibus pariter & futuris, quod conceſſimus „ Hospitalariæ ſanctæ Opportunæ Par. quamdam „ domum ſitam in vico novo juxta domum defuncti „ Simonis Franque, pacifice & quiete in perpetuum „ poſſidendam, pro ſex ſolidis Par. de cremento cen„ ſus. &c. Actum anno Domini MCC undecimo, „ menſe Novembris. In tranſactione cum Philippo III. 1279. appellantur *Fratres Domus Militiæ Templi Pariſienſis.* Ubicumque eſſent Domus Templariorum, eæ *Domus Militiæ Templi* dicebantur, numquam tamen in Actis Chartisve ſinceris addebatur Salomonici. Scriptoribus hiſtoricis tantum libuit appellationis cauſam inſigniorem fingere; quibus minime congruere videretur, Milites Chriſti a Templo Jovis nomen habere.

In Marca Hispanica, pag. 1291. ſunt litteræ Raymundi Comitis Barcinonenſis, de novo ordine militari conſtituto a ſe anno 1143. *ad exemplum Militiæ Templi Salomonis in Jeruſalem, in ſubjectione & obedientia illius:* acquieſcente *Roberto magnæ excellentiæ Magiſtro Hieroſolymitanæ militiæ & fratribus Templi.* In illis litteris deſcribuntur bona, quæ illis adtribuuntur: *donatione facta in manu domni Ebrardi Magiſtri Galliæ, & Petri de Rovera Magiſtri Provinciæ:* cum triginta fere ſubſcriptionibus ac ſigillis: cum confirmatione Ildefonſi regis Aragoniæ, æra 1200. hoc eſt, anno 1162. At nunc quidem fabricatæ eæ litteræ nobis videntur ſæculo XIV. ab his qui Templariorum quæ bona fuiſſent, voluere diplomatibus principum comprobari.

CARMELITÆ.

NOmen Carmelitis primum factum eſt ab Eccleſia, quæ eis anno circiter 1290. conceſſa eſt Pariſiis, ut ibi divinum Officium perageret; & prius dicebatur *Eccleſia B. Mariæ de Carpino, Noſtre Dame du Carme*, ſive *du Charme*. Unde tunc ſunt ipſi appellati *Religioſi Mendicantes Eccleſiæ B. Mariæ de Carpino*; Gallice, *les Religieux Mendians de l'Egliſe de N. Dame du Carme.* Id docent litteræ patentes Johannis Regis Francorum, datæ anno 1363. quæ recitantur in Tractatu *De la Police*, 2. tomo pag. 1264. *Lettres Patentes regiſtrées au Chaſtelet, livre rouge vieux, fol. 27. annee* 1363. *le Mecredi ſeize d'Aouſt. Jehan par la grace de Dieu Roi de France. Sçavoir faiſons à tous preſens & à venir, Que comme à la requeſte de noſtre tres-chere fille l'Univerſité de Paris, des Colleges des hoſtels de Navarre & de Laon, des* RELIGIEUX MENDIANS DE L'EGLISE DE NOSTRE DAME DU CARME, *& de aucuns autres ſinguliers, tous demeurans & habitans en la ruë ſainte Geneviéve à Paris.* Hoc eſt dicere, cum prius Religioſi Mendicantes tantum nuncuparentur, nomen eos deinde accepiſſe ab Eccleſia, quæ eſt eis tradita. Erat eo in loco crebra carpinus; inde ei ſacello nomen. Joannes Nicot in Dictionario Gallico: CARME, *Francis Charme; une ſorte d'arbre qu'on appelle* CARME, *Carpinus.* Plinio eſt *carpinus*, libro XVII. pag. 398. in Notis ibidem, *Charme.* Inde ei Eccleſiæ nomen vetus, *l'Egliſe de Noſtre Dame du Carme:* quemadmodum Eccleſia ei vicina appellata eſt, hodieque retinet nomen

nomen S. Nicolai de Cardineto, *l'Egliſe de S. Nicolas du Chardonnet*, ab agro in quo ædificata eſt, prius carduis conſito, quos Galli vocant, *des chardons*. Sic aliæ Pariſiis ædes fuere Deïparæ, a loco ubi eſſent eæ, cognominatæ: *Noſtre-Dame du Bois*, *Noſtre-Dame des Prez*, *Noſtre-Dame des Champs lez Paris*. Ab Eccleſia igitur B. Mariæ de Carpino, *du Carme*, ſub Joanne Rege appellati ſunt Monachi iſti, *les Religieux Mendians de l'Egliſe de Noſtre-Dame du Carme*; ſicut presbyteros Eccleſiæ S. Nicolai de Carduis, appellamus hodieque, *les Preſtres de S. Nicolas du Chardonnet*. Ut Dominicani, Prædicatores; Franciſcani, Minores; ſic iſti ſimpliciter *Religioſi Mendicantes* nuncupati ſunt, cognomine alio quopiam addito ex loco quem inſiderent; deinde ab Eccleſia iſta, quam diximus, ſibi conceſſa, Religioſi Mendicantes Eccleſiæ B. Mariæ de Carpino, *les Religieux Mendians de l'Egliſe de N. Dame du Carme*. Nam cur non ſimpliciter appellantur Fratres Carmelitæ, ut Fratres Minores, & Fratres Prædicatores? cur non eam ſtatim appellationem habent, ſi vetus eſt?

Cum primum illi venere Pariſios, ibi primum manſere, ubi nunc ſunt Celeſtini, extra portam Urbis longiſſime. *Barrati* Gallico vocabulo tunc appellabantur, *les Barrez*, ut conſtat, ob veſtem diſtinctam tæniis diverſi coloris: unde ab eorum ædibus, porta qua iter ad eos erat, appellata Pariſiis eſt, *la porte des Barrez*: poſtea *Porta Beguinarum*, ubi nunc eſt Monaſterium dictum *Ave Maria*. At iidem poſtea, quoniam facti eſſent accolæ Capellæ B. Virginis, pallium album acceperunt, quod exinde ſervarunt, cum veſte cineracea.

Barratorum iſtorum mentio eſt in authentico inſtrumento Caroli V. Regis Francorum, anno 1369. (*Antiquitez de Paris*, *pag.* 580.) ubi Celeſtinos vocat *Religioſos Priorem & Conventum Monaſterii Celeſtinorum*, *Ordinis S. Benedicti*, *per nos in loco* DE BARRATIS *nuncupato*, *prope noſtram Domum ſeu Hospitium*, *juxta ſanctum Paulum Pariſius fundatos*. Et pag. 578. in Camera Computorum Pariſienſi, Celeſtini ſic profitentur anno 1420. *Nota que la premiere fondation de ceans a eſté faite par feu Jacques Marcel*, *lequel acheta ce lieu des Carmes en l'an* 1318. *le Mecredi après l'Annonciation de noſtre Jeſus-Chriſt faite à la benoiſte Vierge Marie*, *qui eſt la feſte de ceans*. Dedicata fuit ſcilicet Eccleſia Celeſtinorum ſub titulo Annunciationis B. Mariæ a Guillelmo de Meloduno, archiepiſcopo Senonenſi, die 15. Septembris, anno 1370. (*Paris ancien & nouveau*, *tom.* 1. *pag.* 427.) Non alio igitur nomine Carmelitæ noti fuere Pariſiis, quam *Barratorum*, uſque ad annum circiter 1290. cum ſedes mutarunt, data eis Capella B. Mariæ de Carpino.

Antiq. de Paris, pag. 261. *Aux Celeſtins il reſte encore une petite Chapelle*, *qui étoit* (*comme l'on dit*) *la premiere Egliſe des Carmes*. Et pag. 263. *Quant à la ſeconde habitation des Carmes* AU MONT *ſainte Geneviéve*, *la premiere Egliſe étoit la Chapelle de N. Dome: joignant laquelle depuis ils baſtirent la grande Egliſe*, *des deniers que leur donna Madame Jeanne*, *femme de défunt Roi de France & de Navarre Philippus V. dit le Long*, *par ſon Teſtament fait en* 1349. Atqui illa obiit anno 1329. die 21. Januarii, hoc eſt, more noſtro, anno 1330. Et in Teſtamento ejus nulla mentio Carmelitarum eſt, ſed ſolummodo Fratrum Minorum, apud quos voluit ſepeliri. Fortaſſis Carmelitæ credi voluere a Regina fundatam Eccleſiam ſuam eſſe, quoniam a Rege non eſſet, ut Celeſtinorum.

Ut ut eſt, qui prius *Barrati* dicebantur, ii accepto albo pallio caverunt, ne *Albi Mantelli*, *les Blancs Manteaux* appellarentur; eo quod iſto jam nomine ab eo pallii colore alii *Servi Beatæ Virginis*, pariter Mendicantes, nuncupati fuerant, ſed Urbe ejecti anno 1298. Unde etiam nunc ei loco nomen perſeverat, quamvis a Monachis nigris incolitur. Quoniam igitur viſa eſt eis ridicula appellatio Barratorum, dici primum maluere ex eo loco, hoc eſt, ex Capella B. Mariæ de Carpino apud Pariſios, *les Religieux du Carme de Paris*. Sic enim a loco Cartuſiæ dicti ſunt Cartuſiani, Præmonſtratenſes a Præmonſtrato, Theatini ab urbe Teate, Maturini ab Eccleſia S. Maturini, Antoniani ab Eccleſia S. Antonii, Picpuciani ab Eccleſia B. Mariæ de Picpucio, *les Religieux de Picpuce*, quemadmodum iſti primum, *les Religieux du Carme de Paris*.

Hiſtoire de Chaſtillon, parte 2. *preuves*, pag. 72. *Teſtament de Jeanne de Chaſtillon*, *Comteſſe de Blois*, *fait l'an* 1291. cujus initium eſt. *En nom dou Pere & dou Fil & dou ſaint Esprit*, *amen*. Pag. 77. circa med. *Item as Freres* DOU QUARME *de Paris*, xxx. *l. pour leur neceſſité: & c. ſ. pour pitance: & leur requerra Meſſes & oraiſons pour l'ame de moi*. Anno 1291. die Dominico, feſto S. Juliani, hoc eſt, anno 1292. more noſtro, die 27. Januarii. Jam transmigrarant Religioſi Barrati in Capellam ſive Ædem B. Mariæ de Carpino; quamvis priores ſuas ædes non vendiderint Celeſtinis, niſi anno 1318.

Teſtament de Clemence de Hongrie Reine de France, *ſeconde femme de Loüis Hutin*, 1328. (Memoires pour *ſervir à l'hiſtoire de Dauphiné:*) quod incipit, *En non de la ſainte Trinité*, *du Pere*, *du Fils*, *& du S. Esprit*. Pag. 237. *Item au Couvent des Freres Mineurs de Paris*, 40. *livres Pariſis*. *Item au Couvent des Freres ſaint Auguſtin de Paris*, 20. *livres Pariſis*. *Item au Couvent des Freres du* CARMEL *de Paris*, 10. *livres Pariſis*. *Item au Couvent de S. Materin de Paris*, 10. *livres Pariſis*. *Item au Couvent S. Guillaume de Paris*, 10. *livres Pariſis*.

In Teſtamento Petri Alenconienſis Comitis, filii S. Ludovici, apud Du-Cangium, pag. 181. anno 1282. cum omnia fere Monaſteria nominentur, tam virorum, quam mulierum, quæ non modo Pariſiis, ſed quæ in ipſo fere regno Franciæ tunc fuere, ne ſemel quidem Carmelitæ nominantur; niſi forte continentur generali nomine aliorum Monachorum, qui non expreſſe appellantur, quia ſunt in ſuo cœnobio pauciores quam ſeptem. Neque etiam in Teſtamento Johannæ Reginæ Franciæ & Navarræ, anno 1305. tomo IV. hiſt. Univerſit. Paris. pag. 74. cum alii tamen Pariſiorum Religioſi appellentur: niſi forte comprehenduntur hac generali clauſula; *Aux autres poures Religions de Paris . . . . qui ne ſont pas ici en c'eſt teſtament nommez*, 2000. *l.* Unde apparet nondum eos tunc Pariſiis tenuiſſe Capellam B. Virginis de Carpineto, *Noſtre Dame du Carme*, *ou du Carmel*.

Cum ſit autem illa ædes B. Mariæ de Carpino vel Carpineto, ad radicem fere Montis S. Genovefæ, quem etiamnum Carmelitæ inſident; & hoc Carpinetum Pariſini propterea vocarent *le Carme du Mont*, *ou le Carmel du Mont*; quemadmodum in Latio *Monte di Segni*, ubi altius aſſurgit, *Monte di Carpineto*, a carpinis vocant: inde iſti non Religioſi de Carpineto Montis, *du Carme ou du Carmel du Mont* dici voluere; ſed permutato vocum ordine, *les Religieux du Mont Carmel*. Hæc origo tot fabularum eſt, quæ orbi Chriſtiano riſum movent. Quemadmodum in Bulla Bonifacii VIII. Religioſi, quos nuncupatos fuiſſe Pariſiis diximus *Blancs manteaux*, appellantur *ſervi B. Mariæ de Monte Viridi:* ſic iſti ab Æde ſacra, quam anno circiter 1290. incoluere, non ſtatim quidem, niſi extra Pariſios; at Pariſiis, ubi argui facile poſſent, oſtenſa veræ appellationis cauſa, longe poſtea dici voluere Fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo. Sicut Moniales olim dictæ de Porreſio nomen illud mutarunt in Portum Regium, *Port-Royal des Champs*: ita Carmelitæ Capellam B. Mariæ de Carpino ſibi conceſſam, mutato & amplificato

cato nomine appellarunt Capella B. Mariæ de Monte Carmelo; *la Chapelle de Noſtre Dame du Mont-Carmel.*

Stabat adhuc anno 1363. Capella ea ſive Eccleſia, quæ hodie pro choro eſt: ſed nova ei poſtea Ædes appoſita eſt, ad latus prioris occiduum & boreale. Nam Eccleſia, quæ memoratur in Edicto Joannis Regis, patens erat ad vicum S. Genovefæ, nunc ex ea parte occluſa. Nova autem Eccleſia patens nunc eſt, ex vico, qui nunc Carmelitarum exinde nomen habet. Quamobrem poſt illum annum fabula eſt de monte Carmelo; aut certe tunc nondum fuit vel audita Pariſiis, vel recepta.



Breviarium illi deinde & Miſſale ſumſerunt juxta uſum (ut credi volunt) Congregationis Canonicorum Regularium Dominici Sepulcri: ſed haud dubie non ante quam venit illis in mentem comminiſci, ſe ex Oriente veniſſe, & inde Carmelitas appellandos eſſe: quæ illis incidere cogitatio non potuit prius, quam in eam ædem Beatæ Mariæ *du Carme*, ſive *du Carmel*, tranſmigrarent, aut certe transmigrare conſtituiſſent. Nam ſi ab Oriente venerunt, cur Religioſi Mendicantes hic ſtatim fuere? In Oriente certe nulli ſunt Ordines Mendicantes. Si inde venerunt, cur non ſuum nomen inde ſecum advexerunt? Si ſe tunc Carmelitas dixiſſent, Carmelitæ jam tunc ſtatim, ut nunc, audiſſent.

Antiquitez de Paris, pag. 266. In Eccleſia Carmelitarum legitur in tabella, quæ hominem nudum exhibet, affectum multa honoraria, hæc inſcriptio: *Hæc eſt repræſentatio emendæ honorabilis, quam fecit Richardus de Metz, cliens in Caſtello Pariſius, ex ordinatione & per arreſtum Curiæ Parlamenti, huic Eccleſiæ, priorique, & toti Conventui ejusdem, die Dominica, hora Primæ,* XIX. *die menſis Maii, anno Domini* 1387. Res eadem etiam Gallice ibi ſic narratur: *A l'Egliſe, & aux Religieux, Prieur & Convent de ceans.* Carmelitarum ibi nondum nomen apparet.

Ex allato Joannis Regis edicto, quod eſt anni 1363. colligitur diploma, quod dicitur Philippi V. cognominati Longi, anno 1317. in quo dicuntur *Religioſi viri, fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Carmelo*, in libro jam laudato, *Antiquitez de Paris.* pag. 262. eſſe ſuppoſititium. Nam cur longe aliter Joannes Rex tanto poſtea appellaret, *Religioſos Mendicantes Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Carpino*, ſi jam audirent Ordinis de Carmelo? Cur nulla illic mentio eſt Eccleſiæ ſive Capellæ, ad quam tranſlati fuerant, & unde nomen etiam Beatæ Mariæ in ſuis titulis poſuiſſe eos, ex quo ibi ſunt collocati, conſtat ex Joannis Regis edicto, aliisque a nobis proxime allatis teſtimoniis? Commemorat enim Philippus Rex ſolummodo *domum noſtram*, hoc eſt, (ut quidem loquens inducitur,) quam coëmerat a clerico quodam ſuo, & quam ait dare ſe Carmelitis, ut commodius habitarent; & ob commoditatem ſcholarum. Ficta plane cauſa; cui ſimilem vidimus in Charta Cartuſienſium.

Sed cur ſaltem non indicatur in ea Philippi v. Charta, Eccleſia, cui domus hæc illis (ut credi volunt) a Rege donata adjacebat; aut quis hanc eis Eccleſiam dederit; in qua officium divinum & rem ſacram peragerent; niſi quia veriti ſunt chartæ iſtius artifices, ne ſi vel leviter id indicaretur, legentes agnoſcerent, inde ipſos ſuum, ſed recens, neque ex Carmelo, nomen accepiſſe? Nulla eſt enim Pariſiis Eccleſia B. Mariæ, præter majorem Baſilicam, quæ non habeat a loco, ut diximus, aliquod cognomen. Si Eccleſiæ ſimile nomen, *la Chapelle Noſtre-Dame du Carme*, in eo diplomate legeretur, legentes agnoſcerent, aut ſaltem inquirerent unde ei iſtud cognomen eſſet. Ita primam Carmelitici nominis originem diſcerent. Idcirco penitus illius Eccleſiæ mentio in iſto Philippi Longi diplomate eſt prætermiſſa. Cur præterea dies non apponitur huic ejusdem Regis diplomati? & unde tunc Rex apud Montem Argi? Eſt in Tabula Chronologica Edictorum Regiorum Philippus Longus, *a Livry en Aulnis*, 17. Julii, 1317. Vernoni in Normannia, 26. Decembris, 1317. Quo die igitur menſis ejusdem leucis inde fere quinquaginta apud Montem Argi?

Adde quod vulgo dicunt in Franciam ſe adductos fuiſſe a S. Ludovico, anno 1254 & ubi nunc ſunt Celeſtini, ab eo collocatos. Ergone S. Ludovicus dedit eis *manſionem pauperrimam?* ſic enim appellatur in iſto Philippi ipſius pronepotis diplomate. Qui tamen dicit ſe *progenitorum ſuorum munificentiam* imitari. Certe extra Urbis Pariſiorum muros & in agris locus fuit, ubi primum habitarunt, quaſi extra Urbem projecti, eo tempore Religioſi Mendicantes.

Præterea, quod ibi dicunt, ſe *annis pluribus jam elapſis hiemali tempore a ſupervenientibus immenſis aquarum eluvionibus fuiſſe oppreſſos*, incredibile eſt. Perraræ ſunt iſtæ immenſæ eluviones aquarum, quæ usque ad ædes perveniant Cæleſtinorum: neque ea cauſa obſtitit, quominus magnificentiſſime ibi exſtructa & Domus & Eccleſia ſit. Altera cauſa domicilii mutandi ibi affertur, ut *ſint vicini ſtudiis & ſcholis, in quibus potum ſapientiæ haurire valeant.* Quaſi vero tunc ſcholas frequentare vellent, nec poſſent domi & apud ſe vacare ſtudiis.

Adde, quod majus eſt, pugnare manifeſte hanc Philippi Regis Chartam cum Teſtamento Johannæ de Chaſtillon, ſuperius allato. Nam ex illo conſtat jam ante annum 1291. transmigraſſe Mendicantes Barratos in Domum adjacentem Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Carpino, *dou Quarme:* in Charta vero Philippi regis dicuntur illi adhuc anno 1317. HABITARE *pauperrimam manſionem* extra portam Beguinarum, ac propterea obtinuiſſe a Rege domum, quam nunc incolunt. Nam vidit haud dubie illud Teſtamentum falſarius, Regiæ chartæ artifex, quisquis eſt ille.

Ejusdem formæ & fabricæ eſt aliud inſtrumentum, quod ibidem, pag. 262. laudatur, datum anno 1262. Et tertium, ibidem, pag. 263. in quo appellatur Prior & Carmelitæ Pariſienſes, datum anno 1319. & aliud demum anni 1265. in quo *Prior fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli Pariſius commorantium* dicitur in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis, tomo 2. pag. 458. ex Chartulariis duobus Archiepiſcopalibus; ubi veniam petere ab Epiſcopo Carmelitæ dicuntur. In primo ex his inſtrumento, præter alia, barbaries ſtili maxima eſt affectata, & ſatis ibi inutiliter mentio fit lapidum & columnarum, quas ſibi ad novam Eccleſiam conſtruendam Carmelitæ reſervarent ex manſione prima, quam divenderant. Ficta omnia, ut prius exiſtimentur Carmelitæ vocati, quam ad Eccleſiam Beatæ Mariæ de Carpino transmigrarent.

Teſtamentum S. Ludovici, anno 1269. menſe Februario, apud Du-Cangium, pag. 402. in ima pagina habet, *Fratribus de Monte Carmeli*, XX. *libr.* Sed illud eſſe ſuppoſititium jam ſuperius diximus. Latine Ludovicus IX. non ſcriberet Teſtamentum, ſed Gallice, ut filius ejus Petrus Alenconienſis. Et Gallice

ſcripta

ſcripta ſunt monita ipſius filio ſuo, ſi tamen & ipſa vere illius ſunt. Fortaſſis ad exemplum teſtamenti Petri Alenconienſis fictum iſtud eſt, ne neglecti a Divo Ludovico Carmelitæ crederentur, quos Petrus filius in ſuo Teſtamento omiſerat anno 1282. In Teſtamento Petri Comitis Sabaudiæ, anno 1268. apud Guichenon, tom. 2. pag. 75. nihil donatur Carmelitis; tametſi nullus aliorum Ordinum immunis præteritur.

Concilium Lugdunenſe II. anni 1274. can. XXIII. Ordines Mendicantium abolet poſt Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. inſtitutos, præter quatuor. De his ita ibi: *Perſonis quoque ipſorum Ordinum* (quos abolet hoc decreto) *omnino interdicimus, quoad extraneos, prædicationis & confeſſionis officium, aut etiam ſepulturam. Sane ad Prædicatorum & Minorum Ordines, quos evidens ex eis utilitas Eccleſiæ univerſali proveniens perhibet approbatos, præſentem non patiuntur Conſtitutionem extendi. Ceterum Carmelitarum & Eremitarum ſancti Auguſtini Ordines, quorum inſtitutio dictum Concilium generale præceſſit, in ſuo ſtatu manere concedimus, donec de ipſis fuerit aliter ordinatum.* Confictus haud dubie hic canon eſt ab aliquo cujus intereſt: conficti etiam ſunt ceteri, & ab impia quidem factione primus, *De ſumma Trinitate.* Non diceret certe Sedes Apoſtolica, *evidentem Eccleſiæ univerſali provenientem utilitatem perhibere* Ordinem aliquem *approbatum.* Nulla auctoritas Ordinem poteſt perhibere approbatum, præter ſummi Pontificis voluntatem, aut ſcripto traditam, aut verbo prolatam. Quin etiam videtur voluiſſe vel optaſſe hujus Canonis artifex, ut *aliter* aliquando *ordinaretur* a ſancta Sede de Carmelitis & Auguſtinianis; hoc eſt, ut ipſis quoque interdiceretur prædicationis officio & munere excipiendi Confeſſiones externorum; ſervato Minoribus tantummodo & Prædicatoribus eo privilegio.

Pariſiis, anno 1394. nondum ſunt auſi Carmelitæ dicere, de Monte Carmeli, ne riderentur a plebe; cujus animis adhuc recens atque ipſis expoſitus oculis erat aſpectus Carpineti. Tantum ibi dixere ea etiam ætate, *Prior de Carmelo*, & *Ordo de Carmelo*; quoniam vernacule diceretur, *le Prieur du Carmel, l'Ordre du Carmel.* Sed eo nomine plebs *Carpinetum* intelligebat, & ex Gallico *Carmel* fictum arbitrabatur eſſe Carmelum, facilius intelligentiæ cauſa. Vide Tomum VII. Conc. pag. 1917.

Nondum fuiſſe eum Ordinem a Sede Apoſtolica approbatum, ac proinde adhuc recentem fuiſſe anno 1287. vide ibidem, pag. 1080. D. Fleury, tom. XIX. hiſt. Eccleſ. pag. 82. *Telle eſt en ſubſtance la Conſtitution de Benoiſt* XI. (anno 1304.) *où l'on peut remarquer, comme dans celle de Boniface, qu'il n'eſt parlé que des Freres Preſcheurs & des Mineurs; parce que les autres Ordres Mandians n'étoient pas encore fort celebres.*

Non hic refrico id quod Cardinalis Baronius ad annum 444. num. XVII. de Carmelitismo Cyrilli Alexandrini prodidit: *Sicut hæc leviter effinguntur, ita & facile refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare.* Non equidem talia objicere velim religioſis viris, quos ego plurimum diligo. Sed ignoſcendum mihi, ſi mendacia perſequor, & ſcripta ſcrutor, quæ ſuppoſititia ſunt; ſiquidem ſub Deo teſte & judice profiteor; nulla me ejusmodi mendacia perſequi, quam quæ vel per ſe Deo bellum indicunt, & ſanctiſſimæ religioni Catholicæ, vel malitia artificum ita cum illis ſunt connexa, ut de horum quoque ſinceritate ferri judicium oporteat: ne ſi eorum falſitas prætereatur ſilentio, illis etiam, quæ religionem aliqua ex parte convellunt, & ſuppoſititia ſunt, concilient fidem.

Ex antedictis interim, aliisque argumentis innumeris, quæ luce clarius demonſtrant eſſe numerum ſcriptorum ſuppoſititiorum prope innumerum; auſim affirmare, ubicumque hic Ordo nomen habet Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, ante annum 1300. eſſe ea ſcripta ſuppoſititia & conficta.

Quid igitur fiet Simoni Stoch, qui obiiſſe Burdegalæ ponitur, anno 1254? Excogitatum aio id nomen, fictumque ex Hebræo. Nec refert quod Simonem Carmelitæ colunt die XVI. Maii, approbante ſacra Rituum Congregatione officia eorum propria. Illuſum haud dubie eſt ſacræ Congregationi a Carmelitis aſſerentibus ſe ab aliquot ſæculis hunc ſanctum ex traditione colere. Nam quis eum Pontifex retulit in numerum Beatorum? Juſſi tamen iidem ſunt conſulto & caute, nihil ut proprium de eo recitarent, permiſſi tantum officium recitare de communi.

Viderint ii tamen, in quorum manus poſt obitum meum hoc ſcriptum incidet, ne illud divulgent. Mihi enim certum conſtitutumque eſt, ſoli mihi illud ſervare, dum vixero, aut perpaucis certe amicis impertire. Novi Deo propitio, aliosque ſic inſtituere conſuevi, parendum diligentiſſime ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & Chriſti Vicario ſic jubenti: (Innocentio XII. die 20. Novemb. 1698.) *Super præfata quæſtione de primæva inſtitutione ac ſucceſſione Ordinis ſupradicti a prophetis Elia & Eliſæo, perpetuum ſilentium tenore præſentium imponimus: illudque a defenſoribus utriusque ſententiæ, nec non ab omnibus & quibuscumque aliis. . . . . tam in ſcriptis, diſſertationibus, libris in poſterum typis edendis, quam in publicis diſputationibus ac theſibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna per contra facientes ipſo facto incurrenda, perpetuo ſervandum eſſe decernimus.* Sed neque hoc ſcripto, etiamſi typis edatur, poteſt fortaſſis videri Pontificia juſſio violari; poſſunt ab Elia & Eliſæo originem deducere fortaſſis videri, qui in Occidente noti non fuerint ſub nomine Carmelitarum, niſi occaſione Capellæ Beatæ Mariæ de Carpineto, de qua diximus. Judicent periti ac Deum timentes.

Longa eſt hiſtoria de controverſia Fratrum Prædicatorum cum Univerſitate Pariſienſi, tomo XVII. D. Fleury. Clauditur Inſtrumento Univerſitatis, quod recitat, pag. 633. ex Hiſtoria Univerſitatis Pariſienſis du Boulai, pag. 359. quo dicuntur Jacobini ultimo loco ceſſuri poſt Carmelitas, Auguſtinianos, & alios Monachos, anno 1260. ante Paſcha. Atqui tunc certe non erant Carmelitæ, ut de aliis ſileam. Nec advenisse Pariſios ipſi ſe dicunt ante annum 1354. necdum anno 1317. *potum ſapientiæ ex ſtudiis & ſcholis hauſerant*, ſi fides habenda chartæ Philippi V. ſuperius allatæ. Inſtrumenta adeo pugnantia inter ſe quis conciliet: D. Fleury, pag. 631. laudat epiſtolam Caroli Pulcri, anno 1322. de Carmelitis.

Hanc edi curavere Carmelitæ anno 1654. hoc tenore: *Carolus Dei gratia* [1] *Francorum & Navarræ Rex. Dilectis noſtris Priori & Conventui Ordinis* [2] *Beatæ Mariæ de Monte Carmeli Pariſienſis, Salutem. Religionis honeſtas, vitæ puritas, morum decor, ac* [3] *litterarum ſcientia, aliaque probitatis merita, quæ vos gratos reddunt, laudabiles & acceptos, nos inducunt, ut vos quos ad hoc dignos agnoſcimus, quosque* [4] *Confeſſor Domini glorioſus Beatus Ludovicus Rex quondam* [5] *Franciæ, proavus noſter de partibus* [6] *transmarinis, dum ibidem* [7] *bella gereret paſſionis Dominicæ,* [8] *ad partes Gallicanas, ut pote zelo ſumma devotionis accenſus,* [9] *adduxit, favore ſpecialis benevolentiæ proſequamur. Ut igitur affectum noſtrum evidentius agnoſcatis, & noſtram vobis ſentiatis benevolentiam fructuoſam, vos & ſucceſſores veſtros dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint Pariſiis reſidentes, in Capellanos ſpeciales & ſervitores perpetuos Capellæ noſtræ Regalis Pariſienſis, in feſto Inventionis ſanctæ Crucis gratioſe recipimus; vobis favorabiliter concedentes, ut*

ex nunc in posterum quolibet anno in vigilia dicti festi primas vesperas, die vero sequenti tam prædicationis quam Horarum & Missæ, ac omnibus aliis solemne servitium per vos solos possit & debeat solemniter celebrari. Mandantes [10] *Thesaurario, Canonicis, & aliis servitoribus nostræ Capellæ prædictæ, qui nunc sunt, & qui pro tempore fuerint, ut ad præmissa servitia vos solos recipiant, loco, diebus, & horis prædictis ut præmittitur facienda. Pro quibus quidem faciendis servitiis, cuilibet fratrum prædictorum tunc Parisiis existentium viginti septem denarios Parisienses pro pittantia, videlicet pro primis vesperis novem denarios; & pro Missa & Horis decem & octo denarios, pietatis intuitu concedimus & donamus. Dantes dilectis & fidelibus Thesaurariis nostris Parisiensibus modernis, & qui pro tempore fuerint, tenore præsentium in mandatis, ut Christi dictis fratribus prædictam pittantiam modo præscripto annis singulis sine difficultate qualibet & alterius exspectatione mandati persolvant. In testimonium vero præmissorum præsentes litteras vobis concedimus, sigillo nostro communitas. Datum Parisiis, die ultima Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo.* Et au reply en bas: *Per dominum Regem, ad relationem D. Andreæ, D. Veth.* Et scellé du grand seau de cire verte, sur lac de soye rouge & verte.

1. Debuit scribi, præsertim a Rege, *Rex Franciæ*, ut a Ludovico X. quoniam sequitur, & *Navarræ*: neque enim idem valet, ut jam diximus; Rex Franciæ, ac Rex Francorum.

2. Æquivoca oratio de industria posita, ad Parisienses fallendos. Nam *Beatæ Mariæ de Monte* est Gallice: *Nostre Dame du Mont:* & certe in Monte sanctæ Genovefæ est ea Capella. Deinde *Carmeli Parisiensis*, Parisinis est aut potius videri id esse, quod vernacule dicebant le *Carmel*, sive cum adjecto loci nomine, *le Carmel de Paris:* quod erat verum nomen; sed Latine dicebant, *Carpineti Parisiensis.* Alioqui Carmelus Parisiensis insulse diceretur; cum is locus, ubi est Capella, nullam habeat certe cum Carmeli montis effigie, qui est in Syria, similitudinem. Itaque paulatim plebibus illuserunt; & se initio quidem dixerunt, ut sub Philippo Valesio, in Testamento Clementiæ Reginæ Franciæ, anno 1328. *les Freres du Carmel de Paris*, ut superius dictum est. Nunc audaciores facti dicunt, *de monte Carmelo*; nec addunt deinde adjectivum *Parisiensi*, aliudve simile.

3. At vix erant tunc noti; nec ad studia litterarum capessenda destinati, sed ad eremum colendam.

4. Stilus monachalis, ex hymno. *Iste Confessor Domini.*

5. Numquam ipse se dixit, Regem Franciæ, opinor, sed Francorum.

6. Immo, fortassis de Provincia, secuti Margaretam conjugem S. Ludovici.

7. Quid est, *bella gerere Dominicæ Passionis?*

8. Rex diceret, in Regnum suum: nam Galliæ vix tertiam partem D. Ludovicus obtinuit.

9. Cur ergo, qui eos adduxit zelo pietatis accensus D. Ludovicus, eosdem *in pauperrima mansione* collocavit, ut superius ipsos conqueri vidimus?

10. At mandari similiter istud oportuit Canonicis sanctæ Capellæ; aut eo ipso, si mandatum istud ipsis non est, supposititia censeri debet hæc concessio. Idem dicendum de Thesaurariis Parisiensibus; quibus id certe præcipi speciatim oportuit.

11. *Christi fratribus*, dictum insolite saltem.

12. Non adnotat opifex annum regni, ut fieri cœpit sub Carolo V. rege, hoc est, anno 1364. Quamobrem concinnatam fuisse hanc fraudem suspicari licet sub Joanne Rege; sigillo Caroli IV. sive Pulcri munitam, quod fuerit furto sublatum.

Testament de Marie de Craon, de l'an 1317. *dont j'ay l'original, qui m'a esté donné par l'obligeant M. d'Herouval*, inquit D. Ménage, *histoire de Sablé*, pag. 379. *En nom dou Pere & dou Fils & dou S. Esperit. Amen. Nous Marie de Craon, Dame de Poëncé. . . pour faire nostre obseque emprés nostre obit. . . . aux freres Menours d'Angiers. . . . 50 livres. . . . aux freres Preschours d'Angiers, 30. livres. . . . . Item nous lessons aux freres* DOU KERME, *& aux Augustins d'Angiers, a chascun Convent, cent sols. . . . Donné le Vendredy devant Pasques flouries, l'an de grace mil trois cents & deiz & sept.* Non aliud hic quoque nomen habent, quam Fratrum a Carpino, quoniam a mansione Parisiensi juxta ædiculam B. Mariæ ita cognominatam illud acceperunt.

Testamentum Joannis II. Ducis Britanniæ, in Probationibus Historiæ Britan. pag. 446. *En nom dou Pere & dou Fil & dou saint Esprit. Je Jehan Duc de Bretagne. . . .* pag. 447. *Comme je ay fondé la meson de Nostre Dame* [2] *des Carmes de Ploarmel en Phonneur de* DIEU *e de sa sainte Mere. . . .* Pag. 448. *la chere compagne Biantrix, dont* [3] DEX *ait l'ame... as freres Meneurs de Vannes 60. livres: a noz freres de Nostre Dame* DOU CARME *de Ploarmel, 200. livres. . . . au Chapitre general des freres Preschеurs, 40. livres. Au* [4] *Chapitre general des freres de Nostre Dame* DOU CARME, *20. livres. . . . As freres de Chartrouse de lez Paris, dix livres. . . As freres de Nostre Dame* DOU CARME *d'Angiers, 10. livres. . . .* Pag. 450. *le Prieur de Nostre Dame,* DOU CARME *de Ploarmel. . . .* Pag. 451. *Et requier e prie mon cher Pere espirituel* [5] *l'Apostole de Rome. . . . As frere de Nostre Dame* DOU CARME *de Ploarmel en a leur Monstier. . . . . Donné e fait ou mois de Septembre en l'an de grace* 1302. Erutum e Castro Nannetensi, ex Armario N. capsa notata C. ob res Carmelitarum fortassis: quorum causa videtur fictum istud esse testamentum: scilicet ut jam tum *Carmes* appellati credantur fuisse, hoc est, ante annos sedecim, quam in ædes adjacentes Ecclesiæ Deiparæ de Carpineto Parisiis transmigrarent: At 1° scriberet ætas illa, *dou Filz & dou saint Esperit*: 2° in scribendo sibi constaret; nec modo, *des Carmes*, quod est manifeste recens, & alia fortassis manu, quam prima; modo *Dou Carme* exhiberet. 3°. Dei nomen redderet eodem modo, non triplici, *Dex, Deu, Dieu.* 5°. Ex Testamento Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ, superius allato, apparet eos tam paucos fuisse anno 1305. ut Capitulum Generale, quemadmodum Dominicani, quibus hic de industria junguntur, cogere non potuerint. 50. Puerilis illa est contestatio summi Pontificis; præterquam quod non Apostolicus Romæ, sed Domnus vel Pater Apostolicus perhonorifice appellabatur. Cur denique locus non notatur, ubi scriptum testamentum est?

Ejusdem haud dubie officinæ est alterum Testamentum Joannis III. vel potius codicillus; (ut vocant) ibidem pag. 479. erutus ex eodem castro, ubi jacet inter chartas non recensitas, nec dignas certe plerasque quæ recenseantur; *pieces non inventoriées: Item nous donnons & laissons au Prieur & ez freres de Nostre Dame* DOU CARME *une chapelle fournie, en oultre une autre que leur avons autrefois donnée en nostre testament. Seellé le 29. Avril l'an* 1341. Fictum utrumque scriptum est, ut existimetur dictum imperite fuisse eo ævo *Dou Carme* pro *de Carmelo:* nam & ideo in priore pro *Dou Carme* scriptum est *des Carmes.*

ECCLE-

ECCLESIA GALLICANA.

Ecclesia Gallicana appellari certe temporibus Divi Ludovici non potuit, cum angustis admodum finibus regnum circumscriberetur: sed cum citissime tempore Philippi Pulcri turbulentissimo. Nam Divo Ludovico certe quam multæ Galliarum provinciæ non fuere subjectæ! Campania, Burgundia, Lugdunum, Delphinatus, Provincia, Languedocii & Aquitaniæ pars magna, & Britannia. Quo igitur tunc jure diceretur Ecclesia Gallicana?

Tamen *Gallicanam Ecclesiam* appellat multo antea sub Ludovico Grosso, cum longe angustius esset regnum Francorum, Anacletus pseudo-Papa in epistola VIII. ad legatum suum, & XII. ad Regem Francorum. At eæ epistolæ numquam sunt visæ in Galliis, antequam eas Baronius ex codice Cassinensi erueret, in quo sunt ejusdem Anacleti epistolæ.

Gallicana Ecclesia appellatur in epistola Bernardi Clarævallensis ad Eugenium Papam, quæ est prima inter Sugerianas, CCCIX, inter Bernardinas.

Ecclesia Gallicana bis appellatur in epistola episcoporum provinciæ Senonensis ad episcopos provinciæ Remensis expostulatoria adversus Philippum Augustum, anno 1220. sed falsa. Ex Chartulario Bellovacensi edidit eam Louvetus, in hist. Bellovac. pag. 191.

Libertates & immunitates, quibus utitur Ecclesia Gallicana, commemorat S. Ludovicus in Edicto ex tribus Regestis Thesauri Chartarum Regiarum, *anno gratiæ* MCCXXVIII. (in alio codice, MCCXXIX.) apud Du-Cangium, pag. 40. & 41. & apud Menardum, pag. 293. ejusdem editionis. Ibi Menardus admonet illud edictum primo fuisse erutum ex vetere Regesto, continente varias Collectiones Senatoris cujusdam, nomine *Rufé*, deinde a D. Puteano sibi ostensum.

Gregorii IX. epistola XXIX. ad Comitem Tolosanum, qua confirmat institutam Tolosæ Academiam, anno 1233. Gregorii septimo, commemorat in judiciis *consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ*.

Joinvillæus, pag. 13. edit. Du-Cangii, conventum memorat factum Parisiis omnium Prælatorum Franciæ: *Assemblée de tous les Prelats de France*: nec alius invenitur sub S. Ludovico talis conventus, nisi anno 1263. Exstat illius Conventus declaratio pro centesima redditum Ecclesiasticorum danda, ex concessione Domini Papæ, pro subsidio Terræ sanctæ; edita a Cl. Menardo, ibidem, pag. 368. Non ibi legitur Ecclesia Gallicana: sed *Prælati* constituisse dicuntur quod facto opus fuit.

Exstat apud Marlotum, in Metropoli Remensi, tomo 2. pag. 559. epistola Capituli Remensis nomine & Ecclesiarum Cathedralium illius provinciæ ad Clementem IV. Papam; Conquerentis de subsidio concesso ex decima bonorum Ecclesiasticorum. At proxime vidimus ex centesima tantum fuisse concessum. Declaratio rhetorica & monachalis est; quæ & Glossam Rhabani laudat, sæculi XIV. fetum; & *Ecclesiam Gallicanam* ter quaterve appellat: cum dici ea certe Ecclesia Gallicana non potuerit eo anno 1266. sed ad summum Ecclesia Francica: quem titulum nondum uspiam vidimus.

Ecclesia Gallicana non semel appellatur in epistola scripta ab Archiepiscopis aliisque Prælatis totius regni Franciæ, anno 1303. cujus initium est, *Non absque cordium dolore*. Exercitatio ea est hominis otiosi, relata tamen in Regestum, unde est edita; sed neque a Prælatis ipsis scripta, nec Romam missa. Est in libro inscripto, *Preuves de l'histoire du different* &c. pag. 67.

Gallicanæ Ecclesiæ jura, libertates, privilegia canonica, consuetudines & saisinas, quæ & quas habuerunt temporibus retroactis, defendi ac servari a Rege Philippo Valesio postulant episcopi, anno 1329. tomo VII. Concil. pag. 1546. Fictus ille conventus Parisiensis est, occasione litterarum Joannis XXII. ad Philippum Regem, quas hoc anno refert Odoricus Raynaldus. Ita Gallicanæ Ecclesiæ nomen fortassis non ante sæculum XV. vel annum certe 1398. est auditum. Nec vetustiorem multo credimus Ecclesiæ Anglicanæ appellationem in litteris suppositiis Joannis regis Angliæ, apud Rymer, tomo I. pag. 130. anno 1202. pag. 138. anno 1205. & pag. 171. 172. 177. anno 1213. atque alibi fortassis.

FOEDUS BARONUM

Contra Ecclesiasticos, anno 1246. sub S. Ludovico.

Ex libro inscripto, *Preuves des libertez de l'Eglise Gallicane, chap.* VII. n. 8. pag. 299.

Quia Clericorum superstitio, non attendens quod bellis & quorumdam sanguine sub CAROLO MAGNO *& aliis Regnum Franciæ de errore gentilium ad fidem Catholicam sit conversum; primo quadam humilitate nos seduxit, quasi* VULPES *se nobis opponentes, ex ipsorum castrorum reliquiis, quæ* A NOBIS *habuerant fundamentum, jurisdictionem sæcularium Principum sic absorbent, ut filii* SERVORUM *secundum suas leges judicent liberos & filios liberorum; quamvis secundum leges priorum* TRIUMPHATORUM, *deberent potius a nobis judicari: &* PER NOVAS CONSTITUTIONES *non deberet antecessorum nostrorum consuetudinibus derogari. . . . Nos* OMNES *regni majores attento animo percipientes, quod regnum non* PER JUS SCRIPTUM, *nec per Clericorum arrogantiam, sed per sudores bellicos fuerit acquisitum. . . . . Propter eorum* SUPERBIAM. . . . *reducantur ad statum* ECCLESIÆ PRIMITIVÆ; *& in contemplatione viventes, nobis. . . . ostendant* MIRACULA, *quæ dudum a sæculo recesserunt.*

Indignum Francica nobilitate ſcriptum. Ex Matthæo Paris, ſcriptore mendaciſſimo ac fabuloſiſſimo, hiſt. Angl. anno 1246. pag. 638. tranſiit in Theſaurum Regiarum Chartarum. Aliud ſcriptum addit idem ibidem, ſermone Gallico, ſed ſæculi pariter decimi quinti, de eodem argumento: cujus hoc eſt initium: *A tous ceux qui ces lettres verront. Nous tous desquels les ſeaux pendent*, &c. Non eſt deſcriptum iſtud ſimiliter ut reponeretur in Chartophylacio Regio, quia ſolo nititur auctore Matthæo Paris, æque ac ſuperius Latinum; nec ulla ſigilla nominatim Pariſius iſte commemorat in ſcripto Gallico, ſicut nec ulla ſubſcribentium nomina in Latino.

In Gallico deſignantur quatuor exſecutores decreti ſive conſpirationis: *le Duc de Bourgogne*, *le Comte Perrun de Bretagne*, *le Comte d'Augoulesme*, *& le Comte de S. Pol.* Fictum proinde hoc utrumque ſcriptum, ſub annum 1402. quo anno legitur in hiſtoria Dux Burgundiæ Regens Britanniæ, & tunc notiſſimus Comes S. Pauli. Inde accepta tunc nomina a pſeudo-Matthæo Pariſio, quæ in hac Charta ſcriberet. Cur hos autem exſecutores Nobilitas Francica ſeligeret Rege inconſulto? Cur omnino Regem in neutro hoc ſcriptum appellant?

Jus ſcriptum commemoratur, & *novæ Conſtitutiones*, cum nullum adhuc jus ſcriptum exſtaret, nullæ tum ſcriptæ Conſtitutiones.

Clericos dicit pro epiſcopis, ſatis ſuperbe, & more hæretico. *Epiſcopos* fuiſſe creatos ea ætate ex filiis ſervorum, falſum eſt. *Ad ſtatum Eccleſiæ primitivæ* revocare epiſcopos ſoli volunt hæretici; ex quo nimirum ab impia legione ficti ſunt libri hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *C'étoit le langage de Frederic II.* inquit D. Fleury, ad hoc ſcriptum, pag. 356. tomi XVII. Et pag. 355. *On voit ici l'ignorance de celui qui compoſa cet acte, d'attribuer à Charlemagne l'établiſſement du Chriſtianisme en France.*

Fictum eodem tempore reſcriptum Innocentii IV. ad hanc Baronum Franciæ expoſtulationem, quod recitat Odoricus Raynaldus, anno 1247. n. 49. In ea citatur lex Theodoſii Imp. a Carolo M. confirmata, quæ tunc nondum erat; eruditis certe ſuſpecta falſi eſt. De ea ſic D. Fleury, ibidem, pag. 357. *Il oppoſe à l'Ordonnance des Barons de France la prétenduë loi de Theodoſe en faveur de la juriſdiction des Evesques, confirmée par Charlemagne, & inſerée par Gratien dans ſon Decret. Mais j'ay marqué en ſon lieu, que cette loi eſt ſuſpecte avec raiſon.* Fictum itaque utrumque ſcriptum eſt, & Baronum ſcilicet, & Innocentii Pontificis: ut legentes credant, ipſo ita profitente Pontifice, Epiſcoporum juriſdictionem referri acceptam oportere Principibus. Propterea præmitti Baronum acerbam querimoniam oportuit. Sed cur eidem reſcribit Pontifex, ad quem miſſa non eſt?

Turres & campanæ.

TUrres in foribus Eccleſiarum exſtructas fuiſſe arbitramur, ut majores campanas continerent. Majores autem campanæ nullæ videntur fuiſſe ante ſæculum XIII. Unicum olim habuere ſignum Monachi, hoc eſt, campanam unicam: uti nunc quoque Cartuſiani. In libro inſcripto, *Annales de Paris*, pag. 176. dicitur *Morardus* Abbas S. Germani obiiſſe anno 1014. Ejus fuiſſe dicitur hoc epitaphium: *Hic jacet Morardus, piæ abbas memoriæ: qui iſtam Eccleſiam a paganis ter incenſam evertens, a fundamentis novam reædificavit*; TURRIM *quoque cum* SIGNO, *multaque alia ibi conſtruxit.* Ita Aimoïnus, libro V. cap. XLVII. Verum in Martyrologio ſcripſere, *Turrim quoque &* SIGNA, hoc eſt, campanas. At illo certe ſæculo epitaphia non inſcribebantur tumulis Chriſtianorum, ſaltem in Gallia. Et *unicum ſignum* commemorat Aimoïnus, ſive Continuator Aimoïni, ut volunt, in eo quod finxit epitaphio. Fictum ipſum *Morardi* nomen eſt ex מרה ארר: ut Chriſtum ſignificet, Qui iratus terrebit.

In nummis Caroli, Carli, Ludovici, ac Lotharii, inſcriptis XPISTIANA RELIGO, templum pingitur, ſed cum Ædis fronte ſola, ſine turribus, ut fere in nummis Imperatorum ethnicorum. Sic in nummis aliis ſub iisdem Principibus. Nullum ea ætate vidimus templum in nummo pictum cum turribus. In uno tamen ſub Childeberto turres ſe videre putat Bouterouë, pag. 243. n. 5. Neque aliæ viſæ ſunt cum turribus Eccleſiæ in nummis pictæ (ſi tamen ipſæ etiam turres ſunt) ante tempora divi Ludovici. Sic ſunt enim illi nummi picti apud Le Blanc, pag. 200. non tamen Ludovici IX. ut putat, ſed decimi, quem Hutinum dixere.

Neſcio quod caſtellum ibi ſe videre quidam arbitrati ſunt: alii ſtulte manicas ferreas, quibus vinctus in Ægypto fuiſſe ſanctus Rex Ludovicus creditur. Voluit Ludovicus X. exemplo priorum regum pingi in moneta ſua Eccleſias. Et hic mos perſeveravit uſque ad principatum Caroli V. Regis Francorum expletum. *Vide Tabulam XIX.*

Valentiæ in Delphinatu major campana hos habet verſus ſimul cum ipſa fuſos:

Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat:
Chriſtus ab omni malo nos defendat.
Fulgur, tempeſtas, ac omnis ſæva poteſtas,
Hoc cum pulſatur ſignum, procul hinc abigatur.

Verſus primus inſcribi non potuit, niſi poſt tempora divi Ludovici, cujus in aurea moneta primum occurrit hæc formula.

PHILIPPUS III. AUDAX.

SCriptores conſentiunt omnino non liquere, unde huic Philippo Audacis cognomentum ſit adtributum; cum nullum in ejus vita audaciæ ſpecimen appareat ſingulare. Non habet illud cognomen aut in Necrologio Pariſienſi, ubi die XV. Martii legitur: *De domo S. Mariæ obiit Yſabellis uxor Philippi Regis:* & in margine. 1189. (mendoſe, pro 1271.) aut apud Guillelmum de Nangis.

Eſt in Tabulario Collegii Pariſienſis Societatis Jeſus charta ſincera Philippi hujus regis: *Ph. Dei gratia Francorum Rex* &c. *Sigillum noſtrum litteris præſentibus fecimus apponi. Datum Pariſius, anno Do-*

Domini mill°. ducent°. octogeſimo, menſe Julio.

Tomo 1. Anecdotorum domni Martenne, pag. 1160. charta de compoſitione murorum civitatis Carcaſonæ, ex archivo urbis: *Philippus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus. &c. Præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum, ſalvo in aliis jure noſtro, & jure in omnibus alieno. Actum Pariſius, anno Domini* MCCLXXX. *menſe Auguſti.* Charta ſincera.

PHILIPPUS IV. PULCHER.

IN Ciaconio auctiore, tomo 2. pag. 305. D. *De litteris mutuis, conviciis refertis, nomine Philippi Pulcri ad Bonifacium* VIII. *& hujus ad illum ſcriptis . . . . . dicam libere quod ſentio; eas non veras, ſed ab aliquo conſictas exiſtimo. Non enim Pontificiam & Regiam majeſtatem, ſed iratæ mulieris ex plebe ingenium produnt. Non diſſentit a me Gretſerus, nec Paulus Æmilius, qui dixit:* „ Exſtant Re„ giæ majeſtatis, Pontificiſque, alternæ epiſtolæ u„ trimque miſſæ, plenæ conviciis, ignominioſæque, „ ſi modo veræ, ba ipſiſque compoſitæ, & non con„ fictæ ab aliis, quod ſimilius vero ſit. Atqui nemo eſt paulum emunctæ naris, qui non ſtatim iis epiſtolis lectis exclamet, partum eum eſſe otioſi cujuspiam & improbi pædagogi. Quin immo in toto hoc proceſſu nihil non fictum, nihil ſincerum exſtare exiſtimamus, præter epiſtolas originales ipſas, quæ ex altera parte miſſæ, apud alteram adſervantur.

Falſum inſtrumentum, quod vocant *Vidimus. Philippus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos quasdam litteras ſigillo Ludovici Francorum regis ſigillatas vidimus, in hæ verba: Ludovicus &c. Nos autem in hujus viſionis teſtimonium litteras ſigillo noſtro fecimus communiri. Actum apud S. Germanum in Laya, anno Domini* 1287. *menſe Septembri.* At Philippus diceret, opinor, *bonæ memoriæ progenitoris*, ſive *avi noſtri.* Litteræ ipſæ Ludovici regis deſcribuntur in hiſtoria Bellovac. pag. 411. indignæ tanto nomine & tanto rege.

Baluzius, tomo 2. Paparum Avenionenſium, pag. 55. edidit epiſtolas Clementis V. Papæ ad Philippum Pulcrum, & hujus ad illum, alioſque, numero LXXI. *ex archivo Regio Pariſienſi*, ut aït. Fictæ ſunt omnes. Datæ ſunt priores anno 1305. In tertia citatur *ſententia ſancti Auguſtini*, & reliquus ſtilus eſt monachalis.

Fundatio Collegii Toloſani, Ordinis Ciſtercienſis, tomo 1. Anecdot. domni Martenne, pag. 1210. ex Chartario Collegii Grandis Silvæ: *Noverint univerſi . . . . ad honorem omnipotentis Patris & Filii & Spiritus ſancti, & glorioſiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ Matris Chriſti . . . . Menſe Junii in introïtu die quinto, regnante Philippo rege Francorum . . . . & Hugone epiſcopo Toloſano, anno ab Incarnatione Domini* 1286. Charta ſincera.

LUDOVICUS X. Hutinus.

MOnetam cudi juſſit Ludovicus X. auream, cui nomen fuit, *Florin de Florence*, ob lilium (ut vocant) Florentinum in ea pictum. Egimus de ea ſuperius, tit. *De Normannis* &c. At nunc juvat obiter nummi illius aurei pretium ſeu valorem, ut aïunt, exponere. In uno enim, quem ibi deſcripſimus, legitur, A. DENARIUS: quod quidam *Aureus denarius* interpretatur, prave, ut diximus. Sed tamen eſt hic reipſa denarius, & ex auro certe optimo: quem ubi ponderavi, deprehendi æſtimatione auri, qualis erat ſub Ludovico XIII. valere aſſibus noſtratibus æreis pæne centum. Unde intellexi etiam eo ævo perſeveraſſe veteres denarii & ſolidi acceptiones ſive ſignificationes. Denarius enim partes decem; ſolidus, ſive as, duodecim comprehendit. Itaque denarius aureus decem continebat denarios argenteos; quorum ſinguli decem aſſes valent, ſed æreos. Ex quo denarius aureus valere intelligitur aſſibus ipſis centum: atque id pretium Florenorum ejusmodi fuit. Solidus autem aureus, qui ut as in duodecim dividitur partes, ea æſtimatione, centum & viginti aſſibus valeret, ſive ſex libris, ut dicimus, *ſix livres*, *ſix francs*. In quodam manuſcripto Cameræ Computorum, teſte D. Le Blanc, pag. 922. *Florins d'or de Florence, à 70. au marc*, (addit ille in margine, *à quoi ils doivent eſtre:*) *douze ſols deux oboles*: quod pretium eſt ſolidi a nobis adſignatum, *ſix livres*, cum duobus obolis.

Regnum tenuit Ludovicus X. anno uno tantum, & menſibus octo. Tam brevis principatus effecit, ut neque noſci virtutes ejus nec vitia potuerint. Idcirco non eſt aliquo donatus cognomento, dum vixit; ſed multo poſtea ab his qui hiſtorias finxere rerum præteritarum, *Hutinus* eſt cognominatus, voce, ut plerique candide fatentur, ignotæ ſignificationis. Nam quod aliqui apud San-Marthanos comminiſcuntur appellatum eo nomine fuiſſe eum pro *ſeditioſo*, quod Galli vocant *mutin*; quod illius temporibus exortæ ſint in regno ſeditiones, *des mutineries*; prorſus ſtultum eſt. In Necrologio Pariſienſi die v. Junii, legitur: *Eodem die obiit Ludovicus Hutinus Francorum Rex.* Sed additum iſtud eſt, ut alia plurima, poſt exortas labente ſæculo XIV. hiſtorias Regum fabuloſas, ad fidem vetuſtatis iiſdem, ſimilibuſque libris aliis conciliandam.

Hunc Ludovicum opinor primum fuiſſe, qui ſe Regem Franciæ inſcripſerit in edictis ſuis. Priores Francorum ſe reges inſcripſere conſtanter. Rex Franciæ, dominus terræ eſt: Rex Francorum, Rex hominum eſt, Dux in bello, Judex ſupremus in foro. Sed cum eſſet Ludovicus etiam Rex Navarræ; non potuit dicere congrue, Rex Francorum & Navarræ: ſiquidem in ea oratione *Rex* duplici ſignificatione ponitur: quæ eſt oratio vitioſa. Scripſit ergo, Rex Franciæ & Navarræ: id quod imitatus multo poſtea eſt Henricus IV. & reges cum conſecuti. Tamen Philippus Audax in quodam ſuo Diplomate anni 1277. Prioratum de Monaſteriis in Pertico (*moutiers dans le Perche*) dicit eſſe *in garda* & reſſorto Regum Franciæ.

UNIVERSITATES.

SUb Philippo Pulcro, poſtquam ante annos centum Miſſalio & Breviaria cum ſuis placitis congruentia impia factio confeciſſet, apertius bellum ipſi vero Deo & ſanctiſſimæ Religioni, fictis aliis monumentis indixit: ac ſimul fere, aut aliquanto poſtea exortos arbitramur falſarios diplomatum variorum ſigillorumque artifices, & annalium conditores, ſcilicet cum & ſtudia litterarum excoli diligentius cœpere in Gallia, ac Pariſiis, præſertim. Stephanus Paſquier, libro IX. *des Recherches de la France*, cap. 37. *La France fut du tout dispoſée à* NOUVEAUTEZ *ſous noſtre Roi Philippe le Bel. Un Pape Clement V. du nom, pour lui complaire, s'habitua avecques toute ſa Cour en la ville d'Avignon.* (Creatus eſt Clemens V. anno 1305.) . . . . *L'uſage des Colleges, tels qu'on a veus & voyons encore dedans Paris. Car auparavant il n'y avoit que celui de Sorbonne, & un ou deux autres pour le plus. Mais depuis que la royne Jeanne femme du Bel eut en l'an* 1304. *fondé celui de Navarre, les autres furent inſtituez (ſi ainſi voulez que je le die)* EN FLOTE . . . . *Et ſous ce meſme Regne furent auſſi introduites les Univerſitez des Loix.* Univerſitas certe dici Pariſiis non potuit, niſi cum univerſa ibi Artium ſtudia in ſcholis ſive Collegiis traderentur: Theologiæ ſcilicet, Philoſophiæ, Humaniorum litterarum, Juris, ac Medicinæ. Non igitur ante ſæculum XIV. jam decurrens.

D. de la Mare, in Tractatu *De la Police*, tomo I. pag. 78. *Le College de Calvy, & celui de Harcourt, furent baſtis ſous le regne de Philippe le Hardi. Le College des Cholets, de Navarre, de Bayeux, de Laon, de Montaigu, de Narbonne, & de Marmoutier, ſous Philippe le Bel. Ces pieux établiſſemens acheverent d'attirer dans le quartier univerſellement toutes les études, qui avoient eſté diſperſées dans la Ville. Et ce fut alors qu'il commença d'eſtre nommé le quartier de l'Univerſité, pour le diſtinguer des deux autres . . . . Il n'y a point d'époque certaine & bien marquée du tems que ce nom lui a eſté donné: & il y a beaucoup d'apparence, que c'eſt l'uſage ſeul qui l'a introduit inſenſiblement.* Pariſiis regio Univerſitatis appellari certe non potuit, niſi poſtquam eo, ut diximus, univerſa ſtudia confluxerunt; id quod fieri non potuit ante hæc Collegia ibi inſtituta.

Primum Pariſiis Collegium fuit Bernardinorum, anno 1246. Cluniacenſe, anno 1262. ut quidem in veſtibulo Domus ſcriptum legitur. Harcurianum alii dicunt anno 1280. alii anno 1311 Choletorum, anno 1297. Cardinalis le Moyne, anno 1302. Navarræ, 1304. Bajocenſe, 1308. Laudunenſe, 1313. Tamen inter ſtatuta Domus ſive Collegii Cardinalis le Moine, lego quadrageſimum, anno 1310. probibere, ne quis *de dictis Scholaribus Rector Univerſitatis ſeu Procurator Nationis fieri valeat.* Itaque inter annum 1304. & 1310. nata ſunt nomina Univerſitatis, & Rectoris, & Procuratoris nationum.

Hiſtoria Univerſitatis Pariſ. tomo IV. pag. 225. *Anno* 1330. *Collegium Longobardorum in monte S. Hilarii ſitum, inſtitutum ab Andrea Giny, ſive de Florentia. Et tres nobiles Italos collegas fundatores ſecum adſcivit: unum Piſtorienſem, alterum Mutinenſem; tertium Placentinum. . . . . Datique ſunt huic Collegio Protectores, Cancellarius Univerſitatis Pariſienſis, & Abbas San-Victorinus . . . .*

Has Italis ſacras Muſarum condidit ædes,
Quas Lombarda novo nomine turba tenet.

Sed recentius iſtud epigramma eſt.

Conceſſio facta Roberto de Sorbona, ad Opus Scholarium, anno 1250. *Ludovicus D. G. Francorum Rex Univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem . . . . In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius, anno Domini* 1250. Tomo III. Univers. Paris. pag. 222. Atqui tunc aberat D. Ludovicus tranſmarino bello impeditus. Reſpondent hoc inſtrumentum ſcripſiſſe ipſius nomine Blancham matrem & fratrem Alphonſum. Debuere igitur ſaltem, ut mos eſt, & regis abſentiam commemorare, & ſe teſtificari Pariſiis præſentes. Nec debuit quo anni menſe id geſtum ſit prætermitti.

Biennio fere poſt, inquit ibidem illius hiſtoriæ ſcriptor, *Robertus Collegii ſui fundamenta jecit, & ad perpetuam Regis benefici & liberalis memoriam æreæ laminæ inſculpi voluit hæc verba:* LUDOVICUS REX FRANCORUM, SUB QUO FUNDATA FUIT DOMUS SORBONA, CIRCA ANNUM DOM. MCCLII. At primo, quorſum in iſta lamina ſit Regis benefici mentio absque beneficii commemoratione? Deinde qui potuit Robertus dicere, CIRCA ANNUM MCCLII? An neſciebat quo anno currente fundaret ſuas ipſe ædes? Denique cum *ſub quo* rege dicit fundatam domum, ab eo fundatam fuiſſe omnino negat. Robertum de Sorbona ferunt ædes emiſſe a Guillelmo Cameracenſi, Canonico S. Joannis de Maurienna, anno 1271. ad perficiendam fundationem, ante viginti annos inchoatam, ſi credimus.

In libro inſcripto, *Privileges de l'Univerſité de Paris*, edito Pariſiis, anno 1629. non proferuntur privilegia ante illud quod eſt a Philippo Valeſio conceſſum, anno 1340. Tamen privilegia fuiſſe a Philippo Pulcro conceſſa anno 1295. 1299. & 1311. item a Bonifacio VIII. anno 1294. & a Clemente V. anno 1309. auctor eſt Petrus Bonfons in Antiquitatibus Pariſienſibus Gallice ſcriptis.

Tomo III. Hiſtoriæ Univerſ. Pariſ. pag. 502. exſtat Conventio ſive Compoſitio inter Univerſitatem & Abbatem ac Monachos San-Germanenſes, qua mentio eſt Univerſitatis & Prati Univerſitatis, anno 1292. At non eſt illa confirmata vel communita ulla Apoſtolica auctoritate vel Regia. Tantum poſt annos XLII. eſt ea Charta viſa a Præpoſito Pariſienſi, anno 1334. poſtulante (ut apparet) Univerſitate; ut illa Compoſitio vetuſta crederetur, & vera, ac vim haberet. Miratur is qui hæc narrat, tamdiu neglectam illam Conventionem eſſe. Non auſus eſt nimirum artifex illius, proferre chartam in publicum, priuſquam colore præferret vetuſtatem. Tale *Vidimus* haud dubium falſitatis in primigenio exemplari eſt: indiciumque manifeſtum, nonniſi poſt annum 1300. in Corpus & Membra Univerſitatis coaluiſſe ſtudia Pariſienſia ſive Collegia: ſed anno 1334. credi eam voluiſſe hanc ſocietatem aliquanto vetuſtiorem eſſe.

Tomo IV. pag. 115. exſtat inſtrumentum Gallice ſcriptum, anno (ut quidem in fine notatur) 1308. & in eo nominatur Rector Univerſitatis Pariſienſis. Verum ille ſermo vernaculus politior eſt, quam ætas illa ferret. Et laudatur ibi Senatusconſultum Velleïanum, *le Senatuſconſult Velleïen*, & *l'Epiſtre Divadrian*; hoc eſt, epiſtola divi Hadriani; quæ nonniſi multo poſtea ſunt conficta; nec ullius umquam auctoritatis in Curia Pariſienſis Præfecturæ, ubi confectum illud inſtrumentum dicitur. Credas ab aliquo Juris Doctore confictum illud fuiſſe, ad conciliandam Juri Civili vetuſtatis fidem. Denique confectum in

in fine dicitur Pariſiis, *Pan de grace* 1308. *le ſamedy* 14. *Juin*. Atqui eo anno dies 14. Junii, non ſabbati dies, ſed Veneris fuit, anno biſſextili, littera Dominicali C F. ita manifeſte falſi reus tenetur artifex.

Toloſana Univerſitas habere privilegia dicitur ab Innocentio IV. ſimilia Pariſienſibus illis, quæ conceſſa dicunt, ſed falſo, a Gregorio IX. ſub annum 1233. Verba refert Gregorii Papæ Stephanus Paſquier, pag. 888 *Eadem libertate, qua gaudent Pariſienſes Scholares*. Et mox; *ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ*. At præter alia loca, vel hæc duo, ſi ſola ſint, bullam falſi arguunt. In ſigillo plumbeo dicitur ſcriptum eſſe, GREGORIVS PP. VIII. ſolius fortaſſis errore typographi, pro VIIII.

Aurelianenſis Academia habet privilegia a Clemente V. anno 1305. Et ſtatuto ab ea condito, anno 1307 Miſſa pro eo Pontifice, ut Univerſitatis benefactore, fundata ibi eſt.

Ceteræ Galliarum Univerſitates poſterius ſunt inſtitutæ. In his prima Monſpeſſulana, anno 1326. Cadurcenſis, anno 1332. Burdegalenſis, 1461. *Studium Toloſanum & Syndicum Univerſitatis* legimus in edicto Philippi Valeſii, anno 1335. Pro facultate Medicinæ apud Montempeſſulanum edidit Baluzius, tomo 2. Paparum Avenion. pag. 54. litteras Philippi IV. anno 1301. *ex archivo*, inquit, *Regio Pariſienſi*. At liber exſtat editus Pariſiis, anno 1646. in 4°. hoc titulo: *Centonis Κακογραφίας, diſſibulatio, in qua pleraque Diplomata Pontificia & Regia Academiæ Monſpelienſis falſi convincuntur*. Hunc conſule.

PHILIPPUS VI. VALESIUS.

ANno 1329. erecta Philippo Regi ſtatua equeſtris Senonibus eſt, in ipſo Eccleſiæ majoris introïtu, cum hac ſubſcriptione, ob ſententiam ab eo latam qua Clero favebat;

REGNANTIS VERI *cupiens ego cultor haberi,*
Juro rem Cleri libertatemque tueri.

